Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Postilla super totam Bibliam

https://hdl.handle.net/1874/343312

Ex legato Mgri Martini Grundick legum doctoris
Canonici ecclie beate Marie Traiectensis

~~D fol 56~~
Kast 108
pl. A n° 4

Liber monasterij sancti pauli apli in tiecto inferiori

N°: 8: Z.

3

In tertium uolumen Nicolai de Lyra. Io. Andree Alerieñ. Episcopi Sãctissimi. d. n. Pape Bibliothecarii ad Xystum. IIII. Pont. maximum Epistola.

BEne se res habet Clementissime pater Xyste. IIII. Pont. maxime. Absoluta ẽ pars altera utilissimi doctoris Nicolai de Lyra: & sub tue sanctitatis numine a nostris Impressoribus emere uolẽtibus ẽ exposita. Tu quoq; si ꝑ immensas põtificatus summi huius occupationes permitteris gratissimo tibi legẽdi officio commentãdiq; aliquãdo uacare perfecerit ne operariorum nostrorum industria qđ nos optauimus: perfunctoria saltẽ lectione experiere. Nuper quidem laudes tue per curialiũ tuorũ & peculiaris populi tui Romani ora mirifico bonorum omnium cõsensu celebrate sũt dum uigilãtissimus xp̃iani nominis Rector & pater una die & publicis rebus & ꝑuate tuoꝝ dignitati sapientissime ac iustissime consuluisti. Cogitãti enĩ tibi qua potissimũ medicina opeq; presenti christiani nominis tibi crediti inflicto a Turchis uulnere mederere: & in foribus prope iam Italie mortem omnibus nobis minitanti hosti paratus occurreres: illa ratio non immerito supra omnes placuit: partiendam tibi tanti esse negocii curam cum summis uiris & uenerabilibus confratribus tuis sacri Collegii Cardinalibus. Idcircoq; primariũ in augustissimo Senatu hominẽ & maxime apud om̃es nationes autoritatis Bessarionẽ Thusculanum Episcopum Cardinalem eundẽq; Constantinopolitanum patriarcham Nicenum uulgariter nũcupatum ad florentissimos Galliarum & Britãnie quã Angliam uocamus & Scocie reges ac principes nõ leuiter inter sese dissidẽtes Legatum de latere tuo. Rodericum item Albanensem Episcopũ Cardinalem & Vicecancellarium tuum omnium uirtutum ornamento precipuum: in om̃is Hispanias Cataloniam Nauarram Valentiam Castellam Portugaliã & id genus recentiora nomina ad sedandas rerum maximarum ingentes controuersias. Angelum uero. tt. sancte Crucis presbyterum Cardinalem nuncupatum uulgariter Reatinũ non minus merito probitatis q̃ nominis ac uocabuli nũtium dei per uniuersam Italiã ad Regem principesq; & florẽtes etrurie populos. Marcum preterea Sancti Marci presbyterum Cardinalem & Patriarcham Aquileiensem in Germaniam Hungariã Bohemiam Polloniam uiros celo potius q̃ terris dignos maturissimo confratrum tuoꝝ cõsilio delegasti. Idoneos illos potissimum ratus qui uel ad tempus sopitis uel omnino sublatis dissidentium inuicẽ contentionibus simultatibusq; partim rei pecuniarie sine qua ne minima quidem negotia geri queunt: partim ceteris rebus tuende christianoꝝ saluti necessariis affatim maturato prouiderent. Et quoniam non solum terra uerum mari quoq; expeditionem necessariam fore existimasti non minore sapientia classi q̃ tuis partim opibus partim eorum qui mari pollent subsidiis ingentem comparandam statuisti dignum tali ac tãta prefectura uirũ Oliueriũ. tt. sancti Eusebii presbyterũ Cardinalem Neapolitanum uulgo appellatum prefecisti. ingens profecto negotium & nescio an tẽporibus retroactis nostris mediusfidius seculis inauditũ in om̃is uniuerse christianitatis partes uno die decretas esse tanti sumptus & impendii terra & mari legationes: tunc aliqua ex parte deligi solitas cũ re poscente opem presentariã mãdari mos est ut magistratus uideant nequid respublica capiat detrimenti. quod tu quidem pater beatissime atq; cõsultissime legatis hisce de latere appellatis ꝓspiciendũ ĩiũxisti. Vel hoc uno diuini consilii munere dignus qui seculorum omnium Põtificibus maxĩs preferare. Vt enim cetera omittam: que futura est tam unq̃ ingrata posteritas tui ue sanctissimi presulatus immemor: ut cum tibi diuinarum omniũ cõmendationũ ꝑconia

ACADEMIA REGIA BIBLIOTHECA



merito tuo dederit immortalia non illud etiam mirifice celebebret atq; admireé: & tue felicitati in primis ascribat. Bessarionem Cardinalem natione grecum etate puectum ne dicã amplius: aduersa ualitudine & poene assidua uariorꝝ morborꝝ & difficillimorꝝ laborantẽ q̃q̃ senectus ipsa etiã per sese morbus ẽ ingens uix satis commode in lectulo sellaue quiescentem ingenio acerrimum robustissimũq; sapiẽtia florentem eloquẽtia precipuum rerum usu nulli mortalium secundum autoritate facile principem: gratia omnibus carissimũ: te Pontifice maxío non detractasse tantarũ uiarũ ac difficultatũ horroresq; anxietatesue seu mari nauigandũ foret siue terra iter ígrediendũ: dúmodo pro sua utili ueruꝫ Patriarcha populo sancto dei omnibus periculis expósito subue/ niret. Christe optime maxime que uox illa fuit q̃ Bessarione digna: cum non dicam pronuntiaretur abs te legatus sed ultro ipse se tibi offerret animo maiore q̃ uiribus ibo inquiens senex: ibo fracto morbis corpore & tamen erecto animo concitatus ad summe mihi difficultatis in tãto christianitatis discrimine legationẽ nullibi honestius si ita accidat morituruꝫ nullibi hanc animam Christo domino promptius redditurus. O te Bessarion felicem & celestibus honoribus dignum hominem: cui non uetustatis more ac mõ statue e lapide metalloue in publica legatione uita defuncto: sed potius eterna consecratio ut uero Xp̃i martyri & in sanctos dei inq; catalogum beatorum & adhuc spiranti & cum ex hac uita excesseris relatio tribuatur. Esto hoc tã presẽti & te digno animo Patriarcha Bessarion. nulla etas in posterũ de tãtis tuis meritis & gloria cõticebit. olim tua omnibus í studus summa doctrina celebrata cotidie clarius iuuenescit. nec inferiore commendatione rerum usus maximarum predicatur. Nihil tibi iam restabat unde tuis inclytis & memorabilibus rebus fieret accessio: nisi ut scirẽt mortales omnes idem tibi roboris atq; animi fuisse ad mortẽ pro catholica fide ultro oppetendã: quod ab ineunte iuuẽtute fuit ad bene de dominico grege de Xp̃i regali populo promerendũ. Dicerem libẽtissime de te plura Bessarion: Sed me Rodericus Borgia apostolicus Vicecancellarius rapit. qui Callisti. III. Ponti. maxi. ex sorore nepos in etate florida neq; adhuc ita annis ut meritis prouecta usq; adeo profecit ut maximis natu hominibus & rerum gestarum gloria clarissimis nó iniuria debeat cõ/ parari. Hunc Rodericum in prima olim eui lanugine summo Cardinalatus splendore per quem est factus par diuis regibus: maximis & bene partis diuitiis primario Curie Romane officio quasi altero quodam pontificatu dignissima & opulẽtissima Ecclesia Valentina altissimis preterea honoribus preditum a castigatissimis tamen moribus a sumis uigilis & laboribus de uirtutis curriculo temporꝝ nequaq̃ nostrorꝝ aut fortuna aut corruptela deflexit. Quinimmo semper animo complexus excellẽtia & ope eadẽ persequutus tantum de nostris hominibus est promeritus ut uix quisq̃ tota in Ro. Curia uel plurimis fieri meruerit: uel ardẽtius diligi. Sed alias plura de Roderico. Ad Angelum sancte crucis Reatinum propero Cardinalẽ dignũ ipsum fratre dignissimo Dominico Capranica eiusdẽ tituli dũ uiueret Cardinale. Cuius laus in ecclesia catho/ lica nó nisi cũ mundi fine tacebit. huius de innocẽtia taceo. de doctrina de moribus sunt hec enim illi familie ut maxima queq; hereditaria & sua: nec ad cumulũ tantarꝝ uirtutum ulla potest euolare commẽdatio. ultra mediã certe angelus etatẽ cõstitutus aduersa etiam ualitudine imbecillior ad omnis Italie partes pro tanto fidei munere destinatus oblitus debilium membrorũ oblitus uiriũ oblitus itinerũ soliusq; fidei negocii memor in labore maluit succumbere q̃ in tam sancta actione desiderari. Tu quoq; Marce Venete Sancti Marci Cardinalis tuo merito in altissimi magistratus & for/ tune culmine unde facillime morum qualitas elucescit & sapientissimus comprobatus

& modestissimus nō ab re ingentissimus occurris & oneras huius inopis facūdie mutuatē
tante dignitatis excellētia. Tibi ut robustissimo uiribus maturissimo etate experti-
simo rebus gestis fortune potiōibus nūq; ebriēti: qđ prob pudor multis solet accidere
ut periculosissima ita ad tuum maximum decorem futura demādata est legatio. Nā
quotum quenq; reperias q ambigere audeat quin si inter sese legationū harū munia
& conditiōes comparentur. alii tanq; ad delicias: tu tantū ueluti ad belli durā puntiā
uideare transmitti? Sed a summo pontifice prudentissime simul & feliciter in primis
sancto spiritu speciali in hac parte inuocato deuotione consona collegii uoce tecum
est actum. quādoquidem distributa sunt cum uiribus & tua strenuitate negocia. quē
enim fortune leuis temeritas nulla unq̄m insolentia: quem etatis feruore coalescentis
nulla unq̄ ordinata trāscursio quē formate etatis nulla a labore remissio incōposito
aut sui dissimilem ostendit: hunc iure uelut pacis belliq; artibus aptissimū q̄si nouellū
herculē ad laborū ex laboribus successiones & ardua opera suscipienda delegit. Aude
age presenti animo pater colendissime & maxima quecūq; aggressus tanq̄ certus feli-
cioris euentus & optati omen amplectere Marce Barbo & domo tua dignissime: &
pontificatu tā moderate administrato non indigne. generis tui arma animi tibi gene-
rositatē suggerāt. & sancti Marci patroni tibi p̄uatim & publice sacro leōe maiestas
insignita te admoneat haud equū fuisse tāto in fidei periculo nisi grauissima & uires
maximas poscentia tibi opera demādari. Efficies deo propicio efficies quod te bene
prospereq; gesturum sanctissimus pōtifex cum sacro confratrū collegio multo ante
cogitarunt. Reliquum est ut de Oliuerio Caraffa Cardinale disseram Neapolitano
classis felici p̄fecture destinato. Cuius muneris amplitudini uix ulla fieri posse uidet
accessio. Ex eo tamē ope difficilioris censeri hec una legatio potest quoniā reliquaq;
summis difficultatibus & plurimis aliquid tamē admixtū nemo nescit esse blandimēti
dum in eis plura cōsilio multa gestū iri posse uident uoluntate. In hac una maritima
functiōe totū uidet potandū fore meracū absynthiū. nulla mellis ut aiunt: unctione
delibutum. Terra enim iter ingressos uesperi urbes excipiūt. Mare sulcantes p̄sepe
desertis scopulis aut stationibus minime fidis: alliduntur & ingens crebro uotum est
oculis tantummodo posse mōtana cacumina protueri. In terrestribus itē legatiōibus
sacerdotiorum que beneficia uocant speratī donationes possūt: propter que p̄pessarū
difficultatū uidēt desinere posse anxietates & cū letitia noua mala uetera cōmutari.
In hac una pro maximo erit sacerdotio si stomachus maris uexatiōem tolerarit. Nō
prosequar durtora ne uidear altissimi ingenii atq; animi uirū a necessario ante oīa
christianitati munere deterrere. Illud potius augurabor. unum te Oliueri maritima
felici classe littoribus atq; insulis undiq; dominātem tanto munere seculis celi angelis
& sanctis omnibus confecto tantum populo dei. quantum reliquos mortales omnis
fuis cunctorum uiribus profuturum. Breuissime absoluto rerum publicarum consilio
sapientissimo pars altera supē de totius urbis speciatim tamen de priuata pontificie
domus tue immensa letitia propter altissimum humane dignitatis in clericali parte
secundum tuam sublimitatem statum: in quē elegantissimos modestissimosq; procereſ
nostros ad honoratissimū in Ecclesia sancta dei Cardinalatus apicē eodē die euexisti
quo facto amplissimis & antiquis domibus de Rouere ac Rearto perpetuo splendori
& candidissime uite tue honestissime uoluptati & meritissimorum iuuenum congruen-
tissime moribus dignitati & postremo curarū publicarū quas permaximas pōtificatus
sustinet alto ingenio saluti prouidisti. Inuitati sane sūt sepe a predecessoribus multis
tuis sed hoc tempore a te precipue pater beatissime quicunq; heris ac maioribus suis

famulantur ad ſpem pulcherrimam rerum optatiſſimarum ſi fideli & ipſi ſollertia & conſtanti patientia dominiſ ſuiſ deſeruiendo perſeuerarint. Oſtendiſti ipſe quidem omni tempore hoc ipſo tamen maxime eſſe te gratiſſimum patrem & prouidentiſſimū dominum. neq; certe ego quia huiuſmodi gratificatione honeſta in primiſ & pōtifice digna ſoluſ uſuſ ſiſ: nam & alii multi idem fecerunt: ſed quia primuſ ob quam cauſam ita fieri debuerit clariuſ expreſſiſti: dignum te cenſeo commendatione immortali. Nam ut de nobiliſſimi ingenii & altiſſimi animi uiro Petro Reario noſtro tt. ſancti Xyſti preſbytero Cardinale dicam pauca de multiſ: ſciſ ipſe pater clementiſſime ſciſ ipſe quanta felicitate & gratia hec plantula in diuo ſancti Franciſci ordine per te a ſeminariſ uſq; ſata facile in omnium fratrum caritate & dei laude coaluerit: dum ueluti Patriarcha Iacob patria & parentibuſ relictiſ. Ita Petruſ ſedecim circiter annoſ natuſ adoleſcentuluſ quondam ſacram ab infantia religiōem ſpiranſ & tua in ipſa religione gloria incenſuſ patria & matre ſua conſanguinea tua pia impietate relicta ad te proſperaſſet feſtinuſ & a quo die peruenerat ab eo iugiter ſit ſequutuſ. Iſ tibi pro filio iſ pro famulo ſeduluſ fuit. idem in rebuſ duriſſimiſ tuiſ pro adiutore non poſtremo. & ſepiſſime pro medico ſumme neceſſario. Te iſte patrem ob conſanguinitatem & ingenii ſui elegantiam & fidei cōſtantiam & perpetuum famulatum: Tu iſtum expertuſ es filium. quanta hic te pietate coluerit: non tu modo ſed omneſ qui te unq̄m nouere: cognouerunt. Meminiſti tu quidem pater ſancte in quali quātaue // & ultime neceſſitatiſ & ultronee a tua profeſſiōe paupertatiſ uixeriſ egeſtate. Me/ // miniſti inquam in priore etate tua ſtudiorum tuorum laboribuſ extremiſ durā ſopiā // nimiſ ſemper fuiſſe familiarem. Et quod erat in re difficillima culmen omniſ mali ad/ // uerſa te perſepe grauiſſimarū egrotationū ī tam anguſtiſ rebuſ ualitudine laboraſſe. // Repete queſo qua tibi ſollicitudine qua caritate quibuſ cū erumniſ Petruſ tuuſ tibi // tunc omnia experiendo omnia ferendo aſſidue prope languenti tibi pernoctando // aut laſſi corpuſculi defectaſ uireſ humi fouendo a te nunq̄m diſcedendo: & ſi quādo // aut caſu: aut ſtudiorum occaſione aut propter aliaſ neceſſitudineſ tuaſ ab eſſe illum // tu ipſe coegiſſeſ intellecto quouiſ tuo incommodo incredibili celeritate reuolando. Vt quod nondum ipſum noſſe crederes potuiſſe non ſolum illum ſciſſe: ſed iam ad te recurriſſe maximopere mirarere. Hec atq; huiuſ generiſ plurima uerſāti mihi animo obſtupere nō deſino & Petri tui taleſ uel nature uel diſcipline immo ueriuſ & nature & diſcipline doteſ inceſſanter cogor admirari. eſſent hec ſane latiuſ explicanda: quoniam ex iſ id ceteriſ fit bene de dominiſ ſuiſ promerendi exemplum: quod Petro ad ſummam dignitatem per uirtutem contendendi uehiculum fuit. Surgentibuſ altiuſ deincepſ ſenſimq; ad hoc ſupremum apoſtolatuſ culmen nitentibuſ uirtutibuſ diuiniſ tuiſ & doctrina admirabili per tuarum tamen graduſ dignitatum in ſtigmatigeri Franciſci diuo ordine ambulanti mirum dictu eſt in Petro pariter induſtriam ſuccreuiſſe tuende tante tue dignitati pro uirili ſua neceſſariam. Non blandior pater ſancte. Oculiſ enim multa ipſe uidi per que audita omnia uera eſſe de illiuſ exceſſa probitate non ambigo. Prouintiali tibi in tua uetere religione primum deinde qui in ea uertex eſt dignitatum. Miniſtro generali nonne ita tibi Petruſ tuuſ inſeruiuit ut tibi de ſtudiiſ ſolum tuiſ & ſumma rerum gerēdarum Petro de ceteriſ omnibuſ multa cum laude cogitatio linqueretur? ut que ipſe fieri poſſe non crederes propter rerum anxiaſ difficultateſ: ſubſidia tamen neceſſitatibuſ omnibuſ in tempore prouenirent. Non hominеſ te pater ſancte ſed deuſ ipſe prouexit: q de ſtercore pauperes erigit. Qui diligit iuſtoſ. qui facit mirabilia magna ſoluſ qui deniq; reſpicit humilia in celo

& in terra. Prouexit te inq̃m deus per Paulum. II. Venetum Pontificem maximum
ad Cardinalatus illustrem dignitatem: sed humi sedentem Paulus te minime excitauit //
id est inopie tue non subuenit. Videbatur ex tanta dignitate labor tibi additus p //
honore. non dignatio pro uirtute. Hic ego iam fidentius loquar & testis & preco.
Nouus Cardinalis noua cũ familia nulla pecunia nisi si cui sufficere uidet Cardinali
posse nihil habenti quod a pontifice tanq̃ elemosyna datur aut quod corraditur ex
capello. de cuius patria nemo unq̃ certauerat: nulli cure fuerat eẽsne Luca an Sena
an potius Taurino oriundus quem Saonensem tantũ predicabant: Nouus inq̃ Car/
dinalis pauper & modicus solis maximis diuinisq; uirtutibus atq; omnium scientiarum
tectus comitatu solius Petri tui sollertia tunc etiã aduersa ualitudine laborantis ce/
pisti in tanto rerum pondere communiri & in eius pspecta tibi diligentia inclinatus
conquiescere. Venisti Romam ut potuisti multis egens: ubi saltem domum splendide // //
edificatam omni instructam suppellectile rerum usui humano necessariarum copia //
refertam ad tante dignitatis adminiculum & cultum repperisti. Dic pater sancte dic //
queso pater clementissime qua putas animorum qualitate fuisse inconsuetam Rome
familiolam tunc inopem & nondum diuitem tuam cum parietinarũ non domus faciẽ
in quibus habitandum esset intuerẽtur. De tua quidẽ omnis eui tui patientia minus
mirum erat. cuncta enim laturus prestãtissimo & robustissimo ad omnis casus animo
uidebare in mera paupertate ab incunabilis usq; nutritus. & tamen tu quoq; tantam
solarum desertitudinem ruinarum nõ sine iusto dolore expauisti. Eo etiam amplius
quod propter morborum ut predixeram impedimenta Petrus aberat tuus. & filius
pauptatis ubi caput reclinaret ẽ tuo nõ habebas diuersorio ut illud dici de te potuisse
ueritime sciat. In propria uenit: & sui eum parietes scilicet non receperunt. In illis
tamen paupertinis in tuis inq̃ rebus tenuissimis maluisti uere uir roboreus q̃ in alienis
opulẽtioribus edibus exemplo maximorum hominũ diuersari. Paulopost tuis insistẽs
uestigiis Petrus aduenit corpore adhuc inualidus animo tamen integer ac strẽnuus.
Eiusmodi rerum tenuitate parietinarum facie omnis prope suppellectilis conspecta
inopia minime frangitur. ruinose penitus domus immo nõ domus horrore nõ terret.
sarcit e uestigio debiliora simul & magis necessaria. & acri diligẽtia disquisitis nõnullis
resculis faciem inducit edibus pauperis Cardinalis non indignam. Quid moror? sensim
& mature elegãtissimi uir ingenii de ruderibus & parietinis ope uix humana specta/
bile satis palatiũ instaurat. Succurrit familie ut iter modeste numerosas & mediocri/
ter ornatas facile conuersetur. Domum implet opportuna omnifariam annona. &
ut splendide atq; opipare admodum Triclinia que tinella rustice uocant: instruãtur
& continenter affluant: reperit modũ & ut omnia uno absoluã uerbo uel domestici
rebus uel famulitio breui tibi familiam comparat & necessarium comitatũ non igno/
bilis Cardinalis uidebatur feliciter agi cũ tota familia. Hilaris facta erat tota domus
& spem sibi dulcissimi conuictus omnes promiserant. Ecce autẽ difficultates suboriũtẽ
noue & prudenter de sũptu necessario cogitantibus duratura cõmoditas ista ppterea
uix putabatur quia quicquid sacerdotiorum id est beneficiorũ a pontifice Cardinali
tibi conferebatur aut minime uacans aut nihil omnino esse paulopost intelligebatur
neq; ob bas quoq; difficiles explicatu rerum anxietates animo generoso suo & longe
prospicienti decidit: nõ de spe retinendi splendoris domestici in quacũq; inopia excidit
Petrus. Quid tantis moror? peperisse hoc sublime & excellens ingenium mihi quidem
omnia rimanti usus est nõ aliunde inuenisse industria & strennuitate sua incredibili
res omnes uictui atq; ornamentis Cardinalis splendidi necessarias. Huic talis ac tanti

ingenii uiro pace omniū & tua uenia dixerim pater sācte si matuſ Cardinalatu aliqd
dare tua sanctitas potuisset: merito cū illo incōuenienter actū eē dicere nō metuerē.
Maiora poterā predicare de Petro que in aliud tēpus distuli. Ad Iulianum Rouerē
festinās & inopie sermonis & facundie rusticioris uenia postulādo. Hactenus p latis/
simum glorie ueteranorū in sacerdotali militia campū pater sancte Epistola nostra
peruagata est. Nunc tyrocinia restant summe spei nouelli Cardinalis nepotis tui ex
carissimo tibi fratre Iuliani qbus referēdis nō potero esse ipse sine magna uoluptate
neq; tu sine multa tante ꝓbitatis tibi ab unguiculis eius ꝓspecte assensione pariter ac
leticia. Gaudebis certe nec iniuria cōmendari in tuo scd'm carnē sanguine surgētem
tāte ubertatis uirtutum segetē & audiēdo titilabūt sēsus tui ac tacito altius pectore
exultabis de carne tua ꝓpria illa ꝓdicari que sumope grata tibi amantissimo uirtutis
forent: Si referrent de quouis etiā alieno. Magna est ꝓfecto sanguinis necessitudo
sed maior aliq̄to uirtutū cognatio diuinarū. Maxia uero illa ē iure ꝓpinquitas: quā
cū naturali caritate funiculi uirtutū ĩputribiles arctiore quadam dilectionis copula
deuinxerunt. Equidē pater sancte de hoīs huius actiōibus & singulo4ꝓpe uerborū
grauitate diligens ꝓscrutator minime ueritus sū ne animi mei iudiciū amādi corrūpet
uehementia. Natā cū illo uerā probitatē uideor merito posse laudare. Veneraric̄q;
debere naturalē nimirū omnis decori in Iuliano splendorē p quē in ipso uirtutis oīs
affinitas liqdo cernit̄ generata. In moribus eius grauitas multo est lepore condita &
seueritas non austera illa qdem sed nescio qua potius dulcedine temperata: ut ex hoc
nature simul & discipline mixto sodalicio. Ceteri facti ipe natus uideat̄ eē Cardinalis
Totum te nos quidē pater sancte in Iuliano ꝓspicimus tanq̄ de absoluta uirtutis dig/
nitate illustre exēplar inchoatū. paterna ĩ filio tuo comitas nitet. & senilis in iuniore
prudētia. pōtificiaq; in Cardinale autoritas. ꝓrsus omnes iste uirtutes tuas ita effingit
ut licet in te uenerabilior hic chorus existat in ipso tamen laus tanta amabilior esse
uideat̄. Verboꝝ in isto raritas suo pondere nitit̄ ac ueritatis dignitate copulat̄ neq;
aliud magis a Iuliano q̄ uel palpare uel adulari esse nosci t̄ alienum. Constantiam ille
iugiter seruat opinionis recte semel imbute. nec locum habet in eo sententie bñ cō/
cepte culpanda semp uariatio. ad bene merendū de omnibus q̄tū potest qui qualibet
uirtutis imagine nobilitātur hominis huius est ꝓpensa natura nec ita psonas hoīm ut
merita causarū examinat. Ex blandioris presētis fortune bonis ueluti infra se positis
ita ornari sese putat ut uirtuti & humanitati hac etiā uia facilius queat eē ornamēto
nec tumere gaudet nec timeri. amiciciarū cū claris uiris studiosissimis ut semper esse
perseuerat improbos fastidit & corrigi tñ eos sua monitiōe mauult q̄ deleri nullis ut
aiunt rimis ꝓfluens crediti sibi sermonis alieni quod a silendo consiliū dicit̄ custos est
fidelissimus. Auaricia qd sit exēplo tui ne ĩtelligit qdē aut cogitat. Alieni appetitiōe
non mouet̄. Quodq; ego in iuuene semp maximū duxi nec ceteris ambitiōe se p̄fert:
nec ludicre cuiusq̄ actionis aut molliciarū irretit̄ ineptus. Ingeniū illi quidem glorie
auidū sed deliciarū spernax omnino. A puero quātū qdē mihi ex illius familiariore
conuersatione psepe patuit: nonnulla loca terra plura aliq̄to nauigādo lustrauit. Si
q̄ndo igitur de eiuscemōi rebus ut fit sermo incidit: ita memoriter ac distincte locorū
nomina situmq; cōmemorat uel minima queq; repetendo ut debita opera illa ꝓfisse
nō aūt casu ad ea appulisse uideat̄. Quod magis mirū ē: & qa tūc agebat adolescē/
tis etatem & qa de illis antea nihil ulla ex lectione didicerat: ut nauigās nihil minus
q̄ de locorum uocabulis & situ sollicitus fuisse censeat̄. Quamalto sit ingenii acumine
illud facile ostendit: quod ubicunq; studiū applicuit: miro captu & tradita imbibit: &

semel apprehensa in memorie thesauro ꝑpetuo conseruauit. Signū certe illustre & inprimis expressū futuri sūmi uiri illud fuit: dū talia indicia prebuit in tenella quoq; etate uirtutis. Quā ꝓuo. s. tēpore i altioribus studiis ꝓfecerit: que ueluti uite alteri uacaturus seposuerat ut reminisci ista nō discere e uestigio uideret. que an uere dicā nemo te melius nouit. huiusmodi Iuliani tui Cardinalis morū & uirtutis ꝑmordius degustatis audeo eqdē pater sancte constantissime dicere precurrente hois annos tanta probitate cū ꝑmū ꝓ etatē ac dignitatē istā reꝙ hoi grauioꝙ maior usus accesserit: & studia ꝑterea qbus ardenter insistit: ꝗtū occupatioes passe fuerint cōsummarit: parē istū ut modestissime dicā facile futurū maximis uiris q in Ecclesia dei hodie plurimū celebrant: & q patrū nostrorū euo fuere permaximi. Quibus tu pater sancte rebus acerrimo & maximo consilio ꝑpensatis nō reuelantibus tibi humanis affectibus carne uel sanguine sed igniculis tāte uirtutis per quos in tēpore futurū magnū lumē merito añuidebas impellentibus cōstāti fiducia ut dignū te fuit: Iulianū tuū ad uoluptatis publice ac priuate cumulū maximoꝙ hominū cetui Cardinalatus insigni prebito iure optio aggregasti. hāc ego quoq; tāte celebritatis diem silentio preterire nō debui sed nostram potius ex tui tanti consilii ratione leticiam ad posteros &si tenuna oratione trāsmisi. Eo etiā obligatior tue diuine liberalitati ꝙ tu mihi quoq; id qđ hoc tēpore maximum & conditione mea multo altius fuit: in domo tua pontificia Secretariatus amplissimū locū tribuisti. Tibi igitē tibi pater sancte omniū nostrū uotis & oratiōe exoratus dominus Iesus Xp̄us dei uiuentis unicus filius ꝑ tantis bonis retribuat: ut in eius ecclesia sācta creditū tibi celitus maximū xp̄ianitatis regnū ac thronū sospes ac felix diutissime ad hominū salutē moderando conseruet. Tibi princeps Apostoloꝙ Petrus padisi hostiarius cuius es i sacratissima apostolica fede successor: semp assistat. Tibi fortissimus cathedre pastoralis angelus cuius nutu singula dirigis maiore faueat potestate: ut q tot legatioes tā illustres tamq; hoc tpe necessarias uno die ꝑnuntiasti & eodē die publice iucunditati priuatā etiā procerū nostroꝙ leticiā adiūxisti fausto feliciq; incepto optatā uideas inter oēs xp̄ianos principes ac populos pacē. & quod omnes optant omnes sperant omnes augurant de illoto Turcho Xp̄i dñi impio hoste uictoriā. ut cū paulo ante celebratis patribus & reliquo confratrum tuorum senatu sacrosancto clero omni cōcinēte totoq; populo magno sonitu respōdente amplissima & angustissima pompa supplicatiōibus ꝑ multos dies omnipotēti deo & sāctis oīibus decretis per omnes urbis Basilicas cum sanctarū reliquiarum omnium uenerandissima deportatioe omnifario musicorum concentu cantantibusq; sexus utriusq; iunioribus & senioribus respondētibus deducaris. quod tibi ille & catholico populo tuo cōcedat: qui ē supbenedictus in secula. Amē. Datū Rome in Sacro palatio tuo apud sanctū Petrum. x. kalēd. febr. M. CCCC. LXXII. Pont. tui ameniſſimi anno p̄mo.

In presenti uolumine continentur
expositiones Librorum infrascriptorum
veteris instrumenti. & primo.

Esaie	folio	I
Hieremie	folio	C III
Trenorum	folio	C LVIII
Hieremie oratio	folio	C LXV
Baruth	folio	C LXVI
Ezechielis	folio	C LXXIIII
Danielis	folio	CC XLVIII
Oſee	folio	CC LXXXX
Iobelis	folio	CCC VI
Amos	folio	CCC XI
Abdie	folio	CCC XIX
Ione	folio	CCC XXI
Michee	folio	CCC XXIII
Naum	folio	CCC XXIX
Abacbuc	folio	CCC XXXII
Sophonie	folio	CCC XXXV
Aggei	folio	CCC XXXVIII
Zacharie	folio	CCC XLI
Malachie	folio	CCC LIIII
Machabeorum primi	folio	CCC LVIII
Machabeorum secūdi	folio	CCC LXXVI

Nicolai de Lyra. ſuper Eſaiam ad litteram expoſitio //

Ieruſalem Euangeliſtam dabo Eſa .xli. ſecundum quod dicit beatuſ Hieronymuſ in epiſtola ad Paulinum de omnibuſ ſacre ſcripture libriſ Eſaiaſ non uidetur prophetiam. Sed magiſ euã/gelium texere propter quod dicit idem Hieronymuſ in prologo ſuper librũ Eſaie ꝙ non tam propheta dicẽduſ eſt q̃ euangeliſta: Et ideo conuenienter dicitur uerbum propoſitum de ipſo Hie/ruſalem etc. In quo tanguntur quattuor cauſe. huiuſ libri Eſaie quem pre manibuſ habemuſ ſcilicet effitienſ. materialiſ. formaliſ. & finaliſ. Effitienſ autem cauſa duplex eſt una principaliſ ſcilicet ſpirituſ ſanctuſ quo inſpirante loquuti ſunt prophete. ſecundum quod dicitur: primo Petri. Non uoluntate humana allata eſt prophetia aliquãdo. ſed ſpiritu ſancto inſpirante loquuti ſunt ſancti dei homineſ. & hec cauſa tangitur. cum dicitur dabo: quia cognitionem propheticam dedit Eſaie de quo poteſt accipi quod dicitur infra .xli. dedi te in feduſ populi. Eſaiaſ enim inter alioſ prophetaſ clariuſ deſcripſit myſterium Chriſti per quod genuſ humanum eſt ipſi deo federatum. Alia uero cauſa effitienſ eſt inſtrumentaliſ ſcilicet Eſaiaſ qui ſpi/ritu ſancto dictante hunc librum deſcripſit que notatur. cum dicitur Euangeliſtam & cum hoc etiam notatur. cauſa materialiſ & formaliſ. Ad cuiuſ intellectum ſciendum ꝙ euangeliſta dicitur ab eu quod eſt bonum & angeluſ quod eſt nuntiuſ dicitur aũt bonuſ nuntiuſ triplici ratione. Vna accipiẽ ex parte mittentiſ quia a bono domino mittitur. & ſcd̃m hoc ſub nomine euangeliſte tangitur cauſa effitienſ inſtrumentaliſ. huiuſ libri ſcilicet Eſaiaſ a ſpiritu ſancto deſtinatuſ ad nuntiandum uerbo. & ſcripto. illum in hoc libro. de quo poteſt accipi quod dicitur infra .xli. Spirituſ domini ſuper me eo ꝙ unxerit me. ad euangelizandum pauperibuſ miſit me. hec eſt littera ſecundũ tranſlationem Hieronymi & eadem eſt ſententia in tranſlatione noſtra. que ſic habet Spirituſ domini ſuper me. eo ꝙ unxit me: ad annuntiandum manſuetiſ miſit me. Secundo modo dicitur aliquiſ nuntiuſ bonuſ ſeu Euangeliſta ratione boni. quod per ipſum nuntiatur. & ſecundum hoc ſub nomine Euangeliſte materia huiuſ libri deſig/natur in quo myſterium ipſiuſ Chriſti quod non ſolum eſt bonum ſed etiam optimum deſcribitur quia ſicut dictũ eſt magiſ uidetur euangelium q̃ prophetiam texere. unde poteſt dicere illud Luce primo Euangelizo uobiſ gaudium magnum quod erit omni populo. Tertio mõ dicit̃ quiſ euãgeliſta ſeu bonuſ nuntiuſ ratione modi nuntiandi. & hoc eſt. quando nõ ſolũ nuntiat bonũ. ſed etiam bono mõ uidelicet lucide. & ornate. & ſic ſub nomine euangeliſte tangitur forma huiuſ libri ſcilicet forma tractandi. & forma tractatuſ. forma tractandi eſt moduſ agendi ſeu loquendi qui in hoc libro eſt ualde luciduſ. & ornatuſ. De claritate aũt dicit Hieronymuſ in prologo ſuper librum iſtum de ipſo Eſaia. Ita enim uniuerſa Chriſti & eccleſie myſteria ad liquidum proſe/quutuſ eſt. ut non puteſ eum de futuro uaticinari. ſed de preteritiſ hiſtoriã texere. De ornatu uero ipſiuſ dicit in eodem prologo de Eſa. Sciendum ꝙ in ſermone ſuo diſertuſ ſit. quippe ut uir nobiliſ & urbane eloquentie nec habenſ quicquidem in eloqo ruſticitatiſ admixtum unde accidit. ut pre ceteriſ florem ſermoniſ eiuſ tranſlatio non potuerit conſeruare. Sic igitur forma tractandi huiuſ libri. que eſt idem. quod moduſ loquendi eſt optimuſ ut puta luciduſ & ornatuſ propter qđ dicitur infra. xl. capi. exalta uocem tuam tu. qui euãgelizaſ Hieruſalẽ. Ille enim exaltat uocem ſuam. qui ornate. & lucide annuntiat ſuam intẽtionem . forma uero tractatuſ eſt diuiſio libri de

qua dicetur litteram prosequendo. Causa uero finalis huius libri tangitur sub nomine Hierusalem. Hierusalem enim in scriptura aliquando accipitur pro Ecclesia militāte. Apoc. xxi. uidi Hierusalem sanctam descendētem etc. Aliquando uero pro Ecclesia triūphante ad Gall. iii. Illa que sursū est Hierusalem libera est. finis autem huius libri duplex est unus propinquus scilicet instructio seu edificatio Ecclesie militantis sub nomine Hierusalem designate propter quod dicit infra. lx. Surge illuminare Hierusalem quia uenit lumen tuū id est prophetia Esaie illuminās totum statū Ecclesie. Alius aūt est finis ultimus & remotus uidelicet cōsecutio eterne beatitudinis in ecclesia triumphante que per Hierusalem intelligitur propter quod dicitur infra. xxxiii. Oculi tui uidebunt Hierusalem ciuitatem opulentam tabernaculum quod nequaq̄ ultra transferri poterit per prophetiā enim Esaie uidemus per speculum in enigmate. sed postea in futuro lucide uidebimus & aperte quod nobis concedat etc. .I.

Visio Esaie. Hic accedendum est ad formam tractatus que est diuisio libri que diuiditur in duas partes. quia Primo premittitur quedam breuis prefatio. Secundo subditur narratio. ibi: Audite celi. Circa libri huius expositionem intendo. quantum potero: prosequi secundum litteralem. uitando multiplicitatem particularum & concordantiarum quia per talia magis impediretur intellectus hominis: q̄ iuuetur. In locis uero quorum intellectus adeo deprauatur: intendo diutius immorari: sicut & feci exponendo librum Psalmorum. Igitur in prefatione huius libri quattuor manifestantur. Primū est ordo huius libri. inter alios libros canonicos cum dicitur: uisio id est prophetia: per quod patet q̄ liber iste in ordine librorum prophetalium computatur. Sciendum tamen q̄ uisio proprie dicta est cognitio prophetica. que fit in uigilia. ut dictū fuit diffusius in principio libri Psalmoꝝ ubi dictum fuit de diuersis gradibus prophetie. Secundum est scriptor ministerialis huius libri. qui manifestatur hic ex duobus scilicet ex nomine. cum dicit Esaie qui inter alios prophetas fuit nobilis. & famosus scilicet ex genere cum dicitur filii Amos. & ut dicit hic Ra. Sa. iste Amos & Amasias Rex Iuda fuerunt fratres. & sic Esa. fuit de genere regio. Vnde & dicit Hieronymus in prologo q̄ fuit uir nobilis eloquentie. ut supra allegatū est. & per hoc patet q̄ iste Amos est alius ab illo. qui inter. xii. prophetas ponitur tertius. quia ille fuit pastor. & rusticanus. ut habetur in principio sue prophetie. hoc etiam patet per litteras Hebraicas. quibus scribuntur: quia Amos pater Esaie habet primā litteram Aleph: & ultimam Sade. & ideo robustus interpretatur. Alius autem Amos habet primam Aym & ultimam Samech propter qđ auulsus interpretatur. Tertium quod in hac prefatione manifestatur. est populus cui Esaias prophetauit: cum dicit. Super Iudam & Hierusalem. Ita quod per Hierusalem que erat ciuitas metropolis. intelligitur Rex. sacerdotes. & nobiles. & alii ibidem habitantes. per Iudam uero reliquus populus de regno Iude quod dicitur regnum duarum tribuum. Quartum aūt est huius prophetie tempus cū dicitur. in diebus Ozie etc. tempore enim huius Regis cepit prophetizare. licet autem tempore Manasse filii Ezechie prophetauerit: tamē de tempore eius non facit mentionem. tum quia ille pessimus fuit. in cultu idolorum. & in occisione innocentum. ut habetur. iiii. Regum. tum quia. ab eo occisus fuit. eo q̄ peccata ipsius & populi arguebat. & ad colorandum suam malitiam. fecit eū adduci coram se. ut habetur in quodam libro Hebraico qui uocatur Iebamech. & dixit ei: Dominus dixit Moysi. Non uidebit me homo & uiuet. Exo. xxxiii. & tu dixisti. uidi dominum sedentem super solium excelsum. ut habetur infra. vi. capitulo. Item Moyses dixit Deut. iiii. Nec ē alia natio tā grandis. que habeat deos apropinquātes

sibi: sicut dominus deus noster. adest omnibus obsecrationibus nostris. & tu dixisti. Inuocate eum: dum prope est infra. lv. hora: per hoc insinuans. q̄ parum sit nobis propinquus: & sic contemnauit eum ad mortem. & sic prophęta inuocauit dominum, qui aperuit cedrum in loco existētem. & intra se occultauit prophętam. sed Manasses hoc miraculo non fuit retractus a sua malitia: sed cum arbore fecit eum secari cum serra. Audite. Hic consequenter ponitur narratio. Circa quod sciendum. q̄ intentio huius prophete est narrare Christi mysterium ut dictū ē supra. q̄d quidem mysteriū fuit ad deiectionem superborum. & exaltationem humilium. sicut dicitur in cantico beate uirginis Lu. p̄mo deposuit potentes de sede etc. propter q̄d sanctus Symeon dixit. exquo positus est hic in ruinam. & resurrectionem multoꝝ in Israel. Et Esaias denuntiando & scribendo Christi mysterium simul denuntiat & scribit deiectionem peccatorum. & resurrectionem humilium. & iustorum. & secundum hoc processus. libri huius in duas partes diuiditur: quia primo cum Christi mysterio describitur peccatoꝝ deiectio. Secundo iustorum erectio. Secunda incipit. xl. ca. Consolamini etc. Prima in duas: quia primo cum pertinentibus ad Christi mysteriū describitur punitio peccatorum quantum ad diuersos populos specialiter. Secundo quantum ad omnes generaliter. xxiii. ca. Prima in duas: quia primo ponitur punitio quantum ad Iudeos. Secundo quantū ad populos extraneos. ca. x. ibi: ueh Assur uirga etc. Prima adhuc in duas: quia primo cum mysterio Christi describitur punitio regni Iude sui duarum tribuum. Secundo eius liberatio a persecutione duorum Regum. ut post unū mortificatiuum. apponatur oleum lenificatiuum. Secunda pars incipit quinto capitulo. Et factum est. Prima in duas: quia primo ponitur prophetie denuntiatio. Secundo eiusdem confirmatio ca. vii. Prima in duas: quia primo describitur regni Iude punitio. Secundo per aduentum Christi Ecclesie promotio ca. ii. Sciendum tamen q̄ hec diuisio non est ita precisa quin membra diuisionis coincidant frequenter ita quod in una parte dicitur: ponitur etiam in alia. licet aliis uerbis. & alio modo. & idē dicendū de aliis subdiuisionibus que fient pro magna parte. Presens autem ca. in duas partes diuiditur: quia primo ostenditur populus puniendus pro peccatis in deum. Secundo in proximū. ibi: quomō facta est. Prima in tres. quia primo ostenditur populi culpa. Secundo subdiuidit pena. ibi: terra nostra. Tertio consulet medela. ibi audite uerbū. Circa primum. primo declaratur peccati grauitas. Secundo incorrigibilitas. ibi: super quo. Circa primum dicit propheta. Audite celi id est angeli. qui sunt ciues celestes. & auribus percipite terra id est homines habitantes in ea. utramq; enim naturam scilicet angelicam & humanā uult habere in testem. quonia dominus locutus est. cuius uerbū est attēte audiendū. filios enutriui scilicet populum Israel pascendo manna in deserto. & terram lacte & melle fluentem ei conferendo & exaltaui regnum Ammorreorum & Chananeorum eis tribuendo. ut patet in libris Numerorum & Iosue. Ipsi autem spreuerunt me. idolis seruiendo. ad quod declinauerunt post mortem Iosue. ut patet in libris Iudicum. Regum. & Paralyp. quorum cecitatem arguit communiter comparando ad bruta animalia rudissima. dicens. Cognouit bos possessorem suum. quia seruiendo ei aratro recognoscit pabuli sibi exhibiti benefitium. & asinus presepe dñi sui. inquantum seruit domino. in deportandis oneribus. pro pabulo. quod recipit in presepe suo. Israel autem me non cognouit. mihi seruiendo pro tot benefitiis sibi impensis. & populus meus id est populus Israel qui a deo recepit legem specialem. Non intellexit mea benefitia. & precepta intra se legendo. Veh genti peccatrici. sicut peccato assuete. sicut dicitur aliquis artifex ex arte iā acquisita. per opis exercitium

populo graui iniquitate quia peccatū quod per penitentiam non diluitur: mox suo pondere ad aliud trahit. semini neq̄. filius sceleratis. quia per talia homines effitiuntur semen diaboli. & eius filii. sicut per contraria opera boni effitiuntur filii dei. & illa peccata magis explicat in speciali dicens. Dereliquerunt dominum eius cultum debitū negligentes. Blasphemauerunt sanctum Israel eius bonitati detrahentes. hic sanctus Israel ipse est deus. qui est sanctus sanctorum. & dicebatur sanctus Israel speciali mō eo q̄ illum populum elegerat ad suum cultum. Alienati sunt retrosum. a deo recedē/tes. & honorem sibi debitum dus alienis tribuentes. Super quo percutiam. Hic conse/quenter ostenditur peccatorum incorrigibilitas. cum dicitur: super quo percutiam uos ultra quasi diceret frustra: quia non sequeretur correctio uestra. Ideo subditur: ad/dentes priuaricationem quasi diceret ex percussionibus meis non essetis emendati. sed magis peiorati. sicut Pharo Rex Egypti: quod ostenditur consequēter. in diuersis statibus populi. cum dicitur: Omne caput languidum. per caput intelligitur Rex & Principes. qui sunt capita populorum. & dicit languidum. quia languor est infirmitas incurabilis. & per hoc ostenditur eorum uita mala incorrigibilis. & omne cor merens. per cor intelliguntur rectores. & sacerdotes. quia sicut ex corde procedit sensus. & motus. ad alias partes corporis: sic per doctores & sacerdotes debent alii accipere sen/sum. bone cogitationis. & motum bone operationis accipiendo ab eis doctrinam. & exemplum uirtutis. sed econtrario dicitur hic. omne cor merens. non merore contri/tionis. de peccatis: sed merore qui est defectus doctrine. & uirtutis. A planta pedis etc. per hoc intelligitur reliquus populus procedendo. a minoribus. usq; ad maiores. Non est in eo sanitas scilicet gratie. & uirtutis. & per hoc intelligit̄ q̄ ibi sit contrariū scilicet infirmitas. culpe. ad mortem iebenne deducentis. & hanc infirmitatē specificat dicens. uulnus id est peccatū patens. & liuor id est inuidia latens. & plaga tumens id est peccatū superbie inflans. non est circumligata ligatura legis diuine a peccato retra/hentis. Nec curata medicamine id est uerbo. & exemplo sacerdotum & doctor̄ nec fota oleo id est operibus misericordie que impetrant remissionē culpe. Danielis q̄rto. peccata tua elimosynis redime. Terra uestra. Hic consequēter subditur debita pena. Circa quod sciendum q̄ sicut dicit Ra. Sa. Esaias dixit ista duabus tribubus Ezechie tempore decem tribubus iam ceptiuatis. & de terra sua translatis in Assyrios. ut habet̄ iiii. Regum. xviii. & ideo propheta primo reducit ad memoriam illam destructionē. & secundo comminatur regno Iude similem. ibi: & relinquatur. Circa primum dicit terra uestra id est terra decem tribuum. que dicitur hic pertinere ad regnum Iude. quia sibi debebatur de iure. eo q̄ fuit de regno Dauid̄ & Salomonis: sed tempore Roboam rebellauit ut habet̄. iii. Re. xii. Deserta id est derelicta ab habitatoribus suis in Assyrios translatis. ut dictū est. Ciuitates uestre succense sunt igni. ab Assyrijs terram Israel destruentibus & dicuntur hic ciuitates illius terre pertinere ad regnum Iude ratione dicta. & eodem modo intelligitur: quod subditur. Regionem uestram coram uobis alieni deuorant scilicet Samaritani. qui erant gentiles illuc adducti. per Regem Assyriorum. ut habetur. iii. Regum. xvii. Et desolabitur sicut in uastitate hostili id est hostes remanebunt in ea. & ita factum est. quia filii Israel in Assyrios translati non redierunt postea ad terram illā: unde littera Hebraica sic habet & de/solabitur sicut in uersione extraneorum. quia illa terra fuit simpliciter uersa ad ex/traneos. qui non erant de gente Israel. Et derelinquatur. Hic propheta consimilem penam quantum ad aliquid comminatur regno duarum tribuū dicens: & derelinq̄t filia Sion Hierusalem metropolis in regno Iude derelinquetur a suis habitatoribus

transferendis. in Babylonem per Nabucho. Regem. & per consequens alie ciuitates eiusdē regni. sicut umbraculum in uinea derelinquit̄ a custode ipsius. uinea collecta. quia non habitat ibi ultra. & sicut tugurium in cucumerario cucumeribus collectis de/relinquitur a custode. est autem cucumerarium locus ubi crescunt cucumeres. Et sicut ciuitas. que uastatur ciuibus inde captiuatis. sed quia ista captiuitas reducta fuit in terram Iude per Cyrum Regē qui dedit populo Iude licentiam reuertendi in terrā suam. Ideo subditur. Nisi dominus exercituum id est angelorum. reliquisset nobis semen id est aliquos de regno Iude redeuntes sub Zorobabel. qui reedificauerunt templū. & postea ciuitatē tpe Neemie quasi Sodoma fuissemus id est destructi irreparabiliter. sicut Sodoma & Gomorra. & alie tres ciuitates fuerunt absq; reparatione Gen. xix. Audite. Hic consequenter ponitur medela. contra predicta mala. & primo falsum remedium concluditur. Secundo uerum consulit̄. ibi. lauamini. Circa primū sciendū. q̄ habitatores regni Iude. qui pro maiori parte erant ita mali. ut predictum est: tñ credebant malitiam suam expiare sacrificiis. & aliis huiusmodi. que fiebant in templo. quod erat in Hierusalem & hoc est falsum. sicut dicitur Prouer. iii. Victime impiorum abominabiles domino. & hoc est. qd̄ dicit hic propheta satis diffuse & Primo excludit sacrificia. Scd̄o festa solēnia. ibi: Neomeniam. Tertio orationum suffragia. ibi: & cū extenderitis. Circa primum excitat maiores populi ad intelligendum dicens. Audite uerbum domini principes Sodomorum id est similes illis. quia publice. & inuerecunde faciebant mala predicta. sicut Sodomite. ut habetur Gen. xix. & ideo dicitur infra iii. ca. peccatum suum sicut Sodoma predicauerunt: nec absconderunt. Consequenter excitat minores dicens. percipite auribus legem dei uestri populus Gomorre. & utitur hoc modo loquendi quia sicut populus erat subiectus principibus: Ita Gomorreorum ciuitas erat subiecta Sodome que erat metropolis in quinq; ciuitatibus submersis. Vl/terius ponit intentū dicens. quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum dicit dñs id est in quo placent mihi quasi diceret nullo modo. Ideo subditur. plenus sum id est ta/libus non indigeo. sed magis abhorreo. sicut homo plenus cibo abominatur ipsum. ideo subditur: Holocausta arietum. & adipē pinguium. & sanguinē uitulorum. & agnorum. & hircorum. De istis enim speciebus animalium fiebant sacrificia maiora. & per repro/bationem maiorum. intelligitur reprobatio minorum. que fiebant de turturibus. & columbis. & dicebantur holocausta que totaliter incendebantur ad honorem diuinū. de sacrificiis autem. pro peccato. una pars cedebat in usum sacerdotū. & alia in usum offerentiū. sed in omnibus sacrificiis esus adipis. & sanguinis erat totaliter prohibitus. quia adeps cremebatur in altari holocaustorum. & sanguis effundebatur ad crepidi/nem illius. ut habetur in Leuitico. Cum ueneritis ante cōspectū meum id est ad talia offerendū sacerdotibus in introitu atrii sacerdotum. quod dicebat̄ esse in conspectu domini: eo q̄ erat ante templum. ubi dabantur diuina responsa. Quis quesiuit hec de manibus uestris. quasi diceret ego non quesiui. ut deambularetis in atriis meis. Hoc dicitur: quia preter atrium sacerdotū in quo offerebantur sacrificia: erant duo alia. unum in quo orabant mundi: & aliud in quo orabant immundi. Ne offeratis ultra sa/crificiū frustra quasi diceret talis oblatio uobis non ualet. sed magis nocet. eo q̄ pol/luti peccatis ad loca sancta accedit̄is. Incensum abominatio est mihi id est oblatio thymiamatis in altari incensi intra templum. que oblatio erat sacrificiorum oblatorum sub diuo. consumatio: secundū quod dicitur Hebra. ix. In priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes offitia consumantes. Neomeniam. Hic excludit solem/nitates dicens. Neomeniam id est festum qd̄ fiebat in nouilunio apd̄ Iudeos. propter

benefitiú diuine gubernationiſ eo ꝙ in nouilunio frequenter apparet mutatio tpiſ. & dicitur a neoſ. quod eſt nouú. & mene defectuſ. eo ꝙ renouatur lumen lune. quod defecerat. & ſabbatum quod eſt feſtum apud Iudeoſ in memoriam creationiſ ut habeť Gen. ii. & feſtiuitateſ aliaſ ſcilicet Paſche. Pentecoſteſ. Tubarum. Expiationiſ. & Tabernaculorum. de quibuſ dictum fuit plenius. Leuit. xxiiii. Non feram loquitur ſcriptura de deo ad modum hominiſ agrauati onere. & per hec omnia & ſimilia oſtẽ/ ditur. ꝙ talia non erant deo placita. ſed magiſ diſplicentia. Iniqui ſunt cetuſ ueſtri. In octaua enim die feſti Tabernaculorum fiebant cetuſ. ſine collectione. Kalendaſ ueſtraſ id eſt principia menſium. per quod figuratur id. quod ſupra ſignificatum eſt. per Neomeniam & ſollemnitateſ ueſtraſ omneſ generaliter odiuit anima mea etc. & patet ex dictiſ ſententia. Et cum extenderitiſ. Hic excludit orationum ſuffragia. d. & cum extenderitiſ manuſ ueſtraſ ad me deprecandum. auertam oculoſ meoſ a uobiſ: ſicut homo auertit faciem ſuam ab eo. quem non uult exaudire. ideo ſubditur. Et cú multiplicaueritiſ orationẽ: non exaudiam: & ſubdit omnium predictorum rationem. manuſ enim ueſtre id eſt opera ueſtra. que per manuſ deſignantur: eo ꝙ manuſ eſt organum organorum. iii. de Anima. ſanguine plene ſunt id eſt peccatiſ enormibuſ. erant enim homicide idolatre. & pauperum oppreſſoreſ. predicta enim ſacrifitia & huiuſmodi non habebant efficatiam ex opore operato. ſicut ſacrifitium noue legiſ. ſed tm̃ ex fide & deuotione offerẽtium. fideſ autem erat in eiſ amota. per idolatriam. & deuotio per malitiam obſtinatam. Lauamini: Hic conſequenter uera medela con/ ſulitur ſcilicet per ueram penitentiam. & boni operationem. & hoc eſt quod dicitur: lauamini a peccatorum maculiſ. lachrymiſ contritióiſ. Mundi eſtote id eſt a recidiuo cauete. auferte malum cogitationum ueſtrarum quia non ſufficit munditia exterior: ſine interiori. ab oculiſ meiſ homo enim uidet ea. que patent. ſed deuſ intuetur cor. primo Regum. xvi. Quieſcite agere peruerſe. a malo declinando. diſcite benefacere. in boniſ uoſ exercendo. Iſte enim ſunt due parteſ iuſtitie ſcilicet declinare a malo: & facere bonum: querite iuditium id eſt executionem debite iuſtitie ſubuenite oppreſſo. eum releuando. Iudicate pupillo id eſt pro pupillo. in cauſa ſua iuſta. defẽdite uiduã contra eam calumniantem. Iſtaſ autem perſonaſ exprimit: quia frequenter iniuſte patiuntur calumniam. eo ꝙ non poſſunt ſe defendere. & ideo indigent iudicum. & potentú ſuſtentatione. & uenite. & arguite me dicit dominuſ. id eſt ſi ita feceritiſ tunc poteritiſ conqueri. niſi a deo releuabimini propter quod ſubditur de releuatione a peccatiſ: cum dicitur: ſi fuerint peccata ueſtra ut coccinú etc. Iſti duo coloreſ hic po/ ſiti. ſunt ualde tenaceſ. & manſiui: & ideo per hoc intelligitur ꝙ peccata quantúcunq; ſint grauia. ex genere: & habituata ex conſuetudine. diuina gratia purgabuntur. Secundo ſubditur de releuatione a corporalibuſ miſeriiſ. cum dicitur: ſi uolueritiſ. & audieritiſ me. preceptiſ meiſ obidiendo. bona terre comedetiſ. per hoc etiã intelligũtur alia bona ſpiritalia. que in talibuſ premiſſiſ ſunt principaliter intellecta. primum enim non debet eſſe minuſ bonum. q̃ meritum. bona autem temporalia ſunt minora. q̃ opa uirtutum. Quod ſi uolueritiſ & me ad iracundiam prouocaueritiſ precepta mea tranſ/ grediendo: gladiuſ aduerſariorum ueſtrorum deuorabit uoſ: mortem temporalem inferendo: & ad mortem iehenne deducendo. que ſub morte temporali intelligitur. homineſ autem carnaleſ qualeſ erant in ueteri teſtamento: potiſſime non attendunt niſi bona. & mala ſenſibilia: ideo in diuiniſ promiſſionibuſ. & cõminationibuſ prophete mala & bona ſenſibilia exprimebant: ſub illiſ intelligẽdo ſpiritalia. & eterna. Quomó facta eſt. Hic conſequenter oſtendit̃ populuſ puniendus pro peccatiſ in proximum.

& Primo describitur culpa. Secundo pena: ibi. propter hoc. Circa primum. Primo
describitur culpa hominum uulgarium. cum dicitur: quomodo facta est meretrix id
est plena meretricio. per peccatum adulterii. secundum quod dicitur Ieremie quinto
equi amatores in feminas. & emissarii facti sunt. unusquisq; ad uxorem proximi sui.
hinniebat. & hoc est ualde graue peccatum contra proximum. quia fit sibi iniuria. in re
sibi carissima scilicet in uxore. que est una caro cum ipso. Gen. ii. & in prole. que
substituitur falsa. Ciuitas fidelis id est primus conseruans fidelitatē matrimonii plena
iudicii. tempore Dauid. & Salomonis. & ideo subditur: Iustitia habitabit in ea scilicet
tunc. nunc autem homicide. ut expositum est supra. Consequenter describitur culpa
doctorum. & sacerdotum. cum dicitur: argentum tuum id est ligua doctorum. & sa/
cerdotum. secundum illud Prouer. quarto. argentum electum ligua iusti. Versum
est in scoriam id est a ueritate. in falsitatem. per malam legis expositionem. uinum
tuum id est correctio populorum. per doctores. & sacerdotes. secundum quod dicit̄.
Luce quarto. in parabola sauciati. infundens oleum. & uinum. ubi per uinum intel/
ligitur correctio. eo q̄ est mortificatiuū mixtū est aqua id est relaxatū a correctiōe
debita. quia doctores culpabiles. non habent frontem corrigendi peccatores. Conse/
quenter describitur culpa Principum cum dicitur. principes tui infideles in regimine
populi socii fuerūt. sustentantes eos. eo q̄ communicant furtum eoꝝ. omnes diligunt
munera per auaritiam sequuntur retributiones peruertentes iustitiam. Ideo subdit̄.
pupillo non iudicant. dando pro eo sententiam. in causa iusta. causa uidue non in/
greditur ad eos. quia non uident inde lucrum temporale consurgere. Propter hoc.
Hic consequenter describitur pena debita. cum dicitur: propter hoc. ait dominus ex/
ercituum id est angelorum fortis. Israel id est potens ad puniendum malos de Israel.
Heu pro malo populi mei ego consolabor super hostibus meis. & subditur modus. cō/
solationis. & uindicabor de inimicis meis. Et accipit hic. pro id est. passionis enim irasci/
biles terminantur in passionibus concupiscibilis. Iratus enim delectatur: cum punit in
iuriam sibi illatā. & sic ira terminatur in delectationem. Et conuertam manū meam
id est potestatem meam punientē ad te debite puniendum. Ideo subdit̄. & excoquam
ad purum scoriam tuam etc. loquitur de deo ad modum aurifabri. qui per uirtutem
ignis consumit q̄cquid est impuritatis in auro. uel argento. & sic purgat̄. sic per ignē
tribulationis immisse. a deo Iudeis per Regē Babylonis fuit purgatus populus Iudeoꝝ
qua purgatione facta. reductus est a captiuitate Babylonica. Ideo subditur. & resti/
tuam Iudices tuos. ut fuerunt prius scilicet Zorobabel. & Iesum filium Iesedech
Machabeos & cōsimiles. & consiliarios tuos sicut antiquitus scilicet Esdram & Neemiā
Aggeum. & Zachariam Prophetas. Post hoc uocaberis ciuitas iusti scilicet dei urbs
fidelis in diuino cultu: Sion in iuditio redimetur. per Sion ubi erat templum. ad q̄d
populus tenebatur ter in anno conuenire: intelligitur ipse populus. qui redemptus
fuit de Babylonie per uiam iustitie. inquantum pro culpa sustinuit penam debitam. &
q̄ per Sion intelligatur populus ostenditur per hoc. quod subditur: & reducent eam
mons. mons enī Sion qui est immobilis. non fuit translatus. uel reductus. sed populus.
& conteret celesces. & peccatores simul etc' q̄a ii qui fuerunt in peccatis suis obstinati.
fuerunt mortui partim in captione Hierusalem & terre incircuitu. & partim in cap/
tiuitate Babylonis. Et erubescetis super hortos. quos elegeratis ad colendum ibi idola
in locis amenis. & deliciosis. ubi etiā suam luxuriam exercebant in ueneratione idoloꝝ
priapi maximi. Vnde & dicebatur deus hortorum. cum fueritis uelut quercus deflu/
entibus folius. morti propinqui sicut folia defluunt a quercu cum incipit mortificari.

Et uelut hortus absq; aqua. in quo mortificāt seminata. & plātata. Et erit fortitudo uestra ut fauilla stuppe id est applicata debite pene & opus uestrum sicut scintilla qa opus demeritorū generat tribulationis incendium & succidetur utrūq; simul. in igne iebenne quantum ad obstinatos in malis. & non erit qui extinguat: quia ille ignis erit perpetuus. potest etiam hoc referri ad Nabuzardam: qui intendit domum domini. & domum Regis. & domos Hierusalem per circuitū quarto Regum ultimo. & sic ille ignis. non fuit extinctus ab homine. sed solum per consumptionem conbustibilis materie etc.

.II.

VErbum post̄q Propheta descripsit regni Iude deiectionem. Hic consequenter describit regni Xp̄i scilicet ecclesie erectionem. Et diuidit̄ in duas partes: quia Primo hec erectio describitur: & Secundo Propheta ad describendum predictam deiectionem reuertitur. ibi: proiecisti eum. Prima pars a Christianis & Iudeis de tpe Christi exponitur. contrario tamen modo: quia Christiani dicunt hanc scripturam fuisse impletam in aduentu Iesu Nazareni: quem confitentur esse Christum in lege. & Prophetis promissum. Iudei uero dicunt ipsam implendam fore tempore Messie quem expectant: quia Iesum Nazarenum negant esse Christum. & arguunt ex littera huius partis: primo. quia dicit̄. hic. Et erit in nouissimis diebus. mons domus dñi. & sic in nouissimis diebus littera huius partis est implenda. dies autem Iesu Nazareni non fuerunt nouissimi. quia post mortē eius fluxerunt multi anni scilicet. m.cc. xciii. ergo non fuit Christus. sed alius expectatur. Item subditur. Mons domus domini. in uertice montium. & eleuabitur super colles. & sic in aduentu Christi mons Sion eleuabitur in altum: quod non est adhuc factum. igitur etc. Item sequitur. & fluent ad eum omnes gentes scilicet per crudelitatem in Christum. hoc autem non est factum. de Iesu Nazareno. quia Sarraceni Tartari. & plures gentiles alii & etiam Iudei p maiori parte non crediderunt in Iesum Nazarenum. ergo etc. Item sequit̄. & cōflabunt gladios suos. in uomeres: & lanceas suas. in falces. & nō leuabit gens contra gentē gladium etc. ex quo uidetur. q̄ in aduentu Messie debeat tanta pax esse in mundo. q̄ cesset usus armorum. & materia eorum in instrumenta pro agricultura conuertat̄. Ista non solum possunt solui. sed etiam in aduersarios retorqueri. saltem pro magna parte. Ad Primū dicendum q̄ nouissimum uno modo accipitur simpliciter. & absolute. & sic tempus nouissimum seu dies uouissima. dicitur tempus futurum prope iudicium. Alio modo accipitur respectiue. & sic tempus gratie. seu aduentus Christi. dicitur nouissimū. quia legi euangelice alia non succedet. propter quod argumentum non ualet. quia istud tempus nouissimum habet longum tractum: sicut ultima etas hominis. aliquando tantum durat. quantum omnes alie precedentes. Item Gen. xlix. dicitur congregamini filii Iacob. ut annuntiē que uentura sunt uobis in diebus nouissimis. etc. & omnia illa iam diu sunt impleta. & secundum opinionem Iudeorum sicut fuit ibidē expositum. propter quod ex illo uerbo. in nouissimis diebus. non habent argumentū. Item ibidem subditur. Non auferetur sceptrum de Iuda. & Dux de femore eius. donec ueniat. qui mittendus est. id est Christus. Vnde in translatione Chaldaica que tante auctoritatis est apud Hebreos. q̄ nullus unquam fuit ausus contradicere ei: habetur Messias. id est Christus. & ibi nos habemus qui mittēdus est. cum igitur sceptrum & dominatio fuit ablata a Iudeis. iam diu est. sequit̄ q̄ aduentus Christi transiit in preteritum. & cum fuit ablatum tempore Herodis. ad quem deuolutum fuit regimen Iudeorum. cum esset alienigena: & tempore ipsius natus fuit Iesus Nazarenus sequitur. q̄ est. & fuit uere Christus: quia illo tpe nullus alius aparuit q̄ ex doctrina

& operibus posset dici Christus. & sic argumētum reducitur ad propositum nostrum. Ad secundum dicendum. q̄ ratione illius dicti. aliqui doctores Hebrei dixerunt q̄ in aduentu Messie mons Synai. & mons Thabor. & mons Carmeli qui sunt prope mó/ tem Sion sunt adducendi diuina uirtute. & super illos mons Sion debet poni. ut sic impleatur: quod dicitur: Erit mons domus domini. in uirtute montium etc. Sed hoc dictum reprobat Ra. Sa. super locum istū dicens. q̄ talis eleuatio nó est intelligēda. secundum loci mutationem. sed per signorum operationem: quia maiora signa fienda sunt tunc in monte Sion. q̄ in alis tribus sunt facta. & in hoc dicit ueritatem: nisi q̄ dicit futurum. quod per Iesum Nazarenum factum fuit: quod sic patet. maius signū factum in monte Synai fuit datio legis per angelum loquentem in persona domini. Act. vii. maius sine comparatione fuit q̄ Christus homo in templo docuit legem euā/ gelicam in quo legitur pluries docuisse quod templum fuit in monte Sion. ut sepius dictum est: ubi etiam cecos. & claudos curauit. & multa alia miracula fecit. Ibi etiam ianuis clausis ad discipulos intrauit. suam resurrectionem manifestando: & ibi super Apostolos alios q̄ discipulos. spiritum sanctū in die Pentheco. misit. quod fuit magnū miraculum scilicet q̄ homines simplices. & illitterati omnes scripturas intelligerent. & linguis omnium gentium loquerentur: & per hoc patet: q̄ maiora fecit Iesus Naza/ renus in monte Sion: q̄ unquam fuerunt facta in tribus montibus predictis. & ideo concluditur X p̄m uenisse in persona Nazareni. Ad tertium dicendum. q̄ hoc signū omnis non distribuit. pro singulis generum. sed pro generibus singulorum: quia de omnibus gentibus aliqui conuersi sūt ad fidem Christi: etiam a tempore Apostolor. sicut diffusius declaratum fuit Psal. xviii: super illud uerbum: In omnem terram etc. sicut hec propositio uera est. omne animal fuit in arca Noe: quia aliqua individua de singulis generibus animalium fuerunt ibi. ad fidem uero Christi non solum aliqui de gentibus singulis. sed multi sunt conuersi. & quia secundum expositores theologos. & Hebreos predicta distributio sic est intelligenda. ex hoc concluditur Iesum Na/ zarenum esse uere Christum. Ad quartum dicendum. q̄ per hoc quod dicitur. non exercebunt ultra ad prelium. non habetur. q̄ post aduentum Christi nullum debeat esse prelium: sed magna pax tempore sui aduentus: & ita fuit: quia Christus natus fuit tempore Cesaris Augusti. subiectis omnibus gentibus Romano imperio. & pacatis intantum: quod sub eo numeratus est totus orbis: ut habetur Luce. ii. & durauit ista pax per magnum spatium temporis. nec plus habetur per illam dictionem ultra: loco cuius ponitur in Hebreo adad. & similiter quarto Regū sexto ubi habemus & ultra non uenerunt latrones Syrie. in terram Israel: quia cessauerunt uenire per aliquod tempus: tamen postea plures uenerunt: ut patet ex quarto Regum. Similiter Gen. xxxv. dicitur ad Iacob non uocaberis ultra Iacob sed Israel. & tamen postea uoca/ tus fuit Iacob multotiens & per hoc concluditnr Iesum Nazarenum esse uer̄ X p̄m. quia natum tempore maxime pacis. & temporibus a Prophetis prenuntiatis. Ex predictis patet sententia huius partis. tamen adhuc ad maiorem intellectum. discur/ renda est breuiter applicando ad propositū scilicet de ecclesie promotione. & p̄mittit̄ breuis prefatio. Verbum quod uidit etc. quasi diceretuerbum quod subditur: est no/ tabile quia de maxima re: & ideo maxime attendeñ. & quod sit illud. ostenditur: cum dicitur. Et erit in nouissimis diebus id est tempore gratie. quod dicit̄ nouissimum. ut dictum est. & hoc modo dicitur primo Io. ii. Nouissima hora est. preparatus mons domus domini. tum quia fundata fuit per predicationem Christi. & eius miracula in monte Sion ubi erat templum domini. ut predictum est. tum quia ecclesia. que est

domuſ domini dignitate excellit omnem aliam congregationem a principio mundi.ad dei cultum ordinatam: & eleuabitur ſuper colles id eſt ſuper principes terre. quia a tempore Conſtantini ceperunt ſe ſupponere iugo Chriſti. & fluent ad eum omnes gentes id eſt aliqui de omnibus gentibus: ut predictum eſt. uel poteſt dici: q̄ eſt hic locutio hyperbolica. ad deſignandum multitudinem gentilium. que fidem Chriſti ſuſcepit. Iudei pro maiori parte in infidelitate manentibus. ſecundum illud. ad Ro. xi. Cecitas ex parte contigit in Iſrael. donec plenitudo gentiū intraret. ſicut dicitur. oēs de ciuitate currunt ad tale ſpectaculum: ad deſignandum multitudinem currentium. licet aliquando maior pars remaneat. & dicent. uenite. aſcendamus etc. quia illi qui recipiebant fidem Chriſti. hortabantur alios ad ſimiliter agendum. & docebit nos uias ſuas etc. quia adulti uenientes ad fidem Chriſti anteq̄ baptizarentur. catheciza/bantur. & inſtruebantur de iis que pertinent ad fidem. quia de Sion exibit lex etc. hoc non eſt referendum ad credentes. quaſi ſit uerbum ipſorum: ſed eſt uerbum Eſaie reddentis cauſam. & modum. de dicta multitudine gentium ad fidem Chriſti conuer/tenda: quia de Hieruſalem & Iudea exiuerūt Apoſtoli. aliq; diſcipuli. ad predicandū fidem Chriſti. propter quod dicitur. Actuum. xiii. Vobis oportebat primum loqui uerbum dei. ſed quia repellitis illud: & indignos uos iudicatis: ecce conuertimur ad gē/tes. ſic enim precepit nobis dominus. & iudicabit gentes. Iudicio diſcretionis quo per predicationem Apoſtolorum aliquos de gentibus uocauit ad fidem. aliis in infidelitate dimiſſis. quod quidem iudicium iuſtum eſt: licet nobis occultum. & arguet populos multos de infidelitate. & alis peccatis ſuis. ſicut patet in Actibus Apoſtolorū. & legēdis ſanctorum. Et conflabunt gladios ſuos etc. hoc dicitur ad deſignandum diuturnitatē pacis. que fuit ubiq; tempore natiuitatis Chriſti. ut predictū eſt: & durauit in Iudea: de qua terra Eſaias principaliter loquebatur a uiginti annis. & plus. ante natiuitatem Chriſti. uſq; poſt mortem eius p. xl. annos. & circiter. ſub dominio Romanorum. ut poteſt colligi ex dictis Ioſephi. & aliorum Hiſtoriographorum. ſed Iudei finaliter rebellantibus a Romanis. deſtructi ſunt: & captiuati per Titum anno .xlii. a paſſi/one Chriſti. ueriſimile autem eſt. q̄ in pace tam longa ceſſantibus belli. multa arma & inſtrumenta bellica fuerunt conuerſa in inſtrumenta agriculture. apta ſicut ſenſi/biliter uidetur in terris. ubi poſt bella ſequitur pax diuturna. Non leuabit gens contra gentem etc. hyperbole eſt ad deſignandum pacis diuturnitatem. ſicut com/muniter dicitur de aliquo negotio .quod protrahitur ultra modum conſuetum. iſtud negotium. nunq̄ terminabitur. licet terminetur infra menſem aliquando. ſeu etiam in minori tempore. ſecundum condictionem negotii. & hic modus loquendi hyperbo/licus frequens eſt in prophetis. Domus Iacob. poſt conuerſionem gentilium. ponitur conuerſio Iudeorum qui circa finem mundi recipient fidem Chriſti generaliter. & a tempore Chriſti. uſq; nunc recipiunt eam aliqui particulariter. & quia ad hoc inducti ſunt per doctores conuerſos ad fidem de gentilitate. uel in ſe. ſicut patet de Auguſti. & Ambroſio. & alis multis. uel in parentibus: ſicut eſt de illis doctoribus qui nati ſunt de gentibus Chriſtianis. tamen parentes eorum propinqui. uel longinqui fuerunt de gentilibus conuerſi ad fidem Chriſti. & in perſona talium dicit: Hec eſt domus Iacob. uenite ambulemus in lumine domini id eſt in lumine fidei Chriſtiane. Proieciſti. aliqui doctores noſtri hanc litteram. & ſequentem. uſq; ad. vi. ca. exponūt communiter ad precedentem. referendo eam ad tempus Chriſti. dicentes q̄ in iſtis. ca. deſcribit̄ pena Iudeorū. pro morte Chriſti. Sed hoc non uidet̄ mihi. quia hic premittitur culpa pene que deſcribitur in ſequentibus. ca. Culpa autem iſta. eſt principaliter multiplicatio

idolatre. unde dicitur. & repleta est terra idolis etc. A tempore autē Christi & ante. per longum tempus. usq; ad destructionem ciuitatis Hierusalem: per rationem. que fuit inducta propter mortem Christi. ut patet Luce. xix. non fuit idolatra apud Iudeos: sed eam mirabiliter horruerunt intantum. q̄ cum Herodes. sub quo natus fuit Christus: supra portam templi posuisset aquilam auream. quod est signū Romani Imperii: eo q̄ regnū Iudee receperat a Romanis: non ad hoc. q̄ illa adoraretur. sed solum ad porte decorem. & Imperatorum honorē: & tamen Iudei zelo legis accensi. dicentes non esse licitum aliquam imaginem quacūq; de causa esse in templo. uel circa templum. illam terram detecerunt: scientes tamen: q̄ ex hoc imminebat eis mortis periculum. sicut & contigit. quia plures ratione huius facti fuerunt ab Herode occisi. Item tempore Tyberii sub quo passus est Christus: Pilatus Iudex Prefectus imaginem Cesaris portari fecit in Hierusalem. qđ cum cognitū fuisset a Iudeis. in magna multitudine uenerunt ad Pilatum rogantes. ut illam aufferret. asserentes: nō esse licitū aliquam imaginē esse intra ciuitatē. & Pilatus uidens multos esse paratos magis mori. q̄ permittere imagines in ciuitate. fecit eas in Cesarē reportari. ad precauendū dissensionem populi. Et simile factum legitur tempore Caii qui successit Tyberio eo q̄ Petronius Iudex Prefectus uolebat imaginem Cesaris. ad Hierusalem portare. ut refert Iosephus. libro de Iudaico bello. Et ideo saluo meliore iudicio. uidetur mihi: q̄ hec littera. & sequens usq; ad septimū capitulum referenda est ad tempus precedens Babylonicam captiuitatem. que fuit inducta sup Iudeos maxime propter idolatriā. que tunc in eis multum uiguit: ut patet ex quarto Regum & secundo Psal. Igitur secundum hanc sententiam. littera ista in qua Esaias reuertitur ad describendum punitionem regni Iude. quam inscribere supra inceperat. ut supra dictum est: & diuidit̄ in duas partes: quia Primo exprimitur culpa. Secundo subditur pena debita. ibi: non ergo dimittas. Circa primum dicit Propheta. Proiecisti enim populum tuum. domum Iacob id est proicies. loquitur enim de futuro. per modum preteriti propter certitudinem prophetie. que fuit impleta. quando Nabuch. Iudeos de Hierusalem & Iuda eiecit. & captiuos in Babylonem duxit. Consequenter redditur ratio dicte captiuitatis. cū dicitur: quia repleti sunt ut olim. in Hebreo habetur. & repleti sunt ab oriente id est magica arte. que reperta fuit in parte orientali. respectu Iudee. unde & Balaā Arioluſ. & Magus habitabat in partibus orientalis: ut habetur Numeri. xiii. & eadē est sententia. in translatione communi: cum dicitur: repleti sunt ut olim: quia a tēpore Iudicum Iudei ceperunt uti magicis. & augures id est diuinos diuinatione superstitiosa. cum augurium proprie est diuinatio per garritum. & uolatum auium. habuerunt ut Phylistium qui talibus intendebant. Sciendum tamen q̄ aliqua diuinatio per garritum. & motum auium. est licita scilicet inquantum se extendit cognitio naturalis. aues enim. & bruta animalia actus sentiunt immutationē aeris. quia non habent intellectū distrahentem uim sensitiuam. & secundum talem immutationem incipiunt garrire. uel moueri. de loco ad locum. aliter q̄ ante. ad qđ sequitur pluuia. uel siccitas: uel uentus. uel huiusmodi. secundum diuersitatem nature auium. uel brutorum. & ex tali experientia cognoscunt homines. quia talis garritus est signū effectus naturalis. sequētis. & hoc etiam modo naute pronosticant. de futura tempestate. per motum delphinoꝝ in superficie maris. sed si diuinatio talis extendatur ad actus humanos. qui dependent ex libro Arbitrio: superstitiosa est talis diuinatio: qua utebant Iudei. sicut Phylistei. & pueris alienis adhesserunt exercentes in eis uitiū Sodomiticum ut dicunt cōmuniter expositores nostri. Ra. Sa. uero exponit aliter dicens q̄ Iudei accipiebant uxores

alienigenaſ. idolorum cultriceſ. ſicut dicitur tertio Regum undecimo. de Salomone. & filii qui naſcebantur ex eis. ſequebantur idolatriam matrum. & ſic Iudei faciebant filioſ alienoſ a cultu dei. Repleta eſt terra argento. & auro. in hoc tangitur peccatū auaritie. ad quod Iudei ſemper fuerunt proni. Et repleta eſt terra eiuſ equiſ etc. in hoc tangitur peccatum diffidentie quia in defenſione per talia contra aduerſarioſ magiſ confidebant. q̃ de diuino auxilio. & repleta eſt terra eiuſ idoliſ etc. hic tangit̃ peccatū eorꝝ multipliciſ idolatrie. & quantum ad idolorꝝ fabricationem. & quantum ad uenerationem. Ideo ſubditur. Opuſ manuum ſuarum adorauerunt. & ſubditur. & incuruauit ſe homo idoliſ inclinando. omnia enim iſta peccata multiplicata fuerunt inter Iudeoſ ante captiuitatem Babylonicam. ut patet quarto Regum. xxi. Ne ergo dimittaſ. Premiſſa culpa. Hic conſequenter deſcribitur pena. & Primo in ge/ nerali. Secundo magiſ in ſpeciali capitulo tertio. Prima in duaſ: quia Primo deſcribit̃ pena. Secundo oſtenditur medela. ibi: quieſcite. Circa Primum dicit Propheta. ne ergo dimittaſ. quaſi diceret ex quo faciunt iſta turpia. ut premiſſum eſt: non eſt dimittendum tantum dedecuſ culpe. ſine decore iuſtitie. Conſequenter conuertit ſer/ monem ſuum ad populum dicenſ. ingredere in petram. abſcondere etc. quia multi de populo timore Regiſ Nabuch. & exercituſ eiuſ. abſconderunt ſe in cauerniſ petraꝝ. & in foſſiſ terre. A facie timoriſ domini id eſt ipſiuſ Nabuch. a deo miſſi. ad punien/ dum predicta peccata. qui fuit in hoc flagellum domini. Et a gloria maieſtatiſ eiuſ. id eſt a maieſtate eiuſ glorioſa. quia fecit Nabuch. uenire cum magna ualde. & ex/ cellenti poteſtate. cui nulluſ de regno Iude potuit reſiſtere. Ideo ſubditur. oculi ſublimiſ hominiſ id ẽ Sedechie Regiſ. qui eleuatuſ in ſuperbiã rebellauerat a Chaldeis humiliati ſunt. quia fuit captuſ. & excoculatuſ. ut habetur quarto Regum. xxv. & incuruabitur altitudo uirorum. quia uiri belletoreſ fuerunt occiſi. & captiuati. Ex/ altabitur autem ſoluſ dominuſ. in die illa id eſt tũc aparebit eiuſ potentia. in puniẽdo peccatoreſ. Ideo ſubditur: quia dieſ domini id eſt tempuſ uindicte eiuſ. ſuper omnem ſuperbum. id eſt corde eleuatum. & exaltatum id eſt ambicioſe promotum. & ſuper omnem arrogantẽ id eſt ſuperbe loquentem contra deũ. & ſuper oñſ cedroſ Libani. id eſt machinamenta. ex talibuſ ligniſ non poterunt eoſ defendere. & ſuper omneſ monteſ excelſoſ id eſt fortalitia in rupibuſ. & locis. quaſi inacceſſibilibuſ. deſtruentur per Regem Babyloniſ. quantumcunq; ſicut fortia in muriſ. Ideo ſubditur: & ſuper omnem turrim excelſam etc. & ſuper omneſ naueſ Tharſiſ quia Sedechie. & populo ſuo defecerunt ónino uictualia Hieremie. Quinquageſimoſecundo que ſolebant ap/ portari in copia per naueſ Tharſiſ. & ſuper omne quod uiſu pulchꝝ eſt: quia Chaldei abſtulerunt de regno Iude. quicquid erat precioſum & pulchrum. & incuruabitur ſublimitaſ hominum id eſt deiicietur per captiuitatem. & mortem. & eleuabitur dñſ. exponatur ut ſupra. & idola penituſ conterentur: quia Chaldei confregerunt ipſa portanteſ ſecum aurum. & argentum. & alia metalla. Hieremie. li. & introibunt in ſpeluncaſ etc. id eſt fugienteſ. & ſe abſcondenteſ a Chaldeis. ut dictum eſt. Nam & ipſe Sedechiaſ Rex fugit per uiam ſubterraneam. ut dictum fuit quarto Regum. xxv. a facie fortitudiniſ domini. ſic eſt in Hebreo & exponitur ut ſupra. cum ſur/ rexerit percutere terram ſcilicet Iudee. per Nabuch. tanq̃ per ſuum flagellum. In die illa proiciet homo idola argenti ſui. quia plureſ de populo fugienteſ portabant ſecum talia. ſed quia propter ponduſ impediebantur a uelocitate fuge. proiecerunt ea: ne caperentur: ſicut proiciuntur merceſ in mari ne homineſ ſubmergantur. Vt adorarent talpaſ & ueſpertilioneſ in talibuſ enim imaginibuſ per artẽ necromantie

factiſ demoneſ aliquando dabant reſponſa & ingredietur fiſſuraſ exponaē ut ſupra: quia eſt replicatio eiuſdem ſententie ad maiorem expreſſionem. & terrorem. Quieſcite. Hic conſequenter oſtendit medelā. cōtra predicta mala. pene ſcilicet ceſſationē a prouocatione ire maxime diuine. propter peccatum idolatre: & hoc eſt · q̄ dicitur: quieſcite ergo ab homine id eſt a deo. eiuſ offenſam cauendo. ſcriptura enim ſacra frequenter loquitur de deo more humano. & ſimiliter uocat eum. aliquando boſem. uel uirum. & maxime. quia erat aſſumpturuſ naturam humanam dominuſ. unde dicitē Exo. quintodecimo. dominuſ quaſi uir pugnator. in Hebreo habetur dominuſ uir pugnator. ſine quaſi. & ſicut ibi uocatur uir pugnator. ita hic homo. iratuſ quaſi ad uindictam paratuſ. Ideo ſubditur. Cuiuſ ſpirituſ id eſt anhelituſ: in naribuſ eiuſ eſt. homo enim iratuſ emittit anhelitum fumoſum per nareſ. quia excelſuſ reputatuſ eſt ipſe ab angeliſ ſanctiſ. qui eū ſumme reuerenē. & multo fortiuſ debet timeri. & reuereri ab hīibuſ. cauendo ab offenſa ipſiuſ. ſecūdū Hebreoſ littera eſt iſta. quieſcite ab homine. cuiuſ ſpirituſ in naribuſ eiuſ id eſt qui uiuit per reſpirationem aeriſ. & ſic fragiliſ eſt. & mortaliſ: ſicut alia animalia reſpirantia. quia in quo appreciatuſ eſt ipſe quaſi diceret in nihilo reſpectu dei. & ex hoc ſubintelligitur. q̄ adhuc idola. que ſunt ab eo facta. ſunt minuſ apprecianda. ut exponit. R.a. Sa. & racionabiliter quantum ad hoc. quia effectuſ non excedit ſuam cauſam efficiētem. ſed magiſ deficit ab ea etc.

Ecce enim dominator. Hic conſequenter deſcribitur .III. pena comminata magiſ in ſpeciali. & Primo Propheta oſtendit propoſitum. Secundo ad hoc inducit exemplum perabolicum. capitulo quinto. Tertio confirmat dictum ſuum capitulo ſexto. Prima in duaſ: quia Primo pena deſcribitur. Secundo ab ea parſ populi excipiē. quarto capitulo. ibi: in illa die erit germen domini. Prima adhuc in duaſ: quia Primo deſcribitur pena in ſexu uirili libro ſecundo Muliebri. ibi: & dixit dominuſ deuſ. Prima adhuc in duaſ. quia Primo deſcribitur pena: Scd̄o ſubditur cauſa. ibi: ruit enim Hieruſalem. Circa primum. premittitur pena tranſmigrantium. & Secundo ſubditur pena remanentium. ibi: & dabo pueroſ. Circa p̄mum dicitur. Ecce enim gubernator. quantum ad actum gubernandi. dominuſ quantum ad poteſtatem exercituum id eſt angelorum: qui ſunt executoreſ diuine uoluntatiſ aufert per Chaldeoſ in hoc ſibi miniſtroſ: ab Hieruſalem & Iudea ualidum: quantum ad agilitatem membrorum & fortem. quantum ad robur. & omne robur paniſ etc. quia in Hieruſalem obſeſſa a Chaldeiſ. defecit omnino cibuſ. & potuſ. unde deberet robur bellatorum ſuſtentari: & Iudicem id eſt Iudiceſ. ad quoſ referebantur caſuſ uarii in Hieruſalem de aliiſ ciuitatibuſ. & Prophetā id eſt Prophetaſ falſoſ qui decipiebant Sedechiam Regem. & populum. aſſerenteſ q̄ non traderentur in manum Regiſ Babyloniſ. ut habetur Hieremie. xxxvii. & Ariolum id eſt Arioloſ. qui imolando demonibuſ in ariſ: diuinabant. & ſenem quia Chaldei non deferebant etati. aut dignitati. Ideo ſubditur: Principem ſuper quinquaginta. & honorabilem uultu. & conſiliarium. in agibilibuſ dubiiſ. & ſapientem de architectiſ id eſt principalem in mechaniciſ. & prudentem eloqui myſtici id eſt doctoreſ magnoſ: qui intelligebant legem: & Prophetaſ non tantum ſecundum ſenſuſ litteraleſ: ſed & myſticoſ. q̄ autem de omnibuſ ſtatibuſ predictiſ multi fuerunt ducti in Babylonem. cum Ioachim Rege Iuda: patet quarto Regum. xxiiii. & dicitur illa captiuitaſ. proprie tranſmigratio: quia Ioachim reddidit ſe Regi Babyloniſ. Et dabo. Hic conſequenter deſcribitur pena remanentium. & primo a tranſgratione Ioachim. uſq; ad deſtructionē ciuitatiſ ub Sedechia. Secundo poſt deſtructionē. ibi: apprehendet. Circa primum ſciendū.

ꝙ tunc populuſ remanenſ fuit peſſime gubernatuſ. propter qđ in populo ſurrexerũt
contentioneſ. & diuiſioneſ. & alie miſerie. ita ꝙ illi. qui ducti fuerant in Babylonem
iudicabantur melioriſ conditioniſ: q̃ illi. qui remanſerant. & hoc eſt quod dicitur. &
dabo pueroſ pricipeſ eorum. quia poſt Ioachim predictum remãſit filiuſ eiuſ. xviii.
annorum. & poſt illum Sedechiaſ. xxi. annorum. & ſic fuerunt. Iuueneſ etate. &
iuniores moribuſ. quia fuerunt peſſimi. & effeminati dominabantur eiſ. quia fuerunt
ignoranteſ. & mutabileſ. ſicut mulieres. uterq; enim rebellauit Regi Babyloniſ in ma/
lum ſuum. & totiuſ populi. & corruet populuſ in peccata. & miſeriaſ. propter defectũ
regiminiſ. ſecundum quod dicitur. Prouer. xi. ubi non eſt gubernator. populuſ cor/
ruet. Vir ad uirum id eſt contra deũ. ideo ſubditur tumultuabitur puer contra ſenẽ.
ſubtracta omni reuerentia. & honore. & ignobiliſ. contra nobilem ſubtracto timore.
ex defectu regentium. Apprehendet. Hic deſcribitur miſeria remanentium. poſt
ciuitatiſ deſtructionem: quia illi. qui euaſerant per diuerſaſ ſocietateſ fugiebant ad
loca deſerta. quia nulluſ uolebat recipere curam regiminiſ alicuiuſ turme. ſeu ſocietatiſ.
& hoc eſt: quod dicitur: Apprehendet enim uir fratrem ſuum: ut ſit ſub cura & pro/
tectione illiuſ. Ideo ſubdit̃: ueſtimentũ tibi eſt. Princepſ noſter eſto: q ſumuſ oĩbuſ
denudati. in ciuitate enim cecorum. monoculuſ eſt Rex. ruina hec ſcilicet populi
noſtri. ſub manu tua id eſt ſub cura tua ſit. Reſpondit hoc remouendo dicenſ non ſũ
medicuſ id eſt non habenſ poteſtatem. nec ſcientiam uoſ ſaluandi. In domo mea non
eſt paniſ. id eſt in tanta paupertate ſum. ſicut uoſ: ideo nolo uobiſ preeſſe. Ruit con/
ſequenter ponit̃ pena cauſe predicte. licet enim ſit ſuperiuſ poſita cauſa. hic replicat̃:
& adducitur alia cauſa. Cauſa autem iſta fuit multiplicatio peccatoꝝ inter que. p̃mo
ponuntur peccata contra deum. Secundo contra proximum. ibi: populum meum.
Circa primum dicitur: Ruit enim Hieruſalem quantum ad ciuitatem. & populum.
& Iudaſ concidit id eſt regnum Iude. cuiuſ metropoliſ erat Hieruſalem & ſubdit̃ cau/
ſa. cum dicitur: quia lingua eorum & adinuentiõeſ eorum contra dominum: per hoc qđ
dicitur. lingua: oſtenditur: ꝙ erant blaſſemi. per hoc aũt. ꝙ ſubditur: adinuentiõeſ:
oſtenditur. ꝙ non peccabant ex paſſione. & ignorantia: ſed ſtudioſe. & ex certa ſci/
entia. quod eſt grauiſſimum. Agnitio uultuſ eorum reſpondebat eiſ id eſt ita erant
exercitati in maliſ: ꝙ malitia relucebat in uultibuſ ſuiſ: ſicut luxuria meretriciſ relucet
in facie eiuſ. & non ſolum in eorum uultibuſ: ſed etiam in uerbiſ. & geſtibuſ. Ideo
ſubditur. Et peccatũ ſuum ſicut Sodoma predicauerunt. in uericunde. & publice pec/
cando. Veh anime eoꝝ. propter culpam. & propter penam ſequentem. Ideo ſubdit̃:
quoniam reddita ſunt eiſ mala pene. pro maliſ culpe. Veruntamen quia tunc aliqui
iuſti. uenerunt Babylomoſ propitioſ: ut patet de Hieremia. Hieremie .xxxx. Ideo
dicitur. Dicite iuſto quoniam bene ſcilicet ſibi erit. quoniam fructum ad inuentionũ
ſuarum comedet id eſt retributionem bonorum ſuorum percipiet. & contrariũ dicit̃.
de impio conſimiliter. Veh impio etc. & patet ſententia. Populum meum. Hic con/
ſequenter ponuntur peccata cõtra proximũ: cum dicitur populum meum ex actoreſ
ſui id eſt ſuperioreſ qui erant tyranni. non principeſ. Spoliauerũt boniſ ſuiſ. & muli/
reſ dominate ſunt eiuſ. quia pertrahebant uiroſ ſuoſ ad idolatriam. populuſ meuſ qui
beatum te dicunt etc. iſti erant falſi Prophete promittenteſ ei proſpera. ex quorum
promiſſione populuſ rebellauit Regi Babyloniſ & ſic cum ciuitate periit. & quia hoc
factum fuit iudicio diuino: Ideo ſubditur. Stat ad iudicandum dominuſ id eſt ad pu/
nitionem malorum paratuſ. & quia iſta mala erant in ſuperioribuſ principaliter: ut
dictum eſt. ſequitur. Deuſ ad iudicium ueniet cum ſenioribuſ populi ſui. & principibuſ

ſcilicet ut iudicet eoſ. de ſuiſ turpitudinibuſ. Ideo ſubditur. uerbum ipſius dei. ad eoſ dicentiſ. uoſ enim depaſti eſtiſ uineam meam id eſt populum Iſrael qui dicitur uinea domini infra quito capitulo. cuius bona deuorabant Principeſ. & populus remanebũt pauper. & nudus. Ideo ſubditur: & rapina pauperis. in domo ueſtra. quare atteritiſ populum meum angeriſ. & iniuriſ. & faciei pauperum commolitiſ id eſt in acie atte/ nuatiſ. quia intantũ rapiebant bona populi: q̃ non remanebat eis ſufficiẽtia uictus. Et dixit dominus. Hic conſequenter deſcribitur pena in ſexu mulebri. & Primo quantum ad ſubtractionem ornamentorum. Secundo quantum ad mortem uirorum. ibi. pulchrum. dicitur ergo. pro eo q̃ eleuate ſunt filie Sion elatione mentiſ. & am/ bulauerunt extento collo: quod eſt iudicium interioris elationis & nutibus oculorum ibant impudice reſpiciendo. & plaudebant: diſſolute ludendo. & ambulabant pedibuſ ſuiſ etc. curioſe & laſciue incendendo per que prouocantur homineſ ad luxuriã. Ideo ſubditur. pena debita. cum dicitur: decaluabit dominus uerticem filiarum Sion au/ ferendo naturale ornamentum: quia crineſ dati ſunt a natura mulieri in ornamentũ. & dominus crinem earum nudabit declarando falſitatem capillorum extraneorum. In die illa ſcilicet diuine punitionis auferet dominus ornamenta calciamentorum: quia mulieres ſotularibus curioſis utebantur. Et lunulas id eſt incisiones ad modum lune factas in ſotularibus: ut dicũt aliqui. Alii dicunt q̃ lunule erant quedam parue bulle auree dependenteſ circa collum. & torqueſ id eſt ornamenta. in ſuperiori parte ue/ ſtimentorum facta circa collum deſcendenteſ uſq; ad pectus. ſicut & diuiſio ueſtium erat in ſuperiori parte. in pectore. & monilia ad coniungendum illam diuiſionem. & armullas que ſunt ornamenta brachiorum circa ſpatulas: Ideo dicitur: ab armo. & mitras id eſt cucufas & diſcriminalia id eſt pectineſ. & prachelidas que ſunt ornamẽta brachiorum circa manum. & murenulas que fiebant in finibus ueſtimentoz̃ cõtexte. ex diuerſis coloribus: Ideo uocabantur murenule. & olfatoriola id eſt uaſa parua argentea. uel aurea. ubi reponebantur redolentia. ad homineſ magis prouocandum. & inaureſ id eſt ornamenta aurium. & annuloſ id eſt ornamenta digitorum. & gẽmas in fronte dependenteſ habebant enim ſerta. in quibus erant gemme poſite pendenteſ in fronte. Et mutatoria id eſt diuerſa ueſtium paria. & palliola id eſt exteriora ue/ ſtimenta. & linteamina id eſt interiora iuxta carnem. & acuſ. & ſpecula inſtrumenta ſunt cũ quibuſ mulieres aptabant ornamenta corporibus ſuis. & ſindoneſ id eſt ſubtilia uelamina. quibus operiuntur humeri in partibus illis. ſiue in terra illa. & uittas id eſt pepla teriſtra eſt autem teriſtrum ueſtis linea. qua utuntur mulieres in eſtate. & dicit a tero teris. quia teruntur: ut ibi fiant ruge multe & tenues. ad curioſitatem. & erit mulieribus predictis pro ſuaui odore. fetor. ex infirmitate. & miſeria. & quia multe fuerunt incarcerate in locis fetidis: & pro zona funiculus quo ligabantur. ut captiue. & pro criſpanti crine caluicium. quia trabebantur per capillos & ex infirmitatibus & miſeriis fluebant capilli de capitibus ſuis. & pro faſcia pectorali cilicium. Eſt autem faſcia pectoralis uitta tenuis & dilatata. cũ qua ſtringũtur mamille. ne ſub ſua groſ/ ſicie turpitudinem ingerant. omnia enim iſta inflicta ſunt mulieribus. tpe captiuitatis Babylonice. Pulcherimi: Hic conſequenter deſcribitur eorum pena in morte uiroz̃. & Primo circa hoc oſtenditur propoſitum. Secundo infertur quoddam correlarium ibi: & apprehendent. Circa primum dicitur. pulcherrimi quoq; uiri tui cum quibus mulieres impudice deliciabantur gladio cadent ſcilicet per Chaldeos. Et fortes tui in prelio. quos non poteſ defendere: & merebunt atq; lugebunt porte eius ſcilicet Hie/ ruſalem. & aliarum ciuitatum. que dicuntur lugere. metaphorice propter populi

destructionem. sicut pratum dicit ridere: quando floret: Et desolata in terra sedebit quia muri per Chaldeos fuerunt ad terram deiecti etc. .IIII.

ET apprehendent. Hic ex dictis concluditur correlarium. Circa quod sciendū. q̄ in Hebreo non incipit hic capitulum. sed littera ista. apprehēdent immediate coniungitur cum precedenti. absq; spatio uacuo intermedio. quod est signum alterius sententie. seu capituli. apud Hebreos ideo est conclusio sequens ex predictis. ex hoc enim: quod dictum est: quia uiri interficerentur in prelio: sequitur q̄ multe mulieres remanerent sine uiris. quia mulieres non sic interficiuntur ut prelio: & hoc est. quod dicitur. & apprehendent septem mulieres uirum unum quer̄tes eum habere sponsum. & quia ad sponsum pertinet prouidere uxoribus. & filius. de necessariis. qđ est dificile pro tot uxoribus. & sic unus uir renueret coniugi tot uxoribus. ideo hoc remouetur: cum subditur. Panem nostrū comedemus etc. id est prouidebimus nobis & filius nostris de uictu. & uestitu. tantummodo inuocetur nomen tuum super nos scilicet q̄ simus uxores tue aufer obprobium nostrum scilicet sterilitatis. & nihil plus petimus. In die illa. Hic incipit capitulum in Hebreo quia premittitur spacium uacuum. superius enī descripta est punitio malorum. Hic cōsequenter ponitur consolatio bonorum fienda per Christum. quia sicut dictum est supra. modus Esaie est. cum aliis que tractat simul describere mysterium Christi. quod intendit principaliter. & Hebrei residuum huius capituli referunt. ad tempus Christi unde quod dicitur hic. In die illa erit germen domini etc. in translatione Chaldaica que apud Hebreos dicitur tergum. & est autentica. apud eos dicitur. In die illa erit Messias domini etc. & ideo expositores Latini exponentes hoc de prosperitate post captiuitatem Babylonicam magis iudaizant. quantum ad hoc q̄ Hebrei. Igitur secundum hanc sententiam. hec littera in duas partes diuiditur. quia Primo ponitur dicta consolatio bonorum. quantum ad eorum exaltationem. Secundo quantum ad diuinam protectionem. ibi: & creauit. Circa primum dicitur. In die illa id est tempore gratie. que dicitur dies propter claritatem noticie ad Romanos tertiodecimo. Nox precessit: dies autem appropinq̄uit. germen domini id est Christus. qui dicitur germen domini. quia non fuit conceptus uirili semine: sed uirtute spiritus sancti. In magnificentia. & gloria. in miraculorum operatione. resurrectione. & ascensione. & Fructus terre id est uirginis de qua dicitur infra. xlv. capitulo aperiatur terra. & germinet saluatorem & exultatio bis. qui saluati fuerint etc. id est Apostolis. & aliis fidelibus. qui post resurrectionem Christi uiso dño gauisi fuerunt. Iohannis. xx. & in die Pentbecostes recepto spiritu sancto. Actuum secundo. Omnis qui relictus fuerit in Sion etc. id est in ecclesia. ut dictū est supra primo capitulo. Intelligendū est de illis qui sunt in Ecclesia numero. & merito. Ideo sequitur. omnis qui scriptus est in uita id est in libro uite propter quod. Ra. Sa. sic glosat. omnis scriptus scilicet seculi uenturi. si abluerit. hic accipitur. si. pro qa: sordes filiarum Sion id est Ecclesie in spiritu iudicii: quia Christus per uiam iustitie pro nobis satis fecit. & spiritu ardoris. quia hoc fecit ex maximo feruore caritatis. Et creauit. Hic consequenter ponitur consolatio bonorum ad diuinam. protectionē. Circa quod sciendum. q̄ in exitu de Egypto dominus protexit filios Israel per columnam ignis & nubis. Exo. quartodecimo tollensq; angelus domini. qui precedebat castra filiorum Israel. abiit post eos. & cum eo pariter columna nubis sequitur. & erat nubes tenebrosa. & illuminans noctem. ita q̄ ad se tota noctis tempore accedere non ualerent. fuit etiam postea columna nubis in protectionē contra estum solis de die. & columna ignis contra tenebras de nocte. & hoc fuit in figura gratie spiritus sancti

dande Christi discipulis in signo uisibili. Actuum secúdo que protegit contra ardorem concupiscentie. & illuminat contra tenebras ignorantie. que tanto melior est illa colú/na ignis. & nubis. quanto ueritas est melior umbra. Ad litteram. signum illud gratie Apostolis date habuit speciem ignis lucētis. non conburentis. Potest etiã probabiliter dici. q̃ apparuit ibi nebula lucida in signú diuine presẽtie specialis per gratiam. sicut in dedicatione templi Salomonis tertio Regum octauo. & in erectione tabernaculi Exo. xl. de quo potest exponi. quod dicitur. Actuum secundo & impleuit totam domum ubi erant sedentes: secundum hoc igitur dicitur. & creauit deus id est creabit loquendo de futuro. per modum preteriti. propter certitudinem prophetie. Super omnem locum montis Sion id est Ecclesie militantis. que Sion dicitur ut supra ostensú est capitulo scd̃o & qa ad litteram in monte Sion fuit missus spiritus sanctus in signo uisibili super Apostolos. in die Penthecostes. ut dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum de omnibus sacre scripture libris. & ubi inuocatus est. & pro id est. ubi inuocatus est a fidelibus. qui est locus orationis nubem per diem etc. id est gratiam spiritus sancti. modo predicto protegentem super omnem gloriam scilicet columne ignis. & nubis date filiis Israel protectio scilicet spiritus sancti. quia excedit eam. ut ueritas umbram. & erit gratia spiritus scilicet in umbraculum contra concupiscentie estum. & in securitatẽ & absconsionẽ. a turbine superbie & a pluuia carnalis lasciuie. uel a turbine persecutionis: quam non timebant spiritu sancto roborati. & a pluuia temporalis prosperitatis. ne per eam mollificetur homo. ad uitia Ra. Sa. dicit: q̃ per turbinem. & ignem. intelligitur iebenne pena. inducens ad hoc. illud Psal. decimo pluit super peccatores laqueos ignis. sulphur. & spiritus procellarum etc. & quantum ad hoc conuenit mecum. quia gracia spiritus sancti. protegit ab illa pena. & maxime gratia confirmata. que est ipsa gloria etc.

.V.

Cantabo. Postq̃ Prophetа descripsit punitionem regni. per uerbum narratiuum Hic consequenter idem facit. per exemplum parabolicum. & diuiditur in duas partes. quia Primo ponitur parabola. Secundo arguitur multipliciter populi culpa ibi: Veh qui iungitis. Prima adhuc in duas. qa Primo sub parabola uinee. describit ingratitudo populi. & Secundo rectitudo diuinum iudicii. ibi: & nunc ostendã. Circa primum sciẽdum. q̃ parabola ista est de uinea. cum magno sumptu. & cum diligentia exculta. que tñ fructum non fecit. & sic a dño uinea contempta fuit. & derelicta & per hanc uineam intelligit populus Israel. ut habetur infra. e. uinea dñi exercituum domus Israel est. quam uineam deus excoluit suis beneficiis. & tamen ad idolatriam declinauit. & sic eam contempsit subtrahendo suũ auxilium. & per consequens tradidit manibus aduersariorum. dicit igitur. Cantabo id est alte pronuntiabo. dilecto meo. in persona eius loquens. sicut apparebit infra & iste dilectus intelligitur deus. qui sic uocatur in libro Canti. quasi per totum. Canticum patruelis mei. uinee sue id est quod cantauit de uinea sua. in scriptura aliquando accipiuntur parabole. seu similitudines. ex rebus gestis. & ideo dicunt aliqui. & satis probabiliter. q̃ quidam patruelis Esaie id est filius patrui sui. habuerat uineam cum magno sumptu. & labore excultam. & acquisitam. & tñ fuit sterilis. propter quod sicut de re insolita fecit dictamen. quod uocat hic canticum. & quia Esaias similiter locutus est hic de populo Israel. sub noie uinee: Ideo subditur. Vinea facta est dilecto meo id est deo: qui dicitur dilectus. ratione dicta. in cornu id est in loco excelso. & eminenti. quia Hierusalem metropolis in Iudea erat in loco alto respectu terre adiacentis saltem quantum ad illam partem. in qua erat templum. & domus regia. in monte Sion filio olei id est in loco pleno

oliuiſ. ſic nominatuſ a fertilitate olei. & tali modo loquendi dicitur aliquiſ filiuſ mortiſ: quia plenuſ eſt ſcelere: pro quo dignuſ eſt morte. & ſepiuit eam mandatiſ legiſ. & ſua. & euangelica protectione & lapideſ elegit ex ea Chananeoſ cultoreſ lapidū. de terra illa euiciendo. ut habetur libro Ioſue. & plantauit uineam electam id ē populū Iſrael: quem pre ceteriſ populum ſuum elegit. & in terra promiſſioniſ plantauit. & edificauit turrim. in medio eiuſ id eſt templum ad modum turriſ factum ſicut dictum fuit tertio Regum ſeptimo qđ fuit edificatum per Salomonem in medio Iudee. in Hieruſalem exiſtente tanq̄ metropoli & torcular extraxit in ea. id eſt altare holocauſtorum. qđ dicitur hic torcular. eo q̄ ibi effundebatur ſanguiſ uictimarum. ſicut in torculari ſanguiſ uuarum. & expectauit ut faceret uuaſ id eſt opera bona. deum colendo. & fecit labruſcaſ id eſt opera inutilia & nociua ad idolatriam declinando. Nunc ergo habitatoreſ Hieruſalem etc. hoc dicit inducendo populum ad conſiderationem pre/ dictorum beneficiorū. quid eſt quod debui ultra facere uinee mee quaſi diceret nihil defuit ex parte mea. quin debuit facere opera optima. & fecit peſſima. Et nunc oſtē/ dam. Hic cōſequenter deſcribitur rectitudo diuini iudicii. quia propter ingratitudinē debet contemni: & in manu aduerſariorum dimitti: & ideo ſubditur. auferam ſepem eiuſ id eſt uerum legiſ intellectum. non quia deuſ inducat aliquem ad errorem. ſiue falſum eſtimandum. ſed quia ſacerdoteſ & legiſperiti declinauerunt ad uitia. propter quod deuſ iuſte retraxit ab eiſ lumen gratie ſue. & ſic ex ſua defectibilitate ceciderūt in erroriſ cecitatem. & erit in direptionem. quia demoneſ ex hoc ſuper eoſ habuerunt poteſtatem. diripiendo bona ſpiritalia. & diſpoſitioneſ ab ipa. diruā macerią eiuſ. meā protectionem & angelicam cuſtodiam ſubtrahendo. & erit inconculcationem id eſt in depreſſionem. ab aduerſariiſ: & maxime a Babyloniſ. qui terram deſtruxerunt. & populum partim occiderunt: & partim captiuauerunt. & ponam eam deſertam. a protectione mea. non putabitur quia ad uerba Propbetarum nolebant ſe corrigere. auferendo mala uite ſue. neq; fodietur. quia foſſorio diuini timoriſ. non fuerunt retracti ab iniquitatibuſ ſuiſ. & aſcendent ſuper eam uepreſ. & ſpine id eſt calamitateſ pungenteſ. & miſerie. & quia ad litteram populo ducto ad captiuitatem uepreſ. & ſpine creuerunt in terra. pro defectu culture. & mandabo nubibuſ etc. quia in terra illa ſequuta eſt ſiccitaſ magna. Vinea domini etc. in hoc oſtenditur q̄ parabola iſta intelligiē de populo Iſrael. & ſic ē expoſita. & uiri Iuda germen delectabile eiuſ hoc potiſſime dicitur de Chriſto. qui erat de tribu illa ſecundum carnem naſciturus. Et expectauit. ut faceret iudicium. Iuſtam ſententiam proferendo. quod pertinebat ad iudiceſ. quorum eſt iudicare. & ecce iniquitaſ id eſt iniuſtitie inequalitaſ. quia peruer/ tebāt iudicia. in fauorē: & propter munera. & iuſticiam id eſt opera iuſtitie in populo committendo iuſte ad inuicem. & ecce clamor de iniuriſ uniuſ contra alterum. Veh qui coniungitiſ. Hic conſequenter arguitur populi multiplex culpa. & Primo Pro/ pheta arguit culpam. & cōminatur penam coniunctim. Secundo proſequitur penā ſeperatī. ibi: Ideo iratuſ eſt. Prima in treſ. quia Primo arguit populū. de cupiditate. Secundo de carnalitate. ibi: Veh qui conſurgitiſ. Tertio de ſuperbie uanitate. ibi: Veh qui trahitiſ. & in qualibet parte comminatur penam. Circa primum dicit: Veh qui coniungitiſ etc. Iudei ſemper ad auaritiam fuerunt proni. & ideo in populo illo multi per potentiam poſſeſſioneſ aliorum rapuerunt. & aliqui per fraudeſ. Nunquid habitabitiſ uoſ ſoli in medio terre quaſi diceret uidemini hoc querere. & tamen terra fuit data a deo filiiſ Iſrael communiter pro habitatione pauperum. ſicut & diuitum. & ſubditur comminatio pene. cum dicitur: In auribuſ meiſ. ſunt hec. dicit dominuſ. qa

exaudiuit clamorem iniuſte oppreſſorum ad uindicandum. Ideo ſubditur. niſi domuſ multe deſerte fuerint etc. id eſt ſicut uinee & agri fuerunt male acquiſiti: ita efficiente ſterileſ in penam. Eſt autem uiger. ſpacium quod par boum in die arare conſueuit. Veh qui conſurgitiſ. Hic conſequenter arguit populum de carnalitate dicenſ. Veh qui conſurgitiſ mane etc. ſic enim ſolent facere illi. q fuerunt ebrii precedēti ueſpere. eo q in mane ſunt ſitibundi. ad ſectandam ebrietatem. ſicut die precedenti. Ideo ſub/ditur. ad potandū uſq; ad ueſperam. & quia ex tali potatione calefit caro. & inducitur ad luxuriam. & ad alia mala ſcilicet ad rixaſ. homicidia. & conſimilia. Ideo ſubditur. ut uino eſtuetiſ. & poteſt teneri hic. li ut. dupliciter. uno modo cauſaliter. quantum ad illoſ. qui uacabant potationi. ut ad mala ſequentia eſſent magiſ proni. & apti. alio modo conſequutiue. quia talia mala nata ſunt ſequi ex ebrietate. etiam ſi inebrians non intendat. Citbara & lyra etc. ad excitandum luxuriam per diſſolutionem & uinū ſcilicet forte. & electum. & opuſ domini non reſpiciti niſi agendo. ad eiuſ bonorem. ſiue obſequium. cum tamen ab eo habeatiſ abundantiam temporalium. nec opera manuum eiuſ conſideratiſ ſcilicet qualiter punit acriter uitium carnalitatiſ. propter ipſum mundū diluuio ſubmergendo Gen. ſeptimo. & quinq; ciuitateſ igne ſulphureo ſuccendendo Gen. xix. Conſequenter ſubditur pena cum dicitur. Propterea ductuſ eſt captiuuſ populuſ meuſ id eſt ducetur. Eſaiaſ enim loquitur de futuro. per modum preteriti. propter certitudinem euentuſ. quia non habuit ſcientiam. applicando in/genium ſuum ad diuinum obſequium. & ad iudicia ſua conſiderandum in punitione carnalitatū. ut dictum eſt. & nobileſ eiuſ interierunt fame etc. qa in obſidiōe ciuitatiſ ſub Sedechia defecerunt omnino uictualia. ut habet q̄rto Regum. xxv. propterea dilatauit infernuſ animam ſuam. & eſt locutio methaphorica quia infernuſ non habet animam proprie loquendo. Accipitur autem infernuſ in ſcriptura dupliciter uno mō pro foſſa. ubi ponuntur cadauera mortuorum. Alio modo pro loco ubi deſcendunt anime damnatorum. & purgandorum. & generaliter illorum. qui non admittuntur ſtatim ad gloriam. & ideo quia tunc nulluſ admittebatur. quantumcunq; iuſtuſ: ideo tunc omneſ mortui quantum ad animaſ. ad infernum deſcenderunt. & corpora eoꝝ partim fuerunt ſepulta. & partim in foſſatiſ proiecta. & putrefacta. & hic infernuſ utroq; mō ſic accipitur. cetera patent uſq; ibi. incuruabitur homo etc. id eſt deiciet totaliter a ſua ſuperbia. & exaltabitur dominuſ exercituum in iudicio id eſt per hoc q̄ iudicium predictum faciet de peccatoribuſ: manifeſtabitur celſitudo ipſiuſ. & paſcentur agni filiorum Iſrael ab hoſtibuſ. ut exponunt doctoreſ noſtri. & deſerta in ubertatē uerſa aduene comedent id eſt hoſteſ quia non ſolū comederant Babylonii animalia eorum ſed etiam terrenaſcentia. Ra. Sa. ad contrarium ſenſum exponit litteram iſtā. ſic: & paſcentur agni id eſt iuſti. qui de filiuſ Iſrael ducētur in Babylonē: habebunt uictum ſufficientem. ſecundum ordinem ſuum id eſt ſecundum ſtatuſ de/centiam. hoc patet. de Daniele & ſociſ eiuſ. ut patet Danieliſ primo & de Ioachim Rege quarto Regum ultimo. & idem credendum eſt de aliiſ iuſtiſ. ſaltem pro maiori parte. Et deſerta in pinguedinem uerſa id eſt domoſ peccatorum plenaſ pinguibuſ aduene comedent id eſt iuſti de Iſrael inter gentileſ. ut aduene habitanteſ. ſed meliuſ uidetur intelligi de filiuſ Iſrael reuerſiſ de captiuitate Babylonica ut ſit ſenſuſ: deſerta in pinguedinē uerſa id eſt fructuſ terre Iſrael que fuit deſerta. tempore captiuitatiſ: quia fuit inculta. & ideo. quando incepit coli a reuertentibuſ de captiuitate. protulit fructuſ uberioreſ & melioreſ. aduene comedent id eſt filii Iſrael de captiuitate reuerſi. qui fuerunt aduene in Babylone. Veh qui trahitiſ. Hic conſequenter Propheta

arguit populum de ꝓ cato ſuperbie que trahit hominem ad alia peccata. ſecundum qđ dicitur Eccle.x. Initium omniſ peccati ſuperbia. & hoc eſt ꝙ dicitur: Veh qui trahitiſ iniquitatem.uobiſ aggregando eam in funiculiſ uanitatiſ id eſt ſuperbie.que eſt occaſio omnium aliorum peccatorum. ut dictum eſt. & quaſi uinculum plauſtri peccatum: a procedendo ulteriuſ. ad peccata grauiora. uinculum enim plauſtri eſt groſſiuſ. q̃ ſit funiculuſ. & ſic per hanc ſimilitudinem deſignatur ꝙ ſuperbia primo eſt occaſio peccatorum minorum. & poſtea maiorum. & ſic erat in populo regni Iude intantum ꝙ inciderat in errorem.circa diuinam prouidentiam.tenendo ꝙ deuſ non haberet prouidentiam de iſtiſ inferioribuſ:nec per conſequenſ inferret propterea que fiunt hic. aliquam penam. Ideo ſubditur qui dicitiſ diuinam iuſtitiam deridendo feſtinet: & cito ueniat. prophete enim comminabantur eiſ a deo penam inferendã pro maliſ ſuiſ.& ipſi deridendo reſponderunt:feſtinet.& cito ueniat opuſ eiuſ id eſt pena cõminata nobiſ.quaſi diceret non timemuſ eam. Vnde de ipſiſ dicitur Ezech. ix.dixerunt derelinquit dominuſ terram.& non uidet noſ.ex hoc errore ceciderunt ulteriuſ in aliud malum.dicenteſ: ꝙ cultuſ diuinuſ nõ erat alicuiuſ ualoriſ hominibuſ. hoc enim ſequebatur:ex quo ponebant deum non habere prouidentiam de humaniſ actibuſ. & econuerſo cultum idolorum dicebant eſſe bonum. quia in illiſ dabantur aliquando reſponſa hominibuſ.in agibilibuſ.tanquam eſſet ibi aliquid numiniſ habẽſ prouidentiam de actibuſ humaniſ.& hoc eſt.quod dicitur: Veh qui dicitiſ malum id eſt cultum idolorum bonum id eſt utilem & bonum ſcilicet diuinum cultum. qui eſt bonuſ ſecundũ ueritatem.malum id eſt eſſe nulliuſ utilitatiſ.ponenteſ tenebraſ erroriſ lucem ſcilicet eſſe ueritatiſ. & lucem ſcilicet fidei. tenebraſ eſſe ignorantie. ponenteſ amarum in dulce id eſt latriam que coniungit ſummo bono in amarum ꝙ ſit ibi labor inutiliſ.& ex hoc ſequebatur.ꝙ iſti ſic erranteſ ſuam ſcientiam preferebant noticie. Prophetarum.contrarium aſſerentium. Ideo ſubditur. Veh qui ſapienteſ eſtiſ id eſt congnoſcenteſ diuina.non ſcđm ueritatẽ.ſed tantum ſcđm opinionem ueſtram. Ideo ſubditur. in oculiſ ueſtriſ.& ſicut eſtimabant ſe ſcienteſ.ita & circa humana. falſo tñ iudicio: ideo ſequitur: & coram uobiſ metipſiſ prudenteſ.prudentia uero eſt proprie circa agibilia humana.ex predictiſ autem ſequebatur. ꝙ abſq; ullo timore implicarẽt ſe peccatiſ carnalibuſ.Ideo ſequitur: Veh qui potenteſ eſtiſ ad bibendum uinum.de hoc enim iactabant ſe. ꝙ unuſ poterat bibere tantum.quantũ plureſ alii.& ſic poterãt eoſ inebriare.qui iuſtificatiſ impium.pro muneribuſ etc.dando ſententiam iniquam ꝓ eo. contra iuſtum pauperem. Communiter propter predicta ſubditur debita pena: cum dicitur. ſicut deuorat ſtipulam. & ligna flamma igniſ: In Hebreo & in libriſ correctiſ habetur propter hoc ſicut deuorat ſtipulam lingua igniſ.q̃ndo enim igniſ modicum tangit ſtipulam. quaſi lambendo ſtatim exuritur. & ſic dicit propheta ꝙ pena predictorum peccantium cito ueniet a deo. Ideo ſubditur.ſic radix eoꝝ quaſi fauilla erit id eſt totaliter exterminabitur ſicut arbor cuiuſ radix eſt totaliter inci/nerata.& germen eorum id eſt proleſ eoꝝ ut puluiſ aſcẽdet.quia ſicut puluiſ eleuatuſ in aere per uentum ad alium locũ diſpergit̃: ſic filii eorum. extra terram ſuam fuerãt ducti in captiuitatem.cuiuſ cauſa adhuc repetitur in generali. cum dicitur. Abiece/runt enim uocem domini.eam abſq; timore tranſgrediendo.eloquium ſancti Iſrael id eſt ipſiuſ dei.quod per Prophetaſ eiſ mandabat blaſſemauerunt uerba eoꝝ deridendo ſecundum quod habetur.ſecundo Paralyp.ultimo.Ideo iratuſ eſt.Hic cõſequenter Propheta cõminatur penam populi ſeperatim.& Primo penam que preceſſit captiui/tatẽ.Babyloniſ. Secundo penam huiuſ captiuitatiſ.ibi:in biſ omnibuſ.Circa primum

dicatur. Ideo iratus est furor domini. propter peccata predicta in populum suum id est contra regnum Iude ubi erat templum domini. & extendit manum suam super eos multipliciter affligendo populum. & Principes per Reges Assyriorum & Babylonis ante captiuitatem Babylonicam ut patet quarto Regum & secundo. Paralyppo. & percussit eum scilicet populum & conturbati sunt montes id est Principes. nam & Manasses Rex Iuda tunc fuit captus. & catbenatus ductus extra terram suam. per Regem Assyriorum ut habetur. ii. Paralyp. xxxiii. & similiter Ioathan filius Iosie per Regem Egypti quarto Regum. xxiii. & facta sunt morticina eorum. quasi stercus quia Iechonia Rex Iuda fuit occisus & cadauer eius extra muros Hierusalē fuit proiectum. sic dixerat Hieremias de eo. xxii. capitulo. Sepultura asini sepelietur: & ita fuit de pluribus aliis. In his omnibus. Hic consequenter describitur pena Babylonice captiuitatis cum dicitur in his omnibus. id est in penis predictis a deo illatis non est auersus furor eius. quia ex penis illis populus non fuit emendatus. sed magis obstinatus in malo. ut patet ex quarto Regū & secundo Paralyp. Ideo subditur. sed adhuc manus eius extenta ad puniendum populi obstinationem. per exercitum Regis Babylonis. Ideo subditur. & leuabit id est faciet leuari. signum ad congregationem bellatorum in nationibus procul. quia ex longinquis partibus uenit ille exercitus q̄uis fuit ualde magnus. tamen fuit in breui tempore congregatus. & cito uenit ad Hierusalem. quia non fuit impedimentum in uia: quod declaratur consequenter. non est deficiens neq; laborans in eo. ex tanta enim uoluntate ueniebant contra Hierusalē. ꝙ quasi non sentiebant laborem. & sic tollitur impedimentum lassitudinis. non dormitabit. neq; dormiet id est cum magna solicitudine festinationis uenient. & sic tollet impedimentum pigricie. neq; soluere cingulum renum eius etc. & sic tollitur impedimentum quod aliquando prouenit in exercitu. & dissipatione armorum ad sustinendū. similiter & impedimentum armorum ad inuadendum cum subditur. sagitte eius accute etc. similiter tollitur impedimentum quod aliquando prouenit ex defectu equorum. cum dicitur. ungule equorum eius ut silex quasi dicatur in uia non ledentur q̄uis cum festinatione uenient. Et rote eius id est curruus eius in quibus pungnabant antiquitus. quasi impetus tempestatis id est terribiles ad modum tempestatis. cui non potest resisti humana uirtute. Rugitus eius ut leonis quasi diceret non flectetur misericordia unde Rex Babylonis filios Sedechie occidi fecit in eius oculis. & postea oculos eius eruit. & nobiles de regno Iude captos occidit quarto Regum ultimo. Sedechiam autem exoculatum duxit ligatum in Babylonem. & populum terre captiuum. Ideo subdit: & frendet per iracundiam. & tenebit predam. & amplexabitur. & non erit. qui eruat quia nec a deo. nec ab homine fuerunt de manibus eius saluati. & sonabit super eum etc. quia in tanta destructione fuit magnus clamor & terribilis ex parte Babyloniorum se ad cedem populi exhortantium. & ex parte morientium. & aliorum in captiuitatē ductorum. Ideo subditur. Aspiciemus in terram pre confusione non potentes sursum oculos leuare. & associat se Prophetа cū eis. eo ꝙ erat pars illius populi. q̄uis mortuus fuit diu. ante istam captiuitatem a tempore Manasse Regis ut dictum est supra ca. primo. & lux obtenebrata est in caligine eius. quia tribulatio illius captiuitatis fuit tanta. ꝙ tota gloria que fuit in populo Israel uidebatur omnino extincta etc.

IN anno. Hic consequenter Esaias confirmat dictum suum. posset enim quis dicere. ꝙ uerbum eius nō esset autenticum. eo ꝙ predicta dixisset spiritu sancto. propter qđ in hoc ca. ondit se loquutum fuisse spiritu diuino. & diuiditur in duas partes. quia Primo ponitur diuina apparitio. Secundo Esaie

.VI.

legatio. ibi. & dixi. Ad intellectum Prime partis. sciendū q̄ Esaias uisiōe imaginaria uidit dominum quasi in similitudine cuiusdam magni uiri. sedentis. cuius sedile erat in celo. & scabellum pedum eius erat in templo. secundum quod dicitur infra. lxvi. Celū mihi sedes est. & terra scabellum pedum meorum. & duos angelos stantes in utroq; latere eius. & intellexit signum uisionis: aliter non esset uisio prophetica. sicut Pharo. qui uidit spicas Gen. xli. & Balthasar qui uidit manum scribentem in pariete Dan. quinto. Visione imaginaria. ille dormiens. iste euigilans neuter tamen fuit Propheta. sed Ioseph & Daniel qui uisiones intellexerunt. unde dicitur. Dan. x. intelligentia opus est in uisione. sicut diffusius dictum fuit in principio libri Psalmorū. ubi dictum fuit. de modis. & gradibus prophetie. tanq̄ preambulum ad omnes libros Prophetarū. Igitur circa istam uisionem Esaie que fuit intellectualis. & imaginaria. Primo ponit apparitio diuina. Secundo angelica. ibi: Seraphi. Circa primum. Primo notatur tempus cum dicitur. In anno quo mortuus est Ozias. secundum quod dicit Ra. Sa. iste non fuit annus mortis Ozie Regis accipiendo mortem pro separatis anime a corpore: sed ānus quo fuit a deo percussus lepra: qa uoluit officiū sacerdotale usurpare. ut habetur secundo Paralyp. xxvi. quia ex tunc reputatus fuit mortuus mundo. quia extunc habitauit in domo sequestrata. & Ioathan filius eius regebat palatium. & iudicabat populum terre. ut habetur quarto Regum. xv. & secundo Paralyp. xxvi. huic aūt dicto Ra. Sa. consonat littera sequens. in hoc capitulo ut uidebitur. Consequēter ponitur. ipsa dei apparitio cum dicitur. uidi dominum secundū Dionisiū tertio capitulo celestis Hierarchie angelus fuit. tamen dominus nominatur eo q̄ ad representandum dominum apparebat. & in eius persona loquebatur. sicut & angelus loquens Moysi in monte Synai dñus nominatur. ut patet in Exo. in pluribus locis. q̄ autem fuerit angelus habetur Actuum septimo. ubi dicitur de Moyse hic est qui fuit in Ecclesia in solitudine cum angelo. qui loquebatur ei in monte Synai. & cum patribus nostris. quia precepta decalogi dedit audiente populo. ut habetē Exo. xx. Sedentem. sedere est proprium iudicantis. illa autem apparitio fiebat ad profe/rendam sententiam contra Oziam Regē thurificare uolentem de presenti. quia tunc lepra percussus fuit. ut dictum est. & contra populum de regno Iude de futuro. ut uidebitur infra. & ideo ista apparitio fuit in effigie hominis sedentis. per illam etiam apparitionem in effigie hominis sedentis. significabatur deus humanandus in persona filii. & hoc est. quod dicitur. Iohannis. xii. ubi allegatur scriptura. que ponitur infra in hoc capitulo. Exceca cor populi huius etc. & subdit Euangelista hoc dixit Esaias quando uidit gloriam eius. & loquutus est de eo. sup̄ solium excelsum hoc est supra expositū. & plena erat domus id est templum a Salomone edificatum. sic enim fiebat illa uisio. a maiestate eius. non est in Hebreo. nec in libris correctis & ea que sub ipso erant: replebant templum. In Hebreo habetur. & ore eius replebant templum. & accipiuntur hic ore pro finibus uestimentorum. seu uestimenti sui. Illa enim effigies apparebat quasi induta ad honestatem. & finis uestimenti descendebat usq; ad pauimentum templi. sicut communiter fit de oris uestimentorum hominum sedentium. Seraphi. Hic consequēter describitur apparitio angelica. cū dicitur: Seraphi stabāt sic enim apparebant tanq̄ parati ad ministrandum deo. & exequendum eius imperiū. Sciendū tamen. q̄ non erant de superiori ordine. qui dicitur ordo Seraphi. sed erant de angelis qui mittuntur in ministerium ad exteriora & nominantur Seraphin ab effectu. propter purgationem labiorum Esaie per incendium. sicut dictum est de alio angelo. qui nominabatur deus. eo q̄ loquebatur in persona eius. super illud id est

ſuper templum: ut dicunt expoſitoreſ noſtri. tamen in Hebreo habetur deſuper et id eſt domuſ quia ſtabant ſuper celum. ut dicit R a. Sa. parati et obſequi. ideo ſic apparebant: ꝙ unuſ erat ad dextram dei. aliuſ ad ſiniſtram. ſex ale uni etc. per alā contemplatio deſignatur ut dicit Grego. ſuper Ezech. ideo per duaſ alaſ ſuperiuſ erectaſ intelligitur contemplatio diuinorum. que ſunt ſuper naturam angelicam. per duaſ protenſaſ inferiuſ ad cooperiendum corpuſ. & pedeſ ipſorum Seraphin cognitio eorum que ſunt inferiora angeliſ deſignatur. per duaſ mediaſ ad uolandum extenſaſ cognitio angelice nature. Ideo ſubditur: duabuſ uelabant faciem eiuſ. In Hebreo habetur faciem ſuam ſcilicet ipſorum Seraphin. ſecundum Hebreoſ. non ꝙ eſſent extenſe ante faciem ipſoꝝ ſed ſup capita q̄ſi tranſuerſaliter. & ſic uelabant caput ſuperiuſ & per conſequenſ faciem. que eſt parſ capitiſ & duabuſ uelabant pedeſ eiuſ in Hebreo habetur pedeſ ſuoſ id eſt ipſorum Seraphin: quia tranſuerſaliter uerſuſ inferiora protendebanť. & ſic corpuſ. & pedeſ uelabant. & hoc ad quādam decentiam. & honeſtatē apparebant enim in figura humana que honeſtior apparet operta. quam nuda. Et duabuſ ſcilicet aliuſ mediuſ uolabant: ad deſignandū ꝙ angeli ſemper ſunt parati aſcendere. & ad inferiora deſcendere ſecundum domini uoluntatem. ideo uolatuſ in medio loco diſponitur. quaſi ad utrumq; paratuſ. Et ad meliuſ capiendum poſui hic figuram ſecundum intentionem Hebreorum.

Et clamabant alter ad alterꝝ id eſt ſimul. & concorditer. uel quia unuſ primo dicebat. & poſtea aliuſ repetebat: ſicut duo chori in Eccleſia aliquando idem dicunt alternatí. Sanctuſ. ſanctuſ. ſanctuſ. ſecundum Hebreoſ dicitur ter ſanctuſ ad maiorem diuine ſanctitatiſ expreſſionem ſicut Hiere. xxii. terra. terra. terra. audi uerbum domini. ad excitandum maiorem attentionem. ſecundum uero doctoreſ Catholicoſ. hic dicitť ter ſanctuſ. ad deſignandum in deo perſonarum trinitatem. & ſubditur. dominuſ deuſ exercituum. ad deſignandum eſſentie unitatem. plena eſt omniſ terra gloria eiuſ. qa in omnibuſ creaturiſ relucet uirtuſ. & bonitaſ ipſiuſ. & commota ſunt ſuperliminaria cardinum. quia hec uiſio facta eſt die percuſſioniſ Ozie. ut dictum eſt ſupra. & tunc fuit terremotuſ terribiliſ. ſecundum quod habeť Zacha. xiiii. & fugietiſ: ſicut fugiſtiſ a facie terremotuſ in diebuſ Ozie Regiſ Iude qui terremotuſ factuſ fuit. ad oſtendendum indignationem domini. contra preſumptionem Ozie. ex illo autem

terremotu moti fuerunt parietes templi. & per consequens superliminaria. & cardines hostiorum. a uoce clamantis. quia talia fiunt in inferioribus per angelos. & domus repleta est fumo. ad designandum incendium futurum domus domini per Chaldeos. ut habetur quarto Regum ultimo. Et dixi. Hic consequenter describitur Esaie de/ legatio. & Primo describitur dispositio debita. Secundo delegatio sibi iniuncta ibi: & audiui. dispositio autem ista facta est primo per Esaie contritionem de eo. ꝙ pec/ cauerat per omissionē. Ideo dicit. Veh mihi quia tacui. a reprehensione Ozie Regis de sua presumptione. erat enim. Esaias de genere regio ut dictum est supra capitulo primo. & propter hoc magis poterat ad Regem accedere. & defectus suos ostendere. q̄ alius de populo. ideo peccauit hoc omittendo. Ideo subditur. quia uir polluti labiis ego sum. sicut enim polluuntur labia loquendo ꝙ non decet: ita etiam tacendo. qđ dici debet & in medio populi polluta labia habentis. non solum per omissionem. sed etiam per commissionem. quia multi de populo illo erant blasfemi. ut dictum est supra. & Regē dominū exercituum uidi oculis meis quasi diceret ex quo sum peccator ista uisio. non est mihi ad profectū. sed etiam ad interritum sic etiam dixerat Manue ad uxorem suam Iudicum. xiii. morte moriemur. quia uidimus dominum. Secundo facta est Esaie dispositio per angelum purgantem eius peccatum. hoc tamen solum fuit. instrumētaliter: quia solius dei est purgare peccata. principaliter dicit ergo. Et uolauit ad me unus de Seraphin per istum uolatum intelligitur uelocitas angelica. ad exequendum domini mandatum. seu beneplacitum. Et in manu eius calculus id est carbo ignis. Calculus enim plura significat. Vno modo significat lapidem paruulum. Alio modo numerationem. quia antiquitus solebant homines numerare cum lapillis. significat etiam carbonem ardentem. & etiam quedam alia. Vnde uersus.

Calculus est pondus nummus lapis. ensis acutus.

Per calculum autem istum designatur prophetie donum. tunc Esaie datum. quem forte tulerat de altari holocaustorum. ubi erat ignis continuus. ut habetur Leuit. sexto. Sciendum tamen ꝙ non accipitur hic altare. seu carbo materialiter. quia ista fiebant uisione imaginaria. ut dictum est: qua uidebatur angelus accipere carbonem de altari holocaustorum. Et tetigit os meum: ad designandum purgationem peccati. propter taciturnitatem predictam. Ideo subditur. & auferetur iniquitas tua etc. Et audiui. Hic consequenter describitur legatio iniuncta Esaie a deo. Primo quantum ad id. quod pertinet ad afflictionem malorum. Secundo quantum ad consolationem bonorum. ibi: & multiplicabitur. Primum describitur. cum dicitur. Et audiui uocem domini apparentis in effigie predicta. dicentis quem mittam etc. hoc non quesiuit ex ignorantia. sed ad conuenientius iniungendum negotium Esaie se offerenti ad obe/ diendum sicut Gen. tertio. dixi Adam ubi es. ut ex eius responsione conuenientius argueret eum de transgressione. & dixi: ecce ego sum paratus ad obediendum. mitte me. nec se offerendo peccauit. quia ante dispositum se uidit per purgationem p̄dictā. Et dixit uade ad arguendū peccata Regis Iude. ex hoc dicūt Iudei & rationabiliter ut uidetur. quod illud quod dicitur in hoc capitulo precessit tempore ea. que scripta sunt supra a principio huius libri. In quibus arguit multipliciter peccata huius populi ad que arguenda missus fuit a deo. sicut & alii Prophete. & in hoc capitulo ponitur eius missio. ut uidetur: nec obstat ꝙ ultimo scribit. qa frequenter in sacra scriptura scribuntur posterius. prius facta. & econuerso. ut dictum est frequenter supra. in aliis libris canonicis. Et dices populo huic. audite audientes. auribus corporis & nolite intelligere id est noletis non enim incitauit eos Propheta. ad non intelligendum. &

non obediendum. ſed predixit hoc futurum. prenuntiando populi obſtinationem in maliſ. Ideo ſubditur: Exceca cor populi huiuſ id eſt denuntia ad excecandum per errorem in intellectu. & aureſ eiuſ aggraua id eſt aggrauandaſ denuntia. per obſti/ nationem in affectu. Circa quod ſciendum. q̄ taliſ excecatio. & obduratio. non eſt a deo directe. ſed a liberi arbitrii defectibilitate. homo enim auertēſ ſe a deo meretur: ut iuſte deuſ retrahat gratiam ab eo. cuiuſ effectuſ eſt illuminare intellectum. & mol/ lificare affectū. & ideo ipſa ſubtracta homo excecatur. & obduratur. ex ſua malitia hoc fuit impletum quando ad predicationem Chriſti Iudei pro magna parte fuerūt obdurati. ſecundum quod dicitur expreſſe. Iohannis. xii. propterea non poterant credere: quia dixit Eſaiaſ excecauit oculoſ eorū. & indurauit corda eorum. & ſequitᵉ hoc dixit Eſaiaſ quando uidit gloriam eiuſ ſcilicet Chriſti. & loquutuſ eſt de eo. cog/ nouit enim tunc trinitatem perſonarum. & filium incarnandum. ut predictum eſt. & ſic tunc uidit gloriam Chriſti id eſt eiuſ deitatem. Et dixi uſq; quo domine ſcilicet durabit hec excecatio. & obduratio. & dixit. donec diſſolate ſint ciuitateſ. abſq; habi/ tatore. qđ impletū fuit tempore Titi. qui deſtruxit ciuitatem. & templum. & terram Iudeorum. & duxit populum captiuum. & diſperſit per orbem. ut non habitarent ampliuſ in Iudea Ideo ſubditᵉ. & longe faciet dominuſ hominеſ. Et multiplicabitur. Hic conſequenter Propheta denuntiat conſolationem credentium. qđ frequenter fit in hoc Propheta. & aliuſ ſcilicet denuntiatio conſolationiſ bonorū. iuxta denun/ tiationem deſolationiſ malorum. ut oppoſita iuxta ſe poſita magiſ eluceſcant. & hoc eſt quod dicitur. & multiplicabitur que derelicta fuerat. quia ante aduentum exercituſ Romanorum contra Iudeam. Chriſtiani qui erant ibi per admonitionem angeli tranſierunt in regnum Agrippe qui erat confederatuſ Romaniſ. & ſic erant derelicti. aliiſ partim captiuatiſ. & partim trucidatiſ. qui poſtea. multiplicati ſunt per orbem uniuerſum. ut patet ad ſenſum. Et adhuc decimatio in ea quia decime dantur a fidelibuſ Eccleſie & conuertetur ab abiectione. & paucitate. & perſecutiōe. quam paſſa eſt Eccleſia primo a Principibuſ Iudeorum. ut patet Actuum octauo. & in pluribuſ aliiſ locis eiuſdem libri. & poſtea ab Imperatoribuſ Romaniſ. & eorum poſteriſ. ut patet in ſanctorum legendiſ. & in chronicis. & erit in oſtenſione ſicut terebinthuſ. quod impletum uidemuſ maxime a tempore Conſtantini in quo incepit Eccleſia notabiliter exaltari. & dilatari. Semen ſanctū erit. quod ſteterit in ea quia non multiplicantur per generationem carnalem. ſed per gratiam ſanctificantem in baptiſmo. Veruntamen quia excecationiſ & obdurationiſ Iudeorum tempore pre/ dicationiſ Chriſti & Apoſtolorum eiuſ figura fuit obduratio predeceſſorum tempore predicationiſ Hieremie & aliorum Prophetarum qui fuerunt tempore deſtructionis imminente per Regem Nabuchodo. Babyloniſ. ideo littera iſta poteſt exponi pro illo tempore licet principaliſ intentio Prophete feratur ad obſtinationem Iudeorum tempore predicationiſ Chriſti. & Apoſtolorum & ſecundum iſtam ſententiam dicitur. & dixi uſq; quo domine ſupple durabit iſta excecatio & obduratio. & dixit donec de/ ſolate ſint ciuitateſ abſq; habitatore. quod impletum fuit tempore Sedechie quādo Rex Babyloniſ deſtruxit ciuitateſ Regni Iude & populum duxit captiuum. in Babylonem. Ideo ſubditur. Et longe faciet dominuſ hominеſ. Multipliciter. Hic conſequenter Propheta denuntiat conſolationem bonorum. & iſtud fit frequenter in hoc libro. & in aliiſ libriſ prophetalibuſ. iuxta deſolationem malorum denuntiando conſolationem bonorū. ut oppoſita iuxta ſe poſita magiſ eluceſcant. & hoc eſt q̄ dicitᵉ & multiplicabitur que derelicta fuerat a ſuiſ habitatoribuſ in captiuitatem ductiſ.

multiplicabitur adhuc in hominibus. animalibus. & aliis bonis. quod fuit impletum post captiuitatis reditū. sub Zorobabel Neemia & Machabeis. In medio terre hoc dicit. quia Iudea est in quarto climate terre habitabilis. Et adhuc in ea decimatio id est adhuc dabuntur ibi decime bonorum sacerdotibus. sicut habetur Neem. decimo. Et conuertetur a captiuitate in prosperitatem. & erit in ostensionem sicut terebinthus quia prosperitas bonorum eorum post tantam captiuitatem fuit magis admirabilis. & hoc tempore Machabeorum quando recuperauerunt ciuitatem. & templum contra Antiochum Regem tunc ualde potentem semen sanctum erit illud. ꝙ steterit in ea. qa post reditum captiuitatis Babylonice non legitur populus Iudeoꝝ ad idolatriam declinasse. nisi aliqui pauci. ex uiolentia Regis Antiochi. ut habetur primo Macha. & secundo & tunc etiã aliqui. licet pauci cõparatiue respectu totius populi acceperũt aliquas conditiones. gentilium. faciendo sibi preputia. palestram. & ephorbiam. ut habetur primo Machabeorum secundo. non tamen dicitur ibi. ꝙ declinauerunt ad idolatriam etc.

.VII.

ET factum est. Postq̃ Esaias denuntiauit Regni Iude punitionẽ. Hic denũtiat eius liberationem. a persecutione duorum Regum. ut tanq̃ bonus Samaritanus post uinum mordificatiuũ. infundat oleum lenitiuum. Sciendum tamen. ꝙ principalis intentio Prophete est denuntiare Christi aduentum. qui interponitur. unde dixit Ra. Sa. super nono capitulo Zacharie ꝙ uniuersi Prophete non sunt loquuti nisi super annos redemptoris & ad dies Messie. quod est intelligendum de principali intentione. Et ideo pars ista in tres partes diuiditur quia Primo in signum dicte liberationis denuntiatur Christi incarnatio. Secundo eius resurrectio capitulo octauo. Tertio eius ascensio capitulo nono. Sciendum tamen ꝙ hec diuisio non est precisa. quia in secunda & tertia parte fit mentio. de contentis in prima. quantum ad aliquid. quia Prophete frequenter idem replicant. alio tamen modo. quia modo exhortatiuo loquuntur. Presens autem capitulum in tres partes diuiditur. quia Primo ponitur Regni Iude imminens periculum. Secundo pre mittitur liberationis beneficiũ. ibi: & dixit dominus. Tertio datur huius liberationis signum. ibi: & adiecit. Circa primum premittitur tempus. cum dicitur. & factum est in diebus Achaz. quia quarto anno Regni sui factum est. illud quod sequitur. filii Ionathan filii Iosie secundum ꝙ dicit Ra. Sa. Hic exprimũtur pater. & auus. ipsius Achaz ad ostendendum. ꝙ beneficiũ dei nostri factũ ipsi Achaz prout in hoc capitulo describit̃. non fuit factum propter bonitatẽ ipsius Achaz. cum esset idolatra pessimus. ut habetur. quarto Regum. xvi. & per consequens indignus diuino beneficio. sed factum fuit propter merita patris sui Ioathan. qui fuit bonus. & iustus. ut habetur. quarto Regum. xv. & Ozie aui sui. qui dictus est etiam Azarias: qui fuit etiam bonus. & iustus. ut habetur. quarto Regũ. xv. Veruntamen anno secundo regni sui superbiuit. & officium sacerdotale sibi usurpare uoluit. propter quod a deo lepra percussus fuit. quã patienter portauit. habitans in domo sequestrata. & sic peccatum eius purgatum fuit per penitentiam & penam illatam. ascendit Rasim Rex Syrie & Facee filius Romelie isti duo Reges non uenerunt simul contra Regem Achaz sed per se. & successiue. & licet non expugnauerint Hierusalem ciuitatem regiam. tamẽ de regno Achaz duxerunt magnã predam. quia non poterat eis resistere in campo. scd̃m quod dicitur secũdo Paralyp. xviii. traditiq; eum dominus deus. in manu Regis Syrie qui percussit eum. magnãq; predam cepit de eius imperio. & subditur ibidem. manibus quoq; Regis Israel traditus est. & percussus est plaga grandi. & nuntiauerunt domui Dauid̃ id est Achaz qui

descenderat de domo Dauidis. & populo eius. dicentes: quia exercitus duorū Regum. non possunt sic congregari. quin currat rumor. & potissime ad illos contra quos intendūt bellare. & quis fuerit ille. rumor subditur. requieuit Syria id est Rex Syrie super Effraim id est super regnum Israel siue decem tribuum. quia Hieroboam p̄mus Rex fuit de tribu Effraim. ut habetur tertio Regū. xi. & alii post eum cōmuniter per hoc autem quod dicitur. requieuit Syria etc. intelligitur confederatio duorum Regum. ad ueniendum simul contra regnum Iuda. ex hoc enim q̄ quilibet per se uictoriam habuerat contra Achaz: cogitauerunt q̄ ambo simul possent destruere regnum. & transferre ad alium. ut habetur infra & commotum est cor eius scilicet Regis Achaz. & cor populi eius. pre nimio timore. sicut mouentur ligna etc. etenim q̄ fuerant debellati a quolibet Rege per se. ut dictum est. in campo: fuerunt ualde territi credentes q̄ non possent resistere ambobus simul. etiam in ciuitatibus munitis. & fortalicijs. Et dixit dominus. Hic consequenter promittitur liberationis beneficiū. cum dicitur. & dixit dominus ad Esaiam. pro consolatione Regis & populi. licet nō meruissent ut dictum est. egredere in occursum Achaz tu & qui derelictus est. Iasub filius tuus. dicunt aliqui expositores nostri. q̄ Rapsaces erat filius Esaie. qui non fuit honoratus a Rege Iuda secundum decentiam sui status. cum esset de genere regio. sicut & pater suus. ut dictum est. propter quod indignatus transtulit se ad Regem Assyriorū qui posuit eum inter principes sui exercitus. secundum quod habetur quarto Regum. xv. & ideo dicitur hic tu & qui derelictus est Iasub scilicet a fratre suo. ad alienigenas transeunte. & dicunt isti expositores hoc dictum Rapsacis haberi ab Hebreis. sed ubi habeatur nescio. unde & Ra. Sa. aliter exponit. secundum interpretationem huius nominis Iasub. quod interpretatur reuersus. & sic dicit dominus. tu & q̄ derelictus est Iasub filius tuus quasi diceret dominus. pauci de populo Iude qui reuertentur ad me per penitentiam. & ad dictum tuum erunt tibi sicut filius tuus Iasub. In scriptura enim sacra ille qui alios per doctrinam suam conuertit ad deum. dicitur pater eorum & ipsi eius filii. secundum hunc modum dicit Aposto. Cor. quarto in Christo Iesu per Euangelium ego uos genui. ad extremum aqueductus piscine superioris erant enim due piscine ubi colligebantur aque. & una erat superior. altera. ita q̄ ipsa fluebat aqua in aliam. sicut frequenter fit in stagnis. In uia agri fullonis id est per quam itur ad agrum illum ubi fullones pannos ab eis lotos in piscina. extendebant ad desiccandū. & dicens ad eum. ex parte mea uide ut sileas id est sis in bona pace. & quiete: Ideo subditur. Noli timere etc. sequitur a duabus caudis id est exercitibus Regis sequentibus titionū fumigantiū etc. titiones fumigant. quando extinguūt flamma. & quia gloria Regis Syrie. & Regis Israel erat extinguenda. sicut denūciat Propheta in hoc capitulo ideo comperat eos titionibus fumigantibus. in ira furoris Rasim Regis Syrie id ē regni eius & filii Romelie id est Regis & regni Israel. supple in ira eorum contra te. noli timere: eo q̄ consilium inierit contra te Syria in malum. & Effraim id est regnum Israel. Et filius Romelie id est Rex eius. dicentes. ascendamus ad Iudam simul. & concorditer. & dicit: ascendamus. eo q̄ regnum Iuda est in eminentiori loco. q̄ regna Syrie & Israel. & suscitemus eum a sua quiete. eū impugnādo. & auellamus eum ad nos id est auferamus. & dictioni nostre subiciamus & ponamus Regem in medio eius filium Thabeel id est Romelie qui uocatur Thabeel. ut dicit Ra. Sa. Hoc dicit dīns deus cuius uerbū nō potest esse falsum. & non erit istud scilicet q̄ transferat ad eos regnū tuū. sed caput Syrie Damascus & nō Hierusalē. & caput Damasci Rasim quasi diceret non erit caput seu dominus Hierusalem.

Ideo ſubditur. & adhuc. lxv. anni & deſinet Effraim id eſt regnum decem tribuum eſſe populuſ. & caput Effraim Samaria id eſt Samaria deſinet eſſe metropoliſ. in regno Effraim. & caput Samarie filiuſ Romelie id eſt filiuſ Romelie deſinet eſſe caput. in regno Effraim. quia in fine. lx. annoꝝ Oſee Rex Iſrael ſatiſ cito fuit captuſ. & in captiuitatem ductuſ. cum populo ſuo. per Salmanaſar Regem Aſſyriorum ut habetur quarto Regum. xviii. Sciendū tamen ꝙ iſti. lxv. anni non ſunt numerādi ab illo anno. quo Eſaiaſ loquebatur iſta: quia a principio regni Achaz cui loquebat̄. fluxerunt tantum. xxii. anni. Achaz enim regnauit. xvi. annis tantum. ut habet̄ quarto Regum. xvi. cui ſucceſſit Ezechiaſ. in cuius anno octauo. captuſ fuit Oſee. ut habetur quarto Regum. xviii. & ideo dicit Ra. Sa. ꝙ numerandi ſunt a tēpore quo Amoſ cepit prophetiſare. qui prophetiſauit cōtra regnū Iſrael. & cepit prophetiſare per duoſ annoſ ante terremotum. quando Oziaſ uoluit ſacrificare. ut dictum eſt ſupra. & ſic prophetauit duobus annis anteq̄ percuteretur lepra. uixit aūt leproſus xxv. annis. ante captionem Samarie. qui ſimul iuncti faciunt. lxv. annoſ. Alii uero dicunt. ꝙ iſti anni ſunt numerandi a tempore quo Oziaſ fuit lepra percuſſuſ. eo ꝙ ex tunc Regeſ Iſrael. & Syrie acceperunt audatiam infeſtandi regnū Iuda. eo ꝙ Rex fuit percuſſuſ lepra. ſed dicunt illum uixiſſe. xxvii. annis. & ſic in idem redit. quātum ad numerum annorum. & ante filiuſ Romelie fuit occiſuſ ab Oſee & ſic deſierat eſſe caput Samarie. ſi non crediderit̄is: nō ꝑmanebit̄is ſcilicet in ueritate hoc dixit Eſaiaſ quia ſciebat Achaz idolatram peſſimum uerbis ſuis non credituꝝ. quod patet ex hoc ꝙ de diuino auxilio diffiſuſ refugit ad auxilium Regis Aſſyriorum. ut habetur. iii. Regum. xvi. Et adiecit. Hic dicte liberationis ponitur ſignum. & diuiditur in duaſ partes. quia Primo ponitur ſignum liberationis ab hoſtibuſ. tempore Achaz. Scđo tempore filii ſui Ezechie. ibi: adducet dominuſ. Prima in duaſ. quia primo ſignum promittit̄. Secundo datur. ibi: ecce uirgo. Circa primum dicitur. Et adiecit dominuſ loqui ad Achaz per Eſaiam dicens pete tibi ſignum liberationis tue. & populi tui. ut predixi: a domino deo tuo. & non ab idolis que colis. in profundum inferni ſecundum Ra. Sa. hic accipitur infernuſ pro foſſa ſiue ſepulchro id eſt pete tibi ſignum per reſurrectionē alicuius mortui. ſiue in excelſum ſupra. ſicut factū fuit tempore Ioſue per ſtationem ſolis. Ioſue decimo & dixit Achaz non petam. & ſecundum quod dicit Ra. Sa. cum eſſet idolatra peſſimus. ſignum rennuit nolens ꝙ aliquid ad dei gloriam monſtraretur. & Ideo ſubdit̄. non temptabo dominum. fuit excuſatio ficta ad cooperiendum malum ſuum. propter quod Eſaiaſ intulit dicens. Nunquid parum nobis eſt. moleſtos eſſe hominibus id eſt Prophetis quos ſepe moleſtabant deridendo. & affligendo: & aliquando occidendo: ut patet quarto Regum & ſecundo Paralyppo. in pluribus locis. quia moleſti eſtis & deo meo. ſignum ab eo oblatum renuendo: ne nomē eius glorificetur. propter hoc id eſt ad declarationem nominis ſui principaliter. Dabit uobis ipſe ſignum ſcilicet liberationis ueſtre conſequenter. q̄uis ingrati ſitis. qa dominuſ multa bona facit inuitis. unde dicitur Matthei quinto. pater ueſter celeſtis ſolem ſuū oriri facit ſuper bonos & malos etc. Ecce uirgo. Hic conſequenter ponit̄ ſignum. & quia ſcriptura iſta multipliciter peruertitur a Iudeis intendo hic aliq̄ntulū morari. & ſic procedam. quia Primo ponam obiectioneſ. quibus nituntur oſtendere. ꝙ nō poſſit intelligi de Chriſto ad litteram. Secundo ponam falſas expoſitioneſ eoꝝ: & eos excludam. Tertio ponā expoſitiōem catholicam & ueram. Quarto obiectiōes Iudeoꝝ ſoluam. Circa primum arguunt ex hoc. qđ dicitur hic dabit dñs ipſe uobis ſignum liberationis Achaz & populi ſui. a duobus Regibus. regnum eius deſtruere

uolentibuſ.ut dictum eſt.Ieſuſ autem Nazarenuſ fuit natuſ poſt Achaz ꝑ qngentoſ annoſ. & ampliuſ.ut poſſet defacili oſtendi.per tempora regnoꝝ ſed dimitto propter prolixitatem uitandã.quia hoc conceditur ab omnibuſ Chriſtianiſ.ergo conceptio ſeu natiuitaſ Ieſu Nazareni nullo modo fuit ſignum dicte liberationiſ.Item ex hoc quod dicitur. Ecce uirgo etc.arguunt quia in Hebreo habetur. ecce alma etc.quia hoc nomen non ſignificat uirginem. ſed adoleſcentulam quod nomen indifferenter dicitur de uirgine.& corrupta.qđ Chriſtiani negant de Maria quam dicunt uirginẽ concepiſſe.Item ex hoc.qđ ſubditur.& uocabitur nomẽ eiuſ Emanuel & in Hebreo habetur.& uocabit ipſa ſcilicet alma nomen eiuſ Emanuel.Ieſuſ autem Nazarenuſ non fuit uocatuſ a matre ſua.nec ab aliis Emanuel ſed Ieſuſ.ut patet in euangeliſ. eorum. ergo hec littera non poteſt intelligi de ipſo. Item arguunt ex hoc. quod ſubdit.in hoc capitulo.anteq̃ ſciat puer uocare patrem & matrem etc.ex quo patet ꝙ in puero de quo hic eſt ſermo.fuit ignorantia.qđ Chriſtiani negant de Ieſu Nazareno dicenteſ eum habuiſſe plenitudinem ſcientie ab inſtanti conceptioniſ inq̃ntum homo.& inquãtum deuſ ab eterno.Circa Secundum.ꝙ propter iſta que dicta ſunt aliqui Hebrei expoſuerunt ſcripturam iſtam de Ezechia filio Regiſ.Achaz qui poſt dictum Prophete natuſ fuit.ut dicunt in ſignum liberationiſ regni Iude a predictiſ Regibuſ. & ad hoc inducunt quod habetur infra octauo capitulo. & erit extenſio alarum eiuſ implens latitudinem terre tue o Emanuel. Ezechiaſ autem fuit dominuſ terre. poſt Achaz patrem ſuum. ſed hanc expoſitionem reprobat Ra. Sa.per hoc. quia Ezechiaſ erat.xx.annorum quando incepit regnare poſt Achaz patrem ſuum immediate.ut habetur quarto Regum.xviii.Achaz uero regnauit.xvi.anniſ tm̃. ut habet quarto Regum.xvi. ergo in principio regni Achaz anteq̃ diceretur iſta prophetia. Ezechiaſ iam erat natuſ.& erat.ix.annorum.& ſic nõ poteſt hec littera intelligi de Ezechia. & adhuc ad dicta Ra. Sa. poteſt addi. ꝙ ſecundum ipſum. & ſecundum doctoreſ catholicoſ prophetia iſta fuit dicta quarto anno regni Achaz & ſic Ezechiaſ tunc.non ſolum habuit.ix.annoſ.ſed etiam.xiii.ergo non poteſt intelligi de eo.propter qđ Ra. Sa.dicit ꝙ hec prophetia intelligenda eſt de filio Eſaie. dicit enim ꝙ Eſaiaſ acceperat in uxorem quandam iuuenculam & ꝙ iam conceperat ab eo. unde dicit. ꝙ taliſ eſt littera. Ecce adoleſentula concepit. & pariet filium.& denuntiatio.huiuſ partuſ fuit ſignum. ab eo predictum.quia de puero exiſtente in utero matriſ neſcitur ſi ſit maſculuſ.ſiue femina.& ideo quando certitudinaliter predicitur ſignum eſt credibile. ꝙ illud quod promittitur ad tale ſignum. ſit futurum ut ſit ſenſuſ uerbi Eſaie. Ecce adoleſcentula concepit. & pariet filium.& quãdo in natiuitate eiuſ uidebiſ uerbum meum uerificatum.ſciaſ te a duobuſ Regibuſ.te inuadere diſponentibuſ.cito liberandum.& ita fuit.ut iſte Ra.Sa.proſequitur.quia cito poſt ad petitionem Achaz Rex Aſſyriorum uenit in Damaſcum contra Raſim Regem Syrie.& eum interfecit. & populum eiuſ tranſtulit in Cyrenem. ut habetur quarto Regũ.xvi.& eodem anno.ut dicit Oſee filiuſ Edam coniurauit contra Facee filiũ Romelie Regem Iſrael.& eum interfecit.ut habetur quarto Regum.xvi.ad ſuum autem propoſitum confirmandũ adducit illud. quod dicitur in capitulo ſequenti & acceſſi ad Prophetiſſam & concepit.& peperit filiũ.ex quo patet. ꝙ iſta adoleſcẽtula de cuiuſ conceptu. & partu fit hic ſermo. fuit uxor Eſaie.ad quam acceſſit maritali affectu.& puer conceptuſ.& natuſ eſt de ea.filiuſ eiuſ. Sed iſta expoſitio non poteſt ſtare.quia capitulo ſequenti dicitur de puero nato & erit extenſio alarum eiuſ.id eſt exercituſ Regiſ Aſſyriorum implens latitudinem terre tue o Emanuel & loquitur ibi

de terra regni Iude cuius nunq̃ fuit dominus Esaias nec filius eius. & sic Emanuel de cuius conceptione. & natiuitate fit hic sermo. non fuit filius Esaie. Item ꝙ dicit denuntiationem natiuitatis pueri in sexu masculo esse signum a domino promissum. uidetur falsum. quia de mandato domini dixit Esaias. Pete tibi signum a domino deo tuo etc. id est per resurrectionem mortui. uel per aliquam mutationem notabilem. & supernaturalem in cursu celesti. ut dictum est supra. & idem dicit Ra. Sa. & sic illud signum debuit esse aliquodualde magnum. & exc edens totam creature facultatẽ cuiusmodi non est talis denuntiatio. quia aliqñ medici experti per aliqua signa. & experientias precognoscunt sexum pueri nascituri. Et sic dicatur. ꝙ non cognoscũt per certitudinem: tamen negari non potest quin demones precognoscant certitudi/ naliter. cum ad hoc se extendat eorum notitia naturalis que remansit integra in eis. & per consequens tale signum potest certitudinaliter predici a diabolo. Item quarto Regum. xvii. dicitur. ꝙ Osee filius Ela regnare ceperat anno. xii. & secundum hoc Facee filius Romelie uixit usq; ad. xii. annũ Achaz & sic falsum uidetur. quod dicit Ra. Sa. ipsum interfectum ab Osee eodem anno. quo natus fuit Emanuel qui scd̃m eum natus fuit anno Achaz quarto uel quinto. Item capitulo octauo dicitur anteq̃ sciat puer uocare patrem. & matrem auferetur fortitudo Damasci. & spolia Samarie coram Rege Assyriorum sed non legitur Samaria spoliata a Rege Assyriorum ante ix. annum regni Osee in quo fuit capta a Salmanasar Rege Assyrioꝝ. ut habetur quarto Regum. xviii. licet Osee ante fuerit tributarius Regis Assyriorum. & sic a natiuitate pueri. de quo est hic sermo. si fuit filius Esaie secundum dictum Ra. Sa. usq; ad captionem Samarie fluxerunt. xvii. anni scilicet octo de regno Achaz. & ix. de Osee. ut patet per predicta. quia puer fuit natus quarto anno uel quinto ad plus Achaz & Osee cepit regnare. xxii. Achaz ut dictum est. ante uero. xvii. ãnos. puer scit uocare patrem. & matrem. si autem dicatur ꝙ Osee cepit regnare quarto anno Achaz ut dicunt aliqui. adhuc sequitur. ꝙ puer in spoliatione Samarie habuit ix. annos. ante quos puer scit uocare patrem. & matrem ad tardius. Item qd̃ assumit ad confirmationem sui propositi. cum dicitur: & accessi ad Prophetissam etc. magis est ad oppositum. ut ostendetur capitulo sequenti. Circa Tertium accipiendum est. qd̃ dicitur Matthei primo hoc autem totum factum est. ut adimpleretur quod dictum est a domino per Prophetam dicentem. Ecce uirgo habebit in utero: & pariet filiũ. & uocabitur nomem eius Emanuel. Ex hoc patet ꝙ ista scriptura Esaie loquitur de domino nostro Iesu Christo cũ Mattebeus Apostolus & Euangelista spiritu sancto plenus magis q̃ fuerunt Prophete ueteris testamenti dicat eam fuisse impletam in natiuitate Christi & secũdum hoc sic exponitur a doctoribus catholicis. Ecce uirgo concipiet. & pariet filium id est beata uirgo Maria a Prophetis denuntiata. que concepit. & peperit uirgo manens & uocabitur nomen eius Emanuel. quia uocatus est Christus qd̃ est nomen significãs duplicem naturam. in uno suppositο. diuinam scilicet & humanam: & hoc significat Emanuel qd̃ est interpretatum nobiscum deus. butyꝝ & mel comedet. hoc dicitur ad denotandum ueram eius humanitatem. que talibus nutritur maxime in pueritia. ut sciat reprobare malum etc. ly ut nõ tenetur ibi cau/ satiue. sed consecutiue: quia ab infantia sua habuit plenitudinẽ scientie ad reꝓbandũ malum. & eligẽdum bonum. loquendo de scientia humana. & istam habuit ab instanti conceptionis. & non ante. Ideo subditur: quia anteq̃ sciat puer reprobare malũ etc. derelinquetur terra. quam tu detestaris id est odio habes: tanq̃ tibi nociuam scilicet terram Israel & terram Syrie a facie duorum Regum suoꝝ quia Rex Assyriorum

interfecit Regem Syrie. & populum eius transtulit in Assyrios. ut habetur quarto Regum. xviii. Circa Quartum dicendum ad primum q̄ in sacra scriptura ponitur duplex signum respectu alicuius euentus. unum pronosticum quod est indicatiuum effectus futuri. sicut Iudicum sexto. datū fuit Gedeoni signum in uellere indicatiuū sue uictorie future. & tale signum frequentius datur in scriptura. Aliud est signum rememoratiuū effectus preteriti. sicut Exo. tertio dixit dominus Moysi. hoc habebis signum q̄ misertm te cum eduxeris populum meum de Egypto immolabis deo super mōtem istum. id est immolabris deo de ista missione que tibi imponitur ad populi re/ demptionem. reddens gratias deo. & sic patet. q̄ illud signum est rememoratiuum missionis preterite. nec obstat magna distantia temporis. quia signum rememoratiuum ita respicit preteritum in magna distantia. sicut in parua: sicut & signum pronosticum respectu futuri. Sciendum etiam q̄ liberatio regni Iude a persecutoribus fuit signum figuratiuum saluatiōis mundi fiende per Christū. & qa Achaz erat incredulus uerbo prophete. ut dictū est supra. conuenientius fuit. ut sibi daret̄ signum cōmemoratiuū futurum in longinquum. ut ipse in persona propria non uideret: sicut in mente non credebat. illi tamen qui descenderunt de eo. uiderunt. ut Maria & Ioseph. & ideo signāter non dixit uerbū ad Achaz sed ad domū Dauid̄ dicens: Audite ergo domus Dauid de qua domo fuerunt Ioseph & Maria non tamen ad eos refertur. quod ibi dicitur. Nunquid uobis parum est etc. sed illud. quod dicitur dabit uobis dominus signum. Ad Secundum dicendū q̄ Almut in Hebreo significat absconsionem. & inde dicitur Alma. abscondita. que significat iuuenculam aspectibus hominum absconditā ita q̄ de eius pudicicia. & integritate. non dubitatur. maxime quando preponitur lit/ tera Hebraica. & tamen sonat Haalma. nec inueniunt̄ in tota scriptura sacra alique sic scripte. nisi tantum tres. scilicet Rebecca. Gen. uicesimoquarto ubi dicitur de illa puella decora nimis urgoq; pulcherrima. & incognita uiro. & sequitur ibidem. puella que egredietur ad hauriendū aquam. in Hebreo dicitur. Haalma que egrediet̄ etc. & Maria soror Moysi Exo. scd̄o ubi dicitur de ea & fuit puella. & uocauit matrem pueri: in Hebreo. habetur fuit Haalma etc. & ista que scribitur in hoc capitulo & ideo cum due persone fuerunt uirgines purissime. quando sic nominate fuerunt: idem tenendum est & de ista. Ad Tertiū dicendū. q̄ duplex est nom̄ alicuius scilicet impo/ sitionis. & nature. sicut Socrates est nomen impositionis. homo uel hic homo nomen nature. Iesus fuit nomen impositum ipsi Christo. ut patet Luce secundo. Emanuel aūt est nomen nature. seu proprietatis. significat enim nobiscum deus. etc. ut dictum est supra. & hoc est proprium nomen ipsius Christi. in quo diuina natura. & humana sunt coniuncte. & hoc modo uocatus est pluribus aliis nominibus proprietates eius significantibus. sicut uocatus est lapis. Danielis. xli. & Dauidis. Osee tertio. & nomen domini tettragrammaton Hieremie. xxiii. & hoc est nomen quod uocabunt eum dñs iustus noster. ut habemus. dominus in Hebreo habetur nomen domini tettragrāmatō & pluribus aliis nominibus consimiliter nominat̄ in scriptura. Ad Quartum iam so/ lutum est ex his que dicta sunt. quia licet in Christo non fuerit aliqua ignorantia. tamen factus est homo. in tempore. & sic habuit scientiam infusam in tempore. & anteq̄ illam haberet: liberatio populi per Esaiam denuntiata. fuit completa. Adducet dominus. Sciendum q̄ pars ista usq; ad finem huius capituli multipliciter exponitur a diuersis. sed unam tantum intendo prosequi que rationabilior mihi uidetur. & eam prosequit̄ Ra. Sa. uidelicet q̄ in hac parte describitur signū liberationis a deo facte. tempore Ezechie filii Achaz. quia Rex Assyrioꝝ cum maximo exercitu uenit cōtra

eum.cum Ezechiaſ reſiſtere non poterat uia humana.& ideo conuertit ſe ad diuinum auxilium implorandum.& dominuſ miſit angelum qui una nocte percuſſit exercitum Regiſ Aſſyriorum. centum octuagintaquinq; milia bellatorum quod uidens Rex mane territuſ.& confuſuſ.fugit ad terram ſuam cum paucis. & ibi interfectuſ fuit a filiis ſuis.quarto Regum.xix.Igitur ſecundum hoc reſiduum huiuſ capituli in duas parteſ diuiditur.quia Primo tangitur hoc factum in generali. Secundo explicando parteſ eiuſ in ſpeciali.ibi:& erit.Circa primum dicitur ipſi Achaz Adducet dominuſ ſuper te.quia Teglathphalaſar Rex Aſſyriorum uaſtauit terram eiuſ nullo reſiſtente. & eum afflixit:ut habetur ſecundo Paralyp.xxviii. & ſuper domũ patriſ tui id eſt ſuper Ezechiam filium tuum.& eiuſ populum. Ezechiaſ enim fuit iuſtuſ.& bonuſ. & ideo magiſ deſignatur hic per auum ſuum Ioathan qui fuit iuſtuſ. q̃ per Achaz patrem ſuum.qui fuit peſſimuſ.dieſ qui non uenerunt a diebuſ ſeparationiſ.iſta ſepa/ ratio fuit facta tempore Roboam.ut habetur tertio Regum & a tempore illo.uſq; ad tp̃s Ezechie nõ uenerũt dieſ uel ita terribileſ.& conſolabileſ.diuerſis reſpectibuſ. ſicut uenerunt tempore Ezechie quando Sennacherib uenit ultimo ad deuaſtandum eiuſ regnum. Ideo ſubditur.cum Rege Aſſyriorum quia in aduentum eiuſ fuerunt illi dieſ.ratione eiuſ & fortitudiniſ exercituſ.& pro Rapſaciſ blaſfemationibuſ ter/ ribileſ.& triſtabileſ. ſed ratione miraculoſe liberationiſ fuerunt conſolabileſ. Et erit. Hic deſcribitur factũ per parteſ in ſpeciali.& Primo quantũ ad aduentũ exercituſ. Secundo quantum ad percuſſionem ipſiuſ. ibi:in die illa. Tertio quantum ad pro/ uiſionem uictuſ Ezechie & populo eiuſ.ibi:& erit. Circa Primum dicitur. In die illa id eſt tempore illo.quia congregatio tanti exercituſ nõ potuit fieri una die.ſibilauit dominuſ id eſt inſpirauit uoluntatẽ ueniendi cõtra Ezechiã muſce que ẽſt in extremo fluminum Egypti per muſcam intelligitur hic populuſ Egypti qui cum magna turba uenit cum Sennacherib contra Ezechiam. ut dicunt aliqui. ſed hoc uidetur falſum. quia Rapſaceſ tunc uolenſ terrere Ezechiam.& populum eiuſ.dixit quarto Regũ xviii.in quo confidiſ. ut audeaſ rebellare?an ſperaſ in baculo arundineo. atq; con/ fracto. Egypto hoc autem non dixiſſet ſi populuſ Egypti eſſet in exercitu cum Sennacherib contra Ezechiam. & ideo alii exponunt de Rege Egypti qui alio tpe uenit contra Iudeam tempore Ioathan filii Ioſie.quem uicit.& impoſuit terre centũ talenta argenti.& talentum auri quarto Regum.xxiii.ſed uidetur mihi.q̃ melius exponi poteſt de populo Libye qui erat ſubiectuſ Regi Aſſyriorum. & ideo uenit ad eiuſ exercitũ.unde non dicitur hic ſibilat dominuſ muſce que ẽ in Egypto.ſed que eſt in extremo fluminũ Egypti. & uocatur muſca populuſ ad deſignandum q̃ uenit cum magna turba ſicut muſce. dicitur autem hic fluminum Egypti quia in Egypto raro pluit:ſed terra irrigatur per irrigationem Nili.qui ad hoc ab ícoliſ diuiditur per multoſ riuoſ.ut habetur Deut.xi.& api.que eſt in terra Aſſur.uocatur ille populuſ Aſſyriorum apiſ non a dulcedine melliſ.ſed ab aculeo.quia ille populuſ pungit aliaſ nationeſ. in exercitu eaſ proſequendo.ut habetur quarto Regum.xviii.& uenient & requieſcent omneſ in torrentibuſ etc. per hoc deſignatur q̃ eſſent occupaturi. & uaſtaturi omnia loca regni Iude:ſicut factum fuit tempore Ezechie. excepta Hie/ ruſalem quam Sennacherib non cepit. deo exercitum eiuſ percuciente. In illa die. Hic conſequenter deſcribitur iſta percuſſio. quia dominuſ miſit angelum.& percuſſit in caſtriſ Aſſyriorum cẽtum octuagintaquinq; milia.ita q̃ corpora fuerunt redacta in cineres intactiſ ueſtibuſ.& armiſ.quo uiſo Rex Sennacherib fugit.& diuino iu/ dicio in terra ſua gladio filiorum ſuorum interfectuſ fuit quarto Regũ.xix. & hoc

est ꝙ dicitur hic. In die illa id est in tpe. quo Sennacherib uenit contra Hierusalem ut destruat eam: radet dominus in nouacula conducta id est acuta. quia illud quod acuitur super cotem deducitur. per nouaculam acutam que uelociter scindit multitudinem pilorꝝ. diuina intelligiē sententia. per quā uelociter cecidit Rex Sēnacherib & exercitus eius. In his qui sunt transflumen scilicet Eupbratem. ultra quod erat regnum Assyriorum respectu Hierusalem in Rege Assyriorum. hoc dicitur ad excipiendum alios populos. qui habitabant ultra Euphratem. qui non uenerunt cum Sennacherib ad destruēdā Iudeam: Caput id est Regem qui a filiis suis interfectus fuit. ut dictum est. & pilos pedum id est pedites. de suo exercitu. & barbam uniuersam id est equites. qui erant circa Regem adherentes ei sicut barba capiti. Et erit. Hic consequenter describitur prouisio uictus circa Ezechiam & populum eius. quia licet exercitus Sennacherib terram Iudee in circuitu Hierusalem destruxerit: & bona partim uastauerit: & partī rapuerit: tñ dominus de uictu Ezechie & populo ꝓuidit. ut dictum fuit quarto Regum. xix. exponendo illud. hoc erit signum comede hoc anno quod temporis etc. & quantum ad hoc dicitur hic. & erit in die illa id est tempore post uastationem per Sennacherib. nutriet homo uaccam boum id est uaccam unicā sibi remanentē. de magno armento boum. ceteris raptis. & consumptis. ab exercitibus Sennacherib. & duas oues. sibi remanentes de magno grege ouium ceteris consumptis ab Assyriis & pre ubertate lactis comedet butyrum. quia dominus dabit benedictionē suam. & sic habebunt tantum de lacte. ꝙ sufficiet ad sustentationem domus sue. intantum. ꝙ non solum comedent lac. sed etiam pinguedinem lactis. que tollitur in butyro. Aliqui autem exponunt hoc ad propositum dicentes. ꝙ per hoc exprimitur defectus uictus. illo tempore propter uastationem terre. sic exponentes. comedent butyrum. propter panis defectum. sed littera precedens uidetur repugnare. ubi dicit. & pre ubertate & similiter sequens. cum dicitur. butyrum. & mel comedet. ubicumq; enim ista duo iunguntur in scriptura: significant abundantiam bonorum terre. unde & terra promissionis ad sui commendationem dicitur frequenter in uetere testamento fluens lacte. & melle. omnis homo qui relictus fuerit in medio terre id ē homines iusti uiuentes uita humana. & non bestiali. ideo fuerunt relicti in medio terre Iudee euadentes gladium Sennacherib. sed mali qui fuerunt in peccatis obstinati fuerunt per eum exterminati & istis iustis remanentibus. fuit sufficienter prouisum de uictu. Et erit in die illa omnis locus ubi fuerunt mille uites. mille argenteis id est ualentes mille argenteos. & in spinas & uepres erunt propter defectum colentium: quia sicut dictum est multi perierunt per exercitum Assyriorum Ra. Sa. aliter exponit dicens ꝙ tpe Ezechie post mirabilem liberationem ab exercitu Sennacherib. ut predictum est. Ezechias induxit populum ad legis studium. & ut magis possent in hoc proficere: abstraxerunt se a uino. ita ꝙ parū aut nibil bibebant: & sic remanserunt uinee inculte cum sagittis & arcu ingredientur illuc. propter feras. & serpentes. ibi latentes. inter fruteta ibidem crescentes. Ideo subditur. uepres enim & spine. & omnes montes qui in sarculo sarrientur id est spinis & uepribus purgabuntur. ad hoc ꝙ ibi possit bladum seminari. Non uenient illuc terror spinarum. quia deo faciente seruabitur terra in puritate sua. & sic faciet fructum bonum. & multum. Ideo subditur: & erit in pascua bouis id est ita erit fertilis. in fructu. ꝙ non solum sufficiet ad sustentationē hominū. sed etiam animalium domesticorum etc.

.VIII.

ET dixit dominus etc. Anteq̄ ascendam. ad diuisionem huius capituli & eius expositionem per partes. Primo uidendum est. quid sit tenendum de puero:

de quo fit ſermo in hoc ca. cum dicitur: acceſſi ad Prophetiſſam. & concepit filium. Et dixerunt aliqui. q̄ ille fuit filius Eſaie de ſua uxore. que uocat̄ hic Prophetiſſa. & hoc dict̄ uidetur: ſequi Thomas de Aquino in quadam poſtilla. que ſibi attribuit̄. tanq̄ ex eius dictis reportata. ubi ſoluūtur argumenta que ſolent fieri ad contrarium. ad quod Primo arguitur per id. quod dicit̄: & adhibui mihi teſtes: & acceſſi ad Prophetiſſam etc. Eſaias autem cū eſſet honeſtus. & ſanctus. nullo modo induxiſſet teſtes: ſui cōcubitus cū uxore. Item per hoc quod dicitur adhibui mihi teſtes fideles. Vriam ſacerdotem etc. iſte Vrias fuit idolatra. quia fecit altare ad ſimilitudinem altaris. quod erat in Damaſco ad cultum idoli. & ſuper illud offerebat holocauſta. & uictimas. ut habetur quarto Regum. xvi. & ſic non poteſt ad litteram dici teſtis fideliſ. Item q̄a ſubditur & Zachariam filium Barachie qui fuit in. xii. prophetis. xi. & nondum erat natus. quia prophetisauit tempore Darii Regis Perſarum cuius tempore conſumatū fuit templum: ſecundum quod habetur primo Eſdre ſexto & a quarto anno regni Achaz. in quo dicta fuit iſta prophetia. uel cito poſt uſq; ad illud tempus fluxerunt anni. cc. lxv. & ſic nullo modo tempore Eſaie potuit induci teſtis. Aſſumptum declaratur ſic. quia Achaz regnauit. xvi. annis quarto Regum. xvi. & ſic a tempore huius prophetie de regno eius remanebant. xii. anni cui ſucceſſit Ezechias regnans xxix. annis quarto Regum. xviii. poſt quem Manaſſes regnauit. lv. annis quarto Regum. xxi. poſt quem Amon duobus annis quarto Regum. xxi. poſt quem Ioſias xxxi. annis quarto Re. xxi. poſt quem Ioachim. xi. annis quarto Regum. xxiii. poſt quem Sedechias. xi. annis quarto Regum. xxiiii. poſtea ſequutum eſt tempus captiuitatis Babylonice. lxx. annorum ſecundum communem computationem uſq; ad annum primū Cyri a quo uſq; ad conſummationem templi. poſt reditum captiuitatis Babylonice. fluxerunt ānі. xlvi. Iohannis ſecundo. xlvi. annis edificatū eſt templū hoc etc. qui anni ſimul iuncti faciūt predictum numerum. Ex quo arguitur: q̄ non potuit Eſaias ipſum adducere in teſtimonium ſecūdum computationē aūt Hebreoꝝ quam frequenter ſum ſequutus: fluxerunt pauciores anni. Sed per hoc non infringitur argumentum. quia ſecundum breuiorem computationem a tempore quo Eſaias dixit: Et adhibui mihi teſtes etc. uſq; ad Zachariam filium Barachie. fluxerunt. cc. anni & plus. nec poteſt dici q̄ Zacharias filius Ioiade. qui Matthei. xxiii. dicitur filius Barachie fuerit ille teſtis: quia ante mortuus erat. per centum annos & amplius. quod patet ſic. quia poſt Ioas qui interfecit hūc Zachariam. regnauit Amaſias filius eius. xxix. annis quarto Regum. xiii. & poſt eum Ozias. lii. annis quarto Regum xv. & poſt eū Ioathan. xvi. annis quarto Regū. xvi. & poſt eum Achaz quatuor annis anteq̄ Eſaias diceret prophetiam iſtā. ut dictū eſt ſupra. qui anni ſimul iuncti faciunt annos centū & unum. Item arguitur per hoc. quod ſubditur anteq̄ ſciat puer uocare patrem. & matrem. auferetur fortitudo Damaſci. & ſpolia Samarie que ſpoliatio fuit ſexto anno Ezechie. ut dictum eſt capitulo precedenti & ſic puer natus tūc habuit. xviii. annos ad minus. xii. de regno Achaz. & ſex de regno Ezechie. puer autem ſcit uocare patrem. & matrem anteq̄ habeat tot annos. & ſic non eſſet uerum: q̄d dicitur anteq̄ ſciat puer uocare patrem etc. Igitur propter iſta tenent doctores Catholici communiter. q̄ illud quod dicitur in hoc capitulo de puero predicto. non ſit intelligēdum ad litteram de filio Eſaie. ſed hoc ſoluit Thomas ſic. Ad Primum dicit q̄ inductio teſtium. non fuit ad uidendum concubitum Eſaie. ſed ſcripturam eius in qua dictum fuit ſibi a domino ſume tibi librum grandem & ſcribe in eo. Ad Secūdum dicit. q̄ Vrias ſacerdos fuit teſtis fideliſ. non ratione uite. ſed officii dignitate. & quia

a Rege Achaz fidelis reputabatur: quia similiter erat idolatra. Ad Tertium dicit. q̄ iste Zacharias neuter fuit horum. qui allegati sunt: sed alius illius temporis. qui sic nominabatur . cuius ratio potest esse duplex. ut dicit. Vna quia fuit de genere Zacharie Prophete quem interfecit Ioas Rex Iuda. ut habetur secundo Paralyp. xxiiii. qui dicitur filius Barachie Matthei. xxiii. & sic iste qui fuit tempore Achaz fuit nominatus eodem nomine. quia consuetudo fuit apud Hebreos nominibus illoꝝ qui fuerunt autentici in illo genere nominare pueros: Alia quia Zacharias iste fuit similis in sanctitate. & autoritate illi. quē interfecit Ioas: & sic appellatus est nomine illius. quāuis habuit aliud nomen proprium. sicut in Euangelio Iohannes baptista. uocatur Helias propter similitudinem officii. quia Iohannes preuenit Christi p̄mum aduentum. sicut Helias preueniet secundum. Ad Quartum dicit. q̄ ista spoliatio Samarie. de qua hic agitur. non fuit illa. que facta fuit. ix. anno Osee. & sexto Ezechie sed illa. que facta fuit per Theglathphalasar que precessit illam que fuit facta in diebus Pharee secūdum quod dicitur quarto Regum. xv. in diebus Pharee Regis Israel uenit Theglathphalasar Rex Assur & cepit Ayon etc. & hoc fuit anteq̄ puer natus sciret uocare patrem. & matrem. Hoc dictum uidetur nimis fauere errori Hebreorum: qui dicunt. q̄ in istis tribus capitulis scilicet septimo octauo & nono non fit mentio de Christo. Ad excludendum uero hanc falsitatem. & declarandum ueritatē. primo ponenda est hic translatio Chaldaica. que apud Hebreos dicit̄ Tergum. & est tante autoritatis apud eos q̄ nullus fuit ausus ei contra dicere. Est etiam in passibus obscuris: qualis est iste. declaratiua ueritatis Hebraice. Sciendum igitur q̄ ubi nos habemus hic. Et adhibui mihi testes fideles. Vriam sacerdotem & Zachariam filium Barachie. & accessi ad Prophetissam. Illa translatio sic habet & contestatus sum. ex parte mea testificationes malas. quas dixi uenturas in prophetia Vrie sacerdotis. ecce futurum est quoq; sic omnem consolationē. quam dixi uenturā in prophetiam Zacharie filium Barachie. ego adductus sum. & accessi ad Prophetissam & concepit etc. ex ista translatione patet q̄ non est uerbum Esaie cum in prophetis istorum duorum testium nihil dixerit. uel fecerit. nec in implectione eaꝝ: sed ipse deus. qui illustrando mentes Prophetas constituit. & predicta ab eis implere fecit. & per consequens illud quod loco huius habemus & adhibui mihi testes fideles Vriam etc. non est uerbum Esaie testes ad scripturam suam seu concubitū inducētis. sed magis ipsius dei. introducentis dictos Prophetas. ad prenuntiandum illud. quod preordinauit futurum. & per consequens illud quod subditur in eadem serie. & accessi ad Prophetissam etc. non est uerbum Esaie ad suam uxorem carnaliter accedentis. sed ipsius dei. qui sicut Prophetas illustrando testes suos constituit. ita sua gratia uirginē fecundauit. ut patet Luce primo. Secundo ex Tergū predicta. patet q̄ Vrias qui hic testis inducitur: non est ille Vrias sacerdos. qui fuit tempore Achaz: quia ipse fuit pessimus idolatra. Iste autem dicitur hic domini Propheta & hoc concedit Ra. Sa. super locum istum dicens q̄ iste Vrias qui hic testis inducitur: fuit Vrias filius Semei qui prophetauit in nomine domini tempore Ioachim filii Iosie. ut habetur Hieremie. xxvi. dicitur etiam q̄ Zacharias qui inducit̄ hic testis. secundus fuit ille qui in duodecim prophetis est undecimus de quorum testimonijs postea dicetur. sed ex dictis sequitur. q̄ ista inductio testium. nō fuit corporalis. nec in presenti facta. sed spiritalis & de futuro in longinquum. quia a quarto āno regni Achaz in quo Esaias dixit illa. que ponuntur in hoc capitulo & precedenti. ut supra dictum est. usq; ad principium regni Ioachim. sub quo Vrias prophetauit: ut dictum est: fluxerunt

anni centum &. xxix. ut poteſt uideri. per tempora Regum ſupra poſitorum in hoc capitulo & multoplureſ fluxerunt uſq; ad tempuſ ſecundi teſtiſ ſcilicet Zacharie filii Barachie ſcilicet anni ducenti. lxvii. ut ſupra declaratum eſt. & per conſequenſ cum teſteſ debeãt reſpondere rei teſtificate. acceſſuſ ad Prophetiſſam non fuit corporaliſ. & de preſenti. ſed ſpiritaliſ & in longinquo de futuro. ſecundum quod habetur Luce primo. Spiritus ſanctuſ ſuperueniet in te etc. quod autem beata Maria uirgo Prophetiſſa fuerit: patet Luce primo ubi Prophetauit de ſua ueneratione futura dicenſ. Beatam me dicent omneſ generationeſ. quia de omnibuſ gentibuſ ſunt aliq; Chriſtiani dicenteſ illam beatã. & non ſolum a Chriſtianiſ dicitur beata. ſed etiam a Sarracenis. ſcriptum eſt enĩ in Alcorano Mahometi dixerunt angeli o Maria deuſ utiq; elegit te. & purificauit te. & elegit te. claram ſuper mulieres ſeculoz. Item ibidem dixerunt angeli o Maria deuſ annũtiat tibi uerbum. ex ipſo nomen eius Ieſuſ filiuſ Marie. & erit honorabiliſ in hoc ſeculo. & in futuro. Item ibidem. dixit ipſa. deuſ meuſ quomõ erit mihi filiuſ. & non tetigit me homo. dixit. ſic deuſ creat. qđ uult. cum decreuerit: utiq; acquieſcitur. dicit enim eſto: & erit & hoc modo dixit Gabriel Marie Luce. i. non erit impoſſibile apud deum. omne uerbum. Item in eodem cantico prophetauit Maria de futura reprobatione Iudeorum. & ueneratione gentium dicenſ. depoſuit potenteſ de ſede. & exaltauit humileſ. & ſic patet eam fuiſſe Prophetiſſam. Nunc uidentia ſunt teſtimonia teſtium ſuper inductorum. & quia prophetiam Vrie non habemuſ explicite ſcriptam. ſicut nec de multis aliſ Prophetiſ. ſicut patet ex curſu libri Regum. Ideo recurrẽdum eſt ad illud quod dicitur Hieremie. xxvi. fuit quoq; uir propheteanſ in nomine domini Vriaſ. filiuſ Semei. & prophetauit aduerſuſ ciuitatem iſtam. & aduerſuſ terram hanc. iuxta uniuerſa uerba Hieremie: ex quo habet̃ q; prophetauit deſtructionem ciuitatis Hieruſalem. & Iudee per Chaldeoſ futuram. ſicuti etiam Hieremiaſ. & hoc eſt quod dicitur in tranſlatione Chaldaica ſupra poſita & conteſtatuſ ſum ex parte mea teſtificationiſ malaſ. quaſ dixi uenturaſ. in prophetia Vrie ſacerdotiſ. prophetiam aũt Zacharie filii Barachie habemuſ in libro duodecim Prophetarum in quo Zachariaſ nonuſ dicitur. Exulta ſatis filia Sion: Iubila filia Hieruſalem. ecce Rex tuuſ uenit tibi iuſtuſ. & ſaluator. ipſe pauper. & aſcendenſ ſuper aſinam etc. quod intelligitur de Chriſto etiam ſecundum Hebreoſ. ut plenius oſtendetur: quando ad locum illum uenerimuſ domino concedente. & hoc eſt. quod dicitur. in tranſlatione Chaldaica ſupra allegata. Ecce futurum eſt quoq; omnem conſolationem. quam dixi uenturam. in prophetia Zacharie filii Barachie. ego adducturuſ ſum. que conſolatio implenda dicitur in aduentu Meſſie ab ipſo Zacharia. ut dictum eſt: Ideo ſtatim ſubditur de aduentu eius in mundum. & acceſſi ad Prophetiſſam id eſt beatam uirginem. & concepit & peperit filium. & ex dictis patet. q; prophetia Vrie de deſtructione ciuitatis. fuit certum ſignum. de impletione ꝓphetie Zacharie. futura per Chriſti aduentum. Ex his igitur predictis patet. q; ſolutioneſ Thome ad rationeſ ſupra inductaſ. q; littera huius ca. non poſſit niſi de filio Eſaie intelligi. non ualent. quia falſum aſſumunt. diſcurrendum eſt tamen per ſingulaſ. ad maiorem declarationem ueritatis. cũ enim dicitur in prima. q; teſteſ fuerunt inducti ad uidendum ſcripturam: patet falſum. quia nondum erant nati. nec fuerunt uſq; ad tempuſ ualde longũ. Item ſi fuiſſent preſenteſ adhuc non ualeret: quia poſtq̃ dixerat adhibui mihi teſteſ Vriam etc. non dixit. & ſcripſi: ſed acceſſi ad Prophetiſſam etc. ſimiliter cum dicit̃ in ſecunda q; Vriaſ fuit teſtis fideliſ ratione offitii. & reputatiõiſ Regiſ. quia ille Vriaſ non ponit̃ hic teſtiſ. ut patet per predicta. & ſic falſũ aſſumit.

nec fidelitaſ eſt ſecundum ueritatem. ſed ſecundum falſam hominum eſtimatioem. que a Prophetiſ ſanctiſ nó reputatur. Quod ſimiliter tertio dicitur tempore Achaz fuiſſe quendā Prophetam nomine Zachariam filiú Barachie uidetur fictitium. quia de ſcripturiſ non habet autoritatē. & ideo eadem facilitate contemnitur: qua ꝓbat̄: & dato ꝙ taliſ fuiſſet non tamen fuit ille. qui hic teſtiſ inducitur: ut patet per p̄dicta. ſimiliter quod in quarta dicitur. de Thеglathphalaſar ſpoliaſſe Samariam. ad quod probandum allegatur. xv. ca. iiii. Regum & ex eodem loco apparet falſitaſ huiuſ dicti. quia ibi dicitur. ꝙ cepit aliquaſ ciuitateſ ibi. in extremitatibuſ regni Iſrael exiſtenteſ. ſed ad Samariā que erat metropoliſ non acceſſit: nec per conſequēſ ſpoliauit. His prelibatiſ ad expoſitionem huiuſ ca. accedamuſ: in quo ut ſupra dictum eſt. denuntiatur Chriſti reſurrectio futura ad ſpoliationem inferni principaliter. & ex conſequenti ad ſignificandum tanq̄ per ſignum rememoratiuum ſpoliationem duoꝝ Regum ſcilicet Iſrael. & Syrie. & diuiditur in duaſ parteſ quia Primo ponitur denuntiatio ſigni. Secundo occultatio myſterii. ibi: liga teſtimonium. Prima adhuc in duaſ quia Primo ponitur ſigni denuntiatio. & Secundo ad propoſitum applicatio. ibi & dixit. Circa primum dicit Eſaiaſ. & dixit dominuſ ad me: ſume tibi librum grandem In Hebreo habetur rotulum grandem. qui dicitur grandiſ. quia ibi ſcribendum erat myſterium Chriſti reſurgentiſ. quod eſt maximum & ſcribe in eo ſtilo hominiſ id eſt clare. & plane. ita ꝙ quilibet homo parum etiā litteratuſ poſſit legere. & intelligere. unde & in tranſlatione Chaldaica habetur ſcribe in eo expoſite. Sciendum tamen. ꝙ hoc non intelligitur quantum ad myſterium reſurrectioniſ Chriſti. quia quantum ad hoc ponitur hic breuiter. & uelate. ſed quantum ad captiuitatem. & ſpoliationem Regum Iſrael & Syrie. que clare. & lucide ponuntur infra eodem ca. ſicut eſt dictú ca. precedenti. dicenſ fuit ut Regi Achaz incredulo nó daretur ſignum. cuiuſ intelliget principale intentum. & cum hoc ex dei liberalitate perciperet. de propinquo liberationiſ. ſue effectú. quia ſecreta fidei incrediliſ ſunt celanda. unde dicit Saluator Matthei. vii. Nolite ſanctú dare canibuſ etc. uelociter ſpolia detrahe. iſtd̄ conuenit Chriſto reſurgenti. qui tunc celeriter ſpoliauit infernum. & in hoc fuit ſignum rememoratiuum ſpoliationiſ duorum Regum pronoſticum ſpoliationiſ fiende p Xp̄m. Et adhibui mihi teſteſ fideleſ. uerbum eſt dei. ut predictum eſt: & de fidelitate. & teſtimoniiſ iſtorum duoꝝ teſtium dictum eſt. & acceſſi ad Prophetiſſam id ē uirginē Mariam: ut dictum eſt. Et dixit. Hic conſequenter ponitur ſigni adaptatio. & ſcd̄o ſubditur ratio dicti. ibi: & adiecit. Circa Primú dicitur uoca nomen eiuſ ſcilicet pueri nati. loquitur hic ſcriptura de futuro. per modum preteriti. propter certitudinem prophetie ut frequenter predictum eſt. Accelera. ſpolia detrahe etc. qa hec properaſ competit Chriſto. ut dictú eſt. ca. precedenti. unde idem eſt. ac ſi diceret: anteq̄ fiat homo: auferē fortitudo Damaſci que eſt ciuitaſ metropoliſ in regno Syrie & ſpolia Samarie coram Rege Aſſyriorum qui cito poſt interfecit Raſim Regem Syrie. & poſtea cepit Oſee Regē Iſrael & Samariam. ut dictú eſt. ca. precedenti. Et adiecit. Hic conſequenter ponitur ratio dicti uidelicet. quare regnum Iſrael fuit ita uaſtatú. & Primo ponit̄ deſtructioniſ ratio. Secundo regni Iude afflictio. quaſi per quandā redundantiam quia erat immediate coniunctum regno Iſrael. ibi: & ibit. Secundo utiliſ monitio. ibi: hoc enim. Ratio fuit quia receſſerat a regno Iude & a dei cultu colendo uituloſ aureoſ. & confidendo in Regibuſ idolatriſ ſcilicet Syrie. & hoc eſt ꝙ dicitur. pro eo qd̄ abiecit populuſ iſte ſcilicet populuſ Iſrael. aquaſ Siloe que uadunt cum ſilentio id eſt regimen regni Iuda. & dei cultum. qui erat magiſ in quiete &

manſuetudine. maxime tempore Regum bonoꝝ. ut Dauid. Salomonis. & ſimilium. & aſſumpſit magis Raſim Regem Syrie. & filium Romelie de protectione eorum magis confidendo. q̃ de deo. ꝓpter hoc ecce dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes. & multas id eſt aduerſarios in fortitudine cum impetu uenientes. propter hoc ſubditur exponendo. Regem Aſſyriorum. & omnem gloriam eius. id eſt potentiam exercituum eius. & aſcendet ſuper omnes riuos eius etc. id eſt deſtruet totũ regnum Iſrael. ſicut inundantia aquaꝝ deſtruit omnia. que inuenit. Et ibit. Hic conſequẽter ponitur regni Iude afflictio. per redundantiã cũ dicitur. & ibit per Iudam inundans. qui exercitus Aſſyriorum qui deſtruxit Samariam in regno Iude uaſtauit quaſi per quandam redundantiam. & tranſiens uſq; ad collum ueniet id eſt intantum affliget regnum Iuda. ꝙ uix poterit ſuſtinere. quod factum fuit tempore Ezechie. ut dictum eſt. ca. precedenti. & erit extenſio alarum eius. id eſt exercituum eius. quia ad litterã cohortes pugnatorum uocantur ale. implens latitudinem terre tue id eſt Iude. quam Aſſyrii uaſtauerunt o Emanuel id eſt Chriſte. ut dictũ eſt ca. precedenti. cuius dicit̃ illa terra ſpecialiter. quia ibi natus fuit conuerſatus. & paſſus. ſed quia Sennacherib Rex Aſſyriorum cum ſuo exercitu fuit diuinitus debellatus. ut dictum eſt. Ideo ſubditur: Congregamini populi. & uincemini. quia Sennacherib multos populos adduxit ſecum. qui fuerunt deuicti. per angelum. & audite uniuerſe procul terre. Iſtud enim factum tanq̃ ualde mirabile fuit diuulgatum. ualde longe. confortamini confidentes. in fortitudine noſtra id eſt confortabimini. quia Propheta non induxit eos. ad preſumptionẽ de ſua uirtute: ſed eam predixit futuram. & uincemini uirtute diuina. Accingite uos adinuicem ſecundum eſtimationem ueſtram & uincemini ſc̃m ueritatem. Inite conſilium. de captione Hieruſalem & diſſipabitur a deo. cuius cauſa ſubditur: quia nobiſcum deus. in adiutorium noſtrum. uos debellans. per angelum ſuum. Hec enim. Hic conſequenter ponitur monitio. uidelicet ꝙ populus Iude non timeat ab humana perſecutione. ſed ſolum domini. & hoc eſt. quod ſubditur. hoc enĩ ait dominus ad me. ſicut in manu forti erudiuit me id eſt oſtendit mihi fortitudinem ſuam. qua poteſt protegere omnẽ hominem. in ſe confidentem. ne trem in uia populi huius id eſt timendo aduentum duoꝝ Regum. ſicut populus regni Iude timuit ualde ſicut dictũ eſt ca. precedẽti de Achaz. & populo eius. & cõmotum eſt cor eius. & cor populi eius. ſicut mouentẽ ligna a facie uenti. Dicens ſcilicet dñs: Non dicatis coniuratio id eſt non timeatis a coniuratione Regum Iſrael. & Syrie contra uos. Omnia enĩ que loquitur populus ſcilicet populus Iude cõiuratio eſt id eſt multũ loquitur. de coniuratione duoꝝ Regum cõtra ſe. ſicut homines multũ timentes de aliquo periculo ſuper ſe uenturo. quaſi continuo loquũtur de ipſo. & quia iſte timor erat malus: Ideo ſubditur. & timore eius id eſt illius coniurationis. Ne timeatis. ſed quid ſit timendum. oſtenditur. cum ſubditur: Dominum exercituum id eſt angelorum. ipſum ſanctificate et ſeruiendo: & ipſe pauor uidetur etc. offenſam illius ſollicite cauendo. & erit uobis in ſanctificationem. uos confirmando in bono. ſi ei crederitis: in lapidem aũt offenſionis & petram ſcandali. duabus domibus Iſrael quas ſuo iudicio fecit ruere. & iſte fuerunt domus Pharee filii Romelie. quam fecit ruere per Oſee filium Hela. iiii. Regũ. xv. & domus Oſee filii Hela quam toto regno Iſrael fecit ruere. per Salmanaſar Regẽ Aſſyriorum. iiii. Regum. xviii. & quia in regno Iude aliqui erant mali. & increduli. qui ruerunt gladio Sennacherib ex diuino iudicio. Ideo ſubdit̃: & in laqueum. & in ruinam habitantibus Hieruſalem. quia tamen boni remanſerunt ſalui. tpe Ezechie. Ideo ſubditur: & offendent ex eis plurimi. non dicit omnes. quia ſicut dictum eſt.

boni fuerunt ſaluati. Liga teſtimonium. Hic exponit occulta Chriſti myſteria. in principio huius ca. poſiti. & Primo precipitur iſta occultatio. Secundo prohibetur ſuperſtitioſa inquiſitio. ibi: & cum dixerint. Circa Primum dicitur Eſaie a domino: liga teſtimonium id eſt inuolue prophetiam obſcuritatibus. propter incredulos. quibus talia ſunt celanda. ut dictum eſt ſupra. ſigna legem. in diſcipulis meis. id eſt deſigna legem euangelicam dandam diſcipulis meis id eſt Apoſtolis aliisq; Chriſti diſcipulis. qui predicando legem euangelicā obſcuritates Prophetaꝝ aperuerunt. & declinauerūt. oſtententes eas in Chriſto impletas. ut patet in Actibus Apoſtolorum. ſicut fuerat a deo preordinatum: & hoc modo dictum fuit Dan. xii. ca. Vade Daniel quia clauſi ſunt ſignatiq; ſermones. uſq; ad prefinitum tempus. expectabo dominum. uerbum eſt Eſaie reſpondentis. expectabo dominum ſcilicet Ieſum Chriſtum in carne uenturꝝ. qui abſcondit faciem ſuam a Iacob id eſt a populo Iudaico. a Iacob deſcendente. qa in aduentu eius populus ille pro maiori parte fuit cecatus. per infidelitatem. ſecundū quod dicitur: ad Ro. xi. Cecitas ex parte contigit in Iſrael. & preſtolabor eum id eſt patienter expectabo eius aduentum. licet differatur in tempus longum: ecce ego & pueri mei. aliqui exponunt hoc de duobus filiis Eſaie uidelicet de Iaſub. & de eo qui uocatus eſt Accelera ſpolia detrahe. in principio huius ca. quem dicunt fuiſſe filium Eſaie ſed iſtud oſtenſum eſt eſſe falſum. Item iſti magiſ iudaizant in hoc q̄ Ra. Sa. hebreus qui dicit hoc eſſe intelligendū de diſcipulis Prophetarum. qui dicunt eorum pueri. ſeu filii. quia ſunt ab eis in lege diuina inſtructi. & per talem modū dicit Apo. ad Corin. iiii. In Chriſto Ieſu per Euangelium ego uos genui. & ſecundum hoc dicit hic Eſaias. ecce ego & pueri mei id eſt diſcipuli. quorum aliqui habuerunt ſpiritum prophetandi. Ideo ſubditur: quos dedit mihi dominus a quo eſt prophetie ſpiritus. In ſignum & portentū. fuerunt enim prophete contēpti. & uilepenſi. & multi eoꝝ occiſi. de quorum numero fuit Eſaias. in ſignum Chriſti paſſuri. cuius erant nuntii a domino exercituum id eſt angelorum. qui habitant in monte Sion. ibi enim erat tunc pro / piciatorium. qđ ſedes dei dicebat. ut dictum fuit Exo. xxv. & inde diuina reſponſa dabantur. Et cum dixerint. Hic conſequenter ſuperſtitioſa inquiſitio prohibetur. cum dicitur: & cum dixerint ad uos ſcilicet homines idolatre. & ſuperſtitioſi. querite a phitonibus. & diuinis reſponſum de occultis. & futuris. dicunt autem phitones. qui diuinant quodam modo ſpiritali. per apparentem ſuſcitationem alicuius mortui. ſicut dictum fuit diffuſius primo Regum. xviii. dicunt aūt diuini generaliter. diuinatores ſuperſtitioſi qui ſtudent incantationibus ſuis. quia utuntur quibuſdam nominibus. & uerbis ignotis. & ſubditur reſponſio fidelis populi. Nunquid etc. quaſi diceret ſic re/ ſpondebitis talibus malis perſuaſoribus. Nunquid non populus a deo ſuo requireret uiſionem quaſi diceret ſic. quia infideles requirent a deo ſuo falſo. & ſic debent fideles querere a deo ſuo uero. Ideo ſubditur. ad legem magis & teſtimonium id eſt ad legē diuinitus datam. & ad teſtimonium Prophetaꝝ. a deo inſpiratorum magis eſt recur/ rendum. q̄ ad phitōes. & diuinos. Quod ſi non dixerint id eſt fecerint. iuxta uerbū hoc. recurrendo ad phitones. & diuinos. contra uerbū hoc. non eſt eis matutina lux id eſt uera cognitio. & diuina conſolatio. ſicut accidit tempore Regis Sedechie. Ideo ſubditur: & cum eſurierit: irascetur. quia tunc propter obſidionem longam preualuit fames in ciuitate. iiii. Regum. xv. & maledicet Regi ſuo. & deo ſuo. quia multi de populo Iuda. ex ſpatiēcia maledicebant Sedechiam ſub quo uenerat eis iſta miſeria. & etiam deo dimittendo legē eius. & ad ritum gentiliū tranſeundo. & ſuſpiciet ſurſum. quaſi querens a deo auxiliū neceſſitate compulſus. & hoc dicitur pro populo. qui cum

Sedechia remanſit in ciuitate. & in lege. & ad terram intuebitur pre confuſione. & de ſeparatione. & ecce tribulatio quantum ad afflictionem corpoꝝ. & tenebre quantum ad detectionem mentium. & diſſolutio uirium ex timore & anguſtia ſcilicet mentiſ. eo ꝙ non apparebat uia euaſioniſ. & caligo perſequenſ. qa Sedechiaſ. & uiri bellatoreſ. de nocte fugerunt. & Chaldei eoſ inſequuti fuerunt. & non poterit euolare. quia Sedechiam comprehenderunt. iiii. Regum. xxv. etc.

.IX.

PRimo tempore. anteq̃ deſcẽdamuſ ad diuiſionem huiuſ ca. Sciendum ꝙ Iudei. & aliqui expoſitoreſ Catholici in hoc eoſ nimiſ ſequenteſ. exponunt principium huiuſ ca. ad litteram de captiuitate duplici filioꝝ Iſrael. Prima autem fuit facta per Theglathphalaſar Regem Aſſyriorum qui captiuauit duaſ tribuſ ultra Iordanem & tranſiens Iordanem captiuauit multoſ de terra Zabulon. & Nepthalim. ut habetur iiii. Regum. xv. & de hoc quod dicitur in principio huiuſ ca. exponunt. Primo tpe id eſt prima captiuitate. alleuiata eſt terra Zabulon & terra Nepthalim ſcilicet a pẽ/dere peccatorum. habitatoribuſ ſuiſ in captiuitatem ductiſ poſtea uero Salmanaſar Rex Aſſyrioꝝ cepit Oſee Regem Iſrael & reſiduum pupoli qđ remãſerat tranſtulit in Aſſyrioſ. ut habetur .iiii. Regum. xviii. & de hoc exponunt quod ſubditur. & nouiſſimo aggrauata eſt uia mariſ tranſ Iordanem Galilee gentium. quia aggrauata fuit tota terra per domini flagella in captiuitate ducta. dicitur autem illa terra uia mariſ. quia eſt in uia publica ad portandum merceſ a Iordane ad mare mediterraneũ. & econuerſo ſed iſta expoſitio. uidetur inconueniens. Primo quia implicat contraria ſaltem in modo loquendi. quia primam captiuitatem nominat alleuiationẽ. & ſcđam aggrauationẽ. cum tamen fuerunt eiuſdẽ rationiſ. Item quia ſi loqueretur de Secũda captiuitate. cum dicitur. & nouiſſimo aggrauata eſt etc. non fieret ibi mentio de Galilea. que in prima captiuitate fuit captiuata. ſaltem in magna parte. ſed magiſ de Samaria que erat ciuitaſ metropoliſ regni & principaliter fuit obſeſſa. & capta per Salmanaſar. Tertio quia Matthеuſ. iiii. ca. dicit hanc prophetiam fuiſſe completam ad litteram. de Chriſto dicenſ de Chriſto & relicta ciuitate ſua Nazareth uenit. & habitauit in ciuitatem Capharnaum maritimam in finibuſ Zabulon. & Nepthalim. ut adimpleretur quod dictũ eſt per Eſaiam prophetam. terra Zabulon & terra Nep/thalim uia mariſ. tranſ Iordanem Galilee gentium populuſ qui ambulabat in tenebriſ uidit lucem magnam etc. Item cum omneſ expoſitoreſ dicunt. ꝙ neceſſe eſt de Xpo intelligi illud. qđ dicitur ſupra. vii. ca. ecce uirgo concipiet. & pariet etc. eo ꝙ dicitur Matthei primo hoc autem totum factum eſt. ut adimpleretur quod dictũ eſt a dño per Prophetam dicentem: ecce uirgo habebit in utero. & pariet filium etc. eadem ratione compellitur quilibet Catholicuſ exponere de Chriſto. quod dicitur hic. primo tempore alleuiata eſt terra etc. cum Matthеuſ dicat hoc impletum eſſe in Chriſto. Igitur ſequendo ſententiam beati Matthei: preſenſ capitulum in quo ponit̃ myſteriũ Chriſti quantũ ad eiuſ exaltationem in ſignum liberationiſ regni Iude in duaſ parteſ diuiditur. quia Primo ponitur Chriſti exaltatio. Secundo dicta liberatio. ibi: uerbũ miſit dominuſ. Circa Primum ſciendum. ꝙ Chriſtuſ fuit exaltatuſ. Primo quantum ad declarationem ſue deitatiſ in predicatione ſua. & miraculiſ. Secundo quantum ad exaltationem humanitatiſ. ad dextram patriſ. primo ergo ponitur primũ. & ſecundo ſecundum. ibi paruuluſ. Circa primum ſciendum. ꝙ ad Chriſti predicationem Iudei aliqui crediderunt: & in fide permanſerunt. aliqui autem obſtinati in malicia ſua re/manſerunt. & aliqui a principio credenteſ. poſtea ad uomitum reuerſi ſunt. & de illiſ mixtim. loquitur hic Propheta. Circa primum dicit: primo tpe alleuiata eſt terra

Zabulon & terra Neptalim. quia ibi Christus circa principium sue predicationis publice frequenter docuit. & miracula fecit: ut dicit Matthеus & supra allegatū est. & sic terra illa est alleuiata a iugo diaboli per potestatem Christi. ueruntamen quia plures eorū reuersi fuerunt ad uomitum. Ideo subditur: & nouissimo id est circa finē predicationis Christi aggrauata est uia maris. quare aūt ista terra dicatur uia maris. supra expositum est. & de ista aggrauatione habetur Matthei. xi. ubi dicitur cepit exprobrare ciuitatibus. in quibus facte sunt uirtutes eius. Ideo subditē: ueh tibi Chorozaim ueh tibi Bethsaida: quoniam si in Tyro & Sidone facte essent uirtutes. que facte sunt in uobis. olim in cilicio & cinere penitentiam egissent. Iste autem ciuitates erant supra mare Galilee. in finibus Zabulon & Neptalim & postea subditur de Capharnaū ubi Christus habitauit circa p̄dicationis sue principiū. ut supra dictū est. Et tu Capharnaum nunquid exaltaberis usq; ad celum. usq; ad infernum descēdens. quia per predicationem Christi. primo fuit dispositа ad consecutionem beatitudinis credendo. & postea depressa per demeritum damnationis. ad uomitum redeundo. sicut dictū fuit plenius super Matthei. Galilee gentiū Salomō enī dedit Iram Regi Tyri xx. oppida in Galilea. iii. Regum. xix. & ideo illa pars uocata est Galilea gentium. quia Iram erat gentilis. populus qui ambulabat in tenebris ignorantie. & erroris. uidit lucem magnam id est Christum. qui est lux mundi. & miracula propria uirtute facientē. habitantibus in regione umbre mortis. error enim. & ignorantia sunt quasi mortis umbra. lux orta est eis scilicet ueritas euangelica. uel potest hec littera referri ad patres detentos in limbo inferni. quibus lux orta fuit. quando Christus ad eos descendit post passionē suam. multiplicasti gentem: non magnificasti letitiā. hoc referē ad illos qui Christo predicante crediderunt primo. postea ad uomitum reuersi sunt: ut predictum est. & ideo ex eis non fuit materia letitie. & consequenter subditur de credentibus. & in fide permanentibus. Letabitur coram te etc. & ita fuit de discipulis Christi quando in die Penthecostes receperunt plenitudinē spiritus sancti. alta uoce. & uarus linguis loquentes magnalia dei. Actuum secundo. & huius letitie subditē ratio cum dicitur. Iugum enim oneris eius id est ueteris legis. de quo onere dicitur Actuum xv. q̄ hoc est onus. qd̄ nos nec patres nostri portare potuimus. Et uirgam humeri eius scilicet Scribarum. & Phariseorum. qui supra onus legis addebant ordinationes populo graues secundum quod dicitur Matthei. xxiii. Alligant enim onera grauia. & importabilia. & imponunt ea super humeres hominum. digito autem suo nolūt ea mouere. ab istis autem oneribus fuit liberatus fidelis populus. per libertatem spiritus sancti que est in lege noua sceptrum exactoris eius secundum quod dicit Iosephus libro de Iudaico bello post ascensionem Christi Iudea fuit dissensionibus intranei dissipata. & erant ibi aliqui tyranni. qui uexabant populum credentem in Christum. ut patet Actibus Apostolorum a quibus fidelis populus fuit liberatus per exercitum Romanum uenientem contra Iudeam quia tunc admonitus fuit per angelum. ut transiret in regnū Agrippe qui erat confederatus Romanis. ut habetē in Ecclesiastica historia. & exactores predicti fuerunt destructi. & ciuitates eorū succense igni sicut in die Madian. ista fuit uictoria Gedeonis de qua habetur Iudicum. vii. que fuit sibi prenuntiata per angelum. sicut & fidelis populus liberatus fuit per denuntionē angeli in regno Agrippe. ut dictum est. & exactores eorū occisi. per exercitum Romanorū. & ciuitates eorum succense. Ideo subditur: quia omnis uiolenta predatio cū tumultu id est acquisita cum clamore. & rapina. & uestimentum mixtum sanguine id est uestimentum occidentis. & occisi. quia non solum uestimenta occisorum inquinātē sanguine.

ſed etiam ueſtimenta occidentium. erit in combuſtionem & cibuſ ignis quia Romani incendentes Hieruſalem & alia loca ubi erant predicti exactores & tyranni. ſimul cõbuſſerunt ueſtimenta illoꝝ tyrannoꝝ. & ea que rapuerunt ab aliis. quorum multos interfecerant: ut patet in libro de Iudaico bello. Ex hoc quod dicitur hic erit in combuſtionem & cibuſ ignis illi qui exponunt hunc paſſum de exercitu Sennacherib ab angelo percuſſo. ut ſupra dictum eſt. VII. ca. uidentur contradicere textui. dicunt enim ꝙ angelus percuſſit plaga ignea. ſic tñ ꝙ corpora bellatorum erant incinerata. arma tñ & ſpolia remanſerũt intacta. ita ꝙ populus Ezechie exiens ad colligendum ſpolia ualde faciliter accipiebat ea. remanẽtibus cineribus. illud autem quod cõburit̃. & eſt cibuſ ignis. non ſic remanet intactum. ſed conuertitur in ignem ſicut cibus in cibatum. Paruulus. Hic conſequenter ponitur exaltatio Chriſti ſecundum humanitatem in ſua aſcenſione. Sciendum tamen ꝙ Ra. Sa. & Iudei moderni eum ſequentes. exponunt hunc paſſum. de Ezechia Rege Iuda litteram corrumpendo. dicunt enim ꝙ hec eſt littera Hebraica. Infans natus eſt nobis. filius datus eſt nobis. & erit principatus ſuper humerum eius & uocabit nomen eius admirabilis conſiliarius deus fortis pater ſempiternus pricipem pacis. & talis corruptio poteſt defacili fieri in Hebreo. quia hec dictio uitare que ſignificat. & uocabit̃ & uagitta que ſignificat & uocabit. eiſdem litteris penitus ſcribuntur in Hebreo. ſed uarie ſonant propter aliam & aliam punctuationẽ. Item ſimiliter quod dicit principẽ pacis. in accuſatiuo. pro nominatiuo faciliter fit in Hebreo quia nomina ſunt apud eos indeclinabilia. ſicut apud latinos cornu. & gelu. Igitur ſic exponit autoritatem predictam. Infans natus eſt nobis & filius datus eſt nobis quaſi diceret Propheta licet Achaz ſit idolatra peſſimus. tamen filius eius Ezechias qui erit Rex noſter. poſt eum erit bonus. & iuſtus. & uocabit nomen eius admirabilis etc. id eſt deus noſter. qui eſt admirabilis conſiliarius. deus fortis. pater ſempiternus. uocabit ſcilicet Ezechiam principem pacis quia faciet pacẽ diebus ſuis. ita ꝙ nomina deitatem exprimentia non referuntur ad puerum natum. Sed ꝙ iſte corrumpat litteram ponendo uocabit. pro uocabitur: patet ex tranſlatiõe lxx. interpretum qui fuerunt Hebrei. & ualde litterati. quorum tranſlatio talis eſt Puer natus eſt nobis. & filius datus eſt nobis. cuius imperium ſuper humerum eius. & uocabitur nomen eius magni conſilii angelus. cuius cauſa fuit ut dicit Hieronymus. in epiſtola ad Deſiderium que ponitur in bibliis in principio Gen. quia tranſtulerũt libros ueteris teſtamenti Ptolemeo Regi qui erat philo. & unius dei cultor. & ideo ubi in Hebreo fit mentio de diuinitate Chriſti. ſicut fit in hoc libro tacuerunt. uel aliter tranſtulerunt ne Ptolemeus crederet eos ponere duplicem deitatem. & ut ſecretũ fidei non aperirẽt gẽtili. patet tñ ex eoꝝ tranſlatione ꝙ in Hebreo habet̃. & uocabitur. & non uocabit. Ita ꝙ illud qđ ſequitur admirabilis conſiliarius. deus fortis. refertur ad puerum natum. & ꝙ in fine autoritatis non habetur principem pacis in accuſatiuo. ſed princeps pacis in noĩatiuo quia loco iſtaꝝ dictionum ponitur in tranſlatione. lxx. magni conſilii angelus in nominatiuo. Item hoc idem patet per tranſlationem Chaldaicam. que autentica eſt apud Hebreos. ut dictum eſt ſupra. VIII. ca. que talis eſt Infans natus eſt nobis. filius datus eſt nobis. & recipiet ſuper ſe legem. ad ſeruandum eam. & uocabitur nomen eius abante. mirabilis conſilio. deus fortis. permanẽs in ſecula ſeculorum. Meſſias in cuius diebus pax multiplicabitur ſuper nos. Ex hoc patet manifeſte ꝙ paſſus iſte loquit̃ de Chriſto ad litterã. qui expectabatur in lege. & Prophetis. ad ſalutem mundi uenturus. quod aũt in hac tranſlatione ponit̃ & recipiet ſuper ſe legem. ad ſeruandum eam. In Hebreo habetur & principatus

ſuper humerum eius. conuenit ipſi Chriſto qui factus eſt ſub lege. ut dicitur ad Gal. iiii. & qui dicit de ſe ipſo Matthei. v. non ueni ſoluere legem. ſed adimplere. quod etiam in ea dicitur. Et uocabitur nomen eius ab ante mirabilis etc. conuenit Chriſto. qui uocatus fuit Ieſus ab angelo. anteq̃ in utero conciperetur. ut dicitur Luce. ii. in quo nomine. qđ ſalus interpretatur. omnes cõdictiones hic tacte implicite continentẽ. Igitur remota falſa expoſitione. accedamus ad ueram. que eſt de domino Ieſu Xp̃o. cuius hic introducitur principatus. ueruntamen premittitur eius natiuitas. cum dicit: Paruulus enim natus eſt nobis qui uere fuit paruulus in humanitate. & loquitur hic Prophета de futuro. per modũ preteriti: propter certitudinem prophetie. & ſubdit eius magnitudo in deitate. & filius ſcilicet naturalis ipſius dei patris. & per conſequens ſibi equalis. datus eſt nobis. ſecundum qđ dicitur Iohannis. iii. ſic deus dilexit mundũ. ut filium ſuum unigenitum daret etc. & factus eſt principatus ſuper humerum eius crucẽ ſibi baiulando. ut dicitur Iohannis. xix. per quam poteſtates aereas debellauit & regnum ſuũ potenter intrauit. Luce ultimo. oportuit Chriſtum pati. & ita intrare in gloriam ſuam. Et uocabitur nomen eius admirabilis. miracula faciendo conſiliarius conſilia Euangelica preceptis decalogi ſuper addendo. deus fortis infernũ ſpoliando. pater futuri ſeculi electos ad celeſtem ciuitatem admittendo. princeps pacis ſcilicet interne. quantũ ad conſcientiam. & ſuperne quantum ad celeſtem gloriam. propter quod in eius natiuitate angeli cantauerunt: gloria in altiſſimis deo. & in terra pax hominibus etc. Multiplicabitur eius imperium: unde dicit Matthеus ultimo. data eſt mihi omnis poteſtas. in celo. & in terra. & pacis non erit finis ſcilicet pacis celeſtis ab eo date. que eſt eterna. Et ex hoc patet. q̃ hec littera non põt intelligi de Ezechia Rege Iuda. quia pax parum durauit ſub eo ſcilicet per quindecim annos uel circiter. quia Manaſſes filius eius fuit peſſimus in principio regni ſui. propter quod turbata fuit pax regni. & ipſe fuit in captiuitatem ductus. ut habetur. ii. Paralyp. xxxiii. Sciendum tamen. q̃ ubi dicitur hic multiplicabitur eius imperium etc. in Hebreo habetur. Lemarbe quod ſignificat ad multiplicandum. & ponitur ibi littera men. clauſa in medio dictionis contra naturam ſuam. quia ſemper ponitur in fine dictionis. & nunquã in medio. nec in principio. & hoc ad denotandum. q̃ Chriſtus de quo hic ſcriptura loquitur. natus fuit contra curſum nature. de uirgine Maria. clauſa. ſuper ſolium Dauidis hoc eſt ſuper ſolium celeſte figuratum per ſolium Dauid uel ſuper Eccleſiam militantẽ. per regnũ Dauidis figuratam. ut confirmet illud & corroboret etc. ex hoc patet q̃ non eſt hic ſermo de regno Dauidis. nec de regno Ezechie ad litteram. quia illud regnum non fuit confirmatum in iudicio. & iuſtitia. uſq; in ſempi/ternum. ſed Eccleſia ſic eſt a Chriſto confirmata. non ſolum triumphans. ſed etiam militans. propter quod dicit Chriſtus Matthei ultimo. ecce ego uobiſcum ſum uſq; in finem ſeculi. Zelus domini exercitũ faciet hoc. zelus eſt amor ſingularis. ex amore autem ſingulari ipſius dei ad genus humanum impletum eſt Chriſti myſterium. ꝓpter quod dicitur ad Hebreos. ii. nuſq̃ angelus apprehẽdit ſed ſemen Abrahe. Verbum miſit deſcripta Chriſti exaltatione. Hic conſequenter ponitur liberatio regni Iude a Regibus Iſrael. & Syrie ipſum perſequentibus & deſtruere uolentibus. ut ſupra dictum eſt ca. vii. Et remouet hic Prophета tria. in quibus cõfidebant ipſi Reges. ſcilicet eorum adinuicem confederationem. & ſecundo perſonarum reputationem. ibi: diſperdet. tertio populi multiplicationem. ibi: ſuccenſa eſt. Circa Primũ dicitur uerbũ miſit dominus in Iacob. per hoc uerbum intelligitur prophetia Eſaie contra regnum Iſrael qua Iacob uocatus fuit Iſrael. Ideo ſubditur. Et cecidit Iſrael tanq̃ pondus

deſtruenſ illud regnū & ſciet ꝙ experientiam ſue delectionis omnis populus Effraim id eſt regni Iſrael. qui ſic nominat eo ꝙ ꝑmus Rex Hieroboā fuit de tribu Effraim Et habitanteſ Samariam que erat metropolis in illo regno. quam cepit Salmanaſar & populum captiuauit. iiii. Regum. xviii. in ſuperbia & magnitudine cordis. anteq̄ per Salmanaſar caperentur. latenſ ceciderunt per lateres hic intelliguntur Regeſ Iſrael ſub quibus regnum fuit attritum. uidelicet tempore Ioathan. & ante ſecundum qđ dicitur. iiii. Regum. xiii. attriuarat eos Rex Syrie. & hoc predixerat Heliſeus. iiii. Regum. viii. dicenſ Azabeli. ſcio que facturus ſis filiis Iſrael mala. ciuitateſ eoꝝ minutas igne ſuccendes. & iuuenes eorum interficies gladio. & paruulos eorum elides. & pregnanteſ diuides. ſed quadris lapidibus edificabimus id eſt Regeſ fortioreſ habe/ bimus. ſicut murus de lapidibus quadris fortior eſt q̄ lateritius. qđ dicebant de Facee. & filio eius. quem intendebant facere Regem. in regno Iuda. ut dictū eſt ſupra. vii. ca. & idem ſignificatur per hoc. quod ſubditur: ſycomoros ſuccideruntid eſt Regeſ parui ualoris tranſierunt. & cedros immutabimus id eſt altioreſ. & potentioreſ ſtatu/ emus. intendebant enim ſubiugare regnum Iuda. ut dictum eſt ſupra. & quia talia preſumebant ex confidentia Raſim Regis Syrie qui erat eis confederatus ideo hanc confidentiam remouet Propheta dicenſ. Et eleuabit dominus hoſteſ Raſim ſuper eum ſcilicet Aſſyrios qui interfecerūt eum. ut habetur. iiii. Regum. xvi. & inimicos eius in tumultum uertet. hoc eſt in prelium contra eum. quod committitur cū clamore & tumultu. Et ꝙa capta Syria Rex Aſſyrioꝝ adduxit inde bellatoreſ contra regnū Iſrael: Ideo ſubditur. Syriam ab oriente ſic facies dominus uenire. & dicit ab oriente. quia Syria eſt in parte orientali reſpectu regni Iſrael & Phyliſtim ab occidente. ꝙa terra Phyliſtinoꝝ exiſtens ſup mare mediterraneū eſt in parte occidentali. reſpectu dicti regni. & deuorabūt toto ore Iſrael id ē deſtruent ipſum toto affectu. & conatu. in biſ omnibus ſcilicet percuſſionis regni Iſrael. Non eſt auerſus furor eius ſcilicet dñi ſed adhuc manus eius extenta. ad ampliuſ puniendum ſcilicet per Salmanaſar Regē qui poſtea captiuauit regnum Iſrael. iiii. Regum. xviii. & populus ſcilicet Iſrael non eſt reuerſus ſcilicet per penitentiam. & emendationem ad percutientem ſe ſcilicet ad dominum cuius uoluntate. & permiſſione fiebat punitio illa. Et diſperdet. Hic con/ ſequenter Propheta excludit Scđm de quo cōfidebat ſcilicet perſonaꝝ reputatiōem. quia confidebant de principibus. & militibus prouectis etate. & armis. quod excludit cum dicitur: & diſperdet dominus ab Iſrael caput. Secundo confidebant in Propheti falſis. qui propter queſtum ſequebantur Principes. & militeſ. falſo eius ꝓſpera pro/ mittendo. quod excluditur: cum dicitur: Et caudam incuruantem & refrenantem. dicuntur autē Prophete falſi cauda. quia propter lucrum Principibus adherebant. ſicut uulgares adherenteſ alicui principali dicunt eius cauda. & iſta cauda ꝙ mendatia ſua incuruabat eos a dei reuerentia. & timore. & erunt qui beatificant populum iſtum ſcilicet propbete falſi promittenteſ eis proſpera. & qui beatificantur precipitati quia utriq; fuerunt captiuati. Propter hoc ſuper adoleſcentuliſ eius non letabit dominus. quia ante etatem adultam fuerunt partim occiſi. & partim captiuati. Et pupillorum ac uiduarum eius. non miſerebit & multominus aliorum: quia iſtis propter debilitatē. & impotentiam eſſet magis parcendum. quia omnis ſcilicet de populo Iſrael hypocrita eſt & nequam per iuſtitie ſimulationem. quia ſecundū qđ dicit Hieronymus ſimulata ſanctitas duplex eſt iniquitas. & dicit Propheta oīs etc. quia licet in populo illo eſſēt aliqui boni. ut Thobias & ſimileſ ei. tamen erant ita pauci. ꝙ non computabātur: quia illud qđ modicum eſt. non reputatur. ut habetur. ii. Phyſicoꝝ. In omnibus biſ etc.

exponatur ut ſupra. Succenſa eſt. Hic conſequenter excluditur tertium de quo confidebant ſcilicet populi multitudinē. dicens ſuccenſa eſt enim q̄ſi ignis iniquitas id eſt impietas populi Iſrael prouocauit iram dei. contra ſe. q̄ſi ignem ardentem. ueprē & ſpinam uorabit id eſt populum omnē. & ſuccendet in denſitate ſaltus. quaſi diceret denſitas multitudinis eius non ualebit. Et conuoluetur ſuperbia fumi id eſt maiores de populo in ſuperbie fumo laborantes ſimul punientur cum populo. & non ſolū immi/nebat eis malū ab aduerſariis. ſed ex diſſenſionibus intrinſecis. que ſunt magis piculoſe: Ideo ſubditur. in ira domini exercituū conturbata eſt terra. in ſeipſa. & erit populus q̄ſi eſca ignis id eſt materia diuine ultionis. Vir fratri ſuo nō parcet. ꝓpter intríſe/cam diſſenſionē. & declinabit ad dextram. In hoc cōminat eis Propheta malū famis. quod aliq̄ndo magis nocet. q̄ gladius: ut dicit Vegetius in libro de remili. Vnuſq̄ſq; carnem brachii ſui uorabit id eſt illum de quo prius confidebat. ſicut in brachio ſuo. propter diſſenſionē intrinſecam. Ideo ſubdit: Manaſſes Effraim iſte enim due tribus deſcendebant de duobus filiis Ioſeph cetera patent ex dictis etc. .X.

Veh qui condunt. Hic conſequenter Propheta concludit ex p̄dictis concluſionē ſcilicet populi Iſrael exterminationem propter qđ iſta littera in aliquibus bibliis antiquis eſt de ca. ix. in qua rememoratur Propheta Principū Iſrael malitiam dicēs ueh qui condunt leges iniquas. eas inſtruendo. & ſcribentes eas in poſterꝝ confirmādo. & hoc ad depreſſionem ſubditorum. quod eſt proprium tyrannorum. Ideo ſubditur. ut opprimerēt etc. & patet littera uſq; ibi. quid facietis. ubi denūtiat penam debitam in die uiſitationis qa dominus uiſitabit peccata ueſtra ea per Aſſyrios puniendo. Ideo ſubditur. & calamitatis delonge uenientis quia exercitus Aſſyriorum uenit delonge contra regnū Iſrael. ad cuius confugietis auxilium. ad euadendum Aſſyriorꝝ gladium & ubi derelinquetis gloriam ueſtram per modum cuſtodie. & depoſiti ſeu ſaluationis. Ne incuruemini ſub uinculo ducti in captiuitatem uinculis alligati & cum interfectis cadetis. qa populus Iſrael ab Aſſyriis partim fuit captiuatus. & partim occiſus. ut dicit Propheta. Ad cuius confugietis conſilium etc. quaſi diceret nullus poterit uos liberare ab iſtis malis. qa deus ſic decreuit. Super omnibus his non eſt auerſus furor eius ſcilicet dei contra uos ſed manus eius extenta ad ulteriorem punitionem quia decem tribus in captiuitatem ducte ibi fuerunt in magna afflictione. nec inde poſtea redierunt ad terram ſuam ut dicunt Iudei. Veh Aſſur. ibi ſecundum aliquos incipit. x. ca. in quo Propheta incipit deſcribere punitionem extraneorum. & Primo Aſſyriorꝝ qui captiuauerunt regnum Iſrael. Secundo Babyloniorum qui captiuauerunt regnum Iuda. xiii. ca. ibi. In anno quo. Prima in duas. quia primo Propheta deſcribit Aſſyriorum exterminationem. Secundo reuertur ad deſcribendum Chriſti myſterium. quia hoc erat ſuum principale intentum ca. xi. Prima in duas. quia primo deſcribit Aſſyriorꝝ punitio. Secundo populi Iudeorꝝ conforta tio. ibi: propter hoc dicit dominus. Prima adhuc in duas. quia primo deſcribitur Aſſyriorum culpa. & ſecundo pena. ibi: propter hoc mittet. Circa Primum ſciendum q̄ culpa Aſſyriorum fuit in hoc. q̄ poteſtate a deo ſibi conceſſa ad puniendum populum Iſrael & etiam aliorꝝ peccata abuſi fuerunt dupliciter. uno modo attribuendo victorias illas uirtuti ſue. & non diuine. ſecundo qa illa poteſtate utebātur cum nimia crudelitate. primo ergo deſcribitur conceſſio dicte poteſtatis a deo. in cuius perſona dicitur. ueh Aſſur uirga furoris mei etc. eo q̄ fuit in/ſtrumentum dei ad puniendum illos. qui per peccata ſua enormia prouocauerūt iram dei ad gentem fallacem id eſt ad populum Iſrael. ubi erant falſi Prophete decipientes Principes. & Princeps defraudabant inferiores per iniquas leges. ut predictum eſt.

mittat eum id est puniat eum spoliando bonis & adnihilando. Ideo subditur: & ponat illud in conculcationem quasi lutum platearum. quod sine resistentia conculcatur. Consequenter ponitur abusus huius potestatis. cum dicitur: Ipse autem non sic arbi/trabitur q̄ sua victoria sit uirtute mea. sed ad conterendū erit cor eius abutendo sibi concessa potestate ex nimia crudelitate sed attribuens potestati sue. Ideo subditur. dicet enim corde. & ore iactando. nunquid non Principes mei simul Reges sunt id est equales Regibus uel maiores. unde dixit Rapsaces Ezechie Regi. iiii. Regū. xviii. quomodo poteris resistere ante unum satrapam de seruis domini mei minimis. Nūquid non ut Carchamus etc. nomina sunt ciuitatum regalium quas ceperat Rex Assyriorū. quomodo inuenit manus mea regna idoli. ea mihi subiiciendo. sicut & simulacra eorū de Hierusalem & Samaria in Hierusalem tempore Ezechie non erant simulacra se/cundum ueritatatem quia Ezechias ea abstulerat. sed tantum secūdum reputationē. Regis Assur. quia idem reputabat cultum. qui fiebat in templo dñi. & cultum idolorū in aliis terris. Nunquid non sicut feci Samarie & idolis eius. quia iam eā destruxerat. & inde simulacra aurea abstulerat. sic faciā Hierusalem quā proponebat destruere. & templum domini. sed quia frustratus fuit ab intento. ut habetur. iiii. Regum. xix. Ideo subdit: Propheta. Et erit scilicet aliter q̄ cogitat. cum impleuerit dñs cuncta opera sua in monte Sion & in Hierusalem affligendo eam. propter aliqua peccata. Visitabo super fructū id est opera mala. magnifici cordis id est superbi. Regis Assur puniendo eū de malitia sua. & mutat hic Propheta modū loquendi. de p̄sona p̄pria ad deum. q̄d frequenter fit in Prophetis qui sunt a deo inspirati. & ideo locutio Pro/phetarum est locutio diuina. sicut operatio instrumenti est etiam operatio artificis. Et super gloriam altitudinis oculorū eius. hoc dicit̄. quia superbia cius & magis apparet in oculis. q̄ in aliis partibus corporis. dixit enim ex superbia cordis. In fortitudine manus mee non diuine ego feci scilicet victoris. & in sapientia mea intellexi qualiter talia essent agēda. & abstuli terminos populorum adiungendo regno meo & detraxi quasi potens id est propria potentia captiuaui in sublimi residentes id est in solio regali & inuenit quasi modū manus mea id est ita faciliter eos debellaui. sicut pulli existentes in nido capiuntur. & sicut colliguntur oua. que derelicta sunt scilicet a matre fouente que colliguntur absq; difficultate. sic uniuersam terram ego cōgregaui id est habita/tores & diuitias uniuerse terre. & non fuit qui mouent pennam id est manum contra me. prosequit̄ metapboram suam de auiculis inuentis in nido. & aperiret os ad contra dicendum. & garrierit id est conqueri audet. Consequenter arguitur eius superbia. cum dicit̄: Nunquid gloriabitur securis etc. attribuendo sibi sectionē. & non artifici mouenti eā quasi diceret sic est in proposito q̄ Rex Assur attribuebat sibi victorias diuina uirtute factas. cum tamen in eis esset solum instrumentum dei. ut supra dictum est. Propter hoc premissa Assyriorum culpa. Hic consequenter denuntiatur pena. cum dicitur: propter hoc id est propter superbiam predictam. & gloriationem falsam mittet dominator dominus exercituum id est angelorum & per consequens cui nullus potest resistere. cum etiam angeli sibi seruiant. In pinguibus eius id est in principibus suis. & bellatoribus robustis. tenuitatem id est defectū roboris per angelum suum. qa in una nocte interfecit in castris Assyriorū. c. lxxxv. milia Assyriorū. ut habet̄ .iiii. Re. xix. & subtus gloriam eius id est sub armis. & uestibus. succensa ardebit quasi ignis cōbustio. quia eorū corpora sic combusta fuerunt: q̄ in cineres fuerūt redacta. intactis armis. & uestibus. secundum aliquos. ut dictum est supra. vii. ca. & erit lumen Israel id est angelus custodie illius populi deputatus. q dicit̄ fuisse Michael. Dan. xii.

in igne id est in percussione Assyriorum p ignem modo dicto. & spiritus eius id est angelus idem. in flamma id est per flammā eos interficiet & succendetur & deuorabit̄ spina eius id ē maiores sui exercitus. & uepres id est minores in die una id ē simul. Illa enī percussio fuit de nocte. quia tñ est pars diei naturalis dicitur in die una. & gloria saltus eius id est Principes sui exercitus & cameli eius id est acies bellatorum ab anima usq; ad carnem consumet̄ quia anime eorū descenderunt ad ignem gehenne. & carnes fuerunt incinerate. quia tamen carnes remanserunt intacte. Ideo dicitur hic usq; ad carnem inclusiue quia combustio illa non processit usq; ad uestes. & arma. Et erit terrore profugus id est Sennacherib uidens in mane plagam illam territus fugit ad terram suam cum paucis. Ideo subditur. & reliquie ligni saltus eius pre paucitate numerabuntur cito. & de facili. Ideo subditur. & puer scribet eos id est scribere poterit quia potest facere unum modicū simplicem tractum cuius figura est littera Ioth apud Hebreos. qui in numeris significat. x. apud eos & tot euaserunt cum Sennacherib. Et erit in die illa id est in tempore illo Sennacherib fugato nō adiciet residuū Israel id est illi qui euaserūt magnum Salmanasar quando cepit Samariam & Regē Israel & non audebant intrare regnum Iuda propter inimicitias que fuerunt inter regnū Israel & regnum Iuda. sed post recessum Sennacherib Ezechias assecurauit eos per epistolas. & sic uenerūt in Hierusalem in deo confidentes ꝓpter percussionē p̄dict̄. uel aliter. & melius ut credo. exponit̄ hoc de regno Iude quantum ad ciuitates alias a Hierusalem. unde habitatores fugerant timore Sennacherib & plures eorum non fuerunt ausi uenire in Hierusalē. uel non poterant: & sic alibi latebant. sed fugato Sennacherib redierunt ad loca sua de dño cōfidētes audito miraculo. Innixi super eo. qui percutit eos id est super Regem Assyriorum in quo tempore Achaz & populus Iuda fuit confisus. & ad petitionem Achaz Regem Syrie interfecit. & regnū Israel spoliauit. ut habet̄. iii. Regum. xvi. sed postea de amico factus est inimicus Regū Iuda tempore Sennacherib sed innitet̄ super dñm sanctum Israel. quia uisa mirabili percussione Sennacherib extunc firmiter confisi fuerunt de deo. qui sanctificat Israel. Ideo subditur. In ueritate reliquie conuertentur. quia Iudei qui remanserunt ad deum conuersi sunt. si enim fuerit populus tuus quasi arena maris. id est in magna multitudine. reliquie conuertentur. Ex eo id est pauci remanebunt ad deū uere conuersi. quia post captiuitatem regni Israel per Salmanasar Regem Assyriorum. & post uastationē regni Iude per Sennacherib remanserūt pauci Iudei respectu multitudinis. que fuerat temporibus preteritis. consumatio abbreuiata inundabat iustitiam. qa exterminatio exercitus Sennacherib que fuit facta in breui tempore scilicet in una nocte. fecit inundare id est abundare iustitiā in Iudeis. quia uiso miraculo laudauerūt deū. & ex corde fideliter. Aliqui uero libri habent mūdauit & falso ex uitio scriptorum. propter similitudinem litterarum. & quia illa exterminatio facta fuit uirtute diuina. ut predictum est. Ideo subditur: consumationē & abbreuiationem dñs deus exercituū faciet in medio terre id est in Iudea que est in quarto climate terre habitabilis. que diuiditur in. vii. climata. & ibi fuit percussus Sennacherib ex diuina iustitia. sicut enī pater pius castigato filio proicit uirgam in ignem. sic pater misericordiarum Sennacherib cum suo exercitu. qui erat domini uirga ad castigandū populum suum. ut p̄dictū est: facta debita castigatione. proiecit in ignem materialem. & in ignem gehenne. ut predictū est: Sennacherib tamen in propria persona nō fuit combustus corporaliter. sed fugiens ad terram suam ibi interfectus fuit a filiis suis miserabiliter. iii. Regū. xix. Propter hoc posita Assyriorum punitione. Hic consequenter ponit̄ Ezechie. & populi

ſui conſolatio. & Secundo ponitur reditus Sennacherib in Iudea & ſui exercitus percuſſio. ibi: ueniet. Circa primū dicit̄ ꝓpter hoc id eſt ꝓpter punitionē Aſſyriorꝝ predictam hoc dicit dominus deus exercituum. cuius uerbum eſt infallibiliter uerum. Noli timere populus meus habitator Sion qa ibi uigebat cultus diuinus. Ideo ſpe/ cialiter dicit̄ populus eius. Ab Aſſur id eſt a Rege Aſſyriorꝝ & eius uirtute. In uirga enim percutiet te. ex mea ordinatione. ad tuam caſtigationem. & non ad deletionē. & baculū ſuum leuabit ſuper te id eſt ſuper Hieruſalem. in uia Egypti. Sennacherib aūt cum eſſet in Iudea deuaſtanſ eam. audiuit nuntium de Teratha Rege Ethiopum quod egreſſus erat de terra ſua ad pugnandum contra eum. ut habetur. iiii. Re. xix. & tunc receſſit de Iudea ut iret obuiam ei. & uia ſua erat uerſus Egyptū. & tunc miſit nuntios & litteras quibus comminabatur Ezechie. & populo eius ad deſtructionē eorꝝ in ſuo reditu. & hoc eſt. quod dicitur: & baculum ſuum leuabit ſuper te in uia Egypti id eſt exiſtēs in uia aduerſus Egyptum. cōminabitur tibi. Veruntamen quia illa cō/ minatio non habuit effectū. qa in illo reditu Sennacherib fuit percuſſus per angelū. ut habetur infra: Ideo dicitur. leuabit baculū ſuū. & non percutiet: qa illa cōminatio non habebit effectū. Ideo ſubdit̄: adhuc enim paululū modicumq;. quia poſt paucos annos redit Sennacherib ſcilicet poſt duos. ut dictum fuit. iiii. Re. xix. & tunc fuit percuſſus eius exercitus. Ideo ſubdit̄. conſummabitur indignatio mea id eſt uindicta ſuper ſceluſ eorum ſcilicet Sennacherib & ſui exercitus. Et ſuſcitabit ſuper eum dñs exercituum flagellum id eſt angelum percutientem ipſum. iuxta plagam Madian etc. quia percuſſio exercitus Sennacherib fuit miraculoſa. ſicut percuſſio Madianitarum. de qua habetur Iudicum. vi. & percuſſio Egyptiorꝝ in mari Rubro. de qua habetur Exo. xiiii. Ideo ſubditur. & leuabit eā. in uia Egypti hoc eſt ſicut lauauit potentiam ſuam ad percutiendū Egyptios. per ſequentes Hebreos in uia maris Rubri exeūtes de Egypto. ut habet̄ Exo. xiiii. In die illa ſcilicet ꝑcuſſionis exercitus Sennacherib auferet̄ onus eius de humero tuo id ē grauamina que tibi inferebat. Et cōputreſcet iugum a facie olei id eſt diuine miſericordie. qua dñs deſcendens Ezechie interfecit exercitum Sennacherib per angelū & ipſum Sennacherib per filios ſuos. ut dictum eſt ſupra. Veniet in Aioth etc. Hic deſcribitur reditus Sennacherib in Iudeam ubi fuit tunc exercitus percuſſus. cum dicitur: ueniet in Aioth etc. nomina ſunt ciuitatū. ad quas ueniebat contra Hieruſalem apud Magmas commendabit uaſa ſua. ibi enim in quodam fortalitio repoſuit partem ſuppellectilis ſue. ut expeditius ueniret ad de/ ſtruendū Hieruſalem. Ideo dicitur. tranſierunt curſim qua feſtinanter ibant uerſus Hieruſalē Gabaa ſedes noſtra id eſt illic poterimus uenire ad figendū tētoria noſtra. hoc dicebat Sennacherib ad excitandū exercitum. de feſtinatione contra Hieruſalē obſtupuit Rama id eſt habitatores eius audientes aduentū Sennacherib. quia Rama eſt ciuitas prope Gabaa. Gabaa Saulis fugit id eſt habitatores eius. non audentes expectare aduentū Sennacherib & dicitur Gabaa Saulis quia ibi Saul habitauit. ut habetur primo Re. xxii. & tempore eius ibi fuit ſedes regia. Filia Gallim Gallim eſt mons in quo eſt ciuitas que dicitur filia illius. eo q; eſt ibi fortalitiū unde ciuitas illa defenditur ſicut filia per matrem. attende Laiza ſcilicet aduentum Sennacherib ut tibi caueas. pauperculam Anathot ciuitas eſt. unde fuit Hieremias Prophęta. que dicit̄ hic paupercula. qa fuit ab exercitu Sēnacherib ſpoliata. migrauit Medemena id eſt habitatores eius fugerūt pre timore Sennacherib habitatores Iebin ſimiliter fugerunt. qđ aūt ſequitur dicit̄ in ꝑſona Sennacherib feſtinantis uerſus Hieruſalem dicentis exercitui ſuo. Confortamini adhuc dies eſt ut in Nobeſcet̄. talis enī mutatio.

in mō loquendi fit frequenter in Prophetis. est enim Nobe locus prope Hierusalem ad quam euertendū festinabat. Ideo subdit. Agitabat manū suam id est sui exercitus uirtutē. super montē filie Sion collē Hierusalem qa ciuitatem & templū intendebat destruere. quod erat in mōte Sion sed quia fuit defraudatus ab intento ex pcussione sui exercitus per angelum. etiam anteq̄ obsideret Hierusalem. ut dictū fuit. iiii. Re. xix. Ideo subdit: Ecce dominator dominus exercituum confringet lagūculam id est exercitus Sennacherib uirtutē. laguncula enim fit de terra. & ideo significat humana corpora. que sunt de terra. corpora uero bellatorum Sennacherib fuerunt in cineres redacta. In terrore quia Sennacherib mane consurgens. & contritionē sui exercitus uidens territus fuit. excelsi statura id est Principes exercitus succident id est interfici/entur ab angelo sicut arbor que succiditur. & sublimes humiliabuntur id est superbi. quia Sennacherib cum paucis fugit a sua superbia dejectus. & subuertentur cōdensa saltus eius ferro id est multitudo exercitus destruet uirtute angelica. que hic dicitur ferrum metaphorice. quia ferrū domat omnia. ut habetur Dan. ii. ca. & nulla uirtus humana pōt resistere uirtuti angelice. & Libanus cum excelsis cadet id est Sennach/erib cum Principibus suis fugiens enim ad terram suam interfectus fuit ibidem etc.

ET egredietur. Hic Propheta reuertitur ad describendum .XI.
Christi mysterium quod erat suum principale intentum. & diuidit in duas ptes. quia Primo ponitur huius mysterii descriptio. Secundo subditur gratiatiarum actio pro tanto beneficio ca. xii. Prima in tres. quia Primo describit ipsius Xp̄i natiuitas. Secundo eius sanctitas. ibi: & requiescet. Tertio eius sublimitas. ibi: in illa die. Circa Primum sciendū q̄ istud ca. exponitur ad litteram. de Christo a doctoribus Hebreis. & Catholicis. unde in translatione Chaldaica sic habetur. exibit Rex de filius Isai & Messias de filius filiorū eius etc. Iudei tamen hoc expectant futurum. Christiani uero dicunt hoc esse impletum. in Iesu Nazareno. & secundū hoc dicit hic. Et egredietur uirga id est uirgo Maria que dicit uirga gracilis paupertate. & humilitate: flexibilis pietate. Et flos de radice eius ascendet id est Christus qui dicit flos ratione puritatis. quia nullum peccatū actuale. seu originale habuit in eo locū. & quia protulit fructū nostre salutis. Hebrei aūt utrumq; exponunt de Christo qui dicitur hic uirga. ꝓpter regiam dignitatem. & flos propter uite puritatem. & dicitur ascendisse de radice Iesse quia pater Dauid uocatus fuit Isai & Iesse Christus autē descendit de Dauid scd̄m eos. Et requiescet. Hic consequenter describitur ipsius Christi sanctitas. & Primo in seipso. Scd̄o in corpore mystico. ibi: & erit iustitia. Circa primum dicitur. & requiescet super eum spiritus dñi. qa in baptismo eius apparuit spiritus sanctus. in specie colūbe super eum. Matthei. iii. ad designandū plenitudinem omnis gratie in eo. Ideo subdit: spiritus sapientie id est dator sapientie. uel spiritus qui est sapientia. & sic intelligit de⁹ alius cū dicitur: & intellectus etc. Et enumerant hic septem dona spiritus sancti quoꝝ suffitientia sic accipit. dona enī spiritus sancti perficiunt animā ad hoc q̄ sit bñ mo/bilis. scd̄m intellectū ipsius dei. tanq̄ a quodam motiuo principio superiori iuxta illud ad Ro. viii. Qui spiritu dei aguntur ii filii dei sunt. & ideo dona sunt in ratione & uoluntate. Ratio. uero speculatiua est. & practica & in utraq; considerat app̄hensio ueritatis. que pertinet ad inuentionem. & iudicium de ueritate. Ad apprehensionē uero ueritatis perficitur speculatiua ratio per donū intellectus. practica uero p donū consilii. Ad recte uero iudicandum. ratio speculatiua perficitur per donum sapientie. practica uero per donum scientie. uoluntas autem in ii que sunt ad alterum. perficit per donum pietatis. in ii aūt que sunt ad seipsum perficitur. per donum fortitudinis.

contra terrorem periculoꝝ. Contra concupiſcentiam uero inordinatam delectabiliū. perficitur per donum timoriſ. ſcd̄m illud Prouer. xvi. per timorem domini declinat omniſ a malo. & ſic patet. ꝙ dona ſe extendūt ad omnia. ad que ſe extendūt uirtuteſ intellectualeſ. & moraleſ. Iſta autem dona prrfectiſſime fuerunt in anima Chriſti. que fuit p̄fectiſſima in omnibuſ doniſ. & charismatibuſ ſpirituſ ſancti. Non ſecundū uiſionem oculorum ſcilicet corporalium. Iudicabit quod exponenſ Ra. Sa. dicit ꝙ Meſſiaſ iudicabit per ſcientiam dei. in eo exiſtentem. per quam cognoſcit quiſ ſit innocenſ & reuſ. & in hoc bene dicit. Sed ſecundum Catholicoſ iſta ſcientia dei exiſtēſ in Chriſto duplex eſt. una increata. que conuenit ei. inquantum deuſ. de qua dicitur primo Regum. xvi. homo uidet ea que patent deuſ autem intuetur cor. Alia creata que competit ei inquantum homo. diuinitus tamen ei data. & ſcientia iſta ſe extendit ad omnia. que fuerunt. & erunt ſecūdū quamcumq; differentiam tp̄ſ quantūcūq; ſint occulta. & ſic de utraq; ſcientia uerificat̄ in Chriſto qd̄ per ſcientiā dei in eo latentē cognoſcit cordiū occulta. & ad idem refertur: quod ſubditur. neq; ſecundum auditum auriū arguet id eſt nō indigebit de ueritate edoceri ab aliquo. quam per ſeipſum cognoſcet. & hoc impletū fuiſſe dicit̄ in Chriſto. Io. x. opuſ ei nō erat ut quiſ teſtimoniū perhiberet de homine ſed iudicabit in iuſtitia pauperes ſcilicet Euangelicoſ iudicanſ eoſ diuitiſ celeſtibuſ dignoſ. Matthei. v. beati pauperes ſpiritu. quoniam ipſoꝝ eſt regnum celorum. Et arguet in equitate pro manſuetis terre. quod fuit impletum qñ Phariſeoſ arguit p̄ Apoſtoliſ quoſ falſo notabant de tranſgreſſione ſabbati. Matthei xii. Et percutiet terram id eſt hoſes terrenoſ uirga oriſ ſui id ē doctrina ſua. arguēdo eoꝝ peccata & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium id eſt Antichriſtum. ſcd̄m illud ſecundo ad Theſſ. ii. tunc reuelabitur ille iniquuſ quē dominuſ Ieſuſ interficiet ſpiritu oriſ ſui. & deſtruet illuſtratione aduētuſ ſui. Et erit. Hic conſequēter deſcribitur Chriſti ſanctitaſ in Chriſti corpore myſtico. cum dicitur: & erit iuſtitia cingulū lumboꝝ eiuſ etc. id eſt iuſti. & fideleſ adherebunt ſibi ſicut cingulū. & lūbare adherēt homini unde tranſlatio Chaldaica hic habet. & erunt iuſti circumcirca ei & agenteſ fideliter appropinquanteſ ei. & hoc patet impletum in Apoſtoliſ. aliiſq; diſcipuliſ. & fidelibuſ ſibi per fidem & caritatem adherētibuſ habitabit lupuſ cū agno etc. ex hoc & ſequentibuſ dicunt Hebrei ꝙ in aduentu Meſſie ſiue Chriſti animalia quantūcūq; ferotia. ſic domeſticabuntur: ꝙ non nocebunt adinuicē. nec etiā hominibuſ. & ex hoc arguunt ꝙ Ieſuſ Nazarenuſ non fuit Chriſtuſ in lege & Prophetiſ promiſſuſ. quia iſta domeſticatio non eſt adimpleta temporibuſ ſuiſ. Sed Rabbi Moyſeſ iſtud dictū improbat quantum ad domeſticationem animaliū dicenſ non aſcendat ſuper cor. ꝙ in diebuſ Meſſie aliquid deficiet de uia huiuſ ſeculi. uel innouetur aliquid de operibuſ ſex dieꝝ. ſed ibit munduſ iuxta ſolitam uiam & per conſequenſ animalia remanebunt in conditiōibuſ ſuiſ naturalibuſ. & ſic ex dicto Rabbi Moyſi patet defectuſ argumēti. ſimiliter patet ex textu ꝙ a principio huiuſ ca. loquit̄ metaphorice. cū dicit̄. egredietur uirga de radice Ieſſe & floſ de radice eiuſ aſcendet etc. ubi dicunt Hebrei & botruſ de radice eiuſ aſcendet etc. & ſecundum eoſ. ibi nominatur uirga & botruſ metaphorice ſimiliter quod ſubditur & erit iuſticia cingulum lumborum eiuſ. & fideſ cinctorium renū eiuſ. ſecundum Hebreoſ iuſti & fideleſ Meſſie adherenteſ dicuntur metaphorice cingilū eiuſ & cinctoriū. ut allegatū ē ſupra per tranſlationē Chaldaicā. & eadē ratione. qd̄ immediate ſequitur habitabit lupuſ cū agno etc. eſt metaphorica locutio. per quam intelligitur pacifica conuerſatio. & cohabitatio fideliū. in primitiua Eccleſia ſecundum quod dicitur Actuum. iii. multitudiniſ autem credentium erat cor

unum & anima una. nec quisq̃ eoꝝ que possidebat aliqd suum esse dicebat. sed erant illis omnia cõmunia. & sic quantũcũq; fuissent ante discordes. in actibus. & moribus. uel in modo uiuendi. recepta Christi fide. & gratia spiritus sancti. fiebant concordes. in actibus. & moribus. & modo uiuendi. & hoc est. quod dicitur. habitabit lupus id est ille qui prius fuit raptor seuerus cum agno id est cum innocente. & mansueto. põt etiam hoc exponi specialiter de Paulo. qui fuit de tribu Beniamin ad Phili. tertio Beniamin uero uocatur lupus Gen. xlix. Beniamin lupus rapax etc. & Paulus post conuersionẽ suam habitauit quiete. cũ Anania simplici & innocente. qđ enim hoĩes nominentʼ nominibus animaliũ patet Gen. xlix. ubi Iudas uocatʼ leo. Dan. coluber. & Beniamin lupus iracundus canis. agnus mitis. & sic de aliis secũdũ diuersas conditiões pardus id est habens maculas ex diuersis erroribus cum hedo id est cum simplice fideli accubabit id est morabitur pacifice post suã conuersionem ad fidem Christi. & sic intelligitʼ de sequentibus. cum dicitʼ: uitulus id est homo ꝑus petulans. & dissolutus. & leo id est prius superbus & ouis id est innocens & puer paruulus minabit eos id est Xp̃s q supra. ix. ca. uocatur paruulus ducet eos. ad uoluntatem suam quod impletum est in illis. qui obediunt ei per fidem. uitulus id est petulans. ut dictũ est. & ursus id est ille qui prius fuit gulosus. & post fidem sobrius. pascentur uniformiter uiuendo. quia sicut dictũ est in primitiua Ecclesia omnia erant cõmunia illis simul requiescẽt catuli eorum id est filii. & familie ipsoꝝ & leo quasi bos comedet paleas id est superbus prius & delicatus cum rusticano fideli uictu simplici erit contentus. quod impletum fuit in primitiua Ecclesia ut dictum est: & cotidie impletur in religionibus. ubi nobiles & ignobiles. litterati & illitterati uictu simplici uniformiter sunt contenti. Et delectabitur infans id est de nouo renatus per baptismũ. super foramina aspidis id est super ꝑsonas demonibus obsessas inde demones eiiciendo secundum quod dicitur Matthei ultimo. Signa aũt eos qui crediderint hec sequẽtur. In nomine meo demonia eiicient. linguis loquẽtʼ nouis. serpentes tollẽt etc. & in cauerna reguli etc. repetitio est eiusdẽ sentẽtie per alia uerba. quia demon qui uocatur aspis. hic uocatur regulus. qui est uenenosus serpens. non nocebunt & nõ occident in uniuerso monte sancto meo id est in Ecclesia que dicitur mons sanctus. ut dictũ est supra. ii. ca. In primitiua enim Ecclesia credẽtibus datur potestas super demones sicut dictũ est. & quia ista procedunt ex receptiõe fidei ad predicationem Apostolorum per orbem. Ideo subditʼ: quia repleta est terra scientia dñi id est Euangelio Christi sicut aqua maris operientes quia tp̃e Apostoloꝝ fuit publicata fides Catholica per orbem uniuersum. sicut declaratũ fuit Psal. xviii. super illud. In omnem terram exiuit sonus eorum etc. In die illa. Hic consequenter describitur sublimitas Christi ad quam peruenit inquantum homo per suam bñdictam passionem. secũdum quod dicitur Phil. ii. humiliauit seipsum factus obidiens usq; ad mortem etc. & Primo describitur hec exaltatio. Secũdo exultationis diuulgatio. ibi: & erit. Circa Primum dicitur. In die illa radix Iesse id est egrediens de radice Iesse. ut dictum est in principio huius ca. & ad hoc denotandum ubi translator secundum proprietatem grãmatice debuit dicere que in feminino genere. dixit qui ĩ masculino. quia Christus naturam humanam accepit in sexu perfecto. Ideo subditur: qui stat in signo populorum id est in signum salutis gentium. & hoc fuit in sua passione impletũ quãdo fuit eleuatus in cruce. propter quod dicit saluator. Iohãnis. iii. sicut exaltauit Moyses serpentem in heremo in ligno. ita exaltari oportet filiũ hominis. ut omnis q credit in eum. non pereat: sed habeat uitam eternam. de exaltatione autẽ serpentis a Moyse dicitur Numeri. xxi. fac serpentẽ eneum. & pone eũ pro signo. & qui ꝑcussus

aſpexerit eum: uiuet. qui ſerpens eneus fuit figura Chriſti paſſuri. quoniam ſicut per aſpectum illius ſerpentis ſaluabant homines a morſibus ſerpentū. ſic qui fide intuētur mortem Chriſti ſaluantur a morſibus peccatorum ſicut dictum fuit plenius Numeri xxi. & Iohannis. iii. ipſum gentes deprecabuntur. quia poſt Chriſti reſurrectionem. & aſcenſionem. gentiles conuerſi ad fidem. per predicationem Apoſtolorum deprecati ſunt eum deuote. & erit ſepulchrum eius gloriosum tum quia licet mors Chriſti fuerit contemptibilis: ſepultura tamen eius fuit honorabilis. quia in ſepulchro nouo lapideo. & cum linteaminibus. & aromatibus p̄cioſis. ut habet Iohannis. xix. tum quia fideles per orbem exiſtentes etiam magni. & nobiles. uadunt ad eius ſepulchrum uenerandū. Et erit. Hic conſequenter deſcribit dicte exaltationis diuulgatio. que facta eſt per predicationem Apoſtolorum aliorumq; diſcipulorum Chriſti per orbem. cum dicitur: adiciet dominus quia primo predicauerat per ſeipſum. & ſecundo per Apoſtolos ſuos. alioſq; diſcipulos. manū ſuam id eſt uirtutem predicationē iſtam cōfirmādo miraculis. ſecundum quod dicitur Matthei ultimo. illi autem profecti predicauerunt ubiq; dño cooperante & ſermonem eius confirmāte ſequentibus ſignis. ad poſſidendum per fidem & caritatem reſiduum populi ſui id eſt electos qui ſunt pauci. reſpectu aliorum. qui derelinquat ab Aſſyrius & ab Egypto etc. nomina ſunt diuerſarū terrarū. & locorū ex quibus per predicationem Apoſtolorū aliqui uocati ſunt ad fidem Chriſti. & per iſta intelligunt alia loca. que non exprimuntur: ad que peruenit predicatio eorū Hebrei uero. exponunt hoc de ſua congregatione in Iudea tempore Meſſie. quē expectāt. Sed huic expoſitioni que falſo innititur fundamento. cum aduentus Chriſti tranſierit in preteritū. repugnat etiam textus. primo per hoc quod dicitur. adiecit dominus etc. quia Hebrei primo fuerunt adducti in Iudeam de Egypto. & ſecūdo de Babylone. ſi autē reducerentur iterum ab hac diſperſione in qua ſunt. diceretur adiecit tertio. Secundo quia iſta diſperſio in qua ſunt: fuit facta per Romanos: qui tamen nō numerantur hic inter populos. cum dicitur: ab Aſſyrius & Egypto etc. principaliter tñ nominant Romani. Et leuabit ſignū in nationes id eſt uirtutē crucis faciet p̄dicari per Apoſtolos alioſq; diſcipulos. quam predicationem etiam ſignis confirmabit: quod iam eſt impletum: ut dictum eſt. Et congregabit profugos Iſrael. & diſperſos Iuda colliget id eſt illos qui fuerunt profugi a cultu dei. & diſperſi p uarios errores colliget in unitate fidei Catholice a quattuor plagis terre id eſt ex omni parte terre & auferetur zelus Effraim etc. per hoc intelligit mutua cōcordia. & amicitia Chriſtianorū maxime in primitiua Eccleſia. ut dictū eſt ſupra: & uolabunt in humeros Phyliſtim per mare. poſt reſurrectionem enim Chriſti. & aſcenſionem. Philippus predicauit in ciuitatibus Phyliſtinorum. ut habetur Actuum. viii. ubi dicitur. Philippus autem inuentus eſt in Azoto. que eſt ciuitas Phyliſtinorum & pertranſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis etc. terra aūt Phyliſtinorū eſt ſupra mare mediterraneum. & ſunt ibi portus. & naues. in qbus aliqui de Apoſtolis & diſcipulis Chriſti fuerunt deportati ad predicandū in aliis terris. ut patet de Paulo & Barnaba & pluribus aliis. & hoc eſt quod dicit hic. & uolabunt in humeros Phyliſtim id eſt expedite nauigabunt in eorū nauibus que dicuntur hic humeri metaphorice eo q̄ ſuper humeros portantur onera. ſicut & ſuper naues. preſens enim ca. ubiq; loquitur metaphorice. ſimul predabuntur filios orientis. quia aliqui eorū nauigauerunt orientem. & predicantes ibi fidem rapuerunt inde predam conuertentes aliquos ad fidem. qui prius erant diaboli. Idumea & Moab etc. quia de istis terris. ad predicationē aliqui crediderūt. ad obedientiam fidei uenientes. Et deſolabit dominus liguam maris Egypti id eſt Nilum qui egredit mare

mediterraneū trasiens per Egyptum. Ideo subditur: q̄si expositiue & leuabit manum suam super flumen & accipitur hic. &. pro id est .ita q̄ id qđ predictum est desolatio lingue maris. dicit̄ hic percussio fluminis. In fortitudine spiritus sui quia dedit uirtutē faciendi quod subditur. & percutiet eum. in. vii. riuis Alexander enim Magnus per magnum tempus post Esaiam. & per aliquod tempus ante Christi aduentū. ut facilius cū exercitu suo accederet ad Alexandriam & ali q̄̄s alias ciuitates Egypti fecit diuidi Nilum in. vii. portiones infra mare mediterraneū seperatim cadentes. Ita ut transeāt per eū calciati id est ut per eū possint homines transire faciliter. & istud fuit p̄nosticū q̄ predicatores Euangelii transirent faciliter per orbem remotis impedimentis uirtute diuina. quod patet ex hoc. q̄ adhuc uiuente beato Petro fides Catholica diuulgata est uersus occidentem usq; ad mare oceanum. qđ patet ex hoc. q̄ missi a beato Petro ad predicandum fundauerunt Ecclesiam Senonis que tunc erat metropolis Frantie. in honore beati Petri uiui. Cum igit̄ Apostoli aliiq; discipuli exierunt de Hierusalē ad predicandum per orbē. que est in quarto climate. & sic in medio terre habitabilis. sicut uiuente Petro diuulgata est fides Catholica uersus occidētem usq; ad oceanum. qui est terminus terre habitabilis. ita tenendum est eam fuisse diuulgatam similiter ad alias partes orbis. & propter uelocitatem huius diuulgationis subdit̄ & erit uia residuo populo meo id est electis meis. ad fidem uocandis qui relinquetur ab Assyrius id est a demonibus eum prius possidentibus. sicut fuit Israel in die q̄̄ ascendit de terra Egypti id est sicut diuina uirtute remota fuerunt impedimenta exitus Israelis. de Egypto sic diuina uirtute remouebuntur impedimēta ab electis exeundo de ignorantie & errorꝭ tenebris. qđ impletum est in predicatione Apostolorꝭ. aliorumq; discipulorꝭ. ut uisum est. Aliter exponitur ab illo loco & desolabit etc. Ita q̄ per linguam maris Egypti intelligit̄ ipsa Egyptus que est super mare. & lingit ipsum per flumen potestas regia. propter qđ Cesar Agustus sub quo natus fuit Christus diuisit eam in. vii. pr̄cipatus. & sic fuit multū diminuta ne possent rebellare. & talis subiugatio huius regni. & aliorꝭ Imperio Romano fuit quedam dispositio ad hoc q̄ predicatio Euangelii fieret libere per orbē. Vnde dicit Leo Papa: in sermone de Apostolis Petro & Paulo: dispositiõi diuini operis maxime congruebat. ut multa regna confederarent̄ Imperio Romano. ut cito peruios haberet populos predicatio generalis. quos unus tenebat regimen ciuitatis. Ideo subditur: Et erit uia residuo etc. & exponatur ut supra. & hoc maxime fuit impletum tempore Constantini qui uoluit per orbem Ecclesias licite fabricari. & fidem Christi predicari etc.

.XII.

ET dices. descripto Christi mysterio. Hic consequenter describit̄ gratiarꝭ actio. pro tanto beneficio. cum dices in die illa id est in tēpore Gracie X̄pi reuelate. quod uocatur dies Ro. xiii. Nox precessit. dies appropiquauit. Confitebor tibi dñe confessione laudis. & gratiarū actionis. quoniam iratus es mihi. propter peccata mea me puniendo in captiuitate Babylonica & in persecutione Antiochi Illustris & pluribus temporibus alis. conuersus est furor tuus. in mansuetudinē. & consolatus es me. per tuam benedictam incarnationem. Ideo subditur: Ecce deus saluator meus uisibiliter apparens. in carne assumpta fiducialiter agam. & nō timebo. amplius retardari a uita beata. que per Christum fuit apperta. sic enim confitebatur p̄matiua Ecclesia sub Apostolis in Hierusalem cōgregata que pro maiori parte erat de gente Iudeorꝭ ut patet in actibus Apostolorum quia fortitudo mea id est dans mihi fortitudinem in aduersis. & laus mea dominus. qa uirtute diuina in primitiua Ecclesia fideles non solū patienter sustinebant tormenta: sed gaudenter cū laudibus diuinis. Et factus est mihi

in salutem. quia immediate transit ant ad uitam celestem: quod non fiebat sanctis ueteris testamēti hauriētis aquas de fontibus saluatoris id ē o uos Catholici hauriētis dona spiritus sancti. de sacramentis noue legis in quibus conferē gratia. qđ non fiebat in sacramentis ueteris testamenti. & dicetis in illa die exhortādo uos mutuo. ad laudē diuinam. Confitemini domino etus benefitia recognoscendo. & inuocate nomen eius ipsum deuote laudando. notas facite in populis id est in omnibus gentibus per predi/ cationē Euangelice ueritatis. adinuentiones eius id est mons mirabiles humane salutis. quos adinuenit diuina sapientia. in filii dei incarnatiōe. predicatione. passione. resur/ rectione. & ascensione. mementote quoniā excelsum est nomen eius. Phil. ii. dedit illi nomen quod est super omne nomen. & in nomine eius omne genu etc. Cantate dño. quoniam magnifice fecit: ponendo naturam humanam in Christo ad patris dextram. Annuntiate hoc in uniuersa terra. quod impletum est per predicationem Apostolorum. aliorumq; discipulorum per orbē uniuersum. Exulta in corde & lauda in ore habitatio Sion id est ecclesia que uocatur Sion Hebreorum. xii. accessistis ad Sion montem & ciuitatē dei uiuentis celestem Hierusalem etc. quia magnus in medio tui sanctus Israel id est Christus sanctificans fidelem populum Christianum nomine Israel appellatum. ut frequenter supra dictū est. potest etiam hec littera referri ad montē Sion in quo erat templum. ut legitur Christum frequenter predicasse. & miracula fecisse. ibi etiam Apostolis suam resurrectionem manifestauit. & super eos spiritum sanctum in signo uisibili misit. ut dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum de omnibus secre scripture libris etc.

.XIII.

ONus Babylonis. postq̄ Prophcta denuntiauit punitionem Assyriorum quia capti/ uauerunt. x. tribus. Hic consequenter denuntiat punitionem Babyloniorum qui captiuauerūt regnū duarum tribuū. & Primo denuntiat Babyloniorum destructionē. Scđo Iudeorum consolationem ca. xiiii. Prima in tres quia Primo describitur uastantis exercitus conuocatio. Secundo Babyloniorum afflictio. ibi: ululate. Tertio sequens desolatio. ibi: & erit. Circa Primū. dicitur onus Babylonis id est miseria eam oprimēs quod uidit Esaias id est preuidit. in futurum super montem id est super Babyloniam tumore superbie eleuatam. caliginosum id est erroribus obtenebratā leuate signum id est uexillum precedens exercitū. & exaltate uocem exhortando ad prelium. leuate manum in signum confidentie. & uictorie obtinende. Ideo subditur: Et ingrediant portas scilicet Babylonis tanq̄ uictores. Duces scilicet Persarum & Medorum. quia Cyrus Rex Persarum & Darius Rex Medorum cum suis exercitibus Babylonem ceperūt. ut habetur Dan. v. Ego mandaui sanctificatis meis. Hebrei dicunt citatis meis dictio Hebraica que hic ponitur est equiuoca ad citationem, & sanctificationem Hebrei tñ melius hic uidentur dicere: quia exponentes translationem nostram dicunt mandaui sanctificatis meis id est ministris meis. inspirauit enim dominus uoluntatē & audatiam Persis. & Medis pugnandi cōtra Babylonē. & uocaui fortes meos dādo eis fortitudinē in ira mea id est ad exequendū punitionē a me dispositam. exultātes in gloria mea id est in uictoria gloriosa a me concedenda. uel quia Cyrus Rex Persarum illā uictoriam attribuit glorie diuine. ut habet ultimo Paralyp. & p̄mo Esdre. ibi hoc dicit Cyrus Rex Persarum omnia regna terre dedit mihi dñs etc. uox multitudinis id est magni exercitus contra Babylonem uenientis. uox sonitus regum etc. id est Cyri Regis Persarum. & Darii Regis Medorum. & quia forte isti alios Reges adduxerūt secū. Dominus exercituum precepit militie belli quia militibus & bellatoribus inspirauit uo/ lūtatē. & audatiam uenendi contra Babylonem de terra longinqua nō abhorrentes

itineris laborem & quia non solum homines fuerunt executores diuine iustitie contra Babylonem: sed etiam angeli: Ideo subditur: a summitate celi dominus. & uasa furoris eius id est angeli qui sūt quedā instrumenta ad exequendū diuina iudicia. ut dispdat omnem terram scilicet Babylonis & est locutio hyperpolica. ad denotandum magnitudinem ciuitatis Babylonice & populi multitudinem sicut aliquando dicitur Parisius est totus mundus. Vlulate. Hic consequenter describitur Babyloniorum afflictio. & Primo quantum ad anxietatem. Secundo quantum ad eorum pene acerbitatem. ibi: dies dñi. Tertio quantū ad aduersariorū ferocitatem. ibi: ecce ego. Circa Primū dicit. ululate scilicet o uos Babylonii ululatus qui est clamor confusus & iudicium magni timoris prohibentis formare uocē distinctam. quia prope est dies dñi id est punitiōis eius super uos. propter hoc omnes manus dissoluentur a sua uirtute pre cordis timore. quia timor retrahit spiritus. & calorē a membris exterioribus. & sic remanent frigida. & trementia: & per consequens inualida. & omne cor hominis tabescet id est conteret pre tristitia torsiones & dolores id est Babylonii affligentur pre angustia. sicut illi qui patiuntur talia. unusquisq; ad proximū suum stupebit. nō potens eum iuuare. facies combuste uultus eorū. quia Perse & Medi incenderunt Babylonem. & multi fuerunt ibi cōbusti. Ecce dies. Hic consequēter describit afflictio Babyloniorū ex pene acerbitate. cū dicit: Ecce dies dñi id est punitionis eius. ueniet crudelis ipsius Babylonis pre acerbitate punitionis. ad quod designandum subditur: indignationis plenus. & ire furoris eius. ad hoc enim ponūtur tot uerba. quasi idem significantia. ad designandū exaggerationem pene. ad ponendum terram scilicet Babylonis in solitudinem occisis in celis quoniam stelle celi id est Principes magni. & splendor earum id est sapientia eorū. non expendent lumen suū. quia fugiet ab eis mens. & consilium. contra imminēs periculū obtenebratus est sol in ortu suo id est Balthasar Rex qui occisus fuit Dan. V. & tamē adhuc erat prope principium regni sui. & luna non splendebit lumine suo id est regina non pcedet ulterius in apparatu regio. Et uisitabo. hoc dicit in persona domini. sup orbis mala id est Babylonis & propter hoc aliqui dicunt hic urbis & male. quia in Hebreo ē orbis. & dicitur Babylone hyperbolice sicut dicitur Parisius totus mūdus. qa Babylon erat ualde magna. Vnde dicit Philosophus in libro Politicorū q̄ erat magna regio clausa muris. q̄si ciuitas: eo q̄ excedebat notabiliter magnitudinē ciuitatis. dicit enim Hieronymus q̄ muri erant in quadro edificati. & quodlibet latus habebat. xvi. miliaria que faciunt octo leucas. & requiescere faciā superbiā infidelium. quia Babylonii erant idolatre. ut patet in Daniele & arogantiam fortium humiliabo iactabant enim se de fortitudine. preciosior erit uir auro id est rarior eo mō loquēdi quo dicitur omne rarum preciosum. quia ualde pauci de Babyloniis remanserunt uiui. & homo mundo obrico id est auro puro rutilante. & dicitur obricū ab ob. & radio as. Super hoc celum turbabor etc. locutio est hyperbolica ad designandū magnitudinem ire dei. contra Babylonem & erit quasi damula fugiens leonem scilicet exercitus qui uenerat aliūde ad auxilium Balthasar & quasi ouis fugiens lupum. & non erit qui cōgreget ad reducendū eos in Babylonis auxiliū. Ideo subdit: Vnusquisq; ad populum suū conuertetur ecc. quia furore perterriti. fugerūt ad loca sua. unde uenerant omnis qui inuentus fuerit remanens cum Babylonii occidetur a Persis & Medis. & omnis q superuenerit ut Babyloniosadiuuet cadet in gladio aduersariorū infantes eorū scilicet Babyloniorū allidentur contra parietes in oculis eorum. quod uidere est grauissimum diripientur domus eorū id est opes & utensilia domorum. Ecce ego. Hic describitur afflictio Babyloniorum ex persequentium ferocitate. cum dicitur: Ecce ego suscitabo

ſuper eoſ id eſt Babyloniоſ Medoſ qui argentum.non querant etc.ita ꝙ pre deſiderio occidendi tardauerunt predari. Ideo ſubditur:ſed ſagittiſ paruuloſ interficient.& tñ talibuſ perſoniſ. ad defendendum inualidiſ. ſolet parci.in belliſ.& per hoc arguitur maior crudelitaſ contra uiroſ defendere ſe potenteſ. Et erit. Hic poſt occiſionem Babyloniоꝝ deſcribitur ciuitatiſ deſtructio totaliſ.abſq; ſpe reedificationiſ:cū dicit. & erit Babylon illa ciuitaſ glorioſa.quia de illa glorіabātur Babylonii ꝓpter muroꝝ fortitudinem.& populi multitudinem in regniſ inclyta id eſt nominata.propter ſuam nobilitatem in omnibuſ regniſ. In ſuperbia Chaldeorum. quia de ipſa ſe iactabant. ſubuerſa id eſt deſtructa & eiecta de ſtatu ſuo. ſicut ſubuertit dominuſ Sodomam & Gomorram id eſt irreparabitur:Ideo ſubditur. non habitabitur ab hominibuſ & nō fundabitur ad ſui reedificationem. Nec ibi ponet tentoria Arabſ.Arabeſ enim tunc temporiſ habitabant in tabernaculiſ frequenter mutanteſ loca.pro paſtu animaliuꝫ. per hoc quod dicitur.nec ponet.deſignatur deſtructio Babyloniſ totaliter.quia ſicut erit inepta habitationi hominiſ.ita & paſtui domeſticoꝝ animaliuꝫ: Ideo ſubdit. Et requieſcent ibi beſtie ſcilicet feroceſ.& uenenoſe.& monſtroſe. Ideo ſubdit:& repleb/ bunt domuſ eoꝝ draconibuſ:& habitabunt ibi ſtrutioneſ.aueſ ſunt magne ſolitudinē amanteſ.& piloſi ſtabunt ibi id eſt uulpeſ.& lupi.ut dicūt aliqui. Alii uero dicunt.ꝙ piloſi hic accipiuntur pro quibuſdam animalibuſ monſtroſiſ que in parte hñt effigiem hominiſ.& in parte beſtie. Alii uero dicunt.ꝙ piloſi hic accipiuntur pro hominibuſ ſilueſtribuſ.quibuſ magnitudo & multitudo piloꝝ.eſt pro indumentiſ. Alii uero dicūt ꝙ piloſi hic accipiuntur pro demonibuſ incubiſ.ſed iſtud nō eſt ueriſimile cum locuſ ille ſit inhabitabiliſ nature humane.ut predictum eſt.demoneſ autem non habitant inter beſtiaſ.que peccare non poſſunt:ſed inter homineſ eoſ ad peccatum pertrahere nitenteſ. Et reſpondebunt ibi ululе aueſ ſunt magnitudiniſ corpine ſed maculiſ reſpſe que fixo in palude roſtro ſtrident horrende. Ideo dicuntur ululе.ab ululatu dicte. Et ſirene dicit Hieronymuſ.ꝙ ſunt ſerpenteſ alati.& criſtati. Alii uero dicūt ꝙ ſunt piſceſ mariſ in forma mulіebriſ in parte.ſed quicquid ſit de talibuſ piſcibuſ.tamen non accipiantur hic ſirene pro eiſ.quia ſi ſunt taleſ piſceſ habitant:in mari:& non in ci/ uitatibuſ deſtructiſ.in delubriſ uoluptatiſ id eſt in templiſ idolorum.in quibuſ gētileſ exercebant uoluptatem carniſ:ut in templo Priapi & Veneriſ etc. .XLIII.

PRope eſt. Hic conſequenter Propheta denuntiat Iudeoꝝ conſolationē: circa quod Primo nuntiatur eorum liberatio.de captiuitate Babylonica. Scđo cōtra hoſteſ inſultatio.ibi:& erit. Tertio inſultationiſ.confirmatio:ibi.nō uocabit. Circa Primū dicit.prope eſt ut uenіat tempuſ eiuſ id eſt liberationiſ Iudeoꝝ.de Babylone que facta eſt in principio regni Cyri. ut habet Eſdre primo ſed quia hoc fuit Cyro inſpiratum a deo.ut ibi dicitur:ſuſcitauit dominuſ ſpiritum Cyri Regiſ Perſaꝝ.Ideo ſubdit:miſerebit enim dominuſ Iacob id eſt populi regni Iude deſcendentiſ a Iacob. & eliget adhuc de Iſrael paucoſ de regno Iſrael cū Zorobabel reducendo. capta enī Samaria & tranſlato inde populo per Salmanaſar aliqui euadenteſ manum eiuſ in/ trauerunt regnum Iude ibidem habitanteſ.uſq; ad captiuitatem Babyloniſ.& ſic cum illiſ de regno Iude captiuati fuerūt.& redeūtibuſ de captiuitate redierūt.& reqeſcere eoſ faciet ſuper humum ſuam.tempore Zorobabel. Eſdre. Neemie.& Machabeoꝝ. adiungetur aduena ad eoſ quia aliqui de gentilibuſ conuertebātur ad Iudaiſmū per unіuſ dei cultum.& iſti dicebantur aduene.& tenebunt eoſ populi id eſt dabunt eiſ ſecuritatem in uia.& adducēt eoſ in locum ſuum.quia Cyruſ dedit eiſ conductum.& poſſidebit eoſ domuſ Iſrael ſup terram id eſt in Iudea que erat diuino cultui deputata.

In ſeruoſ & ancillaſ. hoc dicitur quantum ad pauperes. & gentiles. qui iuncti ſunt eis ad ſeruiendum. & erunt capientes eos. qui ſe ceperant etc. hoc fuit impletum tempore Machabeorum. qui regnum Iude recuperauerũt a Grecis multis eorum occiſis. & captis. & aliquibus eorum in ſeruitutem redactis. ut patet primo Machabeorum & ſecundo. Et erit. Hic conſequenter ponitur inſultatio contra hoſtes. & primo inſultatio uiuorum. ſecundo mortuorum. ibi: infernus. Circa Primum dicitur. & erit in die illa ſcilicet tempore reductionis captiuitatis Babylonice. cum requiem dederit tibi dominus a labore tuo ſcilicet itineris. quando ductus fuiſti. in Babylonem: & a conſſione tua. quia captiui dicuntur impellendo. & concutiendo. & a ſeruitute dura. q̃ ante ſeruiſti ſcilicet in Babylone. ſumes parabolam iſtam: que ſequit. contra Regẽ Babylonis & dicit Regem indefinite. quia aliqua de bis. que ſequuntur: uerificantur de uno Rege. & aliqua de altero. Quomodo ceſſauit exactor. quia Rex Babylónis per uiolentiam bona aliorum recipiebat. quieuit tributum. quod impoſuerat ſuper alias gentes. & regna. & hoc fuit potiſſime tempore Nabuchodonoſor. qui fuit Rex potentiſſimus inter Reges Babylonis. Contriuit dominus baculum id eſt uirtutem. impiorum Babyloniorum & hoc fuit impletum in Balthaſar quem dominus per Cyrũ & Darium expugnauit. & occidit Danielis quinto. uirgam dominantiũ id ẽ ſceptrũ Babyloniorum. qui dominabantur multis gentibus. cendentem populos in indignatióe. i. ſuperbe. plaga inſanabili. quia non poterant eis reſiſtere. ſubiicientem in furore gentes. quia uictoris a deo cõceſſis. ſibi abutebantur in crudelitate nimia. Conqeuit. & ſiluit omnis terra id eſt habitatores omnis terre. habitauerunt in pace Babylone deiecta. gauiſa eſt in corde. & exultauit in ſigno exteriori. exultatio enim dicitur quaſi extra ſaltatio. abietes quoq; id eſt Principes magni terre. letati ſunt ſuper te ſcilicet ex tua deiectione dicentes exquo dormiſti ſomno mortis. non aſcendit qui ſuccidat nos id eſt impugnet. proſequitur enim parabolam de arboribus magnis Principes ſignificantibus. ut dictum eſt. Infernus. Hic conſequenter ponitur inſultatio mortuorũ. & Primo contra animam. Secundo quantũ ad corporis ſepulturã ibi: omnes gentes. Prima in duas. quia Primo ponitur inſultatio contra Regem Babylonis. Secundo occaſione huius fit tranſitus ad caſum demonis. ibi: quomodo ceci. Circa Primum ſciendum q̃ Hebrei & aliqui expoſitores Catholici exponunt locum iſtum de anima Nabuchodonoſor deſcendente ad penas damnatorum. Sed ſaluo meliori iudicio. iſtud non uidetur mihi conuenienter dictum: quia Danielis quarto. Nabuchodonoſor reuerſus de amentia uidetur extunc uixiſſe in confeſſione laudis diuine. unde ibidem dicitur: Igitur poſt finem dierum ego Nabuchodonoſor oculos meos ad celum leuaui. & ſenſus meus redditus eſt mihi. & altiſſimum benedixi etc. & poſtea ſubditur in fine capituli nunc igitur ego Nabuchodonoſor. laudo & glorifico regem celi quia opera eius uera. & omnes uie eius iudicia. & gradientes in ſuperbia poteſt humiliare. & ſic uidetur uitam ſuam in bono terminaſſe. quia ulterius non fit mentio de reciduo ad malum. unde in Dec. xxuii. queſtione. quarto capi. Nabuchodonoſor dicitur q̃ fecit penitentiam fructuoſam. & ideo dicendum eſt. q̃ hoc referẽ ad Balthaſar nepotem ſuum. qui in contemptum dei fecit apportari uaſa conſecrata diuino cultui. & bibit in eis. & Principes eius. & uxores. propter quod interfectus fuit eadem nocte Danielis quinto. & ſecundum hoc dicitur infernus id eſt diabolus. qui preeſt inferno: quia infernus dicitur eſſe in terre profundo. conturbatus eſt in occurſum aduentus tui id eſt commotus & intentus eo modo loquendi. quo dicitur

communiter quando aliquis homo pessimus moritur. ꝙ demones sunt multum occupati circa receptionem anime eius. Prophete enim aliquando utebantur modis loquendi communibus. suscitabit tibi Gigantes id est animas Gigantium in inferno existentes. qui fuerunt mali homines Genesis sexto. ad insultandum tibi. omnes Principes terre scilicet defuncti. Surrexerunt de solio suis id est de locis in inferno sibi deputatis. & eodem modo quod subditur. omnes Principes etc. & dicent tibi insultando & tu uulneratus es. sicut & nos. id est dejectus in inferno ab honore tuo mundano concidit cadauer tuum. per mortem corporis. subter te sternet tinea etc. quia cadauer mortui uermificat circumcirca. aliqui tamen referunt hoc ad uermen conscientie. qui continue manet in damnatis. si aliquis autem uellet exponere ad litteram predicta de ira Nabuchodonosor. dicendum esset ꝙ ista prophetia Esaie non fuit predestinationis. que semper impletur: sed comminationis. que aliquando non impletur. sicut Ione. tertio dicitur adhuc. xl. dies & Ninive subuertetur. que tamen non fuit subuersa. talis enim prophetia non profertur prout est in diuina prescientia. que est immutabilis: sed secundum merita. uel demerita hominum. que mutabilia sunt. secundum enim demerita Ninuitaꝝ Ninive erat subuertenda. sed ꝙa egerunt penitentiã ad ꝓdicationẽ Ione. non fuit impleta comminatio dicte subuersionis. sic in proposito Nabuchodonosor anteq̃ propter peccata sua percuteretur dementia. meruerat penam gehenne. & qđ sibi fieret talis insultatio a damnatis. ueruntamen quia post amentiam recognouit dei potentiam: & egit penitentiam fructuosam. ut dictum est: Ideo pena per Esaiam comminata. non fuit impleta. & licet sic posset dici: uidetur tamen mihi ꝙ prima expositio est melior. & magis consona textui: Quomodo cecidisti. Hic consequenter occasione Regis Babylonis agitur de casu demonis. secundum regulam exponendi sacram scripturam. que dicitur de diabolo. & eius corde quam inter alias ponit Augustinus tertio de doctrina Christiana & Isido. de summo bono capitulo. xx. & illas ego posui. in principio Genesis pro expositione totius sacre scripture. ista aũt regula qua utendum est hic. intelligitur per hoc. ꝙ diabolus est caput iniquorum omnium. secundum quod dicit Gregorius homelia. x. & ideo propter connexionem capitis ad membra & econuerso. scriptura sacra aliquando sub uno contextu. de uno transit ad aliud. & econuerso. & hoc mõ Esaias hic loquens de Rege Babylonis qui erat diabolus membrum. simpliciter quantum ad ipsum Balthasar. & ad tempus. quantum ad ipsum Nabuchodonosor transit ad loquendum de demone dicens. quomodo cecidisti de celo scilicet Empyreo Lucifer id est pulchrior inter angelos. sicut Lucifer. que est stella matutina. est pulchrior inter stellas. ideo alio nomine uocatur Venus a uenustate qui mane oriebaris. quia inter creationem eius. que dicitur hic ortus. & lapsum. fuit ipse modicũ. corruisti in terram. qa protectus fuit in hoc aere caliginoso. qui uulnerabat gentes id est alios angelos quibus ipse fuit occasio cadendi. angeli boni & mali frequẽter apparuerunt in specie humana. & ideo nomine gentium. & hominum nominantur. sicut Actu. ꝑmo de duobus sanctis angelis dicit. Ecce duo uiri astiterunt iuxta illos in uestibus albis etc. & de diabolo dicit Saluator Matthei. xiii. inimicus homo seminauit zizaniã in medio tritici. qui dicebas in corde tuo superbiendo. In celũ ascendã super astra celi etc. id est super alios angelos sic enim uoluit ꝑesse alius angelis indebite scilicet ut sibi adhiberent honorem. soli deo debitum. & nulli subesse simpliciter. cum sciret se subsistere non posse absq; dei manutenentia. sed quantũ ad regulã agendo ꝙ sedebo in monte testimenti id est celo Empyreo unde procedunt omnia que in terris

fiunt. tanq̃ de aula ſummi imperatoriſ. In lateribuſ aquiloniſ. quia licet ſecundum philoſophum altitudo mundi ſit in polo antarctico tamen ſecundum apparentiam hominum eſt in polo oppoſito ſcilicet arctico. quia iſte poluſ eſt nobiſ ſemper manifeſtuſ & ſupra noſtrum hemiſperium eleuatuſ. & circa ipſum uidentur moueri ſtelle. poluſ antarcticuſ ſemper eſt nobiſ occultuſ. uel aliter. in monte teſtamenti id eſt ſuper Eccleſiam que dicitur monſ noui teſtamenti. ſuper perſonaſ enim eccleſiaſticaſ appetit diaboluſ maxime dominari. In lateribuſ aquiloniſ id eſt in cordibuſ frigidis ex defectu caritatiſ. aſcendam ſuper altitudinē nubium id eſt angelorum. qui dicunt nubeſ metaphorice propter uelocitatem motuſ. ſicut ſupra dicuntur aſtra. propter claritatem naturalis intellectuſ. ſimiliſ ero altiſſimo appetit enim ſimilitudinē diuinā. ut predictum eſt: Veruntamen ad infernum detraheriſ in profundū laci. quia ſicut eiuſ culpa fuit grauior ita pena maior. qui te uiderunt id eſt angeli ſancti q̃ uiderunt eum cadentem. & uident eiuſ damnationem. ad te inclinabuntur. per conſiderationem diuine iuſtitie dicentiſ. Nunquid iſte eſt uir qui conturbabat terram id eſt celum Empyreum qui dicitur terra uiuentium. qui cōcuſſit regna id eſt ordinationeſ angelorum. quia de omnibuſ ordinibuſ aliqui ceciderunt cum eo. angeli uero in ſcriptura dicunt Regeſ quia per eoſ regitur tota corporaliſ creatura. & per cōſequens ordineſ angelorum dicuntur regna. uel poteſt iſtud intelligi de terra habitationi hominum deputata. cuiuſ pacem diaboluſ nititur perturbare. qui poſuit orbem deſertum. quia ante mortem Chriſti omneſ deſcendenteſ trahebat ad infernū. & urbeſ eiuſ deſtruxit id eſt loca diuini cultuſ que frequenter deſtruxit. a deo permiſſuſ. uinctiſ eiuſ non aperuit careceres id eſt eoſ detinuit: qđ autem inde aliqui ſunt amoti. in reſurrectiōe Chriſti fuit contra eiuſ uoluntatem: Aliqui uero expoſitoreſ exponunt de Rege Babyloniſ. ad litteram. dicēteſ ſic. quomodo cecidiſti Lucifer id eſt tu Rex Babylōiſ glorioſior Regibuſ aliuſ. ſicut Lucifer aliuſ ſtelliſ: qui mane oriebariſ: quia licet regnum Babyloniſ fuit ualde glorioſum: tñ in hac gloria durauit per tempuſ modicum. quia priuſ Rex glorioſuſ legitur fuiſſe Nabuchodonoſor. cui ſucceſſit Euilmoradach filiuſ eiuſ. & iſti ſucceſſit Balthaſar eiuſ filiuſ. ut declaratum fuit diffuſius. Danieliſ ſecundo. & in iſto defecit regnum Babyloniſ & tranſlatum fuit ad Medoſ & Perſaſ Danieliſ. v. qui uulnerabaſ genteſ ex nimia crudelitate. qui dicebaſ in corde tuo. in celum aſcendam etc. opinio enim erat gentilium. q̃ poſt dignitatē regni in uita pñti tranſferebantur ad celum ſecundum quod dicitur. ſecundo Machabeoꝝ undecimo. Patre noſtro inter deoſ tranſlato. ſedebo in monte teſtamenti id ē ſuper Hieruſalem extendam regnum meum ſicut factum eſt quando cepit Sedechiam. In lateribuſ aquiloniſ. quia Hieruſalem dicitur eſſe in latere aquilonari montiſ Sion. aſcendam ſuper altitudinem nubium id eſt Prophetarum. ſimiliſ ero altiſſimo id eſt Monarcha in mundo ſicut eſt in celo. Veruntamen ad infernum detraheriſ inuitus. In profundum laci. quia qui pluſ ſe exaltat per ſuperbiam. magiſ deiicit̃ per penam. quod impletū fuit in Balthaſar. ut ſupra dictum eſt. Qui te uidebunt: ad te inclinabuntur quaſi diceret ita profunde deiiceriſ: q̃ qui te uoluerit uidere: oportebit ſe inclinare. Nunqd iſte eſt uir qui conturbabat terrā id eſt habitatoreſ terre. q̃ concuſſit regna. ſubiicie-do ea uiolēter ſuo imperio. Rex enim Babyloniſ multa imperia ſibi ſubiecit armoꝝ uiolentia. qui orbem poſuit deſertū. pro magna parte interfectiſ incoliſ. & urbeſ eiuſ deſtruxit ſicut patet de Hieruſalē. & de multiſ aliiſ. quaſ deſtruxit Rex Babyloniſ. uinctiſ eiuſ id eſt ab eo non aperuit carcerem. dimittendo eoſ etiam poſt longam

maceratione. & ſecundum iſtam expoſitionem littera iſta dicit de demone figuraliter tantum: prima tamen expoſitio magis conſonat dictis ſanctorum. Omnes Reges. Hic conſequenter ponitur inſultatio contra Regem Babylonis quantum ad ſepulturam. & intelligitur pars iſta de Nabuchodonoſor. de quo dicunt Hebrei. q̄ ipſo mortuo Euilmoradach filius eius. quem incarcerauerat. propter mala. que tempore amentie patris fecerat. timens ne reſurgeret a morte. ſicut redierat de amentia de conſilio Ioachim. fecit eum de ſepulchro extrahi. & particulatim diuidi. & uulturibus dari. ut ſic ipſis auolantibus. partes non poſſent iterum congregari. & ſecundum hoc dicitur. omnes Reges gentium uniuerſi dormierunt ſomno mortis. in gloria id eſt honorifice ſepulti. tu autem proiectus es de ſepulchro tuo. modo predicto: quaſi ſtirps inutilis. qui ad nihil eſt utilis. ſanie polluta. quia cadauera ſic extracta ſanie ſunt pollura cum his: qui interficiuntur gladio quorum cadauera remanent inſepulta. & ſic a beſtiis. & auibus. deuorantur: Deſcenderunt ad fundamentum laci: quia carnibus deuorati. oſſa remanentia per redundationem pluuiarum trahuntur ad lacus. & paludes. & deſcendunt ad fundū cetera patent ex dictis. Tu enim poſita inſultatiōe contra Regē Babylonis: Hic conſequenter ponit confirmatio inſultationis. per hoc qđ denunciat terminatio regni. & Primo confirmatur uerbo. Scđo exemplo. ibi: iurauit dominus. Circa Primū dicitur. tu enim terram tuam diſperdidiſti id eſt eius perditionē meruiſti. & ſimiliter exponitur. quod ſubditur: tu populum tuum etc. non uocabitur in eternū ſcilicet regnum Babylonicum ſaltem quantum ad progeniem Nabuchodonoſor. Ideo ſubditur: preparate filios eius occiſioni. quia Balthaſar fuit interfectus. & tota cognatio eius. & tranſlatum fuit regnum. ut predictum eſt. & ſic patet littera uſq; ibi: & ponam eā id eſt Babylonē in poſſeſſionē ericii qa facta eſt inhabitabilis hominibus. eſt autem ericius animal ſpinoſum. & ſtopabo eam. auferendo peccatores de ea. ſicut de domo ſordes cum ſcopa. Iurauit. Hic confirmat exemplo ſcilicet Regis Aſſyrioꝝ quem deus deſtruxit ante deſtructionem regni Babylonis & utramq; deſtructionem predixit Eſaias in pluribus locis. & hic ponitur ab eo prima in ſignum certum deſtructionis Babylonice future quaſi dicat cum uideritis dictum meū impletū de Rege Aſſyrioꝝ. ſciatis certitudinaliter ipſum implendum de regno Babyloniorum: & ſecundū hoc dicitur: Iurauit dominus id eſt firmiter ſtatuit: ſi non ut putauit id eſt in p̄ſcientia mea diſpoſui: ſic eueniet: & quid ſit illud ſubditur: & conteram Aſſyrium in terra mea id eſt in Iudea. ubi uigebat diuinus cultus. & ideo dicitur terra dei ſpecialiter. & in montibus meis. quia Iudea eſt terra montoſa. conculcem eum. quia angelus domini de exercitu Aſſyrioꝝ exiſtentem in Iudea percuſſit centum. lxxxv. milia bellatorum. quarto Regum. xix. & auferetur ab eis iugum eius id eſt ab Ezechia. & populo eius. hoc conſiliū qđ cogitauit ſuper omnē terram ſcilicet ab Aſſyrus depreſſam. & grauatā q̄ ab eo auferatur iugum Aſſyriorum & per hoc quod dicitur hic. hoc conſilium qđ cogitauit. ut patet. eſt hic prophetia predeſtinationis. & per conſequens infallibiliter implenda: ut patet ex predictis. & hec manus. id eſt domini uirtus. extenta ſuper om̄s gentes. ad liberandum eas de oppreſſione Aſſyriorum cetera patent. In anno. Poſtq̄ Propheta denuntiauit punitionem Aſſyriorum qui captiuauerunt regnum Iſrael. & Babyloniorum qui captiuauerunt regnum Iuda. Hic conſequenter denuntiat punitionem aliarum gentium. de afflictione utriuſq; regni gaudentium. & affligentes adiuuantium. & primo denuntiat punitionem Phyliſteorum. & ſecundo alioꝝ ca. xv. & ultra ut patebit proſequendo. Circa Primum ſciendum. q̄ tempore Achaz

fortitudo regni Iude fuit multum debilitata propter eius malitiam. qa Phacee filius Romelie occidit de regno Iuda centū. xx. milia. & propter ea Phystim intrauerūt regnum Iuda & acceperunt plures ciuitates & habitauerunt in eis secundo Paralyp. xxviii. & de hoc letabantur. sed mortuo Achaz Ezechias filius eius qui fuit bonus. & iustus. fortificauit regnum. & preualuit aduersus Philisteos secundum qđ dicitur iii. Regum. xviii. ipse percussit usq; ad Gazam. & terminos eorum. omnes a turre custodum. usq; ad ciuitatem munitam. & hoc denuntiat hic Prophetā futurum ad populi Iude consolationem. & Philistinorum desolationem. & primo nota tempus dicens. In anno quo mortuus est Rex Achaz. regnauit Ezechias immediate factum est onus istud id est facta est reuelatio Esaie de Philistinoꝝ punitione. Ideo subdit: ne leteris Philistea omnis tua id est nulla ciuitas tua ledetur quia omnis nō. & nullus equipollent unde qđ dicitur omnis ciuitas non letetur: secundum ordinem construc/tionis idem est ac si diceret: nulla ciuitas Philistinorum letetur scilicet de hoc quod subditur. quoniam comminata est uirga id est potentia. percussoris tui scilicet regni Iuda. qđ ante tempus Achaz consueuit te percutere. & subiicere sicut patet tempore Dauiđ secundo Regum. v. & tempore Ozie. ut habetur secundo Paralyp. xxvi. ubi dicitur de Ozia: egressus est. & pugnabit contra Philistim & destruxit murꝝ Geth & murum Iamme murumq; Azoti: tamen propter malitiam Achaz diminuta fuit potentia regni. sed iterum fortificata tempore Ezechie. Ideo subditur: de radice enim colubri id est de ipso Dauiđ. & aliorum Regum potentum. egredietur non na/scendo. qa iam erat in primo anno regni sui. sed ad bellandū contra uos o Philistei Regulus id est Ezechias qui post nocebit uobis. q̄ precedentes sicut regulus. qui idē est ꝙ basiliscus. quasi Rex serpentum a basileus Grece ꝙ est Rex latine. plus nocet q̄ alii serpentes. quia interficit flatu. & uisu. nec mirandum est. ꝙ Dauid sanctus. & Ezechias deuotus nominantur colubri. & reguli nominibus. quia hoc est propter nocumenta. que fecerunt infidelibus. sicut & Sampson q in catalogo sanctoꝝ ponit. Hebre. xi. nominatur coluber. & cerastes. Gen. xlix. secundum omnes expositores. & semen eius absorbens uolucrem. id est deprimens Philistinorum superbiam nimis eleuatam. ex superbia tempore Achaz habita. Et pascentur primogeniti pauperum id est Iudei tpe Achaz depauperati releuabunt tpe Ezechie. Et pauperes fiducialiter requiescent interfecto exercitu Sennacherib per angelū. & Philistei ꝑ Ezechiā depressis. Ideo subditur. & interire faciam in fame radicem tuam id est uirtutē Philistinorum in obsidione. propter defectum uictualium. ulula porta. clama ciuitas etc. id est custodes portarum. & habitatores ciuitatum. propter miseriam in uobis futurā. ab aquilone enī fumus uenit id est exercitus Ezechie incendens terrā Philistinoꝝ. quia Geth. & alie ciuitates Philistinorum supra posite. quas destruxit Ezechias. declinant uersus australem partē respectu Hierusalē unde uenit exercitus Ezechie. ut dicit R.a. Sa. Alii uero exponunt de exercitu Assyriorum. & Babyloniorum qui a parte aquilonari uenerunt ad destruendam terram Philistinorum. sed prima expositio magis consonat p̄cedentibus. & subsequentibus. unde subdit. & qd respōdebit nuntius eius gentis id est nuntius Ezechie & Principum eius. qui discurrentes ꝑ Iudeā predicabant dicentes. Reuertimini ad dominum deum Abraham. Isaac. & Israel. & reuertetur ad reliquias qui effugerunt manus Regis Assyriorum etc. ii. Paralyp. xxx. & subditur respōsio quia dominus fundauit Sion. eligens locum illum ad suum cultum. & in ipso sperabunt pauperes populi eius. quia non solum illi de regno Iude

ſed etiam multi de regno Iſrael uenerunt ad Ezechiam in Hieruſalem confidenteſ de diuina protectione. ut ibidem dicit. ſic exponit Ra. Sa. Aliqui uero expoſitoreſ noſtri exponũt de nũtiuſ Sennacherib quoſ miſit in Hieruſalem ad terendũ Ezechiã & populum eiuſ. ut habetur ſecundo Paralyppo. xxxii. & reſponſum fuit eiſ q̃ non traderent ſe Regi Aſſyriorum ſed magiſ confiderent de diuina protectione contra eum Ezechia ad hoc exhortante populum ibidem etc. XV.

ONuſ Moab. Hic poſt denuntiationem punitioniſ Phyliſtinorum. Propheta denuntiat punitionem Moabitaꝝ. qui deſcenderunt a Loth cui Abraham pater Iudeoꝝ fecit multa bona educendo eum de Aram. & liberando eũ de manu Amraphel qui duxerat eum captiuum. Gen. xiiii. & per preceſ ſuaſ liberando eum. de ſubuerſiõe Sodomorum. xviii. & ideo Moabite debebant filioſ Iſrael diligere. & ipſi econtrario tanq̃ reddenteſ malum pro bono gaudebant de eorum afflictionibuſ. & fauebant eoꝝ afflictoribuſ. & ideo hic Propheta denuntiat eorum uaſtationem. & circa hoc uaſta/ tionem eorum denuntiare incipit. Secundo cauſam cuiuſdam dicti ſui reddit in prin/ cipio capi. xvi. Tertio ad propoſitum redit. ibi: audiuimuſ. Circa Primum incipit denuntiare eorum uaſtationem duplicem. Primo per Aſſyrioſ. Scđo per Babylonioſ. ibi: ad torrentem. Circa Primum dicit. onuſ Moab id eſt eiuſ uaſtatio. mihi reuelata ſupple eſt. que ſequit: quia nocte uaſtata eſt Ar. nomẽ ẽ ciuitatiſ regie in regno illo. Moab conticuit tanq̃ confuſuſ. & non potenſ rebellare & accipitur hic Moab pro populo Moabitarum. quia nocte uaſtatuſ eſt muruſ id eſt fractuſ ab Aſſyriiſ. eo q̃ cuſtodeſ muri non poterant ita defendere de nocte. ſicut de die. aſcendit domuſ regia id eſt Regiſ familia. & Dibon id eſt habitatoreſ Dibon. ad excelſa. ubi erant eorum idola. in planctum quaſi diceret non ad ſacrificandum pro uictoria: ſed ad flendum pro deiectione ſua. ſuper Nabo. & ſuper Medabo nomina ſunt ciuitatum. ab ad/ uerſariiſ captaꝝ. Moab ululabit pre dolore emittenſ ſonum confuſum. In cunctiſ capitibuſ eiuſ caluicium etc. quia in ſignum triſticie deponebantur capilli. & barba. ſicut dicit de Iob tonſo capite corruit in terram. uel quia antiquitus capita. & barba captiuoꝝ radebantur: unde dicitur Deut. xxxi. de cruore occiſorũ. & de captiuitate nudati inimicorum capite. in triuiſ eiuſ accincti ſunt ſacco in ſignum triſticie uel cap/ tiuitatiſ. ſicut dictum eſt de capilliſ. quod enim homineſ in ſignum triſticie induerunt ſe ſacco. patet Heſt. quarto que cum audiſſet Mardocheuſ ſcidit ueſtimenta ſua. & indutuſ eſt ſacco. & in pluribuſ aliiſ locis ſimiliter ſacco ueſtiebantur captiui ueſtibuſ ſpoliati. ſuper tecta eiuſ etc. In hoc tangitur magnitudo doloriſ ex magnitudine clamoriſ. uſq; Iaſa que eſt ciuitaſ in extremitate regni Moab. ſuper hoc expediti Moab ululabunt. & dicuntur hic expediti. iuueneſ forteſ. careteſ uxoribuſ & liberiſ. & ex clamore iſtoꝝ intelligitur maior clamor aliorum. Cor meũ ad Moab clamabit. Verbum eſt Prophete compatiẽtiſ eiuſ miſerie cuiuſ cauſa dicetur capitulo ſequenti. Vecteſ eiuſ uſq; ad Segor id eſt forteſ illiuſ populi qui debebant eſſe clauſura aliuſ fugerunt uſq; ad Segor. uitulam. propter luxurie petulantiam & dicitur. uitula in feminino quia ſexu maſculino utebantur habitatoreſ eiuſ. pro feminino infecti uitio Sodomitico. conſternantem quia terremotu corruit in ſubuerſionẽ Sodome. Hebrei dicunt uitulam Baroniſſam. & dicit Ra. Sa. q̃ eſt ciuitaſ fortiſ in terra Moab ꝓpter quod dicitur Baroniſſa ad quam Moabite fugerũt propter eiuſ fortitudinem. & hoc uidetur uerius: quia alia Segor erat ſubuerſa. per aſcenſum enim Luith nomen eſt montiſ. ad quem fugit parſ populi Moab in uia Orouaim nomen eſt loci. per quem

intendebant fugientes. & clamantes. aque enim Nemrim nomen est territorii abundantis in fontibus. & per consequens bene habitabilis. deserte erunt ab habitatibus q̃si diceret multofortius alia loca remanebunt deserta. & subditur causa quia aruit herba. defecit germen etc. id est iuuenes fortes & robusti de Moab perierunt secundum magnitudinem operis id est malitie eorum in culpa. & uisitatio eoꝝ scilicet per penam ex uindicta diuina qui correspondet malitie. Ad torrentem. Hic consequenter denuntiatur uastatio Moabitarum per Babylonios. cum dicitur: ad torrentẽ salicum id est ad terram Babylonis. que abundat fluminibus. & salicibus. secundum qd̃ dicitur Psal. centesimo. xxxi. super flumina Babylonis etc. & sequit̃: In salicibus. in medio eius etc. ducent eos scilicet Babylonii. quoniam circuit clamor quasi diceret in tota terra Moab erit clamor partim morientium. & partim fugientium. Ideo subdit̃: qa aque Dibon nomen est fluminis. in terra Moab replete sunt sanguine interfectoꝝ. ponam enim super Dibon additamenta scilicet sanguinis. quia post effusionem sanguinis per Assyrios addita est effusio per Babylonios. Ideo subditur. leonem etc. id est Nabuchodonosor qui uocatur leo Hieremie. iii. ascendit leo de cubili suo. & hoc propter crudelitatem eius. & audatiam. & quia forsitan portabat leonem in armis suis depictum. sicut Rex Romanorum aquilam etc. .XVI.

EMitte. Hic consequenter reddit̃ ratio cuiusdam dicti capituli p̃cedenti. dixerat enim Esaias cor meũ ad Moab scilicet per cõpassionem. & ideo reddit huius cõpassionis causam scilicet propter Christum. quem Prophetа uidit nascituꝝ de populo Moab per Ruth Moabitidẽ quam accepit Booz in uxorem. ex qua genuit Obeth. & Obeth Iesse. siue Isac qui fuit pater Dauid Ruth ultimo. de quo descẽdit Christus. Igitur circa hos Esaias primo denuntiat Christi natiuitatem. & secundo eius regiam dignitatem. ibi: & preparabitur. Prima in duas. quia Primo facit quod dictum est. Secundo quoddam correlarium infert. ibi: & erit. Circa Primum sciẽdum. q̃ antiqui patres multum desiderabant Christi aduentum. ideo Prophetа ipsum denuntiat per modum deprecantis dicens. emitte agnũ dñi id est o tu domine pater emitte Christum qui dicitur agnus Iohannis primo ecce agnus dei etc. dominatorem terre. propter qd̃ dicit Matheus ultio. data ẽ mihi omnis potestas in celo. & in terra. de petra deserti. locus est in terra Moab de qua fuit Ruth. Vnde dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum de omnibus sacre scripture libris Ruth Moabitis Esaie explet uaticinium dicentis. emitte agnum domine etc. ad montem filie Sion id est ad Hierusalem in qua erat templum in monte Sion ubi beata uirgo obtulit filium suum Luce. ii. Et erit. Hic Prophetа ex dictis infert correlariũ uidelicet. q̃ sicut ipse compatiebat̃ populo Moabitaꝝ. propter Christum. ita econuerso populus Moab debebat cõpati. populo Iudeorum ex quo descendit Christus per Booz sicut per Ruth. ut dictum est: Addit etiam Prophetа aliam rationẽ compatiendi scilicet propter angustiam quã Moabite erant passuri. afflicti enim solent afflictis compati. & hanc rationẽ premittit dicens. & erit sicut auis fugiens etc. scilicet timore. ne capiatur ab Assyrius & Babylonius. in transitu Arnon. fluuius est in finibus Moabitaꝝ. iii consiliũ cum sapientibus Moab coge concilium id est congrega in loco secreto ad uidendum quomodo possis effugere manus uastatoris. & consequenter dat modum dicens. pone quasi noctem umbram tuã in meridie id est fac latibula in quibus possis filios Israel latentes abscondere ita q̃ ibi lateant. ac si esset tempus noctis. & ideo subditur: Absconde fugientes eis cõpatiendo. & uagos ne p̃das scilicet p̃secutoribus tradendo. & qd̃ de filius Israel intelligat: subdit

habitabunt apud te profugi mei id est fugientes de populo meo timore Sennacherib quia licet non ceperit Hierusalem tamen uastauit alias ciuitates Iudee. ut habetur iii. Regum. xviii. & de illis multi fugerunt ad terram Moab. & ulterius denunciat casum Sennacherib de proximo futurū. Moabite retrahantur a receptione populi Israel timore Sennacherib dicens. finitus est pulus id est in propinquo est exercitus Sennacherib terminandus. qui dicitur hic pulus. eo ꝙ corpora bellatorum fuerunt in cinerem redacta. ut dictum est supra. consummatus est miser id est Sennacherib est in proximo occidendus a filiis suis in terra sua. defecit qui conculcabat terram scilicet Sennacherib qui subiciebat sibi habitatores terre. Et p̄parabitur. Hic describitur ipsius Christi regia potestas cum dicitur: & preparabitur in misericordia solium. quia post resurrectionem Christus ascendit in celum. & sedet ad dextram patris. Matthei ultimo. cuius regimen est in dulcore misericordie usq; in iudicium extremum. in quo erit tempus iustitie. Ideo sequitur: iudicans & querens iudicium scilicet extremum. & uelociter reddens ꝙ iustum est quia breui tempore dabit̄ sententia pro iustis. uenite benedicti etc. & contra iniustos ite maledicti etc. Matthei. xxv. Vnde uersus.
Mortis. uel uite breue uerbum est ite: uenite.
Dicetur reprobis ite. uenite probis.
Totum autem istud de capitulo precedenti. exponit Ra. Sa. de Moab ad litteram. continuando capitulo precedenti. Ad cuius intellectum sciendū ꝙ Mesa Rex Moab soluebat pro tributo Regi Israel centum milia angnorum. ut habetur. iii. Regum. tamen postea mortuo Achaz negauit. & quia extunc populus Moab erexit se in superbiam de qua dicitur parte sequenti. audiuimus superbiam Moab. superbus est ualde. ideo Esaias uolens eius superbiam repellere improperat ei hoc tributū dicens. Emitte agnū domine dominatorē terre. nomina enim Hebraica sunt indeclinabilia. & ideo defacili potest dici dominator. pro dominatorem. sicut hec nomina cornu. & gelu. indifferenter accipiuntur in casu accusatiuo. & nominatiuo. apud latinos. & est sensus. secundum Ra. Sa. Emitte agnum etc. quasi diceret Propheta quid superbis populo Moab contra regnum Iuda contēnendo. quia ille qui fuit dominator. & dñs in terra uestra uidelicet Rex uester. aliquando misit pro tributo regi Israel. agnum id est agnos. accipiendo singulare pro plurali. sicut Exo. viii. uenit musca grauissima id est multitudo muscarum de petra deserti id est de tali loco terre Moab. unde mit / tebantur agni dicti. Ad montem filie Sion id est ad Samariam que edificata fuit in monte empto a Somer. iii. Regum. xvi. & erat metropolis in regno Israel. & dicitur mons filie Sion. quia omnes ciuitates Iudee fuerunt sub Hierusalem. in qua est mons Sion usq; ad diuisionem regni tempore Roboam. Et erit. per superbiam Moab sicut auis fugiens etc. quia uastatio fuit eis inflicta pro superbia sua. cum aliis malis. Consequenter ostendit Propheta modum euadendi hanc penam scilicet p cōpassionē ad filios Israel dicens Ini consilium etc. & exponatur ut supra. usq; ibi. finitus est enim pulus. consummatus est miser. defecit qui conculcabat terrā. ubi Ra. Sa. dicit ꝙ hec est littera Hebraica. defecit fuctio. consummata est mamilla defecerunt mobilia de terra. quam terram sic exponit. defecit fuctio id est animalia. que ante abundabant in terra Moab non suggent amplius lac matrum suarum consummata est mamilla id est defecit lac de mamillis animalium. unde Moabite in lacte & butyro solebant abū/ dare. defecerunt mobilia terre id est animalia que gradiunt̄ super terram. ꝙa hostes duxerunt predam. hanc enim predam comminatur eis Esaias. & tunc conuertit se ad

nuntiandum fortificationem regni Iude. tempore Ezechie dicens. & preparabitur in misericordia solio. quia ex dei misericordia. exercitus Sennacherib ab angelo percussus fuit. & ipse fugiens in terram suam interiit ibi. & tunc Ezechias in pace. & gloria regnauit. ut habetur. ii. Paralyp. xxii. Et sedebit super illud in ueritate. unde dixit. fiat pax. & ueritas in diebus meis. iiii. Regum. xx. In tabernaculo Dauid id est in ciuitate. quam edificauit Dauid. Iudicans & querens iudicium etc. quia ipse fuit iustus. & in aliis iustitiam seruabat. Audiuimus quia secundum expositores Hebraicos & Latinos Moabite non fecerunt secundum munitionem Esaie de conseruando fugitiuos de populo Israel. ideo non euaserunt penam cominatam. & ad hoc designandum reuertit hic Propheta. ad describendum eorum penam. & culpam. & Primo predicat exterminium. Secundo excludit eoz remedium. ibi: & erit. Circa Primum dicit. Audiuimus superbiam Moab. per famam uolantem. superbia eius in factis. & arrogantia in uerbis. & indignatio eius in exterioribus signis. plusq; fortitudo eius. modus est enim superbi plus estimare de se. q; sit in ueritate. Idcirco id est propter istam superbiam. ululabit Moab. ad Moab. querentes abinuicem auxilium. & non inuenient. his qui letantur super muros cocti lateris. tales enim muri fiebant antiquitus de lateribus coctis. & in fortitudine talium murorum gloriebantur Moabite. loquimini o uos Prophete. plagas suas id est miserias eis superuenturas. quoniam suburbana Esebon nomen est ciuitatis famose in terra illa. deserta sunt a suis habitatoribus inde fugientibus. uineam Sabama ciuitas erat in terra Moab abundans in uineis. Domini gentium exciderunt id est Assyrii primo. & postea Babylonii. & dicuntur utriq; domini gentium. quia temporibus suis multas gentes subiecerunt suis dominus. flagella eius id est palmites. que uulgariter uocantur flagella. & sic est in Hebreo. tamen accipiuntur hic palmites metaphorice. pro populo illius ciuitatis. que abundat in uineis. ut dictum est. usq; ad Iaser perueneruntfugiendo aduersarios. errauerunt in deserto. homines enim pre timore fugientes de facili errant propter turbationem mentis. propagines eius. id est uiri fortes. relicte sunt scilicet a deo tanq; inutiles. transierunt mare id est Euphratem ducti in captiuitatem. ad terram alienam. & uocatur hic fluuius Euphrates mare. propter eius magnitudinem secundum morem Hebraici sermonis quo congregatio aquarum mare uocatur. scdm illud Gen. primo. Congregationesq; aquarum appellauit maria. super hoc plorabo. hoc dicit Propheta compatiens populo Moab. ratione supra dicta. in fletu id est ueraciter & non ficte compatiens. Iase est nomen ciuitatis Moab. Et uineam Sabama id est super Sabama ciuitatem uineis abundantem: quia iste ciuitates fuerunt destructe. & eodem modo exponatur: quod subditur. Inebriabo te etc. Esebon. & Eleale. sunt nomina ciuitatum in Moab. & causam sue compassionis subdit. quia super uindemiam tuam. & super messem tuam unde debebas uiuere. uox calcantium irruit scilicet hostium sibi rapientium. & auferet letitia. & exultatio de carmelo. locus est in Moab fertilis in blado. & uino. & in uineis. non exultabit etc. quando enim uindemia e abundans. & messis. & colligent pacifice homines exultant. & cantant. & ideo quando ab aduersariis partim deciduntur. partim fugantur. & messis & uindemia ab aduersariis capitur: tunc habetur tristicie materia. & ploratus. Super hoc uenter meus id est mens mea. eo mo loquendi quo dicitur. de aliquo parum litterato. parum habet in uentre. Ad Moab quasi cithara sonabit emittendo uocem lugubrem gemitus. sicut in fletu mortuorum. aliquando cantabatur carmen lugubre in cithara. Et uiscera mea mouebuntur per compassionem. ad murum cocti lateris id est ad Moabitas. qui habitabant in ciuitatibus

clauſis talibuſ muris. ut ſupra dictū eſt. Et erit. Hic cōſequenter Propheta excludit remedium dicens. & erit cum apparuerit. quod laborauit Moab ſcilicet inuanum ad defendendum. ſuper excelſis ſuis ingredietur ad ſancta ſua id eſt ad idola in montibuſ poſita que reputabat ſancta. ideo dicitur hic ſancta ſua non ſimpliciter. & abſolute. & obſecret pro ſua liberatione. & non ualebit quia idola nullā habent uirtutem ad/ iuuandi hoc uerbum. quod locutuſ eſt dominuſ ad Moab id eſt de punitione Moab abſq; retractione. extunc id eſt ab eterno. quia extunc omnia futura diſpoſuit. Ra. Sa. exponit extunc id eſt ex tempore. quo Moabite conduxerunt Balaam ad ma/ ledicendū populo Iſrael Numeri. xxii. diſpoſuit deuſ hanc penam ſuper Moabitaſ futuram. non tamen intelligit per hoc. ꝙ aliq̄ nouitaſ ſit in deo. ſed quia illud factū fuit diſpoſitiuum. ſeu meritorium. reſpectu pene. que hic deſcribitur. & nunc locutuſ eſt dominuſ ſcilicet per me Prophetam ſuum dicens. in tribuſ annis. quaſi anni mer/ cēnarii auferet gloria Moab etc. aliqui numerant iſtoſ treſ annoſ a morte Achaz. ſed hoc nó uidetur uerum. quoniam uaſtatio Moabitarum fuit poſt deſtructionem regni Iſrael. ut patet ex ſupra dictis. Samaria uero metropoliſ in regno Iſrael capta fuit. & populuſ captiuatuſ. vi. anno Ezechie. iiii. Regum. xviii. & per conſequens vi. anno poſt mortem Achaz. & ideo Alii numerant a captiuitate regni Iſrael. Alii a captiuitate regni Iude. Ra. Sa. autem aliter exponit dicens. ꝙ Salmanaſar tribuſ annis pugnauit contra Samariam. & eam cepit. iiii. Regum. xviii. & in ſuo exercitu erant Moabite ſtipendiarii. & ſic exponit quod dicitur hic. in tribuſ annis id eſt pro tribuſ annis. quibuſ Moabite cum Salmanaſar impugnauerunt filioſ Iſrael. quaſi anni mercennarii. eo ꝙ pro ſtipenduſ erant ibi. auferetur gloria Moab p uaſtationē terre ſue quaſi diceret illud factum eorum. in tribuſ annis dictis. fuit cauſa ſue puni/ tionis a deo. & ſic per hoc quod dicitur hic. in tribuſ annis non prefigitur tempuſ ſue punitiónis: ſed aſſignatur eius cauſa partialis. quia conductio Balaam preducta. & iſta impugnatio populi Iſrael concurrerunt ad hoc. & etiam Moabitarum ſuperbia. ut dictum eſt. Et relinquetur ab eo. ſicut racemuſ paruuſ. quia pauci de Moabitis effu/ gerunt manuſ uaſtatorum. uel quia aliqui pauci. & pauperes. a uaſtatoribuſ fuerunt dimiſſi pro cultura terre. ſicut Nabuzardan. deſtructa Hieruſalem duxit populum reputationis. in Babylonem. & de pauperibuſ terre reliquit uinitores. & agricolaſ. ut habetur Hieremie ultimo etc.

.XVII.

ONuſ Damaſci. Hic ponitur punitio Syriorum. populum Iſrael ad peccatum inducentium: quia Facee Rex Iſrael fuit confederatuſ Regi Syrie. ut dictum eſt ſupra capitulo. vii. & ſicut communicauit ei in amicitia. ita & in idolatria. ſimiliter Achaz Rex Iuda fecit fieri altare holocauſtorum in Hieruſalem. ad ſimilitudinem altaris. quod erat in Damaſco. iiii. Regum. xvi. Diuiditur autem preſens capitulum in treſ parteſ. quia Primo deſcribitur punitio Syriorum filioſ Iſrael ad peccatum inducentium. Secundo filioſq; Iſrael in ipſis confidentium. ibi: & erit. & Tertio Aſſy/ rioſq; utroſq; uaſtantium. ibi: ueh multitudini. Circa Primum dicitur. onuſ Damaſci id eſt deſtructio Syrie a deo preuiſa. quia Damaſcuſ erat metropoliſ in Syria. Ecce Damaſcuſ deſinit eſſe ſcilicet notabiliſ. ut exponunt aliqui. eo ꝙ Theglathphalaſar qui interfecit Raſim Regem Syrie non legitur. eam deſtruxiſſe. ſed illud. qđ ſubdit. uidetur repugnare. & erit ſicut aceruuſ lapidū in ruina. & ideo dicendū. ꝙ Damaſcuſ fuit deſtructa. per Theglathphalaſar uel alium. ſibi ſuccedentem. & poſtea reedifi/ cata fuit ſicut de Hieruſalem legit. ꝙ biſ fuit deſtructa. & biſ reedificata. derelicte

ciuitatef Arcer nomen eſt regiõiſ. in regno Syrie in qua ſunt pluref ciuitatef. Arcer autem prout eſt nomẽ uniuſ ciuitatiſ. eſt in Iudea. gregibuſ eorum ſcilicet gregibuſ aduerſariorꝝ. & requieſcent ibi. & non erit qui exterrerat ſcilicet de Syriſ: ꝙa populuſ Syrie. fuit tranſlatuſ Cyrenem. ut habetur Amoſ ꝑmo. & quia Cyri erant confede / rati. regno Iſrael. ut dictũ eſt ſupra. vii. capitulo. Ideo ſubdit: & ceſſabit adiutoriũ ab Effraim id eſt a regno Iſrael nominato. ab Effraim eo ꝙ Hieroboã primuſ Rex fuit de illa tribu. & regnum a Damaſco. eo ꝙ nomen regium fuit ablatum per The / glathphalaſar. Et reliquie Syrie. ſicut gloria filiorum Iſrael erunt id eſt iſti. & illi captiuabuntur pauciſ euadentibuſ fugiendo & ſic factum eſt. quia ſicut Theglath / phalaſar captiuauit populum Syrie. ſic Salmanaſar regnum Iſrael. ut habetur. iii. Regum. Et erit. Hic conſequenter deſcribitur punitio regni Iſrael eo ꝙ confidebat de adiutorio Syrorum. pluſ q̃ de deo. & ad eorꝝ idolatriam trahebatur. & diuiditur in treſ parteſ. quia Primo Propheta denuntiat punitioniſ effectum. Secundo eiuſ fructũ. ibi. in die illa. Tertio redit ad denuntiandũ deſtructionem regni Iſrael. ibi: in die illa ciuitateſ. Circa Primũ dicitur & erit in die illa. attenuabitur gloria Iacob id eſt regni Iſrael. & hoc per deſtructionem Syrorꝝ de quorꝝ cõfidentia gloriabatur. & pinguedo carniſ eiuſ emarceſcet id eſt diuitie eiuſ deficient. unde de aliquo homine diuite dicitur communiter. ꝙ eſt pinguiſ: & hoc fuit qñ Salmanaſar cepit Samariam. & populum captiuauit. & ſic diuitiaſ regni ſibi Salmanaſar rapuit. Et erit ſicut con / gregãſ in meſſe. qđ reſtitit id eſt pauci de populo Iſrael euadẽt. ſicut ſpice remanẽteſ poſt terga metentium pauce ſunt in Valleraphaim. locuſ eſt in Iudea. ubi Phyliſtei uenerunt ad pugnandum contra Dauid ſecũdo. Regum. v. Derelinquet in eo quaſi racemuſ: qui remanet poſt uindemiatoreſ. & ſicut excuſſio olee etc. eſt autem olea fructuſ oliue. per iſtud intelligitur ꝙ pauci numero euaderent manuſ Salmanaſar ſicut poſt uindemiatoreſ remanent pauci racemi. & pauce olee poſt excuſſionẽ oliuarꝝ. In die illa. Hic oſtenditur huiuſ punitioniſ fructuſ. quia illi qui euaſerunt fugiendo. poſtea uenerunt in regnum Iuda ſub Ezechia Rege. & ſeruierunt domino idolatria dimiſſa. & hoc eſt. quod dicitur: In die illa inclinabitur homo ad factorem ſuum. ſ. ad deum. & patet littera ex dictiſ. In die illa. Hic redit Propheta ad denuntiandum deſtructionem regni Iſrael dicenſ. In die illa ciuitateſ munite erunt derelicte ab ha / bitatoribuſ ſuiſ in captiuitatem ductiſ. ſicut aratra. & ſegeteſ etc. quia ſicut filii Iſrael non potuerunt defendere ea. que erant in cãpiſ: ita nec ſeipſoſ in ciuitatibuſ muratiſ. & huiuſ deſtructioniſ cauſa ſubdit. Et eriſ deſerta. quia oblita es dei tui etc. ꝓpterea plantabiſ plantationem fidelem. ſecũdum expoſitoreſ noſtroſ Propheta irriſorie hoc dicit. & ꝙ ſubditur. & germen alienum ſcilicet a fide. & moribuſ ſeminabiſ. & ad hoc concordat qđ ſubditur. in die plantatiõiſ tue labruſca id eſt uitiſ ſilueſtriſ. & inutiliſ & per iſta deſignat populi Iſrael malitia. Ra. Sa. aliter exponit dicenſ. hic de pre / terito per modum futuri. cum dicitur propterea plantabiſ plantationem fidelem quia populuſ Iſrael fuit plantatuſ in ſanctiſ Patriarchiſ. ſed poſtea declinauit ad idolatriã Ideo ſubditur: & germen alienum ſeminabiſ in die plantationiſ tue id eſt receptioniſ legiſ diuine in monte Synai. quia dominuſ plantauit Iſrael tanq̃ uitem ſpecialem per legiſ dationem. Ita ꝙ plantatio hic accipitur aliter. q̃ primo labruſca quia tunc fecit ſibi uiculum conflatilem. & mane ſemen tuũ florebit id eſt ante tempuſ debitum & ſic fructu carebit. hoc modo populum Iſrael gloriãſ de confidentia Syrorꝝ inconfidẽter efflоruit. & ideo pena ſecuta fuit. ut predictum eſt. Ideo ſubditur: ablata eſt meſſiſ

scilicet Israel ab Assyrus. in die hereditatis. Hebrei dicũt in die infirmitatis. qa uirtus populi Israel tunc fuit infirmata. & anibilata. Ideo subdit: & dolebit grauiter. scd'm aũt translationem nostram sic exponit in die hereditatis id est tpe quo debebat colligi messis. & recondi in horreis. & sic ut hereditas possideri. & dolebit grauiter scilicet Israel ex malis sibi illatis. Causa aũt diuersitatis huius littere est. quia dictio Hebraica que ponitur hic scilicet Vebela equiuoca est ad infirmitatem. & hereditatẽ. Ve multitudini. Hic describitur punitio Assyriorum regna Israel & Syrie uastantium. cum dicitur: ue multitudini populorum multorum qui uenerunt cum Sennacherib contra Hierusalem & ponitur hic ue pro onore quia idem importãt in proposito. Ve multitudo maris sonantis in processu enim exercitus fit magnus tumultus ex collisione armorum & motu cornuũ & sonitu buccinarũ & maxime quando exercitus est ualde magnus qualis erat exercitus Sennacherib. Increpabis eum per angelum tuum. percutiendo eius exercitum. iiii. Regum. xviii. & procul fiet quia Sennacherib uisa plaga cum paucis fugit ad terram suam ualde uelociter. rapietur sicut pulus etc. in tempore uespere & ecce turbatio. quia percussio dicta facta fuit de nocte que incipit a uespere. In matutino & non subsistet quia Sennacherib in mane uidens plagam sui exercitus fugit. ut dictũ est: & concludit Propheta. hec est pars etc. id est pena dicta est illud quod iuste redditur. inimicis nostris etc. .XVIII.

Eb terre cymbalo. Ra. Sa. exponit hoc capitulum de destructione Gog & Magog per Regem Messiam quem Iudei expectant futurũ. sed hec expositio innititur falso fundamento. cum aduentus Christi transierit in preteritum. & ideo expositores nostri dicunt ꝙ Esaias hic incipit describere punitionem Egyptiorum qui tempore Sedechie fecerunt populum de regno Iuda confidere in suum auxilium. & sic rebellauit contra Regem Babyloniorum propter quod captiuatus fuit populus. & destructa ciuitas. & templum. Sic ergo presens capitulum in duas partes diuiditur. quia Primo describit Egyptiorũ priuaricatio. Secundo pene comminatio. ibi: omnes habitatores. Circa Primum dicitur. Veb terre scilicet Egypti. cymbalo alarum. dicitur autem Egyptus alarum cymbalum. quia Rex Egypti denuntiando regno Iuda magna promissa. faciebat ipsum inuanum confidere sub alarum suarum umbra. que est transflumen Ethiopie istud flumen est Nilus diuidens Egyptũ ab Ethiopia. & per ipsum transiuit Alexander Magnus de Ethiopia in egyptũ. qui mittit in mari legatos id est nuntios per mare ad Regem Iude ipsum assecurando. In uasis papyri id est in nauibus de papyro factis. Est enim papyrus species iunci ita magni. ꝙ inde poterant fieri nauicule. ut dicunt aliqui: uel ut dicunt alii. in uasis papyri id est cum litteris in papyro scriptis. quas portabant dicti nuntii. uidet̃ tamen mihi ꝙ papyrus non accipitur hic pro iunco realiter. sed tantum similitudinarie scilicet pro ligno complanato. sicut iuncus habet superficiem planam. & absq; nodis. unde & Gen. vi. ubi dicitur fac tibi arcam de lignis leuigatis id est dolatis. & complanatis. ut dictum fuit ibidem. In Hebreo habetur de lignis gopher. & ista eadem dictio ponitur hic. ubi enim nos habemus in uasis papyri: In Hebreo habetur. in uasis gopher. & scd'm Hebreos significat iuncum non realiter tñ. sed similitudinarie accipitur hic. & ibi modo dicto. arca enim noe. que fuit tante quantitatis: non potest fieri de iuncis. Ite angeli id est nuntii ad gentem diuulsam & dilaceratam id est ad gentem regni Iude ut habetur in fine huius partis. hec enim gens fuit multipliciter conuulsa. & dilacerata. & frequẽter scilicet a Regibus Israel. Egypti. Syrie. & Assyriorũ. & Babyloniorum. ut patet. iii.

Regum. Ad populum terribilem non a potestate. sed a miseria sibi superueniente : quia populus cadens in ifortunius. & miserius. ex sui consideratione incutit terrorem alius. ne eis similiter contingat. postq̃ non est aliꝰ scilicet miserabilior. gentem exꝑpectantem scilicet auxilium ab Egyptius contra Regem Babylonis. sed quia ista expectatio fuit frustra. Ideo subditur: & conculcatam ab exercitu Babylonis cuius diripuerunt flumina id est impetus aduersariorꝫ. terra eius & que sit illa terra subdit̃. ad montem nominis etc. quia in Hierusalem erat templum nomini dei dedicatũ. Oms̃ habitatores. Hic consequenter ponitur Egyptiorum punitio. circa quam sciendum ꝙ punitio. posita in hoc capitulo & in duobus sequentibus. communiter exponitur a doctoribus nostris de punitione Egypti. que facta est per Assyrios. sed saluo meliori iudicio. exponitur de triplici punitione Egypti. quarum Prima secundum ordinem historie facta fuit per Assyrios. Secunda per Babylonios. Tertia per Romanos. & Primo hic ponitur secunda. Secundo. Tertia capitulo. xix. & Tertio prima capi. xxvii. scriptura enim sacra non semper procedit secundum ordinẽ historie. & maxime in Prophetis. sed frequenter prius facta posterius scribuntur: ut patet quasi in omnibus libris sacre scripture. Rationabiliter enĩ ponit primo Propheta punitionẽ per Babylonios factã. continuando se ad partem precedentem. in qua posuerat preuaricationem Egyptiorꝫ prebendo confidentiã falsam rebellandi contra Babylonios. & ideo immediate subiunxit punitionem Egyptiorum per ipsos. & diuiditur in duas partes. quia Primo ponit̃ Egyptiorum punitio. Secũdo Iudeorum consolatio. ibi: in illo tempore. Circa Primum dicit Propheta. omnes habitatores orbis id est Egypti & est hyperpolica locutio. ad denotandum magnitudinem illius regni. & multitudinẽ populi. sicut dicitur. Parisius est totus mundus. cum eleuatum fuerit signum id est uexillum Regis Babylonis. in montibus id est in fortalitiis in alto situatis. uidebitis ad desolationem uestram. & clangorem tube audietis. ad concitandũ bellum contra totã terram Egypti residuam. Ego quiescam a protectione Egyptiorum. & considerabo in loco suo id est in memetipso sicut meridiana lux. quia omnia nuda. & aperta sunt oculis dñi. & sicut nubes roris in die messis. que refrigerat messores a labore. & calore ita refrigerabo Babylonios in laboribus belli: ut defacili possint uos deuincere. & detruncare. Ante enim messem id est ante perfectionẽ. totus effloruit scilicet populus Egypti. & immatura perfectio germinauit id est ante tempus debitũ. & sic cito corrumpetur. Ideo subditur: prescindentur ramusculi eius falcibus etc. id est populus Egypti etiam usq; ad minimos interficietur. & relinquetur simul auibus montium. & bestiis terre scilicet cadauera Egyptiorum ab eis deuoranda. Et estate perpetua id est estate integra erunt super eum uolucres. quia inde satis habebũt ad comedendum pro illo tempore. & omnes bestie terre super eũ byemabunt id est satis ad comedendũ per totam byemem habebunt. per estatem enim hic positam. & byemem intelligitur tempus unius anni. ut dicit Ra. Sa. In illo tempore. Hic consequenter describitur consolatio Iudeorum facta per Cyrum Regem Persarum qui dedit licẽtiam Iudeis de redeundo in Iudeam. & uasa templi remisit cum eis. ut habetur p̃mo Esdre primo. & hoc est qđ dicitur. in illo tempore. qa postq̃ Nabuchodonosor debellauit Egyptũ tempore Balthasar nepotis sui regnum Babylonis fuit translatũ ad Medos & Persas. deferetur munus id est uasa a Cyro remissa. ut dictum est. & etiam quia Iudei remanentes in Babylone miserunt munera ad locũ dei in cultus per Iudeos illuc redeuntes. ut habetur primo Esdre primo. a populo diuulso id est a populo regni Iude diuulso

& dilacerato modo supra exposito etc.

ONus Egypti. Hic consequenter denuntiat punitio Egyptiorum per Romanos. & Primo ponitur dicta punitio. Secundo consolatio Iudeorum. ibi: In die illa erunt. Circa Primum. sciendum quod Antonius collega Augusti cesaris sub quo natus fuit Christus amore Cleopatre Regine Egypti captus repudiauit uxorem suam. Augusti sororem. & Cleopatram accepit. & Augusto bellum indixit a quo tamen fuit debellatus. & capta Egyptus: & quia tpe Augusti Christus fuit natus. & in Egyptum portatus: ideo ab hoc incipit Propheta dicens. Ecce dominus ascendet super nubem leuem. assumendo sibi carnem humanam. que dicit nubes: quia nubes sursum generat in aere. & leuis. quia non fuit aggrauata pondere peccati originalis. Et ingredietur Egyptum fugiens persecutionem Herodis Matthei secundo. & mouebuntur simulacra Egypti a facie eius. quia ipso ingrediente Egyptum simulacra corruerunt ut dicitur in scholastica historia. in signum destructionis idolatrie per predicationem Euangelii destruende. & cor Egypti tabescet in medio eius. hoc refertur ad Antonium Regem. & Cleopatram Reginam. quia sicut cor mouet alia membra. sic populum Egypti mouebunt Rex & Regina. & bn̄ dicitur tabescet in medio eius. qa exercitu Egypti debellato Antonius fugiens seipsum interfecit. ne caperetur ab Augusto: & similiter Cleopatra excitauit serpentem uenenosum ad se mordendum. & sic morsu serpentis interiit & concurrere faciam Egyptios etc. quia aliqui eorum timentes Augusti potestatem. iunxerunt se ei. & sic pugnabant cōtra alios Egyptios. qui erant cum Antonio. Et dirumpetur spiritus Egypti id est fortitudo eius & consilium eius precipitando. quia Antonius intendebat Augustum deiicere ab Imperio. & accidit econtrario. Et interrogabant simulacra etc. quia Antonius & Cleopatra in talibus confidebant & tradam Egyptum in manibus dominorum crudelium. quia multi Egyptii fuerunt in illo bello occisi. & quia capta Egypto a Romanis. fuerūt ibi positi Prefecti Romanorum. qui super eos ponebant graue iugum. Et Rex fortis dominabit eorum scilicet Augustus. qui inter imperatores fuit potentissimus. Et arescet aq̄ de mari. & fluuius desolabitur etc. per hoc intelligitur desolatio terre Egypti: que ex una parte est supra mare. & ex alia sup Nilum. Calamus & iuncus marcescet etc. per hoc designat. quod gaudium. & leticia deficient de Egypto. quia uiror iunci. & calami leticiam significat. unde pratum uirens dicitur communiter ridere. & merebunt piscatores etc. multi enim illius artis erant in Egypto. eo quod abundat aquis. habet enim mare ex una parte. & Nilum ex altera. Confundentur qui operabantur linum. id est qui faciebant subtilia opera de lino. Et erunt irrigua eius flaccentia id est arentia. Omnes qui faciebant lacunas id est uiuaria. per ista que dicta sunt intelligitur. quod omnes artifices Egypti per Romanos depdarentur. & uastarentur. & consequenter idem ostendit de Principibus. & maioribus. cum dicitur: stulti Principes Thaneos dicti a Thanis ciuitate Egypti ualde nobili. Sapientes consiliarii Pharonis Antonium uocat Pharonem qa omnes Reges Egypti ab antiquo & tempore Esaie uocabantur Pharones. dederunt consilium insipiens scilicet Antonio de mouendo prelium contra Augustum. Quomō dicet Pharoni filii sapientum etc. allegabant enim quod in Egypto uiguerat sapientia ab antiquo. ut habetur primo Methaphysice & quod illud regnum erat ualde antiquum. & antiquius satis q̄ regnum Romanum. quod incepit tempore Achaz Regis Iude. ut habetur in historia scholastica. & sic dicebant quod nomen Monarchie ibi poneretur. & quia accidit contrarium: Ideo subditur: Vbi nunc sunt sapientes tui? quasi diceret

apparet eorum insipientia denuntient tibi etc. quasi diceret non potuerunt. & patet littera usq; ibi. deceperunt Egyptum scilicet consiliarii predicti. & subditur modus deceptionis. Angulum populoz eius. angulus qui duabus lineis concurrentibus efficit hic dicit coniunctio Antonii: & Cleopatre & sic est sensus. ꝙ decipiendo Cleopatram & Antonium deceperunt per consequens totam Egyptum. dñs miscuit in medio eius spiritum uertiginis id est contrauersie & erroris. hoc enim fecit dominus permissiue propter mala Egyptioz punienda. & non erit Egypto opus. id est populus Egypti non habebit se intromittere de Rege preficiendo. qui per caput designatur. nec de familia eum sequente. que dicitur cauda. nec de Iudicibus & Prefectis populum gubernantibus. eum refrenando ab iniuriis inferendis. & penis incuruando pro illatis. quia capta Egypto per Augustū gubernatio deuoluta est ad Imperium Romanū quod ponebat ibi Prefectos. & Iudices. In die illa erit Egyptus quasi mulieres id ē Egypti erunt totaliter subiecti Romanis. sicut mulieres uiris. & timebunt a facie commotionis manus dñi. id est potestatis eius. quam tribuet Augusto contra Egyptū. quia omnis potestas a deo est. & erit terra Iuda Egypto in pauorem. imputando uastationem suam euenisse propter mala. que fecerat Antonius in terra Iuda qui Antigonum descendentem a Machabeis interfecit. & Herodem alienigenam Regem Iude cōstituit. ut habetur in scholastica historia. Omnis qui recordatus fuerit illius. de malis que fecit Antonius in Iudea. & de illis que propter hoc uenerunt in Egypto pauebit a facie consilii domini. timens eius iudicia. In die illa. Hic consequenter describitur Egyptiorum releuatio per susceptionem fidei. & cultus diuini. que preualent omnibus temporalibus bonis. & diuiditur in duas partes. quia Primo describitur ista receptio fidei ab Egyptiis. Secundo ab Assyrus. ibi: in die illa. Circa Primū sciendum ꝙ aliqui Hebrei. & similiter aliqui Catholici in hoc eos sequentes exponunt partem istam de Onia sacerdote. qui de Iudea cum pluribus intrauit Egyptū dicens. se uelle implere prophetiam Esaie. que ponitur hic. Et cum Rex Egypti honorifice eum recepisset: & ciuitatem ad habitandum concessisset: erexit ibi altare domini. hostias & oblationes offerens super illud. sed hoc non uidetur uerum. primo quia hic dicit erunt quinq; ciuitates etc. Onie uero non legitur nisi tantum una ciuitas assignata. secundo quia illud factum Onie non fuit laudabile: sed uituperabile. secundum quod dicitur Danielis. x. filii quoq; preuaricatorum populi tui extollentur: ut impleant uisionem: & corruent: qd̄ exponit̄ de hoc facto Onie. non enim licebat Iudeis erigere altare. & sacrificare nisi in Hierusalē & maxime post templi Salomonis edificationē. factū autem quod hic dicitur commendabile est. & a deo acceptum. ut patebit litteram prosequendo. Ra. Sa. aliam expositionem ponit dicens: ꝙ Sennacherib ultimo uenies cōtra Hierusalem adduxit secum aliquos Principes de Egypto. quos ceperat in bello contra Therathan Regem Ethiopie quem iuuabant. de quo bello habetur quarto Regum. xix. & illos Principes adduxit secum compeditos. ut ostenderet eos Ezechie & populo eius ad terrendum eos. sed quando exercitus Sennacherib fuit percussus: ipsi fuerunt saluati. & per Ezechiam a uinculis liberati. & sic reuertentes in terram suam fecerunt altaria ad colendum deum Israel. qui eos liberauerat. de manu Sennacherib. & sic exponit litteram istam. erunt quiq; ciuitates in terra Egypti etc. Sed contra hoc est. quod subdit̄: loquentes linguam Chananeam etc. id est Hebraicam. quia terra Chanaan. tunc a longo tempore ante ab Hebreis habitabatur. Si autem dictum Ra. Sa. esset uerum. Propheta diceret loquentes liguam Egyptiacam etc.

Si aũt dicatur ꝙ duxerũt secum Hebreos ad faciendum diuinũ officium in Egypto. non ualet: quia nõ erat eis licitum ibi erigere altare ut dictum est. & sic factum eoꝝ esset uituperabile. Item nulla scriptura Canonica. nec historia famosa de hoc aliquid dicit: & ideo illud dictum uidetur esse ficticium propter quod pars ista exponitur de receptione fidei Christiane ab Egyptiis quam beatus Simon predicauit in Egypto que ei forte aduenit. ut habetur in legenda sua. & similiter Marcus Euangelista se/cundum qđ Hieronymus in libro Illustrium uirorum dicit. & tunc ipsi ordinauerũt ibi Ecclesias. & erexerunt altaria. in nomine domini Iesu Christi. & secundum hoc dicatur hic. In die illa id est tempore Christi qui natus fuit sub Augusto erunt quíq; ciuitates. in terra Egypti loquentes linguam Chanaam id est Hebraicam. in Egypto enim erant multi Iudei qui fuerunt illuc dispersi tempore Machabeorum. & ante. q credentes ad predicationem Simonis Apostoli. & Marci Euangeliste fuerunt ab eis ordinati. & dispositi ad regimẽ. & doctrinam Egyptiorum in Christum credentium. & ad celebrandum diuinum officium in lingua Hebraica. potest etiam dici ꝙ Egypti ad fidem conuersi deum laudabant Hebraica lingua. quia in primitiua Ecclesia bap/tizatis per impressionem manuum Apostoloꝝ dabat̃ spiritus sanctus in signo uisibili. & loquebãtur uariis linguis. ut habetur Actuum. viii. & .xix. fit autem hic mentio magis in speciali de lingua Hebraia q̃ de aliis. qa illa est lingua p̀ma. & fuit omnibus communis usq; ad edificationem turris Babel: ut habetur Gen. xi. Et exprimuntur hic quinq; ciuitates. tanq̃ principales in quibus. fuit Euangeliũ predicatũ in Egypto. licet in pluribus aliis locis eiusdem regni predicatũ fuerit tempore Apostoloꝝ. ciuitas Solis uocabatur una id est Christi qui est sol iusticie. eo ꝙ fides Christi ibi uiguit tempore Marci Euangeliste sub quo fideles uiuebant in Alexandria habentes oĩa communia. eo modo quo leguntur uixisse sub Petro in Hierusalem Actuum quarto. propter quod Philo disertissimus Iudeorum librum conposuit ad commendationem uite ipsorum. ut dicit Hieronymus in libro Illustrium uirorum. Alii uero dicunt. ꝙ ciuitas Solis hic dicitur Heliopolis que est ciuitas in Egypto. & dicitur ab Helios qđ est sol. & polis. quod est ciuitas. & de ea fit hic mentio specialis. eo ꝙ sacerdotes ibi manserunt ab antiquo. ut habetur Gen. xli. In die illa erit altare domini in medio terre Egypti dedicatum in honore Christi. Ideo subditur: & erit titulus iuxta ter/minum eius. Istud potest referri ad Christum. eo ꝙ iste titulus sit Iesus Nazarenus Rex Iudeorum qui in termino uite Christi passibilis fuit positus super crucẽ. signum autem crucis ponitur in altaribus. & locis. Christi nomine dedicatis. potest etiã referri ad terram Egypti ut sit sensus. ꝙ fides Christi fuerit predicata per totam Egyptum usq; ad terminos eius. Clamabunt enim ad dominũ scilicet Egyptii. A facie tribulantis scilicet demonis & mittet eis Saluatorem scilicet Iesum Christum ab eis receptum per ueram fidem. ab Apostolis ab eo missis predicatam. Qui liberet eos de tenebris erroris. & potestate demonis. Ideo subdit̃: & cognoscetur dominus etc. & colent eũ in hostiis. hostia noui testamenti est eucharistia. que dicitur hic hostia in plurali. quia succedet omnibus hostiis. & sacrificiis ueteris testamenti. potest hoc etiam referri non solum ad eucharistiam. sed etiam ad orationes. & suffragia Ecclesie que dicuntur hostie. Psal. xlix. Sacrificium laudis honorificabit me etc. Et percutiet dñs Egyptum plaga id est temporali pena ut dictum est. ad eius castigationem. Et saluabit eam per ueram fidem. Et reuertentur ad dominũ ueraciter. & perfecte. Ideo subditur: & plantabit̃ eis etc. In die illa erit uia de Egypto in Assyrios etc. quia predicatores Euangelii

de una terra discurrebant ad aliam. & econuerso. ut patet in Actibus Apostolorum in pluribus locis. Et seruiēt Egyptii Assyriis scilicet ex mutua caritate. qa in p̄mitiua ecclesia fideles undecunq; essent: quando conueniebant adinuicē uiuebant in maxia concordia. ut patet Actuum. iiii. & ad hoc refertur quod subditur: In die illa erit Israel certius quia Apostoli de Israel per predicationē Euangelii coniunxerunt diuersos populos adinuicem mutua caritate. Ideo subditur: benedictio in medio terre quia benedictio datur terre existentibus in caritate & ex his patet sententia littere sequentis.

.XX.

IN anno. Hic consequenter ponitur punitio Egyptiorum facta per Assyrios & diuiditur in duas partes. quia Primo ponit̄ punitio Egyptiorum. Secundo ex hoc sequens stupefactio Iudeorum. ibi: & timebunt. Circa Primum premittitur tempus reuelationis facte de ista punitione cum dicitur. In anno quo ingressus est Tarthan in Azotū que est ciuitas Phylistinoꝝ quam cepit iste Tarthan Princeps militie Regis Assyriorum. In tempore illo loquutus est dominus in manu Esaie de Egyptiorum punitione. uide & solue saccum etc. Prophete enim aliquando denuntiabant prophetiam suam non solum uerbis. sed etiam aliquando sensibilibus signis. sicut Hieremias posuit cathenas ad collum suum. ad significandum q̄ sic ducerentur cathenati illi contra quos prophetauit. Hieremie. xxvii. & sic Esaias iuit nudus. & discalciatus ad designandum q̄ Egyptii & Ethiopes nudi & discalciati in captiuitatem ducerentur. per Regem Assyrioꝝ & patet littera: hoc excepto trium annoꝝ signum & portentum quod exponitur sic. q̄ hoc fecit Esaias per tres annos. anteq̄ accideret istud factum. quorum numerus incipit ab illo tēpore. quo Tarthan cepit Azotum. Rex enim Assyrioꝝ existens in Iudea. & eam deuastans. audiuit de Rege Ethiopū. q̄ egressus erat ad impugnandum ipsum. & cum eo erat Rex Egypti & tunc recessit de Iudea & illos Reges debellauit. & populum duxit captiuum in fine trium annoꝝ postq̄ Esaias hoc predixerat. Ra. Sa. dicit q̄. ly. trium annorum. non solum referē ad tempus reuelationis facte Esaie. usq; ad eius impletionem. ut dictum est: sed etiam refertur ad factum Esaie scilicet q̄ tribus annis iuit sic nudus. & discalciatus. sed hoc non uidetur uerisimile q̄ dominus tam diu faceret eum incedere taliter. maxime cum esset de stirpe regia. & ideo alii expositores dicunt. q̄ iuit tantum sit tribus diebus in signum trium annorum dictorum. sicut dicitur Ezechie. iiii. diem pro anno dedi tibi. Et timebunt. Hic consequenter ponitur stupefactio Iudeorum qui confidebant in adiutorio Regum Egypti & Ethiopie. contra Regem Assyriorum. & ideo quando sciuerunt eos captiuatos a Rege Assyriorum fuerunt territi. & stupefacti. & hoc est quod dicitur. & timebunt. & confundentur inde scilicet ab Ethiopia spe sua id est de cuius auxilio gloriabantur. & dicet habitator insule huius id est populus regni Iude. que dicitur insula. eo q̄ est inter duo maria scilicet mare mortuū ab oriente. & mare mediterraneum ab occidente. dicunt tamen aliqui. q̄ dicitur insula eo q̄ concutiebat̄ hinc & inde tribulatiōibus sicut insula fluctibus. sed p̄ma expositio est magis litteralis cetera patent ex dictis.

.XXI.

ONus deserti maris. presens capitulum in tres partes diuiditur. quia Propheta Primo loquitur. cōtra Babylonios. Secundo contra Idumeos. ibi: onus Idumee. Tertio contra Agarenos. ibi: onus in Arabia. Circa Primum sciendum q̄ spiritus prophetie non semper adest prophetis & quando tangit mentem prophete de aliquo negotio futuro. non semper reuelat omnes condictiones. sicut plenius dictum fuit in

principio libri Psalmorum cum ageretur de uario tactu spiritus sancti. circa mentes Prophetaꝝ. & inde est ꝙ de eodē negotio pluribus uicibus tangit mentes Prophetaꝝ: reuelando una uice. quod non erat in alia reuelatum. & sic Prophete frequenter idē repetunt addendo ad ea. que prius uiderant. uel magis explicando. q̄ primo fecerāt. & sic est in proposito. superius enim Esaias destructionem Babylonis denuntiauerat. xiii. ca. & xiiii. & hic eādem destructionem repetit explicando aliqua. que nō fuerāt prius taliter explicata. & diuiditur in duas partes. secundum duo. que hic explicantur. Secundum ponitur ibi Babylon dilecta. Prima in duas. quia Primo ponitur dicta explicatio. Secundo prophete compassio. ibi: propterea. Circa Primū dicitur. onus deserti maris id est Babylonis ut patebit ex sequentibus & secundum aliquos dicitur hic mare. propter populi in ea existentis multitudinē. & mare desertum. eo ꝙ Prophe/ta denuntiabat eam deserendam a suis habitatoribus. Sed mihi uidetur melius hic dici desertum maris. uel mare desertum. ad explicandum modum captionis Babylonice qui non fuit superius explicatus. Perse enim & Medi obsidentes Babylonem. & non potentes eam capere. propter muroꝝ multitudinem. & spissitudinem longe a ciuitate diuiserunt fluuiū Euphratem qui per arcus transibat per mediam ciuitatem. in multos riuos: ita ꝙ intrauerunt ciuitatem per arcus illos. & sic dicitur Babylon desertū maris. propter attenuationem Euphratis qui est magnus fluuius. propter quod dicitur hic mare. more Hebraici sermonis. quo congregatio magne aque mare uocatur. secundū illud Genesis primo. congregationesq; aquarum appellauit maria. sicut turbines ab africo ueniunt. africus est uentus latralis inter meridiem. & occidentem. & dicunt hic aliqui expositores. ꝙ Perse & Medi ex illa parte uenerunt contra Babylonē sed hoc non uidetur uerum. quia regiones Medie & Persidis. magis declinant ad oppositam partem. & ideo per hoc. quod hic dicitur: ab africo etc. Non designatur terminus seu plaga. unde uenit exercitus contra Babylonem. sed magis designatur modus ue/niendi. quia africus uentus est tempestuosus. generans turbines fulgura. & tonitrua: que sunt ualde terribilia. & hoc modo Perse & Medi uenerunt contra Babylonem. quam destruxerunt. & populum occiderunt. ut dictum est supra. capitulo. xiii. De deserto uenit quia inter Babylonē & locū unde uenit exercitus. erat q̄dam desertū: per q̄ transiit de terra horribili id est de Media & Persida que erat horrēda Baby/lonis. Visio dura contra Babylonios nuntiata est mihi. & que sit illa: subditur. qui incredulus est: infideliter agit: & qui depopulator est: uastat. In Hebreo habetur contemnens contemnens. uel decipiens decipiens: deuastans deuastans quod exponit Ra. Sa. de regno Babylonis. & regno Persarum. quia post regnum Babylonie quod contempsit. seu decipit: & deuastauit multas prouincias: surrexit regnum Persarum sub Cyro qui sibi subiecit regnum Babylonie & deuastauit secundum quod dicit infra. xxxiii. Veh qui spernis: nonne & ipse spernetis: Veh qui predaris: nonne & ipse predaberis. etc. ad eūdē sensum reducit translatio nostra qui incredulus est infideliter agit. hoc dicitur de Balthasar Rege Babylonis. qui fuit idolatra pessimus. ut habetur Danielis. v. & sic fuit incredulus. uel quia dictum Hieremie. xxix. de regni sui ter/minatione credidit esse falsum. propter quod fecit illud conuiuiū magnum Danielis. v. Egit etiam infideliter. qa uasa diuino cultui dedicata. applicauit usibus cōmuni/bus in illo conuiuio. & qui depopulator est. uastat. quod intelligitur de Cyro. qui Babylonem. & multas alias prouincias depopulauit & uastauit. Ascende Helam regio est Persidis. cuius bellatores cū Cyro ascenderunt cōtra Babylonem. Obside Medeba

In Hebreo. & libris correctis. habetur Mede quoniam Perse & Medi obsiderunt Babylonem. omnē gemitū eius cessare feci id est faciam de propinquo. eo ꝙ Babylonii a uobis capti. non audeant coram uobis conqueri pre nimio timore & depressiōe. Propterea. Hic consequenter ponitur Prophete compassio. quia licet oderet Babyloniorum malitiam: diligebat tamen naturam. & ideo compatiebatur miserie eius. quā uidebat futuram. & hoc est quod dicit Propheta. Repleti sunt lumbi mei dolore etc. & patet littera usq; ibi. tenebre stupefecerunt me id est miserie uenture sup Babylonē stupefecerunt me pre admiratione. Babylon. Hic ponitur secundum explicans Babyloniis captionis modū. & Primo ex demerito Balthasar Regis. Secundo quantū ad modum exercitus contra eum uenientis. ibi: hoc enim dixit. Circa Primum dicitur. pone mensam. In hoc alloquitur Balthasar. qui fecit grande conuiuium Danielis. v. dicunt autem aliqui ꝙ Cyrus & Darius fuerunt in conuiuio inuitati a Balthasar eo ꝙ dolose simulauerant se uelle pacificare cum eo. & sic recedere cum amicicie federe. propter quod Balthasar fecit eis conuiuium. Sed hoc non uidetur uerum: qa Dan. v. dicitur Balthasar Rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille. si autem fecisset conuiuium illud Cyro & Dario Regibus. principaliter expressa eorum nosa fuissent. propter qđ dicunt Hebrei ꝙ fecit illud conuiuium suis principibus estimās dictum Hieremie falsum fuisse de terminatione regni sui. quia terminum positum Hieremie. xxix. credidit esse translatum. propter quod in dei contemptum fecit apportari uasa dei. in illo conuiuio. & quia ex hoc meruit a deo condemnari ut ibidem dicitur. Ideo sequitur: Contemplare in specula scilicet manum scribentem sententiam dei contra te. contra candelabrum in superficie parietis aule regie. cuius scriptura & expositio diffuse ponunt Danielis. v. Comedentes & bibentes surgite Principes etc. quasi diceret Propheta non est uobis tempus festiuandi. sed magis defendendi uos. quia eadē nocte Perse & Medi intrauerūt ciuitatē modo supradicto. & interfectus fuit Balthasar cū populo suo Danielis. v. Hoc enim dixit mihi. Hic aūt Propheta explicat modum ueniendi Persarum & Medorum contra Babylonem dicens. hoc enī dixit mihi dominus. cuius uerbum non potuit esse falsum. Vade. & pone speculatorē etc. dicunt Hebrei ꝙ iste fuit Abacuc Propheta. eo quod subditur infra. super specula domini ego sum stans. cuius sententia ponitur Abacuc. ii. ex persona ipsius dicta. sed melius intelligitur de ipsomet Esaia. ut habetur ex fine huius partis. sic igitē exponitur. Vade & pone speculatorem scilicet teipsum ad uidendum. & denuntiandū populo tuo. que uentura sunt super Babylonem. Et uidit. loquitur de seipso quasi de altero. & hic modus loquendi frequens est in Prophetis & in Euangelius. Currum duorum equitum id est Cyri Regis Persarum. & Darii Regis Medorum. qui erant iuncti. quasi due rote in uno curru. ad currendum super Babylonem. ascensorē asini & ascensorem cameli. uidit enim uisione imaginaria. duos equites. quorum unus equitabat asinum. & alter camelum. & intellexit ꝙ per equitantem asinū significabat Cyrum presidentem regno Persarum. quod usq; ad tempus Cyri fuit humile & subiectum & ꝙ ascensor cameli. qui est animal notabile & magnum significabat Darium presidentem regno Medorum. quod a longo tempore fuit notabile. & magnum. & contemplatus est diligenter ad precipiendū reuelationē diuinā. sicut bonus discipulus ad intelligendum magistri sui doctrinam. unde dicit infra. lx. capitulo mane erigit mihi aurem. audiam eum quasi magistrū. & clamauit ut leo. quia sicut rugitus leonis est terribilis. sic prophetia sua erat terribilis Babyloniis. Super specula domini ego sum stans etc. paratus ad uidendum illud. quod mihi ostenderit. Et super custodiam

meam ut per peccatum meum diuinis reuelationibus non ponam impedimentum . & subdit uisio sibi ostensa . Ecce iste uenit scilicet contra Babylonem uir ascensor bige equitū id ē Cyrus in ꝓximo accepturus sup duo regna dominiū. uel aliter uir ascensor etc. id est uiri ascensores. accipiendo singulare pro plurali. sicut Exodi octauo. uenit musca grauissima id est multitudo muscarum. & isti uiri sunt Cyrus & Darius. Ita ꝙ per bigam equitum. idem intelligitur. quod supra per currum duorum equitum. Et respondit & dixit scilicet Esaias Propheta. qui nominatus est hic speculator. ut dictū est. Cecidit cecidit Babylon. & duplicatur cecidit. ad maiorem affirmationem ut cō / muniter exponitur. Ra. Sa. dicit ꝙ duplicatur ad significandum duplicem Babylonie casum. unum a Cyro & Dario a quibus capta fuit. & incensa. alium a domino a quo postea subuersa est taliter. ꝙ inhabitabilis facta est. ut dictum est supra. xiii. capi. Erit Babylon subuersa sicut subuertit dominus Sodomam & Gomorram: & omnia sculptilia eius contrita sunt. quia Perse & Medi ea confrigentes aurum & argentum asportauerunt. Consequenter Esaias conuertit se ad alloquendum regnum Iude. d. tritura mea & filia aree mee. In Hebreo habetur filius idem tamen significat. utroq; uocabulo Propheta enim populum regni Iude uocat trituram suam. & filiū. seu filiā aree sue per quod intelligitur granum purum a palea excussum. Intentio enim eius erat excutere a populo omnem malitiam. & castigare eos. per alienam flagellationem ab eo denuntiatam. Ideo subditur: que audiui a domino exercituum: qui fallere non potest. neq; falli. annunciaui uobis in ueritate pro uestra correctione. & per hoc patet. ꝙ tota pars ista a loco illo. uade. & pone speculatorem intelligitur de Esaia & nō de alio Propheta. Onus Duma. Hic Propheta scribit contra Idumeos qui post captiuitatem regni Iude fuerunt captiuati a Nabuchodonosor . & postea liberatis Iudeis per Cyrum. ipsi non fuerunt liberati. propter quod conquerebantur cum de/ scendissent de Isaac per Esau sicut filii Israel per Iacob sed hoc non ualebat quia non fuerunt ita penitentes. & conuersi ad deum. sicut Iudei. & hoc est. quod dicitur. onus Duma id est Edom nomina enim Hebraica aliquando uariantur a parte principii. & a parte finis sicut latina. unde sicut idem est nomen Colinus. & Nicolaus. sic Edom: & Duma. Ad me clamat ex Seir id est populus Idumeorum in captiuitate detentus Edom enim. & Seir nomina sunt eiusdem terre. clamat ad me pro sua liberatione. Ra. Sa. dicit. ꝙ iste clamor. intelligitur oratio angeli presidentis populo Idumeoꝝ. angeli enim sancti deum deprecantur pro populis. quorum custodie sunt prefecti. ut habetur Danielis. x. custos id est domine qui es custos omnium. secundum Psal. centesimū. xxvi. Nisi dominus custodierit ciuitatē etc. quid de nocte id est quantum remanet nobis de nocte huius captiuitatis. dixit custos id est dominus loquens ꝑ Isaiā uenit mane. uenit & nox. id est mane consolationis: & nox tribulationis inducuntur a deo secundū merita. & demerita hominum. quasi diceret si uultis exire de captiuitatis nocte. conuertimini ad deum ueraciter & ex corde. Ideo subditur. si queritis. querite etc. Onus in Arabia. Hic Propheta scribit contra Agarenos qui magis ꝓprie sic no/ minantur. q̄ Sarraceni eo ꝙ descenderunt ab Abraham per Ismahelem filium Agar ancille: sed ipsi usurpauerunt sibi nomen a Sarra. que fuit libera: tempore enim quo Nabuchodonosor. uastauit Iudeam multi de Iudeis fugerunt uersus Arabiam. ubi habitabant Agareni credentes ibi habere aliquod refugium. eo ꝙ descenderunt ab Abraham. sicut & ipsi. sed ipsi econtrario fuerunt eis duri. propter quod Propheta denuntiat eorum punitionē dicens. Onus in Arabia. Circa quod sciendum. ꝙ duplex est Arabia. superior. & inferior. Inferior aūt propinqua est Iudee ad quā fugerunt

Iudei. & illa fuit captiuata a Nabuchodonosor propter duritiam predictam. & non alia. & ad hoc denotandum. dicitur hic: onus in Arabia id est in una parte Arabie & non in tota. non dicit onus Arabie. sicut onus Babylonis. & aliarum. Consequenter describit fugam Iudeorum dicens. in saltu ad uesperam dormietis. propter defectum hospicii quia non recipient uos Agareni. In semitis Dodanim nomen est loci ad quē est uia per saltum illum. Occurrentes sitienti ferte aquam qui habitatis terram austri etc. id est o uos Agareni qui habitatis in plaga australi respectu Iudee occurrite misericorditer Iudeis fugientibus. qui sunt cognati uestri. a facie enim gladioꝝ fugerūt etc. quasi diceret ista fuga non procedit ex pusillamitate. sed ex necessitate. propter quod deberent magis eis compati. & quia hoc non fecistis: Ideo subditur pena uestra. cum dicitur: quoniam hoc dicit dominus. cuius dictum non potest esse falsum. Adhuc in uno anno id est post captiuitatem Iudeorum per unum annum tantum stabitis in gloria. & potestate uestra. quasi in anno mercennarii id est sicut mercennarius considerat finem anni. in quo locatus est ad seruiendum: & recipiendum premium: sic ego cōsidero uobis reddere penam. pro uestra duritia. & nequitia statim illo anno transacto. Ideo subditur: Et auferetur omnis gloria Cedar id est terre Agarenorum sic nominate a Cedar filio Ismahelis. per unum enim annū post captiuitatem regni Iude captiuauit eos Nabuchodonosor. & reliquie numeri sagittariorum fortium etc. erāt enim Agareni exercitati in arte sagittandi. sicut & Ismahel eorum pater. ut dicitur Gen. xxi. factusq; est iuuenis sagittarius. dominus enī deus Israel loquutus est. cuius uerbum est stabile. & firmum. & in hoc ostendit Propheta. q̄ hec est prophetia p̄destinationis que infallibiter adimpletur .

.XXII.

ONus Vallis. Hic inter punitionem aliaꝝ gentium resumit Propheta punitionē regni Iuda addendo aliqua. que non fuerunt superius dicta. Et diuiditur in duas partes. quia Primo Propheta loquitur. contra regnum. Secundo contra sacerdotium. ibi: hoc dicit dominuus. Prima in duas. quia Primo describitur regni Iude punitio. Secundo subditur punitionis ratio. ibi: Reuelabitur. Prima adhuc in duas: quia Primo ponitur denuntiatio pene. Secundo subditur compassio Prophete. ibi: propterea dixi. Circa Primum dicitur. onus uallis licet enim Hierusalem quantum ad unam partem sit in monte. tñ una pars est in ualle: & quia Propheta hic denuntiat futuram eius detectionem per Nabuchodonosor Regem. ideo potius eam nominat nomine uallis. q̄ montis. Visionis quia multi Prophete uisiones habuerunt de eius destructione quid nam tibi quoq; id est qua de causa. quia ascendisti & tu omnis in tecta id est ad sacrificandum idolis super tecta domorum. ut dicunt communiter expositores nostri. & in hoc tangit culpa ciuitatis propter quam destructa fuit scilicet idolatria. Ra. Sa. exponit. q̄ appropinquante exercitu Nabucho. ad Hierusalem homines ascendebant super tecta domoꝝ. que sunt plana in terra illa. ad cōsiderandū inde magnitudinem exercitus. & ad proiciendum inde contra aduersarios lapides. & spicula cum machinis ad hoc ibi dispositis. Clamoris plena. qa in tali preparatione fit clamor populi. Vrbs frequens ciuitas exultans id est que plus fuisti exultans ex frequentia populi. i te habitātis. interfecti tui id ē de populo tuo. nō interfecti gladio. que est mors breuis. sed fame: que est mors diuturnior scd̄m q̄d dicit. iiii. Re. ultio. preualuit fames in ciuitate. cuncti Principes tui fugerunt scilicet Sedechias & uiri bellatores. ut habet ibidē dureq; ligati sunt. qa exercitus Regis Babylonis cōprehendit Sedechiam & eos qui erāt cum eo. Propterea dixi. Hic consequenter ponit cōpassio Esaie ꝓpter malū q̄d uidebat futuraꝝ genti sue cū dicit. propterea dixi recedite a me

quasi diceret nolo consolationem humanã. & patet littera. usq; ibi: dño deo exercituũ id est a domino deo exercituum ordinata est. Dies interfectionis populi mei. scrutãs murũ scilicet dñs faciens scrutari per Chaldeos & destrui & magnificans super montẽ scilicet Sion ubi erat templũ. & domus regia cum magnis sumptibus & laboribus edifi/cata. & omnia quasi in momento destructa fuerunt a Chaldeis magis uirtute diuina. q̃ humana: propter idolatrie peccata. Ra. Sa. dicit. q̃ ab illo loco ꝓpterea dixi etc. uerba sunt ipsius dei cõpatientis populo suo. in afflictionem posito. unde & in libro qui apud Hebreos dicitur berakoth id est benedictionum: dicitur q̃ quando deus recordatur de destructione templi. & captiuatione. Iudeorum flet. & lachryme eius cadunt in mare. sed hoc dictum falsum est. & puerile. & Helam sumpsit pharetram id est Helamite. q̃ sunt optimi sagittarii sumpserunt pharetras ad ueniendum cũ Nab. contra Hierusalem & currum. id est currus ad portandum arma. & alia necessaria exercitus. & parietem nudauit clipius id est clipei pendentes ad parietes inde fuerunt assumpti a bellatoribus Nabuchodonosor. ut uenirent ad bellandũ contra Hierusalẽ & erunt ualles tue electe id est in quibus crescebat uinum. & triticum. in abundantia· plena quadrigarius omnia terrenascentia conterentium. & equites ponent sedes suas id est custodias suas in porta id est in portis Hierusalem ita q̃ nullus possit in eis ingredi ad auxiliandum. nec exire ad fugiendum. Et reuelabit. Hic ponitur destructionis Hierusalem duplex ratio. Secunda ponitur ibi. & uocauit. Prima ratio fuit: quia nõ confidebant de deo. sed magis de propria uirtute. & industria. ad resistendum Nab. & hoc est. qd̃ dicit: & reuelabitur operimentum Iude scilicet templum. quod ꝓpter sui sanctitatem sic erat opertum. q̃ soli sacerdotes intrabant: & fecerunt inde fortalitiũ. Et uidebis in die illa armamentariũ. id est locum ubi reponebantur arma a tempore Salomonis. ut illis te munias cõtra Chaldeos. Et scissuras ciuitatis Dauid. ad reparãdũ & ponendum ibi defensores contra Chaldeos propter loci debilitatem. & congregasti aquas piscine inferioris: ad prouidendũ hominibus & iumentis de potu. tpe obsidionis & domos Hierusalẽ numerastis: ad sciendum quot essent ibi persone. & q̃liter possent eis uictualia sufficere. & destruxistis domos. ad muniendum murum: id est muros Hierusalem ad fortificandũ eos de lapidibus & lignis inde assumptis. & etiã ne hostes possent ibi habere latibula. loquit̃ hic de domibus que erant in suburbibus. que solent destrui ante aduentum aduersariorum: ne sint ciuitati obsesse innocumentum & lacũ fecistis id est aquam currere inter duos muros ad maiorem fortitudinem. ciuitas enim erat clausa triplici muro. & aquam piscine ueteris supple in statũ pristinũ restituitis. in obsidione enim plus indiget ciuitas aqua. eo q̃ plures conueniunt ibi ad defensionem ciuitatis. & ideo quedam piscina que alio tempore nõ erat necessaria propter qd̃ fuit derelicta: imminente obsidione fuit reparata. & non suspexistis ad eum. qui fecerat eã: scilicet Hierusalẽ & operatorem eiusdem longe quia ab eterno ꝓordinauit ibi ponere templum suo nomine dedicatum. non uidistis ad eius auxilium recurrendo. hoc ponit̃ ad ostendendum: q̃ alias talis preparatio pugne esset licita. & bona: sicut Ezechias diligenter se preparauit ad resistendum Sennacherib. ut habetur. iiii. Regum &. ii. Paralyp. quia principaliter de deo confidit. & illud quod erat humane prouidentie: non omisit. sed isti diuinũ auxilium totaliter neglexerant. in sua uirtute ac ꝓuidentia confidentes. Et uocauit: Hic ponit̃ Secunda causa destructionis Hierusalem scilicet contemptus uerbi diuini per Prophetas eis dicti & hoc est: qd̃ dicitur: & uocauit dñs scilicet per Prophetas In die illa id ẽ ante destructionem Hierusalem. ad fletum & planctum etc. id est ad debitam contritionem & satisfactionẽ de peccatis ut euitaret

pena diuine ultionis. Et ecce gaudium & letitia. per cõtrarium in contemptum uerbi Prophetarum eos ad penitentiam reuocantium. comedamus: & bibamus: cras enim moriemur. hoc enim inter epulas derisorie dicebant: eo q̃ Prophete comminabantur eis captiuitatem. & mortem. nisi peniterent: & quia talis contemptus malum eorũ aggrauabat: supra modum. Ideo subditur: & reuelata est in auribus meis. uox domini exercituum prouocati per talem contemptum. si dimittetur iniquitas hec id est non dimittetur accipiendo si. pro non. donec moriamini. nõ solum corporis morte. sed etiã gebenne. & accipitur hic donec absq; temporis determinatione sicut Psal. centesimo ix. donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum. Hec dicit. Hic consequẽter loquitur Propheta contra sacerdotium. & Primo contra Sobnam in speciali. Scd̃o contra alios magis in generali. ibi: in die illa. Prima in duas. quia Primo ponit̃ ipsius Sobne detectio. Secundo Eliachim substitutio. ibi: & erit. Circa Primũ. sciendum q̃ ille Sobna & ei adherẽtes suadebant Ezechie. q̃ redderet se. & ciuitatẽ Sennacherib. ut dicunt Hebrei Esaias aũt persuadebat contrarium. & quia non fuit factũ Sobne consilium. ideo partim motus indignatione. partim timore. ne Sennacherib ex magnitudine potentie temporalis ciuitatẽ caperet. armis finaliter occulte cum suis exiuit. & se reddidit Assyrius & ductus in eorũ terram ibi mortuus fuit. & hoc est qd̃ p̃dicit̃ hic Esaie a domino. uade etiam ad Sobnam prepositũ templi id est summũ sacerdotẽ. ut dicunt aliqui Hebrei. Alii uero dicunt: q̃ erat thesaurarius. & custos uasorũ tẽpli domini. primi tamen uidentur melius dicere. quia infra dicitur. q̃ Eliachim fuit summus sacerdos. tẽpore Ezechie ut dicit hic R a. Sa. & scriptura hoc satis innuit in hoc capitulo. quid tu hic scilicet agis in templo dei indigne ministrando. aut quasi quis hic quasi diceret facto te ostendis. ac si esses de genere Dauid Regis. Ideo subditur: quia excidisti tibi hoc sepulchrum etc. edificauerat sibi sepulchrum notabile in ciuitate Dauid. inter sepulchra Regũ. ut post mortẽ esset in memoria celebri. sicut & Ioiada summus sacerdos fuerat ibidem sepultus. propter bonitatem ipsius. ut habetur secũdo Paralyp. xxiiii. sed non erat simile de isto: propter quod priuatus fuit intento. Ideo subditur: Ecce dominus asportari te faciet ab Assyrius. sicut asportatur gallus gallinatius etc. id est per castrationẽ & pusillamitatẽ galline reductus. & in hoc designat Propheta q̃ partim ex timore erat se Assyrius redditurus. & quasi amictum sic subleuabit te id est faciliter & sine resistentia. coronans coronabit te tribulatione id est undiq; suscitabit tibi tribulationes sicut corona caput circundat. quasi pilam mittet te. que a ludentibus proicitur de manu ad manum. sic iste Sobna primo redditus manibus maiorum fuit positus ad manus minorum. qui deducerent eum ad terram Assyriorum. ibi morieris & nõ hic. ubi statuisti tibi sepulchrum. ibi erit curruus glorie tue conuersus in ignominiam. & ignominiam domus dñi tui. quia eius ignominia redundabat in templum domini cui fuerat prepositus. & expellam te de statione tua id est de dignitate sacerdotali. in qua credis stabiliri. Et erit: Hic cõsequenter describit̃ ipsius Eliachim substitutio cũ dicitur: uocabo seruũ meũ Eliachim id ẽ mihi fideliter seruientem. & illum induã tunica tua id est tunica sacerdotali hyacinthina. & cingulo tuo. de preciositate materie. & speciositate forme istorum ornamentorum summi sacerdotis dictum fuit diffuse Exodi. xxviii. & erit quasi pater habitantibus Hierusalem id est habens curam de eis pastoralem. & dabo clauem domus Dauid eo. q̃ precepit ipsum fieri per Salomonem filium suum. & preparauit expensas pro magna parte. & tradidit Salomoni descriptionẽ templi. & edificationẽ circa ipsum. ut habet̃ primo Paralyp. xxviii. super humeꝝ eius. quasi habens onus cure templi. & totius

populi. & aperiet: & non erit. qui claudat. hoc dicitur ad ostendendum superioritatē
eius. ad disponendum de ingressu templi. & ministerii ibidem exercendi. ex quo satis
ostenditur: q̄ fuit in summo sacerdotio constitutus. Et figam illum paxillum in loco
fideli id est principalem in templo domini. & suspendam super eum omnem gloriā etc.
id est omnes alii sacerdotes & Leuite innitentur eius potestati. sicut in paxillo inni/
tuntur ei. Vasoꝝ diuersa genera etc. per hoc innuens q̄ omnia essent sub ordinatiōe
potestate. usq; ad omne uas musicorum. uasa musicorum dicuntur hic instrumenta.
in quibus cantores cantabant diuinas laudes mō loquendi Hebraico. quo instrumētū
cuiuslibet artificis dicitur uas eius. unde & p̄mo Regum. xx. dedit igitur Ionathas
arma sua puero in Hebreo habetur uasa sua. In die illa loquitur Prophera contra
alios sacerdotes in generali. secundum quod dicunt expositores nostri communiter di/
centes q̄ hic propheravit de abiectione sacerdotū. tempore Sedechie. quando templū
fuit combustum. & sacerdotes in captiuitatem ducti. cum dicitur: auferetur paxillus
id est Iosedec qui tunc fuit sacerdos summus & peribit: q̄ pependerat in eo id est alii
sacerdotes. & ministri innitentes ei. sicut principali. R.a. Sa. uero hoc exponit de de/
iectionē sacerdotii minus generaliter. referens hanc scripturā ad ipsū Sobnā. de quo
supra fecerat mentionē in speciali. & hoc iterū ut ostēdat deiectionē aliorꝝ sibi adhe/
erentiū cū eo. & scd̄m hoc cū dicit. auferet paxillus: intelligitur ipse Sobna qui fuit
sacerdos sūmus. qui fixus fuerat ī loco fideli id ē constitutus in sūmo sacerdotio tēpli
& ꝓpter hoc ablatus a domino. qa ministrabat infideliter. & indigne. & peribit quod
pependerat in eo id est adherentes sibi. & uidetur ista expositio melior. q̄ prima. quia
littere precedenti magis consona. .XXIII.

ONus Tyri. Ad intelligentiā huius capituli sciendū. q̄ Tyrus fuit ciuitas. sita
in mari mediterraneo undiq; mari circundusa. tñ ex una ꝑte nō distabat multū
a littore. & ideo erat aptissima ad receptionem nauiū. ꝓpter qd̄ afferebant ibi multa
mercimonia. unde ꝓcessu tꝑis fuit multū ditata. & ī superbiā eleuata. ꝓpter qd̄ diuino
iudicio bis fuit euersa. p̄mo per Nab. qui ut eam facilius posset capere: uoluit eā cō/
tiguare terre implendo spaciū intermediū lapidibus. & lignis. & terra. & non potuit.
uerūntñ nauigio eam cepit: & subuertit. postea reedificata. iterum per Alexandrum
Magnum fuit euersa. qui per multitudinem populi cum eo existentis contiguauit eā
terre. & sic eam cepit sine nauigio. de Prima enim euersione agitur in hoc capitulo. &
specialiter ratione captiuitatis Iudaice quia regnum Tyri. & regnum Iude fuerunt
adinuicem confederata tempore Salomonis tertio Regum quinto. & ideo captiuatis
Iudeis debuerunt compati ratione antique confederationis. sed econtrario magis gauisi
fuerunt eos deridentes. propter quod Prophera hic denuntiat Tyri deiectionem. Et
diuidit ī duas ꝑtes. qa Primo denūtiat huiusmōi deiectio. Scd̄o eiusdē restitutio. ibi:
& erit: Prima ī duas. qa Primo denūtiat destructio Tyri. Scd̄o a quibus debeat de/
strui. ibi: ecce terra Chaldeoꝝ. Prima adhuc in duas. scd̄m duo. que simul Prophera
describit cū Tyri destructione. Primū est tristicia amantiū. Scd̄m fuga inhabitātiū.
ibi: transite maria. Circa Primū. dicit onus Tyri id ē eius dep̄ssio. que subdit. ululate
p̄ tristiciam. naues maris id est o uos naute. qa ponit hic continēs p̄ cōtento: sicut fre/
quenter in scriptura accipit domus uel ciuitas p̄ habitātibus in domo. uel ciuitate. Et
subdit. causa huius tristicie cū dicit: qa uastata est domus id ē Tyrus ī cuius domibus
solebatis recipi. unde uenire cōsueuerat supple uobis cōsolatio. nauigantes enī p̄ mare
multū cōsolant. qñ uenit ad portū bonū. & quietū. & ē hic modus loquēdi trūcatus.
quē oportet ꝑficere p̄ aliquā suppletionem. & tali mō loquendi utit hic Prophera:

quia modus loquendi dolentiũ est in truncatione uerborum dolore impediente ꝑfectã expressionẽ. de terra Cechim reuelatũ est eis. in illa enim terra Tyrii habebãt amicos ut uidebit̃ infra & illi p̃scientes apparatũ Nabuch. ad ueniendũ contra Tyrum: prenũtiauerũt eis. ut se munirent: tamen quia hoc non ualuit eis: Ideo subdit̃. Tacete qui habitatis in insula: id est in Tyro mari circũclusa. q. d. non loquamini de defensione quia non ualebit uobis. Negociatio Sidonis: multi enim mercatores de ciuitate Sidonis frequentabant Tyrum propter quod dicit̃ hic negociatio eius transfretantes mare repleuerũt te: Diuitiis & mercimoniis in suis nauibus apportatis. In aquis multis id est ueniẽtes per multas partes maris semen nili inesset fluminis etc: In Egypto raro fit pluuia sed fluuius Nilus diuidit̃ per riuuos ad hoc ut fructificent semina in terra proiecta ut habet̃ Deut. xi. & ideo fruges Egypti dicunt̃ fluminis Nili. & quia ibi crescunt in magna abundantia ferebant̃ inde Tyrũ per nauigiũ. Erubesce Sidon ait mare etc: id est Tyrus qui uocatur hic mare eo ꝙ erat mari circũclusa. Erubesce Sidon quia deiectio ciuitatis Metropolis cuiusmodi erat Tyrus respectu Sidonis cedit in confusionẽ aliarũ. & modus destructionis subditur: cũ dicitur in ꝑsona Tyri non ꝑturiui: & non peperi etc. quia in eius obsidione & destructione multe mulieres passe fuerunt aborsum. & multi de pueris natis & de iuuenibus & uirginibus mortui fuerũt añ etatẽ adultam. & debitũ incremẽtũ cũ auditũ fuerit in egypto: ꝙ destructa fuerit Tyrus: dolebũt eo ꝙ habebãt cũ Tyriis amicitiã propter abundantiã frugũ qa ibi adducebant ad uendendũ. Transite: hic cum destructione Tyri denunciat̃ fuga inhabitantiũ cum dicitur. transite maria: fugiendo per nauigiũ ad diuersa loca. ululate: pre confusiõe & tristitia qui habitatis in insula. i. in Tyro que dicit̃ insula ratiõe predicta. nunquid non hec uestra est: supple ciuitas. & est modus trũcatus eadem ratione qua superius. qui gloriabat̃ a diebus pristinis in antiquitate sua: quoniã multa tempora cucurrerunt a sua fundatiõe. & nullus potuerat eam debellare. ducent eam lõge: id est habitatores eius. quis cogitauit hoc sup Tyrũ. q. d. nullus homo cogitasset ꝙ sic posset destrui. cuius ratio subditur. quondã coronatam: id est super alias ciuitates reginam propter diuitias eius & fortitudinem. cuius negociaones Principes. i. equales magnis Principibus terre uel maiores. dominus exercituũ cogitauit hoc: inspirando Nabuch. audaciam inuadendi eam: & subdit casum. ut detraheret superbiam omnis glorie: id est glorie Tyri que dicit̃ hic omnis gloria Hyꝑbolice ad designãdũ magnitudinẽ suꝑbie eius sicut de aliqua ciuitate in qua multũ uiget superbia: dicitur uulgariter ꝙ in ea est superbia totius mundi & eodem mõ intelligit̃ quod subditur de nobilibus Tyri ad ignomiã deduceret uniuersos inclytos etc. Consequenter denũtiat uelocitatẽ fuge habitantiũ in Tyro. d. transi terram tuam quasi fluuiũ: id est admodũ fluminis cõtinue & uelociter currẽtis. filia maris: id est o tu Tyre: que dicit̃ filia maris eo ꝙ erat mari circũclusa nt dictũ est supra. Nõ est cingulũ ultra tibi. i. fortitudo resistendi que designat̃ per cingulũ militare. manũ suam. i. ptãtem suam. super mare extendit. s. Tyrus qui per nauigiũ suũ hãbebat in mari magnam ptãtem. cõturbauit regna: per potentiã suã iniuste deprimẽdo. & quia hec fuit una causa sue subuersiõis ubdit̃: dominus m ãdauit aduersus Chanaam. i. aduersus Tyrum que sita est in terra Chanaan filii enim Israel non potuerũt totaliter expellere Chananeos. Vnde dicit̃ Math. xv. Secessit Iesus in partes Tyri & Sidonis & ecce mulier Chananea a finibus illis egressa etc. ut conterret fortes eius: per Nabuch. & dixit: scilicet dominus. non adiicies ultra ut glorieris: id est in tantam superbiã eleuata. calũniam sustinens: a Nabuch. Virgo filia Sidonis: qa Sidonii existentes prope illã insulã edificauerũt

eam de precepto Regis Assyriorum cui tota illa terra fuit subiecta longo tempore & ideo unus Rex Assyriorú considerans q̄ illa insula erat aptissima pro portu nauium fecit eam edificari per populú prope existentem. In Cethim consurgens transfreta: fugiēdo ibi enī habebāt Tyri amicos & ideo ibi fugerūt aliq̄ pro receptaculo habēdo quia tamen hoc non ualuit eis. Ideo subdit. Ibi quoq; non erit requies tibi: qa Nabuch. misit ad terram illam ut redderent sibi fugitiui de Tyro & terra illa non fuit ausa eos retinere. Ecce terra: hic cōsequēter p̄pheta denūciat a q̄bus Tyrus foret destruēda. s. a Chaldeis: & hoc est quod dicit. Ecce terra Chaldeorú parata ad inuadēdes Tyrum. talis populus non fuit: id est tam fortis & crudelis. Assur fundauit eam: aliqui expositores per ly eam intelligunt Caldeorū terrā. sed hoc non est uerū: quia Geñ. x. dicit de terra illa egressus ē Assur. s. de Chaldea. & iste Assur fuit filius Sem & ab eo denominatus est populus Assyriorú ut dictum fuit diffusius Geñ. x. & quia procedente tempore quidam Rex Assyriorú fecit edificari Tyrum ut dictū est ideo dicit hic de ea. Assur fundauit eam: sed quia destructa fuit postea per Chaldeos ideo subditur. In captiuitatē traduxerūt etc & patet littera. Vlulate naues maris: id est naute ut expositum est in principio huius c. quia deuastata est fortitudo uestra: id est Tyrus in qua erat portus sollemnissimus. Et erit: Hic cōsequenter agit de Tyri reedificatione & primo in temporalibus. Secundo in spiritalibus: ibi. & erūt. Circa primū tangit p̄mo uastationis Tyri duratio: cum dicit: In oblitione eris o Tyre. lxx. ānis quia non uenient ibi homines ad habitandū. sicut dies Regis unius. s. ipsius Dauid: ut dixit Rab. Sa. qui uixit. lxx. annis: ut habet. iii. Reg. v. Post. lxx. annos scilicet uastationis Tyri. erit Tyro quasi canticū meretricis: meretrix enim derelicta a suo amasio solet conari ad cantandū melodiose ad reuocandum amasiū ad se & in hac metaphora intelligitur desiderium illorum qui remanserant de fugitiuis Tyri ad reedificationē ipsius ut sic mercatores de diuersis regnis iterum uenirent ad Tyrum: Ideo subditur. Et erit post. lxx. annos uisitabit dominus Tyrum: faciens eam reedificari. & reducet eam ad merces suas: illic apportatas de diuersis regnis. & rursus fornicabit: quod potest intelligi de fornicatione corporali quia mercatores elongati a suis uxoribus sic solent fornicari & de fornicatione spiritali qa illa ciuitas Idolatrie fuit dedita usq; ad tempora Christi. Et erunt: Hic incipit uersus in Hebreo in quo describitur reedificatio Tyri in spiritalibus cum dicitur. & erunt negociatores eius & merces eius sanctificate domino etcet: quod debent aliqui impletum fuisse tempore Neemie post reditum captiuitatis Babylonice dicentes q̄ in Tyro tunc homines deuoti & offerentes munera in Hierusalem domino ad eius obsequium & sustentationem ministrorum sed quia hoc non apparet ex iis que scripta sunt in Esdra & Neemia nec in Historia Iosephi seu alia historia autentica ideo uidetur mihi saluo meliori iudicio q̄ impletio huius Prophetie reduci debeat ad tēpus Christi in quo multi de Tyro deuote uenerunt ad audiendam predicationem Christi ut habetur Mathei. tertio. & Luce. sexto. & reliqui de Tyro postea crediderunt ad predicationem discipulorū Christi se & sua ad obsequium dei deuote offerentes. Huic expositioni concordat. Rabbi Salomonis quantum ad aliquid dicens q̄ hec Prophecia implenda est in aduentu Regis Messie qui diuitias dei cultoribus applicabit. sed in hoc discordat quod dicit implendum de futuro quod in Rege Christo de preterito est impletum.

Ecce dominus Aliqui expositores dicunt q̄ hoc ca. exponendū est ad litteram de destructione Idumeorum q̄ supra tetigit breuiter Propheta' ca. xxi. sed hic resumit' ut diffusius pertractetur. sed hoc dictū non habet apparētiā quia nec ex littera huius ca. nec ex circūstantia habet' aliquid per qd̄ intelligi debeat de Idumea propter qd̄ beatus Hieronymus dicit q̄ Propheta hic loquitur ad litteram de euersione generali totius mundi in iudicio futuro ita q̄ in precedentibus Propheta locutus ferat de subuersione diuersarum gentium in speciali ideſt Iudeoꝝ Babyloniorꝝ Egyptiorum & huiusmodi ut patet ex precedentibus hic autem loquitur generaliter de subuersione mundi circa finale iudicium & quia illud iudicium erit ad ignominiam iniquorꝝ & gloriam iustorum ideo sic proceditur: quia primo ponūtur pertinentia ad illud iudicium secundo Propheta insurgit ad dei preconium ca. xxv. Prima in duas quia primo ponuntur quedam iudicium antecedentia & secundo consequentia ibi et erit. prima in duas quia primo describuntur tribulationis circa finem mundi acerbitas: secundo eius ineuitabilitas ibi: formido. Circa primum sciendum q̄ tribulatio mundi precedens iudicium licet futura sit horribilis iniustis: tamen erit materia consolationis iustis. propter qd̄ Saluator Luc. xxi. de hoc loquens dixit Apostolis: His aūt fieri incipientibus respicite & leuate capita uestra. i. exhilerate corda ut exponit Grego. home. primo & ideo hic primo ponitur malorum tribulatio secundo iustorꝝ consolatio ibi quia hec erunt. prima in duas quia primo ponitur hominum afflictio secūdo leticie subtractio ibi luxit uindemia. Circa primum dicitur: Ecce dominus dissipabit terram quia per ignem conflagrationis precedentem iudiciū a statu suo immutabit'. & nudabit eam herbis & arboribus & affliget faciem eius |quia igne predicto superficies eius cre/mabitur & accipit' hic afflictio metaphisice sicut per oppositū dicitur terra uel pratū ridere quando uiresc it. Et disperget habitationes eius quia tunc omnes morientur ut resurgant in iudicio. et erit sicut populus sic sacerdos etc. ideſt quantum ad hoc nō erit acceptatio conditionis status aut sexus luxit: & defluxit terra ideſt habitantes in terra. defluxit orbis a statu suo. Infirmata est altitudo populi terre quia deficiet in hominibus dominium & principatus. & terra interfecta est ideſt habitationes terre ab habitatoribus suis ideſt propter peccata habitantium. Ideo subditur: quia transgressi sunt leges diuinas. mutauerūt ius bone consuetudinis que est ius humanū. dissipauerūt fedus sempiternum facientes contra ius nature quod in mentibus humanis indelebiliter est scriptum. propter hoc maledictio scilicet dei uorabit terram ideſt homines. & pec/cabunt habitatores eius. quia appropinq̄nte iudicio abundabit iniquitas & refrigescet caritas Mat. xxiiii. Luxit. Hic consequenter describitur subtractio gaudii & p̄mo ex defectu uini qd̄ solet esse materia gaudii patet illud psal. xiii. Vinum letificat cor hominis. Ideo dicitur Luxit uindemia etc. secundo ex subtractione ludi recreatiui cū dicitur cessabit gaudium tympanorum etc. et patet littera. tertio ex destructione ha/bitaculi cū dicitur attrita est ciuitas uanitatis ideſt quelibet ciuitas mundi que dicitur uanitas: Ecclesiastes primo uanitas uanitatū dicit Ecclesiastes. clausa est domus nullo introeunte quia deficient homines. clamor erit super uino ideſt ex defectu uini. per qd̄ intelligitur defectus cuiuslibet potus. Deserta est omnis leticia in presenti uita. Translatum est gaudium terre ad locum beatorꝝ ubi solū remanebit gaudiū. relicta est in urbe solitudo ideſt in urbibus accipiēdo singulare pro plurali sicut Exo. viii. uenit musca grauissima ideſt multitudo muscarꝝ. Sciendum etiam q̄ Propheta loquit' de futuris per modum preteriti propter certitudinem prophetie. & quia talis modus frequens est in Prophetis. Quia hec erunt. Hic consequenter describitur iustorum

consolatio qui nunc sunt depressi sed in iudicio erunt exaltati. & diuidit in duas ptes scilicet in partem principalem & incidentalem. secunda ibi Veh mihi. Circa primum sciendum q electi ad gloriam erunt ualde pauci respectu damnatorum secundum qd dicit Saluator Mat. vii. lata est porta & spacioſa uia que ducit ad perditionem. et multi sūt qui intrant per eā. q̄ angusta porta & arta uia que ducit ad uitam: & pauci sunt qui inueniunt eam. & hoc est qd dicit hic quia hec erunt in medio terre. Iudicū enim ultimum dicitur futurum prope Hierusalem que est in medio terre habitabilis quia est in quarto climate. Quomodo si pauce olive etc. fructus enim remanentes in oliua post excussionem & racemi remanentes in uinea post uindemiationem sūt ualde pauci respectu collectorum: sic electi in iudicio erūt ualde pauci respectu aliorum. & de istis paucis subditur. Hi leuabūt uocem suam ex magno affectu. Atq; laudabūt cum toto conatu. Cum glorificatus fuerit dñs idest cum dñs Iesus Christus in iudicio apparuerit in forma humanitatis gloriosa. hinnient idest signa leticie ostendent: sicut equus hinniens ex leticia. De mari idest quia tunc transferent de hoc mūdo ad modū maris tempestuoso ad portum glorie in anima & corpore. & quia hoc est ualde desidera/bile: ideo admonet Prophetа fideles ut se & alios ad hoc disponant per predicationē et susceptionem fidei Catholice. d. propter hoc idest cum electis in iudicio exultetis et doctrinis glorificate dominum. qd fecerunt Apostoli aliiq; Xp̄i discipuli & in insulis maris quia non solū predicauerūt habitātibus in arida sed etiā habitantibus in insulis maris ut patet de Paulo in actibus Apostolorū & in pluribus locis & quia publicatio euangelii processit ad omnes partes orbis ideo subditur: A finibus terre laudes scilicet diuinas Audiuimus gloriam iusti: scilicet Xp̄i cuius gloria ubiq; terrarum est predicata & quia mysterium Xp̄i erat occultum & secretum tempore ueteris testamēti propter qd. lxx. interpretes pro eo qd habet supra. ix. ca. de Christo. Et uocabitur nomē eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi Princeps pacis transtulerūt: & uocabit nomen eius magni consilii angelus. Ideo dicit hic Prophetа Et dixi secretū meum mihi & duplicatur ad maiorem affirmationem. uel quia duplex continebatur ibi secretum unum persone in qua duplex coniungitur natura diuina & humana qd est ualde arduum. Aliud temporis quia determinatum tempus sui aduentus erat ualde occultum. Veh mihi hec est pars incidentalis in qua Prophetа deplorat casū populi sui quia in aduentu Christi pauci Iudei crediderunt & multi remanserunt excecati et perconsequens a sorte & gaudio electorū priuati qd preuidens Prophetа dicit. Veh mihi de casu populi mei. priuaricantes priuaricati sūt & priuaricatione transgressorū humanitatem blasphemantes. Ecce homo uorax & potator uini. publicanorū et pec/catorum amicus Mat. xi. Secundo eius diuinitatem miracula uirtute diuinitatis facta demonibus attribuentes: Lu. xi. In Belzebub Principe demoniorum eicit demonia. Tertio mortem eius procurantes. Quarto ipsū in suis discipulis persequentes. ut patet in Actibus Apostolorū in pluribus locis. Formido postq̄ supra circa malos descripta est pene acerbitas hic consequenter describitur eius ineuitabilitas cum dicitur Formido & fouea & lacus super te qui habitator es terre generaliter & dicitur hic formido ex persecutōe Antixp̄i quā aliqui nimis formidantes cadent in foueam transgressionis et obedientes ideo subdit: Qui fugerit a facie formidinis etc. & q se explicuerit de fouea post mortem Antixp̄i de transgressione penitendo quia secundū sanctos nostros post mortem eius dabitur aliquod tempus penitentie deceptis ab eo. tenebitur laqueo. i. igne conflagrationis quantum ad omnes generaliter uel sententia damnationis quantū ad

reprobos partialiter quia cataracte de excelsis aperte sunt idest talis punitio veniet a deo cui non potest resisti: & concutientur fundamenta terre quia per terre motum montes adequabuntur terre plane. Ideo subdit confractione cōfringetur terra etc. & patet littera usq; ibi. Et auferetur quasi tabernaculum uniusnoctis qđ non habet stabilitatem quasi diceret firmitas terre non poterit resistere uolūtati diuine & gra/ uabit eam iniquitas & corruet a statu suo pristino. & non adiciet ut resurgat: ad hoc q̄ sit apta habitationi hominum & animalium quia cessabit motus celi & generatio & corruptio in elemētis tamen innouabit & meliorabitur sicut cetera. Et erit hic ponūt sequentia ad diuinum iudicium scilicet retensio demonis & damnatorum in infernum & deductio electorum ad celum empyreum primum ponitur cum dicitur. In die illa uisitabit dominus super militiam celi idest sup demones in quibus remanserūt naturalia integra. & in quibus conueniunt cum angelis sanctis & sic sunt de militia celi. uel quia habitabant in hoc aere caliginoso unde dicuntur aeree potestates & hoc modo possūt dici militia celi sicut dicunt aues celi: eo q̄ uolitāt per celū aereum. Et super Reges terre idest super tyrannos & per consequens sup omnes alios malos. Et congregabūt in congregatione uniusfasciis in lacum ubi simul detrudent demones & damnati scđm qđ dicitur Mat. xxv. Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius etc. & claudentur ibi in carcere & post multos dies uisitabunt. Visitatio dei aliquādo accipitur in bonum sicut Lu. i. uisitauit & fecit redemptionem plebis sue & hoc modo dicitur hic accepisse Origenes. d. q̄ post magnum circulum annorum sal/ uabuntur damnati & demones qđ est contra dictū Saluatoris allegatum Mat. xxv. Ite maledicti in ignem eternum etc. Aliomodo accipitur uisitatio dei in malum pene sicut infra. xxvii. uisitabit dñs in gladio suo duro etc. & hoc modo accipit hic scđm doc. Catholicos & est sensus post multos dies uisitabūtur idest post qđcūq; tempus datū in pena detinebūt scīēdū tñ q̄ ī Hebreo sic habet de diebus multis uel a diebus multis uisitabunt. i. pro peccatis a diebus multis ppetratis a principio mundi. Consequenter ponit scđm de gloria bonorum cum dicitur. Et erubescet luna & confundetur sol nō quia lumen eoꝝ minuatur sed magis augmentabitur ut infra. xxx. ca. Erit lux lune sicut lux solis. & lux solis septempliciter. sed dicuntur hic erubescere metaphisice quia lumen eorum erit quasi nullum respectu luminis patrie. secundum qđ dicitur Apoc. xxi. Ciuitas non eget sole neq; luna ut luceant in ea sed claritas dei illuminabit illam & lucerna eius agnus. Cum regnauerit dominus exercituū idest angelorum in monte Sion & Hierusalem scilicet celestem de qua dicitur Gal. iiii. Illa que sursum est Hie/ rusalem libera est. que est mater matri & in conspectu senū suoꝝ. s. Patriarcharum et Prophetarum & aliorum sanctorum fuerit glorificatus

XXV.

Omine deus Hic consequenter Propheta insurgit ad dei preconium ex uisione predicta & primo ponitur Prophete preconium. secundo celestium ciuium ibi: super hoc laudabit te. Circa primum dicit Propheta domine ratione generalis guber/ nationis deus ratione creationis meus ratione specialis illuminationis es tu & non alius. exaltabo te collaudando te assidue quoniam fecisti mirabilia in damnatione malorū & glorificatione iustorum. cogitationes antiquas quia ista disposuisti ab eterno. fideles quia uniuerse uie domini misericordia & ueritas. quia posuisti ciuitatem in tumulum qđ exponunt aliqui doctores nostri de destructione Hierusalem facta per Titum et Vespasianum. sed huic dicto obuiat qđ sequitur: ut non sit ciuitas & in sempiternum non reedificet. Hierusalem aūt reedificata est post illam destructionem. sed ad hoc respondent: q̄ est alia penitus ciuitas & in alio situ qđ arguūt ex hoc q̄ Xp̄us passus

fuit extra Hierusalē ut habetur Io. xix. & Hebre. xiii. Loca autem ubi fuit passus & sepultus sunt clausa intra Hierusalem que nunc est. Sed hoc non uidetur ualere quia historiographi dicunt Hierusalem que nunc est esse in eodem situ cum p̄cedenti hoc excepto q̄ aperte aquilonari murus fuit dilatatus ad includendum loca predicta & ideo nomine huius ciuitatis intelliguntur omnes ciuitates mundi accipiēdo singulare pro plurali que omnes destruentur in fine mūdi ut dictū est ca. precedenti. Propheta enim in hoc ca. gratias agit de uisione sibi facta prout cōtinetur precedenti ca. & ad talem destructionem non sequitur aliqua reedificatio. Super hoc hic consequenter ponitur gratiarum actio celestium ciuiū & primo de sua promotione scđo de demonū depressione ca. xxvii. Prima in duas quia primo ponitur gratiarum actio de bñficiis collatis in terra. secundo de collatis in celesti patria ca. xxvi. Circa primum ponitur gratiarum actio de quadruplici benefitio scilicet de duplici euasione mali & de duplici consecutione boni. & secūdum hoc pars ista in quattuor partes diuiditur. & patebūt partes prosequendo. primum malum est persecutio tyrannorum huius mundi a qua sunt penitus liberati. & hoc est. qđ dicitur hic super hoc laudabit te populus fortis .i. celestis: qui non potest amplius de suo statu deici. & ciuitas gentium robustarum .i. ciuium celestium & est replicatio eiusdem sententie ad maiorem affirmationē. timebit te. s. timore filialis reuerentie qui timor remanebit in patria secundū illud psal. xviii. Timor domini sanctus permanet in seculum seculi & huius laudis & reuerentie subdit ratio cum dicitur: quia factus es fortitudo pauperi. p̄stans ei patiētiā contra tyrānos pauperes spoliantes. fortitudo egeno in spoliatione sua. que conculcabatur in p̄senti uita spes a turbine. i. superborum rabie umbraculum ab estu cupiditatis iniquorum. Vnde subditur quasi pro expositione precedentiū spiritus enim robustorum .i. tyrānorum potentium quasi turbo impellens parietem quia impellunt iustos & innocentes per tyrannidē sicut estus in siti sicut enim homo sitiens ab estu aggrauat̄ sic defectus pauperum aggrauatur per Tyrannidem iniquorum que tamen a deo destruetur: ideo subditur: & quasi calore sub nube intorrente ppaginem fortium .i. Tyrannorum marcescere faciet .i. deficere. nubes enim multum calefacte sub sole emittunt calorem inferius sup terre nascentia ex quo aliquando marcescunt: & desiccantur sicut uirtus diuina aliqñ repente destruit potentiam iniquorum. Et faciet. Hec est secūda pars in qua ponit consecutio primi boni qđ respicit refectionem anime in sacramento eucharistie quod instituit dñs in cena imminente sua passione & quantū ad hoc dicit Propheta & faciet dñs exercitium .i. Christus Rex angelorū omnibus populis .i. electis suis qui assumūt̄ ex omnibus populis In monte hoc .i. in monte Sion ubi dicit̄ dñs fecisse cenā discipulis suis. Conuiuium pinguium .i. conuiuium excellentissimum habens in se omne spirituale delectamentum quod designatur per delectabilia corporalia hic expressa: tunc enim dedit discipulis suis corpus suū in cibū & sanguinem suum in potum: & hoc sacramentū est anime maxime refectiuum: & per Apostolos suos & discipulos fecit & facit hoc cō/ uiū ministrari omnibus Xp̄ianis per orbem diffusis. Aliqui aūt exponunt istud cōuiuiū de cōuiuio a Iudeis facto pro gaudio de interfectione Holoferni sed hoc non uidet benedictum: tum quia illa historia non est de canone nec apud Hebreos habetur: tū quia ista expositio non se habet consequenter ad precedentia & ideo melius exponit primo modo sequēdo Alexandrū. Et precipitabit. Hec est tertia pars in qua ponit euasio scđi mali uidelicet persecutionis Antixp̄i que grauior erit omnibus precedētibus cum dicitur Et p̄cipitabit in monte isto .i. monte Sion in quo fuit templū ubi statuet Antixp̄us sedem suam scđm qđ dicitur .n. Thes. ii. de Antixp̄o qui extolletur sup ore

qđ dicit deus aut quod colit ita ꝙ in templo dei sedeat & Christus eum ibi interficiet. Vnde ibidem dicit Apostolus quē dominus interficiet spiritu oris sui. Scđm alos uero hoc erit in monte Oliueti in illo loco unde dñs ascendit in celum. & istud communus tenetur. facit uincli colligati super omnes Prophetas ideſt faciem Antixp̄i qui erit quasi quoddam uinculum constringēs omnes populos sub una potestate & telam quā orditus est ideſt processum suum & intentionem. Precipitabit Hec est quarta pars in qua ponitur consecutio secundi boni scilicet incorruptio corporis & diuiditur in duas partes quia primo Prophete describit consecutionem huius boni. secundo redit ad describendum delectionem Antixp̄i ibi triturabitur. Circa primū dicit precipitabit mortem in sempiternum quia in iudicio omnes resurgent ad uitam immortalem. ista tamen immortalitas corporis erit in augmentum pene damnatoꝝ sicut erit in augmē/ tum glorie beatorum. Et auferet dominus deus omnem lachrymam ab omni facie qđ partim habet ueritatem in reprobis & electis tunc enim cessabit omnis generatio & corruptio & ideo nō erit resolutio lachrymarū a cerebro nec defluxus eorum per oculos tamen in eis erit turbatio cerebri & dolor capitis & tristicia mentis & cōsimilia que possunt esse absq; corruptione. Et secundum istum intellectum dicitur Mat. viii. Ibi erit fletus & stridor dentium. sed in electis non erunt lachryme corporales nec mē/ tales nec dolor aliquis in corpore seu mente. sed plena delectatio in utroq;. Ideo subditur: & obprobrium populi sui ideſt electorum qui frequēter obprobria sustinēt in presenti. auferet conferendo ei honorem celestem. & dicent in illa die scilicet iudicii quando uidebunt Christum in forma gloriosa & dicētem eis. Venite benedicti patris mei etc. Mat. xxv. Ecce deus noster iste uisibilis in demōstrata hūanitate expecta/ uimus eū p ueram spē. & saluabit nos sicut pmisit. iste dñs omniū. sustinuimus eum. i. patienter sustinuimus aduersa ppter ipsū. exultabimus exterius quia exultatio dicit q̄si extra saltatio. & letabimur interius. In salutari eius. i. in salute eterna nobis ab eo cōcessa. qa regescet manus dñi. i. potestas eius. In mōte isto. i. in monte Sion q̄ inuēt ualli Iosaphat: ubi tenebitur finale iudicium ut habetur Ioel. iii. & tūc requiescet illi Christi potestas: qua damnati retrudentur in infernum: & electi in anima & corpore transferentur ad celum. Et triturabitur. Hic redit Prophetā ad describendum de/ lectionem Antixp̄i quam supra tetigerat in breui dicens & triturabitur Moab id est Antichristus nec mirandum si sic nominat quia Prophete & maxime Esaias frequēter metaphisice loquūtur. Antichristus uero erit totaliter a demone obsessus & opera eius fient uirtute demonis & ideo nominatur hic Moab qui interpretatur ex patre quia erit filius perditionis ut dicit Apostolus. ii. Thes. ii. & sic erit ex diabolo sicut ex patre eo modo loquendi quo Saluator dicit Iudeis Io. viii. uos ex patre diabolo estis. sicut teruntur palee quia uirtus eius totaliter adnihilabitur: & extendet scilicet Antixp̄us manus suas sub eo etc. per hoc etiam intelligitur ꝙ a Christo percutietur sicut aliqñ inter homines dicitur alicui ego percutiam te ita ualde ꝙ extenderis ad modū natātis rane Prophete enim frequenter utuntur communi modo loquendi. Et humiliabit. s. Christus gloriam eius scilicet Antichristi qui se ostendet tanq̄m sit deus pre nimia superbia ut dicitur .ii. Thes. ii. cum allisione manuum eius. i. ministroꝝ eius & mu/ nimenta sublimium muroꝝ tuorum o Antixp̄e concident quia oia per que credebat stabiliri in potestate sua deficient cetera patent.

XXVI.

IN die illa Hic ponitur gratiarum actio pro beneficiis collatis & primo ostendit propositum. secundo concludit duplex correlarium ibi monentes: Prima in duas quia primo ponitur aptio ianue electis. secūdo eiusdē clausio reprobis ibi cum feceris

Prima in duaſ quia primo ponitur apertio beatitudinis ſecũdo ratio huius apertionis ibi ſemita iuſti. Circa primum dicitur In die illa ſcilicet paracto iudicio cantabitur canticum illud ſcilicet ab electis. In terra Iuda que interpretatur confeſſio. i. in terra uiuentiũ ubi eſt iugis confeſſio diuine laudis ſcd̃m illud pſal. lxxxiii. beati qui habitãt in domo tua domine in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te & ideo terra Iuda ſecundũ ſenſũ litteralẽ hic metaphorice accipitur. & ſequit̃ forma cãtici cũ dicitur urbs fortitudinis noſtre ideſt ciuitas celeſtis cuius excellentia nõ poteſt uerbis humanis exprimi ꝓpter quod non nominatur hic qd̃ enim in aliquibus libris ponitur hic Sion additum fuit a quodam expoſitore ſecundũ ſuam imaginationem quia nõ eſt in Hebreo nec in libris correctis. Saluator ponet̃ in ea murus & ante murale ideſt erit nobis pro omnimoda protectione. Aperite portas & ingrediet̃ de plano & libere gens iuſta pro qua dabit̃ diuina ſententia uenite benedicti etc. loquendo de ingreſſu electorum generaliter in corpore & anima tamen a tẽpore paſſionis Chriſti aperta fuit ianua & ingreſſi electi defuncti quantum ad animas & aliqui etiam quantum ad corpus ex gratia ſpeciali ut pie creditur de beata uirgine & beato Iohãne eius miniſtro cuſtodiens ueritatem uite & doctrine uetus enim error abiit. q̃ diu enim homines ſũt in pñti uita poſſunt errare ſed in beatis deum clare uidentibus hoc eſt impoſſibile & quia non ſolum eſt ibi clara uiſio ſed etiam perfecta fruitio. totaliter quietans appetitum Ideo ſubditur. Seruabis pacem & eſt uox ſanctorum ad Chriſtum pacem duplicatur propter quietem duplicis appetitus intellectũ & ſenſum per gloriã corporis & anime quia in te dñe ſperauimus tanq̃ in redemptorem noſtꝝ & glorificatorem. Speraſtis in dño. Vox eſt Prophete alloquentis ſanctos in ſeculis eternis ideſt ad conſequendum ab eo uitam eternam In domino deo forti in perpetuum per cuius fortitudinem reprobi tenebuntur in penã eternam ideo ſubditur quia incuruabit habitantes in excelſo ideſt ſuperbos demones & etiam tyrannos & potiſſime Antixp̃m ſuperbiſſimum & ſibi adherẽtes ciuitatem ſublimem humiliabit ideſt ciuitates ponendo ſingulare pro plurali ut frequenter dictum eſt: in quibus abundat ſuperbia & alia uitia. conculcabit eam pes ideſt pedes & quorũ ſint iſti pedes: ſubdit: pedes pauperis ſicut eſt in Hebreo & in libris correctis & iſte pauper eſt Chriſtus etiam ſecundum q̃ exponit hic Ra. Sa. adducens ad hoc pro cõcordia illud Zacha. ix. Ecce Rex tuus uenit tibi iuſtus & Saluator ipſe pauper etc. ſed reducit hoc ad primum Chriſti aduentum in quo dicit orbem ei ſubiugandum ſed in hoc falſum dicit: quia primus eius aduentus tranſiit in preteritum & fuit in hũilitate ſecundus aũt fuit in poteſtate de quo legitur hic ſcriptura. cõculcabit eam pes pauperis ſcilicet Chriſti qui in primo ſuo aduentu duxit uitam pauperem. greſſus egenorum. i. Apoſtolorum qui propter Chriſtum omnia temporalia reliquerunt propter quod ei in iudicio aſſeſſores erunt ſecundum qd̃ ipſe dicit Mat. xix. Ecce nos reliquimus oĩa etc. ſequitur ſedebitis ſuper ſedes iudicantes. xii. tribus Iſrael & ſic ſuperbi huius mũdi erunt pedibus eorum ſubiecti. Semita iuſti. Hic conſequenter ponitur ratio aptóis ianue celeſtis que duplex eſt prima & principalis eſt meritũ Chriſti per qd̃ aperta eſt generaliter quantum eſt ex parte dei qui uult omnes homines ſaluos fieri: ſecunda eſt meritum electorũ quo aperitur electis ſe diſponentibus ad ingreſſum & non reprobis primum tangitur cũ dicitur ſemita iuſti ideſt uia Chriſti qui tenuit & docuit & dicit̃ ſemita propter artitudinem conſiliorũ dicit̃ aũt Chriſtus iuſtus abſolute quia per excellentiam. ſ. formaliter & effectiue quia alios iuſtificat. Recta eſt Nullam habens diſcurſionem a rectitudine uirtutis. omnes enim alie leges ab Euangelica permittunt aliqua mala ſicut manifeſte patet de legibus humanis que permittunt meretrices in

ciuitatibus & plura alia que non possunt corrigi lege humana ut dicit Augustinus: similiter de lege Mosaica que permittit usuras cum extraneis & libellū repudii ex qua causa: sicut diffusius tractaui in principio Mat. lex aūt Euāgelica nullā pfectionē uirtutis obmittit nec aliquod illicitum permittit. Secundum autem tangitur cum dicit in persona electorum & in semita iudiciorum tuorum domine ideſt in uia euangelica te sequendo sustinuimus te ideſt propter te sustinuimus tribulationes & obprobria. Nomen tuū scilicet Iesus & memoriale tuū in desiderio anime Vnde dicit Bernardus Iesus mel in ore melos in aure. Iubilus in corde. Ideo subditur in persona cuiuslibet iusti. Anima mea desiderabit te in nocte. s. presentis uite in qua uidemus per speculum in enigmate desiderium enim proprie loquendo est rei non habite sicut delectatio rei presentis & ideo electi in uita presenti proprie loquēdo deum desiderant cui desiderio succedit fruitio De mane uigilabo ad te ideſt a mane iuuentutis incipiam te querere. Cum feceris iudicia descripta apertione ianue celestis electis Hic consequenter describitur eiusdem clausio iniustis. clauditur autem quibusdam iniustis simpliciter aliquibus autem ad tempus primo ergo ponitur primum secundo secundum ibi domine dabis. Circa primum sciendum q̄ clauditur simpliciter & ad semper malis in sua malicia perseuerantibus & sic morientibus & isti sunt proprie qui non corrigūtur diuinis flagellis nec etiam beneficiis. & hoc est qđ dicitur primo de flagellis. Cum feceris iudicia tua in terra flagellando peccatores. Iusticiam discent ideſt iusticiam tuam discēt per experientiam flagelli. nō tñ per emendationem peccati. sicut Pharao expertus fuit diuina flagella non tamen ad sui correctionem sed magis ad obdurationem. scđo de bñficiis cum dicitur in persona dei misereamur. & loqtur in plurali propter trinitatē pſonaꝝ uel est sermo dei ad angelos qui sunt executores suorum beneficiorꝝ Impio obstinato & non discet iusticiā reuertendo ad ipsā pro beneficiis diuinis sicut patet de Pharaone a quo deus frequenter ex sua misericordia retraxit penas inflictas & tamen ex hoc non fuit reuersus ad statū iustitie In terra sanctorꝝ inique gessit nō retractus ex loci sanctitate quia talis peccat ex contemptu & ideo subditur: non uidebit gloriam dñi ideſt nunq̄ admittitur ad gloriam paradisi. Domine exaltetur manus tua. i. potestas tue iusticie ut non uideant ideſt ut non illuminentur a te propter suum demeritum. Videant. s. meritum sanctorum: & confūdant sicut de Caim dicitur Geñ. iiii. Iratus est Caim uehementer & concidit uultus eius qa deus respexerat ad Abel & ad munera eius ut ibidem premittitur. Zelantes populi ideſt illi qui inuident superne gratie & igni. s. infernalis hostes tuos deuoret non per eorꝝ consumptionem sed per cōtinuam afflictionem. Domine dabis. Hic cōsequenter ostenditur quibus malis ianua celestis ad tempus clauditur. s. q̄ diu manent in peccatis. sed cū penitent a deo uisitati eis apit & hoc est qđ in eorū persona dicitur: Domine dabis pacem nobis nos tibi recōciliādo & quia hoc ꝓuenit ex diuina gratia subditur. Omnia enim opera nostra. s. meritoria operatus es nobis. quia nō sunt meritoria nisi ex acceptione diuina & gratia per quā sunt acceptibilia a solo deo in nobis efficitur. Domine deus noster possederūt nos dñi absq; te ideſt spiritus maligni qui sūt alieni a te possederunt nos ut seruos. qa qui facit peccatum seruus est peccati Io. viii. tm̄ in te recordemur nominis tui: quia de cetero non seruiemus nisi tibi. Morientes hic ex predictis concluditur duplex correlarium secundum ponitur ibi dñe in angustia. superius locutus fuit Propheta de resurrectōe generali omnium que nō erit similis in reprobis & electis ut patet ex supra dictis ideo concludit q̄ reprobi non resurgent ad gloriam sed ad ignominiam & penam & hoc est quod dicit Propheta morientes non uiuant uita glorie hoc dicit optando ex

conformitate sue uoluntatis ad diuinam iusticiam secundum illud psal: letabitur iustus cum uiderit uindictam. & loquitur hic de morientibus in peccato mortali. Gigantes q fuerunt incompositi moribus & tyranni non resurgant. s. ad gloriã sed magis ad penã ideo subditur. Propterea uisitasti & contriuisti eos pena dura. & perdidisti omnem memoriam eorum. secũdum illud prouerbiorum. x. ca. nomen impiorum putrescet qa si remanet aliqua eoꝝ memoria non est eis ad honorem. sed ad confusionem. Iudulsisti domine genti punitionem eoꝝ differendo: ut haberent locum penitendi sed quia tales illusi sunt: subditur: Nunquid glorificatus es. s. ab eis per penitentiã. q. d. non. Ideo subditur: Elongasti. s. a te omnes terminos terre idest obstinatos in peccatis in quacũq; parte orbis. Domine hic ponitur scd̃m correlarium. s. q̃ electi resurgent ad gloriã: & diuiditur in tres partes: quia Prophetа primo describit circa resurrectionẽ iustoꝝ desiderium secundo resurrectionis actum ibi: uiuent mortui. tertio terminũ ibi uade populе meus. desiderium autem resurrectionis ad uitam beatam cõsurgit principaliter de duobus primum est afflictio quam iusti de communi cursu in presenti uita sustinẽt secundum qd̃ dicitur. ii. Ti. ii. omnes qui pie uolunt uiuere in Christo persecutionem patiuntur propter quod dicit Greg. mala que uos hic premunt ad deum ire compellũt & hoc est quod dicitur hic: Domine in angustia positi electi tui in uita presenti re/ quisierunt te desiderantes uitã futuram ex toto corde. In tribulatione murmuris idest in tribulatione que de communi cursu est occasio murmuris tribulatis. doctrina tua eis. s. ualet dando eis patientiam quia tamen non aufert totaliter tristiciam sensibilem licet diminuat: Ideo subditur sicut que concepit etc. sic facti sumus & associat se Pro/ pheta iustis positis in tribulationibus & merito qa post multas tribulatões fuit serratus ut dictum fuit supra ca. primo. A facie hic ponitur secundum ex quo consurgit desi/ derium uite future. s. claritas faciei diuine cuius aspectus est desiderabilis in tantum q̃ in eam desiderant angeli prospicere. i. Petri. i. & hoc est qd̃ dicitur a facie tua domine .i. ex pulchritudine faciei tue concepimus & quasi perturimus & peperimus spiritum hic est punctus in Hebreo & in libris correctis & per spiritum hic intelligitur feruẽs desiderium & bene dicitur Parturiuimus & peperimus in partu enim est afflictio & tñ cum peperit mulier sequitur delectatio secundum illud Io. xvi. mulier cum parit: tristiciam habet cum autem peperit puerum iam non meminit pressure ꝓpter gaudiũ. sic desiderium uisionis diuine in presenti habet aliquid afflictionis ratione dilationis quia spes que differtur affligit animam. Prouer. xiii. & habet aliud delectatõis ꝓpter spem consequendi optatum sed cum uenerit uisio diuina tunc erit delectatio summa absq; ulla tristicia. salutes non fecimus in terra sic est in Hebreo & in libris correctis & est sensus per ea que fecimus: non obtinemus nec obtinere possumus in terra salutes idest anime et corporis beatitudines. quia primo requiritur mors generalis omniũ quã sequetur resurrectio mortuoꝝ que in electis erit ad gloriam anime & corporis ꝓpter quod subditur. Ideo non ceciderunt per mortem corporalem habitatores terre gene/ raliter. & tenetur hic li. ideo consecutiue & non causaliter. Viuent mortui. postq̃m Prophetа descripsit desiderium resurrectionis in electis hic consequenter describit eiusdem resurrectionis actum. d. Viuent mortui uita glorie quantum ad electos. de quorum resurrectione fit hic sermo. Ideo subdit̃ Interfectiq; propter deũ & iusticiã resur gent & dicit mei se eis connumerando quasi de sua morte propbetando sicut qa fuit serratus sicut dictum fuit in principio huius libri de precepto Manasse Regis ido/ latre pessimi eo q̃ ipsum & alios idolatras arguebat. Consequenter uertit sermonem ad electos resuscitandos. d. Expergiscimini a somno mortis & laudate deũ de uestra

futura glorificatione qui habitatis in puluere quantū ad corpora in cinerem redacta Consequenter alloquitur deum ex cuius uirtute fiet resurrectio mortuorum. d. quia ros lucis ros tuus idest sicut ros celestis est suauis terre nascentibus qui facit ea de terra surgere sic benignitas tua erit suauis electis dormientibus quos faciet ad gloriā resur/gere. & ecōtrario hec surrectio erit terribilis damnatis Ideo subditur. Et terram Gi/gantium idest peccatorum qui per potentiam fideles oppresserunt detrabes in ruinam idest in gehennam & accipitur hic terra pro peccatoribus in ea habitantibus eo modo loquendi quo dicitur terra destructa quando eius habitationes destruuntur. Vade Hic consequenter describitur resurrectionis tempus. posset enim aliquis credere ex predictis q̄ esset propinquum tempus resurrectionis qđ non est uerum sed erit in fine temporis ideo dicitur: Vade populе meus prius recedendo de uita presenti Intra in cubicula tua idest sepulchrum q̄ntum ad corpus & purgatorium quantum ad animas electorum que tamen habent aliquid ad purgandum in futuro uel limbum patrum quantū ad purgatos & ante apertionem tanue per mortem Christi uel celū empyreū quantum ad purgatos post apertionem. Abscondere qa defuncti ab hominibus huius uite sunt absconditi. modicum ad momentum quia tempus usq; ad iudicium respectu eternitatis est modicum & hoc modo dicitur animabus electorū desiderantibus ultimū iudicium Apoc. vi. & dictum est illis ut requiescerēt adhuc tempus modicum donec compleantur serui eorum & fratres eorum. donec pertranseat indignatio. i. electoꝝ probatio per tribulationes tyrannorū & maxime tempore Antixp̄i in aliquibus libris additur mea sed non est in Hebreo nec in libris correctis. Ecce enim dn̄s Iesus Xp̄us egredietur de loco suo idest de celo empyreo ad iudicium ueniendo quantum enim ad humanitatem egredietur & uenit per localem motum quantū uero ad deitatem que est ubiq; egredietur per nouum effectū ut uisitet iniquitatem habitationis terre idest iniquitates peccatorum terrena amantium. Et reuelabit terra sanguinem suum idest mortes & depressiones fidelium quia tunc manifestabuntur omnia latentia & nō opiet ultra interfectos suos qa de cetero non committent talia. XXVII.

IN die illa Post q̄ descripta est gratiarum actio de promotione electoꝝ hic cōse/quenter ponitur gratiarum actio de deiectione demonum. Et diuiditur in duas partes quia primo ponitur hic deiectio secundo soluitur duplex questio ibi ego dn̄s. Circa primum dicitur In die illa. s. iudicii generalis In gladio suo duro quantum ad pene asperitatem & grandi quantum ad eius latitudinem. & forti quantum ad immu/tabilitatem. super Leuiathan etc. per Leuiathan qui hic bis ponitur & per cetum in/telligitur idem. s. diabolus ut dictum fuit diffusius Iob. iii. & dicitur hic Leuiathan propter ueterem eius fortitudinem scđm qđ de eo dicitur Iob. xxi. Nō est potestas super terram que ei comparetur. Et Leuiathan tortuosū ꝓpter eius calliditatem ad decipiendū. Et occidet cetum qui est in mari idest diabolum qui habitat in hoc aere caliginoso tanq̄ in mari tempestuoso non tn̄ intelligitur eius occisio per mortē nature cum hoc modo sit immortalis sed per mortem gehenne quia tunc ibi retrudetur nec poterit inde exire & homines temptare seu ad peccatum inducere qđ erit sibi graue & in hoc crescet pena eius qua etiam modo portat ignem suum secum crescit etiā pena sua accidentalis ex damnatione hominum quos inducit ad peccatū sicut & gloria scoꝝ angelorum & gloria electoꝝ quos inducit ad bonum. In die illa deiectionis demonis uinea meri In Hebreo habetur uinea uinosa ex quo patet q̄ meri non est hic nomē proprium sed commune et significat hic uinum purum & optimum uinea igit̄ meri hic accipitur sotietas supernorum ciuium in quibus nihil erit impurum & ipsi deum

laudabunt de deiectione demonũ. Ego dominus. Hic consequenter soluit̃ duplex questio oriens ex predictis. secunda soluitur ibi quis dabit me. prima questio orit̃ ex hoc ꝙ hic dicitur uinea meri sotietas electorum quia ex quo fuerunt a deo electi & dilecti ab eterno uideretur alicui extraneum quomodo deus permittit eos tribulari in hoc mundo secundum qđ dicit. ii. Thess. iii. Omnes qui pie uolunt uiuere in Xp̃o persecutionem patiuntur. Et respondet dominus ad hoc ꝙ talis permissio non est ex odio sed magis ex dilectione ne prosperis in superbiam eleuentur: & per exercitium patientie in bono custodiantur secundum dictum Saluatoris. Lu. xxi. In patientia uestra possidebitis animas uestras. & hoc est qđ dicitur: ego dominus qui seruo eam. s. uineam meam. que est uniuersalis Ecclesia & ꝙ a primo Abel iusto usq; ad ultimum electũ qui in fine mundi nasciturus est electos ꝓtulit tot palmites misit: ut dicit Greg. home. v. Repente propinabo ei. s. potum tribulationis rationibus predictis. Ideo subditur ne forte uisitetur contra eam etc. i. ne ex prosperis insolescat. & sic pro insolentiis uisitet̃ contra eam in die iudicii Nocte & die seruo eam. i. tempore aduersitatis & prosperitatis sub paterna disciplina. Non est indignatio mihi. i. ex ira hoc nõ facio seu ex indignatione sed ex paterna correctione. Quis dabit: Hic soluitur secunda questio qa uideret̃ alicui ꝙ pro merito iustoꝝ de populo Israel & maxime Apostoloꝝ percendũ fuisset aliis populi eiusdem de captiuitate que facta est per Romanos & sic in hac questione proceditur quia primo ponitur ad utranq; partem ratio scđo ponit̃ questionis solutio ibi nunquid iuxta Et primo arguitur ꝙ non debuit ꝑci sed magis ꝓ multitudine malorum iusti debuerunt affligi sicut frequenter dictum fuit in ue. tes. & hoc est qđ dicitur in persona domini quis dabit me spinam & ueprem ad succendẽdũ ciuitatem Hierusalem. In prelio. s. Romanorum qui captam ciuitatem incenderunt. gradiar super eam eam calcando per Romanos succendam. eam pariter. s. fideles in Christum tunc credentes cum infidelibus in sua cecitate obstinatis quasi. d. hoc uideret̃ decens iusticie mee sicut succensa Hierusalẽ per Chaldeos multi iusti fuerũt ibi mortui & captiuati occasione iniustorum. An potius hic ponitur argumentum ad oppositum scilicet ꝙ debeat parci malis cum dicitur An potius tenebo idest retinebo fortitudinẽ meam cessãdo a punitione sub spe correctionis ideo subditur faciet pacem mihi & pro Apostolorum aliorumq; Christi discipulorum meritis propter qđ subdit̃ qui egrediẽt̃ scilicet ad predicadum fidem Catholicam per orbem cũ impetu idest cum feruenti desiderio A Iacob idest a populo Israel cuiusmodi fuerũt Apostoli & alii. lxx. discipuli qui pro maiore parte fuerunt Iudei florebit & germinabit Israel in Apostolis floribus sancte uite & doctrine & implebunt faciem orbis semine idest uerbo Euãgelice doctrine secundum qđ dicitur in parabola seminantis Lu. viii. semen est uerbum dei. Nunquid hic ponitur solutio in qua sic proceditur quia primo soluitur q̃tũ ad malos secundo quantum ad bonos ibi & erit: Circa primum primo ostenditur ꝙ pro p̃dictis non est malis percendum secundo soluitur argumentum ibi Idcirco. & tertio ponit̃ malorum exterminium ibi ciuitas. Circa primum dicitur nunquid iuxta plagam percutientis se idest populi Iudaici Christum tam crudeliter affligentis percussit eũ. q. d. non ante ciuitatis destructionẽ. Aut sicut occidit interfectos eius. i. Apostolos Xp̃iq; discipulos a Iudeis occisos quos occiderũt Iudei & persecuti sũt grauiter ut patet Act. vii. de Stephano & . xii. de Iacobo & . viii. de persecutione generali Christianorum & in pluribus locis de persecutione Pauli & aliorum Apostolorum In mensura contra mensuram etc. q. d. nõ conuenit diuine iusticie ꝙ tanta facinora transeãt absq; debita pena. Ideo subdit̃ meditatus est in spiritu suo duro idest disposuit diffinitiue ista punire

Idcirco hic ſoluitur argumentum ad oppoſitum de merito Apoſtolorum cum dicitur Idcirco ſuper hoc ideſt propter meritum Apoſtolorum dimittetur iniquitaſ predicta domui Iacob ideſt Iudeis in ſua malicia obſtinatis. Et iſte omnis fructus ut auferatur peccatum eius ideſt eſt ne totus fructus meriti Apoſtolorum ꝙ dimittatur Iudeis aliꝰ dictum peccatū & ulterius ſpecificat meritū dicēs cum poſuerit. ſ. p̄dicatio Apoſtolorū omnes lapides altaris ideſt altarium idolorum ſicut lapides cineris alliſos. per p̄dicationē enim Apoſtolorum fuit cultus idolorum multum deſtructus per orbem etiam ipſis uiuentibus & totaliter ablatus per ſucceſſores eorū ideo ſubdit̄: non ſtabūt luci & delubra ubi exercebatur idolatria nec poteſt iſtud intelligi de idolatria Iudeorum que a reditu captiuitatis Babylonice non legitur in populo Iudaico fuiſſe niſi ad tempus modicum & per uiolentiam & in paucis. ſ. tempore Antiochi illuſtris qui cogebat Iudeos idolis immolare ut patet. i. et. ii. Mach. nec qđ dicitur cū poſuerit omnes lapides altaris etc. poteſt conuenienter exponi de deſtructione templi per Romanos ut uolunt dicere aliqui quia ſtatim ſubditur non ſtabunt luci & delubra per qđ intelligitur Idolatria que nullo modo tunc erat apud Iudeos & ideo tunc intelligitur de deſtructione Idolatrie gentilium per predicationem Apoſtolorum ut dictum eſt. Ciuitaſ hic ponitur Iudeorum exterminium quantum ad obſtinatos cum dicitur ciuitaſ enim munita. ſ. Hieruſalem deſolata erit per Romanos qui eam deſtruxerūt: ſponſa derelinquet̄. ſ. Hieruſalem que ante erat ſpōſa relinquetur a ſuis habitatoribus quia a principio obſidionis uſq; ad finem multi fuerunt mortui gladio fame & peſte. ſ. decies centum milia ut dicit Egeſippus li. v. & dimittetur quaſi deſertum quia alii fuerunt in captiuitatem ducti & ciuitaſ fuit deſtructa ita ꝙ non erat habitationi hominum apta ibi paſcetur uitulus. ſ. Populus Romanus qui dicitur hic uitulus propter carnis petulantiam ibi. n. fuit paſtus ideſt diuitis ciuitatis repletus & ibi accubabit ideſt poterit ſecure dormire qa eorum aduerſarii erant mortui uel captiuati ut dictum eſt. & conſumet ſūmitates eius ideſt templum & edificia in circuitu que erant in monte Sion qui eſt ſuperior pars ciuitatis. In ſiccitate meſſis illius ideſt ex defectu uictus in Hieruſalē cōterent̄ mulieres uenientes. ſ. in Hieruſalem ad diem feſtum unde refert Egeſippus ꝙ quedam mulier de ultra Iordanē que uenerat in Hieruſalem & cū aliis fuit ibi obſeſſa anguſtia famis conſtricta coxit filium proprium & comedit & idem credibile eſt de pluribus aliis licet non fuerint deprehenſe quia talia enormia fiunt in clanculo. Et docentes eam ſic eſt in hebreo & in libris correctis & accipiuntur hic docentes ipſi ſacerdotes qui ex offitio habebant docere populum & iſti tunc fuerunt contriti quia cum a Tito poſtularent miſericordiam iuſſit eos occidi dicens eos eſſe degeneris animi qui templo & numinibus cuperent ſupuiuere & cā ſubdit̄. Non eſt enim populus ſapiens. i. dei habens ſapiētiā que ſapida eſt ſed tantum terrenam ſapientiam que eſt animalis & diabolica Iac. iii. propterea non miſerebitur etc. & patet littera. Et erit hic ſoluitur queſtio quantū ad bonos qui de Iudeis crediderunt Chriſto qui deſtructa Iudea fuerunt ſaluati in uita ideo dicitur & erit. ſ. quod ſequit̄. In die illa percutiet dominus ab alueo fluminis etc. & dicitur hic alueus fluminis locus ubi oritur Iordanis torrens autem Egypti dicit̄ hic riuocorula qui eſt paruus fluuius in extremitate Iudee in parte auſtrali uerſus Egyptum ortus autem Iordanis eſt in termino Iudee in parte aquilonari in radicibus montis Libani ut dicit Hieronymus & ſic deſignat̄ hic terra Iudee pcuſſa a Romanis. Et uos cōgregabimini unus & unus. i. pauci reſpectu multitudinis pcuſſe & captiuate filii Iſrael ideſt uos in Chriſtum credentes fidem Patriarche Iacob qui alio noīe dicit̄ Iſrael: ſcribitur enim in Eccleſiaſtica hiſtoria ꝙ ante obſidionem Hieruſalem per

Romanos fideles qui erant in Hierusalem & Iudea fuerunt admoniti per angelum ut transirent in regnum Agrippe qui erat confederatus Romanis & sic fuerunt ibi saluati. Et erit in die illa clangetur tuba magna per hanc tubam intelligitur edictum Helii Adriani Imperatoris Romani qui Hierusalem destructam per Romanos reedificauit & suo nomine Heliam appellauit. sed postea magis tenuit nomen antiquum et ipse edicto publico prohibuit ne aliquis Iudeus ibi habitaret sed fuit permissa ipsis Christianis ad habitandũ ut dicit Hugo Floriacensis li. iiii. & tunc in Hierusalem cõfluebant undecunq; ad Christum cõuersi eo ꝙ diligebant locum illum. Ideo subditur. Et ueniẽt qui perditi fuerant de loco Assyriorum & qui eiecti erant de terra Egypti. quia in istis terris per captiuitates precedentes multi Iudei fuerant ducti & habitabãt ibidem qui per predicationem Apostolorum & aliorum discipulorum fuerũt conuersi ad fidem & sic ueniebãt in Hierusalem ratione dicta & per istas duas terras intelligũt etiam alie in quibus Iudei captiuati habitabant. potest etiam hec littera exponi de Ecclesia noĩe Hierusalem significata secundum qđ dicitur Apoca. xxi. Vidi ciuitatẽ sanctam Hierusalem nouam descendentem de celis etc. ad quam uenerunt per fidem multi de omnibus terris qui prius erant perditi per errores & idolatriam deũ adorãtes fideliter & deuote & hoc adoratione latrie.

XXVIII.

Veh corone superbie Superius locutus est Propheta cõtra duarum tribuum persecutores hic prophetat contra Prophetarum contemptores & diuiditur in duas partes quia primo prophetat contra contemptores Prophetarũ pñtium scđo futuroꝝ ca. xxx. prima in duas quia p̃mo ꝓphetat contra contemptores de decem tribubus secundo contra eos de duabus ibi. In die illa. Circa primum dicit Veh corone sup̃bie idest regno. x. tribuum. qđ iteꝝ superbiebat ꝙ Prophetas dñi omnino contempserat & Prophetis idolorum adheserat. ebriis Effraim quia illud regnum non solum infectũ erat per peccatum superbie sed etiam gule & luxurie & denominatur ab Effraim illud regnum quia primus Rex. s. Hieroboam fuit de tribu Effraim & flori decidenti etc. per hoc designans ꝙ destructio illius regni erat ꝓpinqua que facta fuit ꝑ Salmanasar Regem Assyrioꝝ. ix. ãno Osee Regis Israel. iiii. Regum. xviii. qui erant in uertice uallis pinguissime Ista uallis secundum Ra. Sa. est uallis Scenereth fortissima existẽs in regno. x. tribuum. ecce ualidus & fortis dñs cui nullus potest resistere sicut impetus grandinis etc. per hoc intelligitur exercitus Salmanasar instinctu diuino uenturus cũ magna fortitudine ad destruendum regnum Israel ita ꝙ Hierosolymite non possent resistere sicut & factũ fuit. Ideo subdit̃ Pedibus conculcabitur etc. & patet ex dictis littera usq; ibi quasi temporaneum idest primitiuum ante maturitatem autumni idest ante maturitate de cursu communi qđ cum aspexerit etc. & est sententia ꝙ sicut aliqs uidens fructum aliquem maturum ante alios ut pomũ uel ficus uel huiusmodi ex desiderio nouitatis statim accipit: & comedit: sic Salmanasar & eius exercitus cũ magna auiditate destruendi regnum Israel uenturi erant de propinquo & sic contigit: quia populum partim occiderunt & partim captiuum duxerunt in Assyrios & terram populauerunt alienis gentibus. iiii. Regum. xviiii. In die illa hic consequenter ꝓphetat contra contemptores qui erant de duabus tribubus & primo contra maiores populi specialiter. scđo contra totum populum communiter ca. xxix. prima in duas quia ut appareat contemptus grauior premittitur dei benefitiũ eis exhibitum. scđo Propheta predicit eorum interitum ibi uerum. Circa primum sciẽdum ꝙ captiuatis. x. tribubus per Salmanasar Sennacherib uoluit destruere regnũ Iude sed angelus dñi percussit eius exercitum ita ꝙ oportebat eũ fugere ad terram suã ubi a filiis suis fuit ĩterfectus

iiii. Regum. xix. & tunc Ezechias Rex Iude cum populo suo de spoliis mortuorum
suoꝝ & ualde ditati & sic habuerũt duplicẽ materiam gaudii. s. de morte aduersariorꝝ
suorum & de spoliis eorum & hoc est qđ dicitur. In die illa erit dominus exercituum
idest angelorum corona glorie quantum ad maiores. & sertum exultationis quantũ
ad minores quia corona fit de auro argento & gemmis: sertum uero de floribus resi/
duo populi sui idest duabus tribubus que remanserant: aliis captiuatis & spiritus iudicii
idest inspirantis uoluntatem iudicii faciendi sedenti super iudicium sic est in Hebreo &
& in libris correctis. i. Ezechie Regi q fuit iustus. Et fortitudo reuertentibus de bello
ad portam idest populo Ezechie qui exiit ad colligendum spolia Assyriorum ut pre/
dictum est: & rediit ad portam ciuitatis Hierusalem plenus diuitiis Assyriorꝝ. Et ideo
dicitur hic reuertentibus de bello & non bellantibus: quia illam uictoriam non fecit
dominus per homines sed per angelos. Verum hic premisso beneficio denunciatur in/
teritus ratione ingratitudinis & primo ponitur interitus duarum tribuum factus per
Chaldeos secundo per Romanos ibi propter hoc audite prima in duas quia p̃mo Pro/
pheta describit eorum culpam secundo debitam penam ibi & erit. Circa primum dicit̃
uerum ii idest illi de duabus tribubus pre uino nescierunt qui expositi sunt se epulis et
potibus & aliis malis & ato dei beneficium obliti fuerunt Ideo subdit̃ sacerdos & Pro/
pheta qui deberẽt alios de dei beneficiis instruere & ad dei laudem inuitare: nescierũt
pre ebrietate: quia loquitur hic' Esaias de prophetis falsis absorpti sunt a uino etc.
Inculcatio est uerborum idem significantium ad denotandum magnitudinem excessus
eorum in talibus Nescierunt uidentem idest uerum Prophetam secundum quod dicit̃
primo Regum. xix. qui enim hodie dicitur Propheta olim appellabatur uidens. sa/
cerdotes enim mali & Prophete falsi ueros Prophetas dñi contemnebant. Ideo subdit̃
ignorauerunt iudicium quia nolebant dirigi per uerba sanctorꝝ Prophetarꝝ. Omnes
enim mense replete sunt uomitu ex nimio epulationis & potationis excessu ita q̃ non
esset locus ultra. s. mundus a talibus sordibus & quia talis excessus causat cecitatem
intellectus sic econuerso abstinentia clarificat secundum qđ dicitur Dan. primo de
ipso & socius eius qui fuerunt ualde abstinentes. ut ibidem dicitur. pueris aũt bis dedit
deus scientiam & disciplinam in omni libro & in omni sapientia etc. Ideo subditur quẽ
docebit scientiam per sacrarum scripturarum studiũ & quem intelligere faciet auditũ
idest uerba doctorum uel etiam angelorum reuelantium & respondet ablactatos a
lacte etc. idest segregatos a delectationibus carnalibus que sũt circa cibos & uenerea
& quia detenti delectationibus carnalibus sunt ad hoc inepti Ideo subditur manda re/
manda: expecta reexspecta etc. sic enim loquebantur sacerdotes mali & Prophete
falsi deridendo uerba Prophetarum sanctorum que non intelligebant: sed falsa re/
putabant. Circa qđ sciendũ q̃ Prophete nitebantur populum retrahere a malis aliqñ
comminando eis mala si in malis perseuerarent: & tunc utebant̃ uerbo mandati sicut
supra. v. ca. mandabo nubibus meis etc. et. xiii. ca. mandabo nubibus celi. Aliqñ uero
promittendo bona si a malis desisterent & tunc utebantur uerbo expectationis sicut
Abacuc. ii. si moram fecerit expecta eum etc. & ideo mali sacerdotes & Prophete falsi
eos irridendo dicebant manda remanda etc. & subditur modicum ibi quasi dicant de
comminationibus eorum seu promissionibus modicum aut nihil uidimus impletum In
loquela enim labii In hebreo habetur In balbutiendo. balbutiens enim satis mouet
labia sed tamen loquitur male intelligibiliter. & in lingua altera' idest extranea lo/
quebatur ad populum istum. & est sensus q̃ sicut loquela balbutientis & loquẽtis alicui
in lingua sibi extranea non est sibi intelligibilis sic uerbum dñi per Prophetas loquẽtis

non intelligebatur saltem quantum ad effectum a contemptoribus predictis & ponit exemplum cum subditur Cui dixit. s. dominus hec est requies mea idest impletio mee uoluntatis. reficite lassum idest afflictis impendite opera misericordie. & hoc est refrigerium meum secundum illud Mat. xxv. qđ uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis, et noluerunt audire mihi obediẽdo & sic factũ est eis uerbũ dñi q̃si nó intelligib ilie. Et erit: hic consequenter ponitur pena debita ex dei iustitia per Chaldeos inflicta. Circa qđ sciendum q̄ Sedechias rebellauit Regi Babylonis ex confidentia adiutorii per Regem Egypti & ideo ueniente Rege Babylonis contra eum misit pluries ad Regem Egypti ad habendum auxilium & ille pluries promisit & de terra sua exiuit ad hoc agendum sed non perfecit quia redit in Egyptũ ut habetur Hiere. xxxvii. & sic Sedechias fuit defraudatus a suis petitionibus & p̄missis Regis Egypti & hoc sibi improperatur hic sicut ipse & sui improperabant Prophetis domini quia uerba eorum non haberent effectum ut predictum est & hoc est quod dicitur hic & erit eis uerbũ domini eos deridendo manda remanda Regem Egypti pro succursu babẽdo expecta reexpecta eius aduentum sicut dixit promittendo modicum ibi modicum ibi. i. nullũ remedium habebit ab eo ideo dicit: ut uadant in rebellione sua procedendo & cadãt retrorsum tanq̃ uicti & conterantur fame & gladio quantũ ad mortuos & illaqueẽt & capiantur quantum ad ceteros in captiuitatem Babylonicam in uinculis deductos. Propter hoc hic consequenter contra illusores ueritatis p̄dicitur afflictio p̄ Romanos circa qđ sciendũ q̄ illa afflictio fuit quedã figuratio iudicii finalis p̄pter qđ Apostoli simul quesierunt de tempore utriusq; Mat. xxiiii. dic nobis: qñ hec erũt. s. destructio ciuitatis & templi & qđ signum aduentus tui & consummationis seculi & Christus ad utrũq; respõdet Mat. xxiiii. Mar. xiii. & Lu. xxi. & ideo primo ponit hic afflictio prima scđo scđa ibi & nunc. Circa primum sciendum q̄ prima afflictio facta ẽ p̄pter maliciam Iudeorum contra Christum ut habeẽ manifeste Lu. xix. & ideo primo hic ponitur contra Christum Iudeorum malignitas secundo ipsius Christi firma stabilitas: ibi idcirco tertio pene Iudeorum acerbitas ibi & ponam. Circa primum dicitur p̄pter hoc idest propter destructionem ciuitatis per Chaldeos que contigit p̄pter illusores Prophetarum ut dictum est audite uerbum domini uiri illusores idest ueritatis quales fuerunt sacerdotes & legum doctores tempore Christi propter qđ dixit eis Mat. xv. Irritum feciſtis mandatum dei proprer traditionem uestrã doctrinam enĩ Christi uerissimam illudebant. Qui dominamini super populum meum qui est in Hierusalẽ tũc enim sacerdotes & scribe regebãt populũ dixistis enim idest facto oñdistis percussimus fedus cum morte etc. Ille enim qui habet fedus uel pactum cum aliquo non timet ab eo. Est igitur sensus uos ostendistis perfecta q̄ non timetis mortem nature nec gebenne quia ita obstinate p̄secuti sũt Christum innocentem usq; ad mortem ac si nullã penam timerent inde sequi in presenti uel futuro. Ideo subditur flagellum inundans cum transierit super alios & intelligit̃ flagellum inundans exercitus Romanorum qui afflixit totum mundum non ueniet super nos destruendo nos & captiuando quia posumus mendaciũ spem nostram. ad hoc enim p̄curauerũt mortem Christi ut euaderẽt flagellum exercitus Romani ut habetur Io. xi. si dimittimus eum sic: omnes credẽt in eum: & uenient Romani & tollent locum nostrum: & gentem. hanc autem mortem procurauerũt per mendacia accusantes eum coram Pilato qđ prohibebat tributa dari Cesari & q̄ uolebat se facere Regem ut habetur Lu. xxiii. sciebant tamen ista esse falsa quia responderat eis contrarium Mat. xxii. Reddite que sunt Cesaris Cesari etc. & q̄ fugerat populum qui uolebat eum Regem instituere Io. vi. hoc enim fuerat

ita publicum q̄ non poterat eos latere. & sic per talia mendacia procurando mortem
Christi credebant euadere insultus Romanorum per hoc tamen accidit eis contrariū
ut predictum est. Idcirco Hic consequenter describitur ipsius Christi stabilitas quia
per afflictionem & mortem a Iudeis sibi procuratam peruenit ad stabilitatem imor/
talitatis corporis & hoc est qđ dicitur hic. Idcirco idest propter nequiciam Iudeorum
predictam Hec dicit dominus deus cuius uerbum non potest cassari. Ecce ego uerbū
est patris de filio uel totius trinitatis de homine Christo scđm enim oēs expositores
Hebraicos & Latinos scriptura hec loquitur de Christo mittam in fundamentis Sion
idest Ecclesie militantis que fundata fuit in Sion per predicationē Christi qa pluries
in templo existente in monte Sion p̄dicauit & quia in monte Sion suā resurrectionē
discipulis manifestauit & ibidem super Apostolos spiritū sanctū in signo uisibili misit.
lapidem idest Christū qui dicitur lapis Dan. ii. lapis qui percusserat statuam factus est
mons magnus. lapidem probatum multis percussionibus in sua passione & aprobatum
a deo patre & q̄ hoc intelligatur de Christo ad litteram etiam secūdum Iudeos patet
per translationē Chaldaicā que sic habet. Ecce ego statuens in Sion Regem Messiā
Regem potentem angularem quia ex Iudeis & gentibus tanq̄ ex duobus parietibus
simul iunctis fecit unam Ecclesiam secundum qđ dicitur Io. x. alias oues habeo: que
non sunt de hoc ouili. & illas oportet me adducere & fiet unum ouile & unus pastor.
preciosum quia humanitas Christi ex coniunctione ad deitatem habet quodammodo
infinitum ualorem. In fundamento fundatum hoc dicitur quia Apostoli aliquando
dicuntur Ecclesie fundamenta Apoc. xxi. muri ciuitatis habent fundamenta. xii. tñ
hoc eis solum competit inquātum innituntur Christo qui crediderit: non festinet: hoc
potest referri ad dictum Esaie & sic est sensus qui crediderit mihi nunciāti aduentū
Christi primum non festinet: sic intelligendo uerbum meum q̄ Christus sit statim uē/
turus quia adhuc est longū tempus a tempore enim Esaie usq̄ ad tempus Christi flux/
erunt anni quingenti uel circiter Alio modo potest referri ad ipsum Christum & sic
est sensus q̄ crediderit doctrine Xp̄i qui pluries locuta fuit de aduentu suo ad iudiciū
ut patet ex p̄dictis. Non festinet: sed expectet patienter tempus a deo determinatū
unde & Apostolis querentibus de tempore huius aduentus Act. primo. Respondit nō
est uestrum nosse tempora uel momenta etc. Et ponam: hic consequenter describitur
pene Iudeorum acerbitas pro morte Christi nequiter procurata cum dicitur Et ponā
in pondere iudicium etc. i. puniam eos secundum demerita & subuertet grando idest
exercitus Romanorum cum magno exercitu ueniens ad modum grandinis descendētis
spem mendacii qa sperabant euadere insultū exercitus Romani mendaciter p̄curādo
mortem Christi ut predictum est & protectionē ex hoc mendacio speratam aque. s.
tribulationum. Inundabunt idest simpliciter auferent: sicut aque inundantes rapiunt
quod inueniunt. ideo subditur: & delebitur fedus uestrum cum morte qa uos inuadet
ineuitabiliter a principio enim inuasionis obsidionis per Romanos fuerūt decies centū
milia mortuorum ut dictum est supra. Et pactum uestrum cū inferno non stabit qa
obstinati in sua infidelitate detracti fuerūt ad penam gehenne flagellum inundans. i.
exercitus Romanorum ualde potēs cum transierit ad terram uestram eritis in concul/
cationem quātum ad mortuos. quantūcūq; pertransierit tollet uos q̄ntum ad captiuos
qm̄ mane diluculo etc. idest quocunq; tempore uel hora uenerit continget uobis sine
dilatione ista miseria & tm̄modo sola uexatio intellectum dabit auditui predixit enim
Christus hanc destructionem pluries ut patet in Euangelio sed noluerunt credere
donec senserunt per experimentum Coangustatum est enim stratū idest cor humanū

non poteſt ſimul capere deum & diabolum ſed ſuſcepto diabolo per peccatū exit deuſ & econuerſo ſuſcepto deo per caritatem exit diabolus. palium breue. ſ. amoris utrūq; operire non poteſt quia diabolus non poteſt operiri pallio caritatis nec deus pallio amoris male inflammantis & quia Iudei a ſe eiecerant deum humanatum & perconſequens receperant diabolum in dominum ex quo merito debebat ſequi dicta punitio ſicut enim in monte diuiſionum etc. hic tanguntur breuiter due hiſtorie prima habet ii. Regum. v. ubi dicitur q̄ uirtute diuina Phyliſtei uenientes contra Dauid fuerūt debellati & fugerunt relinquentes Idola ſua & tunc dixit Dauid diuiſit dñs inimicos meos ſicut diuidūtur aque & propter hoc uocatus eſt locus ille Baalpharisim .i. cāpus diuiſionum ſc̄m Hebreos. Secunda hiſtoria habet Ioſue. x. ubi dixit Ioſue ſol nō mouearis contra Gabaon & ſic ſtetit ſol immobilis donec fuerunt eius aduerſarii totaliter debellati. Eſt ergo ſenſus q̄ ſicut tunc dñs oſtendit iram ſuam cōtra Phyliſteos tempore Dauid & cōtra Chananeos tempore Ioſue ſic oñdet iram ſuam cōtra illuſores ueritatis predictos ideo ſubditur: ut faciat opus ſuū ideſt uindictam de peccatoribus quia tamen punire non eſt ſibi proprium ſed magis misereri ſemper & parcere: punire autem conuenit ei per accidens. ſ. propter hominum malitiam ideo ſubditur alienum opus eius etc. quaſi. d. opus puniendi non competit ei ex ſua punitione que erit in finali iudicio cū dicitur Et nunc. i. poſt deſtructionem ciuitatis per Romanos Nolite illudere ueritatem euangelice predicationis ne forte conſtringantur uincula ueſtra pena irremediabili in iudicio finali. Ideo ſubditur conſummationem enim. ſ. mundi et abbreuiationem. i. infra breue tempus reſpectu eternitatis audiui a dño qui eſt regula ueritatis ſup uniuerſā terram malos generaliter puniendo pena irremediabili & bonos premiādo gloria interminabili. Auribus percipite etc. i. attendite diligenter iſta & ponit exemplum ad hoc ſenſibile & primo quantum ad premiationem bonorum. d. Nunqd cottidie. i. in ſingulis diebus continue Arabit aranſ ut ſerat ſemen ſuū in agro pſcindet cum aratro uel ligone & ſarciet ideſt purgabit a ſentibus & herbis nociuis. q. d. nō ideo ſubditur Nonne cum adequauerit faciem eius. i. ſuperficiem terre perfecte ad recipiendum ſemina ſeretgith ſecundum gloſam genus eſt leguminis cymino ſimilis & ponet triticum etc. i. ponet ſemina ordinate ſecundum uariam diſpoſitionem terre cuius una pars eſt apta uni ſemini altera alteri per hoc itelligit̄ q̄ Chriſtus qui eſt agricola agri ſui qui eſt Eccleſia parato finali iudicio electos ponet in diſtinctis māſionibus glorie ſecundum uaria eorum merita propter qd̄ dicit Io. xiiii. In domo patris mei māſiōes multe ſunt etc. Non enim in ſerris hic ponitur exemplum de punitione malorū quia terre naſcentia collecta non ſimiliter triturantur ſeu excutiūtur uniformiter ſed aliq̄ cum leuiori inſtrumento utputa cum uirga ut cyminum & ſimilia Alia aūt triturant̄ cum inſtrumentis ferreis & ponderoſis: ſimiliter in finali iudicio ubi erit uniuerſalis peccatorum collectio non omnes uniformiter punientur: ſed aliqui grauius aliqui minus grauiter ſecundum eorum demerita. & ſecundum hoc intelligitur iſta parabola. nec mirandum q̄ per eadem ſemina intelliguntur iuſti p̄miandi & peccatores puniendi qa hoc eſt ꝓpter idētitatē nature & ſpeciei in ipſis ſed eſt uarietas in meritis & demeritis panis autem comminuetur ideſt triticum unde fit panis qd̄ comminuitur inter molas. Verum non in perpetuū triturans triturabit. hoc refertur ad penas temporales q̄bus deus ſecundum ordinem ſapientie ſue aliquando punit peccatores ad correctionē eor̄ uel ad terrorem aliorum & talis punitio ceſſabit in iudicio & ſuccedit pena eterna quā deus executioni demonum tradet quibus erunt ſubiecti in pena quibus ante fuerunt ſubiecti in culpa & hoc a domino deo exercituum exiuit tanq̄ uerbum irretractabile

ut mirabile faceret consilium suum quia nullus scit in qua parte sit futurus scilicet ꝑmus uel pene finalis. ut manifestaret iusticiam quod finale iudicium omnibus apparebit iustum.

XXIX.

UEh Ariel hic consequẽter Propheta loquit cõtra illusores ueritatis generaliter. Et diuiditur in duas partes quia primo declarat suum propositũ. scdo remouet dubiũ ibi propter hoc. Prima adhuc in duas qa primo cõminatur populo captiuitatẽ per Chaldeos secundo per Romanos ibi obstupescite. Prima adhuc in duas quia ꝑmo populo comminat. secundo ipsum aliqualiter consolatur more Samaritani post uinũ mordificatiuum infundens oleum lenitiuum. secunda ibi et erit. Circa primum dicitur ueh Ariel & qd per Ariel intelligatur ostenditur cum subditur: Ariel ciuitas quã expugnauit Dauid scilicet Hierusalem quam expugnauit in principio regni sui eiciens Hiebuseos. ii. Regũ. v. Additus est annus ad annum. q. d. appropinquat finis durationis Hierusalem quia Chaldei destruxerunt eam tempore Sedechie sollemnitates euolute sunt qa destructo templo per Chaldeos cessauerunt unde in Hebreo habet precise sunt & loquitur Propheta de futuro per modum preteriti propter qd subdit. Et circunuallabo Ariel idest Hierusalem que a Chaldeis fuit obsessa in circuitu. iii. Regum ultra & erit tristis & merens ex fame & gladio superueniente & erit mihi. s. Hierusalem quasi Ariel hoc dicitur ad exprimendum quare Hierusalem sic uocatur in loco isto. Ariel enim secũdum Hebreos significat altare holocaustorum & hoc etiã habetur Ezech. lxxxiii. per hoc autem qd dicitur hic de Hierusalẽ erit mihi quasi Ariel intelligitur ꝙ sicut altare holocaustorum erat apertum & circundatũ carnibus animalium immolatorum quia una pars super altare ponebatur ibi cremanda alie aũt partes dimittebantur circa altare distribuende sacerdotibus & leuitis ministrantibus: & alique etiã de offerentibus. s. de hostus pacificis sic in destructione Hierusalem per Chaldeos ciuitas fuit plena cadaueribus mortuorum intus & circa & sic exponit Ra. Sa. Et circundabo quasi speram reuertitur Propheta ad describendum obsidionis modum quia sic fuit obsessa a Chaldeis ꝙ nullus poterat egredi ad fugiendũ. nec aliqs exterior intrare ad ciuitatis auxiliũ. & iaciam contra te aggerem idest terram lapides & ligna & fossata. & munimenta ponam. i. machinas ad destruendum muros. humiliaberis detecta a regno de terra loqueris etc. quia uulnerati ad terram cadentes gemitus emittebãt & erit quasi phitonis de terra uox tua. uox enim exquisita per artem phitonicam est uox mortuorũ uel potius demonum in similitudinem mortuoꝝ apparẽtiũ & loquentium ut dictũ fuit primo Regum. xxviii. & per hoc dat intelligere populi mortalitates ita ꝙ non audiretur uox eius nisi per modum phitonicum. Et erit Hic consequenter populum regni Iude aliqualiter consolatur denunciando Babylon ioꝝ destructionem qui quanuis secũdũ ordinem diuine iusticie Hierusalem destruxerũt magis uirtute diuina quam humana tamen hoc iniqua uoluntate fecerunt & factum illud proprie uirtuti attribuerunt. propter quod postea per Persas & Medos deleti fuerunt. & hoc est qd dicitur. Et erit sicut puluis tenuis qui a uento rapitur & dispgit multitudo uentilantium te. i. Chaldeorum in captiuitatem te ducentiũ & patet littera usq; ibi. uisitabitur in tonitruo & cõmotione terre per hoc intelligitur multitudo fortitudo & crudelitas exercitus Persarum & Medorum uentientium in breui contra Babylonem & flamme ignis deuorantis quia capta Babylone incenderunt eam. & erit sicut somnium etc. quia sicut somnians aliquando somniat se comedere & bibere & in delicijs esse & in hoc delectatur: sed hec delectatio modicum durat: quia euigilãs sentit se esurientẽ & sitientem sic gloria regni Babylonis modico tempore durauit respectu

aliorum regnorum quia incepit esse gloriosū sub Nabu. & sub nepote eius Balthasar defecit illud regnum & secundum istam sententiam patet littera sequens. Obstupescite Hic consequenter Prophetа cōminatur destructionem per Romanos que facta fuit xlii. anno post passionem Christi & illo tempore aliqui de Iuda licet pauci cōpatiue receperunt fidem Christi & alii remanserunt in sua infidelitate primo igitur Prophetа denunciat dictam destructionem secundo malorum excecationem ibi claudet oculos uestros. tertio bonorum illuminationem ibi nōne adhuc. Circa primū dicit Prophetа Obstupescite & admiramini p̄ magnitudine mali sup uos uēturi fluctuate & uacillate quia sicut dicit Iosephus imminente obsidione Hierusalem a Romanis Iudea dissen/sionibus interius erat lacerata & aliqui sequebātur unum tyrannum alii alium appro/pinquantibus etiam Romanis aliqui consulebant q̄ ciuitas redderetur eis alii autem contrarium & sic totus populus erat in q̄dam fluctuatione & uacillatione Inebriamini propter defectum consensus & consilii & non a uino sed a stupore uos conturbante mouemini de uno proposito ad aliud & non in ebrietate sed ex perplexitate quoniam miscuit dominus nobis spiritum saporis idest mortis que sapor nominatur & iste potus fuit eis propinatus a Romanis qui populum in maxima multitudine occiderunt & re/siduum captiuauerunt ut dictum est supra ca. xxvii. Claudet. hic consequēter ponit malo4 excecatio & primo q̄tum ad maiores. scd̄o quantum ad uulgares. ibi ueh qui profūdi estis. Prima in duas quia primo ponitur maiorum excecatio scd̄o excecatōis ratio ibi dixit dominus deus. Circa primū dicit̄ claudet oculos uestros idest excecabit sacerdotes & scribas qui debent uos dirigere sicut oculi cetera mēbra corporis. Sciēdū tamen q̄ deus non est causa excecationis directe sed indirecte inquantum iuste a malis subtrahit gratiam suam mentis illuminatiuam Prophetas imminente enim euersione Hierusalem apparuerunt plura signa huius euersionis ut dicit Iosephus que tñ aliqui tanq̄ Prophete falsi interpretabantur in contrarium. s. in bonum ciuitatis futurum & principes uestros quia decepti a talibus Prophetis rebellauerūt Romanis & erit uobis uisio omnium. s. Prophetarum antiquorum qui Prophetauerunt de aduentu Christi & de destructione ciuitatis & templi propter eius mortem sicut uerba libri signati qui non potest legi q̄diu est sigillatus ideo subditur quem cum dederint scienti litteras etc. sic enim respondent Iudei moderni multi enim doctores eorum qui precesserūt deter/minauerunt tempus aduentus Messie unus post alium & omnes defecerunt qa tēpora ab eis prefixa transierunt secundum qd̄ dicit Ra. Sa. super Danie. & causam huius defectus dicunt doctores moderni. s. q̄ sermones Prophetarum sunt clausi. Et dabit̄ liber. s. apertus per predicationem Christi & Apostolorū nescienti litteras quia quādo simplicibus Iudeorum fit sermo de aduentu Christi preterito & de similibus dicunt se non esse expertos in lege sed magistri eorum scirent de talibus respondere quorū er/roribus firmissime adherent. Et dixit dominus hic ponitur causa dicte excecationis scilicet hypocrisis siue simulata sanctitas que secundū Hieronymū est duplex iniqtas & maxime uigebat in sacerdotibus Scribis & Phariseis tempore Christi ut patet ex decursu Euangelii & hoc est qd̄ dicitur eo q̄ appropinquat populus iste ore suo etc. falso simulando iusticiam & timuerūt me mādato hominū propter qd̄ Xp̄us impropat eis Mat. xv. Irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram Ideo ecce ego addam ad cecitatem eo4 propter qd̄ subditur peribit enim sapientia a sapientibus idest ab illis qui sunt in statu sapientum sicut erant sacerdotes Scribe & Phariset. Veh qui profundi hic consequenter ponitur excecatio uulgarium tempore enim Christi in Iudeis erat una secta Saduceorum qui negant spiritum & angelū & perconsequēs

resurrectionem futuram Act. xxiii. & perconsequens negant punitionem omnem
post uitā istā & ex hoc ꝓcessit error in uulgaribus hominibus ꝙ deus nō ītromitteret
se de humanis actibus puniendis neq; agnosceret. Et hoc est qđ dicitur Veh q ꝓfūdi
estis corde in tantum secundum estimationem uestram ꝙ diuina scientia non attingit
ad ipsum: quorum sunt in tenebris opera in tantum ꝙ sunt deo occulta scđm errorē
uestrum & absurditatem hanc arguit propheta. d. peruersa est hec cogitatio uestra
quasi lutum contra figulū etc. propter qđ Hiere. xviii. dicitur sicut lutum in manu
figuli sic uos in manu mea domus Israel. Nonne hic consequenter ponitur simplicium
illuminatio sicut enim in aduētu Christi sacerdotes & Scribe qui erant litterati fuerūt
tunc demeritis excecati sicut Apostoli aliq; discipuli Christi qui prius erant simplices et
illitterati fuerunt diuinitus illuminati propter qđ dicit Saluator Mat. xi. Cōfitebor
tibi domine pater celi & terre quia abscondisti hec a sapientibus & prudentibus et re/
uelasti ea paruulis & hoc est qđ dicitur hic. Nonne adhuc in modico & in breui quia
illuminatio Apostoloꝝ fuit statim post Christi resurrectionem tūc enim aparuit illis
sensum ut intelligerent scripturas Lu. xxiiii. conuertetur Libanus in Chermel et
Chermel in saltum reputabitur quia Chermel intelligitē hic mons Carmeli ubi Helias
interfecit Prophetas Baal. qui locus est aridus & sterilis Libanus autem est nemus ubi
sunt arbores pulchre & aromatice per hanc igitur parabolam intelligitē ꝙ sacerdotes
& Scribe qui erant magne reputationis & autoritatis ambilarentur per excecationē
in destructione ciuitatis per Romanos & Apostoli aliq; Christi discipuli qui nullius
erant reputationis eleuarentē ꝑ illuminationes diuinas & per operationes miraculosas
ut patet in Act. Apostolorum in pluribus locis & quia per eorum predicationē con/
uersi sunt gentiles ad fidem: Ideo subditur: Et audient in illa die surdi. i. gentiles qui
prius erant idolatrie dediti uerba libri. s. ueteris & noui testamēti & de tenebris & ca/
ligine errorum. s. & ignorantie. Oculi cecorum. i. gentilium uidebunt & addet mites
idest Apostoli quibus dixit Christus Mat. xi. discite a me quia mitis sum etc. in domino
letitiam. de conuersione gentiū ad fidem & pauperes homines idest paupertatē Euā/
gelicam sequentes quia in primitiua Ecclesia omnia erant fidelibus communia quasi
renunciando proprietati Act. iiii. quoniam defecit qui preualebat. Cetus sacerdotum
Scribarum & Pharisеorum qui in destructione ciuitatis fuit occisus consummatus est
illusor illuserunt enim multipliciter doctrinam Christi & succisi sunt oēs q uigilabant
super iniquitatem quia tota eorum intentio uersa erat ad auariciam & rapinam qui
peccare faciebant homines in uerbo quia querebant de ore Christi discipuloꝝq; eius
aliquid calumniabile rapere ut patet in Euangelio & in Actibus Apostolorum in
pluribus locis & arguentem in porta supplantabant. s. Christum arguētem eoꝝ uitia
in palam. Et declinauerunt frustra a iusto idest a Christo qui dicitur iustus antono/
matice eo ꝙ alios iustificat. quē negauerunt coram Pilato Propter hoc hic remouet
quiddam dubium circa predicta de excecatione sapientum & illuminatione simpliciū
ne forte crederet aliqs ꝙ hoc deberet accidere prope tempus Esaie ideo hoc remouet
dicēs Non modo remouet Iacob. i. populus Iudaicus qui pro maiori parte in aduētu
Christi fuit excecatus & per Romanos per orbem in captiuitate dispersus ubi multas
confusiones sustinet & ideo determinatio huius temporis subditur cum dicitur sed cum
uiderit filios suos idest Apostolos qui erant de gente illa opera manuum mearum quia
per infusionē spiritus sancti de idiotis & timentibus fecit eos sapientissimos & constātes.
In medio sui sanctificantes nomen meū & hoc potissime fuit in die Pentecostes Act. ii.
& sanctificabunt idest sanctum predicabunt sanctum Iacob. i. Christum quē Iacob

Patriarcha predixit uenturum ad ſanctificādum mundum Gene. xlix. Nō auferet ſceptrum de Iuda & dux de femore eius donec ueniat qui mittēdus eſt & ipſe erit expectatio gentium. Et deum Iſrael predicabunt gentibus ſperſis & ſcient errantes ſpiritu ideſt gentiles prius multis erroribus implicati intellectum legis et Euāgelii & muſitatores. i. q prius erant otioſi & uanis occupati diſcent legē Moiſaicā & Euangelicam & hoc patet impletum per orbem.

XXX.

Veb filii Hic conſequenter Eſaias loquitur contra irriſores Prophetaꝝ futuroꝝ & potiſſime Hiere. qui prophetauit tempus captiuitatis Babylonice Eſaias uero prophetauit ante p plures annos Interfectus enim fuit circa principiū regni Manaſſe ut dictum fuit ſupra primo ca. de principio uero regni Manaſſe uſq; ad deſtructionē ciuitatis p Chaldeos fluxerunt anni. c. x. quia Manaſſes regnauit. lv. annis Ammon xiiii. Ioſias. xxx. Ioachim. xi. Sciendum igitur q̄ regnum Iſrael & regnum Iuda fuerunt deſtructa ex confidentia adiutorii Regis Egypti expoſitores igitur noſtri communiter exponunt hoc. c. ad litteram de Iudeis qui euaſerunt manus Regis Babylonis ſed interfecto Godolia quē Rex Babylonis prefecerat terre Iuda trāſierūt in Egyptum timore Chaldeorum contra mandatum domini factum eis ex ore Hiere. ut habetur Hiere. xlii. ſed hoc dictum non uidetur uerū quia de ipſis deſcendētibus in Egyptum dicitur infra. ca. iſto. Nunci tui uſq; ad Tamnes peruenerunt que eſt ciuitas Egypti illi autem qui interfecto Godolia tranſierunt in Egyptum nō ierunt illuc ſicut nunci ad redeundum ſed ſicut fugitiui ad illuc manendum propter qđ Ra. Sa. exponit hoc ca. de Oſee Rege Iſrael qui miſit nuncios ad Regem Egypti pro auxilio habendo contra Regem Aſſyriorū ut ſic liberaret a tributo qđ ſibi reddebat ſingulis annis ut habetur. iii. Regū. xvii. & licet littera poſſet ad hoc applicari uidet tamen mihi q̄ melius debeat intelligi de Sedechia Rege Iuda qui confidentia Regis Egypti rebellauit Nabucho. Regi contra conſilium Hieremie. Hiere. xxxvii. & pro iſto auxilio miſit frequenter Sedechias ſollemnes nuncios ad Regem Egypti. ſed defraudatus fuit ab intento quia Rex Egypti non adimpleuit promiſſum deferendo ei auxilium. Igitur ſecundum hanc ſententiam procedit ſic propheta quia p̄mo cōminatur penam regno Iude propter confidentiam in Egyptius. Scđo idem facit regno Iſrael ca. xxxi. Prima in duas quia primo cōminatur illis de regno Iuda afflictionē ſecundo denunciat eis conſolationem oleum infūdens poſt unum ſecunda ibi ꝓpterea expectat dominus. Prima in duas quia primo arguit culpam ſecundo ſubdit debitam penam ibi propterea hoc dicit. Prima adhuc in duas quia primo arguit confidentiam eorum ſuper Egyptum ſecundo dei contemptum ibi nunc ingreſſus. Circa primū dicit Veb filii deſertores conſilii Hieremie & aliorum Prophetarum domini ut facerent conſilium de requirendo Pharaonis auxilium & non ex me quia Prophete dīi hoc nō conſulebant & ordiremini telam ideſt facere tis proceſſum ad rebellandum Chaldeis et non per ſpiritum meum ſed per mendacium in ore Propbetarum falſorum ut patet Hieremie. xviii. ut adderetis peccatum ſupra peccatum quia primo diffiſi fuerunt de diuino auxilio ſcđo nimis confiſi de humano ideo ſubditur. qui ambulat etc. et patet littera ex dictis uſq; ibi & erit uobis fortitudo Pharaonis in confuſionem quia ex cōfidentia eius rebellauerunt Chaldeis qui uenientes deſtruxerunt ciuitatem & templum & partim occiderunt & partim captiuauerunt confuſibiliter populum erant enim etc. aliqui libri habent ierant qđ fuit ſic dictum ab aliquibus correctoribus eo q̄ ſubditur & uſq; ad acies peruenerunt & male quia in Hebreo & libris correctis habetur erant autem in Tamnis que eſt ciuitas nobilis Egypti Principes tui miſſi tanq̄ ſollēnes nūcii

et usq; ad Anes peruenerunt primo enim inuenerunt Regem Egypti in Tamnis sed anteq̃ responderet eis transtulit se ad Anes que est ciuitas Egypti & sic sequti sunt eũ ad habendum responsum. Omnes confusi sunt. s. dicti nuncii quia non habuerũt inde aliquod remedium sed confusionem & cum hoc magnum damnum: Ideo subditur onus iumentorum austri. i. iumentoꝝ portantium uersus Egyptum que est in pte australi respectu regni Iude munera magna pro habendo eius auxilio & unde portarentur subditur in terra tribulationis & angustie. i. in regno Iude cui imminebat magna tri/ bulatio & angustia a Nabuch. Rege leena & leo. i. Rex Sedechias & regina ex eis uipera & regulus uolans. i. filii ex eis nati ueneno malicie pleni portantes sup humeros iumentorum diuitias suas filii enim Regis aliquando mittebantur ad querendum tale auxilium uel potest exponi de quibusdam nũcius a Rege & Regina missis & propter hoc dicuntur esse ex eis super gibbum camelorum habet enim camelus gibbum supra dorsum super quem portatur sella & onus. cetera patent ex dictis usq; ibi superbia tm̃ est ex magna enim superbia procedebat q̃ Sedechias & populus eius nolebat seruire Regi Babylonis secũdum cõsilium Hieremie a dño sibi reuelatum. quiesce a querẽdo tale auxilium ab Egyptiis contra Regem Babylonis & seruias ei in pace. Nunc in/ gressus hic consequenter arguitur populus de contemptu dei & Prophetarum suorum primo tamen inducitur deus loquens ipsi Esaie. d. nunc ingressus. s. Esaia locum ubi scribis tibi a domino reuelata scribe ei. i. populo Iude super buxum In hebreo habet̃ super tabulam. sed Hieronymus transtulit buxum eo q̃ tabule ad scribendum fiunt communiter de buxo & in libro diligenter exara illud. s. per notarium tuũ. habebãt enim Prophete aliquando notarios sicut Baruch fuit notarius Hieremie sicut habet̃ Hieremie. xxxvi & magis probabile est de Esaia qui fuit nobilis & de stirpe regia q̃ habuit notarium scribentem in uolumine illud qd̃ Propheta scripserat in tabula pro exemplari & erit in die nouissimo in testimonium & uocatur ibi nouissima dies in qua ciuitas fuit destructa per Chaldeos quia tunc impleta fuit comminatio pene hic posita & usq; ad eternũ. i. usq; ad finem mũdi quia semper erit prophetia Esaie in testimoniũ malicie illorum contra quos loquebatur. Ideo subditur populus enim ad iracundiam prouocans est. s. ipsum deũ per maliciam & cõtemptum qui dicunt uidentibus. i. ueris Prophetis quia uerba eorum ueritima reputabant inania & falsa & patet littera usq; ibi cesset a facie nostra sanctus Israel. i. deus sanctificans Israel ex tali enim cõtemptu uerbis & factis oñdebãt q̃ deus deberet eos dimittere propter suã maliciã. Propterea descripta populi malicia hic consequenter denũciatur debita pena cum dicitur pro eo q̃ reprobastis uerbum hoc. i. uerbum dñi per Prophetas dictum & sperastis in calũnia querendo occasionem recedendi a seruitute Regis Babylonis cui tm̃ Sedechias Rex et principes iurauerunt seruire ut habetur. ii. Paralyp. ultimo & in tumultu. s. exercitus Regis Egyptiorum quem sperabãt uenire ad eoꝝ auxilium in regno fragore armorum & pompa & innixi estis sup eo magis q̃ super diuino auxilio: propterea erit uobis iniqtas hec de transgressione iuramenti & contemptu dei sicut interruptio cadẽs & requisita in muro excelso que quanto cadit de altiori tanto magis opprimit illa sup que cadit & per hoc intelligitur q̃ iniquitas predicta esset causa destructionis ciuitatis & populi. & patet littera usq; ibi & non inuenietur de fragmentis eius testa. i. non remanebunt aliqui residui de populo in terra Iuda qui possint operari quia illi quos dimisit Nabuzardan ad colendum terram mortuo Godolia fugerunt in Egyptum timore Chaldeorum quia hoc dicit dñs deus qui non potest mentiri sed reuertimini ad deum per penitentiam & quiescatis a rebellione contra Regem Babylonis salui eritis.

Ita enim predicauit Hieremias Regibus & populo regni Iude ut patet in multis locis
sue prophetie In silentio. i. humiliter & pacifice seruiendo Regi Babylonis secundum
domini uoluntatem & in spe diuini auxilii nō humani erit fortitudo uestra conseruās
ciuitatem & populum a destructione sed quia Sedechias noluit credere Hieremie et
populus eius Ideo subditur & noluistis & dixistis nequaq̄. s. faciemus Hiere. consilium
sed ad equos fugiemus. i. ab equitibus Egypti refugium & auxilium queremus. Ideo
fugietis quia deficiente auxilio Egypti & rupta ciuitate Sedechias Rex & uiri bella/
tores fugerunt nocte. iii. Regum ultimo & super uelocis ascendemus. i. si Rex Ba/
bylonis aduersum nos preualuerit per uelocitatem equorū nostrorū euademus manum
eius qđ excludit. d. Ideo uelociores erunt qui persequunt uos quia Chaldei insequētes
Sedechiam fugientem ipsum comprehenderunt. iii. Regum ultimo donec relinq̄mini
quasi malus nauis in signum naufragii preteriti & quasi signum super collem ubi aliqñ
in sublimitate arboris magne ascendit speculator ad uidendum si hostes ueniunt & ex
qua parte & sic dat signum fugiendi illis pro quibus speculatur: & ad quam partem
debeant fugere ne cadant in manibus hostium & ipse enim uelociter descendens fugit
cum alus sic fuerunt illi qui remanserunt de populo Iuda capti quorū aliqui fuerunt
ducti in Babylonem in signū uictorie Chaldeorum & destructionis Iude sicut malus
est signum naufragii preteriti & alii fugerunt in Egyptum timentes contra se aduēcū
Chaldeorū. Propterea expectat. hic consequenter Propheta post unū mordificatiuū
infundit oleum lenitiuum denuncians populi consolationem. Circa qđ sciendū ꝙ hāc
partem exponunt doctores nostri cōmuniter ad litteram de redemptione populi Iude
de captiuitate Babylonica facta per cirū destructo regno Chaldeorū ut habeē Esd. i.
Sed expositioni huic non uidetur bene consonare littera in pluribus locis utpote qđ
dicitur infra ploranś nequaq̄ plorabis. i. post reditū de captiuitate Babylonica materiā
tristicie non habebis: ut isti exponunt: cuius contrarium habetur Neemie. i. ubi dicit
ꝙ populus reuersus de Babylone erat in afflictione magna & obprobrio. Item quod
subditur postea & dabit tibi dominus panem artum & aquam breuem. i. in redeundo
de Babylone sustinebis uictus penuriam secundū istos hoc non bene consonat p̄dictis
ab eis. s. ꝙ non haberent materiam tristicie item ei qđ postea subditur & dabit pluuia
semini tuo etc. qđ exponitur de magna abundantia in terre fructibus & animalibus
cuius cōtrarium uidet in reditu Neemie. v. c. ubi dicit ꝙ multi de populo disponebāt
uendere filios & filias in seruos & ancillas pro uictu habendo. Item ꝙ dicit & nō faciēt
auolare a te ultra doctorem tuum. s. Esdram ut dicunt qđ non uidetur uerum quia
Esdras non semper stetit cum eis sed pauco tēpore quia post alios longo tēpore uenit
de Babylone & non multū superuixit. Item qđ infra dicitur & erit lux lune sicut lux
solis etc. exponunt dicentes ꝙ hoc intelligitur de maiori letitia quā habuerunt post
captiuitatem q̄ ante tantus tñ excessus letitie non uidetur bene predictis concordare
& maxime quia nunq̄ redierunt ad tātam prosperitatem sicut fuerant ante de multo
post maxime tempore Dauid & Salomonis & aliorum plurium & ideo saluo meliori
iudicio mihi uidetur ꝙ Iudei melius quantum ad aliquid exponunt partem istam. s. de
redemptione eorum fienda per Christum sed in hoc errant qđ expectant futurū qđ
transiit in preteritum: Igitur accipiendo ab eis qđ est uerum & falsum respuentes ex/
ponamus litteram de redemptione facta per Christū et diuiditur in duas partes quia
primo ponitur redemptio facta per Christū in suo aduentu primo. scđo facta in fcđo
ibi & erit. prima hic ponitur ab Esaia cum dicitur propterea. i. propter mala uestra
multiplicata expectat dominus ut misereatur uestri. i. differt redemptionem uestram

perfectam per Christum fiendam: ueruntamen quia non aufert eam subdiē: & ideo exaltabitur parcens nobis quia tempus sui aduentus erit tempus misericordie magne ueruntñ non erit sine iusticia que semper dei misericordiam concomitatur ideo subdiē quia dñs iudicii dñs beati omnes qui expectant eum. firmiter credendo eius aduentum populus enim Sion. i. fidelis & Catholicus habitabit in Hierusalem. i. in Ecclesia scd̄m qd̄ dicitur Heb. xii. Accessistis ad montem Sion & ciuitatem dei uiuentis Hierusalem celestem & quia ad litteram in monte Sion incepit fides Catholica per predicationem Christi in propria persona: & permissionem spiritus sancti super Apostolos ut dictum fuit supra. ii. ca. ploransq; nequaq̄ plorabis pro dilatione Christi uenturi pro qua suspirabant ingemiscentes patres ueteris testamenti miserans miserebitur tui. In primitiua enim Ecclesia & per longū tempus postea sancti uiri frequentissime habebant ad uotū diuina respōsa. Et dabit tibi dñs panem artum & aquam breuem. i. ex dei gratia eris cōtentus pco uictu sicut patet ex decursu Ecclesie in uiris perfectis & religiosis & nō faciet auolare a te ultra doctorem tuum. s. Christum qui dicit de seipso Mat. xxiii. Vnus est magister uester Christus & de sua permanentia dicit Mat. ultimo Ecce uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consūmationem seculi secundum enim deitatē ubiq; est per essentiam presentiam & potentiam & in Ecclesia sua per specialem gratiam & secūdum humanitatem in eucharistie sacramento In translatione Chaldaica sic habeē & non recedet ultra diuinitas eius. ex quo patet q̄ non potest conuenienter intelligi de Esdra doctore sed Christo conuenit optime. & erūt oculi tui uidentes preceptorem tuum. s. Christū qui apparuit uisibilis etiam oculis corporalibus in forma humanitatis & in sacramento sub specie panis & aures tue audient uerbū. s. Euangelicū post tergū mouentis. i. ad sequendum uestigia Christi predicantis in propria persona primo et postea in Apostolis aliisq; discipulis. hec uia. s. fides Catholica. ambulate in ea etc. qa Ecclesia nunq̄ generaliter declinabit a fide Catholica. & cōtaminabis lamiās sculptilia argenti tui etc. quia gentiles ad predicationem Apostolorum confregerunt idola sua materiam & ornamenta idolorum pauperibus erogantes. egredere dicens ei. i. idolatrie que cessauit quasi in uniuerso orbe. & dabitur pluuia semini tuo etc. semen pabolice dicitur hic uerbū Euangelicum secundū qd̄ dicit Saluator Lu. viii. semen est uerbū dei & recipientibus ipsum per fidem data est pluuia gratie dei per talem modum dicit Deuteronomii. xxxii. concrescat ut pluuia doctrina mea. & panis frugum terre erit uberrimus & pinguis Iste est panis eucharistie qui dicit panis frugum terre qa materia huius sacramenti est panis triticeus de terra p̄ductus & continet iste panis pinguedinē diuine gratie. pascetur in possessione tua in die illa agnus spatiose. i. Christus de quo dicitur Io. i. Ecce agnus dei qui pascitur spatiose in dilatatione castitatis ecclesie scd̄m q̄ dicitur Cantic. ii. qui pascitur in liliis donec aspiret dies & inclinentur umbre & tauri tui. i. Apostoli & pulli asinorum alii in fibres predicatores qui operantur terrā laborando in agro dominico uerbo & exemplo commixtum migma comedent glosa super istum locum dicit q̄ migma est hordeum mixtum cum palea & eam saquuntur expositores nostri sed huic dicto uidetur contrariari quod subditur sicut in area uentilatum est. i. purgatum a palea qd aūt ītellexit Hieronymus per migma nescio sed in hebreo habetur sic mixtum forte comedent. i. commixtionem diuersorū granorum absq; aliq̄ corruptione in sua bonitate manentium. per quod metaphorice intelligit cōgregatio fidelium ex Iudeis & gentilibus & uariis nationibus qui incorporati sunt ecclesie per predicationem Apostolorum aliorumq; predicatorum & erunt super omnem montē excelsum etc. per montes excelsos intelliguntur Apostoli per colles qui sunt montes

minoreſ predicatoreſ alii.uim currentium aquarum.i.abundantia doctrine eo modo loquendi quo dicitur ſupra.xi.c. Repleta eſt terra ſcientia domini ſicut aqui mariſ operienteſ. In die interfectioniſ multoꝝ cū ceciderint turreſ.i. tempore deſtructóiſ Hieruſalem in qua erant multe turreſ que cū muriſ deſtructe fuerūt per Romanoſ & illo tempore multum uiguit predicatio Euangelii per Apoſtoloſ alioſq; diſcipuloſ Chriſti. Et erit hic denunciatur liberatio fidelium in ſecundo aduentu Chriſti tunc enim liberabuntur a penalitatibuſ uite preſentiſ & diuiditur in duaſ parteſ quia p̄mo ponitur huiuſmodi liberatio ſecundo demoniſ abiectio ibi. Ecce nomen. Circa primum ſciendum q̄ ſecūdū ſanctoſ & doctoreſ Catholicoſ in finali iudicio mundus innouabit̄ & meliorabitur ad augmentum glorie electoꝝ qui in elemētiſ & corporibuſ celeſtibuſ uidebūt clariuſ relucentiam diuine uirtutiſ & bonitatiſ ſecundum illud ſapientie.xiii. a magnitudine creature poterat cognoſcibiliter creator horum uideri. decor autem corporum celeſtium conſiſtit in luce & ideo tunc augebitur & hoc eſt q̄d dicitur. et erit lux lune ſicut lux ſoliſ etc. In die qua alligauerit dominuſ uulnuſ populi ſui quia fideleſ reſurgent in corporibuſ glorioſiſ ab omni corruptione & penalitate liberatiſ. Ecce nomen. hic conſequenter agitur de deiectione demoniſ. ſciendum q̄ Hebrei et expoſitoreſ noſtri exponunt partem iſtam ad litteram de deiectione Sennacherib Regiſ Aſſyriorum uenientiſ contra Hieruſalem quando exercituſ eiuſ percuſſuſ fuit ab angelo ſic q̄ corpora bellatoꝝ fuerunt incinerata in tactiſ ueſtibuſ & armiſ ſicut dictum fuit ſupra. vii. c. & ad hoc ſatiſ poſſet applicari littera. Sed contra hoc uide q̄d dicitur hic in principio. Ecce nomen domini uenit de longinquo ex quo uidetur Eſaiaſ loqui de tempore longinquo q̄d eſt tempuſ iudicii finaliſ & non de propinquo ſeu p̄ñti cuiuſmodi fuit dicta percuſſio Sennacherib quia fuit tempuſ Eſaie ut habet iiii. Regū. xix. Item q̄d dicit̄ in fine huiuſ ca. p̄parata eſt enim ab heri Tophet etc. ideſt pena gehennaliſ ſecundū q̄d dicit̄ ab omnibuſ expoſitoribuſ Hebreiſ & Latiniſ & ideo uidetur Eſaiaſ hic loqui de tempore finaliſ iudicii in quo demoneſ cū damnatiſ retrudentur in inferno & hanc ſententiam ſequit̄ hic magiſter Allexander de Haleſ qui fuit maximuſ Theologuſ temporibuſ ſuiſ. Igitur ſecundum hanc ſententiā hec pſ diuidit̄ in treſ pteſ qa p̄mo deſcribit̄ aduentuſ iudiciſ terribiliſ impiiſ ſc̄do delectabiliſ iuſtiſ ibi canticum erit. & tertio ut abiectiuuſ demoniſ ibi & auditam. Circa primum dicit Eſaiaſ Ecce nomen domini quia in iudicio apparebit dominuſ qui iudicatuſ fuit coram Pilato ut ſeruuſ & abiectuſ. Venit de longinquo quia a tempore Eſaie erat magna diſtantia uſq; ad tempuſ iudicii ardenſ furor eiuſ quia igniſ conflagratóiſ pre/cedet aduentum iudiciſ. & grauiſ ad portandum quia terribilia ſigna apparebunt ꝓpe iudicium labia eiuſ repleta ſunt indignatione contra reproboſ contra quoſ profert illā ſententiam. Item maledicti Mat. xxv. & lingua eiuſ quaſi igniſ deuoranſ quia per ſententiam ab eo prolatam deducentur ad ignem gehenne interminabitur & ſpirituſ eiuſ. i. indignatio eiuſ contra reproboſ uelut torrenſ inundanſ quia non potuerūt pu/nitionem eiuſ euadere ad perdendaſ genteſ. ſ. omneſ quantum ad reproboſ & frenum erroriſ quia cognoſcent ſe erraſſe. illa tñ cognitio nō erit eiſ utiliſ ſed magiſ afflictiua per remorſum conſcientie de quo dicitur infra ultimo ca. uermiſ eorum non morietur. Canticum hic deſcribitur dictuſ aduentuſ delectabiliſ electiſ qui tunc letabuntur non ſolum de ſua glorificatione ſed etiam de reproborum punitione applaudendo diuine iuſticie & hoc eſt q̄d dicitur canticum erit nobiſ. ſ. electiſ. ſicut nox. ſic eſt in Hebreo ſanctificate ſollemnitatiſ. i. nox ſollemnitatiſ paſchaliſ in qua filii Iſrael laudauerunt dominum pro ſuo exitu de Egypto in quo figuratuſ fuit exituſ beatorum de omni

penalitate quando ad celū transferētur glorioſi in anima & corpore. & leticia cordis ſicut qui pergit cum tibia etc. li ſicut nō importat hic equalitatem quia leticia electoꝝ tunc excedet omnem leticiam que poteſt exprimi a nobis. Sed Propheta utitur talibus exemplis hominibus cognitis quia ſecundum qđ dicit Gregorius balbutiendo prout poſſumus excelſa dei reſonamus. & auditam hic conſequenter oſtendit dictus aduētus ut demonis abiectiuus quia tūc auferetur eius poteſtas inducendi homines ad peccatū & quia tunc cum reprobis retrudetur in infernum ex quorum pena augetur pena demonum ſicut gloria electorum augmentabitur ex gloria electorū quos induxerūt ad meritum ideo dicitur. & auditam faciet dñs gloriam uocis ſue dicens electis Venite benedicti etc. & terrorem brachii ſui oſtendet in demonū detectione. In cōminationē furoris cum dicet: Ite maledicti in ignem eternum etc. Mat. xxv. & flamma ignis. ſ. gehenne allidet in turbine & lapide grandinis per iſta que ſūt hominibus terribilia intelligit terror iudicii. A uoce enim dñi. i. in ſentētia iudicii pauebit Aſſur. i. Diabolus qui hic ad litteram intelligitur ſub nomine Regis Aſſur qui multum afflixit populum domini ſicut ſupra. xiii. c. ſub nomine Regis Babylonis ſignificat Diabolus ad litterā ut dictum fuit ibidem. uirga percuſſus. i. uirga diuine ſententie & erit tranſitus uirge fundatus. i. firmus & ſtabilis quia illa ſententia erit irretractabilis. Ideo ſequitur quē requieſcere faciet dominus ſuper eum quia pena illius ſententie tenebit eum depreſſū in perpetuum in tympanis & citharis etc. per iſta intelligitur electorum leticia de poteſtate demonum detecta ſecundum qđ dicitur Apoc. xii. Audiui uocem magnam in celo dicentem nunc facta eſt ſalus & uirtus & regnum dei noſtri & poteſtas Chriſti eius quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum etc. preparata eſt enim ab heri Tophet. i. gehenna ſecundum expoſitores Hebreos & Latinos Tophet enim uno mō ſignificat laxationem & ampliationem. & ideo ſic nominatur gehenna quia omnis hō qui non reſtringit fomitem ſuum ſed magis laxat et habenas cadit in gehennā ut dicit glo. Hebraica. dicitur aūt prepata ab heri. i. a ſecunda die creationis mundi ut dicūt aliqui quia illa dies non habuit nudius tertius ſed tantū heri ſed hoc non eſt ueriſimile quia illa die facta fuit diſtinctio celi ſideret ab aliquibus inferioribus & ſuperioribus ubi non eſt gehenna: ſed circa centrū terre ut dicunt ſancti & doctores. Item ratio eoꝝ magis concludit contrarium quia ſi ſecunda dies fuit prima habens heri ſequitur ꝙ ipſa non fuit primum heri ſed magis dies precedens & ideo meliꝰ dicit ꝙ heri hic accipit pro principio temporis in quo deus creauit celum & terram ita ꝙ ſicut tunc fecit celū empyreum pro electis ita & infernum pro reprobis. A Rege prepata. i. a deo q̄ regit uniuerſa quia ſicut fecit habitationem electis in celo empyreo ſic etiam reprobis in inferno. In hebreo habetur Regi prepata. i. demoni & angelis eius qui dicit Rex ſup omnes filios ſuperbie Iob. xli. profunda quia dicit eſſe circa centrum terre & dilatata quia multi uadunt ad perditionem ſecundum dictum Saluatoris Mat. vii. nutrimēta eius ignis & ligna multa per hoc deſignatur acerbitas pene flatus domini. i. effectus ſue iuſticie ſicut torrens ſulphuris per hoc etiā oñditur horror illius pene & ꝙ impedir non poſſit eo ꝙ ꝓcedit ſecundum ordinem diuine iuſticie.

XXXI.

VEb qui deſcendūt poſtq̄ locutus eſt Eſaias cōtra regnū Iude eo ꝙ ex diffidētia diuini auxilii recurrerunt ad humanum tempore Regis Sedechie hic ex ſimili cauſa loquitur contra regnum Iſrael tempore Oſee qui ut euaderet reddere tributū Regi Aſſyriorum ſicut conſueuerat miſit nuncios ad Suſac Regem Egypti & ſic ex eius confidentia rebellauit propter qđ Salmanaſar Rex Aſſyriorum uenit contra eum & regnum eius deſtruxit: ut habetur. iiii. Regum. xviii. Secundum hoc igitur

iſtud. c. in duaſ parteſ diuiditur quia primo ponitur deſtructio regni Iſrael ex dicta cauſa ſecundo ſaluatio regni Iude pro tunc ratione appoſita ibi quia hec dicit. Circa primum ſciendum q̄ ſicut regnum Iſrael fuit deſtructum ex mala confidentia ſuper Egyptum: ſic Rex Egypti cum ſuo exercitu fuit deuictuſ a Nabuch. Rege Babyloniſ. iii. anno Ioachim filii Ioſie ut habetur Hiere. xlvi. & xlviii. hoc qa falſā fiduciam dederat Regi Iſrael & utrūq; iſtor̄ denunciat hic Eſaiaſ ut patet ex dictiſ paucis exceptiſ. Veh qui deſcendunt in Egyptum ſcilicet de populo Iſrael habenteſ fiduciam ſuper quadrigis quia multe ſūt ad portādū arma & oīa exercitui neceſſaria & ſuper equitibuſ quia preualidi tunc enim Egyptii erant in armis famoſi. & non ſunt confiſi ſuper ſanctum Iſrael. i. ſuper deum qui ſanctificat Iſrael Ipſe autem ſapienſ. ſ. ipſe deuſ cuius ſapientie non eſt numeruſ. adduxit malum. ſ. pene ſuper regnū Iſrael & uerba ſua que per Prophetaſ dixit de deſtructione regni Iſrael non abſtulit. ſ. ab effectu ſed ea impleuit & conſurgit contra domum peſſimorum. i. regnum Iſrael qui uitulos aureos adorabant & contra auxilium. i. contra Regem Egypti Regi Iſrael auxilium promittenti. Egyptuſ homo & ſic eſt ſub deo ad puniendum ipſam pro uoluntatiſ ſue libito. & non deuſ ut poſſit ſaluare regnum Iſrael contra ordinationē dei. & equi eorum caro & non ſpirituſ. i. ſpiritaleſ ſubſtantie cuiuſmodi ſunt angeli qui ſūt exercituſ dei. & dñſ inclinauit manum ſuam ad accipiendum de utroq; Rege uindictā ideo ſubditur. & corruet etc. ſimulq; oēſ conſumentur. li ſimul non importat idētitatē temporiſ quia duo Regeſ predicti non fuerunt eodem tempore debellati ut patet ex predictiſ ſed deſignat ſimilitudinē pene utriuſq; Regiſ. Quia hec dicit hic cōſequēter ponitur ſaluatio regni Iude pro tunc ex cauſa oppoſita. ſ. ex uera cōfidentia in dño Ezechiaſ enim qui tempore Oſee regnauit ut habetur. iiii. Regum. xviii. totā confidentiam ſuam poſuit in domino & ad hoc induxit populum ſuum propter qđ dñſ mō mirabili liberauit eum de manu Sennacherib Regiſ Aſſyriorum. iii. Regum. xix. et hec ſaluatio deſcribit̄ hic diffuſe & primo Prophetice ſcđo hiſtorice. c. xxxvi. Primo in duaſ quia primo ponit̄ moduſ dicte ſaluationiſ in generali & ſecundo magiſ in ſpeciali. c. xxxii. prima in duaſ qui primo ponit̄ regni Iude ſaluatio. ſcđo Sennacherib deiectio ibi & cadet. Circa primum ponitur exemplum de leone qui non dimittit p̄dā timore paſtorum ſibi occurrentiū ſic dominuſ conſtanter & ſine impedimento p̄texit & ſaluauit Hieruſalem contra Sennacherib & eiuſ exercitum & ſicut aueſ uolātes nō habent timere arcū ſagittatoriſ ſic nec habitanteſ in Hieruſalem impetū Sēnacherib Regiſ & ſic patet littera uſq; ibi cōuertimini ſicut in profundum receſſeritiſ filii Iſrael hoc dicitur quia cum populuſ Iſrael transferetur in Aſſyrioſ per Salmanaſar Regem aliqui de illo regno euaſerunt latitanteſ ubi poterant ſed poſtea uenerūt ad Ezechiā Regem & reiecta idolatria reuerſi fuerunt ad uerum dei cultum ideo ſubditur. In die illa abiciet uir idola argenti ſui. i. deſpiciet pre amore cultuſ diuini. Et cadet hic cōſequenter ponitur Sennacherib deiectio que facta fuit per hoc qđ angeluſ domini percuſſit in exercitu eiuſ. c. lxxxv. milia qđ uidenſ Sennacherib cum paucis fugit territuſ & hoc eſt quod dicitur: & cadet Aſſur. i. exercituſ Aſſyriorum In gladio nō uiri ſed angeli & fugiet. ſ. Rex Sennacherib nō a facie gladii. ſ. aduerſariorum ſuoꝝ ſed ex timore ſupradicto. & iuueneſ eiuſ uectigaleſ erūt. i. tributarii qui ātea ab aliis tributum accipiebant. & fortitudo eiuſ a terrore tranſiuit: quia ampliuſ non terrebit populoſ in exercitu ſed magiſ econuerſo ideo ſubditur. & pauebunt principeſ eiuſ fugienteſ. ſ. cum Rege Sennacherib ut dictum eſt dixit dominuſ cuiuſ ignis eſt in Sion quia in altari holocauſtorū qđ erat in monte Sion erat ignis perpetuus q̄ nutriebat

a ſacerdotibuſ Leui. vi. & caminuſ eiuſ in Hieruſalē hoc dicitur pro altari incenſi ad qđ ingrediebātur omni die ſacerdoteſ ut ibi comburerent thymiama ad conſúmādú ſacrificia ut habetur Heb. ix. ca.

XXXII.

ECce in iuſticia hic proſequitur predicta magiſ in ſpeciali & diuiditur in duaſ ptes quia primo deſcribitur iuſticia Ezechie ꝓpter quā facta fuit tūc dicta ſaluatio. ſecundo malicia Sennacherib propter quam facta fuit eiuſ detectio. c. xxxiii. prima diuiditur in duaſ parteſ quia primo deſcribitur iuſticia Ezechie que meruit dictā ſal/uationem. ſecúdo malicia Manaſſe que demeruit regni Iude deſtructionē ibi ſtultuſ Circa primum dicit Ecce in iuſticia regnabit Rex. ſ. Ezechiaſ qui fuit iuſtuſ & Prí/cipeſ in iudicio preerunt ab eo informati & inducti. & erit uir ſicut qui abſcódit etc. ſecúdum hanc litteram li uir refertur ad quemlibet de populo Iude qui fuit ꝓtectuſ ab impetu & tempeſtate Sennacherib meritiſ Ezechie In Hebreo autem habetur & erit uir ſicut abſconſio a uento etc. & ſic li uir refertur ad Ezechiam qui dicitur uir a uirtute & abſcóſio & protectio a uento & tempeſtate ipſiuſ Sennacherib populo ſuo ita ut dictum eſt, ſicut riui aquarum in ſiti ſunt ualde amabileſ & utileſ ſic Ezechiaſ populo ſuo & ſicut umbra petre ꝓminentiſ in terra deſerta ex ſiccitatibuſ & caloribuſ maximiſ. ſ. taliſ umbra eſt ualde delectabiliſ hominibuſ ibi quieſcentibuſ ſic Ezechiaſ populo ſuo. non caligabunt oculi uidentium quia Eſaiaſ illo tempore multaſ habuit diuinaſ reuelationeſ & claraſ & alii Prophete qui tūc temporiſ erant. & aureſ audiētiú diligenter auſcultabūt. quia Ezechiaſ & eiuſ populuſ uerba Eſaie deuote receperūt. & cor ſtultorum. i. illorum qui fuerant ſtulti tempore precedenti. ſ. tempore Achaz patriſ Ezechie qui fuit idolatra peſſimuſ intelliget ſcientiam tempore Ezechie q̄ fuit deuotuſ & ſtudioſuſ & lingua balborum. i. illorum qui tempore Achaz nō audebant deum laudare manifeſte & idolatriam deteſtari uelociter loquetur & plane. prompte deum confitendo. & idolatriā manifeſte deteſtando. nō uocabitur ultra iſ qui inſipiēſ eſt. ſ. Achaz qui a uera ſapientia decidit per idolatriā. neq; fraudulentuſ etc. i. Achaz qui fraudulenter reſpondit Eſaie ſupra. vii. ca. non petā & non temptabo dñm in hoc fraudulenter ſimulanſ dei reuerentiam cum tamen recuſaret ſignum a deo dari ne ex hoc glorificaretur nomen domini ut dictum fuit ibidem. Stultuſ. hic conſequenter ponitur malicia Manaſſe filii Ezechie propter cuiuſ maliciam deſtructa fuit ciuitaſ per Chaldeoſ. iii. Regum. xxiii. & primo deſcribitur eiuſ tranſgreſſio. ſcđo ciuitatiſ deſtructio ibi muliereſ Circa primum ſciendum q̄ ſicut Eſaiaſ deſcribendo iuſticiam Ezechie ſimul tetigit maliciā Achaz patriſ ſui ſic deſcribendo maliciam Manaſſe tāgit iuſticiam nepotiſ ſui Ioſie ut oppoſita iuxta ſe poſita magiſ eluceſcát. dicit igit̄ ſtultuſ id eſt Manaſſeſ qui ad idolatriam declinauit ſuper omneſ que non ſolum eſt ſtulticia ſed magiſ inſania. fatue loquetur quia per uerba ſua ſeduxit Principeſ & habitatoreſ Hieruſalem ut declinarēt cum eo ad idolatriam. ii. Paralyp. xxxiii. & cor eiuſ faciet iniquitatem. quia ex magna libidine talia faciebat. ut ꝓficeret ſimulationē oñendo ſe querere bonum commune ut per cultum omnium idolorum impetraret̄ a multiſ diuiſ auxilium ſicut de ciuitate Romana dicit Leo papa q̄ magnā arbitrabatur ſe ſuſ/cepiſſe religionē cū nulliuſ gentiſ reſpueret falſitatē. & loquebat̄ ad dñm fraudulenter q̄a cū hoc q̄ adorabat idola, adorabat etiā deū ut ſic haberet gratiā aliquoꝝ Principū qui a cultu dei non totaliter receſſerant. Et uacuam faciat animam etc. qui ad cultum multorum deoꝝ dicebat requiri magnaſ expenſaſ & ſub iſto pretextu leuabat a po/pulo magnaſ pecuniaſ unde pauperes grauabantur. fraudulenti uaſa peſſima ſunt. i. miniſtri Manaſſe Regiſ ſūt peſſimi apud Hebreoſ enim inſtrumenta cuiuſlibet artiſ

dicuntur uasa & quia Manasses Rex per ministros suos suam maliciam exercebat tāq̄ per instrumenta ideo dicuntur hic uasa pessima. Ipse enim. s. Manasses cogitationes concinnabit. i. machinatões suas malas uerbis iusticie apparentis colorabit. ad perden/dos mites secundum qđ dicitur. iiii. Regum. xxi. sanguinem multū innoxium effudit Manasses In sermõe mẽdacii. i. p̄ mendacia sermonibus iustis apparentibus colorata sicut dictum fuit supra. i. ca. qđ Esaiam condemnauit ad mortem q̄si zelo legis et idẽ credendum de multis alius. cum loqueretur pauper iudicium. i. diceret ueritatem eo. n. q̄ Esaias & alii Prophete eius maliciā ueraciter arguebāt querbat occasiões interficiẽdi eos. Consequenter transit Propheta ad describendum iusticiā Iosie qui per duos ānos post mortẽ Manasse regnauit. d. Princeps uero. i. Iosias ea que digna sūt Principe cogitabat quia a iuuentute sua cepit esse multū sollicitus de cultu dei & cõmuni bono regni sui. & ipse super duces stabit quia nobiles Iuđ ad hoc induxit. & toto tempore regni sui in hoc eos stabiliuit. Mulieres hic consequenter subdit̃ ciuitatis & regni Iude destructio & secũdo restitutio ibi & erit. Circa primum dicitur mulieres opulente ha/bitatores enim Hierusalem tempore Sedechie uocat mulieres eo q̄ non habuerunt uirtutem se defendendi uelut effeminate filie cõfidentes in fortitudine murorum & in auxilio Egyptiorum ut patet ex supradictis. xxx. ca. percipite auribus eloquiũ meũ quasi diceret cordibus uestris deberet esse impressũ & quid sit illud subditur. post dies & annos per hoc non intelligitur aliquod tempus certum & determinatũ ut dicit Ra. Sa. sed est sensus sicut dies addentur ad dies precedentes & annus ad ānum sic multipli/cabunt̃ uestre iniquitates quousq̄ ueniat destructio per Chaldeos & uos conturbemini confidentes. i. uos qui mõ confiditis ut securi: eritis ultra modum conturbati cõsũmata est enim uindemia quia ducetur populus in captiuitatem. & non erit qui ultra colat terram. nec perconsequens qui fructus colligat. Obstupescite pre nimio timore uobis imminente. exuite uos uestibus gloriosis & confundimini induentes uos uilibus & aspis. Ideo subditur Accingite lumbos uestros alicui⁹ super ubera plangite. i. signũ plāctus & doloris ostendite Hebrei dicunt hic super agros plangite qui dimittentur in culti & deserti & consonat hoc littere sequenti cum dicitur. super regione desiderabili etc. i. Iudea que frequenter in scriptura dicitur fluens late & melle pro sua fertilitate sup humum populi mei. i. super terram habitantium in locis campestribus ubi solent esse homines innocentes & sine malicia. spine & uepres ascendent propter cultorum absẽ/tiam qui ducent̃ in captiuitatem. quanto magis super oẽs domos gaudii etc. i. hominũ uacantium gaudiis & deliciis quales de communi cursu sunt homines habitantes in ciui/tatibus magnis. In Hebreo sic habetur: sup humũ populi mei spine & uepres ascẽdẽt. & etiam super omnes domos & sic est sensus contrario modo quasi diceret: non est mirum si super terram Iude inducam talem destructionem: quia hoc etiam faciam in Hierusalem meo cultui electam & in domibus templi ubi Leuite solent canere in dño exultantes. domus enim dimissa est. s. domus regia a Sedechia fugiente relicta & loqt̃ de futuro per modum preteriti propter certitudinem prophetie tenebre et palpatio facte sunt a uolentibus introire super speluncas hoc est cellaria et foueas ex ruina edificiorum usq; in eternum in hebreo habetur usq; in seculum. i. usq; ad tempus a deo preordinatum de eius reedificatione. Gaudium. hic consequenter agitur de populi re/paratione usq; in finem huius ca. & exponunt aliqui doctores nostri istud de tẽpore reedificationis templi & ciuitatis p̄ Zorobabel Neemiã & alios sanctos patres eiusdẽ temporis. Sed contra hoc uidetur quia in reditu captiuitatis populus nũq̄ fuit in tãta prosperitate spirituali et temporali qualis describitur in hac parte ut uidebitur. ꝓpter

qđ Ra. Sa. exponit partem iſtam de tempore magne felicitatiſ & proſperitatiſ quã expectant Iudei habere in aduentu Meſſie. & ideo de dictiſ eiuſ qđ falſũ ẽ relíquẽdo ſcilicet ꝙ Chriſtuſ in mundum ſit uenturuſ uidetur mihi locuſ iſte exponẽduſ de ſtatu proſpero quem fecit nobiſ Chriſtuſ orienſ ex alto. Propheta tamen continuando dicenda dictiſ recolit afflictioneſ populi a tempore ſuo futuraſ uſq; ad aduentum Xp̃i dicenſ gaudium onagrorum paſcua gregum. gregeſ enim dicuntur Iudei q̃uiſ quantũ ad multoſ eſſent idolatre & peccatiſ aliiſ implicati: tñ multi de eiſ boni erant & cultoreſ dei & onagri dicuntur hic Regeſ infideleſ qui eoſ ſeruituti ſubiecerunt: & afflixerunt ſcilicet primo Babylonii poſtea Perſe & Medi tertio Greci quarto Romani ita ꝙ a tempore captiuitatiſ Babylonice uſq; ad tempuſ Chriſti fuerunt ſubiecti alicui iſtoꝝ ſucceſſiue & ſi fuit aliquod interuallum fuit ita modicum reſpectiue ꝙ quaſi non eſt computandum. & iſti onagri gaudebãt rapere bona Iudeorum unde deberent uiuere donec effundatur ſuper uoſ ſpiritus de excelſo. qđ fuit impletũ quando poſt reſurrectionem & glorificationem Chriſti ſpiritus ſanctuſ effuſuſ eſt ſuper Apoſtoloſ alioſq; diſcipuloſ in ſigno uiſibili Act. ii. qui eſt ſpiritus perfecte libertatiſ ſecũdũ illud ii. Chorin. iii. ubi ſpiritus dñi ibi libertaſ. & erit deſertum. i. gentilitaſ que erat inculta & deſerta non habenſ legem diuinam & Prophetaſ in Chermel. i. abundanſ in bonis ſpiritalibuſ ſicut Iudea quãtum ad bonoſ. & Chermel. in ſaltum reputabitur. i. Iudea meliorabitur quantũ ad ſuſcipienteſ Chriſti fidem quia Apoſtoli & alii. lxx. diſcipuli qui fere omneſ fuerant Iudei fuerunt magne arboreſ in Eccleſia dei que dicitur eiuſ ſaltuſ per eoſ enim publicata eſt fideſ per orbem. Ideo ſubditur. & habitabit in ſolitudine. i. in gentilitate que priuſ erat ſterilis ut dictum eſt. Iudiciũ. i. executio iuſticie que eſt per fidem. & iuſticia ſcilicet Euangelica in Chermel ſedebit. i. in credentibuſ ex Iudea ex quibuſ & gentilibuſ facta eſt una Eccleſia. & erit opuſ iuſticie pax quã Chriſto nato angeli clamauerunt Lu. ii. Gloria in excelſiſ deo & in terra pax hominibuſ bone uolũtatiſ. & cultuſ iuſticie ſilentiũ in ꝓſperiſ cauendo a uerbiſ iactatoriis & in aduerſiſ a murmuratoriis. & ſecuritaſ in ſempiternum. quia in primitiua Eccleſia ita erant firmati uirtute ſpiritus ſãcti ꝙ tormenta nõ timebant. ſed magiſ in eiſ gaudebant Act. v. & quia ex hac uita tranſibant ad ſecuritatẽ & gaudium celeſte amoto impedimẽto per Chriſtũ ideo ſubditur & ſedebit populuſ meuſ in pulchritudine pacis quia pax celeſtiſ ex nulla parte impedietur ſeu obſcurabitur. & in tabernaculiſ. i. in manſionibuſ diuerſis ſecundum uarietatem meritoꝝ de quibuſ Io. xii. In domo patriſ mei manſioneſ multe ſunt. fiducie qa omneſ ſunt ibi certi de ſue beatitudinis eternitate & in requie opulenta quia ibi totaliter quietabitur appetituſ ſecundũ illud pſal. xvi. Satiabor cum apparuerit gloria tua: & quia poſt Chriſti glorificationem deſtructa fuit Hieruſalem in uindictã mortiſ Chriſti Ideo ſubditur grando autem. i. multitudo exercituſ Romani in deſcenſione ſaltuſ. i. in deiectione templi & domuſ regie que dicuntur ſaltuſ eo ꝙ ligna illiuſ edificationeſ apportata fuerant de ſaltu Libani. & humilitabitur ciuitaſ. ſ. Hieruſalem que fuit deſtructa & proiecta ad terram: & quia illo tempore fideſ Catholica fuit ualde publica per orbem ideo ſubdit beati q ſeminatiſ. ſ. uerbũ euangelicũ Lu. viii. ſemen eſt uerbum dei ſuper omneſ aquaſ. i. ſup omneſ populoſ gentileſ & Iudeoſ Apoc. xvii. aque multe populi multi. patet aũt ꝙ Propheta loquitur hic metaphorice quia ſemen materiale non ſeminatur ſup aquaſ materialeſ Immittenteſ pedem bouiſ & aſini. i. indifferẽter & ſine acceptatõe docẽteſ forteſ & debileſ. litteratoſ & ſimpliceſ.

Veh qui predatis: hic consequenter describit in particulari saluatio predicta populi Iude q̃tũ ad malicia Sennacherib & qa in exercitu eius fuerũt Idumei qui semp fuerũt Iudeis infesti sicut Esau a quo descẽderũt fuit infestus Iacob a quo descẽderũt Iudei ideo Propheta p̀mo inuehit cõtra Assyrios scd̀o cõtra Idumeos. xliii. ca. Circa p̀mũ sciendũ q̃ presens ca. ab expositoribus nostris secũdũ litteram refertur totum ad tempus Ezechie in quo electus fuit Sennacherib & populus Iude liberatus R̃a. Sa. uero exponit ad litteram totũ istud ca. reducendo ad tempus Messie in quo expectãt Iudei de omnibus gentibus triumphare & eis specialiter dominari. uidetur autem mihi q̃ expositores nostri melius dicunt & secundum hoc presens ca. in duas partes diuidit quia primo ponitur Sennacherib detectio: secundo status Hierusalem melioratio. ibi respice Sion. prima in duas quia primo describitur detectio Sennacherib Regis. scd̀o Sobne sibi adherentis ut dictum fuit supra. xxiii. ca. secunda ibi audite. Circa primũ sciendũ q̃ ad detectionem Sennacherib secuta est exaltatio populi Iude & ideo Propheta mixtim loquitur de utroq;. primo tamen inuehit contra Sennacherib. d. nõne & ipse predaberis. q.d. sic quia exercitu eius percusso ab angelo. iiii. Regum. xix. populus Ezechie exiuit ad colligendum spolia. Veh qui spernis. s. ipsum deum contra quem blasphemias scripsit & dixit ut habetur. iiii. Regũ. xix. Nonne & ipse spneris. s. a domino. & etiam a populo tuo quia percusso suo exercitu fugit confusus ad terram suam. ubi fuit interfectus a filiis suis. Consequenter Propheta conuertit sermonem ad deum pro liberatione populi. d. domine miserere nostri etc. & patet littera usq; ibi a uoce angeli percutientis exercitum Sennacherib. fugerunt populi quia Sennacherib cum illis qui remanserant fugit ab exaltatione tua. i. ab oñsione tue uirtutis in ãgelo pcutiente dispse sũt gentes. s. Sẽnacherib & aliq mortui remanserũt & aliq fugerũt. In Hebreo sic habetur. a uoce multidinis fugerũt populi & scd̀m hoc istud referẽ ad Sennacherib exercitũ quẽ populi audiẽtes supuenire nõ audebãt expectare. Ab exaltatione tua. i. a potestatis tue ostensione o tu Sennacherib dispersse sunt gentes per diuersas uias fugientes & cõgregabunt spolia uestra sicut colligitur brucus. i. faciliter & in magna copia quia exercitus Sennacherib fuit sic percussus q̃ corpora erant inuenerata sub uestibus & armis. & ideo faciliter colligi poterãt & copiose. Magnificatus est dominus in percussione Sennacherib mirabili qui habitauit in excelso id est in celo empyreo ubi specialiter relucet excellentia sue glorie licet secundum potentiam p̃tiam & essentiam sit ubiq;. implebit Sion iudicio & iustitia in diebus Ezechie qui fuit iustus & Principes suos ad iustitiam induxit ut habetur in principio precedentis ca. & erit fides. i. fidelitas In diebus eius o Ezechia hoc enim petiuit ut habetur infra. xxxix. fiat tantum pax & ueritas in diebus meis. Diuitie salutis sapientia. i. in cognitione rerum diuinarum. & scientia in cognitione humanorũ. timor domini ipse ẽ thesaurus eius. s. Ezechie qui prepossuit ista omnibus bonis temporalibus. Consequenter reuertit Propheta ad narrandum afflictionem populi per Sennacherib dicens ecce uidentes clamabunt foris littera est intricata quia li foris reducitur ad uidentes. speculatores enim existentes in alto uidebant foras longe exercitũ Sennacherib. & sic denũciabãt Regi Ezechie & populo suo ut preseruarent se. Angeli pacis. i. nuncii Ezechie quos misit ad loquendum cum Rapsace de pace ut habetur infra. xxxvi. ca. Amare flebunt. quia propter blasphemias contra deum dictas a Rapsace scissis uestibus flentes ad Ezechiam redierunt dissipate sunt uie ab exercitu Sennacherib cessauit transitꝰ. s. de populo Iude quia nullus audebat timore Assyriorum per terram ire. Irritũ factũ est pactum primo enim Sennacherib fecit pactum cum Ezechia. sed fregit illud ut

dictū fuit. iiii. Regū. xviii. ꝓiecit ciuitates. que erant in regno Iude circa Hieruſalē. non reputauit homines ꝙ poſſent ſibi in aliquo reſiſtere. luxit & elāguit terra ſcilicet Iuda. confuſus eſt Libanus & obſorduit. In Hebreo habetur: & preciſus fuit qa ibi exercitus Sennacherib precidit multa ligna ad faciendum machinamenta & ex tali deciſione fuit Libanus deturpatus. & factus eſt Saron ſicut deſertum etc. Iſta enim loca erant fertilia ſed per exercitum Sennacherib fuerunt deuaſtata. Sciendum etiā ꝙ Carmelus non accipitur hic pro monte Carmeli in quo Helias occidit Propbetas Baal & erat in regno Iſrael. ſed accipitur pro Carmelo ubi manebat Nabal qui erat fertilis: & erat in regno Iuda. Et conſequenter ponitur uindicta de maleficiis Sennacherib. Nunc conſurgam dicit dominus ad percutiendum Sennacherib & exercitum eius. qa nūc eſt tempus concupiſcentie ardorem etc. i. ex maleficiis ueſtris ſequitē demeritū ut efficiamini ſicut ſtipula applicata igni. Spiritus ueſter. i. uoluntas ueſtra mala ut ignis uorabit uos. i. meretur ut igne conſumamini. & ita fuit. quia exercitus ſic ꝓcuſſus fuit ab āgelo: ꝙ corpora fuerūt redacta i cineres ac ſi fuiſſēt igne materiali cōbuſta. Ideo ſubditur: & erunt populi exercitus Sennacherib ut de incendio cinis. i. ut cinis remanēs de incendio. ſpine cōgregate. i. bellatores Sēnacherib qui pūgebant populū domini. Igni comburentur non ſolum ex percuſſione angeli ut dictum eſt: ſed etiam igne inferni. Audite. hic conſequenter deſcribitur deiectio Sobne Pontificis qui con/ ſulebat ciuitatem reddi Aſſyrius & quia hoc non fuit factū partim indignatione ꝓtim timore cum ſibi adherentibus ad Aſſyrios tranſiuit occulte & ei ſucceſſit in Pontificatu Eliachim ut dictū fuit ſupra. xii. ca. & hoc eſt qđ dicit̄ hic Audite qui lōge eſtis etc. & in hoc notat magnitudinem rei nunciande conterriti ſunt in Sion peccatores. i. Sobna & ei adherētes. poſſedit timor bypocritas quia erant in ſtatu miniſtrandi dño. & ſic appebant exterius & ipſi nihil habebāt interius dignū ſacerdotio. Et cōſequēter queritur de iſta dignitate cū dicitur quis poterit habitare de uobis cū igne deuorante? id eſt digne miniſtrare in altari holocauſtorum ubi erat ignis perpetuus Leui. vi. et eadem ſententia replicatur cum ſubditur cum ardoribus ſempiternis? & ſubdit̄ reſpōſio qui ambulat in iuſticiis quantum ad perfectionem uite. & loquitur ueritatem quantū ad ſanitatem doctrine q proicit auariciam. Ita ꝙ nullam habet notam auaricie rapi/ endo aliena per uiolentiam. nec etiam accipiendo contra iuſticiam. qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem. i. ſermonem de effundendo ſāguine per mortem innocētis. & eius mutilationem. & claudit oculos ſuos ne uideat malum. i. ne uideat mulierem alienam ad concupiſcendum eam. Iſte in excelſis habitabit. i. talis dignus eſt fungi ſa/ cerdotio ſummo in monte Sion ubi erat templum. & talis fuit iſte Eliachim qui in hoc officio ſucceſſit Sobne munimenta ſaxorum ſublimitas eius. Salomon enim edificauit templum in monte Moria de lapidibus magnis & preciosis. iii. Regum. v. & edificia ad templum pertinentia & ibi erat habitatio ſummi ſacerdotis panis datus eſt ei etc. nomine panis & aque intelligitur omnis cibus & potus in ſcriptura. iiii. Regum. vi? Appone eis panem & aquam. & ſubditur & appoſita eſt eis magna ciborū preparatio. ſummo autem ſacerdoti debebantur primicie fructuum & animaliū. Regem in decore uidebunt. ſ. Ezechiam glorioſe regnantem poſt Sennacherib deiectionem ut habet̄ ii. Paralyp. xxxii. & in hac gloria uiderunt ipſum Eliachim Pontifex & alii miniſtri templi & oculi eius. ſ. Eliachim cernent terram de longe quia de monte Sion ubi erat eius habitatio poterat uideri Iudea pro magna parte. cor tuū o Eliachim mutat enim Propheta modū loquendi de tertia perſona ad ſcd̄am qđ frequēter fit in Prophetis. meditabitur timorē. ſ. dñi ex caſu predeceſſoris ſui ideo ſubditur. ubi eſt litteratus etc.

id est ubi est modo Sobna predecessor tuus in officio Pontificis. ꝓpter qđ debuit esse litteratus ad póderandum uerba legis & docendum ignorantes: qui dicuntur hic puuli. quasi diceret perit in terra aliena ut habetur supra. xxii. subditur populũ imprudentẽ scilicet Sobna & sibi adherentes non uidebis amplius in templo domini. populum alti sermonis etc. i. profundi sicut dicitur Io. iiii. puteus altus est & dicitur hic profundus sermo qui propter extraneitatem nó est intelligibilis & populum talis sermonis uocat hic Propheta Sennacherib & Assyrios quos intendebat Sobna introducere intra ci/ uitatem & tẽplum. sed defecit a proposito. In quo nulla est sapiẽtia. s. in Sẽnacherib & populo eius qa uera sapientia nó potest esse in infidelibus. Respice. hic consequẽter describitur ciuitatis melioratio quia per detectionem Sẽnacherib fuit mutata de timore in securitatem de tristicia in leticiam & de penuria in abundantiam. primo igitur hec melioratio describitur. secundo Propheta contra Sennacherib iterũ inuehit ibi laxati sunt. Circa primum tãgitur primo melioratio quantum ad cultum diuinum cũ dicitur respice Sion ciuitatẽ sollemnitatis uestre. uocabatur enim illa pars ciuitatis Hierusalẽ ubi erat mons Sion ciuitas Dauid ibi erat templum ubi celebrabantur sollemnitates ꝑ annũ. s. Pasche Pẽtecostes & tabernaculoꝝ in quibus populus de tota terra debebat conuenire qđ non poterat exercitu Sennacherib existente in Iudea. sed ipso detecto uenerunt undiq; gaudenter. secundo ponitur melioratio quantũ ad abundantiam cũ dicitur oculi tui uidebunt Hierusalem habitationẽ opulentam quia de spoliis exercitus Sennacherib omnes de ciuitate fuerunt repleti & ditati. tertio quantum ad securitatẽ cum dicitur tabernaculum qđ nequaq̃ transferri poterit. uocat hic templũ Salomónis tabernaculũ qđ dicitur immobile ad differẽtiam tabernaculi Moysi qđ transferebat de loco ad locum ut patet in libro Numeroꝝ: & ad idem pertinet qđ subditur. Nec auferentur claui eius in sempiternum. In tabernaculo enim Moysi parietes erant de tabulis simul coniunctis per incrastatiuas & clauos qui amouebantur de locis suis qñ tabernaculum deponebatur & portabatur ad aliũ locum. In templo uero Salomonis parietes interius erant de lignis laminis aureis optis & erant ibi claui positi ut insepera/ biliter manerẽt ibi. & omnes funiculi eius non rumpentur. i. stabilitas templi ꝑ impetũ Sennacherib nó dissoluetur. & causa subditur quia solúmodo ibi magnificus dominus deus noster. quia magnifice Sennacherib cũ suo exercitu delecit sine opere humano. locus fluuiorum etc. hoc refertur ad illud qđ fecit Ezechias propter exercitum Sen/ nacherib quia aquam de ciuitate Hierusalẽ egredientẽ extra ipse retinuit ad implẽdũ fossata ita & piscinas magnas sicut stagna & residuũ aque qđ nó poterat ibi capi fecit currere per alium locum ut sic exercitus Assyriorum nullum inde haberet solacium. Ideo subditur non transibit per eum nauis remigũ etc. quia sic disposuit Ezechias aq̃s illas ꝙ erant ad munimentum ciuitatis & in nullum auxilium aduersarii: quia non de/ seruiebant eis ad potum nec ad nauigium ut sic cum nauigio possent obsidere & ĩtrare ciuitatem. & quia oĩa ista erant attribuẽda bonitati diuine principaliter. Ideo subdit dominus Iudex noster etc. i. iudicabit pro nobis cótra Sennacherib. dñs legifer noster a quo recepimus legem in monte Sinai. Dominus Rex noster. Regem enim Iuda nó erant nisi eius uicarii. Ipse saluabit nos. In aliquibus libris ponitur ueniet: sed non est in Hebreo nec in libris correctis. Laxati sunt hic Propheta iterum inuehit contra Sennacherib cuius exercitus percussus fuit ab angelo anteq̃ obsideret Hierusalem ut dictum fuit. iiii. Regum disponebat tñ de propinquo obsidere eam figendo tentoria ibidem. Ideo dicit laxati sũt funiculi tui. i. dispositi ut cum eis figantur tentoria circa Hierusalem. sed non preualebunt. quia non obsedit eã. Sic erit malus tuus etc. malus

hic dicitur lignum longum qđ in medio tentorii erigitur sicut malus in medio nauis. & quia desuper ponitur signum uel uexillum illius cuius est tentorium: sicut in sũmita te mali nauis ponitur signum. signa autem tentoriorum Sennacherib circa Hierusalem non fuerunt erecta nec signa suprapositа. Ideo dicitur ut signum etc. tunc diuidentur spolia. s. Assyriorũ inter habitatores Hierusalem qui percusso exercitu Sẽnacherib exierunt ad predam. predarum multarum tum quia magna fuit multitudo percussoꝝ scilicet. c. lxxxv. milia: tum quia apportauerunt ibi spolia que in alis locis Iudee rapuerant: tum quia Rex Sennacherib & fugientes cum eo nihil secum asportauerũt: ut uelociꝰ fugerẽt: & quia ad tale lucrũ cucurrerũt homines etiã debiles ideo subdit̃: claudi diripient rapinam. i. illud qđ Assyrii aliũde rapuerant. nec uicinus dicet elãgui id est ex longa infirmitate precedente non detinebitur quin cum alius uadat ad predã: prout poterit. populus qui habitat in ea. i. in Hierusalem. auferetur ab eo iniquitas. scilicet idolatrie: que ibi uiguerat ante tempus Ezechie propter quã ciuitas meruerat subuerti. sed propter bonitatem Ezechie qui abstulit idolatriam & reduxit populum ad dei cultum dicta pena non fuit inflicta.

XXXIIII.

Accedite gentes hic Propheta comminatur Idumeis qui fuerant contrarii Iudeis cũ tamen debuissent eos iuuare eo ꝙ a duobus gemellis fratribus descenderant. s. Esau & Iacob. primo tamen propheta comminatur omnibus existentibus in circuitu Regni Babylonis generaliter secundo Idumeis specialiter ibi ecce super Idumeã etc. Circa primũ dicit accedite gentes etc. & per hoc insinuat ꝙ uult dicere magna: Ideo subditur quia indignatio domini super omnes gentes quas. s. Rex Babylonis uirtute armorum sibi subiecit quia fuerũt ualde multe secundũ qđ diffusius exprimit̃ Hiere. xxv. & furor super uniuersam militiam eorum quia non potuerũt sibi resistere uirtute armoꝝ & bene ponitur hic Indignatio dñi quia Nabuch. nõ fecit illas uictorias uirtute propria sed inquantum erat flagellum dei ad puniendum peccata illius tẽporis. Interfecit eos. i. interficiet loquendo de futuro per modum preteriti. Interfecti eorũ proiicientur bestiis & auibus insepulti. tabescent montes a sanguine eorũ. per hoc designatur multitudo interficiendorum. & tabescet omnis malicia celorũ. quod exponit R. a. Sa. de angelis prefectis ad custodiam dictarum gentium quos dicit simul puniri & contristari cum gentibus quibus presunt: quod est erroneum. illi enim sunt angeli beati & ideo non potest eis aliquid contingere quod sit cõtrariũ uolũtati ipsorum: & ideo in nullo tristantur nec grauãtur de punitione temporali seu eterna gentiũ q̃s custodiunt quia talia procedunt secundum ordinationem diuine iusticie cui per omnia & sĩpliciter assentiunt & ideo aliqui expositores hoc exponunt de demonibus sed non uidetur rationabiliter dictum quia de talibus occisionibus non tristantur sed magis delectãtur. & ideo per militiam celi sol & luna & alia astra notabilia intelliguntur. que frequẽter in sacra scriptura militia celi dicunt̃. huiusmodi astra multi gentiles antiquitus colebãt sicut deos. & ideo metaphorice dicunt̃ tabescere in destructione gentiũ ea adorantiũ eo ꝙ apparet manifeste ꝙ non poterant eas saluare & complicabũtur quasi libri celi. in libro plicato non potest legi & eodem modo dicit̃ hic ꝙ gentiles ex constellatõibus futura ꝓnosticantes nõ poterant ibi uidere infortunia sup eos uentura per Nabuch. & malicia eorum defluet. i. influentia stellarum eis non proficiet. qm̃ inebriatus est in celo gladius meus. i. gladius uindicte mee ex ordinatione celesti seu diuina extentus est ad effusionem multi sanguinis. Ecce super Idumeã hic cõsequenter inuehit ꝓpheta cõtra Idumeos specialiter & diuiditur in tres partes quia primo cõminatur eis hominũ occisionem. secundo terre destructionem. ibi & conuertentur. & tertio ponit utriusq

dicti confirmationem ibi requirite diligenter. Circa primum dicit in persona domini. Ecce super Idumeam & patet littera usq; ibi. de sanguine agnorũ. i. minoꝝ et hircoꝝ id est mediocrum. & de sanguine medullatoꝝ arietum. i. maiorũ in potentia & diuitiis uictima enim domini. i. interfectio peccatorũ ex sententia domini in Bosra de hac. n. ciuitate fuit Iobab Rex Edom Ge. xxvi. & descendũt unicornes. i. superbi & ceruicosi & tauri cum potẽtibus. i. indomiti. inebriabitur terra eorum sanguine in hoc notatur magnitudo effusionis sãguinis humani cuius causa subditur cũ dicitur. quia dies ultõis domini etc. sic enim fuerunt puniti Idumei eo ꝙ fuerunt molesti & aduersarii Iudeis quorum ciuitas metropolis fuit Hierusalem in qua erat mons Sion. Et conuertentur hic consequenter Propheta comminatur eis terre destructionem cum dicitur & conuertentur torrẽtes in picem. i. in corruptionẽ & amaritudinẽ ex multitudine sãguinis ibidem decurrentis & cadauerũ ibidem proiectoꝝ & humor eius in sulphur hoc est in fetorem ex cadaueribus exhalãtem. & erit terra eius in picem ardentem nocte & die quia habitacula illius terre fuerunt combusta ab aduersariis faciliter ac si essent linita pice. non extinguetur in sempiternũ opere humano. ignis enim ille non fuit extinctus ab incolis qui erant pro maiori parte interfecti & residui fugitiui uel capti nec ab aduersarius qui ignem accenderant. sed solum cessauit per defectum materie combustibilis. uel potest dici ꝙ in aliqua parte illius terre in signum diuine uindicte apparuit ignis exiens de uenis sulphureis qui adhuc perseuerat sicut est in Cicilia in mõte ethne. Ideo subditur ascendet fumus etc. & non erit transiens per eam. quia euacuabitur ab incolis & possidebunt eam onocrotalus auis est immunda. & dicitur ab onos ꝙ est asinus eo ꝙ habeat faciem aliquo modo similem asino ut habetur in libro qui dicitur Catholicon. Hebrei tñ dicunt hic noctua que est auis uolans de nocte. & ericius animal est puum spinosum & ibis. i. ciconia Hebrei dicunt monedula per ista designatur uastatio terre quia ista habitant in locis desertis. & extendetur super eam mensura. i. destructio et uastatio secundum mensuram peccatorum ideo subditur. Nobiles eius non erunt ibi: quia erunt interfecti uel capti: ideo subdit̃. Regem potius inuocabunt. i. Regem Babylonis cui erunt subiecti inuocabunt: ut eorũ misereatur. quia tñ nõ inuenirẽt apud eum misericordiam: subditur: & erunt omnes Principes eius in nihilum & orientur in domibus eius ruinosis & derelictis spine & urtice & paliurus carduus est cũ quo parant̃ panni. & erit cubile draconum etc. per omnia ista intelligitur ꝙ terra ad solitudinem redigatur. & occurrent demonia onocentauris. secũdum expositores nostros dicuntur hic demonia demones incubi. uel homines siluestres. onocentauri autem animalia mõstrosa in parte superiori similitudinem hominis habentia & in inferiori asini ideo dicit̃ ab onos ꝙ est asinus. Hebrei sic dicunt: & occurrent martinecatis siluestribus & dicunt̃ martine apud eos animalia habentia similitudinẽ cum simus sunt tñ caudata. & pilosus clamabit alter ad alterum. i. ululabit & dicitur hic pilosus secundũ Hebreos animalia fortia pilosa sicut lupi & huiusmodi. ibi cubauit lamia est animal monstrosum habens in superiori parte similitudinẽ mulieris & in inferiori pedes eqnos cetera patent ex dictis. Requirite diligenter hic consequenter dictorum ponitur cõfirmatio. cum dicitur requirite diligenter in libro dñi. i. in hoc li. Esaie qui scripsit ipsũ spiritu sãcto dictante prout dictum fuit in principio huius libri & legite. s. futuris temporibus & inuenietis ꝙ unum ex eis que predixi uentura sup Edom nõ defuit quin sit impletũ. alter alterꝝ non quesiuit. hoc est deum. hoc non contigit a casu uel ex humana industria sed ex ordinatione diuina ideo subditur qa qđ ex ore meo ꝓcedit prophetando ille scilicet deus mandauit: mihi inspirando. & spiritus eius ipse cõgregauit ea. s. animalia mõstrosa

predicta & ipſe miſit eis ſortem id eſt locum ad habitandum. & manuſ eius diuiſit illis menſuram. i. ſingulis ſecúdum nature ſue cóuenientiam uſq; ineternú etc. In Hebreo habetur uſq; in ſeculum qđ proprie ſignificat tempuſ. l. annorum aliquãdo tñ accipit in ſcriptura pro maiori tempore aliquando pro minori unde non accipitur hic pro duratione perpetua quia Idumea poſt deſtructionẽ p̃dictam per Nabuch. fuit poſtea habitata ab hominibuſ & predicta animalia inde detecta.

XXXV.

LEtabitur deſerta Andreaſ & alii expoſitoreſ Catholici in hoc ipſum ſequenteſ exponunt iſtud ca. ad litteram nimiſ Iudaice. ſ. de proſperitate Iudeorum poſt reditum de Babylone. ſed hoc non uidetur rationabiliter dictum quia ab illo tempore uſq; ad Chriſtum fuerunt in ſeruitute q̃uiſ in terra ſua ſicut dictú fuit ſupra. xxxii. fuerunt etiam in multiſ afflictionibuſ & anguſtiis ut patet in libriſ Eſdre Neemie et Danieliſ & ideo proſperitaſ & iucunditaſ que in hoc ca. deſcribuntur ad tempuſ illud nullo modo referri uidentur ſi autem dicatur q̃ immo quia hic eſt hyperbolica locutio ſicut dicitur de alba muliere q̃ eſt albior niue quãuiſ multú deficiat a niuiſ albedine hoc non uidetur conuenienter dictum in propoſito quia magnificú & pium decet pluſ conferre q̃ promittere: uel ſaltem non minuſ & minuſ punire q̃ cóminari. deuſ aút eſt magnificentiſſimuſ & puſſimuſ & ideo eius p̃miſſioneſ de boniſ nó uident rationabiliter exponi. per reſtrictionem impletioniſ niſi aliunde appareat manifeſte q̃ ſic debeat exponi & propter demeritum manifeſte & ſuperueniens propter qđ bonú promiſſú iuſte reſcinditur. uel totaliter aufertur. cóminationeſ autem de maliſ ſic rationabiliter aliquando exponuntur. propter qđ Ra. Sa. hoc ca. exponit de felici ſtatu quem expectãt Iudei in aduentu Meſſie. Igitur dimittendo qđ falſum eſt in dictiſ eius. ſ. q̃ Chriſtuſ adhuc ſit uenturuſ in mundum & accipiendo qđ uerum eſt. ſ. q̃ hoc ca. ſit ad tempuſ Chriſti referendum poteſt ſic continuari ca. precedenti in quo propheta denunciauit deſtructionem Idumee ad conſolationem Iudeorum hic cóſequenter de/nunciat eis conſolationem perfectam Chriſti tempore affuturam & diuiditur in treſ parteſ quia primo conſolat eoſ de futura multiplicatione. ſecundo de credentiú robo/ratione. ibi cófortate manuſ. tertio de demonú detectione ibi incubilibuſ. Ad euidentiã primi ſciendú q̃ in Seubedrin Hieroſolymitano qui apud Hebreoſ eſt liber autẽticuſ dicitur: q̃ qnq; reſ notabileſ defuerunt in ſecundo templo per Zorobabel edificato que fuerunt in templo Salomoniſ primum eſt ignis continuuſ in altari holocauſtorum qui tunc per pluuiam uel uentum non extinguebatur: quãuiſ eſſet ſub diuo. ſecundú eſt arca teſtamenti: Vnde dicit Hiere. iii. In illiſ diebuſ non dicent ultra arca teſta/menti nec aſcendet ſuper cor. tertium eſt unctio Regum & Pontificum qa Pótificeſ qui fuerunt poſt captiuitatem Babylonicam non fuerunt inſtituti per unctionem ſacram ſed inſtituebãtur frequenter per Regeſ quibuſ Iudei erant tributarii qui fre/quenter uendebant ſummum ſacerdotium ſimiliter toto illo tempore Iudei Regeſ nó habuerunt niſi aliquoſ paucoſ paꝛ ante tempuſ Chriſti & illi non fuerũt p̃ unctionẽ inſtituti. quartum eſt ſpiritus ſanctus ſeu diuinitaſ que pro tanto dicebatur in tẽplo Salomoniſ habitare quia ibi a ſummo ſacerdote audiebantur diuina reſponſa nó aút in ſecúdo templo. quintum eſt Vrim & Thumim pro quo ponitur in latino doctrina & ueritaſ Exo. xxviii. & ſecundum Ioſephum erat quidam fulgor ſubito proſiliens de lapidibuſ rationaliſ & ſuperhumeraliſ quando deuſ accipiebat p̃ceſ ſúmi Sacerdotiſ de quo dicit Ioſephuſ tertio li. antiquitatiſ Iudaice qđ defecit per. cc. annoſ anteq̃ incaꝑet ſcribere librum quem incepit ſcribere. xlii. anno a paſſione Chriſti uel circiter. quia librum illum obtulit Veſpaſiano Imperatori qui cepit imperare anno dominice

incarnationis. lxxi. & sic secundum ipsum cessauit per magnum tempus ante Christū & adhuc per maius tempus ante cessauit secundum librum preallegatum. Igit̄ secūdū hoc dicitur letabitur deserta. i. Iudea que fuit deserta a deo quantū ad quinq; p̄dicta et inuia. tempore enim primi templi prophete discurrebant per Iudeam populum a malis retrahendo & ad bonum exhortando. tempore uero secundi templi non legunt habuisse nisi Aggeum Zachariam & Malachiam qui prophetauerunt tempore reedi/ficationis templi secūdi sed post̄q populus Iudaicus Prophetis talibus fuit priuatus per ccc. annos & amplius. s. usq; ad tempus Iohannis Baptiste qui cepit penitentiā p̄dicare & aduentum Christi nunciare letabitur. s. Iudea que predicto modo fuit deserta. & inuia. in aduentu Christi habebit materiam gaudii q̄tum ad defunctos quos Christus in libro patrum transtulit ad gloriam. & quantum ad uiuos credentes in eum q̄d po/tissime fuit impletum quando recepto spiritu sancto in die Pentecostes confidenter et magna uoce laudabant dominum Act. ii. & exultabit solitudo. i. gentiles qui admodū solitudinis caruerant cultura legis & Prophetaꝝ & cū gaudio suscepit fidē Christi ad p̄dicationem Apostolorū & florebit quasi liliū decore sanctitatis & odore bone fame germinans germinabit per talem reduplicationē intelligit̄ multitudo gentiliū recipiēs fidem Christi & exultabit letabunda corde & laudans ore gloria Libani etc. per ista tria loca que pre aliis in Iudea fuerunt amena & fertilia intelligitur q̄ quicquid erat pulchritudinis & amenitatis in sanctitate & honestatis in Synagoga translatū est ad Ecclesiam ex Iudeis & gentilibus congregatam. ipsi uidebunt gloriam domini. i. ipsius Christi quem uiderunt Apostoli oculis corporeis quantum ad humanitatem & oculis mentis quantum ad deitatem Io. i. uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti etc. uiderunt etiam gloriam eius in miraculorum operatione & resurrectione & ascensione gentiles etiam postea ad fidem conuersi uiderunt gloriam eius in miraculis factis per Apostolos in nomine Christi. Confortate hic consequenter denunciat̄ materia gaudii ex roboratione credentium cum dicitur confortate etc. & est uerbum Prophete ad Apostolos. cōfortate manus dissolutas. i. gentilū qui ante erant tardi & pigri ad opus bonum & genua debilium gentilium roborate uerbo & exemplo ad quecunq; aspera pro Christo sustinenda dicite. i. communiter predicate pusillanimes tempore precedēti confortamini in uirtute Christi & nolite timere. s. tormenta tyrannoꝝ cuius cā subdit̄ Ecce deus noster adducet retributiones super uestros persecutores. ipse uenit & sal/uabit uos. per passiones modicas ad gloriam deducendo & sic factum fuit in primitiua Ecclesia & per longum tempus postea quia multi gentiles ad Christū conuersi ita erāt in domino confortati q̄ non timebant tormenta sed magis appetebant ut patet in le/gendis multorum sanctorum. tunc aperientur oculi cecorum. Ista enim miracula fuerunt facta corporaliter per Christum & postea per Apostolos & alios credentes in nomine Christi ut patet in Euangelus & Actibus Apostolorum. fuerunt etiam facta spiritaliter in illuminatione infidelium fidem recipiendo & aures eorum fuerunt apte mandatis Christi obediendo & claudi sanati per uiam morum incedendo & muti soluti per fidem libere confitendo cuius causa subditur quia scisse sunt in deserto Iudee et gentilitatis ut patet ex supra dictis aqua. s. sacrām̄ti baptismi & torrentes in solitudine id est uarie gratie spiritus sācti de quibus dicit̄ Corin. xii. alii datur sermo sapiēcie etc. & que erat arida in stagnū etc. per hoc notatur plenitudo gratie date tempe Eccleſie primitiue. In cubilibus hic consequenter denunciatur materia gaudii ex demonum de/iectione cū dicitur in cubilibus. i. in phanis & templis idolorū in quibus p̄us habitabāt dracones. i. Demones in idolis responsa dantes & aliquando in talibus locis apparuerūt

demoneſ in ſpecie draconum. Viror calami & iũci orieẽ. quia idoliſ inde abiectiſ talia loca frequenter per Apoſtoloſ alioſq; diſcipuloſ diuino cultui applicabãtur. & erit ibi ſemita quantum ad obſeruationem conſiliorum & uia quãtum ad obſeruationem mã/ datorum & hec erit uobiſ uia directa peruenięndi ad beatitudinem. Ita ut ſtulti id eſt ſimpliceſ & illitterati non errent per eam. frequenter enim contingit q̃ ſimpliceſ di/ rectiuſ incedunt per hanc uiam. Vnde cum Auguſtinuſ legiſſet uitã Pauli monachi ſimpliciſ dixit ſimpliceſ & illitterati rapiunt celũ & noſ cum litteriſ noſtriſ trahimur ad infernum. & nõ tranſibit per eam pollutuſ. ex hoc patet q̃ Prophęta non loquitur hic de uia materiali per quã indifferenter tranſit pollutuſ & mũduſ. & ſic metaphorice loquitur in precedentibuſ & ſequentibuſ cum dicitur non erit ibi leo etc. per hoc in/ telliguntur demoneſ qui in primitiua Eccleſia fugabantur per credenteſ Mat. ultimo ſigna eoſ qui crediderint: hec ſequũtur, in nomine meo demonia eicient. & ãbulabunt per uiam iuſticie qui liberati fuerint a demoniſ ſeruitute & redempti a domino Ieſu Chriſto ſuo ſanguine precioſo conuertẽt & uenient in Sion. i. ad Eccleſiã militantẽ primo poſtea ad triũphantem ſecundum q̃d dicitur ad Hebr. xii. acceſſiſtiſ ad Sion montem & ciuitatẽ uiuentiſ dei Hieruſalem celeſtem etc. & leticia ſempiterna ex hoc & pluribuſ aliſ in hoc ca. poſitiſ uidẽt q̃ hoc ca. referri non poſſit ad tẽpuſ Iudeoꝝ de captiuitate Babylonica redeuntium.

XXXVI.

ET factum eſt ſuperiuſ Eſaiaſ deſcripſit liberationem Ezechie & populi eiuſ per modum prophetie hic conſequenter deſcribit eam per modum hiſtorie. Circa q̃d ſciendum q̃ Ezechiaſ miſit magnaſ pecuniaſ Regi Aſſyrioꝝ tali pacto q̃ a terra eiuſ recederet: & ipſũ in pace dimitteret: ut dictum fuit. iiii. Regũ. xviii. ſed accepta pecunia pactum fregit nitenſ Hieruſalem deſtruere & populũ in Aſſyrioſ tranſferre & ad terrendum Ezechiam & populum ſuum uerbiſ comminatoriuſ miſit Rapſacem cum magno exercitu ante Hieruſalem. circa hoc igitur ſic procedit̃ quia p̃mo ponit̃ dicta cõminatio. ſecundo Ezechie liberatio ca. xxxvii. prima diuidit̃ in treſ q̃a p̃mo ponitur dicta comminatio. ſecũdo comminati poſtulatio. ibi & dixit. tertio refutatio petitioniſ. ibi & dixit ad eoſ. Circa primum primo premittitur tempuſ cum dicitur & factum eſt in. xiiii. anno etc. ſecundo locuſ ibi ſuper omneſ ciuitateſ Iuda excepta tñ Hieruſalem & paucis fortaliciſ. & miſit Rex Aſſyriorum Rapſacem de Lachiſ ubi remanſit cum parte exercituſ ad impugnandum locũ illum. In manu graui. i. in tãta poteſtate q̃ Ezechiaſ non poterat in campo ſuſtinere ideo tenebat ſe intra muroſ Hieruſalem. & ſtetit in aqueductu piſcine ſuperioriſ illum enim aqueductum qui ex/ ibat extra ciuitatem: diuerterat Ezechiaſ ut dictum eſt ſupra ca. xxxiii. tamen locuſ retinebat nomen aqueductuſ. In uia agri fulloniſ ſic noſati eo q̃ fulloneſ extendebãt ibi ueſteſ ad deſiccandum & egreſſuſ eſt ad eum etc. ad tractandu m de pace ex cõſẽſu utriuſq; partiſ: qui erat ſuper domum. ſ. domini quia erat ſummuſ ſacerdoſ ut dictum eſt ſupra. xxxiii. & Sobna ſcriba. i. ſcriptor annalium & iſte eſt aliuſ ab illo de quo habetur ſupra. xxxii. qui ante Eliachim fuit ſũmuſ ſacerdoſ. & Ioabe filiuſ Aſaph a commentariiſ. i. cancellariuſ regiſ & eſt a cõmentariuſ unũ nomen indeclinabile neutri generiſ. In Hebreo tamen habetur recordator & ut dicit Ra. Sa. habebat officium reducendi ad memoriam caſuſ tractandoſ coram Rege & ſecundum debitum ordinem prout caſuſ debebant priuſ uel poſteriuſ expediri. Et dixit. poſitiſ quibuſdã p̃ambuliſ hic cõſequenter deſcribitur comminatio Rapſaciſ ex parte Regiſ Aſſyrioꝝ loquẽtiſ que eſt iſta fiducia qua confidiſ. ſ. te poſſe reſiſtere. q. d. nulla eſt quia ſi confidiſ de auxilio humano per Regem Egypti illud nullum eſt ideo ſubditur: Ecce cõfidiſ ſup

baculum arúdineum etc. & patet littera uſq; ibi ſi reſponderiſ mihi in domino etc. ubi excludit ab Ezechia auxilium diuinum. d. Nonne iſte eſt cuius abſtulit Ezechias excelſa etc. q. d. non debeſ a deo ſperare auxilium cuius dimiſiſti cultum. Iſte tamen Rapſaceſ dicebat falſum quia poſt edificationem templi per Salomonem non fuit Iudeis licitum alibi offerre ſacrificia: niſi in caſu ex diſpoſitione diuina ſicut Helias obtulit in monte Carmeli. iii. Regum. xviii. Et nunc trade te dño meo etc. i. obliga te per cautionē ſufficiētē unde in Hebreo habetur ſiſ uadiatuſ. ſ. pro duobus milibus equorum quoſ tradam tibi: nec poteriſ ex te prebere aſcenſoreſ eorum. q. d. in toto populo tuo nó inueniеſ tot hominеſ qui ſciant & poſſint eqtare. & quó ſuſtinebiſ etc. quaſi. d. nullo modo quia quilibet eorum habet plureſ equiteſ ſatiſ in acie ſua. q; ſi cō/fidiſ i Egypto etc. i. in adiutorio dei & Regiſ Egypti ſimul excludit hoc. d. dominuſ dixit ad me aſcende ſuper terram iſtam etc. hoc falſo dicebat ad terrendū Ezechiam. Et dixit. hic cōſequenter ponitur Ezechie petitio per nunciоſ ſuoſ facta cū dicitur: loquere ad ſeruoſ tuoſ Syra lingua que non erat intelligibiliſ communi populo & erat petitio rationabiliſ quia taliſ tractatuſ debet eſſe ſecretuſ quouſq; ſit perfectuſ & for/matuſ. Et dixit: hic conſequenter ponitur dicte petitionis refutatio cū ſubdit: Núqd ad dominum tuum. ſ. Ezechiam & ad te eiuſ núcium miſit me dominuſ meuſ etc. q. d. non. ſed magiſ ad populum ut comedant ſtercora ſua. i. niſi reddant ſe uoluntarie ita diu erunt obſeſſi: q; non habebunt aliquid ad comedendum & bibendum. urinam pedū ſuorum. i. fluentem ad pedeſ ſuoſ hominibuſ enim in timore & anguſtia magna poſitiſ ſolet fluere urina uerſuſ pedeſ & per hoc innuit famem & anxietatem eiſ futuram in obſidione niſi reddiderint ſe. & clamauit uoce magna iudaice ex hoc dicunt doctoreſ q; iſte erat apoſtata a Iudaiſmo non uoſ ſeducat Ezechias promittendo uobiſ auxiliū a domino futurum. Facite mecum benedictionem reddendo uoſ mihi uoluntarie et comedite unuſq;ſq; uineam ſuam etc. i. habitate quiete & pacifice in terra iſta donec ueniam & tollam uoſ. q. d. hic eſt moduſ Regum Aſſyriorum. ſ. tranſferre gentem ſibi ſubiectam de terra ſua natiua ad aliam: ut de eiuſ obedientia ſit magiſ ſecuruſ iam. n. ante fecerat hoc dñſ Aſſyriorum de Oſee Rege Iſrael & eiuſ populo ut habetur. iiii. Regū. xviii. ad terrā que eſt in terra ueſtra. i. ſimiliſ in fertilitate & amenitate ꝓpter qđ taliſ tranſlatio non debet eſſe grauiſ uobiſ. Nec cōturbet uoſ Ezechiaſ retrahēdo uoſ ab iſto quod uobiſ offero. d. dñſ liberabit noſ. q. d. non poterit. quod nitiē ꝓbare cum dicit: Nunqd liberauerūt dii gentium etc. q. d. cum eſſent multi dii nó potuerūt defendere cultoreſ ſuoſ contra Regem Aſſyriorum ergo deuſ ueſter qui unicuſ eſt ut dicitiſ: non poterit uoſ defendere. ſed iſtud argumentum nullum eſt quia illi non erant dii ueri ſed falſi & nulliuſ uirtutiſ deuſ autem ueruſ unicuſ eſt infinite potentie. Et ſiluerunt de mandato Regiſ Ezechie timebat enim ne ſi rñderent q; Rapſaceſ multiplicaret uerba blaſphemie cōtra deum. Et ingreſſuſ eſt Eliachim etc. ut referrēt Ezechie Rapſacis uerba ſciſſiſ ueſtibuſ hic erat moduſ Iudeorum q; ſcindebāt ueſteſ ſuaſ in ſignum doloriſ quando contra deum blaſphemiam audiebant: unde & ſummuſ ſacerdoſ ꝓponenſ Chriſto q; blaſphemaſſet ſcidit ueſtimēta ſua ut habeē Mat. xiii. ca.

IT factum eſt hic conſequenter deſcribitur ipſius .XXXVII.
Ezechie liberatio & primo ponitur eiuſ liberatio ab hoſte ſecūdo ab infirmitate ca. xxxviii. prima in duaſ quia primo ponitur prophetica denūciatio ſcđo angelica executio. ibi egreſſuſ eſt prima in duaſ ſecundum duplicem denunciationem ſecunda ibi reuerſuſ eſt prima in duaſ quia primo ponitur Ezechie humiliſ petitio. ſcđo Eſaie conſolabiliſ reſponſio ibi & dixit. Circa primū dicitur & factum eſt cū audiſſet Rex

Ezechias scidit uestimenta sua eadē causa qua & nuncii sui ut dictū est: & obuolutus est sacco. i. ueste cilicina humiliando se coram dño ideo subditur: & intrauit in domū domini ipsum deprecando humiliter & deuote & misit Eliachim etc. quia magis con/fidebat de meritis Esaie q̄ de suis filiū Amos Prophete ita habēt aliqui libri qđ factū est ab aliquibus correctoribus eo q̄ iste Amos fuit Propheta sicut dictum fuit circa principium huius libri sed melius dicitur hic Prophetam ut referatur ad Esaiā sicut .iiii. Regū. xix. in principio ubi tractatur ista historia. dies tribulationis & correp/tionis. s. mei & populi totius & blasphemie contra deum dies hec. s. in quo Rapsaces dixerat predicta que erant ad afflictionem Ezechie & populi & uituperium dei qa uenerunt filii usq; ad partum etc. i. in tanta afflictione sumus positi sicut mulier ex/istens in afflictione ptus cui deficiunt uires pariendi. si quo modo audiat dñs etc. sic ē legenda littera ista ibi incipiendo leua ergo orationem ad dominū pro reliquiis que repte sunt. i. pro iudeis qui remanserant in regno Iude qui sūt ualde pauci cōpatiue ad tempora preterita quia iam. x. tribus fuerunt captiuate. si quo modo audiat dñs deus tuus. i. quem tu colis sollicite uerba Rapsacis ut sic indignetur contra Assyrios pro uerbis blasphematoris & liberet nos ab eis. Et dixit hic consequenter ponitur Esaie consola bilis responsio cum subdit̄ ne timeas a facie uerboꝝ. i. ꝓpter uerba Rapsacis quibus blasphemauerunt etc. quia uerba illa exprimebant deum Israel esse ípotentē eo q̄ nō posset saluare Ezechiam de manu Regis Assyriorum & sic sequebat̄ q̄ esset impotentior homine mortali. ecce ego dabo ei spiritū. i. turbationem mentis & audiet nuncium de Taratha Rege Ethiopum inuadente regnum suum ut habetur parte sequenti. & reuertetur in terram suam ad eam defendendam & corruere eum faciam gladio hoc non fuit in ista reuersione qua rediit pro defensione terre sue sed in alia quia debellato Rege Ethiopum postea uenit in Iudeam ad destruendum regnum Hierusalem & percusso suo exercitu ab angelo rediit in terram suam & tunc filii eius interfecerunt eum gladio ut habetur in fine huius ca. Reuersus est hic ponitur. scđa denunciatio prophetica de liberatione Ezechie & populi sui & primo circa hoc ponit̄ comminatio Ezechie per Regem Assyrioꝝ secundo eius deuota oratio coram Rege celorum ibi & tulit Ezechias. Circa primum notatur locus cum dicitur Reuersus est autem Rapsaces pacto suo nuncio & inuenit Regem Assyrioꝝ preliantem aduersus Sobnā ubi erat fortaliciū. audierat enim q̄ ꝓfectus esset de Lachis ipsa expugnata. Et audiuit. s. Sennacherib de Taratha Rege Ethiopie dicēt̄es. s. nuncios qui ad hoc uenerant ad eum dicentes q̄ sequitur egressus etc. quod cum audisset misit nuncios ad Ezechiam ne gloriaretur: aut assecuraretur in aliquo ꝓpter recessum Sennacherib de Iudea asserens pro certo q̄ rediret contra eum & populum suū in tanta fortitudīe q̄ non posset ei resistere nō solum uirtute humana sed nec etiam diuina ideo subditur. non te decipiet deus tuus & sic blasphemauit dominum tanq̄ falsiloquum & impotētem & ad hoc adducit rationem cum subditur ecce tu audisti etc. que posita est ca. p̄cedēte a Rapsace dicta. Et tulit Ezechias. hic consequenter ponitur ipsius Ezechie deuota deprecatio cum dicitur: & tulit. i. accepit libros. i. litteras Regis Assyriorum qui ei cō/minabatur litteris & uerbis ad maiorem assertionem & ascendit in domum domini ad deuotius precandum ex sanctitate loci & expandit eos coram domino: qa cōtinebāt blasphemias contra ipsum ut sic indignaretur contra Regem Assyrioꝝ dñe exercituū id est angelorum deus Israel qui sedes super Cherubin propiciatoriū enim qđ sedes domini dicebatur: super alas Cherubin ponebatur ut dictum fuit Exo. xxv. & per hoc designabatur q̄ preerat omni angelice creature. inclina aurem tuam & audi. i.

effectum tue iusticie ostende contra Sēnacherib te blasphemantem cetera patent usq; ibi: ut cognoscant omnia regna terre quia tu es deus solus conterendo Sennacherib q deos aliarum gentium destruxit. Et misit: hic consequenter ponit Ezechie cōsolatio ruinam Sennacherib de ꝓpinquo futuram denūciando & primo dicta ruina p̄dicit. secundo ad hoc signum mirabile inducitur. ibi tibi autem. Circa primum dirigitur p̄mo uerbum ad Ezechiam cum subditur: hec dicit dominus deus Israel cuius uerbum non potest esse falsum pro quibus rogasti me de Sennacherib: sunt exaudita despexit te. in corde suo uirtutem tuam pro nihilo computando & subsannauit te sensibili signo. subsannatio enim proprie dicitur contemptus qui fit cum rugatione nasi. uirgo filia Sion. i. habitatio templi in mōte Sion mihi dilecta sicut filia & dicitur uirga propter integritatem fidei que semper mansit ibi in aliquibus & maxime tunc uigebat tempore Ezechie post te caput mouit comminando a longe uirgo filia Hierusalem que dicitur uirgo & filia ratione iam dicta quia Hierusalem fuit ciuitas electa ad dei cultum ut habetur. ii. Paralyp. vi. Consequenter Esaias dirigit sermonem ad Sēnacherib. d. cui exprobrasti etc. comminando & blasphemando ex nimia superbia & respondet Prophete ad sanctum Israel. i. ad deum sanctificantem Israel uel sic ad illum quē Israel adorat ut sanctum sanctorum & sic superbisti contra deum & non contra hominē tm̄. In manu seruorum tuorum exprobrasti dño ut patet de Rapsace precedenti ca. & de alius nuncius a Sennacherib missus ut habetur in isto ca. & iste fuit maior contemptus q̄ si Sennacherib hoc fecisset in propria persona sicut dare alapam alicui per personam uilem q̄ si aliquis notabilis hoc faceret manu ꝓpria. & dixisti presūptuose attribuēdo tibi uictorias: quas diuina uirtute habuisti. Ideo subdit̄ In multitudine etc. ego ascēdi altitudines montium. i. Iudee que est montosa iuga Libani. i. montem Sion ubi erat templum qui dicitur hic Libanus eo q̄ erat edificatum de lignis Libani ut habet̄. iii. Regum. v. & loquitur de futuro per modum preteriti: quia pre superbia credebat certitudinaliter se hoc facturum ac si iam fecisset: ueruntamen quia realiter non erat factum ideo subditur per modū futuri. Et succidam excelsa cedrorum eius & electas abietes templum autem partim erat edificatū de lignis cedrinis & partim abiegnis saltū Carmeli eius ad depredandum animalia que ibi depascebantur in magna copia. ego fodi. s. puteos & cisternas de nouo & causa subdit̄ & siccaui uestigio pedis mei etc. q. d. tanta est multitudo exercitus mei in hominibus & animalibus q̄ aque preexistentes non sufficerent. Nunqd nō audisti tu Sennacherib que olim fecerim creando mūdū de nihilo uel aliter & melius ut uidetur: que olim fecerim transferendo regna de gente in gentem pro uoluntate mea. q. d. sic ex annalibus & Cronicis in conspectu tuo lectis sicut de Assuero legitur Hester. vi. In aliquibus locis additur et sed non est in Hebreo nec. iiii. Regū. xix. ubi ponitur ista historia: si tm̄ addatur non est referēdū ad Regem Assyriorum ut aliqui expositores dicunt sed ad genus humanū cuius deus transtulit potestates & regna ut dictū est: ex diebus antiqs. i. ab eterno ego plasmaui illud. i. disposui fiendum quicquid fit per successionem temporis & nunc adduxi scilicet uictorias quas per patres tuos & per te feci propter peccata hominum secundum q̄d dicitur ueh Assur uirga furoris mei & baculus ipse. & factum est in eradicatione collitū compugnantiū. i. principum adinuicem discordantiū quia aliqui uolebant se reddere & alii contradicebant. habitationes eorum breuiata manu contremuerunt potestate eorum diminuta facti sunt sicut fenū agri in quo non est potentia resistendi & herba tectorum: que defecit: anteq̄ ueniret ad perfectionem. habitationem tuam in regno tuo & egressum tuum ad ueniendum contra populum meum & introitum tuum intra

Iudeam ego cognoui.i. ante diſpoſui: & inſaniam tuam contra me: ut permitterem te
hoc facere: quia deus non eſt acceptor mali culpe niſi tãtum permiſſiue. cum furereſ
aduerſum me meam maieſtatem blaſphmando. ſuperbia tua qua facta predicta attri/
buiſti uirtuti tue aſcendit in aureſ meaſ. q.d. tempuſ eſt te reprimendi & puniẽdi ideo
ſubditur: ponam ergo circulum in naribuſ tuiſ ſicut fit bubaliſ ut iugo ſupponãtur: et
frenũ in labiſ tuiſ ſicut equiſ indomitiſ & reducam te maliſ gradibuſ tuiſ in terram tuã
ut habetur infra. e. c. Tibi autem. Hic ad predictoꝝ confirmationem datꝰ mirabile
ſignum cum ſubditur: comede hoc anno que ſponte naſcuntur. i. ſine cultura hominiſ
& illa fuerunt que germinauerunt ex graniſ contritiſ ab exercitu Sennacherib qui
uaſtauit & diripuit bona terre quando iuit ad pugnandum contra Regem Ethiopie
ut predictum eſt quia ſicut dicunt Hebrei ex illiſ graniſ tot bona creuerunt ꝙ totuſ
populuſ Ezechie potuit uno anno ex illiſ uiuere. & in ãno ſecũdo pomiſ ueſcere dicit
Ra. Sa. qđ Sennacherib precidit arboreſ fructuoſaſ & ipſi Ezechie promittitur ꝙ
miraculoſe facient ramoſ ita magnoſ ꝙ de fructibuſ ibi naſcentibuſ populuſ ãno ſcđo
poterit ſuſtentari. In anno autem tertio ſeminate etc. q.d. o tu Ezechia cum uideriſ
hec ſigna duo ſciaſ ruinam Sennacherib futuram. in principio anni tertii qñ reuertẽ
ad obſidiẽdũ Hieruſalem ita ꝙ ipſo detecto poteriſ ſeminare & metere & uiuere qete.
Ideo ſequitur & mittet etc. ſubaudit. Radicem deorſũ. i. ſtabilietur in terra. & faciet
fructum ſurſum. i. opera ſancta quia de Hieruſalem exibũt reliquie. i. due tribuſ que
remanſerant decem aliſ captiuatiſ & iſte due tribuſ timore Sennacherib intrauerunt
Hieruſalem fugiendo de circunſtantibuſ locis timore Sennacherib ſed exercitu eiuſ
percuſſo exierunt inde ſecure ad loca ſua redeunteſ. & ſaluatio de monte Sion quia
orationeſ Ezechie ibidem facte & ſacrificia ſacerdotum cum precibuſ Eſaie meruerũt
illã ſaluationẽ populi de manu Sennacherib. zeluſ dñi exercituũ faciet hoc uindicanſ
blaſphemiam Sennacherib. propterea hec dicit dominuſ cuiuſ uerbum non poteſt eſſe
falſum: non intrabit ciuitatẽ hanc ut credit & nõ iaciet ſibi ſagittam quia nõ ꝓmitteꝫ
tantum appropinquare ut hoc poſſit facere. & non occupabit eã clipeuſ. i. bellatoreſ
clipeati ad inuadendum ciuitatem parati unde. iiii. Regum. xix. dicit & nõ occupabit
eam munitio qa ſicut dicit Ra. Sa. adhuc exercituſ Sennacherib non erat ante Hie/
ruſalem quando fuit percuſſuſ. ſed erat in Nobe que non multum diſtat a Hieruſalẽ
& huic conſonat quod dictum eſt ſupra. x. adhuc dieſ eſt ut Nob ſtet & dicitur hic
Nob locuſ ille quem Ra. Sa. uocat Nobe. & non mittet in circuitu eiuſ aggerem ad
implendum foſſata In uia qua uenit etc. quia compulſuſ fuit fugiendo redire ad terrã
ſuam ut habetur parte ſequenti. propter me. i. ꝓpter meam iuſticiam demonſtrandã
in Sennacherib deſtructione & gloriã meã in templi protectione. Egreſſuſ eſt ꝓmiſſa
denunciatione prophetica de ruina Sennacherib hic conſequenter ponitur executio
angelica ubi primo ponitur percuſſio exercituſ cũ dicitur egreſſuſ eſt autem etc. ſcđo
percuſſio Regiſ cum dicitur & egreſſuſ eſt de Iudea confuſibiliter fugienſ. & factum
eſt cũ adoraret etc. Filii eiuſ percuſſerunt eũ dicũt aliqui ꝙ hoc fuerat qa ordinauerat
Aſſaradon regnaturum poſt ſe iſtiſ duobuſ poſtpoſitiſ & ſic interfecerũt eũ deſiderio
regnandi. ſed huic uidetur obuiare quod ſubditur fugeruntq; ad terram Ararach. i.
Armenie & ſic uidetur ꝙ non interfecerunt eum cupiditate regnandi ꝓpter qđ Ra.
Sa. aliam cauſam aſſignauit. d. ꝙ Principeſ regni ſui erant turbati contra eum eo ꝙ
filii eorum & amici fuerant mortui propter eum. i. propter eiuſ ſupbiã & blaſphemiã
contra deum Iſrael ut dictũ eſt propter qđ tractabant de morte ipſius ꝙ cũ ad aureſ
eiuſ peruenisſet ſtrauit templum dei ſui oranſ & promittenſ ꝙ ſi periculũ hoc euaderet

duoſ filioſ ſuoſ predictoſ ſacrificaret: qđ intelligẽteſ eũ occiderũt: ne ab eo occiderẽt. & huic conſonat qđ dicitur cum adoraret etc.

XXXVIII.

IN diebuſ illiſ poſt liberationem Ezechie ab hoſte hic' conſequenter ponit̃ eiuſ liberatio ab infirmitate. Circa qđ p̃mo ponit̃ eiuſ mirabiliſ ſanatio. ſcđo reprimit̃ ex hoc inſurgenſ elatio ca. xxxix. prima in treſ quia primo denuntiat̃ ſanatio ſcđo interponitur Ezechie oratio ibi & iuſſit. prima in duaſ quia primo ſanatio nuntiatur & ſecundo ad hoc ſignum mirabile datur ibi hoc aũt. Circa primũ premittit̃ infirmitaſ. & ſcđo nuntiatur ſanitaſ ibi & factum eſt. Circa primũ dicit̃ In diebuſ illiſ egrotauit Ezechiaſ uſq; ad mortem. i. taliter q̃ nõ poterat curari per naturam. dicunt aliqui q̃ hoc contigerat ei eo q̃ nõ reddiderat gratiaſ deo ſufficienter de percuſſione exercituſ Sẽnacherib: ſed hoc improbat Ra. Sa. per hoc q̃ Eſaiaſ dixit ſibi poſtea & de manu Regiſ Aſſyrioꝝ eruam te & ciuitatem iſtam ex quo uidetur q̃ illa p̃cuſſio exercituſ fuit poſt infirmitatẽ Ezechie & nõ ante propter hoc dixit ei accidiſſe eo q̃ noluerat uxorem accipere qđ tamen facere tenebatur ut linea Dauid in regno per ipſum cõtinuaretur. propter qđ cõualeſcenſ accepit uxorem de qua genuit Manaſſen & huic dicto concordare uidetur q̃ habetur. iiii. Regum. xxi. ubi dicitur q̃ Manaſſeſ erat xii. annoꝝ cum regnare cepiſſet immediate poſt mortem Ezechie qui uixit. xv. annis poſt ſanationem iſtam & ideo dicit Ra. Sa. q̃ illud quod ſequitur diſpone domui tue etc. i. fac teſtamentum tuum dixit Eſaiaſ Ezechie. tertia die ante percuſſionem exercituſ Sennacherib & tertia die ſequenti qua fuit illa percuſſio ſanatuſ aſcendit in domum dñi ut habetur. iiii. Regum. xxi. & conuertit Ezechiaſ faciẽ ſuã ad parietẽ ut oraret ſecretiuſ & deuotiuſ & nõ impediretur ab aſſiſtentibuſ: obſecro dñe memẽto queſo quomodo ambulauerim coram te etc. hoc non dixit ad iactantiam ſed magiſ ad gratiaꝝ actionem recognoſcenſ q̃ hoc proceſſiſſet ex bonitate diuina ut ſic gratuſ de precedentibuſ ulteriorem gratiam impetraret. Et factũ eſt hic conſequẽter denũtiat̃ ſanitaſ & patet littera uſq; ibi. Ecce ego adiciam ſup dieſ tuoſ quoſ iam perfeciſti. xv. annoſ. Iſta fuit prophetia predeſtinationiſ que eſt q̃n fit reuelatio prophete alicuiuſ futuri prout eſt in diſpoſitione diuina & eiuſ preſcientia & hec infallibiliter impleẽ q̃a diuina preſcientia eſt immutabiliſ. prophetia autem ſuprapoſita qua dixit morieriſ tu & non uiueſ fuit prophetia comminationiſ que eſt q̃n reuelatur aliud futurũ nõ ſ̃m put eſt in mente diuina ſed prout eſt in cauſiſ inferioribuſ & ſic erat de infirmitate Ezechie que erat incurabiliſ per naturam non tamen per hoc excludebat̃ quin diuina uirtute curaretur. & ideo taliſ prophetia non ſemper impletur. hoc aũt hic conſequenter dat̃ ſignum mirabile ad confirmationem dicte prophetie que erat predeſtinationiſ cũ dicit̃ in perſona dñi Ecce ego reuerti faciam umbram etc. ex hoc patet q̃ illud horologium erat ad ſolem ad recognoſcendum horaſ diei per umbram & dicunt aliqui q̃ due linee faciebant unam horam.

Scriptura hic interponitur oratio Ezechie pro gratiarum actione de ſua ſanatione & primo premittitur titulus cum dicitur ſcriptura etc. & patet. ſecundo tractatur cū dicitur ego dixi & diuiditur in duas parteſ qa primo Ezechias recolit anxietatē animi in qua fuerat. ſecūdo bonum quod ſibi deus | per Eſaiam promiſerat ibi tu aūt eruiſti. Circa primum dicit In dimidio dierum meorum tunc enim Ezechias erat in. xxxix. anno uite ſue qđ ſic patet quia. iii. Regum. xviii. dicit̄ ꝙ Ezechias erat. xxv. ānoꝝ quando regnare cepit & . xxix. annis regnauit. qui ſimul iuncti faciunt. liii. ānos a quibus ſi ſubtrahant̄. xv. quibus regnauit poſt infirmitatem iſtam remanēt. xxxix. & ſic erat in. xxxix. anno quādo infirmus fuit. qđ eſt quaſi mediū uite hominis ſcđm curſum nature uadam ad portas inferi. In Hebreo habetur Scol qđ aliqñ accipitur pro foſſa ſeu ſepulchro & ſecundum hoc illa dies artificialis fuit augmentata. x. horis ſcilicet. v. horis in regreſſu ſolis uerſus orientem &. v. horis redeundo ad locum ubi inceperat retroceſſio. Alii uero dicunt & communius ꝙ quelibet linea faciebat unam boram & ſic illa dies artificialis fuit augmentata. xx. horis. x. retrocedendo ad oriētē &. x. redeundo ad locum priſtinum & ſic illa dies artificialis fuit. xxxii. horis qa ante habuerat. x. boras & poſtea duas habuit ſole tendente ad occaſum & hec uidet̄ opinio Dionyſii in epiſtola ad Polycarpum ubi loquens de iſta retrogreſſione ſolis dicit ſic ſol cum. x. bora eſſet deo precipiente repedauit ad orientem aliis. x. horis deſignatis deiñ rurſus. x. horis aliis ad occidentē currēte ſole ſed & reſiduis diei duabus horis etc. Ad maiorem predictorum intelligentiam poſui duas figuras in preſenti pagina quaꝝ prima facta eſt ſecundum illam opinionem qua due linee faciunt unam boram. ſcđa uero ſecundum opinionem dicentium ꝙ quelibet linea facit unam boram que aūt dies fuerit longior ſcilicet iſta ſub Ezechia per retrogreſſionem ſolis prolongata uel illa que tpe Ioſue prolongata fuit per ſolis ſtationem dixi quod mihi uidebat̄ ſatis diffuſe ſuper Ioſue. x. ca. Sic accipitur quantum ad corpus Ezechie. aliqñ accipitur pro inferno & ſic accipitur quantum ad animam Ezechie accipiendo tamen infernum pro limbo patrum & ideo non dicitur hic ad infernum ſed ad portas inferi quia limbus ille a ſanctis dicitur eſſe in ſuperiori parte inferni. queſiui reſidumm annorum meorū. i. mecum conſiderabam quot annis poſſem uiuere per naturam dixi audito uerbo Eſaie morieris tu etc. non uidebo dominum deum. i. templum domini in terra uiuentium. i. inter homines uiuentes non aſpiciam hominem ultra in preſenti uita & habitatorem quietis. i. populum regni mei habitantem in pace mortuo Sennacherib hoc dicebat Ezechias quia Eſaias ſibi dixerat ante liberationem ciuitatis & populi ut patet ca. p̄/ cedenti & ideo graue erat Ezechie illud bonū tēpus non uidere. generatio mea ablata eſt. i. non habeo filiū mihi ſuccedentem in regno & hoc cōſonat dicto R.a. Sa. ſupra/ poſito ꝙ non habebat adhuc filiū & conuoluta eſt ne extendat̄ ultra per generatōes futuras ſicut pallium non extenditur quaſi tabernaculum paſtorum quod quando mutant deponūt. & plicant ad portandū alibi. p̄ciſa eſt uelut a texente uita mea etc. id eſt in medio proceſſus ſui ſicut tela aliquando ſcinditur a texēte dum adhuc eſt in fieri. | ſicut pullus hirundinis clamās pro paſtu recipiendo a matre meditabor in gemi/ tibus multis ut columba. que habet gemitum pro cantu. attenuati ſunt oculi mei etc. quia ex diutina attentione ad aliquid debilitatur uirtus uiſiua. domine uim patior in/ firmitatis ad mortem me ducentis rñde pro me. ſic eſt in hebreo & in libris correctis quaſi diceret non poſſum mortem euadere niſi negotium accipias ſuper te. quid dicam creatori meo aut qd reſpondebit mihi ſicut figulus luto. q. d. non habeo de factis meis contendere cum ipſe fecerit me creando. uel aliter cū ipſe fecerit hanc infirmitatē ſuo

iusto iudicio mihi inferendo p delictis meis. & ideo nō habeo nisi illa referre humiliter coram ipso. Ideo subdit: Recogitabo etc. domine si sic uiuitur. i. constituitur sū in tali angustia corripies me. i. corripias ut infirmitas nō sit ad mortem. sed ad correctionē. & uiuificabis me. i. uiuifices hebrei enim non habent optatiuum sed loco eius utuntur futuro indicatiui ecce in pace. i. tēpore pacis mihi annunciate per Esaiā p deiectionē Sennacherib de propinquo futuram amaritudo mea amarissima. i. amaritudo mortis mihi imminentis nisi tu iuues me ualde augmentabitur: eo q̄ per mortem priuabor ab assecutione & beneficio dicte pacis. Tu autem. hic cōsequenter Ezechias recolit be/ neficium a deo sibi prestitum de prolongatione sue uite. d. tu aūt eruisti animā meā. i. uitā meā ut non periret per mortē. piecisti post tergū tuū oīa peccata mea. q. nolens ea uidere amplius ad puniendū & sic uiuificasti me nō solum corporaliter sed etiam spi/ ritaliter. quia non infernus confitebitur tibi neq; mors post mortem enim non habet locum confessio peccatorum non expectabunt qui descendunt in lacum. i. in infernū damnatorum. ueritatem tuam. i. effectum tue ueritatis quia promisisti salutē humani generis per Christum quia non eduxit illos qui detinebanē. Viuens uiuens confitebitur tibi ad confessionem enim peccatorum requiritur uita presens quia non habet locum post mortem ut dictum est: ad confessionem laudis requiritur uita gratie quia non est sponsa laus in ore peccatoris Ecclesiastici. xxv. ideo duplicat uiuēs sicut & ego hodie confitebor utroq; modo. fecit enim hanc orationem post cōualescentiā de infirmitate ut predictum est. pater. s. quicunq; de populo Israel filius. s. suis notam faciet ueritatem qua sanasti me sicut dixisti per Esaiam & hoc narrabunt patres filius suis ad gloriam tuam & quia Ezechias semper indigebat diuino auxilio etiam post sanationem: ideo concludit in fine dīe saluum me fac quia a te dependet salus corporis mei & anime & psalmos nostros cantabimus ego & ministri tui cunctis diebus. i. in aliqua parte diei singulorū. In domo domini ubi est locus deputatus orationi & sic oratio ceteris ꝓbus est magis exaudibilis ibi q̄ alibi. Et iussit: hic ponitur executio saluationis Ezechie que tamen ordine temporis precessit orationem predictam ut patet ex precedētibus & etiam sub sequentibus. dicit igitur & iussit Esaias ut tollerent massam de ficis. dicūt aliqui & satis apparenter q̄ emplastrum de ficis de natura sua erat aggrauatiuū illius infirmitatis & ideo iussit propheta apponi ut sanatio mirabilior appareret. Et dixit Ezechias etc. istud refertur ad illud qđ ponitur supra hoc autem tibi erit signum ubi propheta respōdit ad questionem Ezechie hic notam scriptura enim sacra non semp seruat ordinem temporis sed frequenter prius facta uel dicta posterius scribuntur et econuerso.

XXXIX.

IN illo tempore postq̄ descripta est Ezechie mirabilis sanatio hic consequenter describitur ex hoc cōsurgens elatio & diuidit in duas partes qa p̄mo huiusmodi elatio describitur. secundo reprimitur ibi introiuit autem. Circa primum sciendum q̄ Babylonii circa cursum sideꝝ erant intenti unde & astronomia primo ibi fuit inuenta scilicet in Chaldea cuius metropolis est Babylon contra cursū nature. fuerunt solliciti inquirere qualiter hoc acciderat & cum audissent hoc accidisse in saluationem Ezechie de consilio sapientum Rex Babylonis misit libros. i. litteras ad Ezechiam ad sciendum de retrocessione mirabili solis secundū qđ habetur .ii. Paralyp. xxxii. ubi dicitur qđ nuncii Regis Babylonis missi fuerunt ad Ezechiam ut interrogarēt eum de portento qđ acciderat super terram & munera in signum reuerentie letatus est autem super eis Ezechias letitia inepta procedente ex elatione ex hoc q̄ talis Rex & tantus de tam longinquis partibus misisset sibi nuncios sollemnes & munera unde subditur & ostendit

eis etc. dicit Ra. Sa. q̄ non solum ostendit eis diuitias regni ad suam tactantiam sed etiā ea que secretissime & reuerentissime seruabā in tēplo scilicet sacrāmta unctionē Regū & Pontificum tabulas testamenti & legem que non erant gentilibus ostendēda & hoc notatur cum subditur non fuit uerbum etc. & subditur. In omni potestate sua Introiuit hic consequenter reprimitur dicta elatio per reprehensionem Prophete cū dicitur quid dixerūt uiri isti etc. nō quesiuit ex ignorantia quia totum erat sibi a deo reuelatum sed ut ex responsione Ezechie conuenientius argueret eum de terra longinqua uenerunt etc. quasi diceret hoc mihi fuit ad magnam gloriam & ideo ostendi eis totius regni magnificentiam ecce dies uenient: & auferentur omnia etc. istud fuit completum quando Nabuchodonosor Rex Babylonis tempore Sedechie transtulit de Hierusalem quicquid erat ibi pretiosum ut habetur. iiii. Regum ultimo sed et de filiis tuis etc. hoc fuit impletum in Daniele & sotiis eius qui fuerunt de semine Regis Iude & ducti in Babylonem tempore Ioachim & ibi nutriti & eruditi ut possent stare in palatio regis ut habetur Dani. primo & dixit Ezechias ad Esaiam bonus est sermo domini penituit enim de sua elatione & sic acceptauit sententiam domini supra se & supra regnum suum propter qd̄ pena ista non fuit inducta temporibus suis sed fuit dilata usq̄ ad tempus Ioachim Regis & Sedechie qd̄ cum sibi dictū fuisset per Esaiā respondit fiat tantum pax & ueritas in diebus meis recognoscendo beneficium diuinū de predicta pene dilatione

XL.

Consolamini In precedentibus huius libri Esaias cū mysterio Christi denūtiauit peccatorum punitionem hic cōsequenter describendo idem mysterium denūtiat iustorum consolationem. Et diuiditur in duas partes quia primo inducit eos ad exspectandum promissa diuina. secūdo magis in speciali prosequitur illa. xlv. c. prima adhuc diuiditur in tres secundum tria ex quibus inducit ad dictam expectationem quia primo inducit hoc ex diuina potestate. secundo de eius caritate. xli. c. tertio ex eius ueritate. xliii. c. prima in duas quia primo denuntiat consolatorum personam. secundo declarat eius potentiam ibi quis mensus est. prima adhuc in tres quia primo alloquitur populum uerbis consolatoriis. secundo denuntiat personam Precursoris ibi uox clamantis. tertio personam Christi consolatoris ibi super montem. Circa primū dicit. consolamini replicat hoc uerbum quia premittit eis duplicem consolationem scilicet in bonis temporalibus & spiritalibus. loquimini uos Prophete ad cor Hierusalē id est ad consolationem fidelium quoniam completa est id est terminata malicia eius qa peccatum Ade per Christum fuit amotum. dimissa est iniquitas illius quia Christus contra peccata personalia attulit remedium & loquitur hic Propheta de futuro per modum preteriti propter certitudinem prophetie. suscepit manu domini etc. id est duplicem consolationem per Christum scilicet in collatione gratie & apertione glorie sicut pro peccatis acceperat duplicem penam scilicet corporis & anime. Vox clamātis hic consequenter introducitur persona Precursoris scilicet Iohannis Baptiste de quo intelligitur ad litteram hec scriptura ut patet Io. primo & Marci primo & Mat. iii. propter quod aliqui doctores Catholici male uidentur dicere exponendo hunc passū ad litteram de reditu captiuitatis Babylonice in hoc magis iudaizantes quantum ad aliquid: q̄ Hebrei qui hunc passum & totum capitulum exponunt ad litteram referendo ad tempus Messie dicentes q̄ tunc superficies terre habitabilis complanabitur diuinitus per eleuationem uallium & depressionem montium ut sic amotis omnibus impedimentis Iudei p orbem terre dispsi possint faciliter in Iudea cōgregari & sic exponūt quod dicitur hic. omnis uallis implebit etc. sed deficiunt dupliciter primo quia aduēti

Christi dicunt futurum qui iam transiit in preteritum. secundo quia litteralem sensum hic accipiunt secundum significata uocum cum dicitur. omnis uallis implebitur. qđ nó est uerum in locutione parabolica sicut Iuđ. ix. cum dicitur Ierunt ligna ad arborẽ ramnum etc. sensus litteralis non est de arboribus materialibus per uoces significatis qa sic scriptura esset falsa. sed de Abimelech & uiris Sichem qui ibi ꝑ arbores metaphorice significantur. ꝙ autem sit hec metaphorica locutio patet: quia non solum per dicta doctorum Catholicorum sed etiam per dicta Ra. Moysi dicentis: non ascendat super cor quod in diebus Messie deficiat: aliud de uia huius seculi uel innouetur aliud de operibus sex dierum sed ibit mundus iuxta solitam uiam & perconsequens non est intelligendum ꝙ in aduentu Messie fiat talis complanatio montium & uallium nisi intelligaẽ de aduentu Christi ad iudiciũ quia tunc innouabitur mundi status. sed Iudei hoc modo non intelligunt. sed de aduentu eius in mundum ut satis patet a predictis. Igitur sequendo sententiam Euangelistarum passus iste est exponendus ad litteram de Iohanne Baptista & eius predicatione cum dicitur: uox clamantis id est Iohannis predicantis. in deserto id est in Iudea que dicitur desertum ratione dicta superius in principio. xxv. ca. & quia ad litteram Iohannes incepit predicare in Iudee deserto ut habetur Mat. iii. ubi dicitur in diebus illis uenit Iohannes Baptista predicans etc. parate uiam domini. predicatio enim eius & suus baptismus erant quedam dispositó ad populi ad suscipiendũ de ꝓpinquo fidẽ Christi uẽturi ut patet ex decursu Euãgelii. & dicit uiã dñi q̃tú ad mandata decalogi. semitas dei nostri q̃tú ad consilia Euangelica. omnis uallis. i. humilis & omnis mõs & collis. i. superbus etc. qa sicut dictũ fuit in ꝓncipio huius libri per aduentum Christi superbi dejecti sũt & humiles exaltati & erunt prauа id est homines deprauati ex consuetudine peccandi indirecta id est ad rectitudinem iusticie reducti & aspera id est crudeles & duri in uias planas id est ad mansuetudinem deducti sicut patet de Paulo qui factus fuit agnus de lupo. potest etiam aliter exponi de operibus penitentie: que uidentur dura: & aspera. sed per gratiam Christi facta sũt credentibus leuia. unde dicit Augustinus. Omnia seua & ímania leuia & prope nulla facit amor. & reuelabitur gloria dñi. i. dei filius qui dicitur gloria patris eo ꝙ gloria est clara noticia cum gaudio. unde gloria dicitur quasi quedam claria. c. mutata in. g. Illa autem que ad noticiam pertinent in diuinis filio appropriantur. & ideo sicut dicit sapientia patris ita eius filius. & uidebit omnis caro id est potest uidere ꝙ os domini locutum est. cuius uerbum deficere non potest ab impletione uox dicentis scilicet dñi loquentis ad Esaiam uel ad Iohannem Baptistã clama id est publice denuntia. omnis caro fenum id est nullam firmitatem seu stabilitatẽ ex se habens & accipitur hic caro pro omni homine carnaliter uiuente secundum qđ dicitur primo Corin. xv. caro et sanguis regnum dei non possidebunt. & omnis gloria eius quasi flos agri quoniá repẽte deficit ex modico calore febrili. ex uoluntate dei Ideo subditur. quia spiritus dñi etc. uere fenum est populus per hoc ostenditur manifeste ꝙ Propheta loquitur hic metaphorice ut predixi. uerbum autem dei nostri manet ineternum qđ potest intelligi de uerbo increato secundum ꝙ dicitur Io. primo In prinncipio erat uerbum etc. & de uerbo creato per Prophetas dicto qđ infallibiliter implet in prophetia ꝑdestinatõis ut dictum est supra frequenter. Super montem hic consequenter introducitur ꝑsona per consolantis scilicet domini nostri Iesu Christi & est uerbum domini ad Esaiam uel potius ad Iohannem Baptistam cum dicitur super montem excelsum ascende id est ad preeminentiam sanctitatis uite tu scilicet Iohannes de quo dicit Saluator Mat. x. Inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista. qui euangelizas Sion

id est populo Iudaico. & dicit euangelizas quia Iohannes ad Euangelium pertinet. exalta noli timere. Iohannes. n. timore Herodis aut Phariseorum & sacerdotum nō destitit a constanti ueritatis denunciatione. ecce deus noster id est deus humanatus sic enim denūciauit Iohannes Io. primo. d. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mūdi. nomine agni exprimens humanitatem & per ablationem peccati eius deitatem. ecce dominus deus in fortitudine uenit. In aduentu enim suo Christus egit miracula stupenda que fieri non poterant nisi uirtute infinita. & brachium eius dominabitur per brachia enim eius in cruce extensa peruenit ad gloriam sue resurrectionis & sic ad dominiū plene potestatis ꝓpter qđ tunc dixit Mat. ultimo. data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Ecce merces cum eo quia uirtute deitatis de se poterat dare gratiā in presenti & gloriam in futuro. & opus illius coram illo id est in eius uoluntate & potestate sicut pastor gregem suum pascet. unde dicit de seipso Io. x. Ego sum pastor bonus etc. In brachio suo congregabit agnos etc. per hoc designatur Christi pietas ad fideles suos propter qđ ibidem dicit & animam meam pono pro ouibus meis. Quis mensus est: hic consequenter ponitur potestas consolantis ad ostendendum ꝙ de eius promissione nullus debet dubitare cum sit potens adimplere. & diuiditur in duas ptes quia primo declaratur eius potestas contra idolatras et creaturam adequantes. secundo contra pusillanimes Iudeos de ipso minus debito confidentes. ibi leuate. prima in duas quia primo dicta potestas ostenditur. secundo ex hoc idolatria arguitur. ibi cū ergo Circa primum dicitur quis mensus est pugillo id est ualde faciliter. aquas quāuis sint multe & magne. & celos palma pōderauit id est sine difficultate aliqua sicut illud quod continetur in palma. quis appendit tribus digitis molem terre id est ualde faciliter qñ enim aliquis uult leuare aliquod ponderosum apponit duas manus. sed quando est sibi ualde leue. apponit tantum duos uel tres digitos. per hoc autem ostenditur potestas Christi qui uirtute dei omnia ista fecit. utitur autem hic scriptura uerba ponderis et statere qa deus oīa disposuit in numero pondere & mensura. sapiētie. xi. & propter dictam potentiam subiungit. quis adiuuit spiritum domini quasi minus potentem quasi diceret nullus. aut quis consiliarius eius fuit etc. quasi habeat sapientiam diminutam & patet littera usq; ibi. ecce gentes oēs generaliter q̄si stella situle id est cadens de situla: que nullius momenti reputatur. & quasi momentum statere id est lingua statere que ualde de facili ad utranq; partem mouetur de se nullā habens stabilitatem. ecce insule quasi puluis exiguus in conspectu eius. & libanus non sufficiat ad succendendum id est si aliquis uellet facere sibi sacrificium debitum omnia ligna non sufficerent ad ipsum cremandum ideo perconsequens omnia animalia non sufficerent ad offerendum sibi debitum holocaustum. omnes gentes quasi nō sint. quia ex se nō habent aliquod esse. omnia ista inducunt ad ostendēdum ꝙ in nullo indiget adiutorio alterius seu cōsilio. Cui ergo. hic consequenter ex dictis idolatria reprehēditur in qua cultus soli deo debitus creature impenditur. & sic ei secundum reputationem idolatre adequat ꝓpter qđ dicit. Cui ergo similem fecisti deum. hoc dicitur contra idolotras credentes aliquid diuinitatis esse in imaginibus factis. aut quam imaginem ponetis ei. hoc dicit contra idolatras qui imaginibus non attribuebant minimis. sed quibusdam dus inuisibilibus in imaginibus representatis ponebant tam en pluralitatem deorū. Nūquid sculptile cōflabit faber etc. omnia ista inducuntur hic ad ostendendum ꝙ idola nullā stabilitatē habent a se. sed magis ab artifice. & tamen omnes quasi nihil reputate sunt respectu dei ut predictum est ex hoc concluditur: quod idola adhuc sunt minus reputanda: ideo subditur. nunquid non scietis illud quod dictum est de idolis: ꝙ sensibiliter expiri

poteſtiſ quaſi diceret ſic. quia in libriſ gentilium & chroniciſ ſemper fuit facta mentio de ortu idolatrie per opuſ hominū ut magiſ uidebitur ca. ſequenti. nūqd intellexiſtiſ fundamenta terre quaſi diceret intelligere debuiſtiſ q̄ a ſolo deo habet ſtabilitatem. cum nihil ſit ſub ea ſuſtentanſ. Qui ſedet ſuper gyrum terre tanq̄ princepſ terrenuſ reſpectu dei. qui extendit uelut nihili celoſ. i. nature ſubtiliſ que dicitur nihil eo q̄ nō eſt palpabiliſ eo modo loquēdi quo aer nihil uocatur propter ſuam ſubtilitatem. unde dicitur communiter nihil in poto eſſe cum tamen ſit plenuſ aere. In Hebreo tamen habetur qui extendit uelut telam celoſ. & ſic plana eſt littera. & ſequentibuſ conſona. cum ſubditur & expandit eoſ ſicut tabernaculum. loquitur hic de celo ſecundum apparentiam uiſuſ. quia extrema celi in circuitu orizontiſ noſtri uidentur ſuper terram figi. & medium quod eſt ſuper capita noſtra in altum erigi. & ſic habet apparentiam tabernaculi extenti qui dat ſecretorum ſcrutatoreſ id eſt ſapienteſ in ſpeculabilibuſ. Iudiceſ terre id eſt prudēteſ in agibilibuſ. uelut inaneſ id eſt nulliuſ reputationiſ in dei comparatione. quod oſtēditur per ſimile cum ſubditur & quidem id eſt certe neq; plātatio etc. i. ſicut plantula non radicata adhuc nec confirmata in terra a modico uento eradicatur: ſic etiam omneſ predicti quantumcunq; magni ad nutum dei eradicantur et tollunt̄. de uita preſenti & ideo in fine concluditur. & cui aſſimulaſtiſ me quaſi diceret taliſ aſſimulatio eſt ualde erronea. Leuate hic conſequenter oſtenditur dei poteſtaſ contra Iudeoſ de deo minuſ debite confidenteſ. & primo ad conſiderationem diuine maieſtatiſ inducūtur cū dicitur. leuate oculoſ ueſtroſ in excelſum id eſt ad corpora celeſtia. & uidete quiſ creauit hec id eſt ex hoc conſiderate magnitudinē creatoriſ ſc̄m q̄ dicitur ſapientie. xiii. a magnitudine enim ſpeciei & creature poterat cognoſcibiliter creator eorum uideri qui educit in numero militiam eorum id eſt multitudinem ſtellarum ordinate in ſuo curſu procedentium. & omneſ ex nomine uocat: quia omnia congnoſcit perfecte uſq; ad minima. pre multitudine fortitudiniſ & roboriſ uirtutiſq; eiuſ. Iſta tria in deo ſunt unū. tamen in nobiſ differūt fortitudo enim reſpicit magnitudinem & correſpondentiam membrorum. robor fortitudinem oſſium & neruorum uirtuſ magnitudinem effectuum. neq; unum reliquum fuit id eſt nulla reſ quātūcūq; modica exit potentiam & ſcientiam diuinam: ideo concludit. quare dicis Iacob id eſt populе Iudaice deſcendenſ a Iacob abſcondita eſt uia mea id eſt opera a domino id eſt non reddet pro eiſ mercedem & a deo meo iudicium meum tranſibit id eſt non faciet uindictam de iniuriſ mihi illatiſ ex quo uidetur q̄ in populo illo erant aliqui qui decideraut in illum errorem q̄ dei prouidentia ad actuſ humanoſ ſe non extendit. uel dicendum q̄ Propheta utitur communi modo loquendi quo hominеſ in afflictione longa poſiti dicuntur a deo dati oblitioni. nunquid neſciſ aut non audiuiſti & quid ſit illud ſubditur. deuſ ſempiternuſ in ſua deitate. dominuſ qui creauit terminoſ terre. et ſic dicitur dominuſ ex tempore quo habuit creaturam ſubiectam quaſi diceret iſta debuiſti ſcire. quia Moyſeſ tibi denunciauit in principio Geneſiſ non deficiet: In opere gubernationiſ neq; laborauit: quia laſſitudinem operando non incurrit. & non eſt inueſtigatio ſapientie eiuſ ſcilicet ad perfectum quia excedit inueſtigationem humanam in infinitum. Ro. xi. O altitudo diuitiarum ſapientie & ſcientie dei etc. qui dat laſſo uirtutem ne deficiat. & iis qui non ſunt: fortitudinem. producendo eoſ de non eſſe ad eſſe & deficient pueri ſcilicet moribuſ & ſenſu. & iuueneſ id eſt inſolēteſ in infirmitate cadeent primo in culpam & poſtea in penam. qui autem ſperant in domino & non in ſeipſis preſumptuoſe mutabunt fortitudinem. quia qui erant priuſ debileſ ad grauia ſuſtinenda: gratia diuina efficientur forteſ. aſſument pennaſ ut aquile id eſt qui priuſ

erant tardi & pigri ad bona opera efficiẽtur uelociſ ad ipſa. & hoc uidetur impletum in ueteri & nouo teſtamento per ſucceſſioneſ generationum in illiſ qui ueraciter con/uerſi ſunt ad fidem.

XLI.

Taceant poſtq̃ Propheta induxit populum Iſrael ad certam expectationem promiſſorum ex diuina poteſtate hic conſequenter idem facit ex eiuſ caritate que amicoſ non defraudat a promiſſi conſecutione. & diuiditur in duaſ parteſ quia primo oſtẽditur dei dilectio ad dictũ populum ex bñficiiſ que eiſ in patribuſ cõceſſit. ſecũdo ex proprio filio quem ei promiſit ca. xlii. prima in treſ ſecundũ tria benefitia. ſecũdum ponitur ibi & tu Iſrael. tertium ibi prope facite. Circa primum ſciendum q̃ primum benefitium fuit collatũ in Abraham quem deuſ ſeparauit ab infidelibuſ edu/cendo eum primo de Vr Chaldeorum Gene. xi. ca. & ſecundo de Aram Gene. xii. & perconſequenſ ſpopulum ab eo deſcendentem per Iſaac & Iacob ab infidelibuſ ſe/pauit. propter quod & legem ei in monte Sinai ſpecialiter conceſſit propter qđ pſal. c. xliii. dicitur non fecit taliter omni nationi. & iudicia ſua etc. & diuiditur in duaſ quia primo ponit̃ huiuſmodi ſeparatio. ſecundo contra idolatraſ inuectio ibi unuſq̃ſq̃ Circa primum primo ad huiuſ conſiderationem inducit. d. taceant ad me inſule id eſt habitatoreſ inſularum & genteſ terram aridam habitanteſ fortitudinem mutent. ut qui erant forteſ ad mala ſint forteſ ad bona. accedant & tunc loq̃nt̃: ſi habent aliqd iuſtum pro ſe. ſecundo benefitium recolit dicenſ quiſ ſuſcitauit ab oriente iuſtũ id eſt Abrabam ſecundum qđ exponunt communiter Catholici & Hebrei quem dominuſ uocauit primo a Chaldea ut dictum eſt & poſtea ab Aram & utraq; regio uergit ad orientem reſpectu Iudee quam dominuſ ei repromiſit Gene. xiii. uocauit eum ut ſe/queretur ſe per uiam fidei & obedientie. unde ex fide ad mandatum dei uoluit filium immolare Gene. xxii. & ad Heb. xi. & ideo dñſ eiaſtitit ipſum protegendo propter quod ſubditur dabit in conſpectu eiuſ genteſ & Regeſ obtinebit. & loquitur hic Pro/pheta de preterito per modum futuri ſicut frequenter fit in Propbetiſ & hoc fuit impletum quando Abraham cum. ccc. uernaculiſ ſuiſ quattuor Regeſ fortiſſimoſ de/bellauit Gene. xiiii. dabit quaſi puluerem gladio eiuſ etc. quia eoſ facillime debellauit diuina uirtute ſibi aſſiſtente. perſequet̃ eoſ quia perſequutuſ fuit fugienteſ uſq; Soba & Phenicem Gene. xiiii. tranſibit in pace quia de ſuiſ nulluſ in bello illo cecidit. ſemita pedibuſ eiuſ nõ apparebit. quia faciliter ualde ad bellum iuit & redit ſicut de homine faciliter tranſeunte & leuiter dicitur q̃ non figit pedem in terra. uel q̃ non tangit terram. quiſ hec operatuſ eſt & fecit quaſi diceret deuſ. & non homo. ideo ſubditur: uocanſ generationeſ ſcilicet ad fidem & amiciciam ſuam. ab exordio ſcilicet temporiſ quod patet in Abel iuſto. Seth. Noe. Abraham. & ſic de aliiſ. Ego dominuſ & ideo poſſum uocare ad meam amicicią quoſ uolo ſine iniuria cuiuſcunq; cum nulli tenear. ſed omneſ id quod ſunt: tenent a me ideo ſubdit̃. primuſ & nouiſſimuſ ego ſum. Vnuſ/quiſq;. hic conſequenter per oppoſitum ponitur inuectio contra factoreſ & cultoreſ idoloꝝ. Circa quod ſciendũ q̃ ſicut dicit Euſebiuſ in cbronica ſua anno. vii. Abrabe Rex Aſſyriorum condidit Niniuem & ipſe incepit idolatriam quia fecit imaginem patri ſuo defũcto cui exbibebat tantam reuerentiam q̃ ꝑcebat reiſ fugientibuſ ad ipſam ut dicitur in Scholaſtica biſtoria propter quod dicti confugienteſ inceperunt adorare illam imaginem & ad imitationem huiuſ facti fecerunt alii imagineſ cariſ ſuiſ defunctiſ. & ſic imago facta a Nino uocabatur Beluſ & fuit primum idolum, ſic hoc nomen deriuatum eſt ad alia idola utpote Bel. Bal. Baalim. Belphegor. Belzebub. et huiuſmodi ſecũdum diuerſitateſ gentilium & linguarum. & quia hoc fuit multiplicatũ

tempore Abrahe ut dictū est ideo iuxta ipsius fidelitatē arguitur hic idolatria istorū & hoc est quod dicitur: uiderunt insule etc. id est habitatores insularum & aliarum terrarum uiderunt reuerentiam idolis a potentibus exhibitam: & sic in timore positi confugerunt ad ipsa ueneranda ut sic eis perceertur. Ideo subditur appropinq̄querunt & accesserunt scilicet ad idola unusquisq; proximo suo etc. quando aliquis habebat amicum in periculo positum consulebat sibi refugere ad idolū & quia exemplo Nimi alii potentes fecerūt idola per manus tamen artificū ideo subditur. confortauit faber tres operarii sunt necessarii primus est ille qui materiam in igne calefactam cum mar/ tello ducit ad formam partium idoli. secundus est qui partes sic formatas cū martello cum lima polit. tertius est qui partes sic preparatas adinuicem consolidat. & contingit. & hoc notatē cum dicitur: confortauit etc. & construatur sic littera. faber erarius id est metallicus percutiens maleo id est martello scilicet materiam inducendo ad idoli formam: confortauit id est efficaciter monuit eum qui cudebat id est cum lima po/ liebat: cudere enim in una significatione idem est q̄ pollire: ut dicit in libro qui uocat Catholicon. tunc temporis id est tempore Abrahe quo fabricatio idolorū cepit mul/ tiplicari: ut dictum est dicens id est iste qui politebat erat dicens consolidatori glutino bonum est. i. bonū est partes idoli formatas & politas ad inuicem coniungere. glutino id est forti iunctura ita q̄ hic accipiatur glutinum pro illo metallo quo consolidantur partes ad inuicem & uocatur gallice sondeure unde in Hebreo sic habetur dicens cō/ solidatori bonum hoc scilicet q̄ fortiter consolidet partes idoli sic preparatas. sic enim mutuo se hortabantur artifices propter maius lucrum habendum & propter gratiam dominorum. Et tu Israel hic recolit secundum benefitium exhibitum populo tēpore Moysi scilicet eductio de seruitute Egypti & diuiditur in tres partes quia primo de/ scribitur hic exitus. secundo aduersariorū casus ibi ecce confundentur. tertio Hebreorū profectus ibi egeni Circa primum dicitur in persona dei & tu Israel serue meus quasi diceret ex quo eduxi te de seruitute Egypti factus est specialiter seruus mihi Iacob quem elegi Esau reprobato secundum qđ dicitur Mal. i. Iacob dilexi Esau autem odio habui & accipitur hic Iacob pro populo descendente ab eo. semen Abrahā amici mei quia amore mei preparatus fuit filium unigenitum immolare. in quo apprehendi te id est mihi appropriaui eius meritis ab extremis terre etc. q̄a Abraham fuit uocatus de Chaldea ut dictum est supra seruus meus etc. exponatē ut supra. ne timeas minas Pharaonis quia ego tecum sum. te protegens & defendens ne declines a uerbis Moysi serui mei quia ego deus tuus confortaui te scilicet super eum: ideo subditur. & suscepit te dextera iusti mei id est Moysi ad extrahendum te de seruitute Egypti. Ecce con/ fūdentur hic consequenter aduersariorū casus cum dicitur ecce confundetur etc. quia Pharao cum suo exercitu persequens Hebreos submersus fuit in mari Rubro Exo. xiiii. queres eos quia sicut dictum fuit Exo. xiii. mare proiecit Egyptios mortuos ad littus ad quod transierant filii Israel: ut sic essent certi de morte eorum. & haberent spolia ideo dicitur queres eos inuestigādo pretiosa que erant super corpora defūctorū & non inuenies uiros rebelles tuos non dicit non inuenies eos absolute sed non inuenies uiros rebelles tuos id est te persequentes quia iam erant mortui. & non poterant eos persequi. & sic patet littera usq; ibi. noli timere uermis Iacob id est qui fuisti inter Egyptios reputatus uilis sicut uermis q̄ mortui estis ex Israel id est reputati ut mortui in seruitute Egypti quia seruitus est mors ciuilis & quia non solum Egypti fuerunt aduersarii Hebreorum: sed etiam Chananei qui postea ab Hebreis fuerunt debellati

ut patet li. Ioſue ideo ſubditur ego poſui te q̃ſi plauſtrum triturans nouum etc. ſicut ení tale plauſtrú ductú ſup ſegetes cõterit eas ſic populus Iſrael cõtriuit Chananeos: ideo ſubditur triturabis montes id eſt maiores. Ioſue enim debellauit. xxxi. Reges Ioſue. xii. & colles id eſt mõtes Principes & tu exaltabis in dño. expulſis Chananeis de terra promiſſionis. Egeni hic deſcribitur defectus filiorum Iſrael per deſertú ubi p̃mo paſſi ſunt aque defectum ſed dominus ſuppleuit non ſolum ſemel ſed pluries ut patet Exo. xv. & .xvii. & Numeri. xx. & hoc eſt quod dicitur egeni & pauperes querũt aquas etc. & patet littera uſq; ibi dabo in ſolitudinẽ in deſerto enim illo uigebat ardor ſolis ſed deus prouidit de umbraculo per columnam nubis Exo. xiii. & ſecundum hoc dicitur dabo in ſolitudinem cedrum etc. id eſt umbraculum ita bonum uel melius q̃m facerent arbores iſte umbraculú enim nubis erat excellẽtius quia datú diuina uirtute non nature ideo ſubditur & intelligant pariter quia manus domini fecit hec prope facite. hic recolitur tertium benefitium populo exhibitum tempore Zorobabel. ſ. liberatio de captiuite Babylonica. & diuiditur in duas partes quia primo contra idola que uigebant in Babylone ponitur inuectio. ſecundo ſubditur populi liberatio ibi ſuſcitaui. Circa primum dicitur prope facite iudicium ueſtrum id eſt declarate iuſticiã ueſtram ſi habetis o Babylonii. Afferte ſi qd habetis id eſt iuſticie & ueritatis. accedãt & nuncient uobis ſcilicet idola ueſtra de quibus confiditis quecunq; uentura ſunt etc. qd̃ eſt propriú diuinitatis ideo ſubditur: & ſciemus quia dii eſtis uos o idola bene quoq; aut male ſi poteſtis facite quaſi diceret nó poteſtis quia ſenſu & intellectu caretis. ideo concluditur ecce uos eſtis ex nihilo uos Babylonii & opus ueſtrum id eſt idola ueſtra que feciſtis ex eo quod non eſt id eſt nullum habens fundamentum ſeu firmamentum & conuertit ſermonem ad idola dicens abominatio eſt id eſt ſupra modú abominabilis deo ideo dicitur abominatio in abſtracto ſicut excellens in liberalitate dicit liberalitas qui elegit uos id eſt quicunq; reputauit uos tanq̃ deos ſuos. Suſcitauit hic cõſequẽter ponitur liberatio populi de Babylone que facta fuit per Cyrum & hoc eſt qd̃ dicit: ſuſcitaui ſcilicet Cyrum et uoluntatem inſpirando pugnandi contra Babylonem. ab aquilone & uenit ab ortu ſolis regio enim Perſidis eſt in medio aquilonis & orientis. medium autem ab utroq; termino nominatur. & ideo aduentus Cyri contra Babylonẽ dicitur hic eſſe ab aquilone & ab oriente uel quia Darius Rex Medorum uenit cum Cyro contra Babylonem & regnum unius magis declinat ad orientem alterius autem ad aquilonem. uocabat nomen meum id eſt confitebitur: confeſſus enim fuit Cyrus ſe obtinuiſſe Monarchiam uirtute dei celi ut patet. i. Eſdre. i. hec dicit Cyrus Rex Perſarum omnia regna terre dedit mihi dominus deus celi & terre etc. & adducet magiſtratus id eſt potentes Babylonis quaſi lutum cõculcans eos & deducens q̃ annũciauit ab exordio etc. id eſt anteq̃ fierent quaſi diceret hoc non fecerunt idola Babylonie quia non predixerunt caſum illius terre ideo ſubditur. Non eſt annuncians etc. Conſequenter oñdit quis annunciauit Primus id eſt ipſe deus qui eſt primus & nouiſſimus ut dictú eſt ſupra eiuſdem ca. Ad Sion dicet id eſt ad populũ iude denominatũ a loco principaliori in quo uigebat cultus dei ecce adſum ad ueſtram liberationem per Cyrú ſeruum meú & Hieruſalem euãgeliſtam dabo id eſt Prophetam hoc bonú p̃nunciãtẽ & ponitur hic euangeliſtam in ſingulari pro plurali ſicut Exo. viii. uenit muſca grauiſſima id eſt multitudo muſcarum quia deus per plures Prophetas hanc prenũciauit. Et uidi ſcilicet reuelationem a domino mihi factam & eſt uerbum Eſaie cui plures reuelationes fuerũt facte de iſta liberatione ut patuit ex antecedẽtibus & ſequẽtibus & non erat ex iſtis id eſt ex Babylone idolis quis q̃ qui iniret conſilium pro liberatõe

cultorum suorum. & interrogatis a suis cultoribus respondent uerbum ideo concludit ecce omnes inusti. s. Babylonis & uana opera eoꝝ id est idola ab eis facta ideo subdit: uentus & inane simulacra eorum.

XLII.

ECce seruus. In precedenti ca. ostensa est dilectio dei ad populum Iudaicum ex beneficiis que ei in patribus concessit: hic consequenter idem ostenditur ex filio quem ei ex dilectione misit' secundum quod dicitur Io. iii. sic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret etc. & diuiditur in duas partes quia primo agitur de filii missione secundo de fidei multiplicatione ca. xliii. prima adhuc in duas quia primo describitur huius beneficii magnitudo. secundo malorꝝ ingratitudo. ibi hec uerba. ꝑmo in tres quia primo predicitur filii dei aduentus. secundo malorũ casus. ibi dominus sicut fortis. tertio iustorum prosper status ibi & educam prima adhuc in tres quia primo describitur filii mittendi conditio. secundo predicitur eiusdem missio. ibi hec dicit dñs. tertio inducitur gratiarum actio ibi cantate domino. Circa primum sciẽdum ꝙ littera ista secundum Latinos & Hebreos est de Christo ad litteram intelligenda & hoc patet Mat. xi. ubi ista littera allegatur impleta in Christo. hoc etiã probat̃ per trãslationẽ Chaldaicam que uocatur Tergum apud Hebreos & est tante autoritatis apud eos ꝙ nullus fuit ausus ei contradicere ꝓpter qd̃ aliqui doctores Catholici exponentes passũ istum & totum capitulũ de CyroRege qui Iudeam liberauit de captiuitate Babylonica male dicunt & quantum ad hoc magis Iudaizant q̃ Hebrei exponentes de tempore Christi tamen hoc expectant futurum: & male: quia transiit in preteritum. Igitur sequendo dictum beati Mat. Apostoli & Euangeliste exponatur. de Christo ut sit uerbum patris cum dicitur: ecce seruus meus quia licet ab eterno esset in forma dei in tempore tamen accepit formam serui ut habetur Phil. ii. suscipiam eam qa hũanitas Christi assumpta est in unitatem suppositi diuini per hoc enim qd̃ dicitur suscipiam eũ non est intelligendũ ꝙ pater naturam humanã assumpserit quia filius est humanatus sed hãc assumptionem tota trinitas fecit. electus meus ad redimendum humanũ genus complacuit sibi in illo etc. per hoc intelligitur patris ad filium dilectio perfecta dedi spiritũ meũ sup eũ. i. plenitudinem gratie spũs sancti in aĩa Christi Io. i. uidimus eũ quasi unigenitum a patre plenũ gratia & ueritatis. Iudiciũ gentibus ꝓfert. Iudiciũ. n. extremum denunciauit hominibus futurũ ut patet Mat. xxv. Item in forma humanitatis in qua iudicatus fuit coram Pilato feret sententiã in ultimo iudicio hoc excepto ꝙ tunc apparebit in forma gloriosa Act. primo hic Iesus qui assumptus est a uobis sic ueniet ad iudicium scilicet sicut uidistis eũ ascendentem in forma gloriosa in qua ascẽdit in celum non clamabit clamore contentionis: licet clamauerit clamore predicationis. Io. vii. In nouissimo festiuitatis die stabat Iesus & clamabat etc. & clamore orationis Heb. vi. eum clamore ualido & lachrymis offerens etc. neq; accipiet personã secundũ quod dicitur Mat. xxii. non personam hominis respicis. neq; audietur uox eius foris id est uox predicationis extra Iudeam quia in persona propria non predicauit nisi Iudeis nisi raro utpote Samaritanis. Io. iiii. qui tamen in parte erant Iudei quia acciebant. v. libros Moysi. & propter hoc dicit Mat. xv. Nõ sum missus nisi ad oues que perierant domus Israel. calamum cassatum non conteret id est populum gentilem uacuum ad fidem ad modum calami concassatum uanis erroribus idolatre hũc calamũ non contriuit. sed magis resartiuit uocando ad fidem per Apostolorum predicationẽ. et linum fumigans id est populum Iudaicum modice aut nullius potestatis contra exercitum Romanorum. non extinguet. quia ignis per Romanos accẽsus in Hierusalẽ non fuit extinctus nisi per consumptionem combustibilis materie. In ueritate educet

iudicium qđ intelligitur de iudicio discretionis quo aliquos uocauit & uocat ad fidem suo iusto iudicio. aliis dimissis. & de iudicio extreme examinationis in quo procedit scđm lineam equitatis. non erit tristis in animo. neq; turbulentus in exteriori signo. hoc tamen non est intelligendum de tristicia naturali que est passio existens in parte sensitiua. illam enim assumpsit ad ostendendam in se ueritatem humane nature Mat. xxvi. tristis est anima mea usq; ad mortem. sed de tristicia obnubilante rationē que in eo nō habuit locū. unde ubi habemus non erit tristis In hebreo habetur. Non obscurabitur: donec ponat in terra iudiciū. qđ potest intelligi de duplici iudicio p̄dicto & legem eius insule expectabunt quod patet impletum in Sicilia Anglia Cypro & in aliis que legem receperunt Euangelicam. etiam aliqui a tempore Apostolorum ut patet in Actibus Apostolorum in pluribus locis quando Paulus predicauit in insulis. Hec dicit hic consequenter describitur ipsa missio cū dicit hec dicit dñs deus creans celos etc. quasi diceret sicut creauit omnia de nihilo sua uirtute infinita eadem potestate mittet filium in mundū. Ideo sequitur: ego dominus uocaui te in iusticia quia Christus mūdū redemit per uiam iusticie satisfaciens pro peccato plenissime. & apprehendi manū tuā humanitas enim Christi est instrumentum diuinitatis coniunctum & ideo non mouet nisi secundum motum diuinitatis. & seruaui te recipiendo animam tuam a morte scđm quod Saluator petiit Lu. xxiii. pater in manus tuas commendo spiritum meū. & dedi te in fedus populi quia per mortem eius fuimus deo reconciliati. In lucem gentium recipientium fidem ad predicationem Apostolorum. ut aperires oculos cecorum id est gentiliū quia prius erant erroribus excecati. & quia ad litteram Christus multos cecos illuminauit corporaliter. ut educeres de conclusione uinctum etc. i. patres in limbo qui ibi tenebantur. sicut in carcere recluси. sedentes in tenebris quia carebant claritate diuine uisionis. ego dominus etc. scilicet simpliciter & absolute. alii autē dicunt domini diminute. gloriā meā. i. bonorē mihi soli debitū alteri nō dabo cōcedēdo q̄ hoc possit licite fieri que p̄mo fuerūt. s. nunciata p̄ Moysē. ecce uenerūt. sicut patet de ingressu terre promissionis & in pluribus aliis per Moysen nunciatis que impleta sunt a tēpore Esaie & supra noua quoq; ego annuncio. s. de missione filii in carnem. anteq̄ oriant id est incipiant fieri. audita uobis faciam per Esaiam & alios Prophetas. Cantate. hic consequenter ponitur gratiarum actio pro tanti beneficii promissione cum dicitur cantate domino canticum nouum pro nouitate tanti mysterii. unde & nato Christo nouum cāticum cantauerunt angeli Lu. ii. laus eius ab extremis terre qa in omnibus terre partibus sunt aliqui fideles Christum laudantes & quia laudandus est non solum in arida sed etiam in mari & eius insulis. Ideo subditur: qui descenditis in mare etc. leuetur desertum id est gentilitas exurgat ad fidei Christiane statum. In domibus habitabit Cedar Cedar fuit filius Ismahelis Gene. xxv. & ideo per ipsum designat populus Ismahelitarum qui antiquitus habitabat in tabernaculis uagando de loco ad locum & per hoc metaphorice designantur populi gentiles in diuersis erroribus uagantes qui modo per fidem habitant in domibus Christi id est Ecclesiis. per fidem et caritatem formatam. laudate habitatores petre dicit Ra. Sa. q̄ per hoc intelligūtur mortui sepulchra lapidea habitantes quos dicit suscitandos in aduentu Messie sed hoc iam est adimpletum quia Christus Lazaꝝ suscitauit de monumento & eo resurgente multa corpora sanctorum surrexerunt de monumētis Mat. xxvii. potest etiā aliter exponi de terra Moab que petra nominat supra. xvi. ca. Emitte agnū dñe dñatorē terre de petra deserti etc. & de terra illa aliqui crediderunt ad predicationē discipulorum Christi in domino exultantes ponent domino gloriam. s. discipuli Christi gloriam eius

predicantes. Dominus sicut fortis hic consequenter predicitur malorum casus cū dicit dñs sicut fortis egredietur in exercitu Romanorum propter increlitatem Iudeorū sicut uir preliator suscitabit zelum. s. in Romanis ad destruēdā ciuitatem & populū. uociferabitur & quid dicat subditur: tacui coram Pilato a sacerdotibus accusatus falso semper silui de iniuriis & obprobriis mihi illatis. patiens fui expectans eoꝝ penitentiā sicut parturiens loquar. q. d. non possū nec debeo ultra continere me a punitione eoꝝ ideo subdit. dissipabo etc. desertos facia mōtes id est maiores & colles id est mediocres & omne granum eorum exsiccabo id est minores de populo destruam. ponam flumina in insulas subtrahendo ab eis omnes delectationes & diuitias. Et educā. hic consequēter describitur saluatio credentium cum dicitur & educam cecos id est gentiles erroribus cecatos. in uiam quam nesciunt per obseruantiam mandatorum & in semitis per obser/uantiam consiliorum. ponam tenebras coram eis in lucem. per diuinorum cognitionē. & praua ex consuetudine peccandi in recta per operum rectificationem hec uerba. suprapositā est diuini beneficii magnitudo in filii missione: hic consequenter ponitur malorum ingratitudo ex sua obstinatione cum dicitur: hec uerba feci eis mittendo eis filium & non dereliqui eos. sed ipsi me. ideo subditur conuersi sunt per infidelitatem & quia aliqui de gentilibus fuerunt contra fidem Christi obstinati propter idola Xp̄m persequentes ideo subditur. confūdant confusione etc. & aliqui de Iudeis ideo subdit surdi audite. s. uerba Prophetarum ad uos missorum qui annunciauerunt Christi ad uentum. & ceci intuemini ad uidendum. s. implectionem prophetiaꝝ in Iesu Nazareno/ & quia Iudei pro maiori parte remanserūt in sua cecitate: ideo subdit qs cecus etc. i. populus Iudaicus diuine seruituti obligatus a tempore suscepte legis & subditur: qui. uenundatus est scilicet populus Iudaicus in destructione Hierusalem per Titum in uindictā mortis Christi. dicit enim Hugo Floriacēn ꝙ Romani multa cede Iudeoꝝ fessi querebāt q captiua mācipia emerent sed qa plurimi uenales & pauci inueniebāt emptores non defuere qui. xxx. mancipia uno nūmismate mercarent sicut econuerso Christum. xxx. nummismatibus emerant: Quis cecus nisi seruus domini id est populus Iudaicus qui fuit specialiter ad seruitutē dei obligatus ab illo tēpore quo deus ꝑcussit primogenita Egyptiorum qui uides multa in lege et Prophetis scripta. nonne custodies quasi diceret melius deberes custodire q̄ alii & tu magis diuinasti qui aptas habes aures id est qui frequenter aperuisti aures ad audiendum leges & Prophetas: nonne audies quasi diceret audisti aure corporis & non mentis. & dominus uoluit ut sanctificaret eū scilicet populum Iudaicum mittens eis filium suum & magnificaret legem in Christo implens eam secundū qđ Christus dixit Mat. v. non ueni soluere legem sed adiplere ipse autem populus direptus & uastatus per Romanos propter incredulitatem suam. laqueus iuuenum oēs id est a iuuenibus ducti sunt ligati. s. a bellatoribus. & in domibus carcerum pro magna parte positi facti sunt in rapinam nec est qui eruat. adhuc enī sunt in hac captiuitate que durauit per annos mille. cc. lii. s. anno domini. milleſimo/ tricentesimo uicesimo septimo quo liber iste fuit scriptus. qs est in uobis qui audiat hoc .q. diceret pauci quis dedit Iacob in direptionē? & respondet nonne dominus Iesus Christus ipse est cui peccauimus eū negando coram Pilato & mortē eius procurando. & loquitur de futuro per modum preteriti in persona Iudeoꝝ qui post destructionē ciuitatis non crediderunt i in Christū & noluerūt in uiis eius ābulare scilicet incredulitate sequendo Christum per opera bone uite & nō audierunt legē eius scilicet Euangelicā sed magis rapuerant eam. & effudi super eum indignationem per exercitū Romanoꝝ. & comburet eum in circuitu quia Romani non solum combusserunt Hierusalem sed

aliaſ ciuitateſ in circuitu. & non cognouit ſcilicet ꝙ hoc eſſet in uindictam mortiſ Chriſti & ſic in infidelitate ſua permanſit. XLIII.

ET nunc hec dicit. Poſtq̃ actum eſt de miſſione filii dei hic conſequenter agitur de multiplicatione fidelium & diuiditur in duaſ parteſ: quia primo ponit̃ gentiũ illuminatio. ſecundo Iudeorum excecatio ibi hec dicit. prima in duaſ quia ponitur multiplicatio fidelium. ſecundo huiuſ multiplicationiſ effectiuum principium. ibi quiſ in uobiſ. Circa primũ ſciendum ꝙ fideſ multiplicata eſt per opera miraculoſa uirtutem totiuſ nature tranſcendentia quibuſ uiſis infideleſ conuertebãtur ad Chriſtũ ut patet in Actibuſ Apoſtolorum in pluribuſ locis & ſanctorum legendis & ideo primo ponit̃ hic taliſ operatio. ſecundo fidelium propiciatio ibi dedi propiciationem. Circa primũ dicitur hec dicit dominuſ creanſ te Iacob ſicut enim fideſ patrum ſanctorum a Iudeis tranſiit in Chriſtianoſ ſic & nomina ſecundum quod dicitur ca. ſequenti. Ille uocabit in nomine Iacob. & hic ſcribit manu ſua domino. & in nomine Iſrael aſſimulabitur ut pleniuſ ibi dicet̃. & ideo hic nominibuſ Iacob & Iſrael intelligit̃ populuſ Chriſtianuſ cum dicitur creanſ te Iacob id eſt deducenſ te ad eſſe gratie per fidei ſuſceptionem. & formanſ te Iſrael in moribuſ per predicationem Apoſtolorꝫ Noli timere inter p̃ſſurã primitiue Eccleſie quia redemi te ſãguine meo & uocaui te nomine tuo id eſt nomine Chriſtiano cum tranſieriſ per aquaſ id eſt per tribulationeſ temporaleſ tecum ero. i. ad litteram multi Chriſtiani ambulauerunt ſuper aquaſ ad confirmationem fidei cum ambulaueriſ in igne non cõbureriſ dicit Ra. Sa. ꝙ tempore futuro qđ uocat tẽpuſ Meſſie accendetur ignis diuinituſ comburenſ alienoſ populoſ & nõ ledenſ Iudeoſ ſed quod expect ãt futuꝝ iam tranſiit in preteritum quia multi Chriſtiani ab infidelibuſ in ignem proiecti fuerunt diuinituſ liberati & frequenter carnificeſ combuſti. Dedi propiciationem hic conſequenter ponitur fidelium multiplicatio cum dicit̃ dedi propiciationem tuam Egyptum gloſa dicit hic & ſimiliter magiſter Alexander de haliſ ꝙ intelligitur ad litteram de conuerſione Egypti & Ethiopie ad fidem Chriſti & ſic ẽ ſenſuſ dedi propiciationem tuam Egyptum id eſt dedi Egyptum ſimilem tibi in propiciatione incorporando enim Chriſto per fidem qui eſt ꝓpiciatio pro peccatiſ totiuſ mũdi. i. Io. iii. & in hoc alloquitur deuſ Eccleſiam primitiuã que primo fuit in Iudea collecta & inde ad aliaſ nationeſ. Dilatata ſicut dictum fuit ſupra ca. ii. Nominatur autem hic conſequẽter Egyptuſ & Ethiopia quia ibi ſatiſ cito fideſ fuit multiplicata in Egypto ſub Marco in Alexandria & per beatum Matthеum in Ethiopia Rege cum uxore & filio baptizato & populo ſuo. ideo ſubditur Ethiopia & Saba nomen eſt ciuitatiſ in Ethiopia ut dicit hic gloſa pro te ſcilicet dilatãda dedi & per iſtaſ duaſ terraſ intelliguntur alie ad quaſ dilatata eſt fideſ Eccleſie. exquo honorabiliſ factuſ eſ etc. tu populeus meuſ hoc potiſſime impletum fuit in Chriſti incarnatione qñ accepit naturam humanam de Iudeis in unitate perſone quem honorem non fecit angeliſ Heb. ii. Nuſq̃ angeloſ apprehendit ſed ſemen Abrahe. dilexi te dando animã meam pro te. & dabo hominеſ ſcilicet ad mortẽ multo fortiuſ pro te conſeruanda & dilatãda ſicut patet de Iuliano Imperatore qui cum magna parte exercituſ Romani periit in bello contra Perſaſ eo ꝙ firmiter ſtatuerat. in ſuo reditu deſtruere ciuitatẽ Ceſaream cum populo Chriſtiano ibidem exiſtente ſub ſancto Baſilio Epiſcopo. Multi enim Imperatoreſ Romani ut Nero Domitianuſ & plureſ alii perierunt: eo ꝙ mouerant perſecutioneſ cõtra Eccleſiam: ideo ſubditur Noli timere in preſſuriſ que in p̃mitiua Eccleſia fuerunt magne. quia ego tecum ſum te protegendo & multiplicando. unde & in illiſ preſſuriſ multũ creuit Eccleſia in gentilibuſ cõſtantiã martyrum & miracula

dei que circa eos fiebant admirantibus & sic ad fidem Christi cõuertebant. Ideo subdit Ab oriente adducam semen tuum etc. Ista adductio seu congregatio fidelium non est intelligenda per localem motum sed quia sunt aggregati Christo capiti per unitatem fidei & caritatis. Ideo dicit Mat. viii. Multi uenient ab oriente & occidẽte etc. affer filios meos de longinquo. hic accipitur longinquitas non secundum distantiam loci sed peccati qd facit homines a deo elongari. & omnem qui inuocat nomen meũ. ex quo patet q̃ non loquitur de populo Iudaico tantũ sed de omni ueniente ad fidem. creaui eum in esse gratie que est per creationem. & formaui eũ moribus. & feci eum deducẽdo ad perfectionis statum. ideo subditur: educ foras id est extra errorem populum cecum prius: & oculos habentem nunc per fidei susceptionem surdum scilicet prius per inobedientiam & aures ei sunt nũc per obedientiam & intelligitur hoc de Iudeis ad fidem Christi conuersis: qui precedenti ca. uocati sunt ceci & surdi & quia Ecclesia non solũ collecta est de Iudeis sed etiam de omnibus gentibus: ideo subditur: omnes gentes congregate sunt etc. scilicet in unitate fidei Christiane. & cum dicitur hic omnes gentes distributio est pro generibus singulorum quia in ea congregati sunt aliq̃ de omnibus gentibus. Quis in uobis: hic consequenter describitur dicte congregatõis effectiuum principium scilicet ipse deus qui talia potest predicere: & sic efficere: non autem idola que a gentibus colebãtur: & hoc est quod dicitur hic: quis in uobis id est in dis gentiũ: annunciet istud quasi diceret nullus: quia futura cõtingentia certitudinaliter p̃dicere est propriũ dei per se uel p̃ Prophetas suos: ideo subditur dent scilicet dii gentiũ testes eorum id est Prophetas eorum & iustificentur id est examinentur utrum sint ueri uel falsi: & audiant a dis suis futura contingentia: & dicant ea alius ex nomine deorũ suorũ quasi diceret non poterunt: sed ego potero ideo subditur: uere uos testes mei dicit dominus: & est uerbum dei ad Prophetas suos & maxime ad Apostolos qui fuerũt eius testes secundum quod dicitur Actuũ primo eritis mihi testes in Hierusalem & in omni Iudea & Samaria & usq; ad ultimum terre & seruus meus quem elegi id est quẽcunq; elegero ad seruiendũ mihi supple erit testis meus. ut sciatis & credatis mihi: cũ uideritis impleta que ante denũciaui. ante me nõ est formatus deus: quia ipse est solus eternus a parte principii: & etiam a parte finis proprie loquendo de eternitate. ego sum non habens esse aliunde. sed ex me. ego sum dominus: quia animalia omnia habent esse a me. ego annunciaui scilicet salutẽ generis humani per Prophetas & saluaui per X̃pm sicut promiseram: & non fuit in nobis alienus scilicet deus qui talia nunciaret. cetera patent ex dictis. Hec dicit: hic consequenter ponitur Iudeorum excecatio ex ingratitudine procedens: & ideo diuiditur in duas partes quia primo ponitur beneficiorum dei magnitudo: secundo Iudeorum ingratitudo. ibi non me inuocasti prima in duas: quia primo ponuntur beneficia ueteris testamenti & secundo noui: ibi ne memineritis. Inter beneficia exhibita Iudeis tempore ueteris testamenti ista fuerunt magis famosa & nota. s. liberatio de seruitute Egyptiaca & liberatio de captiuitate Babylonica. Primo igitur recolitur secundum cum dicitur: propter uos scilicet liberandos emisi in Babylonem scilicet Cyrum & Darium cum exercitibus suis & detraxi uectes uniuersos id est clausuras in quibus confidebant. & Chaldeos in nauibus suis gloriantes: quia debellauerant plura bella non solum bellis campalibus sed etiam nauallibus. Consequẽter recolitur primum beneficium cum dicitur: hec dicit dominus qui dedit in mari uiam diuidendo mare Rubꝛ ut preberet filius Israel transitũ per siccum & in aquis torrẽtibus siccum: desiccando Iordanem fluuium in transitu arce ut habetur Iosue. iii. q eduxit quadrigam & equum id est currus & equites Egyptiorum ad insequendũ filios Israel

inter mare Rubrum. simul obdormierunt somno mortis qa fuerunt submersi in aquis Exo. xiiii. Ne memineritis prioꝝ etc. id est predictorum benefitiorum quasi diceret licet fuerunt magna tamen in comparatione ad benefitium incarnationis sunt modica aut nulla: ideo subdit: ecce ego facio noua scd̄m qd̄ dicit Hiere. xxxi. Creauit dn̄s nauim super terram mulier circundabit uirum id est Christum in utero suo ab instāti incarnationis uirum perfectum uirtutibus & scientiis ponam in deserto uiam scilicet perfectionis & iusticie & uocatur hic desertum iudea & gentilitas sicut dictū est supra xxxv. & in inuio flumina id est spiritus sancti dona unde dicit Saluator Io. vii. q credit in me flumina de uentre eius fluent aque uiue qd̄ exponens Euangelista subdit hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. & glorificabit me bestia agri etc. id est illi qui ante conuersionem bestialiter & crudeliter uiuebant. ut darem potum populo Christiano electo meo ad uitam beatam hoc additur quia non omnes Christiani saluabuntur sed tantum electi. Non me inuocasti hic ponitur Iudeorum obstinatorum ingratitudo cum dicitur: non me inuocasti Iacob gratias agendo de tantis beneficiis Nec laborasti. i. nec laborē magnū sustinuisti. In Hebreo habetur quia laborasti exponitur tamen ad eundem sensum ab hebreis sic qa laborasti id est cito attediatus & fatigatus fuisti seruiendo mihi non obtulisti mihi arietem holocausti tui etc. hoc refertur ad benefitium liberationis de Egypto secundum qd̄ dicit Hiere. vii. Non p̄cepi eis in die qua eduxi eos de terra Egypti de uerbo holocaustomatum & uictimarum etc. Non emisti mihi argento calamum scilicet in exitu de Egypto. est aūt calamus una de quattuor speciebus aromaticis que ponebantur in thymiamate ueruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis id est pro peccatis tuis expiandis hoc perfectissime fuit impletū in deo homine Christo qui formā serui accepit ut pro peccatis nostris satisfaceret: prebuisti mihi laborem id est fuisti mihi occasio ut laborem passionis sustinerem. Ego sum & non alius qui deleo iniquitates tuas ꝓpter me id est ex misericordia mea & caritate & nō propter merita tua: ideo subdit reduc me in memoriam scilicet alicuius meriti propter quod deberem talia pati quasi diceret nō potes: ideo subditur: narra si quid habes etc. si aūt dicatur ꝙ patres hoc meruerūt: consequenter hoc excluditur cum dicitur: pater tuus primus peccauit dicit Ra. Sa. ꝙ iste pater fuit Abraham qui peccauit quando dixit Gene. xv. domine deus unde scire possum ꝙ possessurus sum eam dubitans de diuino promisso sed quia ibi tenui cōtrarium sicut & alii doctores Catholici & maxime quia ibidem premittitur. Credidit Abraham deo & reputatū est ei ad iusticiam: Ideo melius dicitur ꝙ iste pater p̄mus dicitur Adam de quo certum est ꝙ peccauit transgrediendo dei mandatū. Gene. iii. & quia peccatum eius transiit ad posteros non sic autem peccata aliorum parentum: ideo fit hic specialiter mētio de eius peccato & interpretes tui id est Moyses & Aaron qui uerba domini referebant ad populum & econuerso populi ad deum: preuaricati sunt in me: Aaron in fabricatione uituli Exo. xxxii. & uterꝙ simul ad aquas contradictionis Numeri. xx. & contaminaui id est contaminatos ostendi Principes scōs scilicet Dauid in adulterio Bersabee & homicidio Vrie & Ezechiā in elatione quādo nuncii Regis Babylonis fuerunt ad eum missi. iiii. Regum. xx. dedi ad internitionem Iacob per Reges Assyriorum & Babylonis ut patet ex supradictis & hoc propter peccata populi & Principum: & Israel in blasphemiam ex hoc enim ꝙ deus Israel nō liberauerat suum populum gentiles dicebant eū impotentem. aliqui etiam de populo Israel impatientia fracti prorumpebant in blasphemiam dei.

ET nunc audi: Superius Esaias induxit populum ad expectationem diuinorum promissorum ex diuina potestate & eius caritate hic facit idem ex diuina ueritate cuius est implere promissa. Et diuiditur in tres partes quia primo declaratur diuina ueritas ex impletione promissi. secúdo ex defectione idoli: ibi hec dicit dominus Rex. tertio ex liberatione populi ibi: hec dicit dominus redemptor. Circa primam partem sciendú q̃ aliqui doctores Catholici exponunt ea de liberatione populi de captiuitate Babylonica quam promiserat deus ante per Prophetas. & prosperitate eius temporali & spirituali post illum reditum. sed quia populus non legitur tunc tantam ꝑsperitatẽ habuisse sicut dictum fuit supra. xxxv. Ideo Ra. Sa. exponit eam magis Catholice quantú ad hoc de impletione promissionis facte ipsi Iacob Gene. uicesimo octauo erit semen tuú quasi puluis terre dilataberis ad orientem & occidentem etc. quã ꝑmissionẽ Ra. Sa. dicit implendam tempore Messie per conuersionem aliorum ad eius fidem & in hoc uerum dicit. sed quod expectat futurum transit in preteritum. ut ostendetur. igitur sic exponatur: & nunc audi etc. primo excitat attentionem per hoc insinuans q̃ denunciaturus sit aliquod magnum. Noli timere serue meus Iacob alloquitur populú nomine Iacob a quo descendit: & rectissime Iacob altero nomine dictus est Israel ut plenius ostendi Gene. xxxii. ideo loco nominis Israel dicit. hic rectissime quem elegi Esau reprobato effundam aq̃s diuine glorie super sitientem scilicet Iudeam. & fluẽta sane doctrine super aridam id est gentilitatem utraq; enim supradicta est deserta et solitudo. xxxv. & eadem ratione dicit hic sitiens & arida & q̃ per aquas istas intelligatur diuina gratia ostenditur cum subditur: effundam spiritú meum super semen tuú idest super hominem Christum qui secundum carnem descendit de semine Iacob & ab instanti incarnationis fuit repletus spiritu sancto & benedictionem meam sup stirpem tuam id est super Apostolos alios q; Christi discipulos qui fuerũt de Iudea super quos effusa fuit diuina benedictio in effusione spiritus sancti super ipsos in signo uisibili. & germinabunt inter herbas: qd̃ glosat sic Ra. Sa. i. in medio Esau per quem intellexit Romanum Imperium. Iste dicet dñi ego sum. Isti erunt iusti perfecti: & ille ꝛuocabit in nomine Iacob: isti sunt paruuli filii impiorum id est Iudei descendentes a malis patribus: & sic paruuli sunt in noticia legis tanq̃ male edocti a parentibus uel quia communiter Romanos designat sub nomine impiorum per paruulos intelligit Romanos q̃ filios tempore Messie credituros. hec scribet manu sua domino: isti sunt uiri penitẽtie seu reuersionis & in nomine Israel assimulabitur. In Hebreo habetur pronominabit: isti sunt conuersi de gentibus hec est glosa Ra. Sa. & patet q̃ littera ista etiam accipiendo secúdum expositionem suam est impleta: licet hoc non intendat qa in ciuitate Romana que est metropolis Romani Imperii tantum creuit fides Catholica q̃ Romana sedes facta est caput populi Christiani. uiri autem perfecti ueraciter dicuntur Apostoli qui fuerunt in gratia confirmati & de quolibet istorum dicitur. Iste dicet domino ego sum scilicet Apostolus ad Euangelium eius predicandú. similiter multi filii Iudeorum & etiam Romanos q̃ fidem Christi receperunt & baptismú. Item a ꝓncipio ecclesie multi delicati facti sunt uiri penitentie accipientes religiosum statum conuersi etiam de gentibus apparent per totum mũdum patet etiam q̃ nomina Israel & Iacob communicantur gentilibus conuersis ad fidem. Hec dicit hic consequenter ostenditur diuina ueritas ex defectu idolorum. secundo reuocat Iudeos ad uerum dei cultum ibi memento horum. prima adhuc in duas quia primo ostenditur idolorum defectus scd̃o fabricandi modus ibi quis formauit. Circa primum ut oppositа iuxta se posita magis eluceſcant: primo ponitur diuine excellentie singularitas cum dicitur ego primus et

ego nouissimus etc. ut per hoc magis appareat idolorum defectibilitas cum dicitur quis similis mei quasi diceret nullus: sed sūt dii falsi qđ probatur per hoc quod subdit: uocet & annunciet etc. id est ordinate referat illa que feci a principio mundi ante hominis conditionem que non potuerūt sciri per hominem nisi ex diuina reuelatione sicut factum est Moysi qui in principio Gene. ordinate narrat creationem mundi uentura etc. id est contingentia futura que soli deo sunt nota quasi diceret hec non potuerunt facere idola: sed ego possum ideo subditur: & tunc audire te feci id est ante per longum tempus illud quod erat futurum. uos scilicet Prophete estis testes mei: quia talia ante aduentum uobis nunciaui. nunquid est deus etc. quasi diceret non plaste idoli id est formatores idolorum & declinatur hic plastes huius plaste omnes nihil sunt: id est nullius uirtutis ad faciendum aliquid numinis. et amantissima eorum id est idola sua: ipsi testes eorum sunt quia non uident: ex hoc enim q̄ fecerunt ea de materia sensibili & inanimata potest ueraciter testificari q̄ in eis non est uirtus uisiua nec intellectiua & sic debent in seipsis confundi de cultu eorum. Quis formauit: hic consequenter ponitur circa idola formationis modus ut per hoc quilibet aduertat q̄ nihil est ibi diuinitatis: quia illud qđ fit per artificium hominis nō potest esse nobilius ipso sed est uilius & defectibilius idolū est huiusmodi: igitur etc. uirtutem huius ratōis deducit hic diffuse & primo in formatione idolorum metallicorum cum dicitur quis formauit deum etc. quasi diceret nullus nisi secundum reputationem suam quia idolū reputat deum uerum. fabri scilicet idolorum sunt ex hominibus id est de numero hominū & sic non possunt aliqd magis hoīe facere. conuentiones ad iudicium extremum & pauebūt a facie iudicis & confūdentur simul per eius sententiā. faber ferrarius etc. totum hoc inducitur ad ostendendum q̄ idolum de metallis formatur labore hominis et perconsequens est aliquid minus ipso esuriet & non deficiet id est faber ferrarius per hoc ostenditur diligentia artificum ad faciendum idola tum propter lucrum tum propter gratiam dominorum. Artifex lignarius hic inducitur uirtus predicte ratōis quantum ad idola lignea labore artificum facta & patet sententia aliquibus paucis exceptis que discurrentur extendit normam in hebreo habetur lineam quia primum in factione idoli lignei est extendere lineam super lignum secundum quantitatem idoli formandi. in roncina formauit illud. Est aūt roncina instrumentum ad cauādū ligna fecit illud in āgularibus: In idolis enim fiūt multe figure āgulares cetera patēt usq; ibi: succidit cedros: tulit ilicem etc. Ista inducuntur ad ostendum q̄ idola aliquādo fiunt de uili materia & applicabili foco pro necessariis hominis & ideo non est applicabilis ad hoc q̄ sit ibi aliquid numinis & sic patet fatuitas colentium propter quod in fine concluditur. Cor insipiens adorabit illud adoratione latrie: neq; dicet forte mendacium est: in dextera mea scilicet idolum qđ de se est mendacium quia est fictio eius quod non est. Memento: hic ex predictis inuitat populum suum ad ueri dei cultum dicens memento horum Iacob id est huiusmodi errorum ad euitandum idola/ triam: quoniā seruus meus es tu: eo q̄ eduxi te de Egypti seruitute. formaui te dando tibi legem in monte Synai deleui ut nubem iniquitates tuas quando ueraciter peni/ tuisti ideo subditur reuertere ad me etc. laudate celi id est angeli sancti qui estis ciues celestes. Iubilate extrema terre id est uulgares homines qui sunt extremi in populo. resonate montes id est maiores: saltus & omne lignum eius id est mediocres. quoniam redemit dīns Iacob redemptione perfecta per filium suum & loquitur de futuro per modum preteriti propter certitudinem prophetie. Hec dicit: hic cōsequenter oñditur diuina ueritas ex liberatione populi de captiuitate Babylonica quam predixit per

Propbetaſ: & ſic adimpleuit. & primo oſtenditur dei potentia ad hoc agendum cum dicitur: ego ſum dominuſ facienſ omnia etc. quaſi diceret multo pluſ poſſum q̃ populũ liberare de captiuitate Babylonica. irrita facienſ ſigna diuinorum quia carent effectu. & ariolos in furorem uertenſ: adducenſ contrarium illiuſ quod predicunt: conuertenſ ſapienteſ retrorſum id eſt aſtrologoſ qui de futuriſ contingentibuſ aſſerunt per conſtellationeſ: & deficiunt. ſuſcitãſ id eſt implenſ in effectu uerbũ ſerui ſui ſcilicet Moyſi cuiuſ uerba adimpleuit in eductione populi de Egypto & ad terram promiſſionis introducendo. & conſilium nunciorum complenſ id eſt illud quod ſecrete reuelauerat ſuis Propbetis qui dico longe anteq̃ ueniat Hieruſalem edificaberis: per Neemiam & ciuitatibuſ Iude edificabimini per populum de Babylone redeuntem ad ciuitateſ ſuaſ & loca: qui dico profundo deſolare id eſt fluuio per Babylonem tranſeunti quem exercituſ Cyri longe a ciuitate diuiſit in plureſ parteſ & ſic intrauit ciuitatem per alueũ ut dictum eſt ſupra. xxi. ca. qui dico Cyro nomen eiuſ predicendo longe ante eiuſ cõceptionem: paſtor meuſ es tu: curam gerenſ de ouibuſ meis ſcilicet Iudeis & omnem uoluntatem meam complebis puniendo Babyloniоſ pro peccatis ſuis & populum meum liberando Eſdre. i. ca.

XLV.

Hec dicit: Poſtq̃ Eſaiaſ induxit populum ad expectandum promiſſa tanq̃ certitudinaliter implenda hic conſequenter proſequitur magiſ in ſpeciali illa bñficia & primo quantum ad liberationem a malis. ſecundo quantum ad ſaluationem in bonis ca. lvi. prima in duaſ quia primo premittit eiuſ liberationis beneficium ſcdo detinẽtiũ deſtructionem ca. xlvi. & iii. predicit Iudeorum liberationem ca. xxxviii. Prima in treſ quia primo prenunciat liberationem. ſecundo refellit contradictionem. ibi ueh qui contradicit. & tertio denunciat liberationem ibi hec dicit. prima in duaſ quia primo deſcribitur liberatoris poteſtaſ. ſecundo eiuſ natiuitaſ: ibi rorate celi prima adhuc in duaſ quia primo ponitur liberatoris uirtuſ ſecũdo conſequenſ fructuſ ibi ut ſeminatis. Circa primum ſciendum q̃ Ra. Sa. exponenſ hanc litteram hec dicit dñs Chriſto ſuo. ſic enim eſt in Hebreo dicit hic Ra. Sa. magiſtri noſtri ſic dixerunt id eſt ſic expoſuerunt: & uocat magiſtroſ ſuoſ doctoreſ eorum antiquoſ quorum plureſ fuerunt ante Chriſti aduentum deuſ ſanctuſ & benedictuſ dixit Meſſie in lege & Propbetis promiſſo opponenſ ego te ipſi Cyro id eſt deſignanſ te per Cyrum exquo patet q̃ ſecũdum intentionem antiquorum hebreorum per Cyrum hic introductum liberatio populi de Babylone principaliter intelligitur Chriſtuſ mundi Saluator: & per ſaluationem populi de Babylone partialem intelligitur principaliter mundi ſaluatio generaliſ. Sciendum tamen q̃ figura non correſpondet in omnibuſ figurato quia tunc nõ eſſet figura uel ſimilitudo ſed idẽtitaſ & ideo Cyruſ non fuit Chriſti figura in omnibuſ que dicuntur hic utpote in illiſ que ſunt imperfectionis ut cũ dicitur hic nõ cognouiſti me ſed dicitur de Cyro tantum et econtrario illa que ſunt perfectionis ſimpliciter intelligenda ſunt de Chriſto ſolum & ſic in hoc ca. aliqua dicuntur ad litteram de Cyro tantum: aliqua de Chriſto ſeu tempore Chriſti tantum & aliqua de utroq̃ ſcilicet illa in quibuſ Cyruſ fuit Chriſti figura & uerificantur de utroq̃: principaliter tamen de Chriſto ſcilicet de redemptione facta per Chriſtum cuiuſ ſcilicet Cyri apprehendi dexteram: dans ei fortitudinem ad Babyloniorum & aliarum gentium ſubiectionem aperiam ante eum tanuaſ id eſt faciam aperiri quia dominuſ tantum timorẽ ſmittebat aliquando ciuibuſ q̃ recipiebant Cyrum in dominum ſine contradictione. Ego ante te ibo. formidinem tuam populis incutiendo: & glorioſos terre humiliabo: eos tibi ſubiciendo. portaſ ereaſ conteram. ſ. ciuitatum tibi reſiſtentiũ. & dabo tibi theſauroſ

abſconditoſ: a regibuſ Babyloniſ & aliiſ. & arcana ſecretorū id eſt preciosiſſima magiſ ſecrete ſeruata: ut ſciaſ quia ego dominuſ transferenſ regna & poteſtateſ de gente in gentem: ſecundum uoluntatem meā. hoc enim recognouit Cyruſ ut habet̄ .1. Eſdre primo hec dicit Cyruſ PerſarumRex omnia regna terre dedit mihi dominuſ deuſ celi & terre etc. propter ſeruum meum Iacob id eſt propter populum deſcendentem a Iacob per te liberandum. & uocaui te nomine tuo id eſt nomen tuum reuelaui longe ante tempuſ tuum. aſſimilaui te notabilibuſ perſoniſ quorum nomina predixi ante tempora eorum ut Iſmael Gene. vi. & Ioſie. iii. Regum. xiii. & non cognouiſti me: quia adhuc non eraſ. accinxi te fortitudine ad debellandum genteſ & regna. & non cognouiſti me: etiam poſtq̄ dedi tibi fortitudinem quanuiſ enim Cyruſ cognouerit omnia ſibi a deo data ut predictū eſt: nō tamē cognouit eum tanq̄ ſolum adorandū: quia colebat idola. Vt ſciant: hic ponitur poteſtatiſ Cyri ſequenſ fructuſ ſcilicet in liberatione populi Iude de Babylone & in confeſſione poteſtatiſ diuine & quia ſicut habetur .1. Eſdre .1. Cyruſ uerbiſ & litteriſ ſignificauit per totum ſuum imperium Monarchiam a deo ſibi datum. & ab eo mandatum habuiſſe de templi reedificatione & ad hoc faciendum populum Iude ad terram ſuam remittere. & hoc eſt. quod dicit̄: & ſciant quia ab ortu ſoliſ etc. id eſt per totum Imperium Cyri per litteraſ eiuſ miſſaſ mō predicto: quoniam abſq; me non eſt deuſ: qui poſſit tot & tanta facere. formanſ lucem Iudeiſ ipſoſ de carceribuſ educendo. & creanſ tenebraſ Babyloniſ ipſoſ p Cyrū deſtruendo: facienſ pacem: Iudeiſ reuertentibuſ in Hieruſalem: & creanſ malum. ſ. pene ad punitionem peccatorū. Rorate celi: hic conſequenter deſcribitur liberatoriſ natiuitaſ ſicut dictum eſt: principaliſ intentio Prophete eſt hic deſignare Chriſtum per Cyrum: & ſic deſignatur hic Chriſti natiuitaſ per natiuitatem Cyri. primo ergo exponatur figura. Ad cuiuſ intellectum ſciendum q̄ Aſtyageſ Rex Medorum et Perſarum uidit in ſōniſ de genitalibuſ filie ſue uitem oriri que totā Aſiā occupabat: & dictum fuit ſibi a coniectoribuſ de ea filium naſciturum qui totam terram illam occuparet. quod fuit impletum in Cyro filie Aſtyagiſ filio & ideo natiuitaſ Cyri hic deſcribitur ſub metaphora uitiſ ſeu plante orientiſ de terra ad quam requiritur influentia celeſtiſ & diſpoſitio terre per deſcenſum ſuper eam pluuie & roriſ: & hoc eſt quod dicitur: rorate celi deſuper: rorem & influentiam emittendo: & nubeſ pluant iuſtum id eſt diſponant materiam ad ortum iuſti id eſt Cyri qui uocatur hic iuſtuſ inquantū fuit executor diuine iuſticie erga Babylonioſ aperiat̄ terra id eſt Aſtyagiſ filia: & germinet ſaluatorem id eſt Cyrum ad ſaluādum populū Iude de Babylonica captiuitate & iuſticia oriat̄ ſimul id eſt uirtuſ exequendi iuſticiā meam. ego dominuſ creaui eum. dando ei Imperium ſicut Papa uel Imperator dicitur quando p̄mouet̄ ad talem dignitatem. Conſequenter exponatur littera de re figurata id eſt de Chriſti natiuitate. rorate celi etc. terra iſta germinanſ ſaluatorem eſt beata uirga concipienſ Saluatorem mundi non ex uirili ſemine ſed uirtute ſpirituſ ſancti tanq̄ rore celeſti & quia principaliſ intentio Prophete eſt hoc ſignificare: ideo ſub iſto ſenſu hanc auctoritatem allegaui in aliquibuſ locis. & iuſticia oriatur ſimul id eſt gratia iuſtificanſ Io. i. gratia & ueritaſ per Ieſum Chriſtū facta eſt. ego dominuſ creaui eum quantū ad humanitatem: que eſt creatura dei. Veh qui contradicit hic Propheta increpat contradictorem ſeu impeditorem. Aſtyageſ enim audienſ expoſitionem ſōnii p̄dicti timēſ ne regno priuaretur: filiam ſuam dedit uxorem cuidam plebeio militi ut ſi filiuſ de ea naſceretur: non haberet amicoſ poteteſ qui iuuarent ipſum ad obtinendum regnum. cum hoc etiam fecit diligenter obſeruari tempuſ impregnationiſ & partuſ:

filie ſue & puerꝝ natum fecit ſibi apportari quem tradidit cuidam Principi occidendū. Ille aūt compaſſus tradidit eum cuidam famulo ſuo ſecreto ut eū ad nemora portaret et eum ibi dimitteret: quod cum factum eſſet: canicula paſtorum iuxta nemora habi/ tantium que catuloſ nutriebat: diuina prouidentia horiſ congruentibuſ accedebat ad puerum quam ſequenſ paſtor miranſ ad quid nemora intraret: inuenit puerum: quē uxori ſue dedit nutriendum uocanſ eum Spartacum quod lingua Perſica canem ſignificat. ſed poſtea ab eodem Principe cui traditus fuerat occidenduſ uocatus fuit Coreſ quod ſignificat heredem in illa lingua quaſi diceret quantumcunq; reluctetur Aſtyageſ: iſte erit hereſ. & hoc modo ſcribitur in hebreo. ſed quando tranſfertur in latinum: uocatur Cyruſ: ſicut hoc nomen Saul tranſlatum ad Latinum pronunciatē: & Scribitur Sauluſ: & iſte Cyruſ poſtea obtinuit Monarchiam. & illa que dicta ſūt hic de Aſtyage & Cyro habentur in Scholaſtica hiſtoria. Igitur cum dicitur: Veh qui contradicit creatori ſuo. In hoc increpatur Aſtyageſ qui uolebat diuinam pro/ uidētiam impedire. teſta de famiſ id eſt opuſ terrenum ſeu teſteum qđ dicitur de famiſ eo q̄ in Samo inſula primo fuit repertum. nunquid dicit lutum figulo ſuo etc. ſicut lutum non poteſt aliquid contra figulum: ſic nec tu poteſ impedire uoluntatem meam & propoſitum. Veh qui dicit patri etc. In hoc increpatur Aſtyageſ qui generationē & educationem Cyri nitebatur impedire: ut dictum eſt. Hec dicit dñſ: hic cōſequēter ponitur liberatoriſ utilitaſ: & primo quantum ad Iudeoſ. ſecundo quantū ad gentileſ conuerſoſ ibi congregamini. prima in duaſ quia primo ponitur Iudeorum liberatio. ſcđo huiuſ liberationiſ confortatio. ibi uere tu eſ deuſ. Circa primum primo declaratē poteſtaſ diuina ad ſuſcitandū Cyrum liberatorem Iudeorum: ego feci terram. & patet littera & omni militie eorum mandaui id eſt curſum ſiderum diſpoſui & ordinaui. ego ſuſcitaui eum ſcilicet Cyrum eadem poteſtate & ad iuſticiam ſcilicet faciendam de Ba/ byloniſ. Ipſe edificabit ciuitatē meā id eſt licētiabit reedificare & loquitur de ciuitate Hieruſalem. Circa quod ſciendum q̄ reedificatio poteſt dupliciter intelligi uno modo quantum ad domoſ inhabitantium & ſic Cyruſ dedit licentiam reedificandi Hieruſalē quia mandauit reedificare templū ad dei cultū & ſic conceſſit: q̄ ſacerdoteſ & miniſtri & alii indifferenter habitarent ibi. Alio modo accipitur reedificatio quantū ad muroſ ciuitatiſ & portaſ & hoc modo fuit reedificata per Neemiam de licentia & uoluntate Regiſ Artaxerxiſ: & captiuitatem meam id eſt Iudeorum in me credentium. dimittet gratiſ & quia ex hoc facto poteſtaſ Cyri fuit ampliata ideo ſubditur labor Egypti id eſt preciosa pro quibuſ Egypti laborauerunt. & negotiatio Ethiopie id eſt preciosa Ethiopum que de longe per mercatoreſ ibi apportata ſunt. & quia non ſolum diuitie iſte ſed etiam domini eaꝝ ſubiecti facti fuerūt Cyro in premium liberationiſ Iudeoꝝ de captiuitate Babylonie: ideo ſubdit. Viri ſublimeſ id eſt Regeſ & Principeſ dictaꝝ terrarum ad te tranſibunt id eſt ſub dominio tuo: poſt te ambulabunt: te ſequenteſ ut dominum: uincti manibuſ id eſt compedibuſ manualibuſ pergent: quia aliqui eorum ſic ducebantur compediti ad declarationem uictorie Cyri. & te adorabunt ſupplices per te poſtulando miſericordiam. Vere tu eſ. hic Propheta conuertit ſermonem ad deū per modum gratiarum actioniſ confitendo eiuſ deitatem & poteſtatem p liberatione populi ſui: dicenſ tantum in te eſt dominuſ etc. id eſt nulluſ eſt deuſ niſi tu qui poteſ facere talia: & quia diuinitaſ uideri non poteſt hominum oculiſ ideo ſubditur: uere tu eſ deuſ abſconditus: & ex hoc conſequenter inuehit contra idolatraſ dicenſ confuſi ſunt fabricatoreſ errorum id eſt idolorum. & uocantur hic fabricatoreſ non ſolum artificeſ facienteſ idola ſed etiam illi qui faciunt fieri ut adorent ea: & iſti dicuntur

hic confusi quia per idola sua non potuerunt saluari de manu Cyri. Israel saluatus est in domino: id est per uirtutem domini omnipotentis. salute eterna. ex hoc uidet q̄ istud sit referendum ad salutem factam per Christum. quia illa que facta fuit tempore Cyri: non fuit talis: quia postea populus Israel fuit multum afflictus tēpore Antiochi Illustris. & postea captiuatus per Romanos & si dicatur q̄ hic in Hebreo habetur salute colamin id est salute seculorum que non importat eternitatem sed tempus longum hoc remouetur per hoc: quod subditur: non confundemini & non erubescetis usq; in seculum seculi. In hebreo habetur. usq; in seculum & ultra & talis locutio ubiq; in sacra scriptura importat eternitatem a parte finis secūdum doctores Hebreorum: & q̄ deus sit potens ad dandam talem salutem ostenditur: cū subditur: quia hec dicit dominus creans celos de nihilo uirtute sua infinita: & patet littera usq; ibi non in abscondito locutus sum dando legem filius Israel: sed in monte Synai in aperto. non dixi semini Iacob frustra querite me adimplēdo precepta mea p̄ modico premio sed pro magno ualde scilicet eterna salute sicut enim supra frequenter dictū est ubicunq; lex uetus pro uirtutum operibus de quibus sunt mandata legis: promittit pro premio bona temporalia sub illis intelligūtur bona eterna principaliter p̄missa: quia diuinum premium principale non est minoris bonitatis q̄ meritum: sed maioris. bona autem temporalia sunt minora q̄ opera uirtutum: propter quod non sunt eorū principale premium. Congregamini hic consequenter agitur de salute gentium et exponunt partem istam aliqui doctores nostri de gentilibus conuersis ad Iudaismū quando uiderunt liberationem eorum per Cyrum & sic cum eis uenerunt in Hieru/salem sed hoc non uidetur bene dictum: quia illi fuerunt pauci: ut patet tertio Esdre conuersio autem istorum de quibus hic est sermo: se extendit ad omnem nationem et linguam ut patebit prosequendo litteram. & ideo intelligenda est de conuersione gen/tilium ad fidem Christi per predicationem Apostolorum. et secundum hoc dicitur congregamini per caritatem: qui saluati estis ex gentilibus & quia non omnes cre/diderunt ad predicationem Apostolorum: sed multi in idolatria remanserunt ideo subditur: Nescierunt intelligere ueritatem fidei. qui leuant signum sculpture sue & credo q̄ aliquis scriptor posuit s̄ pro l.tamen eadem est sententia per lignum uel signū intelligitur idolum sculptum quod a suis sculptoribus leuatur in altū: ut reuerentius adoretur. Annunciate & uenite & consiliamini: ad inuicem conferendo: quis auditū fecit hoc ab initio id est euentum futuri contingentis longe anteq̄ ueniret. ex tunc predixi illud id est inuenietis per dicta Prophetarum q̄ ego solus talia predixi: qui sum solus deus saluans: & ideo omnes inducuntur generaliter ad unius dei ueri cultum cum dicitur: Cōuertimini ad me & salui eritis fines terre id est habitantes in omnibus terre finibus. In memetipso iuraui hoc dicitur ad ostendum certitudinem illius quod denunciatur. unde & adhuc subditur: Non reuertetur scilicet in cassum sed implebit. & quid sit illud: subditur: quia mihi curuabitur omne genu per adorationem latrie: cuius signum exterius est genuum flexio ut dictum fuit plenius Esdre tertio & iurabit omnis lingua. Ista autem sunt impleta tum quia per orbem cessauit idolatria & ab omnibus colitur unus deus licet uario modo a Christianis Iudeis Sarracenis & aliis. Alio modo potest intelligi de solis Christianis quia de omnibus gētibus & linguis aliqui crediderunt in Christum ipsum uenerantes tanq̄ uerum deum & adhuc plures credent circa finem mundi: & ex dictis concluditur ergo in domino dicent id est poterunt dicere: mee sunt iusticie & Imperium quia Principes mūdi pro magna pte submiserūt

colla Iugo Christi & obediunt eius uicario summo Pontifici: & quia adhuc plures uenient ad fidem in posterum: ut dictum est ideo subditur: ad eum uenient: & confũdentur de suis pristinis erroribus: omnes qui repugnant ei per infidelitatem seu malam uitam. ui domino iustificabitur: & laudabitur omne semen Israel: semen Israel dicitur hic omnis fidelis qui imitatur fidem ipsius Israel qui de aduentu Christi prophetauit Gene. xlix. prout dictum est ca. precedenti.

XLVI.

Confractus est: post liberatoris presignationem hic consequenter denunciat Propheta hostium scilicet Babyloniorum destructionem & diuiditur in duas partes quia primo denunciatur destructio idolatrie: & populi. secundo cessatio regni ca. xlvii. prima in tres: quia primo destructio denunciatur: secundo populus ad cultũ latrie reuocatur. ibi audite me: tertio liberatio ei promittitur: ibi recordamini. Circa primum premittitur idolorum destructio cum dicitur: confractus est Bel: quod erat principale idolum Babyloniorum. & loquitur de futuro per modum preteriti. contritus est Nabo: aliud idolum minus principale: dicunt tamen aliqui ꝙ Nabo non est nomen proprium sed appellatiuum & significat prophetiam seu diuinationem: et sic est sensus confracto idolo nomine Bel. contrita est prophetia siue diuinatio quam sacerdotes Belis confingebant. uel quia demones in idolis aliquando responsa dabant facta sũt simulacra eorum bestiis & iumentis id est similia eis quia carentia intellectu. Consequenter denunciatur destructio idolatrantium. Circa quod sciendum ꝙ sacerdotes idolorum querentes fugere de Babylone quando capta fuit per Cyrum secum portabant idola & sic propter pondus a ueloci cursu fuerunt impediti: & sic cũ idolis capti & destructi. & hoc est quod dicitur onera uestra id est idola graui pondere usq; ad lassitudinem: uos a cursu impedientia contabuerunt & contrita sunt simul id est una uobiscum anima eorum scilicet sacerdotum & idolatrarum: in captiuitatem ibit: quia aliqui eorum fuerunt capti uiui: & in captiuitatem ducti. Audite me: hic consequenter reuocat populum Iude ad uerum cultum quia multi fuerunt idolatre ante captiuitatem Babylonicam ut patet. iiii. Regum in pluribus locis & ex hoc probabile uidetur ꝙ multi eorum qui fuerunt ducti in Babylonem sequebantur Babyloniorũ idolatriam. & ad reuocandum eum primo ostenditur affectus dei ad ipsum cum dicitẽ in persona dei: audite me domus Iacob etc. sequitur: qui portamini a meo utero etc. qui afficior ad uos sicut mater ad filios. usq; ad senectam ego ipse id est istã affectionẽ ego continuabo. Consequenter reuocat populum ab idolatria dicens. cui assimulastis me etc. fabricando uobis idola ideo subditur: qui confertis aurum de sacculo quasi. d. quanuis diligatis aurum: tamen ita fuistis ad idolatriam proni: ꝙ ibi posuistis aurum uestrum. ideo subditur: conducentes aurificem etc. & consequenter ostendit idolorum impotentiam dicens portauit illum in humeris propter quod in fine cõcluditur: redite priuaricatores id est idolorum fabricatores & cultores ad cor: cogitando ꝙ in idolis nihil est numinis seu uirtutis. Recordamini: hic denuncatur liberatio populi primo tamen ostenditur dei potentia ad hoc agendum cum dicitur: recordamini prioris seculi id est creationis mundi qui a me creatus est: ideo subditur: quoniam ego sum deus solus creator: & ideo possum populum meum liberare & liberationem predicere: ideo subditur: enuncians ab exordio nouissimum id est anteq̃ fuerit annunciaui principium rei & terminum sicut patet Gene. xv. ubi simul denunciauit Abrahe descensum Iacob & filiorum eius in Egyptum & afflictiones eorum ibidem & liberationem & eodem modo Esaie reuelauit futuram captiuitatẽ populi per Nabuch. & liberationẽ

per Cyrum & quod iſtud ſit certū: oſtenditur: cum dicitur. conſilium meum ſtabit de liberatione populi per Cyrum. uocans ab oriente auem id eſt Cyrum ad modum auis uelociter uenturum. uirum uoluntatis mee id eſt executorem mee uoluntatis creauit id eſt creando diſpoſui: & faciam illud: quia uoluntas mea non poteſt impediri. & ad huius conſiderationem excitat iudeorum attentionem dicens. audite me duro corde id eſt qui habetis durum cor propter qđ dicit dominus Exo. xxxii. cerno q̄ populus iſte dure ceruicis ſit prope feci id eſt fiēdam diſpoſui iuſticiam meam: in Babylonios deſtructione & ueſtra liberatione. dabo in Sion ſalutem reedificando ibi templum ad nominis mei cultum per quem cultores conſequuntur ſalutem. & in Iſrael: ſic eſt in Hebreo & in libris correctis. gloriam meā: quod fuit impletū imperfecte in liberatōe facta per Cyrum: & perfecte in liberatione facta per Chriſtū de qua eſt p̄ncipalis intentio huius ca. ut dictum eſt ſupra.

XLVII.

DEſcende ſede in puluere etc. hic conſequenter deſcribitur deiectio Babylonios quantum ad ceſſationem regni & diuiditur in tres partes quia primo ponitur huiuſmodi ceſſatio. ſecundo ſubditur huius pene ratio: ibi iratus: & tertio excluditur eius euaſio: ibi ſta cum incantatoribus. Circa primum dicitur. deſcende de dignitate regni: ſede in puluere tāq̄ uilis & abiecta uirgo filia Babylon id eſt ciuitas Babylōis & dicitur uirgo quia alias non fuit uiolata ſiue capta ab aduerſarius. non eſt ſolium id eſt regni thronus filie chaldeorum id eſt Babylon que erat metropolis in chaldea. quia ultra non uocaberis mollis & tenera id eſt regina & domina que ſolent eſſe delicate ſed magis ſeruituti ſubiecta: ideo ſubditur. tolle molam & mole. qđ eſt officium ancille. denuda turpitudinem tuam. In hebreo habetur denuda ligaturam tuā id eſt ornamentum capitis qđ deſcendit uſq; ad humeros. Ideo ſubditur: diſcooperi humer: per iſtam deſignatur applicatio ad opus ſeruile. cum enim ancille ad talia ſe applicāt tales cooperturas amouent. & eadem ſententia importatur per litteram communem denuda turpitudinem tuā: quia ornamēti ablatio eſt quedam turpitudinis denudatio. reuela crura tranſi flumina etc. quaſi diceret in captiuitatem duceris pedicando & ſic oportebit te eleuare ueſtes & diſcooperire partes inferiores ad tranſeundum aquas et flumina. ultionem capiam de malis tuis: Redemptor noſter etc. prius locutus eſt in perſona domini dicēs redemptor noſter: de Egypto & Babylone: dominus exercituū id eſt angelorum: ſanctus Iſrael id eſt ſanctificans Iſrael: ſede tace: tanq̄ confuſa: et redit hic Propheta ad loquendum in perſona domini: & intra in tenebras: quia multi de Babyloniis in captiuitatē ducti fuerūt ibi ícarcerati in locis tenebroſis. Iratus ſū hic conſequenter ponit dicte punitōis ratio: que triplex eſt. p̄ma accipit ex crudelitate quam Babylonii exercuerunt in populum regni Iude: & hoc eſt quod dicitur in perſona domini: Iratus ſum de preterito: ſuper populum meum: propter eius peccatū. contaminaui hereditatem meam: id eſt contaminari permiſi Hieruſalem & templum a babyloniis ingredientibus & ſuccendentibus utrūq; .iii. Regum ultimo. non poſuiſti eis miſericordias: crudeliter utens uictoria a me tibi data. ſuper ſenem aggrauaſti cui propter etatem omnes debent compati. Et dixiſti: hic ponitur ſecunda ratio que accipitur ex Babyloniorum ſuperbia cum dicitur: & dixiſti pre nimia elatione. In ſempiternum ero domina aliorum regnorum: nō poſuiſti hoc ſuper cor tuum ſcilicet q̄ in momento te deiicere poſſum a dignitate & confidentia tua: & patet littera uſq; ibi: uenient tibi hec duo ſubito & que ſūt illa ſubditur: ſterilitas id eſt carentia proliſ per interfectionem habitantium in te & uiduitas id eſt carentia dñi. Vniuerſa: hic

ponitur tertia ratio que accipitur ex maleficiorꝝ multiplicatione cū dicitur: uniuersa uenerunt super te propter maleficiorum tuorum multitudinem & dicuntur malefici qui utuntur inuocationibus demonum: & propter duritiam incantatorum tuorum: qui deludūt sensus humanos: & fiduciam habuisti in malicia tua in ipsa perseuerando absq; timore cuius ratio subditur: & dixisti: non est qui uideat me. ille enim error tūc uigebat in Babylone scilicet ꝙ diuina prouidentia ad actus humanos non extendit. & sic tollitur timor dei. sapientia tua & scientia tua: & bene dicitur tua: quia non erat uera sapientia nec scientia: sed deceptio. preter me non est altera: similis in potestate et dignitate. Veniet super te malum: & nescies ortū eius: & ideo nō poteris te preuidere. In Hebreo habetur: & nescies requirere ipsum. hoc est non preuidebis & sic remediū querere non poteris. cetera patent ex dictis. Sta: hic consequenter excluditur dicte pene euasio & hoc excludendo tria per que regnum Babylonis confidebat remanere in sua potentia. primum erat incantatorum multitudo & maleficorum: per quorum artes & opera credebant se posse scire occulta & futura: & sic cauere pericula. hoc aūt excluditur: cum dicitur: sta cum incantatoribus tuis: quasi diceret per eos non stabis. In quibus laborasti ab adolescentia tua. hoc est a principio exquo Babylon fuit edifi/cata: unde & necromantia reperta fuit in Chaldea. si forte quid prosit tibi eorum scientia q̄si diceret nō proderit: aut si possit fieri fortior te muniendo contra pericula per eos tibi prenunciata quasi diceret non: quia te preminuere non poterunt. Ideo subditur: defeciste etc. Stent etc. hic excluditur secundum de quo confidebant scilicet scientia astrologorum & diuinorum ad precognitionem futurorū: hoc excludit dicēs stent & saluent te augures celi id est diuinantes per motū celi de futuris quasi diceret nihil poterunt indicare tibi ideo subditur: ecce facti sunt quasi stipula id est materia ad incendendum parata. ignis combussit eos quia perierunt incendio babylonice ciui/tatis. non sunt prime quibus calefiant etc. id est ille ignis nō est ad recreationem sicut ille qui fit in camino in hyeme sed ad exterminationem. sic facta fuit tibi id est data combustioni. Negociatores: hic excluditur tertium de quo confidebant Babylonii. s. multitudo & potentia mercatorum quibus abundabat illud regnum qui discurrebant ad diuersas partes per mare & per terram & inde diuitias multas apportabant ad mu/niendum regnum Babylonicum. explorabant etiam conditiones aliarum gentium qđ multum faciebat ad stabiliendum regnum suum hoc igitur excluditur: cum dicitur: negociatores tui ab adolescentia tua. i. quos habere consueuisti a fūdatione tua. unus/quisq; in uia sua errauerunt id est in itineribus suis & operibus & ideo ex predictis concludit: non est qui saluet. s. in omnibus illis per quos confidebas saluari & stabiliri: ut patet per exclusionem eorum ex predictis.

XLVIII.

AVdite hec: postq̄ Esaias Propheta denunciauit Babyloniorum destructionem: hic consequenter denúciat populi Iude liberationem qui captiuus tenebatur. et diuiditur in duas partes quia primo excitat audientium intellectum secūdo prosequit propositū ibi priora Circa primū recolit duo de quibus gloriabantur: & que debebant eos mouere ad bonū. unde dicit Boetius tertio de consolatione ꝙ in nobilitate generis illud est optimū quia per hoc imposita est ipsis nobilibus quedā necessitas ne a maiorꝝ suorum probitate degenerent. & quantum ad hoc dicit: Audite me domus Iacob id est qui descēdistis a tanto Patriarcha. & ab eo uocati estis filii Israel. & ex istis de aquis Iuda id est de tribu nobiliori filiorꝝ Israel: quia erat tribus regia. secūdū est sanctitas cultus quia soli Iudei pre aliis dicebantur cultores dei et quantum ad hoc dicit: qui

iuratis in nomine domini: quasi in eius reuerentiam. homines enim per maiorem sui iurant ad Hebreos sexto. sed quia reuerentia debita non est in illicito iuramento sed magis irreuerentia ideo ad remouendum eorum falsam gloriam subdit: non in ueritate neq; in iusticia: & sic notat eos de iuramento falso quod caret ueritate & de iuramento iniquo: quod caret iusticia. de ciuitate enim sancta id est Hierusalem ad cultum dei electa uocati sunt id est denominati ciues de quo similiter gloriabātur. & super deum Israel constabiliti sunt: quia legem eius conseruare promiserunt: & hoc etiam debebat eos promouere ad bonum. Priora: hic exequitur propositum scilicet de populi liberatione circa quam primo ponitur liberantis condicio. secundo subditur ipsa liberatio ibi congregamini. Condicio liberantis est q̄ sciens & potens sit ad hoc et ideo primo ostenditur ipsius dei scientia & secundo eius potentia ibi audite me. prima in duas quia primo dei scientia ostenditur: secūdo quedam obiectio soluitur: ibi p̄pter nomen meum. Circa primum sciendum q̄ dei scientia ostenditur dupliciter uno modo ex certa reuelatione contingentium futurorum: Alio modo ex occultatione eorum secundum ponitur ibi audita feci. Circa primum dicitur in persona domini. priora ex tunc id est anteq̄ fierent: annunciaui sicut Gene. xv. ubi Abrahe denunciauit peregrinationem seminis sui futuram in Egypto & inde redituram. quarta generatione & sicut denunciauit ita in effectum postea produxit: ideo subditur: repente operatus sum: etc. & causa huius reuelationis & consimiliū subdit: sciui enim q̄ durus es tu etc. scilicet ad credendum ueritatem & pronus ad idolatrie falsitatem: Ideo predixi tibi ex tunc scilicet longe ante factū ne forte diceres idola mea fecerūt hoc: si euenissēt absq; mea denūciatione que audisti per me reuelata uide omnia sicut p̄dixi adīpleta & sic potes scire q̄ ego feci & non idola uos autem non annunciastis. sed ego qui hec reuelaui Abrahe & alius Prophetis. Audita feci: hic ostēditur propositum ex aliquo occultatōe sicut. n. deus aliq̄ reuelauit Iudeis anteq̄ fierēt: ne idolis eoq̄ asscriberēt: ut dictum est: ita aliqua non reuelauit eis: ne precognitio idolis asscriberetur: & hoc est quod dicitur. Audita feci tibi noua ex tunc id est anteq̄ fierent: ut dictum est in parte precedenti & sic cōtinuat se ad precedentia. & conseruata sunt id est nota apud me tantum: que nescis nunc creata sunt id est in effectu posita: & non ex tunc & aīn diem non audisti ea id est longe anteq̄ essent: nec etiam ante diem uel horam in qua facta sunt non cognouisti cuius ratio subditur. Ne forte dicas ecce cognoui ea: p̄ me uel idola mea anteq̄ fierent: ideo subditur: neq; audisti ab idolis tuis: neq; cognouisti per te ipsum: neq; ex tunc aperta est auris tua: & subditur causa: Scio enim quia p̄uaricans preuaricaberis id est scio pronitatem tuam ad idolatriam. & transgressorem de uētre uocaui: te id est de deserto in quo portaui te quasi mater puerum in utero: ibi enim fabricauit sibi populus Israel uitulū conflatilem. & adorauit hostias imolādo Exo. xxxii. & ideo aliq̄ sunt illi populo celata usq; ad horam euentus ne ex p̄nitate eius ad idolatriam attribueret idolis istam precognitionem. Propter nomen meum: hic remouetur quedam obiectio quia posset aliquis dicere: exquo deus p̄sciuit maliciā & pronitatem huius populi non debuit eis tot bona facere: hoc remouet dicens q̄ illa non fecit propter populum sed propter nomen suum: & hoc est quod dicitur: p̄pter nomen meum longe faciam furorem meum id est feci: & loquitur hic de preterito per modū futuri sicut frequenter fit in Prophetis: quia tunc penitus nō deleui: ut seruarē promissum meum ad Abrahām Isaac & Iacob de conseruando semen eorum: p̄pter quod dicente domino Moysi Exo. xxxii. Cerno q̄ populus iste dure ceruicis sit:

dimitte me ut trascatur furor meus contra eos: Moyses orauit dominū dicens quiescat ira tua: esto placabilis super nequicia populi tui recordare Abraham Isaac & Israel seruorum tuorum quibus iurasti: etc. & laude mea infrenabo te: id est infrenauit occupando te in cerimoniis. ne intereas: offerendo ea idolis. ista enim fuit una de causis multiplicationis cerimonialium. ecce excoxi te: per tribulationes multas in deserto et postea in terra promissionis per Reges Assyriorum & Babylonie. sed non q̄si argentū quasi diceret semper remansit in te aliquid impurum: elegi te in camino paupertatis id est in Egypto ubi in paupertate & in afflictione coquebas latens in camino ꝓpter me ꝓpter me id est propter honorem meum seruandum: & duplicatur li propter me ad maiorem assertionem: ut non blasphemer a dicentibus ꝙ non tenerem ad patres predictos fidelitatem & gloriam meam id est cultum mihi debitum alteri nō dabo id ē dari licite non concedā. Audi me: hic consequenter ostenditur potentia dei liberantis. & hoc ex creatione rerum de nihilo ad quam requiritur potentia infinita: quia inter nihil & aliquid non est proportio aliqua. & hoc est q̄d subditur: ecce ipse & non alius supple est creator. ego primus & ego nouissimus a quo dependet omne esse creatum. manus quoq; mea fundauit terram hoc dicitur: quia terra est pars infima mundi sicut fundamentū in domo. & dextera mea mensa est celos: In Hebreo habetur plasmauit celos id est palma mensurauit: propter quod intelligitur facilitas mensurationis: sicut est in eo quod mēsuratur palmo hominis. ego uocabo eos: id est corpora celestia impo/nēdo eis propria nomina psal. c. xlvi. qui numerat multitudinem stellarū & omnibus eis nomina uocat. & stabunt simul id est parati sunt ad obsequium meum & sic oñdit̄ dei potestas non solum ex rerum creatione sed etiam ex earum gubernatione. Congregamini: post q̄ Esaias denūciauit dei liberantis cōdicione hic cōsequenter denūciat ipsam liberationem. & secundo liberationis modum & ordinem: ibi egredimini: Circa primum sciendum ꝙ liberatio populi de Babylone facta per Cyrum figura fuit liberationis a potestate demonis facte per Christū & ideo primo ponitur liberatio ꝑma. secundo secunda: ibi accedite ad me. modus enim est istius Prophete ut frequenter dictum est supra denunciando statum illius populi simul denunciare mysteriū Christi Circa primum dicitur. Congregamini omnes uos id est uos Iudei & audite uocem dñi loquentis. per os Prophete: quis de eis id est de Chaldeis de quibus supra fecerat mentionem: annunciauit hec scilicet mala eis futura per Cyrum q̄si diceret nullus de idolis hoc annunciare potest. dñs dilexit eum scilicet Cyrum. Circa quod sciendū ꝙ diligere est uelle alicui bonum. deus autem promouit Cyrum ad dignitatem regni de statu infimo & uili ut dictum fuit supra. xlv. ca. & sic dilexit eum quātum ad bonū regni & monarchie non tamen quantum ad bonum gratie & glorie quia licet deum celi cō/fessus fuit ut habetur. i. Esdre. i. tamē cum hoc idola coluit ut dictū est supra. xlv. c. faciet uoluntatem suam id est dei in Babylone Chaldeos propter peccata sua puniēdo secundum ordinem diuine iusticie & Iudeos inde liberando. ego locutus sum: in ꝑsona dei dicitur qui mentiri non potest. & uocaui eum ad dignitatem regni: adduxi eum contra Babylonem & directa est uia eius per uictoriam sequentem. Accedite: hic cō/sequenter denunciatur liberatio a potestate demonis figurata per liberationem a captiuitate Babylonis hec autem liberatio facta ē per missionem filii dei in mundū: Ideo primo describitur hec missio: secūdo facta per eum liberatio ibi: hec dicit. Circa primum est aliqualiter immorandum: quia ibi exponitur sancte trinitatis mysterium. Sciendum igitur quod illud quod hic dicitur: Non a principio in abscondito locutus

ſum: non eſt uerbum Eſaie qui legem non dedit: ſed ipſius dei & in hoc conueniunt Catholici & Hebrei quod autem ſubditur: ex tempore anteq̃ fierent ibi eram id eſt anteq̃ lex daretur: & in Hebreo habetur a principio ſui eſſe ego ibi id eſt a p̃ncipio dationiſ legiſ exponunt aliqui hebrei de perſona Eſaie dicenteſ q̃ omneſ Prophete fuerunt in monte Synai & acceperunt a deo prophetiaſ ſuaſ ſicut Moyſeſ legem futuriſ tamen temporibuſ ſecundum ordinationem dei ab eiſ pronunciandaſ & ſecundum hoc ſubdit Eſaiaſ & nunc miſit me dominuſ deuſ & ſpirituſ eiuſ id eſt ad denunciandū propbetiam quam tunc acceperam ſcilicet tempore dationiſ legiſ ſed iſtud dictum eſt falſum: quia poſt dationem legiſ Eſaiaſ fuit natuſ ſcilicet per. dc. annoſ & ampliuſ et multi prophete adhuc poſteriuſ. ſ. Hieremiaſ. Ezechiel. Daniel. Aggeuſ. Zachariaſ. & plureſ alii. Si autem dicatur q̃ anime Prophetaꝝ ex tunc uel ante fuerunt create & ſic fuerunt ibi Prophete ſecundum animaſ hoc non ſolum eſt contra doctoreſ Catholicoſ & philoſophoſ qui dicunt animam hominiſ non precedere corpuſ duratione: ſed etiã contra aliquoſ doctoreſ Hebreoſ unde ſup illud Zacharie. xii. Ego formãſ ſpiritum hominiſ in medio eiuſ ubi tranſlatio noſtra habet fingenſ ſpiritum eiuſ in eo: dicit quedam gloſa: q̃ creator creat animam cũ perfectione figure corporiſ humani & ita dicunt philoſophi q̃ anima eſt actuſ corporiſ phiſici organici hoc etiã apparet Gene. primo. ubi dicitur q̃ formato corpore deuſ ſpirauit in faciem eiuſ: & ſic quod dicitur hic ex tempore anteq̃ fierent: ibi eram uel a principio ſui eſſe ego ibi: non pōt intelligi de Eſaia: hoc etiam patet in quodam libro apud Hebreoſ autentico ubi iſta littera inducitur dicta in perſona domini ſicut & precedenſ immediate non a p̃ncipio in abſcondito locutuſ ſum. & eodem modo qd̃ ſubditur in eodem contextu & ſub eodē uerſu. & nunc miſit me dominuſ etc. In perſona dei dicitur ſi enim ad perſonam Eſaie referretur. eſſet ibi principiū nouꝰ uerſuſ: ut eſſet diſtinctio inter perſonaſ loquenteſ. nūc autem in Hebreo unicuſ eſt uerſuſ qui ibi incipit: accedite ad me etc. & terminat ibi & nunc dominuſ deuſ miſit me & ſpirituſ eiuſ incluſiue. Ex dictiſ patet myſteriū ſancte trinitatiſ quia hic expreſſe dicitur deuſ miſſuſ a deo & ſpiritu eiuſ inter miſſum & mittentē eſt perſonaliſ diſtinctio: & ſic apparet diſtinctio perſonaliſ ipſius filii miſſi a patre & ſpiritu ſancto a quibuſ miſſuſ eſt in carne pro ſalute mundi. reſumat ergo littera in p̃cipio: accedite ad me & audite hoc uerbū eſt filii dei ut patet ex p̃dictiſ: & excitat intentionem audientium ad ſignificandum q̃ uult dicere aliud magnum. ſ. ſancte trinitatiſ & incarnationiſ filii myſterium. non a principio ſcilicet dationiſ legiſ. In abſcondito locutuſ ſum quia in manifeſto eam dedi. Circa qd̃ ſciẽdum: q̃ licet illa lex fuerit data a tota trinitate cuiuſ opera ſunt indiuiſa tamen illa datio appropriat filio ſicut enim illa que pertinent ad potentiam appropriantur patri: & que ad bonitatem ſpiritui ſancto: Ita que pertinent ad ſapiẽtiam appropriantur filio cuiuſmodi eſt datio legiſ & propbetice cognitioniſ & ſimilium. ex tempore anteq̃ fierent ibi erã cum patre & ſpiritu ſancto ſecundum diuinitatem. & nunc id eſt tempore gratie miſit me in humanitatiſ aſſumptione dominuſ deuſ id eſt deuſ pater & ſpirituſ eiuſ qui eſt tertia in trinitate perſona. Hec dicit dñſ redemptor tuuſ. hic conſequenter ponitur per eum facta liberatio cum dicitur hec dicit dominuſ redemptor tuuſ id eſt dei filiuſ incarnatuſ qui redemptor eſt mundi & unuſ dominuſ cum patre & ſpiritu ſancto. ſanctuſ Iſrael id eſt ſanctificanſ Iſrael ego dominuſ deuſ tuuſ ratione deitatiſ. docenſ te utilia id eſt Euãgelica conſilia que licet nō ſint neceſſaria ad ſalutem tñ diſponũt quantum ad perfectionem. Chriſtuſ enim quantum ad precepta mortalia nō addidit

nisi consilia gubernans te in uia qua ambulas scilicet in presenti uita que est uia ad patriam & quia doctrinā Christi licet plures Iudei receperunt: tamen multo plures recusauerunt: ut patet in Euangelius & actibus Apostolorum: ideo subditur: utinam attendisses mandata mea quantum enim ad credenda Christus plura docuit tanq̄ de necessitate salutis ut de articulo sancte Trinitatis & incarnationis de baptismo & cō/similibus. facta fuisset sicut flumen pax tua uidelicet quantum ad pacē temporalem quia Romani nō uenissent ad destruendū locū & gentem que destructio in uindictā mortis Christi facta est. & quantum ad pacem internam conscientie & pacem sempi/ternam glorie finaliter consequendam sicut angeli clamauerunt in natiuitate Xp̄i credentibus affuturam Lu. ii. gloria in altissimis deo & in terra pax hominibus bone uoluntatis etc. & iusticia tua sicut gurgites maris id est ualde abundans: quia iusticia que est per fidem Christi illa est in sciētia abundans & fuisset quasi arena semen tuū id est filii tui & filie fuissent multo plures q̄m sint: quia in destructione Hieru/salem propter Christi mortem multi Iudei fuerunt interfecti uidelicet decies centum milia a principio obsidionis usq; ad finem & in captiuitatem ducti. lxxxxvii. milia ut dicit Egesippus illorum temporum uicinus li. v. & stirps uteri tui id est filie & filii ut lapilli eius id est maris & est repetitio eiusdem sententie uocantur etiam hic semen et filii & filie omnes qui credidissent ad doctrinam Iudeorum si fidem Christi rece/pissent. & non intereisset etc. id est non fuisset destructio iam dicta. Egredimini: postq̄ Esaias denunciauit duplicem liberationem scilicet per Cyrum & per Christum hic consequenter describit utriusq; ordinem siue modum & primo prime. scđo secunde ca. xlix. Circa primū dicit egredimini de Babylone quasi diceret prope est destructio eius per Cyrum & per exercitum eius. fugite a Chaldeis quia nō solum ciuitas metro/polis fuit capta a Cyro sed etiam tota regio. In uoce exultationis annunciate scilicet hanc destructionem applaudendo diuine iusticie & etiam liberationi Iudeorum que post hanc destructionem facta est per Cyrum. dicite redemit dominus seruum suum Iacob hoc est in liberatione de captiuitate Babylonis: reducite etiam ad memoriā tāq̄ grati liberationum de seruitute Egypti non sitierunt in deserto cū exirent de Egypto per hoc non excluditur sitis generaliter quia exeundo filii Israel de Egypto passi sūt sitim pluries in deserto ut patet Exo. xv. & Numeri. xx. sed excluditur sitis ducens ad periculū mortis & quia dominus subuenit eis: ideo subditur: aquā de petra ꝓduxit eis. ut patet Exo. xvii. & Numeri. xx. nō est pax impus dicit dominus: qa q̄ntūcūq̄ dominus prestaret eis hec beneficia: & plura alia: fuerunt tamen multi mali in populo Israel contra dominū murmurantes qui mortui fuerunt uagabūdi in deserto ut habet Numeri. xiiii. non enim potest illud de ꝓductione aque de petra exponi conuenīēter de reditu captiuitatis Babylonice quia non legitur tunc dominus talia fecisse & non ē uerisimile q̄ Esdras & alii qui illum reditū descripserunt: hoc tacuissent: & ideo melius exponitur modo dicto de reditu de Egypto.

XLIX.

AVdite insule: hic cōsequenter describitur modus scilicet secunde liberatōis facte per Christum. sciendum tamen q̄ aliqui doctores Catholici totum istud capitulū exponunt de liberatione facta per Cyrum sed istud non uidetur uerum qa populus de Babylone rediens non fuit in tanta prosperitate quanta describitur hic immo fuit in multa angustia & paupertate sicut dictū fuit supra. xxxv. & in pluribus aliis locis Preterea sic exponentes magis iudaizant quantum ad hoc q̄ doctores hebreorum antiqui qui aliqua dicta in hoc ca. referunt ad tempus Christi scilicet illud dedi te in lucem gentium: ut sit salus mea usq; ad extremum terre. & perconsequens alia que

annectuntur huic sententie consequenter: uel antecedenter: ꝙ autem ita sit: patet in glosa magna super Gene. xli. ca. ubi mouetur talis questio de Messia: poterit ne dici ꝙ Redemptor dum uenerit: sit leuans faciens id est acceptor personarum secūdum modum loquendi Hebraicū: & respondetur ibi: absit. sed omnes confitentes ei corde & ore & operibus saluabit sicut scriptum est Hiere. xxxii. In diebus illis saluabit Iuda ac si dicat confidentes ei: & sic dicitur Esaie. xlix. dedi te in lucem gentium ut sis salus mea usq; ad extremum terre. hec glosa secundū omnes doctores Catholicos intelligit ad litteram de Christo ut plenius uidebitur quando erimus ibi domino concedente & per consequens alia que ad idem inducitur de ca. isto dedi te in lucem etc. secundum actorem uel actores illius intelligit ad litteram de Christo. Item Act. xiii. hec auto/ritas dedi te in lucem etc. a Paulo & Barnaba inducitur tanq̄ ad litteram dicta de conuersione gentilium ad fidem Christi. Item Ra. Sa. dicit ꝙ illud quod habetur uersus finem huius ca. nunqd tolletur a forti preda etc. intelligitur de Esau per quē intelligit Romanum Imperium quia cum alius Iudeis expectat per Messiā uenturū liberari a seruitute in qua sunt. & sic secūdum eum referendum est ad tempus Christi: quod est uerum. sed qđ expectant futurum: per Iesum Nazarenum est impletum propter quod dicitur Mat. xv. ergo filii sunt liberi & loquitur de tributo Imperatori Romano reddendo. Igit̄ exponendo ca. secundum hunc sensum in duas partes diuidit̄ quia primo ponitur modus saluationis. secūdo tollitur metus desperationis ibi & dixit Sion. prima in duas quia primo ponitur Saluatoris condicio. secundo subdit̄ salutis operatio ibi ego dixi. Circa primū dicitur: Audite insule. excitatur intentio ut per hoc denuncietur nunciande rei magnitudo. dominus ab utero uocauit me. hoc dicitur in persona Christi hominis de quo adhuc existente in utero matris dixit dominus p angelum suum ad Ioseph uocabis nomen eius Iesum ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum Mat. primo & posuit os meum quasi gladium acutum in quo notatur efficatia uerbi Christi ad prescindendū uitia. In umbra manus sue id est pro/tectionis sue. protexit me: nō enim fuit captus a Iudeis nisi quando uoluit. & se obtulit Io. xviii. dixi uobis: qa ego sum. si ergo me queritis sinite hos abire. & posuit me sicut sagittam electam in hebreo habetur claram id est limatā & per hoc intelligit̄ puritas & claritas doctrine Christi. in pharetra sua id est in prouidentia abscondit me usq; ad tempus reuelationis mee. & dixit mihi seruus meus es tu ratione hūanitatis in qua ac/cepit formam serui Phil. ii. & semetipsum exinaniuit formam serui accipiēs etc. Israel sic nominatur Christus quia de populo Israel natus & ratione interpretationum quarū una est uidens deum quia anima Christi uidit diuinam essentiam ab instanti sue crea/tionis. Alia interpretatio est directus cū deo quod optime conuenit Christo homini. quia eius humanitas est instrumentum diuinitatis coniūctum & sic in omnibus mouet̄ secūdum diuitatis instinctum. quia in te gloriabor: per miracula diuine potestatis & excellentie demonstratiua. Et ego dixi hic consequenter ponitur salutis operatio: et primo respectu Iudeorum. secundo respectu gentilium. ibi & glorificatus sum. Circa primum sciendum ꝙ labores Christi ieiunando uigilando docendo predicando & alia omnia erant ad nostram salutem ordinata secūdum quod dicitur psal. lxxiii. operatus est salutē in medio terre & q̄uis principaliter missus fuit ad predicandū Iudeis in ꝓpria persona propter quod dicitur Mat. xv. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus Israel tamen pauci Iudei comparatiue crediderunt & quantum ad illos dicit in uanum laborauit propter incredulitatem Iudeorum. & ad idem facit: quod sequit̄ sine causa & uane fortitudinem meam consumpsi. licet enim mortuus fuerit in etate uir

tamen ex laboribus uidebatur iã antiquus & in parte consúptus propter qđ dixerũt ei Iudei Io. ix. quinquaginta annos non dum habes etc. ergo iudicium meum cum dño etc. quia ipse uidet q̃ nihil omisi de contingentibus ad salutem Iudeorum formans me ex utero seruũ sibi quia ab instanti incarnationis fuit diuinitus corpus X̃pi formatũ & animatum: & sic ex tunc perfectus fuit Christus omnibus scientus & charismatibus. & reducam Iacob ad eum id est populum Israel descendentem ad quem docẽdum fuit missus ut dictum est & Israel non congregabitur in ouili d omni per susceptionẽ fidei quia pro maiori parte remansit in infidelitate sicut enim Iacob & Israel sũt duo nosa uniuus persone Gene. xxxii. ita sunt hic nomina uniuus populi ab illo descendentis póc etiam hec littera exponi ut quod dicitur hic: ut reducam Iacob ad eũ: intelligatur de illis qui crediderunt ex populo Iudeorum: sicut fuerunt Apostoli aliq; discipuli multi ut habetur in actibus Apostolorum & quod subditur: Israel autem non congregabiẽ intelligatur de illis qui remanserant increduli. Et glorificatus sum: hic consequenter describitur operatio salutis quantũ ad gentiles qui fidem Christi receperunt & diuidit in duas partes quia primo describitur huius salutis operatio: & secundo subdit̃ gratiarũ actio: ibi laudate celi. Circa primum dicitur in persona Christi & glorificatus sum: inter gẽtes & glorificantes nomen meum quod factum est uirtute dei patris & subdit̃: & dixit parum est ut sis mihi seruus: in hũanitate assumpta ad suscitandas tribus Iacob de morte infidelitatis ad uitam fidei secundum quod dicitur Abacuc. ii. Iustus aũt ex fide uiuit. & feces Israel: id est uitia conuertendas in uirtutes. dedi te in lucem gentium per susceptionẽ luminis fidei: ut sis salus mea id est a me missa & data: usq; ad extremũ terre & hoc modo dixit Christus Apostolis Act. primo eritis mihi testes in Hierusalẽ & in omni Iudea & Samaria & usq; ad ultimum terre. hec dicit dominus scilicet deus pater: redemptor Israel. quia dedit filium pro eius redemptione sãctus eius. i. sanctificator ipsius ad contemptibilem animam id est Christum denominando a parte totum qui in humanitate assumpta contemptibilis apparuit infra ca. liii. quasi absconditus uultus eius & despectus: etc. & abominatam gẽtem id est primitiuam Ecclesiã q̃ supra modum abominati sunt Principes Iudeorum ut patet in Actibus & in pluribus locis. similiter postea multi Romani Imperatores ut Nero. & Domitianus. Diocletianus. Maximianus. & multi alii eam totaliter exterminare querentes: ad seruum dominoq; id est populũ Catholicũ quia tunc Christiani condemnabãtur frequenter ad metalla fodienda & alia opera seruilia facienda. Reges uidebunt miracula in uirtute Christi fienda per Apostolos: & eorum successores: & consurgent Principes ad statum fidei Christiane qđ maxime patuit tempore Constantini & adorabunt propter dominum scilicet patrem: quia fidelis est mittendo mundo redemptorem sicut patribus p̃miserat & sanctum Israel id est sanctificatorem eius: qui elegit te scilicet Christum hominem ad opus redemptionis humane hec dicit dominus id est deus pater in tempore placito. i. gratie: audiui te: omnis enim oratio Christi ad patrẽ fuit exaudita que processit scd̃m deliberatiuam uolũtatem & in die salutis id est in die passionis qua operatus est salutẽ in medio terre auxiliatus sum tui: dando cõstantiam patiendi. & seruaui te recipiẽdo animam tuã in morte & preseruando corpus a corruptione. & dedi te in fedus populi ut per te deo federaretur: ut suscitares terram id est habitantes in terra a morte culpe ad uitam gratie & possideres hereditates dissipatas id est nationes gentium erroribus laceratas ut diceres iis qui uicti sunt cõsuetudine peccandi exite per ueritatẽ penitẽtie & iis qui in tenebris sunt scilicet ignorantie: reuelamini in ueritatis cognitione super uias pascentur id est in obseruatione mandatorum & cõsiliorum & in omnibus planis

id est in sanctorum exemplis que sunt ita plana ꝙ possunt ab omnibus uideri pascua eoꝝ quia magis edificant exempla q̃ uerba non esurient neq; sitient etc. ex hoc patet ꝙ non intelligitur de reditu captiuitatis Babylonice quia nunq̃ sic fuit impletum sed de redemptione facta per Christum que quidem habet effectum in cõsecutione uite beatorum ubi nullum sentitur malum & habetur omne bonum. ideo subditur. & ad fontes aquarum potabit eos: per quod designatur quies appetitus in bono adepto. et ponam omnes montes etc. per hoc intelligitur remotio impedimentorum publicatõis Euangelii per discursum Apostolorum aliorũq; discipulorum ut dictum fuit supra xl. ca. Ideo subditur: ecce isti delonge uenient scilicet ad fidem per predicationem: & ecce illi ab aquilone etc. id est de omni parte terre habitabilis aride & insularum maris. Laudate celi: hic consequenter ponitur huius benefitii gratiarum actio cum dicitur laudate celi id est angeli qui sũt ciues celi & Christo gratias agentes cãtauerũt gloria in altissimis deo etc. Lu. ii. & exulta terra id est habitantes in terra quantum ad minores & mediocres. Iubilate montes laudem quantum ad maiores quia cõsolatus est dominus populum suum per modum predictum. Et dixit Sion: hic consequenter tollitur metus desperationis & primo respectu redemptionis fiende per Cyrum scdo respectu redemptionis fiende per Christum: quia iste due simul tanguñt a Prophetа ut dictum est supra. ibi: leua in circuitu. Circa primum dicitur. Et dixit Sion id est illi qui fuerunt habitatores Sion. dereliquit me dominus etc. hoc dicebant Iudei in Babylonem ducti post destructionem ciuitatis & templi quod remouetur: cum dicit̃: nunquid obliuisci potest etc. & patet littera: ecce in manibus meis descripsi te id est ita te habeo in memoria: sicut illud quod tenetur in manu. & muri tui: scilicet ciuitatis & templi. coram oculis meis semper: quia preuideo eoꝝ reparationẽ: uenerũt structores tui: id est cito uenient Zorobabel & Iesus filius Iosedech ad reedificationem templi. & Neemias ad reedificationem ciuitatis: destruentes te: id est conantes destruere: a te exibunt: quod patet impletũ de Samaritanis quos noluerunt reuersi de captiuitate associare in tẽpli edificatione. i. Esdre. iiii. & similiter de edificatione ciuitatis dixerãt eis Nee. ii. uobis non est pars & iusticia & memoria in Hierusalẽ. Leua: hic remouet̃ metus desparationis respectu redemptionis fiende per Christum. In primitiua enim Ecclesia erant credentes pauci & de humili plebe & persecutionibus principũ oppũssi ut patet in Actibus Apostolorum propter quod estimari posset de facili ꝙ totum cito deberet annihilari: & ideo denunciat Ecclesie primitiue multiplicationem fidelium. et primo denunciatur hec multiplicatio. & secundo remouet̃ quedam obiectio. ibi nũqd tolletur. Circa primum dicitur leua in circuitu oculos tuos id est ad omnes ptes orbis & uide multiplicationem populi ad te per fidem uenientis. omnes isti congregati sunt: In fide caritate formata. his omnibus uelut ornamento uestieris multitudo enim fidelium est Ecclesie ornamentum. quia deserta tua & solitudines tue etc. sic uocat terrã Iudeorum quia post passionem Christi a Romanis fuit destructa. núc angusta erũt id est omnes fideles non possent ibi capi propter qđ Apostoli aliq; Christi discipuli ꝑ maiori parte egressi fuerunt inde ad alias partes mũdi pro dilatatione fidei: & longe effugabuntur: qui absordebant te id est nitebantur absorbere. qa Principes Iudeoꝝ qui conabant Ecclesiã nascẽtem absorbere ut patet Act. iiii. v. & viii. & in pluribus aliis locis per Romanos partim fuerunt trucidati: & partim captiuati. adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis id est paucitatis fidelium angustus est mihi locus etc. qa sicut dictum est exierunt per uniuersum orbem pro multiplicatione fideliũ. & dices in corde tuo pre admiratione tãte multiplicationis: transmigrata & captiuata qa tẽpore

perſecutionis que facta eſt ſub Stephano omnes fideles qui erant in Hieruſalem diſpſi ſunt ad alias Regiones p̃ter Apoſtolos Act. viii. illi etiã qui poterant capi trahebãt ad carceres ut captiui Act. ix. & modus huius multiplicationis oſtenditur: cũ ſubdit: hec dicit dominus deus ecce ego leuabo ad gentes q̃ſi diceret non fuit uirtute hũana ſed diuina: manum meam. In operibus miraculoſis quibus uiſis gentiles cõuertebantur. & exaltabo ad populos ſignum meum id eſt ſignũ crucis & offerent filios ſuos etc. qa ſe & prolem ſuam offerebant Apoſtolis aliiſq; diſcipulis ut fierent filii Eccleſie per ſuſ/ ceptionem ſacri baptiſmatis & erũt Reges nutricii tui etc. hoc patet impletũ in multis Regibus & reginis qui fidem Catholicam ſuſcipientes paſcebant pauperes fideles. uultu in terram demiſſo adorabunt te id eſt habebunt te in maxima reuerentia quod patet impletum tempore Conſtantini & aliorum Regum Chriſtianorum & ſcies quia ego dominus per experientiam tanti boni ſuper qđ non confũdetur etc. qa finaliter conſequunt̃ expectata. Nunquid tolletur: hic remouet obiectionem que poſſet fieri & primo ponit eam dicens. Nũquid tolletur a forti preda etc. tanta. n. erat poteſtas Principum Iudeorum in primitiua Eccleſia q̃ primo conati ſunt eam abſorbere & multo maior Imperatorum Romanorum qui poſtea idem attentauerunt: ut ſupra dictũ eſt: q̃ non uidebat̃ poſſibile Eccleſiam erui de manibus eorũ. & per fortẽ hic intelligit̃ poteſtas Iudeorum & per robuſtos poteſtas Romanorum: Conſequenter remouet hanc obiectionem. d. equidem & captiuitas a forti tolletur: quia in utraq; perſecutiõe non ſolum Eccleſia fuit ſaluata: ſed etiam mirabiliter multiplicata. eos uero. i. Iudeos & Romanos qui iudicauerunt te: iniuſte: ego iudicabo inferendo penam debitã pro peccato: & ideo ſubdit̃: & cibabo hoſtes tuos carnibus ſuis etc. i. iſtos ſatiabo de carni/ bus illorum quia Romani multum ſanguinem Iudeorum effuderunt Iudei etiã inter ſe multa bella intrinſeca tũc tẽporis habuerũt ut dicit Ioſephus multi etiã Impatores Romani perſequentes Eccleſiam per Senatum ad mortem condemnati ſunt: ut patet de Nerone qui primã mouit perſecutionẽ. & de Domitiano qui mouit ſcđam & ſcies omnis caro. i. ſcire poterit omnis homo qa ego dominus ſaluans te tanta ſ. n. pſecutões ſuſtinuit Eccleſia: q̃ quilibet rationabiliter poteſt ſcire q̃ ſtet ſola uirtute diuina. & redemptor tuus ꝓprio ſanguine: fortis Iacob. i. fortis ſupplãtator diaboli & ſic Iacob eſt nominatiui caſus: uel fortis ad defendendum populum meum Catholicum: & ſic Iacob eſt genitiui caſus uel datiui. noſa enim Iacob & Iſrael tranſlata ſunt ad populũ Catholicum ut oſtenſum eſt ſupra. xliii. ca. L.

HEc dicit dominus: ſuperius denunciata eſt populi liberatio hic ponit̃ impedimenti remotio: & diuiditur in tres partes ſecundum triplex impedimentum ſcđa incipit ca. li. tertia. lii. Circa primum ſciendum q̃ impedimentum ſic excluditur ex parte dei q̃ econuerſo excluditur ex parte populi increduli. diuiditur ergo in tres partes quia primo excluditur impedimentum. ſcđo declaratur propoſitum ibi: ecce in increpatõe. tertio concludit incredulorum interitum: ibi quis ex uobis. Impedimentum aũt poſſet eſſe ex parte Saluatoris tripliciter utpote ſi eſſet nolens uel neſciens aut impotens ad ſaluandum: & ideo primo excluditur ab eo defectus uoluntatis: cum dicitur hec dicit dñs ſaluator noſter Ieſus Chriſtus alloquens Iudeos incredulos quis eſt hic liber repudii etc. q. d. non poteſtis oſtendere q̃ ego dimiſerim Synagogam matrem ueſtrã ꝓpter odium ſicut uir in lege ueteri dimittebat uxorem propter odium. nec etiam propter lucrum meum ideo ſubditur: aut quis eſt creditor meus cui uẽdidi uos a me alienãdo: & ideo conſequenter uerum impedimentum concluditur contra incredulos cũ dicitur: ecce enim in iniquitatibus ueſtris. i. pro iniquitatibus ueſtris uenditi eſtis in ſeruos et

ancillaſ a Romaniſ. & in ſceleribuſ ueſtriſ dimiſi matrē ueſtrā. i. Synagogā. ſciendū
ꝙ ſceluſ proprie accipiendo eſt peccatum contra deum iniquitaſ aūt contra ꝓximum
eo ꝙ ſit contra equitatem iuſticie Iudei aūt primo peccauerunt contra Chriſtum ut
proximum: dicenteſ ecce homo uorax & potator uini etc. & iterum quando ꝓditorie
emerunt ipſum ut morti traderent ſc̄m humanitatem: qa diuinitaſ mori nō poterat:
& propter hoc uenditi fuerunt per Romanoſ in ſeruoſ & ancillaſ in tantum ꝙ non
defuerunt aliqui uenditoreſ qui. xxx. pro uno nummiſmate darent ut dicit Hugo
Floriaceñ ſicut econuerſo X̄pm. xxx. denariſ emerant. peccauerunt etiā in X̄pm
tanq̄ deū opa miraculoſa diuinitatiſ oſtenſiua demonibuſ attribuenteſ Lu. xi. In Bel/
zebub Principe Demoniorꝝ eicit demonia. ſc̄do remouet impedim̄tū ignorantie cum
dicit qa ueni: in humanitate perfecta ſcientiſ & uirtutibuſ & non erat uir: qa pauci
uirtutē operꝝ X̄pi imitabant. uocaui: per p̄dicationem claram & efficacē. & nō erat
qui audiret: cū effectu qa pauci cōparatiue crediderūt ei. tertio remouet impedim̄tū
ípotētie cū dicit nūqd abbreuiata etc. q. d. nō & patet littera. Ecce in ícrepatōe hic
cōſequēter declaratur ꝓpoſitum. & p̀mo ponitur hec declaratio. ſc̄do ſoluitur quedā
obiectio ibi. iuxta ē. declaratio uero ponitur p̀mo q̄tū ad excluſionē ípotentie cum
dicit. Ecce in ícrepatōe mea. i. í uerbo meo deſertū faciā mare. i. ſiccū potero facere
cū uoluero ſicut feci in exitu de Egypto. induā celoſ tn̄briſ ſic. n. fecit tpe ſue paſſōiſ
& ſaccū ponā operim̄tū eorꝝ. i. nigredinē ſc̄do declaratur ꝓpoſitū q̄tū ad excluſionē
ignorantie cū dicitur: dn̄ſ dedit mihi linguā eruditā. i. loquentē ex interiori cognitōe
qa hūanitaſ Chriſti fuit plena oībuſ ſcientiſ & uirtutibuſ ut ſcientia ſuſtentarē eū qui
laſſuſ ē. ſic ē in hebreo & libriſ correctiſ. i. monerem eū ad tolerantiā patientie. uerbo
p̄dicatōiſ mee: & qa in Chriſto ē duplex ſciētia una diuina & eterna: altera tēporaliſ
& hūana & utraq; ē apte in filio ſc̄m duplicē naturā ideo ſubdit erigit mane mane
erigit mihi aurē: ita ꝙ p̀mū mane accipit ꝓ eternitate in q̄ filiuſ habet ſcientiā diuinā
a patre. & ſc̄m ꝓ inſtāti incarnatōiſ in quo habuit ſcientiā infuſā. tertio declaratur
propoſitū q̄tum ad excluſionē inimicicie ex pte uolūtatiſ per hoc ꝙ Saluator Ieſuſ
Chriſtuſ ſuſtinuit paſſōeſ multaſ ꝓ oībuſ cū dicitur: dn̄ſ deuſ. ſ. pater aperuit mihi aurē
inſinuando mihi futuram ꝓ populo paſſionē meā. ego aūt non contradico imo dixit
fiat uoluntaſ tua. Mat. xxvi. loquenſ de paſſione ſua retrorſū nō abiit. imo querēti/
buſ ipſū ad mortē tuit obuiā Io. xviii. corpuſ meū dedi p̄cutiētibuſ ut patet in Euā/
geluſ & genaſ meaſ uellentibuſ. licet nō ſit ſc̄ptū in Euāgeliſ ꝙ uellerent eiuſ barbā
tn̄ patuſ fuit hoc ſuſtinere ſicut & alia maiora & forte ſuſtinuit: qa nō oīa ſūt ſc̄pta.
faciem meā non auerti etc. hoc patet in Euangeliſ. dn̄ſ deuſ. ſ. pater auxiliator meuſ
p̄benſ mihi uoluntatē & conſtantiā patiendi & non ſum confuſuſ qa per paſſionem
ſuam tranſiit ad gloriam ſue reſurrectioniſ. corpuſ etiam mortuū eiuſ fuit honorifice
ſepultū. Ideo poſui etc. i. me expoſui ad ſuſtinendum quecūq; aſpera. Iuxta eſt hic
ſoluit quedā obiectio: Iudei enim dixerunt Chriſto Io. viii. Tu de te ipſo teſtimoniū
perhibeſ: teſtimoniū tuū non eſt uerꝝ: & Saluator rn̄dit: Teſtimonium ꝑhibet de me:
qui mecū ē pater: & iſta rn̄ſio p̄uiſa in ſpū ſcō ponit hic cū dicit: Iuxta ē q iuſtificat
me. ſ. pater: qui dicitur eſſe iuxta filiū ꝓpter unitatē ſue eſſētie & diſtinctionē p̄ſone
iuſtificat aūt filiū faciendo opa diuina per ipſū ꝓpter qđ ibidē dicit Saluator Io. x.
opa que ego facio in noīe patriſ mei illa teſtimoniū ꝑhibent de me. q̄ſ cōtradicet mihi
ſc̄m ueritatē. q. d. nulluſ ueſtrū. Chriſtuſ. n. frequenter legit ípoſuiſſe Iudeiſ filētiū
ꝓpter ueritatiſ euidentiā. ecce dn̄ſ deuſ auxiliator meuſ in mea paſſione mō p̄dicto.
quiſ eſt qui condēnet me? ſcilicet iuſte. q. d. nulluſ. fuit. n. iniuſte ad mortē condēnatuſ.

primo per ſacerdoteſ.poſtea per Pilatum.ſed ex hoc reportauerunt exterminium qa Pilatuſ per Tyberiū Imperatorē fuit miſſuſ in exſilium & ibi ignominioſe mortuuſ et ſacerdoteſ per Titum fuerunt interfecti in deſtructione templi.dixit.n.iuſtum eſſe ſacerdoteſ cum templo perire.ideo ſubditur. Ecce omneſ q̄ſi ueſtimentū conterentur q̄tū ad mortuoſ in exſilio. & tinea comedet eoſ. q̄tū ad interfectoſ gladio ſicut tinea conſumit ueſtimentū quadā uiolentia. Quiſ ex uobiſ hic conſequenter cōcludit incre/ dulo4 ſcitū & p̄mo arguit eo4 culpā.d.q̄ ex uobiſ timēſ dn̄m audienſ uocem ſerui ſui.i. Chriſti ratione forme ſerui aſſumpte quiſ ambulauit in tenebriſ.ſ.ignorantie.& non eſt lumen ei ſi credidit uerbiſ Chriſti.q.d.nulluſ. Ideo ſubdit̄ ſperet in noſe dn̄i ſcilicet quilibet fideliſ.ſc̄do ſubūgit penā cū dicit̄.Ecce uoſ omneſ accendenteſ ignē.i. ex incredulitate ueſtra meremini q̄ ſuccēdamini cū ciuitate & regina ueſtra & ſic fuit factū per exercitū Romano4 & qa factū eſt hoc ſc̄m ordinē diuine iuſticie ſubdit̄ de manu mea factū eſt.dormietiſ in doloribuſ.i.moriemini:nūq̄.n.populuſ Iudaicuſ tot & tantoſ doloreſ ſuſtinuit ſicut in obſidione & deſtructōe Hieruſalē per Titū ut patet per Ioſephum li.de Iudaico bello & aliоſ hiſtoriographoſ illiſ tēporibuſ uicinoſ

HVdite me hic remouetur ſc̄m impedimentum ex dilatione .LI.
p̄omiſſi ex hoc enim q̄ liberatio per Chriſtū fienda tm̄ differebat̄:eſtimabant aliqui Iudei q̄ illa liberatio nulla eſſet.ideo hoc remouetur in hoc ca.& primo cōferē ſpeſ aſſequendi promiſſū.ſc̄o aufertur timor circa malū pene.huic liberationi ānexū ibi audite me.primū facit duplicater.ſ.exēplo & uerbo ſc̄a ibi attendite.Circa p̄mū ſciendum q̄ Abrahe facta fuit p̄miſſio de obtentu terre Chanaan Gene.xv.& tamē iſta p̄miſſio non fuit impleta tunc ſed poſt.cccc.annoſ ut habetur ibidem.tm̄ finaliter fuit impleta propter fidem Abrahe & Sarre que eiuſdem fidei fuit & ex hoc cōcludit̄ q̄ dilatio aduentuſ Chriſti nō debuit Iudeiſ diffidentiam inducere primo igitur circa hoc ponitur exemplū cū dicitur attendite ad petram etc. & uocatur Abraham petra propter fidei firmitatem quia unum uocauit eum id eſt ſolum ſine prole & benedixit ei conferendo ei bona temporalia & ſpiritalia & multiplicauit eū in multitudine populo4 per Iſaac Iſmaelē & aliоſ filioſ eiuſ.Conſequenter concluditur intentū.ſ.de cōſolatōe populi per Chriſtum cū dicit̄.Conſolabitur ergo domuſ Sion.i.Eccleſiā que uocat̄ Sion eo q̄ ibi incepit ut dictum eſt ſupra.e.c.& pluribuſ alii locis.& cōſolabitur oēſ ruinaſ eiuſ ex diuerſis erroribuſ ortaſ in populo Iudeorum ex mala doctrina docto4 quoſ amouit Chriſtuſ per ſuam doctrinā propter q̄d dixit Saluator de eis Mat.xv. Ceci ſunt & duceſ cecо4 & ponet deſertū eiuſ quaſi deliciaſ qa iudea bonis ſpiritalibuſ erat deſerta ſed per Chriſtū fuit ꝑpleta potiſſime per infuſionem ſpiritus ſancti ſuper credēteſ in ſigno uiſibili Act.ii.& in pluribuſ aliis locis gaudiū & letitia etc.qa ſpiritu ſcō repleti loquebāt̄ magnalia dei letāter manifeſte & cōſtāter. Attendite hic conſe/ quēter remouet̄ dictū ꝑpediм̄tū uerbo & p̄mo remouet̄ impediм̄tū.ſc̄o confirmat̄ dictū ibi leuate.Remouet̄ aūt impediм̄tū in hoc q̄ aſſerit̄ aduētuſ Xp̄i de p̄ꝑio & primo excitatur attentio:cū dicit̄:attendite etc.quia nunciāt̄ hic magna & ardua ſcilicet lex Euangelica cum dicit̄ quia lex a me exiet & q̄ de lege Chriſti intelligāt̄: oſtenditur:cum dicit̄ & iudiciū meū.ſ.ſecundū legem meā. In lucem populo4 regeſcet quod non p̄ōt intelligi de lege Moſayca que fuit data uni populo tm̄ ſed lex Chriſti diffuſa eſt per orbem uniuerſū R.a.Sa.etiam dicit q̄ iſtud erit q̄n dictum Sophonie implebitur.iii.ca.ubi dicit dn̄ſ:Tunc reddam populiſ meiſ labium electū ut inuocēt omneſ in noſe dn̄i.& ſeruient humero uno quod ſecundum oēſ expoſitoreſ Catholicoſ & hebreoſ refertur ad tempuſ Chriſti ex quo patet q̄ aliqui expoſitoreſ Catholici

magis iudaizant hic quantum ad hoc q̃ Hebrei exponentes quod dicitur hic: qa lex a me exiet etc. dicendo q̃ intelligitur de edicto Cyri per totũ suũ imperiũ publicato. s. q̃ Iudei redirent in terram suam. Consequenter exprimitur legislator cũ subdit̃ ppe est iustus meus. i. Christus qui dicitur Iustus absolute & antonomastice eo q̃ non solum est iustus formaliter ut alii sed etiã effective alios iustificãdo. & brachia mea populos iudicabunt. i. Apostoli qui dicuntur brachia corporis Ecclesie sicut & Christus caput quibus dicitur Mat. xix. cũ sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis & uos etc. me insule. i. gentiles ut dicunt etiam Hebrei. expectabunt: sicut dicitur Gene. xlix. & ipse erit expectatio gentium. & brachium meum. i. Christum qui brachium dñi dicitur infra. liii. ut uidebitur: sustinebunt legem eius recipiendo. Leuate hic cõsequenter ponit̃ cõfirmatio dicti per stabilitatem ipsius cũ dicitur: leuate in celũ etc. id est considerate in stabilitatem superiorum & inferiorũ corporũ quia celi sicut fumus liquescent. aduentum enim Christi ad iudicium precedet ignis conflagratõis purgans celum aereum & terram: uel si intelligatur de celo sidereo per hãc liquefactionem intelligit̃ cessatio a motu: qui cessabit in finali iudicio & habitatores eius sicut hic interibunt quia in igne conflagrationis morientur omnes qui tunc uiui reperientur: salus aũt mea. i. Christus qui dicitur salus a deo data & iustitia mea. i. Christus similiter qui propter excellentiam iustitie non solum dicitur iustus inconcreto sed etiam iustitia in abstracto. Audite me hic consequenter tollitur timor mali annexi. receptioni. n. fidei Christi annexa erat perpensio mali pene propter qd̃ Saluator dicebat Apostolis & p consequens fidelibus alius Io. xvi. uenit hora: ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequiũ se prestare deo & hoc patuit in ꝑsecutionibus ecclesie p̃teritis & in ꝑsecutõe Antichristi magis apparebit. primo ergo tollitur timor persequentium generaliter. secundo Antichristi specialiter ibi quis tu ut timeas etc. prius aũt timor aufertur per hoc: q̃ ille persecutiones ostenduntur parue & breues. & consolatio futura ẽ ꝑpetua: ideo dicitur: audite me qui scitis iustum. i. Christum per fidem cognoscitis. lex mea. s. Euangelica ut declaratum est supra. In corde eorũ radicata & firmata. nolite timere obprobrium hominum propter Christum sed magis gaudete qd̃ fuit impletũ Act. v. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu consilii qm̃ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati. & idem apparuit & apparet in multis sanctis. sicut enim uestimentũ etc. i. cito morientur persecutores & rodent eos uermes. salus autem mea. i. Christus in sempiternum erit saluans fideles suos salute eterna. & ideo aduentum eius desiderans Esaias Propheta orando exclamat. consurge consurge & duplicat̃ ꝑpter duplicem Christi aduentum primum & secundũ induere fortitudinem. ad saluandum populum tuum & ad hoc adducit exemplum preteritorum temporũ. d. nũqd non tu percussisti superbũ. i. Pharaonem qui superbiuit contra dñm. d. nescio dñm. & Israel nõ dimittã Exo. xv. dicitur etiam draco propter maliciam qua filios Israel opprimebat iuste Exo. i. propter quod dicit̃ de Pharaone Eze. xxix. draco magne qui cubas in medio fluminum. nunquid non tu siccasti mare etc. ut habetur Exo. xiiii. & nunc. i. tẽpore gratie: qui redempti sunt a domino Iesu Christo: reuertentur ad unitatem fidei Ecclesiastice & uenient in Sion. i. ad sanctam Ecclesiã que uocatur Sion ut predictum est. potest etiam per Sion hic intelligi Ecclesia triũphans que Sion uocat̃ in pluribus locis scripture ut Hebre. xii. accessistis ad Sion montem & ciuitatem dei uiuentis Hierusalem celestem & multorum milium angelorum frequentiam ad quam ueniunt fideles Christi post hãc uitã et huic sensui concordat littera sequẽs et letitia sẽpiterna super capita eorum etc. qd̃ non potest haberi in presenti uita ideo subditur. ego ego

ipſe & non aliuſ conſolabor uoſ conſolatione eterna que a ſolo deo poteſt dari. Quiſ tu hic conſequenter amouetur timor Antichriſti & hoc duplici ratione ſecunda ponit ibi ego aũt quia autem ratio accipitur ex breuitate temporiſ quia licet perſecutio Antichriſti futura ſit ualde grauiſ tamen erit breuiſ tempore ꝓpter qđ minuſ timẽda unde Mat. xxiiii. niſi abreuiati fuiſſent dieſ illi etc. dicitur ergo quiſ tu ut timeaſ: et alloquitur quẽlibet futurũ fidelem tempore illo qui cũ ſit regeneratuſ in Chriſto non debet timere perſecutionem Antichriſti timore deiciente a bono. ab homine mortali. Antichriſtuſ enim erit hõ puruſ & cito morieť poſt aſſecutionem dominii ideo ſubdit. qui q̃ſi fenũ cito areſcet. fenũ enim exiſtenſ in uirore ſi ſuperueniat eſtuſ imoderatuſ facit ipſum areſcere: ſic Antichriſtuſ exiſtenſ in ſua poteſtate interficieť a deo repẽte & oblituſ eſ deũ creatoriſ tui hoc dicitur pro illiſ: qui cadent a fide uel conſtãtia moꝛ timore Antichriſti. ideo ſubditur & formidaſti iugiter. i. nimiſ diu & irrationabiliter a facie furoriſ eiuſ qui te tribulabat. tunc enim erit tribulatio magna qualiſ non fuit a principio mundi Mat. xxiiii. & parauerat ad perdendum: diſponet enim Antichriſtuſ totaliter exterminare populum Chriſtianum. cito ueniet. i. uelociter attinget gradũ ſue poteſtatiſ. gradienſ ad apertendum ſuum peſſimum intentum contra Chriſtum. In hebreo habetur ad laxãdum qđ exponit Ra. Sa. de laxatione ſeu defectu uirtutiſ licet ad alium intellectum. per hoc igitur ſecundum intellectum noſtrum deſignatur ꝙ ſicut poteſtaſ Antichriſti cito aſcendet: ita cito deficiet. ideo ſubdit: & nõ interficiet uſq; ad internitionem. ſ. Chriſtianoſ morte repentina preuentuſ. in Hebreo habetur. & non morietur interfectione. i. humano gladio nec deficiet paniſ eiuſ. i. non morieť fame ſicut nec gladio ſed dñi noſtri Ieſu Chriſti uerbo ſcđm qđ dicitur. ii. ad Theſſ. ii. quem dñs Ieſuſ interficiet ſpiritu oriſ etc. Ego aũt ſum hic ponitur ſecunda ratio ad tollendum timorem Antichriſti & accipitur ex conſolatione fideliũ illam perſecutioné ſequente propter qđ eſt minuſ timenda & qa oppoſita iuxta ſe poſita magiſ eluceſcãt ideo primo ponitur magnitudo tribulationiſ ſecundo ſubditur conſolationiſ ſequentiſ magnitudo. Ibi idcirco audi. Circa primum deuſ pater alloquitur filium qui deiciet Antichriſtum & cõſolabitur populum ſuum cum dicitur ego autem ſum dominuſ deuſ tuuſ ratõe hũanitatiſ tue a me create. qui conturbo mare etc. i. facio tribulatõeſ in mundo uenire ſecũdum ordinem ſapientie mee & iuſticie. poſui uerba mea in ore tuo ad annunciandum Euangelium propter quod dicit Chriſtuſ Io. vii. mea doctrina non eſt mea ſed eſt eiuſ qui miſit me. & in umbra manuſ mee protexi te a Iudeiſ uolentibuſ te occidere qđ tamen non permiſi fieri ante cõpletionem doctrine tue. Ideo ſubditur: ut planteſ celoſ. i. hominеſ contemplatiuoſ. & fundeſ terram id eſt actiuoſ. utranq; enim uitam predicauit Chriſtuſ. ſ. actiuã & contemplatiuã. & dicaſ ad Sion id eſt adEcleſiã populuſ meuſ eſ tu per ſuſceptionem baptiſmi ex hoc patet ꝙ uerba iſta non ſunt ipſius dei ad Eſaiam ut aliqui exponunt: quia populuſ Sion nunq̃ fuerat ſub dominio Eſaie: & qd dicat Chriſtuſ Eccleſie in Antichriſti perſecutione ſubditur eleuare a perſecutione temporali ad pacem quantum ad omneſ quia illa erit ultima perſecutio Eccleſie. eleuare de culpa ad gratiam quantum ad penitenteſ qui timore Antichriſti ceciderant. conſurge ad accipiendũ premiũ a Chriſto ueniente ad iudiciũ Hieruſalem. i. Eccleſie rationibuſ dictiſ ſupra. que bibiſti de manu dñi id eſt ex eiuſ permiſſione & ordinatione calicem ire eiuſ in perſecutione Antichriſti uſq; ad fundũ caliciſ etc. per hoc deſignatur magnitudo tribulationiſ future Antichriſti tempore. ſciendum tamen ꝙ li uſq; hic accipitur excluſiue quia, funduſ caliciſ eſt Antichriſto & eiuſ ſatellitibuſ reſeruatuſ ut uidebitur poſtea. non eſt qui ſuſtentet eam etc. quia

nullus de Pricipibus Christianis audebit se opponere uel resistere poterit Antichristo & ad idem facit quod subditur: & nō est qui apprehendat manum eius ad educēdum eam de tribulatione. licet enim Enoch & Helias tunc se opponant Antichristo: tamē interficientur ab eo. duo sunt. s. mala pene que occurrent tibi que post subdūtur: sed interponitur. quis contristabitur super te. q.d. nulli aut pauci & istud refertur ad illud qđ dictum est: nō est: qui sustentet eam etc. que aūt sint duo mala pene p̄dicta subditur: & fames & pro ideſt. i. fames pro qua posita est contritio ita q̄ licet ponātur ibi quattuor secúdum nomen sunt tamen duo tantum secundum rem. qs consolabitur te. q.d. pauci aut nulli. cuius causa subditur: filii tui: qui te possent consolari: proiecti sunt. i. mortui: ideo subditur dormierunt somno mortis. In capite omnium uiarum carentes sepultura. sicut Orix est animal immundum ut habetur Deutero. xiii. & declinatur Orix origis ¡plent indignatione domini hoc dicitur secundum estimationē hominū qa tribulatio Antichristi pricipaliter ordinabitur ad purgationem & meritū electorum quanuis tunc estiment homines mūdi deum contra eos esse offensū. Idcirco hic consequenter ponitur sequens cōclusio cum dicitur: Idcirco audi hec paupercula id est Ecclesia tunc depauperanda per Antichristum eius diuitias accepturum & ebria id est plena & non a uino sed a tribulationis tormento hoc dicit̄ prosequendo p̄abolā de potatione calicis predictam. hec dicit dñator tuus ad cōsolandum te qui pugnauit pro populo suo in crucis ligno in humanitate assumpta. ecce tuli de manu tua calicem soporis. i. penam tribulationis fundum calicis indignationis mee de manu tua abstuli. nō adiicias ut bibas illū ultra quia tribulatio Ecclesie tempore Antichristi erit ultima & ponam illum in fundum calicis reseruatum. In manu eorum qui te humiliauerunt scilicet Antichristi & satellitū eius & dixerunt anime tue. i. tibi. Incuruare ut transeamus super terram. Intentio enim Antichristi erit totaliter conculcare Ecclesiam et posuisti ut terram corpus tuum quia corpora fidelium occisorum tunc remanebunt super terram insepulta ut dictum est ita q̄ homines & bestie poterūt sup ea transire.

QOnsurge. Aliqui expositores Catholici exponunt istud ca. LII. de liberatione populi iudaici de Babylone facta per Cyrum de qua frequenter supra dictum est sed saluo meliore iudicio non uidetur hoc conuenienter dictū quia Paulus Apostolus in lege & Prophetis humanitus edoctus & a spiritu sancto plenius illud quod habetur in hoc ca. q̄ pulchri sunt montes pedes annunciantis & predicātis pacem etc. allegat hoc dici de predicatōe Euāgelii Ro. x. & ideo nō uidet̄ cōuenienter exponi de nuntiis Cyri missis per Imperium suum ad publicandum edictum de licentia data Iudeis redeundi in Hierusalem ut isti exponunt. Item Ra. Sa. super istud ca. dicit q̄ iste consolationes ultime. s. posite ab isto loco usq; ad finem libri non dicunt̄ nisi super captiuitatem Edom per quem intelligit Romanum Imperium quod posuit Iudeos in ista captiuitate in qua sunt a qua liberari expectant per Regem Messiam & sic secundum eum hoc ca. intelligitur de tempore Christi & in hoc uerum dicit sed in hoc errat expectando futurum qđ iam est preteritum. Igitur sequendo sententiā Apostoli & dictum Ra. Sa. in hoc qđ continet ueritatis potest dici consequenter q̄ in hoc ca. remouetur tertium impedimentum liberationis facte per Christum quantū ad incredulos qđ prouenit ex cōtemptu humilitatis Christi. principes enim sacerdotū & Scribe de aduentu Christi nimis carnaliter sapientes expectabant eū temporaliter regnaturum & dominium a Romanis ablaturum & ideo cum uiderunt eum humilem abiectum & pauperem & contemptum terrenorum docentem: contempserunt eum et sic fuerunt cecati & fructu sue redemptionis priuati: & hoc iuste quia aduentus eius

fuerat ꝑnũciatus in pauptate Zach. ix. Ecce Rex tuus uenit tibi iustus & Saluator & ipse pauper quod secundum omnes doctores Hebraicos de aduentu Xꝑi intelligiẽ hoc igitur impedimentũ remouetur hic ostẽdendo ꝙ humiliatio Christi fuit dispositio ad gloriam secundum quod dicitur Phil. ii. humiliauit semetipsum factus obediens usq; ad mortem mor. autem cru. propter qđ deus exaltauit illum etc. & non solum post mortem fuit glorificatus sed etiam ante in operibus miraculosis ad declarationem sue deitatis propter qđ Christo petenti. Io. xii. Clarifica me pater etc. respõsum fuit clarificaui & iterꝝ clarificabo ꝑ gloriã resurrectõis & sic est in corpore mystico Christi qđ est Ecclesia quia post depressionem eius per Iudeos & tyrannos eleuata est in magna gloria etiam temporaliter & in ipsis depressionibus fuit multum eleuata spiritaliter in receptione spiritus sancti & in miraculis que fiebant per Apostolos & alios sanctos in nomine Christi ut patet in Act. Apostolorum in pluribus locis & in sanctoꝝ legẽdis secundum hoc igitur presens ca. in duas partes diuiditur: quia primo ostenditur propositum in mystico corpore Christi. secundo in ipso capite ibi ecce intelliget. prima in duas qa primo describit Ecclesie depresse sublimatio. scđo eius dilatatio ibi q̃ pulchri. ꝑ ma in duas qa ꝑmo oñdit propositum. secundo additur exemplum ibi quia hec dicit. Circa primum Propheta alloquitur Ecclesiam primitiuam. d. consurge consurge ad opera uirtutũ. & duplicat li cõsurge. ad maiorem excitationem. Induere fortitudine tua Sion ad tolerandũ constanter aduersa: quia cito post ascensionem Christi ad celos facta est persecutio magna in Ecclesia Act. viii. & postea Rome per Neronem et alios plures persecutores Ecclesie sed quia post persecutiones ecclesie sequuta est pax & honor. Ideo subditur. Induere uestimentis glorie tue & hoc fuit impletũ Constãtini Imperatoris temporibus qui pacem Ecclesie per totum Romanum Imperium dedit. & mirabiliter honorauit. quia non adiciet ultra ut pertranseat per te calcando & uilificando. incircuncisus id est persecutor gentilis. & immundus id est persecutor iudeis. si aũt contra hoc obiciat: ꝙ post mortem Constantini Licinius ꝑsecutus est Ecclesiã & postea Iulianus Apostata: dicendum ꝙ iste persecutiones non fuerunt tante ꝙ deiicerent Ecclesiã ab honore. nec diu durauerunt. Licinius enim in bello fuit deiectus & apud Thessalonicam capite trũcatus. Iulianus etiam Apostata a sancto Mercurio fuit transfixus. potest etiam dici ꝙ illa dictio ultra cum dicitur: non adiciet ultra: nõ importat semper perpetuitatem a parte post. sed durationem temporis determinatam & aliquando non multum longam. sicut dictum fuit plenius supra. ii. ca. Toto autem tempore Constantini post eius baptismum uniuersalis Ecclesia fuit in pace & honore. excutere de puluere. i. de precedenti abiectione uel de puluere ad litteram qa multi Christiani fuerant condemnati ad fodiendum & deportandum arenam unde puluerizaban tur. qui omnes fuerunt absoluti de mandato Constantini. sede Hierusalem. i. in sede honoris ꝙ tunc fuit impletum quando Roma que erat caput mundi facta est sedes sũmi Pontificis per Constantinũ sede Imperiali translata apud Constãtinopolĩ. solue uincula colli tui quia omnes Christiani in diuersis partibus orbis incarcerati per Constantinum fuerunt liberati. gratis uenundati estis. i. sine causa deputati operibus seruilibus. & sine argento redimemini. quia Constãtinus non accepit inde pecuniã. sed magis econuerso pecuniam suã distribuit per orbem ad edificationem Ecclesiarum & sustentationem ministrorum. Quia hec dicit: hic adducitur exemplum ad propositum & primo ponitur hic duplex exemplum primum est de descensu populi in Egyptum cum dicitur: in Egyptum descendit populus meus in principio. de quo descensu habeẽ Gene. xlvi. ut colonus esset ibi. i. habitator ad euadendũ famis periculum. sed postea

fuit ibi multum depressus & afflictus. sed dominus liberauit eum. Ista tamen liberatio hic non exprimit: quia erat nota & famosa & ideo satis datur intelligi per hoc ꝙ descensus in Egyptum tangitur: & idem dicendum de secundo exemplo cum subditur: & Assur. i. Rex Assyriorum absq; ulla causa calumniatus est eum: cum dñs mirabiliter liberauit ipsum tempore Ezechie ut habetur. iiii. Regum Consequenter applicant exempla ad propositum cum dicitur. & nūc quid mihi hic. i. in persecutione Ecclesie quasi diceret decet me eā liberare. & subditur causa. quoniā ablatus est populus meus gratis. quia in primitiua Ecclesia multi fuerunt ablati per occisionem de presenti uita & multi de locis suis per incarceratões & exilia dominatores eius inique agunt: quia Iudei sub quoꝝ dominio ꝓmo fuit Ecclesia in Hierusalem & Iudea inique tractauerūt populum Christianum & postea Imperatores Romani & eorum Prefecti. & iugiter tota die nomen meum blasphematur scilicet nomen Christi qui ab infidelibus Magus & deceptor fuisse dicebatur propter hoc. i. propter iniurias dictas: sciet populus meus scilicet Christianus nomen meum id est efficatiam nominis mei per experientiam sue salutis sicut uocor Iesus id est salus uel Saluator. In die illa. s. notabili & famosa quādo Constantinus recepit baptisma quia ego ipse qui loquebar in humanitate assumpta discipulis meis: ecce adsum: per saluationis effectum & etiam in persona propria quia Constantinus de baptismo surgens confessus est se uidisse Christum. Quoniam pulchri: hic consequenter describitur Ecclesie dilatatio per predicationem Apostoloꝝ aliorꝝq discipulorum: cum dicitur q̄ pulchri id est ualde pulchri super montes. id est terrenos Principes fidem Christi recipientes ad predicationem predictorum annunciantis & predicantis pacem id est legem Euangelicam que est lex pacis & amoris. posset etiam hec littera exponi de nunciis Constantini missis per orbem ad denunciandum Ecclesie pacem. sed prima expositio consonat magis dicto Apostoli ut supra dictum est. & etiā littere sequēti in qua subditur: dicentis Sion regnabit deus tuus: Apostoli enim & alii predicatores Ecclesie predicauerunt & predicant regnum Christi propter qđ dicitur Mat. xxiiii. & predicabitur hoc Euangelium regni etc. Vnde in fine legendarum sanctorum communiter ponitur regnante domino nostro Iesu Christo etc. uox speculatorum tuorum id est Prelatorum secundum quod dicitur Eze. iii. speculatorem dedi te domui Israel. leuauerūt uocem constanter predicando. simul laudabunt te cōcorditer gratias agendo. quia oculo ad oculum uidebunt. i. sensibiliter. cum cōuerterit dñs Sion uidentes multitudinem gentilium conuersam ad Christum. & hoc fuit ꝑpletū tempore Constantini anno enim quo baptizatus fuit tanta multitudo credidit: ut ad xii. milia & amplius baptizandi asscriberentur ut habetur in gestis sancti Siluestri absq; mulieribus & paruulis. ideo subdit̄ gaudete et laudate simul deserta Israel. i. loca seruituti Christi dedicata que ante tempus Constantini ita fuerunt deserta ꝙ nullus Christianus nisi furtim audebat accedere. sed Constantinus per totum orbem iussit ea aperiri. & a fidelibus frequētari. & alia de nouo edificari. ꝓauit dñs brachium sanctū suū. i. filiū qui dicitur uirtus patris. i. ad Corin. i. predicamus Christū dei uirtutē etc. & sic dicitur brachium dñi eo modo quo potestas secularis dicitur brachium seculare. In oculis gentiū quia p̄dicatores a tempore Cōstātini liberius potuerūt ubiq; discurrere. & multi ualde exemplo Imperatoris excitati fuerunt ad fidem Christi gentilitate relicta. Ideo subditur. Recedite recedite. de cultu idolatrie pollutum nolite tangere. i. nolite extendere manus uestras ad opera peccatorum & quia ministri Ecclesie debent esse aliis mundiores. Ideo sequitur mūdanum qui fertis uasa dñi. i. qui estis deputati ad cultum dei sicut. Leuite qui portabant uasa cultus tabernaculi. quoniā nō in tumultu

exibitiſ.i.per uiolentiam armorum qđ dicitur propter multoſ cõfeſſoreſ & miniſtroſ dei incarceratoſ quoſ Conſtantinuſ libere abſoluit. nec in fuga properabitiſ careres frangendo & inde fugiendo precedet enim uoſ dñſ per Conſtantinum liberando.et liberabit uoſ deuſ Iſrael cũ fidelibuſ aliiſ ad laudandũ deũ in Eccleſiſ. Ecce intelliget hic oſtẽditur propoſitũ in capite noſtro Ieſu Chriſto qui fuit humiliatuſ & exaltatuſ ut ſupra dictũ eſt: & utrũq; mixtim ponit hic cum dicitur. Ecce intelliget ſeruuſ meuſ quia habet ſcientiam diuinam ab eterno. & humanã ex tpe. & q intelligat ad litterã de Xpo patet p tranſlationem Chaldaicam que dicit Targũ apud Hebreoſ & tante autoritatiſ ẽ apud eoſ q nulluſ fuit auſuſ et cõtradicere que taliſ ẽ hic: ecce pſperabit ſeruuſ meuſ Meſſiaſ ppter qđ antiqui Hebrei ab iſto loco uſq; ad finẽ.lui.ca.expo/ ſuerũt ad litterã de perſona Chriſti. & exaltabit ad unitatẽ ſuppoſiti diuini.uel aliter exaltabit in ſua reſurrectõe. & eleuabit in ſua aſcenſione. & ſublimiſ erit ualde ſedẽſ ad dexterã dei patriſ.Mat.ult.Et dñſ qdem Ieſuſ poſtq̃ locutuſ ẽ eiſ aſſũptuſ ẽ in celũ & ſedet ad dexterã dei.ſicut obſtupuerũt multi ſuper te uidenteſ miracula añ paſſionẽ facta. Mat.viii.porro boieſ mirati ſũt dicenteſ q̃liſ ẽ hic: qa uenti & mare obediũt ei. & ſimiliter doctrinã Xpi audiendo miraculiſ confirmatã. Mat.vii. Admirabãtur turbe ſuper doctrina eiuſ. erat.n.docenſ ſicut poteſtatem habenſ. ſic ingloriuſ.i.ui/ tuperatuſ.erit inter uiroſ aſpectuſ eiuſ qm̃ fuit cõſputuſ & colaphiſ ceſuſ.Iſte aſpget genteſ multaſ.i. mũdabit ſuo ſanguine & baptiſmate.ſuper ipſũ cõtinebũt Regeſ oſ ſuũ qđ uidemuſ implerũ Regibuſ ad fidẽ conuerſiſ qui nõ ſolũ continent ora ppria a blaſphemiſ. ſed faciunt etiã ſuoſ ſubditoſ continere blaſphemoſ puniendo. & qbuſ nõ eſt narratũ de eo uidebũt credẽdo & iſti ſũt gẽtileſ ad quoſ Prophete miſſi non fue/ rũt neq; audierũt Xpm pſonaliter p̃dicãtẽ ſicut Iudei ppter qđ dicit Saluator Mat. xv.nõ ſũ miſſuſ niſi ad oueſ que pierũt domuſ Iſrael.ſ.ad p̃dicandũ in pſona ppria.

QViſ credidit. Ra. Sa. & Andreaſ hoc ca. exponunt ad litteram .LIII.
de populo Iudeorum dicenteſ q Propheta de illo loquitur quaſi de homine uno eo modo loquendi quo dicitur Exo.iiii.filiuſ meuſ primogenituſ Iſrael ſed eorũ per/ uerſitaſ patet per doctoreſ Hebreorum antiquoſ ut dictum eſt ca.precedenti. Item ſup illud Gene.xxix. & introduxit eã Iſaac dicit Ra. Moyſeſ hic eſſe Rex Meſſiaſ qui dedit cor ſuum ad petendum miſerationeſ pro Iſrael & ad ieiunãdum & humiliãdũ ſe pro eiſ ſicut ſcriptũ eſt Eſaie.liii Ipſe aũt uulneratuſ eſt propter iniquitateſ noſtraſ attrituſ eſt propter ſcelera noſtra etc.ex quo patet q ſecundum iſtum doct.hoc ca. loquitur de Chriſto ad litteram hoc etiam patet per ſcripturaſ noui teſtamẽti que ſũt maioreſ autoritatiſ quanuiſ a Iudeiſ non recipiãtur.qđ enim dicitur in principio ca. domine quiſ credidit etc.Io.xii.dicitur impletum in Chriſto & ſimiliter Ro.x.Item quod dicitur infra uere languoreſ noſtroſ ipſe tulit etc.Mat.viii.dicit impletũ eſſe in Chriſto ſimiliter qđ poſtea ſubditur: ſicut ouiſ ad occiſionem ducetur etc. uſq; ibi qui abſciſſuſ eſt de terra uiuentium .Act.viii.dicitur dictum ad litteram de Chriſto ſimiliter qđ poſtea ſubditur & cũ ſceleratiſ reputatuſ eſt etc.Marci.xv.dicit impletũ in Chriſto. Igitur ſequendo hanc ſententiam dicendum q hic ponũtur remedia cõtra tria impedimenta predicta ſicut fuit ſupra diuiſum ca.i. Et diuiditur in treſ parteſ ſecundum tria remedia ſecundum ponitur capit.liii. tertium capit.lv.primum aũt impedimentum percipiendi fructum redemptioniſ Chriſti fuit Iudeorum peccatum contra quod ponitur hic remedium paſſioniſ Chriſti que ſufficit ad delendum omne peccatum quantum eſt ex ſe & diuiditur preſens ca.in duaſ parteſ qa p̃mo Eſaiaſ rei dicende deſignat altitudinem ſcđo proſequitur dicendorum ordinem ibi & aſcendet.

Circa primum dicit: quis credidit auditui nostro id est passionis Christi mysterio quod ego & alii Prophete audiuimus a spiritu sancto. preuidit enī Esaias Iudeos p maiori parte non credituros secundum quod dicitur Io. xii. cum autem tanta fecisset coram eis non credebant in eum: ut sermo Esaie Prophete impleretur quem dixit: domine quis credidit auditui nostro etc. & sequitur: & propterea non poterant credere quia iterum dixit Esaias: & excecauit oculos eorum & indurauit cor eorum etc. & subdit̄: hoc dixit Esaias quando uidit gloriam eius: & locutus est deo. & brachium domini: ut dictum est ca. p̄cedenti cui reuelatū est. q. d. paucis ualde & incomplete. Et ascēdet. Hic consequenter prosequitur dicendorum ordinem: & primo quantum ad modum nascentis cum dicitur: & ascendet sicut uirgultum coram eo id est coram deo patre. & sicut radix sursum fructificans: de terra sitienti id est de uirgine nō humectata uel fecundata humano semine. Et non est. Hic consequenter prosequitur ordinem suum quantum ad tolerantiam patientis. & primo describitur eius passio ignominiosa. Sc̄do nobis fructuosa ibi: ipse autem. Tertio sibi finaliter gloriosa ibi: de angustia. Ista tñ diuisio non est sic precisa quin partes in aliquo coincidant: & sic est cōmuniter p totū librum istum sicut a principio fuit dictum. Circa primum dicitur: & nō est ei species neq; decor: q̄uis enim secundum ueritatem Christus in humanitate assumpta fuit speciosus forma pre filiis hominū Psal. xliiii. tamen ista speciositas fuit deturpata alapis in facie eius inflaturam & liuorē causantibus & sputis eam defedantibus. & uidimus eū & non erat aspectus: quia pre horrore auertebant homines faciem. & desiderauimus eum. loquitur Propheta in p̄sona sua & aliorum sanctorum aduentum Christi desiderantium: secundum quod dicitur Mat. x. multi Reges & Prophete desiderauerunt uidere que uos uidetis: & nō uiderunt. & nouissimum uirorum id est ualde abiectum. uirum dolorum id est multi & magni doloris expertum passiue sicut uir saguinū dicit̄ qui est effusor multi sanguinis actiue. & scientem infirmitatem. scilicet carnis per experientiā: tamen absq; peccato. & quasi absconditus uultus eius. pre uerecundia. unde nec reputamus eum: non solum Saluatorem sed nec etiam alicuius ualoris hominem. & loquitur hic Propheta in persona Iudeorum tempore Christi existentium: & connumerat se eis inquantum erat de populo Iuda sicut Daniel enumerat se cum peccatoribus enormibus qui fuerunt in regno Iude. ix. ca. q̄uis particeps non fuisset. Vere languores nostros ip̄e tulit id est infirmitates carnis ut famem sitim & similia que uere fuerunt in eo sicut & humanitas uera. & nos reputauimus eum q̄si leprosū id est uilem & adominabilem ad modum leprosi. & p̄cussum a deo & humiliatum: propter peccata sua propria: imposuerunt enim ei Iudei q̄ habebat demonium & quod subuertebat populum & multa alia crimina ut patet ex decursu Euangeliorum. Ipse autem. Hic consequenter ostenditur passio Christi nobis fructuosa: quia non passus fuit p peccatis proprijs sed pro nostris expiandis. & hoc est quod dicitur: ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras. & patet littera. Ra. Sa. dicit q̄ istud dicitur in p̄sona gentilium: & uocat gentes est omnes preter Iudeos. d. q̄ in aduentu Messie omnes gentiles uidentes Iudeos per eum mirabiliter exaltari dicent q̄ afflictiones quas modo sustinent Iudei in hac captiuitate fuerūt propter peccata gentilium: & in hoc sibi cō/tradicit: quia hec captiuitas ē propter peccatū uituli conflatis expiandū Exo. xxiii. omnes nos quasi oues errauimus: quia nullus quantumcunq; iustus potest euitare omnino peccatum saltem uenialе. & dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum: id est penam pro iniquitatibus omnium expiandis: & quia Christus hanc penam ex maxia caritate sustinuit: ideo subdit̄: oblatus est: scilicet ad passionē. quia ipse uoluit

propter obedientiam dei patris & liberationem humani generis. & non aperuit os suū uerba recalcetrādo & iniurias p iniurias reddendo sed magis corā falso accusantibus & iniuste iudicātibus tacēdo: sicut patet in Euāgelio. Cetera patēt. De angustia. Hic consequēter ostendit̄ eius passio finaliter gloriosa: quia p eā transiit ad resurrectiōis gloriā Lu. ult. oportuit pati Xp̄m & resurgere a mortuis & ita intrare in gloriā suā. & hoc est qd̄ dicit̄: de angustia. s. mortis. & de iudicio quo omnes decedentes ex diuina potētia detinebant̄ in limbo. sublatus ē p potentiā sue resurrectiōis. generationē eius quis enarrabit? qd̄ scd̄m Hieronymū sup Mat. intelligit̄ de generatione diuinitatis que ienarrabilis & incōprehensibilis ē nō tm̄ ab hoībus sed etiā ab angelis. Ambrosius impossibile ē scire generationis secretū mens deficit uox silet nō mea tm̄ sed angelorū. uidet̄ tm̄ mihi saluo meliori iudicio q̄ melius exponat̄ de spirituali generatiōe p multiplicationē fideliū: ideo subdit̄: quia abscissus ē de terra uiuentiū p mortē corporalē ad quā sequuta ē multiplicatio fideliū scd̄m qd̄ dixit Io. xii. nisi granū frumēti cadens in terram mortuū fuerit ipm̄ solū manet si aūt mortuū fuerit nihil fruc. Ad generationē uero eternā filii nō uidet̄ habere aliquā conuenientiā qd̄ sequit̄ quia abscissus ē etc. ppter scelus populi mei expiandū. pcussi eū. i. pcuti pmisi. & dabit impios p sepultura sua etc. i. Iudeos impios & auaros dabit in manibus Romanorū in penā mortis sue qd̄ tpe Titi fuit impletū eo q̄ iniquitatē nō fecerit etc. & sic mors eius fuit punitiōe digna & dominus. s. pater uoluit cōterere eū in infirmitate. s. carnis: quia deitas ē impassibilis. p hoc aūt qd̄ dicit̄ hic: eo q̄ iniquitatē nō fecerit patet falsa expositio. Ra. Sa. exponentis hoc de populo Iudaico: ut supra dictum est: quia ab antiquo usq; in p̄sens populus ille multas iniquitates fecit contra deum & proximum: ut patet ex decursu scripturarum. neq; dolus fuit in ore eius: quod patet falsum de populo Iudeorū cum inter omnes sint & fuerunt multum mendaces & dolosi non solum erga alios sed etiam inter seipsos. si posuerit animam suam pro peccato: accipit̄ hic si pro quia: quia Christus animam suam posuit pro peccato mundi. uidebit semen longeuum: id est multiplicationem fidelium qui sunt semen Christi & hec multiplicatio sequuta est ad mortē eius: ut predictum est. & uoluntas domini de salute mundi. in manu eius dirigetur id est per ipm̄ complebitur. pro eo q̄ laborauit anima eius ieiunando uigilando predicādo mortem sustinendo. uidebit resurrectionem suam. & saturabitur tunc enim & non ante habuit gloriam in corpore & sic fuit saciatus ex omni parte. in scientia sua diuina & humana. & iustificabit ipe etc. quia nullus iustificabitur nisi per ipsum: sed quia multi reddunt se indignos ideo dicitur hic multos & non omnes. & iniquitates eorum. i. penā pro iniquitatibus ipse portabit ex obedientia ad patrem & caritate ad hominem. ideo dispciam ei plurimos. i. reddam ei plures de gētilibus q̄ ceciderūt de Iudeis. & fortiū. i. demonū de quorū fortitudine dicit̄ Iob. xli. nō est ptās super terrā que ei comparet̄. diuidet spolia extrahendo patres de limbo: qd̄ fecit Xp̄s in sua resurrectione. p eo q̄ tradidit ex maxīa caritate. in mortē ualde acerbā & cū hoc confusibilē. Ideo subdit̄. & cū sceleratis reputatus ē: quia iter latrones fuit crucifixus ut p hoc particeps maleficii impiorū a uulgaribus reputaret̄ ad hoc enim impetrauerūt Iudei a Pilato ut duo latrones cū ipo crucifigerent̄: sed ex dei ordinatiōe hoc factum ē ut hec scriptura impleret̄ ut dicit̄ Mat. xv. & ipse peccatū multorū tulit nō quantū ad efficaciā omniū tū quantū ad sufficientiā. & p transgressoribus rogauit Lu. xxiii. pater ignosce illis etc. & ex hoc patet expositio Ra. Sa. falsa qa populus Iudaicus nō orat p gētilibus imo cottidie orat p destructiōe Romani Impii & maxime p destructiōe discipulorū Xp̄i scd̄m qd̄ dicit̄ Hieronymus: & per eius discipulos intelligunt Xp̄ianos.

Lauda ſterilis. Aliqui doctoreſ Catholici expoñt hoc ca. de reditu captiuitatiſ Babylonice ita ꝙ eadem genſ ſcilicet Iudea dicitur hic habẽſ utrũ & fecũda a tẽpore legiſ date quo fuit tunc deſponſata per legiſ ſuſceptionẽ derelicta & ſterilis tempore Babyloice captiuitatiſ. ſed hoc non uidetur bene dictum qa ſterilis & deſerte promittitur hic maior multiplicatio proliſ exaltationiſ & honoriſ q̃ habenti uirum. populuſ aũt reuerſuſ de captiuitate Babylonica nunq̃ fuit poſtea in tanta proſperitate quãtum ad multitudinẽ populi nec diuitiaſ honoreſ & huiuſmõi ſicut fuarat ante captiuitatẽ & maxime tempore Dauid & Salomonis. ſed fuit in ſeruitutibuſ licet in terra ſua & afflictionibuſ multis ut dictũ eſt ſupra. xxxv. itẽ infra eodem ca. dicitur. Ecce ſternam per ordinem lapideſ tuoſ & fundabo te in ſappbiris in quo denotatur reedificatio ciuitatiſ & templi multo excellẽtior q̃ ante reedificatio uero ciuitatiſ & templi poſt captiuitatem Babylonicam nulla fuit reſpectu illiuſ que preceſſit & ideo. Ra. Sa. exponit iſtud ca. de tẽpore Xp̃i. Ita ꝙ ſecundum eũ Iudea dicitur habenſ uirum & fecunda pro tempore ante captiuitatem factam per Titum. ſterilis & derelicta a uiro pro tempore captiuitatiſ in qua eſt modo. ſed in aduentu Meſſie erit in maiori proſperitate quaſi incompabiliter q̃ fuit unq̃. ſed iſtud dictum fundatur ſuper erroneum fundamẽtum ſcilicet ꝙ Xp̃s ſit uenturuſ ꝓpter qđ Pauluſ Apoſtoluſ ad Gal. iii. exponit principium huiuſ ca. de uocatione gẽtilium ad fidem quam ſentẽtiam intendo proſequi. Igitur ad intellectum dicendorum ſciendũ ꝙ ſicut eſt una fideſ ãtiquorum & modernorũ licet ſit modo magiſ explicata ita eſt una Eccleſia a p̃ncipio mũdi uſq; ad finẽ. unde dicit Gre. homel. vii. qſ rectiuſ patriſſamiliaſ ſimilitudinem tenet q̃ conditor noſter: qui eoſ quoſ condidit quaſi ſubiectoſ poſſidet in domo. qui habet uineam uniuerſalem ſcilicet Eccleſiam que a primo Abel iuſto uſq; ad ultimum electũ qui in fine mundi naſciturus eſt quot ſanctoſ protulit: quaſi tot palmiteſ miſit. & ſic eadem Eccleſia dicit ſterilis & fecunda uirum habenſ & derelicta ſecundũ diuerſaſ genteſ & tẽpora ita ꝙ pro tpe ueteriſ teſtamenti dicitur fecunda & uirũ habenſ quantum ad Iudeoſ ratione legiſ accepte & diuini cultuſ que uiguerunt apud eoſ. ſterilis & derelicta quantũ ad gentileſ quorum pauci habuerũt fidem mediatoriſ ut ſanctus Iob & aliqui alii nec data fuit eis lex diuina. ecõuerſo autem pro tempore noui teſtamẽti in quo pauci de Iudeis compatiue & multi de gentilibuſ crediderunt Secundum hoc igitur dicendũ ꝙ in preſenti ca. ponitur remedium oppoſitũ impedimento liberationiſ fiende per Xp̃m tacto ſupra. ca. xv. quaſi ex dilatione p̃miſſionis dicte ſaluationiſ ab aliquibuſ poterat eſtimari licet falſo ꝙ promiſſio poſſet fruſtrari. in hoc autem ca. oſtẽditur dicta promiſſio non ſolum impleri quantum ad iudeoſ omneſ qui credere uoluerunt: ſed etiam quantum ad gentileſ quod uidenteſ adimpleri iudei qui crediderunt in primitiua Eccleſia admiranteſ & glorificanteſ deũ dixerunt: ergo & in natiõeſ ſpiritus ſancti gracia effuſa eſt. Actuũ. xi. ſcđm hoc igitẽ preſens ca. in treſ parteſ diuiditur quia primo deſcribitur ſaluationiſ per Xp̃m fiende dilatatio. ſcđo fideliũ exaltatio. ibi noli timere. tertio hoſtium proſtratio ibi ecce ego creaui Circa p̃mũ dicitẽ lauda ſterilis etc. id eſt Eccleſia que fuiſti ſterilis in gentilibuſ tempore ueteriſ teſtamenti & dicit lauda ſcilicet interius corde. decanta laudem exteriuſ ore & hinni in corpore quia fortis motus deuotioniſ redũdat exteriuſ in motibuſ corporis. pſal. lxxxiii. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum Et ſubdit ratio tante exultationiſ cum: dicitur: quoniam multi filii deſerte id eſt gentilitatiſ que fuit deſerta tempore ueteriſ teſtimenti magis q̃ eiuſ que habebat uirum id eſt gentis iudaice quia in nouo teſtamento plureſ ſunt fideles de gẽtibuſ q̃ de iudeis fuerunt tpe

ueteris testamenti & quia ad multiplicationem fidelium sequitur augmentatio diuini cultus: subditur dilata locū tentorii tui ect. per locū tētorii intelligitur locus sacrificii eo q̄ sacrificia in uetere lege fiebāt in tabernaculo accipiendo tabernaculum p atrio sacerdotum qđ erat āte tabernaculum Moysi factū de cortinis pellibus & tabulis & similibus ad erectionē tabernaculi necessarijs. locus autem sacrificii fuit artus tempore ueteris testimenti quia nō erat licitum offerre sacrificium nisi in Hierusalem. nec in tota ciuitate sed in monte Syō ubi erat templū. sed tempore noui testamēti dilatatus est locus per orbem uniuersum ubi a christianis offertur eucharistia que est noui testamenti sacrificium scđm quod fuit predictū Mala. id est ab ortu solis usq; ad occasū magnū est nomē meū in gentibus dicit dominus. & in omni loco sacrificatur: & oferē nomini meo oblatio munda & propter hoc dicitur hic dilata locum tentorii tui ad designandum ampliatiōem cultus diuini ad dexteram enim & ad leuam penetrabis id est dilataberis ad omnem partem orbis & semen tuum gentes hereditabit. quia Apostoli & alii fideles acquisierunt Ecclesie alias gētes per suam predicationem & ciuitates deserras scilicet a deo propter idolatrie cultum. Inhabitabit fidem ibi seminando Noli timemere qa multiplicatio hominū non est ad letitiam: nisi sit ordinata ad bonū scđm quod dicitur supra. ix. multiplicasti gentē & nō magnificasti leticiam. ideo post multiplicatiōem fideliū hic cōsequenter describitur exaltatio eorum & diuiditur in duas partes quia primo ponitur remotio cuiuscunq; confusionis. scđo assecutio honoris ibi pauperula circa primum dicitur noli timere quia non confunderis. cuius ratio subdit: cum dicitur: quia confusionis adolescentie tue etc. ad intellectum huius littere sciendū q̄ a principio non fuit distinctio Iudee & gentilitatis sed incepit in Abraham q̄ circuncisionem accepit in signum huius distinctionis. Vnde circuncisio sic definit ē signū distinguens Israel a gentibus & ideo confusio adolescentie gentilitatis est idolatria ad quam statim declinauit cultu dei in Abraham remanēte & successoribus eius p Isaac obprobrium uero uiduitatis in gentilitate accipitur in tempore legis date quo propter idolatriam quasi a deo dimissa est & repudiata ipsa Iudea ab ipso per legem despōsata Cōfusio uero adolescentie ipsius Iudee est idolatria ad quam declinauit post dationē legis in deserto & postea in terra promissionis. Vnde sequitur Hiere. ii. recordatus sū tui miseranſ adolescentiam tuam & caritatem despōsationis tue quando sequutaes me in deserto. obprbrium autem uiduitatis a tempore legis noue quam renuit recipere & sic derelicta est a deo & repudiata pro maiori pte. nūc autem ita est q̄ iste cōfusiōes & obprobria gētilitatis & Iudee nō sunt recordāda in Ecclesia ex Iudeis & gētilibus constituta tempore gratie eo q̄ sunt equales Iudei & gentiles ad participandū gratiā dei in uita: & gloriam in patria. & hoc est qđ dicit Apostolus. Ro. x. nō ē distinctio Iudei & Greci nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. & Gal. v. in Xp̄o enim Iesu neq; circuncisio aliquid ualet neq; preputium sed noua creatura scilicet per baptismū regenerata qui baptismus ē culpe & pene deletiuus per cōsequēs cōfusionis & obprobrii. propter quod Iudei credentes non possunt aliq̄d improperare gentilibus credentibus de preteritis nec ecōuerso: ideo dicit: qa cōfusionis adolescētie tue obliuesceris etc. & patet littera ex dictis usq; ibi quia ut mulierem derelictam & merentem spiritu ubi alloquit Ecclesiam prout se extendit ad Iudeos & gentiles & fideles qui impresenti uita cōmuniter affliguntur: ut patet ex decursu nostro & ueteris testamēti ideo assimulatur mulieri derelicte & merent. sed quia. ista tristicia cōuertit in gaudium in uita beata que a tempore passiōis Xp̄i est aperta ideo subdit ad pūctū in modico dereliqui te qa quecūq; liberatio uite p̄sentis quasi momētanea ē respectu

cõſolationiſ celeſtiſ ideo ſubdit & in miſericordia ſempiterna miſertuſ ſum tui. notãdũ
q̃ in hac parte ubi trãſlatio noſtra habet quia dominabitur tui qui fecit te dominuſ
exercituum nomen eiuſ in Hebreo habetur ſic quia dominatoreſ tui factoreſ tui &
unitaſ eccleſie cum ſubditur dominuſ exercituum nomen eiuſ ita q̃ nomina pluraliſ
numeri coniunguntur cum nominibuſ numeri ſingulariſ. Sicut in diebuſ Noe hic cõ/
ſequenter ponitur confirmatio dicti & hoc iurato diuino cum dicitur: ſicut in diebuſ
Noe mihi iſtud etc. pactum enim firmum ſtatuit deuſ cum Noe de diluuio ultra non
inducendo ſuper terram. & eodem modo de tribulatione ulteriuſ nõ inducenda ſuper
Eccleſiam cum dicitur ſic iuraui: ut non iraſcar tibi & non increpẽ te. Increpatio di/
uina ẽ tribulatio a deo immiſſa & ſic patet q̃ ſcriptura loquitur hic de ſtatu Eccleſie
triũphantiſ ubi confuſio & tribulatio nullum locum habent·unde & adhuc ſubditur
monteſ enim commouebuntur ante aduentum Xp̃i ad iudicium. feduſ pacíſ mee nõ
mouebit̃ ab Eccleſia militante generaliter.feduſ autem glorie eſt omnino immutabile
Paupercula hic conſequenter ponitur honoriſ aſſecutio ubi primo ponitur precedẽſ
tribulatio cum dicitur paupercula tempeſtate conuulſa etc.quia Eccleſia ut plurimũ
fuit & eſt afflicta & erit in preſenti uita loquẽdo de ipſa quantũ ad illoſ qui numero
& merito ſunt in Eccleſia & hoc premittitur hic ut oppoſita cõſalatio ſiue honoratio
clariuſ eluceſcat cum ſubditur. Ecce ego ſternam per ordinem lapideſ tuoſ etc. q̃ uno
modo poteſt intelligi de Eccleſia militante & ſic lapideſ iſti ſunt uiri ſancti in diuerſiſ
gradibuſ & officiiſ Eccleſie conſtituti ex quibuſ edificatur Eccleſia. Alio modode
Eccleſia triumphante & ſic lapideſ iſti ſunt beati in diuerſiſ manſionibuſ & gradibuſ
glorie collocati de quo edificatio habetur Apoc. xxi. ũde ubi concluditur & ciuitaſ
non eget ſole neq; luna ut luceant in ea.nam claritaſ dei illuminabit illam. uniuerſoſ
filioſ doctoſ a domino quia in beatitudine celeſti omneſ uident in diuina eſſentia illud
quod pertinet ad eorum beatitudinem & ſic ſunt edocti a domino immediate & hoc ẽ
quod dicitur Hiere.xxxi.& non docebunt ultra uir proximũ ſuum. & uir fratrem
ſuum dicenſ cognoſce dominũ omneſ enim cognoſcent me a minimo uſq; ad maximum
dicit dominuſ.Recede id eſt recedeſ procul a calũnia quia non habebit locũ in patria
ecce accola ueniet id eſt gẽtiliſ qui non erat mecũ ante conuerſionem ad fidẽ. aduena
quondam tuuſ id eſt qui non fuit natione Iudeuſ. adiungetur tibi id eſt adequabitur
tibi in gratie doniſ & glorie ut ſupra dictum eſt. Ecce ego: hic conſequenter deſcri/
bitur hoſtium deiectio ſcilicet demoniſ & Antexp̃i qui erit inſtrumentum diaboli ad
perſequendam Eccleſiam & hoc eſt quod dicitur. ecce ego creaui fabrum ſufflantem
in igne prunaſ id eſt diabolum qui quantum ad naturam que bona eſt a deo creatuſ
ẽ. ſed per ſuam malicią deprauatuſ de quo dicitur Iob. xli. halituſ eiuſ prunaſ ardere
facit id eſt temptationeſ in cordibuſ peccatorũ & perſecutioneſ cõtra Eccleſiã fideliũ.
& perferentem uaſ in opuſ ſuum id ẽ Antexp̃m quem poſſidebit. & ad perſecutionẽ
fidelium applicabit. & creaui interfectorem ad diſperdendũ id eſt michaelem archã/
gelũ cuiuſ miniſterio de p̃cepto domini Antexp̃uſ interficietur & magna pſ adherẽtiũ
ſibi ut dicunt doctoreſ ſãcti ideo ſubditur omne uaſ quod fictum eſt contra te diaboli
inſtigatione non.dirigetur id eſt intento fruſtrabitur & omnem linguam reſiſtentem
tibi id eſt aduerſantẽ catholice fidei in iuditio iudicabiſ quia ſancti in extremo iuditio
cum domino impioſ iudicabũt. hec eſt hereditaſ ſeruorum domini. qa peracto iuditio
celeſtem hereditatem in corpore & anima poſſidebunt. .LV.

Mneſ ſitienteſ hic incipit capitulũ in hebreo in quo ponitur remedium oppoſitũ
tertio impedimẽto ſuprapoſito. lii. capitulo ex cõtemptu Xp̃i procedẽte & ideo

hic ponitur eius eminentia: & diuidit in tres ptes quia primo describitur eius magnifica liberalitas. scdo ipius sūma dignitas ibi ecce testem. tertio excitatur nostra sedulitas ibi querite dominum. circa primum dicit omnes sitientes uenite ad aquas scilicet gratie in pśenti & glorie in ciuitate celesti per ipsum Xp̄m donandas: scdm q̄ ipse dicit. Io. .iiii. qui biberit ex aqua quam ego dabo ei: non sitiet in eternum. sed aqua quā ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis in uitam eternam & qui non habetis argentū etc. quasi diceret ista non cadunt sub precio temporali. sed dantur ex mera liberalitate di/ uina unum & lac per ista que in nutribilibus sunt precipua intelliguntur bona gratie & glorie spiritalia anime nutritiua quia propriū est hominis ad cognitionem spiritalū per sensibilia deuenire. quare appenditis argētum etc. id est ponitis studium & laborē uestrum circa bona temporalia & transitoria & deceptoria que nó reficiunt sed magis famem & sitim faciunt quia cupiditatem augent: unde dicit poeta.

Crescit amor númi: quantum ipsa pecunia crescit.

Et ideo Ambrosius. super Lucum. de Hydropico. & idem est de ambitiōe bonorum & huiusmodi. & delectabitur in crassitudie id est gratie pinguedine anima uestra nó corpus quia non sentit talia. inclinate aurem uestram ad Euangelicam ueritatem & uiuet anima uestra uita gratie & postea glorie & unde ista prouenient subditur: & feriam uobiscum pactum sempiternū: id legem Euangelicam cui alia non succedēt. misericordias Dauid fideles sic ē in Hebreo & in libris correctis id ē misericordias Xp̄i fideliter adimplendas quod autem per Dauid intelligatur Xp̄us patet Osee. iii. Re/ uertentur filii Israel & querent dominū deum suum ubi translatio Chaldaica habet & obedient Messie filio Dauid Regi suo. & Hiere. xxx. seruient dño deo suo & Dauid Regi suo. glo Hebraica obedient Messie filio Dauid certum ē q̄ Dauid diu ante defunctus fuit q̄ isti Prophete essent. & ideo non intelligitur hic de ipso sed de Xp̄o ab eo descensuro secundū q̄ dicit. Ro. i. qui factus est ei de semie Dauid scdm carnem & eodem mó hic per Dauid intelligitur Christus hoc etiam patet per Paulū Apostolū q̄ Actuū. xiii. allegat hāc scripturā. de Xp̄o. d. dabo uobis sancta Dauid. fidelia ubi enim trāslatio nostra hic habet misericordias Dauid fideles translatio. lxx. quam allegat Paulus habet sancta Dauid fidelia ut dicit glosa. Actuum. xiii. ex quo etiam ulterius patet q̄ sententia totius capituli ad litterā reducenda ē ad tempus Xp̄i hoc etiam dicit. Ra. Sa. ut patet ex supradictis. Ecce testē hic consequenter describit ipsius Xp̄i sublimitas & primo in doctrina cum dicitur: ecce testem populis dedi eū. i. in ueritatis diuine testimonium. propter quod dixit Io. xviii. ego in hoc natus sum & in hoc ueni in mundum ut testimoniū perhibeam ueritati. scdo in potestatis eminētia cum subditur: ducem ac preceptorem gentibus. scdm q̄d dicitur Mat. ultimo data est mihi omnes potestas in celo & in terra. Ecce gentem etc. hic mutatur modus loquēdi de tertia persona ad secundam quod frequenter fit in Prophetis: & dirigit sermonem ad Xp̄m. d. gentem id est populū gentilem quam nesciebas: per approbationē ꝓpter eius idolatriam eo mó loquendi quo dicitur fatuis uirginibus nescio uos Mat. xxv. & gentes que te non cognouerunt per fidem ad te current per celestem conuersionē ad predicationem Apostolorum propter dominum deum tuum id est patrem qui ē deus ipsius Xp̄i hominis & sanctum Israel quia glorificauit te quantū ad gloriā corporis in resurrexione: quam tunc habuit Christus & non ante & quantum ad sessionem ad dexteram patris in humanitate: quam habuit in ascensione & quantum ad operationē miraculorum per Apostolos factorum in nominis Xp̄i inuocatiōe que uidētes populi gentiles ad Xp̄m cōuertebant: ut habetur in Actibus Apostolorum in pluribus locis.

Querite: hic consequenter excitatur humana sedulitas ad querendum dominum tpe gratie ex consideratione sue liberalitatis & maiestatis. & primo fit propositum. secúdo declaratur dictum ibi non enim. circa primum dicitur: querite dominum dum inueniri potest. i. ãteq̃ ueniat seueritas iudicii. inuocate eum per deuotam orationem dū ꝑpe est: ad exaudiendum paratus. & quia oratio peccatoris nó est exaudibilis ideo subdit. derelinquat impius uiã suam id est opera sua. & uir iniquus cogitationes suas. ex quo patet falsitas Iosephi dicentis q̃ cogitationes intra manẽtes nó sunt peccata. & reuertatur ad dominum per ueram penitẽtiam & miserebitur eius dando ei gratiã. quoniã multus ẽ ad ignoscendum id ẽ promptior q̃ ad condẽnandū. Nó enim: hic consequenter declarat dictū suum & primo de diuina pietate dicens non enim cogitationes mee etc. cogitationes enim hũane sunt ad iniurias uindicãdum. cogitationes autem diuine sunt magis ad miserendum. quia sicut exaltantur celi & terra quia sicut est celum sursū & terra deorsum: sic cogitatiões diuine & opera sunt semp eleuate ad superiora secúdū quod dicitur Prouerbiorū. viii. uniuersa propter semetipsum operatus ẽ dominus cogitationes autem hũane & opera tendunt ad deorsum Gene. viii. Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. secundo quantum ad uerbi sui stabilitatem cum dicitur & quomodo descẽdit hymber & nix de celo & illuc ultra non reuertitur: & patet littera usq; ibi sic erit uerbum meum per Prophetas dictum. uel aliter uerbum meum. i. filius de quo dicitur. Io. primo In principio erat uerbum. etc. quod egredietur de ore meo qa semper nascit̃ a patre. Ista enim natiuitas mẽsuratur eternitate que complectitur omne tempus non reuertetur ad me uacuum filius enim procedens a patre & ueniens in mundum non redit uacuus in celum sed patres detentos in limbo adduxit secum ideo subditur: sed faciet quecũq; uolui id est quecũq; fieri per ipsum disposui. Similiter si istud referatur ad uerbum domini per Prophetas dictum non frustratur effectu a deo intento. quia in letitia egredemini uos patres in limbo detẽti. & in pace deducemini: ad gloriam celi. montes & coles. i. angeli superiores & inferiores eo modo loquẽdi quo dicit̃. psal. centesimo uicesimoquarto mõtes in circuitu eius id est angeli ut dicit glo. Augustini. cantabunt coram uobis laudẽ qa Christo ascendente cum electis fuit gaudium & letitia angelis sanctis. & omnia ligna regionis id est omnis creatura etiam insensibilis. plaudent manu congaudentes suo creatori pro saltuncula ascendet abies etc. quod exponit Ra. Sa. sic id est potestas auferetur ab impiis & dabit̃ iustis & illud fuit impletum in resurrectione Christi per quam patres detenti in limbo fuerunt de potestate demonum liberati. & ad celũ exaltati & plenius implebitur in iudicio finali quando demones retrudentur in infernum & omnes electi in corpore & anima transferẽtur ad celum. ideo subditur: & erit dñs nominatus ab omnibus electis in signum eternum. i. in signum salutis eterne quod non auferetur: quia perpetuitas in ratione uere beatitudinis includitur. .LVI.

Hec dicit dominus: Superius Propheta consolatus est fideles denunciando eis liberationem a malis hic iterum eos consolatur denuntiando eis conseruationem in bonis & diuiditur in tres partes quia primo ponitur huius salutis preparatio. secundo salutis collatio ca. lix. tertio salutis collate discretio. ca. lxiii. prima in duas quia p̃mo ponitur dicta preparatio seu dispositio. scd̃o tollitur occasio ibi & non dicat. Circa primum sciendum q̃ debita dispositio ad recipiendum salutem per Xp̃m donandam ẽ q̃ homines iuste se habeant erga proximum & deuote erga deum primum tangitur cum dicitur: custodite iudicium quod dicitur Iudicibus maioribus ut non declinent a rectitudine iudicii timore uel amore. & facite iusticiam hoc dicitur quantum omnes

quia quilibet tenetur uiuere iuste cum proximo. quia iuxta ē salus mea id ē Xp̄s per quem a patre data est mūdo salus: ut ueniat carnem assumendo & iusticia mea id est Xp̄us qui per uiam iusticie satisfecit deo patri Dicitur autem Xp̄us iusticia & salus quia perfectio Xp̄i uno nomine nō potest explicari & ideo nomiatur pluribus nominibus hic & alibi. Consequenter ponitur scd̄m de diuino cultu cū dicit: Beatus uir qui facit hoc. s. quod postea subditur. custodiens sabbatū ne polluat illud: per sabbatū quod erat ordinatū specialiter diuino cultui intelligitur omne illud quod pertinet ad diuinum cultum in lege noua custodiens manus suas a malis operibus in quibus maxie est transgressio sabbati & cultus diuini magis q̄ in operibus corporalibus utilitati hoim deseruientibus. Et non dicat: hic consequenter remouetur error oriens circa predictā dispositionem & diuidit in tres partes secundum tres errores scd̄a pars incipit. ca. lvii. tertia. lviii. prima in duas quia primo ponit erroris remotio. secūdo doctoꝝ punitio ibi oēs bestie. p̄ma adhuc in duas: qa p̄mo error tollit. scd̄o ueritas contraria asserit ibi: quia hec dicit. Iste autem error primus procedit ex defectu naturali. s. generum & prolis ex hoc enim q̄ gentiles conuersi ad Iudaismum non admittebantur ad cetum Iudeorum equaliter saltem ad ea que erant honoris: sed aliqui in tertia generatione: & aliqui in decima: & aliqui nunq̄: ut dictum fuit plenius Deut. xxiii. & ex hoc credebāt q̄ in premio beatitudinis esset tanta distantia & hoc remouetur: cum dicitur: & non dicat filius aduene id est gentilis natione qui adheret domino per ueram fidē: separatione diuidet me dominus: in retributione iustorū a populo suo. s. Iudaico similiter quia defectus prolis in lege erat uituperabilis: aliqui simplices prole carentes q̄uis essēt de populo Israel estimabant se deficere de premio iustorū eo q̄ nō multiplicauerūt populum & hoc remouetur cum dicitur & non dicat eunuchus id est impotēs ad generandum ecce ego lignum aridum id est non faciens prolis fructum & subintelligitur diminutio mercedis uel ablatio quia hec dicit: hic consequēter contraria ueritas asserit uidelicet q̄ eunuchus & gētilis ueniens ad fidem tantum bonum cōsequetur gratie in presenti & glorie in futuro ceteris tamen paribus quātum recipiet Iudeus natione & dotatus multa prole & hoc patet in noua lege Actuū. x. ubi spiritus sanctus in signo uisibili descendit super Cornelium & alios gentiles cum eo existētes sicut ceciderat sup Apostolos & alios fideles de Iudeis existentes: propter quod dicit Apostolus. Ro. x. Nō est distinctio Iudei & greci nam idem dominus omnium diues in illos qui inuocāt illum & hoc est quod dicitur: quia hec dicit dn̄s eunuchis qui custodierint etc. i. debite deū coluerit: & elegerint: que ego uolui: scilicet iuste uiuere cum proximo. & tenuerit fedus meum id ē legem Euangelicam per quam deo federamur. dabo eis in domo mea id est in Ecclesia militante ut dictum est supra. ii. ca. & in muris meis. id ē in Ecclesia triumphante que per muros intelligit eo q̄ uiolentia non potest ibi inferri. locum recipiendo scilicet gratiam in presenti & gloriam in futuro. & nomen melius a filiis & filiabus. Istud proprie refertur ad illos qui se castrauerunt propter regnum celorum per castitatis obseruātiam: que melior est & magis meritoria q̄ fecunditas prolis: scd̄m qoud dicit Saluator. Mat. xix. sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum celorum. qui potest capere: capiat. id est tantum bonum propter sui altitudinem non precipitur sed consulitur. & nomen meum sempiternū dabo eis. quod potest intelligi de uita presenti ubi non continuatur nomen talium per successionem generationum. sed intelligitur in uita beata. Consequenter ostenditur propositum in gentilibus cū dicit Filius aduene etc. & patet sententia ex dictis usq; ibi adducam eos in montem sanctū meum. id est in gloriam celestem ubi nihil admittitur nisi sanctum. Apoc. ultimo. Nō

intrabit in illam aliquid coinquinatum & premittit hic statuſ Eccleſie triũphantiſ eo
q̃ eſt primuſ in intentiõe & ſubdit ſtatuſ Eccleſie militantiſ cum dicitur. & letificabo
eoſ in domo orationiſ mee eorũ orationeſ acceptando. ideo ſubditur: holocauſta eorũ
& uictime placebũt mihi & dicunt hic holocauſta & uictie quecunq; bona ad gloriã
dei facta. poteſt etiam hoc accipi ſpecialiter de euchariſtia que eſt ſacrificium fideliũ
& dicitur holocauſta & uictime qa continet in ſe uirtutem omniũ ſacrificioz̃ ueteriſ
legiſ modo ſupereminenti. cunctiſ populiſ ſine aliqua acceptatione propter qd̃ dixit
Petruſ Actuũ. x. in ueritate compi quod nõ eſt perſonarum acceptor deuſ etc. Qui
congregat diſperſoſ Iſrael id eſt omneſ electoſ in unitate caritatiſ & fidei. adhuc cõ/
gregabo quia poſt congregationem fidelium in uita preſenti mõ predicto fiet iterum
congregatio ipſorum in celo & illa congregatio ampliuſ nõ diſpergetur. omneſ beſtie
quia error premiſſuſ procedebat ex ignorantia credentium hic conſequenter ponitur
punitio doctorũ q debebãt eoſ de cõtraria ueritate docere & ita fuit in deſtructiõe
Hieruſalem per Titum qui ſacerdotibuſ noluit parcere dicenſ iuſtum eſſe ſacerdoteſ
cum templo perire & hoc eſt quod dicitur: omneſ beſtie agri. i. multitudo exercituſ
Romani uenite ad deuorandum. i. ad deſtruendum ſacerdoteſ & templum & cauſa
ſubditur: ſpeculatoreſ eiuſ id ẽ ſacerdoteſ & doctoreſ ad quoſ ſpectat picula puidere
& populo nũciare ceci omneſ in cognitione Saluatoriſ quem reprobauerunt ꝓpter
qd̃ dicit Saluator de ipſiſ Mat. xv. ceci ſunt & duceſ cecorum. caneſ muti etc. qa nõ
latrabant contra populi uitia eo q̃ erant ſimilibuſ & maioribuſ peccatiſ irretiti. Vi/
denteſ uana quia tunc magiſ ſtudebant in curioſiſ utpote in curſu ſiderũ & ſimilibuſ q̃
in lege & Prophetiſ ꝓpter qd̃ Saluator dixit eiſ: Mat. xvi. Faciem celi diiudicare
noſtiſ. ſigna autem temporum nõ poteſtiſ. & uocat ibi temporum ſigna que de aduẽtu
Xp̃i per Propbetaſ erant dicta. Dormiẽteſ in hoc notat omneſ de carnalitate & etiã
de guloſitate cum ſubditur: & caneſ impudentiſſimi etc. ipſi paſtoreſ id eſt ſacerdoteſ &
doctoreſ qui paſcere debent populum uerbo & exemplo: ignorauerunt intelligentiã
ueram ſcripturarum propter quod Saluator improperat eiſ Ma. vii. q̃ irritabãt dei
mãdata propter traditioneſ ſuaſ & de falſo intellectu ſcripturarum arguit eoſ in plu/
ribuſ locis Euangelii. Omneſ declinauerunt in uiam ſuam. & que ſit illa ſubditur: cum
dicitur: unuſquiſq; ad auaritiam ſuam. Sacerdoteſ enim & ſcribe multum ad auaritiã
declinauerant. & ſub ſpecie religioniſ oblationibuſ & ſimilibuſ populum multipliciter
ſpoliabant. propter quod ſtatuerit in templo hominеſ qui uendebant oueſ & boueſ &
nũmulariоſ ut dictum fuit pleniuſ. Io. ii. & Mat. xxi. Vnde & in libro Hebraico q̃
dicitur ionia & eſt autenticuſ apud Iudeoſ dicitur q̃ in ſecunda domo erant auaritie
intenti. & uocat̃ ſcd̃a domuſ templũ in reditu captiuitatiſ babylonice edificatum. ubi
Chriſtuſ fuit oblatuſ. & ubi legitur pluieſ docuiſſe. uenite ſumamuſ uinũ. iſtud erat
uerbum eorum ſemetipſoſ ad carnalitatem inuitantiũ. & erit ſicut hodie ſic & craſ etc.
quia ſemper inueniebãt nouoſ modoſ extrahendi pecuniam a populo ad continuãdũ
iſta & ampliandum.

.LVII.

IVſtuſ periit: Hic remouetur error ſecunduſ. qui ꝓueniebat ex defectu penali
ex boc enim q̃ aliqui conſiderabant iuſtoſ de cõmuni curſu temporaliter affligi
pre ceteriſ & maxie Xp̃m & Apoſtoloſ & fideleſ alioſ in Eccleſia p̃mitiua cogitabãt:
q̃ boc eſſet pro peccatiſ eorũ & refugiebant uitam & doctrinam eorum ad oppoſita
uitia ſe conuertenteſ in ueteri teſtamẽto & in nouo teſtamento & ſecundum boc p̃ſ
capitulũ diuidit̃ in duaſ parteſ: quia primo error excluditur & ſecundo malicia eorũ
arguitur: ibi Voſ autem. circa primum dicitur Iuſtuſ periit id eſt Chriſtuſ qui morte

confusibili ex hoc mundo transiit. & non est qui recogitet. q̄ hoc est propter suum delictum. sed propter nostrum expiandum. & uiri misericordie. i. Apostoli aliiq; fideles ex cō passionibus animarum se laboribus & tormentis exponentes: colliguntur de uita p̄senti: sicut fructus futuri ad reponendū in horreo celesti. & nō ē q intelligat q̄ hoc sit ad bonū ipsorum sed magis ad malum ut estimant. quod excludit cū subdit: a facie. n. malicie hoim p̄ntis uite collectus ē iustus in horreo celesti ueiat pax celestis sup eū. requescat in cubiculo suo id est in gradu glorie sibi preparato qui ambulauit in presenti uita in directione sua non declinando a recta uia. Vos aūt hic cōsequēter arguitur errantium malicia. secundo cōmendatur redeuntium penitentia ibi qui aūt tertio amborum differentia ibi nō autem. prima in duas quia primo arguitur malicia populi Iudaici captiuitatem babylonicam p̄cedens scdo subsequens ibi in multitudine. malicia autem precedens potissime fuit idolatria propter quam sequuta est captiuitas illa ut patet ex. iiii. Re & .ii. Pa. & hoc est q̄ dicit uos autem attendite huc filii auguratricis id est gentis Iudaice que fuit multum intēta auguriis tempore Manasse & aliorum Regum malorum. semen adulteri & fornicarie sic est in Hebreo & in libris correctis. uocatur autem hic adulter ipsum idolum & fornicaria ipsa Iudea: que per idolatriam cum idolo fornicata fuit. & sic posteri eorum dicuntur filii fornicarie. & adulteri. & non solū illi qui fuerūt ante captiuitatē Babylonis. sed etiam illi q fuerūt post etiā tempore Xp̄i quia sicut merita patrū ut Abraham Isaac & Iacob recordāt ad laudem bonorum ita mala idolatrarum improperantur malis. super quem illusisti id est illusistis Xp̄m sputis colaphis illudendo. super quem dilatastis os ipsum diffamādo & uituperando. & eiecistis linguam ipsum blasphemando que patent ex multis locis in Euangelio quasi. d. hoc non fecistis super hominem tantū sed super deū & Saluatorē uestrū nunqd non uos filii sceleste? id ē sceleribus pleni. semen mendax? quasi diceret sic. qui consolamini in dis alienis. subter omne lignū frōdosum ibi enim colebant idola & in locis umbrosis iuxta luxuriam exercebant in ueneratione idolorū. s. Veneris & Priapi immolantes paruulos in torrentes ita q̄ sanguinem in parte decurrere faciebant intra aquā ad habendum ibi diuinatiōem. subter eminentes petras de rupibus enim solent torrentes descendere in partibus torrentis pars tua. hoc dicitur quia ad immolandum pueros eligebant talia loca. & ipsis id est idolis effudistis libamē de parte sanguinis puerorū libamen enim est oblatio de liquidis. obtulistis sacrificiū de carnibus eorum nunquid super his non indignabor. quasi diceret sic. tum propter effusionem sanguinis innocentis tum quia hoc fiebat ad impendendum obsequium idolis sup mōtē excelsum & sublimē posuisti cubile tuum ad fornicandū per idolatriam. & post hostiū etc. ut sic ingrediendo & egrediendo domum uideres idolū & sic nō elaberetur de memoria tua. qa iuxta me discoopuisti etc. loqtur de Iudea sicut de adultera. effrenata que in eodem lecto recipit adulterum cum marito & hoc fuit impletum potissime tpe Regis Manasse qui posuit idolum in templo domini. ii. Paralypō. xxxiii. & pepigisti cum eis scilicet fedus idolatrie dilexisti stratum eorum manu aperta scilicet ad faciendū expēsas magnas in idolatria. & ornasti te Regi sic est in Hebreo & in libris correctis unguento quo meretrices pingunt facies ut magis placeāt adulteris a& hoc fuit impletū maxīe tempore Achaz qui ut placeret Regi Assyriorū multiplicauit idolatriā in terra Iuda cum expensis magnis: Misisti legatos procul ad Regem Assyrorū tpe Achaz & ad Regem Egypti tempore Sedechie confidendo de hominibus & de dño diffidendo propter quod secuta est captiuitas Babylonica. Ideo subditur & humiliata es usq; inferos in Hebreo habet usq; ad Scol & aliquādo accipitur pro fossa aliquādo

pro inferno & utroq; modo accipit̃ hic quia in captiuitate Babylonica multi fuerunt mortui in peccatis suis quorum cadauera in fossis fuerũt proiecta & anime in infernũ descẽderunt. In multitudine hic consequenter ponuntur peccata Iudeorũ post captiuitatem Babylonicam inter que primum fuit auaricia ut dictum est supra: & ex hoc processerũt alia. qa scd̃m quod dicitur ad. Ti. vi. Radix omniũ malorũ ẽ cupiditas & hoc est qd̃ dicitur in multitudine uie tue laborasti: quia rectores populi ut Sacerdotes & huiusmõi p diuersas uias querebãt extorquere pecunias a populo nec dixisti qescam: qa auaritia semper iuuenescit. uitam manus tue inuenisti. i. omnia necessaria ad uitam uenerunt tibi ad manum. propterea non rogasti me deprecando deuote qa homines pleni diuitus obliuiscuntur dei Deut. xxxii. incrassatus est dilectus & recalcitrauit. incrassatus. impinguatus. dilatatus scilicet diuitus. sequitur dereliquit deum Factorem suum etc. pro quo sollicita timuisti? hic incipit uersus in Hebreo & legatur interrogatiue ut sit sensus pro quo sollicita timuisti? quasi diceret nõ pro me nec pro cultu nominis mei. ideo sequitur: quia mentita es. scribitur enim Exo. xxiiii. uenit ergo Moyses & narrauit plebi uniuersa uerba domini atq; iudicia respõditq; populus uiua uoce omnia uerba domini que locutus est faciemus & sic promisit pro se & p̃ sua posteritate legem domini seruare: quod non fecit. neq; cogitasti in corde tuo qa ego tacens etc. id est dissimulans punire peccata usq; ad tempus tamẽ postea punio grauius ideo subditur ego annunciabo id est manifestabo iusticiam tuam. i. iniusticiã ironice loquitur sicut ironice fatuo dicitur tu es multum sapiẽs. & opera tua id est diuitie tibi cõggregate: non proderunt tibi: ideo subdit̃: cum clamaueris in angustia obsidionis per Romanos. liberent te cõgregati tui id nũmi aurei & argentei quos indebite cõgregasti quasi diceret non poterunt. ideo subditur: & omnes eos aufert uentus id est Romanorum impetus. Qui autẽ: hic consequenter describitur reuertentiũ penitẽtia quia ad predicationem Christi & Apostolorum plures de Iudeis crediderunt. & penã per Romanos inflictam euaserunt quia ante aduentũ Romanorũ in Iudeã admoniti fuerunt per angelum fideles ut transirent in regnum Agrippe q erat cõfederatus Romanis: ut habetur in Ecclesiastica historia. ideo dicitur: qui autem habet fiduciã mei. i. in me & non in pecunias suis cuiusmodi tunc erant fideles nihil ꝓpriũ possidẽtes ut habetur Actuum. iii. Hereditabit terram & possidebit mõtem sanctum meum. s. Hierusalẽ in qua est mons Sió Helius. n. Adrianus Imperater Hierusalẽ destructã per Titum reedificauit prohibens Iudeos habitare in ea & cõcedens eius habitationẽ Xpĩanis. ideo subditur & dicam id est dici faciam per Adrianum: uiam facite etc. Ita ꝙ populus meus Xpĩanus absq; ullo impedimento possit ibi redire. potest etiam aliter exponi per hoc ꝙ dicitur hic hereditabit terram etc. intelligatur terra uiuentiũ quam uere penitentes possidebunt. unde quod subditur postea: declinate a semita etc. In Hebreo habetur expedite uiam quod sic glosat. Ra· Sa. amouete de uis figmentum malum per quod intelligit inclinationem fomitis ad peccatum & sic patet ꝙ secundum ipsum passus iste non intelligitur ad litteram de expeditione uie materialis in reditu Babylonice captiuitatis ut aliqui expositores nostri uolunt dicere. sed de expeditione uie in reditu ad deum per penitentiam. & huic dicto concordat quod subditur: quia hec dicit excelsus etc. & sequitur: in excelso habitas & cum contrito & hũili spiritu. etc. Non enim: hic consequenter ponitur obstinatorum & penitentium differentia in punitione & remedio. Circa qd̃ sciendum ꝙ adueniente punitione cessat cõminatio & ira punientis: prout quilibet expitur & hoc modo loquitur dicẽs. Non enim in sempiternum litigabo peccatoribus cõminando. neq; usq; in finem id est semper irascar:

cuius ratio subditur. quia spiritus a facie mea egredietur. etc. loquitur de se ipso ad modum hominis punientis de cuius naribus egreditur fumus & flatus. q. d. punitione facta cessabit ira mea ppter iniquitatem auaricie eius supple & aliorum malorū hāc auaritiam sequentiū. Iratus sum & percussi eū. per exercitum Romanoꝝ. auaritia enim Phariseorum & sacerdotum fuit occasio eis deridendi Xp̄m secundū qđ dicit̄. Luc. xvi. audiebant enim hec omnia Pharisei qui erant auari & deridebant eum. & ex cōsequenti odiū cōtra ipsum conceperūt ex quo ulterius eius mortē procurauerūt propter quod postea per Romanos puniti fuerunt. Abscondi scilicet me gratiam meā ab eis iuste subtrahendo. & abiit uagus per diuersa uitia. in uia cordis sui pronitatem fomitis sequēdo. uias eius uidi: quia omnia aperta & nuda sunt oculis dei. & sanaui eū id est dedi pro omnibus sanationis sufficiens remedium. & reduxi eum per penitentiā. quod intelligitur non de omnibus sed de uere penitentibus solum. & reddidi consolati/ones ipsi. i. donum spiritus sancti in signo uisibili Apostolis aliisq; credentibus. Actuū secundo & lugentibus eius qa eadem die ad predicationem Petri multi corde cōpūcti receperunt fidem Christi scd̄m quod dicitur Actuū. ii. Et appositе sunt in die illa aīe circiter tria milia. & propter hoc subditur creaui fructum labiorum id ē predicatiōis Christi & Apostolorum. pacem scilicet gratie in presenti & glorie in futuro. ex qbus subditur pacem ei qui longe est id est populo gentili ad Christum conuerso qui legem & Prophetas non habuerunt & qui prope id est populo Iudaico legem & Prophetas habenti. hanc autem scripturam inducit Apostolus ad Ephe. ii. & in Xp̄o impletam dicens & ueniens euangelizauit pacem. pacem iis qui prope & pacem iis qui longe. ex quo patet q̄ passus iste non intelligitur ad litteram de nuncio Cyri per regnum suum missis ad denuntiandum licentiam datam Iudeis redeundi pacifice in Iudeam ut aliqui expositores nostri uolunt dicere. Impii autem id est Iudei in sua malicia obstinati q̄si mare feruens etc. quia persequebantur ad mortem credentes in Christo: ut patet in Actibus Apostolorū in pluribus locis & redūdat fluctus eius in conculcationē & lutū sicut enim fluctus maris uenientes ad littora generant ibi lutum quod postea a transeuntibus conculcatur: sic persecutiones a Iudeis illate Christianis meruerunt q̄ conculcaretur tanq̄ ules a Romanis Non est pax dicit dominus deus impiis quia Iudei qui remanserunt obstinati: sunt per orbem uagi & in obprobrio & seruitute graui.

Clama ne cesses. Hic remouetur tertius error procedens .LVIII. ex defectu morali. aliqui enim confidentes de apparenti iusticia seu simulata per hoc presumebant saluari & istud multum urgebat tempore Xp̄i ut patet ex decursu Euangelii ubi multum arguit̄ Hypocrisis Phariseorum sacerdotum & legipsitorū & secundum hoc istud capitulum in duas partes diuiditur quia primo falsum remedium excluditur. secundo uerum concluditur ibi nonne hoc est etc. prima adhuc in duas qa primo falsitas ponitur: & secundo excluditur ibi ecce in die. Circa primum deus pater alloquitur hominem Xp̄m. d. clama ne cesses. predicationes debite continuando. q̄si tuba exalta uocem tuam. manifeste docēdo. hoc enim modo predicauit Christus ut patet in Euangelio. & annūtia populo meo. s. Israel scelera eorum id est pecca cōtra deum cōmissa Et domui Iacob qui alio nomine dictus est Israel peccata eorū cōmissa in proximum. huic enim populo predicauit Xp̄us in propria persona propter quod dicit Mat. xv. Nō sum missus nisi ad oues que perierunt domus Israel. me etenim de die in diem querunt legēdo scripturas de quo multum gloriabantur tamē hoc magis faciebant ad habendum dominium super populū qui tunc gubernabat̄ p̄ sacerdotes & legispitos q̄ propter notitiam ueritatis. & scire uias meas uolunt id est pretendūt q̄

hoc uelint quasi gens que iusticiam fecerit. cum tamen contrarium egerit. Secundo gloriabantur de oratione & quantum ad hoc dicitur: rogant me iuditia iusticie id est q̄ iudicē pro eis contra contrarios scilicet Romanos qui eos tenebant subiectos & ap/ propinquare deo uolunt .s.in iuditio: ad allegandum suam iusticiam. ideo subditur in persona eorum quare ieiunauimus & non aspexisti per exauditionem. humiliauimus animas nostras id ē nosmetipsos in cilicio & cinere & nescisti per approbationē q̄ autē tem pore Christi talia ieiunia facerent: patet Mat .ix. ubi discipuli. Io. dixerunt Christo quare nos & Pharisei ieiunamus frequenter tui autem discipuli non ieiunant? Ecce hic concluditur remedium falsum per responsionem domini cum dicitur: ecce in die ieiunii uestri inuenitur uoluntas uestra. & accipitur hic uoluntas pro appetitu sē/ sitiuo quem sequebanē contra dictamen rationis. & diuine legis. ideo subdit: & omnes debitores uestros repetitis cum austeritate etiam impotentes ad soluendum & tēpore prohibito scilicet anno septimo q est remissionis. Deut. xv. ecce ad lites & cōtētiones ieiunatis id est in die ieiunii uestri talia exercetis & percutitis pugno impie. iurando proximo non solum uerbis sed etiam factis. Ideo subditur Nolite ieiunare per talem modum. ut audiatur in excelso clamor uester contentiones & brigas suscitādo. nūqd tale est ieiunū quod elegi id est approbaui. per diem affligere hominem animā suā? id est seipsum per abstinētiam absq; pietate quasi d. non. quia exercitatio corporalis ad modicum utilis est. pietas autem ad omnia. 1. Ti. vi. Nunnqd contorquere quasi circulum in Hebreo habetur quasi hamum caput suum quod faciebāt ad ostētationē ieiunii in hoc designates dolorem capitis ex ieiunio. & saccum & cinerem sternere id ē pro lecto sibi parare nunquid istud uocabitur ieiunium scilicet deo acceptum. q. d. nō ex quo est pietate uacuū Nonne hoc est hic conseqñter uerum remedium concludit & primo quantum ad pietatis exercitium. secundo quantum ad diuinum cultum. ibi si auerteris quantum ad primum dicitur. Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? id ē approbaui scilicet in quo fit abstinentia a uitiis. & exercitiū in operibus pietatis ideo subdit. dissolue colligationes impietatis id est cauillationes: quibus sacerdotes & Pha/ risei inuoluebant simplices ad pecunias eorum exhauriendū. solue fasciculos dep̄mētes id est penas graues quas imponebāt super populum scd̄m quod dicitur Math. xxiii. alligant enim onera grauia & importabilia super humeros hominum. dimitte eos qui cōfracti sunt: ex dura seruitute. cetera patent usq; ibi. tunc erumpet quasi mane lumē tuum orietur tibi sole iusticie per gratiam. & sanitas tua citius oritur ab infirmitate culpe. & anteibit facie tuā iusticia tua per angelum te custodientem coram deo pre/ sentata. & gloria domini colliget te in morte. Tūc inuocabis hic concluditur remediū uerum quantum ad orationem: cum dicitur: tunc inuocabis & dominus exaudiet. s. quando exercueris opera pietatis. clamabis in feruore orationis & dicet: ecce adsum. p exauditionis effectum. quod aūt subditur: quia misericors sum dominus deus tuus. nō ē in Hebreo neq; in libris correctis. sed p modū glose interlinearis. primo fuit positū postea per imperitiam scriptorū textui insertum. Si abstuleris de medio tui cathenā desieris digitū extēdere alios de peccatis notādo: sicut faciebat Pharisеus Luc. xviii. incarceratos relexando uel cathenam uocat cauillationem ad inuoluendū simplices & dicens uelutetiam hic publicanus & loqui quod non p̄dest: alios uituperando & te cō/ mēdando. sicut ille Pharisеus dicebat non sum sicut ceteri hominum raptores adulteri Ieiuno bis in sabbato etc. cum effuderis esurienti animam tuam per pietatis effectum & etiam si facultas adsit per effectum ideo subditur & animam afflictam repleueris: eius defectum subleuando. orietur in tenebris lux tua id est mutaberis de tenebris

culpe ad lumen gratie & requiē ſcilicet mētiſ dabit tibi dominuſ ſemper ex quo patet
ꝙ non loquitur de requie temporali que frequenter interrūpitur & maxime iuſtiſ qui
de cōmuni curſu pluſ ceteriſ temporaliter affliguntur. ii. Ti. iii. omneſ qui pie uolunt
uiuere in Xpō perſecutiōem patientur. quod autem in aliquibuſ libriſ interponitur:
deuſ tuuſ: non eſt de textu. & implebit ſplendoribuſ animam tuam id eſt ſplēdoribuſ
diuine noticie & uirtutiſ & oſſa tua liberabit ab infirmitate corpiſ. & eriſ quaſi hortuſ
irriguuſ id eſt in boniſ operibuſ fecunduſ Et edificabuntur in te deſerta ſeculorum id
ē gētileſ adiungent tibi in una Eccleſia qui fuerūt deſerti in priſtiniſ ſeculiſ in quātū
caruerunt lege & Prophetiſ. fundamenta generationiſ & generationeſ ſuſcitabiſ id eſt
per generationum ſucceſſiōem adduceſ aliquoſ ad fidem qđ impletum eſt in Apoſtoliſ
& aliiſ credentibuſ de Iudeiſ per quorum predicationem & doctrinam in ſcriptiſ eorū
relictam conuertuntur gentileſ ad fidem. & uocaberiſ edificator ſepiū. edificare ſepeſ
materialeſ eſt officium pauperum & ruſticorum & ideo nō eſt tale quid quod debeat
promitti pro operibuſ uirtutum. & ideo ꝙ ſepeſ hic intelligūt impedimenta peccatoꝝ
& per ſanam doctrinam & ordinationeſ ſacraſ & hoc impletum eſt in Apoſtoliſ & eoꝝ
ſucceſſoribuſ: qui per ſanā doctrinam & ſacra Eccleſie inſtituta oppoſuerūt peccatiſ
obſtacula & ideo ſubditur Auertenſ ſemitaſ in quietem ſic eſt in Hebreo & libriſ cor/
rectiſ ad ceſſationem enim peccatorum ſequitur quieſ mentiſ propter quod dicitur in
fine capituli precedentiſ non eſt pax dixit deuſ meuſ impiiſ. Si auerteriſ. hic ponitur
uerum remedium quantum ad dei cultum: circa quod ſciendum ꝙ per obſeruationem
ſabbati hic intelliguntur omnia que ptinent ad debitum dei cultum ſicut & in p̄cepto
decalogi Exo. uicesimo memento ꝙ diem ſabbati ſanctificeſ ad cuiuſ obſeruantiam
maxime requiritur ceſſatio ab operibuſ peccatorū que ſunt maxime ſeruilia. Io. viii.
qui facit peccatum ſeruuſ eſt peccati. ideo dicitur ſi auerteriſ a ſabbato pedem tuū ut
non proceđaſ ad male agendum: ideo ſubditur: facere uoluntatem tuam ſequēdo ap/
petitum tuum irrationabilē ſecūdo ad obſeruationem ſabbati requiritur occupatio &
meditatio circa diuina ideo ſubditur. Et uocaberiſ ſabbatum delicatum etc. ſcilicet in/
tendendo ad diuina. & glorificaueriſ: id eſt honoraueriſ debite obſeruando dum non
faciſ uiaſ tuaſ ſequendo tuaſ concupiſcentiaſ. & nō inueniet uoluntaſ tua. i. effectuſ
ſenſibiliſ appetituſ ut loquariſ ſermonem ſcilicet malum contra deum uel proximum.
ſed magiſ ſiſ intentuſ ad deum laudandum: tunc delectaberiſ ſuper domino ſentienſ
intra te conſolatiōeſ diuinaſ & ſuſtollam te ſuper altitudineſ terre per contemptū ter/
reſtrium & appetitū celeſtium. & cibabo te hereditate Iacob patriſ tui. i. beatitudine
celeſti. bona enim terrena cum ſint multo minora operibuſ uirtutum non poſſunt eē
principale premium promiſſum Patriarchiſ pro operibuſ uirtutum ſicut declaratum
fuit diffuſiuſ Gene. decimoquinto oſ enim domini locutum eſt quaſi diceret hoc eſt
ſtabile & firmum.

.LIX.

ECce non eſt abbreuiata Poſtq̄ poſita eſt preparatio ad ſalutem hic cōſequēter
ponitur ſaluſ: & diuidit in duaſ parteſ: quia primo ponitur ipſa ſaluſ. Secundo
magnitudo ipſiuſ ca. lx. prima in duaſ quia primo ponitur ſalutiſ neceſſitaſ. ſcđo eiuſ
equitaſ ibi: & uidit dominuſ. Circa primum ſciēdum ꝙ neceſſitaſ iſta eſt ꝓpter miſeriā
culpe & pene quam incurrerunt Iudei ex contemptu Xp̄i. & de iſta eadem miſeria
exponit Ra. Sa. preſens capitulum & quantum ad hoc cōuenit mecū. ſed diſcōuenit
in quantum dicit Iudeoſ ab ea liberari per Xp̄m uenturum cuiuſ aduentuſ tranſiit in
preteritum. Igitur primo ponitur huiuſ miſerie deſcriptio. ſecundo eiuſdem cōfeſſio
ibi propter hoc prima in duaſ quia primo deſcribitur miſeria culpe. ſecundo pene ibi:

cogitationeſ. Circa primum dicatur. Ecce non eſt abbreuiata id eſt minorata manuſ domini id eſt poteſtaſ eiuſ: neq; aggrauata auriſ eiuſ quaſi diceret iſta miſeria in qua eſtiſ nō prouenit ex dei potentia uel ignorantia ad ſaluandū ſed ex parte ueſtra ideo ſubditur ſed iniquitateſ ueſtre diuiſerūt inter uoſ & deum ueſtrum. ſeperanteſ uoſ ab eo. & peccata ueſtra abſcōderūt faciem eiuſ a uobiſ demeritorie ne exaudiret quia non eſt ſpecioſa lauſ in ore peccatoriſ manuſ enim ueſtre id eſt opera ueſtra que per manuſ deſignantur eo ꝙ manuſ eſt organum organorum. iii. de anima polluta ſunt ſanguine ſcilicet pauperum bona eorum rapiendo. & digiti ueſtri iniquitate re/plicatio eſt eiuſdem ſententie ad maiorem aſſertionem non eſt qui inuocet iuſticiam id eſt Chriſtum qui factuſ eſt nobiſ a deo ſapientia & iuſticia. i. Corin. primo neq; eſt qui iudicet uere de factiſ Chriſti & loquitur Prophета quantum ad illoſ qui ſunt in infidelitate obſtinati ſed cōfidunt in nihili id ē in aduentu Meſſie futuro qui iā trāſiit in preteritum & ideo taliſ confidentia eſt ſuper nihilum & loquuntur uanitateſ quia doctoreſ Iudeorū multotienſ terminoſ prefixerunt de aduentu Meſſie & omneſ trā/ſierunt tanq̄ prenuntiati inaniter & falſe conceperūt laborem id eſt excogitauerūt inferre laborem Xp̄o & diſcipuliſ eiuſ. & peperierunt iniquitatem procedēdo ad ef/fectum ut patet ex Euangeliſ & Actibuſ Apoſtolorum oua aſpidum reppererūt id eſt conſilia uenenoſa contra Chriſtum & diſcipuloſ eiuſ in effectū exteriuſ ꝓduxerūt & telaſ aranee texuerunt. i. ad inuentioneſ falſaſ contra doctrinam Chriſti ut ab ea populum auerterēt q comederit de ouiſ eoꝝ cōſētiēdo maligniſ conſiliuſ ipſorū morieē morte culpe & quod confotum eſt erūpet in regulum: quia quicquid procedebat ex dictiſ conſiliuſ totum erat uenenoſum. tele eorum nō erunt in ueſtimentum ſcientie & uirtutiſ quibuſ anime ueſtiuntur & ornant ſed magiſ ad contrarium opera eorū opa inutilia id eſt nociua minuſ enim dicendo pluſ ſignificat ideo ſequitur: & opuſ iniqtatiſ etc. pedeſ eorum ad malum currunt etc. ſcilicet ad effuſionem ſanguiniſ Chriſti & diſ/cipulorum ſuorum ut patet de Xp̄o in Euangeliſ & Actibuſ Apoſtolorum de eiuſ diſcipuliſ. Cogitationeſ: hic conſequenter ponitur miſeria pene dicit enim Ioſephuſ. li. de Iudaico bello ꝙ poſt mortem Xp̄i ante deſtructionem ciuitatiſ per Titum Iudea erat lacerata intraneis diſſenſionibuſ & ſic cogitabant ſe mutuo ſpoliare & interficere. ideo dicit̄ cogitationeſ eorum cogitationeſ inutileſ id eſt nociue uaſtitaſ & contritio id eſt mutua priuatio rerum & occiſio pſonarum In uiiſ eorum ut dictum: eſt uiā paciſ neſcierunt quia poſt diſſenſioneſ intraneaſ Romaniſ rebellauerunt. & non eſt iudiciū id eſt executio operum iuſticie in greſſibuſ eorum id eſt in ſuiſ proceſſibuſ ſemite eoꝝ in curuate ſūt eiſ a rectitudine iuſticie & ueritatiſ omniſ qui calcat in eiſ per eaſ pro/cedendo ignorat pacem cum deo & proximo. Propter hoc hic conſequenter ponitur predicte miſerie confeſſio Eſaiaſ enim ipſam preuidēſ eam confitetur ſe cum illiſ nu/merando eo ꝙ erat de populo Iudaico ſicut Daniel. ix. ca. confitetur peccata populi ſui numerando ſe cum peccatoribuſ licet eſſet innocenſ & ſic dicit Eſaiaſ. propter hoc elongatum eſt a nobiſ iudicium id eſt executio iuſticie actualiſ Et apprehendet noſ iuſticia habitualiſ & loquitur de futuro per modum preteriti propter certitudinem Prophetie. expectamuſ lucem id eſt Xp̄m qui dicitur lux ſupra. xlix. ca. dedi te in lucem gentium etc. & ecce tenebre qa in aduentu Xp̄i Iudei pro maiori parte fuerūt excecati ſplendorem & in tenebriſ etc. repetitio eſt eiuſdem ſententie ad maiorē ex/aggerationem. impegimuſ in meridie id eſt tempore luciſ gratie quod maxime habuit rationē meridiei tēpuſ predicationiſ Chriſti propter euidētiam miraculorū rugiemuſ quaſi urſi etc. hoc fuit impletū in aduentu Romanoꝝ contra Iudeoſ. expectauimuſ

iudicium id est ꝙ fieret nobis iudicium de Romanis nos affligentibus & non est quia
econuerso fuerunt destructi a Romanis. salutem scilicet Xp̃m quem patres ueteris
testamenti expectauerunt & elongata est a nobis id est a Iudeis incredulis: propter
incredulitatem suam multiplicate sunt enim iniquitates nostre: quia Iudei a Christo
elógati ruunt de peccato in peccatum. & peccata nostra respóderunt nobis ꝑ miseriá
subsequutam. quia scelera nostra nobiscum per miserie effectú & iniquitates nostras
cognouimus id est ex certa scientia peccauimus quod est grauius q̃ ex ignorantia uel
infirmitate & reuersi sumus ne tremus post tergum dei nostri obediẽdo doctrine xp̃i
ut loqueremur calumniam cótra Xp̃m & eius familiam & transgressionẽ prosequendo
innocentes ad mortẽ. concepimus & locuti sumus de corde id est scienter & a ꝓposito
uerba mendacii contra Christum ut patet. Luc. xxiii. ubi accusauerunt Christum ꝙ
probibebat tributa dari Cesari & ꝙ uolebat Rex fieri cum tamen de contrario eẽnt
certi ꝙa dixit eis reddite que sunt Cesaris Cesari Mat. xxii. Et similitur sciẽs ꝙ uẽturi
essent ut constituerent eum Regem fugit in montem. Io. vi. & cóuersum ẽ retrorsú
iuditium in condemnatione Xp̃i innocentis per Pilatum. & iusticia longe stetit quia
non babuit ibi locum. quia corruit in plateis ueritas quia sacerdotes auerterũt turbá
a ueritate contra Christum ut Barrabam liberaretur: & Christus crucifigeretur. ideo
sequitur. & facta est ueritas in obliuióem: quia ueritas doctrine Xp̃i quam populus
audierat a mente eius recessit per sacerdotum deceptionẽ & qui recessit a malo de per/
secutione & morte Christi penitendo cuiusmodi fuerunt Iudei qui contriti fuerunt ad
predicationem Petri Actuum. ii. ubi dicit: His auditis cõpuncti sunt corde & dixerũt
ad Petrú & ad reliquos Apostolos quid faciemus: uiri fratres Petrus uero ait ad illos
penitentiam agite & babtizetur unusquisq; uestrum etc. sequitur ibidem & apposite
sunt in die illa anime circiter tria milia. prede patuit ut patet Actuum. viii. facta est
autem in die illa persecutio magna si Ecclesia que erat Hierosolymis. Et uidit: Hic
consequenter ponitur salutis equitas per punitionem malorum & saluationẽ bonorú
boc enim exigit equitas & boc in destructione Iudee per Romanos fuit impletú per
quam increduli fuerunt mortui & captiuati & credentes fuerunt saluati p̃mo ab exer/
citu Romanorum quia monitu angeli transierunt in regnum Agrippe ãte aduẽtú
eorum ut dictú est supra. postea a Iudeis quia per eorú destructionẽ fuerũt liberati
a persecutionibus quas eis faciebant: & reedificata ciuitate Hierusalem per Helium
Adrianum eam inbabitare pacifice permissi fuerunt. Ideo dicitur: & uidit dominus &
malum apparuit in oculis eius scilicet ꝙ fideles a Iudeis incredelis sic affligerentẽ. ideo
subditur quia non est iudicium eo ꝙ iniuste Principes Iudeorum Christianos condẽ/
nabant. & uidit quia non est uir etc. id est ꝙ non ponatur ibi remediú búana potẽtia
& saluauit brachium suú etc. uirtute sua apponẽs debitum remediú. Indutus ẽ iusticia
& lorica etc. loquitur de deo ad modum militis armati procedẽtis ad saluationẽ populi
sui. Indutus est uestimẽtis ultiõis id est exercitu Romanorú preparato ad punitionẽ
malorum ex instinctu diuino opertus est quasi pallio zeli. i. Tito qui erat super exer/
citum sicut palliú super aliqua uestimenta. & uocatur pallium zeli quia multú fuit
sollicitus de captione Hierusalem ad malorum punitionem. Ideo subditur: quasi ad
retributionem indignationis hostibus suis id est Iudeis in infidelitate obstinatis licet. n.
Titus debellaret ciuitatem eo ꝙ rebellauerat Romanis: deus tamẽ in boc instigabat
ut per eum uindicta fieret de Xp̃i inimicis. Insulis uicem reddet. Dicũtur autem hic
insule Hierusalem & alie ciuitates Iudee eo ꝙ sint site inter maria tota enim Iudea
secundum suam longitudinem sita est super mare mediterraneum ex parte occidẽtis &

ex parte oppoſito habet Iordanem fluuium tranſeuntem per mare Galilee & p mare mortuū. & timebūt q ab occidente nomen domini. etc. quia tūc temporis fides Catholica fuit multum dilatata ad omnes partes orbis. cum uenerit quasi fluuius uiolentus. s. Romanorum exercitus quem ſpiritus domini cogit. quia ſpiritus domini ad hoc eum inſtigauit ut predictum eſt. & uenerit Sion redemptor & eſt hic Sion datiu caſus p quam intelligitur Eccleſia ut dictum eſt ſupra. ii. ca. ad quam redimendam uenit in paſſione ſua. & iterum uenit per effectum in deſtructione Hieruſalem ad accipiēdū uindictā de morte ſua ueniet etiā ad recipiēdū penitētes in ſua miſericordia & maxie Iudeos feruide reuertentes ad ipſum detecta falſitate Antexpi per Enoch & Heliā. ideo ſequitur & eis qui redeunt ab iniquitate etc. & in hoc ſenſu allegat hec ſcriptura Ro. xi. hoc fedus meum cum eis quod ſubditur cum dicitur ſpiritus meus qui eſt in te. ad hoc enim deſcendit ſpiritus ſanctus ſuper credentes in die Penthecoſtes ut q pus erant timidi fierent firmi & ſtabiles in amore Chriſti. Et uerba mea que poſui in ore tuo quia illa extunc predicauit Eccleſia & predicabit uſq; ad finem mundi. & tunc in gloria ueritas hec predicata lucide apparebit in patria. .LX.

SVrge illuminare: Ad intellectum ſequentiū ſciēdum q aliqui doctores Catholici exponunt totum iſtud capitulum de proſperitate redeuntium de Babylone. ſed hoc non uidetur uerū quia illi nunq̄ fuerūt in tanta proſperitate de multo immo quasi omnia que dicuntur hic nō poſſunt exponi de ipſis niſi ualde extorte quia dicit hic. mirabitur & dilatabitur cor tuum quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris fortitudo gentium uenerit tibi. licet enim aliqui gentilitate relicta eis adheſerūt: tamē fuerunt pauci & parue reputationis & uirtutis Itē quod poſtea ſubditur & edificabūt filii peregrinorum muros tuos quia ipſi met edificauerunt eos tempore Neemie & cū magno labore & anxietate ita q una manu faciebant opus & altera tenebant gladiū Nee. iiii. & hoc timore aduerſeriorū eos impedire uolentium & q ibi ſubditur apient porte eius iugiter etc. quia magis tenebantur clauſe aduerſariorum timore. Item qđ poſtea ſubdit gens. n. & regnū qđ non ſeruierit tibi peribit. quia alia regna nō ſeruierunt eis ſed magis econuerſo. ṕmo Perſis tributū reddendo poſtea Grecis & poſtea Romanis ut patet ex libris Eſdre. Nee Macha. & Euangeliorū. & ex libris Ioſephi & aliorum hiſtoriographorum Item expoſitores iſti magis uidētur Iudaizare quātū ad hoc q̄ Hebrei qui exponūt totum capitulum hoc de tempore Meſſie. Vnde Ra. Moy. ſuper Gene. xxv. dicit q illud quod dicitur hic & ambulabunt gentes in lūie tuo etc. intelligitur de Meſſia. Dicūt igitur q ea que ponuntur hic implenda ſunt temporaliter in aduētu Meſſie ſed contra hoc arguitur in hoc quod uerſus finem ca. dicitur. Non occidet ultra ſol tuus etc. quia ſecundum antiquos doctores Hebreorū in aduentu Meſſie non eſt intelligendum aliquid immutari de curſu mūdi ut dictum fuit ſupra. xi. ca. & ideo quod dicitur hic de ſtatu ſolis & lune & de diuino lumine nō poteſt cōuenienter referri ad ſtatum huius mūdi ſeu proſperitatē terrenā ſicut Iudei intelligunt dicentes Meſſiam temporaliter regnaturū ſuper omnes gētes & tūc Iudei proſperabuntur eo modo quo in hoc capit. deſcribit. Igit dicendū q ſicut ca. p̄cedēti deſcripta eſt ſalus Xp̄i ita in hoc conſquenter deſcribitur magnitudo huius ſalutis & ṕmo ex pte materie recipiētis. ſcđo ex pte cauſe efficientis. ca. lxi. Circa primū ſciendū q materia ſiue ſubiectum recipiens ſalutem Xp̄i eſt fidelium Eccleſia que habet duplicem ſtatum ſcilicet in mundo quantum ad Eccleſiam militantem & in celo quātum ad triumphantē primo igitur ponitur magnitudo ſalutis Eccleſie reſpectu ſtatus ṕmi ſcđo reſpectu ſecūdi. ibi non audietur. Prima diuiditur in tres quia primo deſcribitur

proſperitaſ militantiſ Eccleſie ex fidelium multiplicatione ſcđo ex earú edificatione ibi & edificabunt. tertio ex bonorum aſſecutione ibi & uenient. Circa primú dicitur Surge illuminare Hieruſalẽ id ẽ Eccleſia militanſ ut dictum fuit ſupra. ii. capitulo. que ſurgere cepit & illuminari a principio doctrine Xp̃i quia uenit lumen tuú id ẽ Chriſtuſ qui eſt uera lux. Io. primo & ſupra. xlix. ubi dicitur de Xp̃o dedi te in lucẽ gentium. & gloria domini id eſt filiuſ qui eſt gloria dei patriſ ſicut & eiuſ ſapientia: gloria enim a claritate dicitur quaſi quedam claria c mutata in g & ſic appropriatur filio ſicut & cetera ad notitiam pertinentia ſuper te orta eſt in natura aſſumpta quia ecce tenebre operient terram etc. ubiq; enim extra Eccleſiam ſunt tenebre erroriſ & ignorantie & gloria eiuſ in te uidebitur per operationem miraculorum gloriã diuine uirtutiſ monſtrantium. & ambulabunt gẽteſ in lumíe tuo etc. id eſt in lumine Xp̃iane fidei quod apparet impletum in diuerſis partibuſ orbiſ in filiuſ Eccleſie. leua in circuitu oculoſ tuoſ etc. ad omnem enim differentiam orbiſ reſpectu Hieruſalem ubi primo p̃/ dicatum eſt & inde alibi p Chriſti diſcipuloſ deriuatú cõgregati ſunt fideleſ in unitate fidei Xp̃iane filii tui de longe uenient & filie tue de latere id eſt de prope. ſurgent. quaſi diceret utriuſq; ſexuſ perſone naſcentur. filii & filie tam de lõginquiſ partibuſ q̃ de propinquiſ. tunc uidebiſ multitudinem credentium & affluel conſolatiõibuſ diuiniſ & mirabitur ex tam ueloci multiplicatione quia a tempore Apoſtolorum deriuata ẽ fideſ ad omneſ terre habitabiliſ parteſ ſicut declaratum fuit ſuper illud. pſal. xviii. In omnem terram exiuit ſonuſ eorum & dilatabitur cor tuum pre gaudio quãdo cõuerſa fuerit ad te multitudo mariſ id eſt habitantium in inſuliſ ut patet de Sicilia & anglia & aliiſ inſuliſ & maribuſ. fortitudo gentium id eſt imperium Romanum qđ toti múdo dominabatur. Venerit tibi quod impletum fuit tempore Conſtantini. Inundatio ca/ melorum operiet te etc. Conſtantinuſ enim Imperator & multi alii potenteſ exemplo ſuo animati diuitiaſ multaſ per orbem miſerunt ſuper talia animalia ad ſuſtentationẽ miniſtrorum Eccleſie & pauperum Xp̃ianorum & Eccleſiarum Madian & Epha hoc dicitur qa in terriſ illiſ ſpecialiter naſcũtur talia animalia fortia. Omneſ de Saba uenient. hoc dicunt comuniter expoſitoreſ noſtri impletũ in illiſ Regibuſ q̃ uenerũt ad adorandũ Xp̃m natum & ideo dicitur omneſ etc. quia populi ſubiecti illiſ Regibuſ uirtualiter continebantur. Omne pecuſ Cedar etc. Nabaioth & Cedar deſcenderunt de Abraham & Iſmahele. Gene. xxv. & iſti habitabant in tabernaculiſ nutrienteſ pecora ideo ex tali occupatione deſignantur hic cum dicitur: omne pecuſ Cedar id ẽ minoreſ illiuſ populi. congregabitur tibi in ouile domini. loquitur enim hic Propheta Methaphorice. ſicut & in multiſ aliiſ locíſ. arieteſ Nabaioth id ẽ maioreſ illiuſ populi miniſtrabunt tibi. ſicut deuoti filii de iſtiſ enĩ gentibuſ plureſ crediderũt ad p̃dicationẽ Apoſtolorum aliorumq; diſcipulorum licet poſtea genſ illa fuit infecta perfidia Ma/ hometi. per iſtoſ autem intelliguné alii gentileſ ad fidem uenienteſ. ſed iſti ſpecialiter exprimuntur: quia deſcẽderunt ab Abrahã patre fidei noſtre offerenté ſup placabili altari meo id eſt ipſi Chriſto qui eſt altare & hoſtia. & domum maieſtatiſ mee id eſt Eccleſiam militantem glorificabo miraculiſ doctrinam Eccleſie confirmantibuſ. q ſunt iſti qui ut nubeſ uolant id eſt Apoſtoli aliiq; predicatoreſ per orbem uelociter diſcurrenteſ ad modum nubium & columbarum. quaſi diceret ſunt ualde mirabileſ. me enim inſule expectant id ẽ habitatoreſ inſularum quia recipiẽdo fidem ũde & Pauluſ Apoſtoluſ in multiſ inſuliſ fidem publicauit: ut habetur in Actibuſ Apoſtolorum: & naueſ mariſ etc. per hoc deſignatur promptitudo ad currendum. argentum eorum & aurum quia uenienteſ ad fidem offerebant deo ſe & ſua ut habetur Actuum. iiii. Et

reedificabunt hic consequenter describitur prosperitas Ecclesie militantis in Ecclesiarū
constructione cum dicitur & edificabunt filii peregrinorum id est uenientes ad fidē
nati de gētilibus qui fuerunt peregrini a lege & cultu dei. muros tuos id est Ecclesias
materiales ad dei cultum. & hoc patet impletum a tempore Constantini ut dictum ē
supra & Reges eorum ministrabunt tibi expensas ministrando ut dictum est potest
etiā hoc referri ad reedificationem Hierusalē per Titum dest ructam q̄ postea quasi
per. l. annos uel circiter Adrianus Imperator reedificauit q̄ sic loca sancta passionis
Xp̄i & sepulture fuerunt inclusa intra ciuitatem per dilatatiōem muri ex illa parte
que prius extra fuerat ut patet. Io. xix. iste autem Adrianus erat gētilis & ciuitatem
edificauit per gentiles artifices & sic potest exponi quod dicitur & edificabūt filii per-
egrinorum muros tuos o Hierusalem & Reges eorum ministrabunt tibi .s. expensas
quia Reges terre reddebant tributum Imperatori qui eam edificauit. In indignatiōe
enim mea contra perfidos Iudeos in te habitantes percussi te per Titū & reconciliatiōe
mea erga Xp̄ianos fideles misertus sum tui. reedificādo te per Adrianum qui ciuitatē
Xp̄ianis cōcessit ad habitandum & Iudeis habitationem prohibuit referendo autem
hanc litteram ad Ecclesie edificationem ut prius sic exponenda est littera. In indig-
natione enim mea percussi te. quia primitiua Ecclesia fuit multum afflicta: primo a
Iudeis postea a Tyrannis & secundum iudiciū humanū uidebatur procedere ex diuia
indignatione licet hoc esset ex paterna castigatione & probatione. scriptura enim
frequenter loquitur secundum modum humanum & secundum hoc dicitur hic: In
indignatione mea etc. & in reconciliatione mea misertus sum tui dans tibi pacem am-
pliationem & honorem tempore Constantini. Et aperient̄ porte tue etc. qa ecclesias
prius clausas precepit aperiri & per Imperium suum nouas edificari. potest etiam hoc
exponi de apparitiōe spirituali quia Ecclesia semper est aperta ad recipiendū penitētes
& quia a tempore Constantini ceperunt homines sine timore confugere ad Ecclesiam
Ideo subditur & afferatur ad te fortitudo gētium etc. quia exemplo Cōstātini multi
potentes & Reges uenerunt ad fidem Xp̄i gens enim & regnum quod non seruierit
tibi: peribit qa nullus potest fieri saluus nisi efficiat̄ Christi & Ecclesie seruus. gloria
Libani etc. quia ad edificationem Ecclesiarum educebant ligna electa & preciosa per
deuotionem Imperatoris Regum & potentum ad hoc sumptus prebentium. Possunt
etiam per istas arbores intelligi persone notabiles ad ortum Ecclesie per fidē uenientes.
& locum pedum meorum glorificabo id est Ecclesiam militantem in qua habitat speci-
aliter per gratiam dicitur tñ locus pedum dei eo modo loquēdi quo dicitur infra. lxvi.
celum mihi sedes est & terra scabellum pedum meorum. Et uenient Hic cōsequenter
ponitur prosperitas Ecclesie militantis quantum ad cōsecutionem honoris: cū dicitur:
& uenient ad te curui facientes reuerentiam tibi filii eorum qui humiliauerunt te id ē
Regum & Tyrannorum qui persecuti fuerunt Ecclesiam quod uidemus impletum
per orbem in fidelibus qui ex illis descenderunt. qui detrahebant tibi quia Xp̄ianos
uocabant Magos & maleficos ut patet in legendis multorum martyrum. Pro eo q̄
fuisti derelicta id ē pmissa ab eo affligi. & odio habita a Principibus mundi. & nō erat
qui per te transiret ad te temporaliter consolandum. ponam te in superbiam seculorū
id est in gloriam & honorem ita q̄ superbia nō sonat hic in uitium sed in honoris ex-
cessum & suggestum gentiū etc. id est ab eis accipies nutrimentū sicut uidemus impletū
in dotatiōe Ecclesie de bonis Principum. Et scies quia ego dominus etc. per experiētiā
boni quod faciam tibi. pro ere afferam aurū etc. In primitiua Ecclesia calices & alia
ecclesie uasa fuerunt de materia parū p̄ciosa ut de stagno cupro & ferro & huiusmōi

que postea facta sunt de auro & argento & lapidibus preciosis. & ponam uisitationē tuam pacem quasi diceret sicut uisitaui te castigando & probando in persecutionibus ita uisitabo te dādo tibi pacem & quietem. & Prepositos tuos id est Episcopos & alios Prelatos iusticiam scilicet effectiue quantum ad omnes: quia officium eorum ē docere iusticiam: que est per Christi fidem & etiam formaliter quantum ad bonos in tantum enim fuerūt iusti q̄ usq; ad tempora satis propinqua nobis omnes fere Episcopi faciebant miracula. & adhuc multi sunt boni. Non audietur: Hic consequenter ponitur prosperitas siue magnitudo salutis quantum ad statum Ecclesie triūphantis: que apta est fidelibus a tempore passionis & quantum ad hoc dicit̄: non audietur ultra iniqtas in terra tua. id est in celesti patria ubi iniquitas non habet locum Apoc. xxi. non introibit in eum aliqd coinquinatum uastitas & contritio quia sicut non habet ibi locum culpa sic nec pena. sed omnimoda securitas & exultatio iocunda. ideo subditur: & occupabit salus etc. Non erit tibi amplius sol ad lucendum etc. & hoc est quod dicitur Apoc. xxi. Ciuitas non eget sole neq; luna ut luceant in ea: sed claritas dei illūiabit eam. & quia hec illuminatio est eterna ideo subditur: non occidet ultra sol tuus etc. & cōplebūtur dies luctus tui etc. scd̄m quod dicitur Apoca. vii. & abstergit deus omnē lacbrymam ab oculis eorū populus autem tuus omnes iusti iusticia cōsummata & cōfirmata quia beati non possunt ultra peccare ideo subditur in perpetuo hereditabunt terram. scilicet uiuentium que nō amittitur nisi per peccatum germen plantatiōis mee hoc refertur ad hoc quod premittitur. populus autem tuus qui est germē plantatiōis diuine primo in terra morientium per gratiam a deo datam sed postea transplantatur in terra uiuentiū per gloriam ideo sequitur. opus manus mee ad glorificandum id est ad gloriam consequendam. minimus erit in mille etc. ideo dicit Saluator Mat. xi. qui autem minor est in regno celorū maior est illo ego dominus. Ideo possum hoc facere In tempore suo id ē in tempore debito & a me disposito. .LXI.

Spiritus domini Hic consequenter ponitur magnitudo salutis ex p̄te cause efficientis que Xp̄us est: In actione uero salutis requiritur clementia & potentia. primum ponitur ca. presenti. scd̄m in sequenti. propter Sion etc. prima in duas quia primo ostenditur in Xp̄o pietatis dulcedo scd̄o ex hoc oriens Ecclesie gratitudo ibi: gaudens prima in duas quia primo ostenditur in Christo dulcedo pietatis ex multiplici afflictorū consolatiōe. Scd̄o ex fidelium multiplicatione ibi & edificabunt Circa p̄mū sciendum q̄ aliqui expositores Catholici uolunt hoc exponere ad litteram in persona Esaie dicentis spiritus domini super me eo q̄ unxerit me scilicet spiritu Prophetie ad annūciandum etc. scilicet liberationem populi a captiuitate Babylonica & ad hoc adaptant litteram consequenter prout possunt. sed hoc non potest stare ut uidetur quia Saluator Luc. iiii. expresse dicit hanc prophetiam in eo fuisse completam. Igitur in persona Christi hominis dicitur hic spiritus domini super me quia secnndū hūanitatē minor est patre eo q̄ unxerit me dominus plenitudine gratie Io. primo uidimus eum quasi unigenitum a patre plenum gratie ad annūciandum mansuetis. id ē Apostolis & aliis doctrinam Christi in mansuetudine suscipientibus. misit me quantum ad efficaciā licet missus fuerit ad salutem omnium quantum ad sufficientiam. ut mederer cōtritis corde quia uere penitentibus datur gratia sanans uulnera peccatorum & predicarem captiuis id est in captiuitate peccati detentis indulgentiam per diuinam misericordiā & clausis id est patribus in limbo detentis aparitionem. illos enim eduxit Xp̄us in sua resurrexione ut predicarem annum laudabilem dño Iste est annus dominice passiōis in quo deus placatus est hūano generi soluta menda p̄mi peccati & diē ultionis hic est

dies iudicii extremi denunciatus a Xpo Mat. xxv. ut consolarer omnes lugentes. etc. id est lugentes statum psentis miserie & dilatatiõem celestis patrie hoc fecit Xpus Mat. v. d. beati qui lugent quoniam ipsi consolabũtur. lugentibus in Sion id est in Ecclesia militante per Sion designata extra quam luctus non est meritorius. & darẽ eis coronam scilicet glorie pro cinere id est abiectione Mat. v. beati pauperes spũ etc. oleum gaudii id est consolationem mentis pro luctu interiori. pallium laudis id est gaudium exterius pro spiritu meroris id est pro luctu exteriori. Et uocabũtur: Hic consequẽtur ostenditur pietas Saluatoris ex fideliũ multiplicatione ubi primo ponit conditio Apostolorum aliorumq; discipulorum Christi per quos fecit Christus hanc multiplicationem. & per hoc intelligitur conditio ministrorum Ecclesie eis succedẽtiũ cum dicitur: & uocabunt in ea id est in Ecclesia militante fortes iusticie id ẽ Apostoli & alii discipuli eorumq; successores qui ad maiorem tenentur iusticiam q̃ populus cõmunis. plantatio domini quia Apostoli & discipuli fuerant prius plantati in horto militantis Ecclesie ad glorificandum: ideo subditur: & edificabunt deserta a seculo id est gentiles reducent ad edificium Ecclesie militantis qui fuerunt quasi a deo derelicti ab antiquo eo q̃ non habuerunt legem nec Prophetas. & ruinas antiquas erigent id est gentiles erigent ad statum fidei qui ab antiquo fuerũt ruinosi in peccato idolatrie & aliis multiplicibus peccatis & instaurabũt ciuitates desertas id est dissipatas p idolatriã que per eos fuerunt instaurate ad latriam & stabũt alieni id ẽ gentiles ad fidẽ cõuersi & pascent pecora uestra etc. Ista deseruiunt ad uictum & uestitum: & p hoc designat q̃ predicatores Euangelii possunt accipere sumptus ab illis quibus predicant: ut dicit Xpus Luc. x. & Apostolus primo Corin. ix. dominus ordinauit iis qui Euangelium annũciant de Euangelio uiuere p hoc etiam intelligitur q̃ ministri Ecclesie habituri essent de iure decimas animalium & terenascentium sicut uidemus impletum & quantũ ad istam partem decimam laici dicũtur pascere eorum pecora id ẽ pro eis & uinitores eorum & agricole & sic alieni dicuntur hic laici qui non debent ad diuinum mysteriũ accedere. Vos autem sacerdotes domini uocabimini id est uos Apostoli & alii discipuli & successores uestri dato etiam q̃ sint de gentilitate uocati a tẽpore enim Apostolorũ multi de gentilibus uocati ad fidem ab eis instituti fuerunt Episcopi & sacerdotes ut patet de sancto Clemẽte. Dionisio Tito Timotheo. & multis aliis. fortitudinẽ gẽtium comedetis. quia ministri Ecclesie de bonis laicorum sustentantur. & in gloria eorum superbietis id ẽ a gloriosis & potẽtibus laicorum eritis honorati sicut uidemus q̃ principes prelatos honorant sicut patres pro confusione uestra duplici. Istud refertur ad tempus primitiue Ecclesie in quo qui populo prelatus preficiebatur p̃us ad tormenta ducebatur: & duplex malicia eis imponebatur. scilicet q̃ essent in se sacrilegi & q̃ ab eis alii essent decepti & sic grauius puniebantur. laudabunt partem eorum. i. uestram scilicet mercedem & est hic metaplasmus ut exponunt aliqui sed quia iste modus loquendi uidetur extraneus a communi modo loquendi scripture sacre maxime quia metaplasmus secundum autores gramatice est transformatio syllabe in syllabam uel littere in litteram uel accidentium eius causa metri uel alia causa rationabili secundum quod fit mutatio dictionis in dictionem ut dicitur hic non inueni. Ideo põt aliter dici Laudabunt partem eorum id est suam quia obprobria & tormenta Apostolis & aliis prelatis Ecclesie illata cedebant ad bonũ populi propter hoc in terra sua. i. ẽ in celesti patria duplicia possidebunt id ẽ duplicẽ gloriam anime scilicet & corporis. ideo subdit̃ letitia sempiterna erit eis. potest etiam hec duplicitas intelligi in presenti secundum qd̃ dicit̃ primo. Timo. v. qui bene presunt presbiteri duplici honore digni habeãtur.

quia a populo debetur eis uictus & honor. Ex hac autem littera patet quod dictum est supra scilicet q̄ presens capitulum intelligi non potest de prosperitate redeuntium de Babylone quia prosperitas eorum non fuit dupla respectu temporis captiuitatis p̄/cedentis sub Regibus Israel & Iuda immo multo minor quia quasi continue fuerunt in afflictione & seruitute ut dictum est supra frequenter. nec eorum letitia fuit sempiterna sed satis breuis. quia ego dominus diligens iudiciū & ideo sanctis patribus uolo reddere duplex premium. Et odio habens rapinam in holocaustum: non enim uult dominus q̄ sibi fiat oblatio de alieno. & dabo opus eorum id est Apostolorum & eis succedētium In ueritate id est in predicatione ueritatis Catholice & scietur in gētibus semen eorum id est successores eorū omnes qui uiderant eos cognoscent illos distinctos ab aliis in operibus miraculosis & uirtuosis in quibus Apostoli & eorum successores cō/munem populum excellebant in multis. Gaudens Hic consequenter ponitur Ecclesie gratitudo: cum dicitur gaudēs gaudebo in domino: & duplicatur uerbum gaudii quia ex gaudio et gratitudine interiori fit redūdantia in signo & operatione exteriori. qa induit me uestimento salutis id est notitia diuine gratie & uirtutis que sunt Ecclesie uestimenta & ornamenta· & indumento iusticie id est opere iusto ad proximū. quasi spōsum decoratum corona: hoc dicitur propter Prelatos qui sunt sponsi Ecclesiarum sibi cōmissarum & in hoc sunt Christi uicarii. & quasi spōsam etc. hoc refertur ad po/pulum Prelatis subditum. sicut enim terra profert germen suum ex influentia solis sic dominus deus qui est sol iusticie: germinabit id est garminare faciet iusticiā in corde & opere. & laudem in ore. coram uniuersis gentibus per predicationem Apostolorum & aliorū Xp̄i discipulorū & eis succedentium. .LXII.

Propter Sion Aliqui expositores Catholici exponunt hoc capitulū sicut p̄cedēs de prosperitate redeuntium de Babylone dicentes q̄ per illud quod dicitur hic: Donec egrediatur ut splendor iustus eius etc. intelligitur Cyrus qui fecit iusticiam eos remittendo & de captiuitate saluando & sic consequenter litteram adaptant ad suum propositum sed ualde extorte in multis quorum pauca accipiam: qđ enim subditur hic & eris corona glorie etc. exponūt de dignitate sacerdotali & regia q̄ nō pōt cōueni/enter dici quia dignitas sacerdotalis & regia cōsistebat in hoc q̄ instituebātur Reges per sacram unctionem que secundum Iudeos cessauit a destructione primi templi ita q̄ toto tempore templi secundi per redeūtes de Babylone edificati nō fuerunt aliqui sacerdotes uel Reges sic instituti. Item toto illo tempore caruerunt Regibus usq; ad Aristobolum filium Hyrcani qui prius sibi diadema imposuit post. cccc. lxxxi. ānos & tres mēses. ex quo populus de Babylonica captiuitate liberatus ad propa remeauit ut dicit Iosephus. xiii. libro antiquitatum. ca. xxi. Item quod dicitur infra si dedero triticum tuum ultra cibū inimicis tuis etc. exponunt de pacifica collectiōe terrenas/centium a Iudeis post dictum reditum quod non est uerum: quia frequenter illo tpe fuerunt molestati a Samaritanis & aliis gentilibus circunstantibus non solū in bonis exterioribus sed etiam in personis: ut patet in libris Esdre. Nee. Macha. & Iosephi. Regibus etiam personarum reddebāt tributum de bonis suis & postea Grecis & Ro/manis propter quod etiam Ra. Sa. & alii Hebrei exponunt istud capit. & precedens de prosperitatate quam expectant eis futuram tempore Messie propter quod nos qui secūdum ueritatem confitemur Christum uenisse: habemus ipsū exponere de ꝑspitate Ecclesie. Igitur sicut capit. p̄cedenti ostensa ē clementia Saluatoris in consolatiōibus & benefitiis Ecclesie exhibita. Ita in hoc ca. & similibus ostenditur eius potentia. & diuiditur in duas partes quia primo describitur eius potestas. scđo potestatis ueritas.

ibi Iurauit dominus. Circa primum dicit Prophetа: propter Sion etc. id est propter gloriam Ecclesie quā uideo futuram nō cessabo a diuinis laudibus & precibus donec egrediatur de sinu patris in mundum ut splendor iustus eius id est Christus qui ratiōe deitatis dicitur splendor patris & figura substantie eius Hebreorū primo & Saluator eius per suam omnipotentiam propter quā subditur in auctoritate allegata Hebre. primo portansq; omnia uerbo uirtutis sue purgationē peccatorū faciēs etc. & lāpas accendatur ardore caritatis ad alios accendēdum sicut ex lampade accensa accēdunt alie propter quod dicit Luc. xii. Ignem ueni mittere in terram: & quid uolo nisi ut accendatur. & uidebunt gentes iustum tuum per fidem in predicatione Apostolorum & cuncti Reges indytum tuum quia multi receperunt fidem Xp̄i & omnes recipient ante finem mundi. & uocabitur tibi nomen nouum scilicet Ecclesia Christiana: que prius uocabatur Iudeorum Synagoga. quod os domini nominauit. Mat. xvi. super hanc petram. i. est super me Christum edificabo Ecclesiam meam. & eris corona glo/ rie etc. id est coronata gloria sic dicit notabiliter liberali non solum dicitur: q̄ sit libe/ralis in concreto sed etiā liberalitas in abstracto. In manu domini. i. in eius p̄rectiōe & diadema regni ista secunda coronatio pertinet ad honorem Ecclesie militantis: nō uocaberis ultra derelicta a sponso qui dicit Mat. ultimo ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationem seculi. & terra tua non uocabitur amplius desolata id est diuinis consolationibus destituta que semper aderunt Ecclesie etiā in pressuris. sed uocaberis uoluntas mea in ea per bona opera mihi accepta. & terra tua inhabitata a fidelibus: & terra tua inhabitabit. per hanc secundam intelligitur terra uiuentiū ad quā fideles de presenti uita transferuntur. habitabit iuuenis cum uirgine sancte & caste ut Io/seph & Iohannes cum Maria. Valerianus cum Cecilia & Chrysanthus cum Daria & plures alii hanc perfectionem imitantes ut habetur in collationibus patrum & alis pluribus locis. & habitabunt in te filii tui per baptismū regenerati & gaudebit spōsus super sponsam id est super Ecclesiam & gaudebit super te deus tuus id ē tota trinitas super muros tuos Hierusalem constitui custodes id est constituendos a deo predixi ut sit uerbum Esaie dicit autem hic glosa Hebraica q̄ per muros intelligūtur hic patres sancti Abrahā Isaac & ceteri quorum merita posteris sunt q̄si defēsiōis muri & p̄ cus/todes angeli sancti eorum merita coram deo recolentes & nos multo fortius possumus dicere q̄ isti muri sunt Apostoli secundum quod dicitur Apoc. xxi. & murus ciuitatis habens fundamenta. xii. & in ipsis nomina duodecim Apostolorum & agni scripta: & per custodes intelliguntur angeli ad custodiam fidelium deputati eorum merita corā domino p̄sentantes. & qa pro bono statu Ecclesie nō solū angeli sunt sollicitī sed etiā homines deuoti: Ideo eos exhortando subditur qui reminiscimini dñi ne taceatis cessando a precibus & laudibus diuinis: Donec stabiliat contra omnem aduersitatem. & donec ponat Hierusalem id est Ecclesiam. laudem in terra. quod implebit circa finē mundi quādo omnes conuertētur ad fidem Christi. Iurauit hic consequēter describit Saluatoris ueritas quia non sufficeret potestas ad saluandum nisi simul adeēt ueritas in ad implendo promissum. & diuiditur in duas partes quia primo ponitur huius ueri/tatis ostensio scd̄o ex hoc inducitur quedam salubris monitio ibi: transite. primū autē ostenditur per certitudinem iuramenti cum dicitur: Iurauit dominus in dextera sua id est in filio: qui dicitur eius dextera & brachiū supra. liii. brachium domini cui reuelatū est. si dedero id est non dabo triticum tuum etc. triticum Ecclesie est sacramētum eu/charistie in pane triticeo confectum quod non est in fidelibus dandū nec per hoc qd̄ additur ultra intelligendū est q̄ ante fuit eis datum quia hec dictio ultra non semper

importat talem anteceſſionem ſicut patet Deutro. ultimo ubi dicit̃ non ſurrexit ultra Propheta ſicut Moyſes quem noſſet dominus facie ad faciem etc. quia nec ſimilis ante eum fuerat in conditionibus ibidem expreſſis & ſi biberint id eſt non bibent. filii aliena a fide Catholica. uinum tuum id eſt X̄pi ſanguinem ſub ſpecie uini contentum. In quo laboraſti licet enim Summus ſacerdos Ieſus Chriſtus hanc conſecrationem faciat: tamen ſacerdotes ad hoc laborant ieiuniis & orationibus & aliis piis operibus ſe diſpo/nendo: ut uerba conſecrationis debite proferant. & ſacramentū percipiant. Quia qui congrebunt illud ſcilicet triticū predictū comedent per congregationē hic intelligit̃ labor fidelium diſponendo ſe ad debite communicandum ſicut dictū ē de ſacerdotibus nominatur tamen iſte labor nomine cōgregationis qa iſtud ſacramentū ē ſacramentū eccleſiaſtice unitatis. Eſt etiã circa hoc ſacramentum labor fidelium corporalis in pre/paratione materie ſcilicet panis & uini in quibus conficitur hoc ſacramentum. & qui conportant illud ſcilicet uinum per comportationem intelligitur hic labor predictus fidelium. bibent in atriis ſãctis meis id eſt in locis diuino cultui conſecratis ex quo patet ꝙ non eſt hic ſermo de pane triticeo & uino communiter acceptis quo utunt̃ homines in locis non ſacris & magis q̃ in ſacris quia loca ſacra non ſunt epulis & cōuiuiis cōibus apta nec erant in uetere lege. Tranſite hic ex predictis ponit̃ monitio ſeu exhortatio ex hoc enim ꝙ Saluator eſt potens & fidelis in promiſſis adimplendis debent omnes ad Eccleſiam tranſire cui bona promiſſa promittuntur. & conceduntur & hoc eſt quod dicitur: tranſite ad Eccleſiā militantem tranſite ad triumphātem per portas porta mi/litantis ē baptiſmus. porta triūphantis ē extrema unctio que ē ſacramentū exeuntium de hoc mundo ad tranſeundum ad celum. preparate uiam populo uos predicatores & ſacerdotes ſacramenta miniſtrantes. Planum facite iter amoueudo impedimenta: que ſunt peccata. unde dicit hic R.a. Sa. ꝙ hoc dicitur de figmēto malo per qd̃ intelligit fomitem inclinantem ad peccatum: & ſic patet etiam ſecundum ipſum ꝙ non eſt hic ſermo de preparatione materialis uie eleuate ſignum: ad populos uirtutem ſancte crucis eis predicando & quia iam factum eſt: quantum ad aliquos credentes in omibus partibus terre habitabilis a tempore Apoſtolorum ſecundū quod diffuſius declarat ſuper illud pſal. xviii. In omnem terram exiuit ſonus eorum etc. ideo ſubditur. Ecce dominus auditum fecit in extremis terre ideo ſubditur: audite filie Sion id eſt con/gregatio fidelium. ecce Saluator tuus uenit. ſ. ueniet ad iudicium ſicut p incarnationē iam uenit in mundum ecce merces eius cum eo ad reddendum penam uel premiū ſcd̃m merita & demerita hominum. & uocabunt ſcilicet angeli ſancti qui erunt executores diuini iudicii eos ſcilicet electos: populos ſanctos eos ad gloriam deducendo: tu autē. ſ. Eccleſia uocaberis ciuitas quieta. ſ. a dño & angelis ſanctis & nō declarata in manibus demonum cum reprobis.

.LXIII.

QVis eſt iſte: Capitulum iſtud exponitur cōmunitur de Chriſto ab Hebreis ex/poſitoribus & latinis aliter tamen dicit enim R.a. Sa. ꝙ per Edom cum dicitur hic quis eſt iſte qui uenit de Edom etc. intelligitur Romanum Imperiū prout fuit in latitudine ſua quando dominabatur uniuerſo orbi dicens: ꝙ Meſſias in aduentu ſuo multos de habitatoribus orbis interficiet propter hoc deſcribitur hic eius ueſtimentum ſanguine rubricatum & omnes reſiduos Iudeis ſubiciet & ad hoc aptat litteram ꝙ potest. ſed non proſequor hanc expoſitionem quoniam fundatur ſuper falſum: cum aduentus Chriſti tranſierit in preteritum. Catholici uero communiter exponunt de Chriſto poſt paſſionē ſuam redeunte ad patrem ſequentes in hoc beatos Hieronimū & Dionyſium ſecundum quos illud quod dicitur hic quis eſt iſte qui uenit de Edō etc.

est uerbum angelorum Xp̃m ascendentem admirantium & de eius mysterijs plenius doceri & illuminari petentium aliter tamen quia secundum Hieronimum est uerbum ãgelorum inferiorum querentiũ edoceri a superioribus. scd̃m Dionysiũ uero. vii. ca. Celestis Hierarchie ẽ uerbum omniũ quia etiam supremi angeli quesierunt de p̃dictis plenius edoceri: sed istis uidetur obuiare dictum Augustini. v. super. Gene. ubi dicit ad litteram q̃ angeli a principio cognouerunt omnia mysteria gratie fienda. cui dicto respondetur ab alijs q̃ licet cognouerũt dicta mysteria in generali non tamẽ quãtũ ad omnes conditiones particulares. & de istis quesierunt plenius edoceri. Hanc autem expositionem non intendo prosequi per omnia quia diffuse traditur in glosa & aliorũ postillis ad quos quilibet potest recurrere. nec ipsam in aliquo reprobare intendo sed tãtum per modum inquisitionis scholastice aliqua circa eam dicere primum est q̃ ista expositio in aliquibus uidetur extranea quia secundam ipsam cum dicitur hic quis est iste: qui uenit de Edom per Edom intelligendus ẽ locus ubi Xp̃us ascendit. s. mons Oliueti uel Hierusalem que est iuxta. q̃ aũt Hierusalem uel Iudea intelligatur per Edõ uidetur extraneũ cum Idumea semper fuit Iudee inimica sicut Esau ipsi Iacob Item q̃ dicitur infra: Et aspersus est sanguis eorum super uestimẽta mea sic exponit ab eis ut sit uerbum Christi de sua passione loquentis: & aspersus est sanguis eorũ. i. meus sanguis qui dicitur eorum eo q̃ est effusus per procurationem Iudeorũ hoc extraneum uidetur quia non recolo me uidisse alibi in scriptura talem loquẽdi modum. Item Christo ascendente mysterium incarnationis iam erat in effectu quantum ad substantiam facti & circunstantias talia uero postq̃ sunt in effectu posita nõ uidentur excedere facultatem cognitionis angelice & maxime quia angeli etiam inferiores qui mittuntur in mysterium fuerunt in istis ministri: ut patet de ãgelis Christi natiuitatẽ denuntiantibus ipsis pastoribus & de angelis apparentibus marie & Ioseph & tribus Magis & consimilibus ut patet ex Euangelio in pluribus locis & ideo dubium uidetur q̃ ascendente Christo quererent plenius edoceri de passione Christi dicendo q̃re ergo rubrum est indumentum tuũ etc. ut dicit ista expositio. Item dato q̃ non sit ibi aliqd̃ tale dubium seu modus loquendi extraneus: tamen nõ sumus artati ad tenendũ ipsum tũ quia sacra scriptura expresse non determinat esse sensus huius scripture sicut determinat de pluribus aliis in hoc libro scriptis & aliis ueteris testamenti uerbi gratia quod dicitẽ supra in principio. lxi. ca. spiritus domini super me: eo q̃ unxerit me. Saluator dicit Luc. iiii. impletum fuisse in ipso similiter nec autoritas Ecclesie determinauit hoc quod uiderim uel audierim sed solum ad hoc habemus autoritates sanctorũ Dionysii & Hieronymi ex quibus non habetur argumentũ necessariũ sed tãtum probabile q̃ sic debeat intelligi ut dicitur in summa sancti Thome parte id est articulo. viii. p̃me questionis. & idẽ dicit scũs Augustinus in Epistola ad Vincentiũ Donatistam qui arguebat contra ipsum de dictis sancti Hilarii ad quod respondit. d. hoc genus litterarũ ab autoritate canonis distinguendum est non enim sic leguntur tanq̃ ita ex eis testimonia proferantur ut contra sentire non liceat etc. Item de obscura traditione sacre scripture in pluribus locis & maxime in Prophetis una causa a doctoribus assignatur ut per studiosos multipliciter exponatur secundũ quod dicitur. Daniel. xii. Tu autẽ Daniel. claude sermones & signa librum usq; ad tempus statutũ pertransibũt plurimi & multiplex erit scientia id est expositio ut dicũt doctores nostri: propter quod absq; preiudicio aliquo expositionis predicte intẽdo aliam prosequi que mihi clarior uidetẽ Predicta uero sic diffuse posui non solum pro isto loco sacre scripture sed etiã p̃ alijs ut diligens lector cõsideret que expositiones sacre scripture necessario sunt tenende &

que non. Ad euidentiam expoſitionis ponẽde conſiderandũ ꝙ Edó & Boſra in Heb. ſunt nomina propria & appellatiua prout autem ſunt propria Edom eſt nomen filii Iſaac qui alio nomine uocat Eſau. Gene. xxv. & etiam terre ab eo denominate que latine dicitur Idumea Boſra uero uel potius Biſra ſic enim ſcribitur in Hebreo nomẽ eſt ciuitatis unde fuit Iobab Rex Edom Gene. xxxvii. prout uero ſunt appellatiua Edom ſignificat rubedinem & Boſra munitionem. His igitur predictis ueniamus ad diuiſionem. Superius enim poſita eſt facta per Chriſtum ſaluatio. Hic conſequenter ponitur huius ſaluationis diſcretio que perfecte fiet in finali iudicio tũc. n. Saluator ſegregabit electos a reprobis. ſicut ſegregat paſtor oues ab hedis. Math. xxv. Illud autem iudicium precedet perſecutio Antixp̃i & eius exterminium ideo primo ponit Antichriſti maifeſtatio & detectio. Scđo iudicii executio. ca. lxiii. Circa primũ ſciẽdũ ꝙ ſicut dicut Methodius martyr & doctores cõmuniter ad detegẽdũ Antichriſti per/fidiam mittentur a deo Enoch & Helias qua detecta Iudei cõuertentur ad fidẽ Xp̃i penitentiam agentes & ideo hic primo ponitur Antichriſti detectio & ſcđo Iudeorum cõuerſio ibi miſerationum domini etc. Circa primum Eſaias preuidens Antixp̃i poteſ/tatem futuram & per Chriſtum ſubito deuciendã admiratiue. d. quis eſt iſte id eſt q̃m victoriosus qui uenit de Boſra id ẽ de Hieruſalem ciuitate munita in qua Antichriſtus ſedebit in templo tanq̃ ſit deus & Theſſ. ii. & ipſam muniet ad ſui ſtabilitiõem. de Edó tinctis ueſtibus id ẽ rubricatis ſcđm quod dicitur infra. quare ergo rubrũ ẽ ueſtimentũ tuũ? & per hoc deſignatur interfectio Antichriſti quem dominus Ieſus Xp̃us inter/ficiet ſpiritu oris ſui in monte Oliueti qui eſt iuxta Hieruſalem. & loquit̃ hic de Xp̃o ad modum hominis uictoris cuius ueſtimẽta ſunt rubricata ſanguine uictorum ab eo. Iſte formoſus in ſtola ſua id eſt in humanitate glorioſa que eſt quaſi ueſtimentũ dei/tatis Phil. ii. in ſimilitudinẽ hominum factus & habitu inuentus ut homo. gradiens in multitudine uirtutis ſue quia tunc apparebit cũ angelorum multitudine. Cõſequenter ponit̃ Xp̃i reſponſio ad queſtionẽ Prophete. d. ego qui loquor iuſticiam. ſpiritu oris mei interficiendo impiũ & partem magnam ſibi adherentium. & propugnator ſum ad ſaluandum ſcilicet electos de perſecutione Antichriſti & conſequenter querit ꝓpheta iterum quare ergo rubrum eſt indumentum tuum etc. & patet: ex predictis ſententia & ſubditur Chriſti reſponſio. d. torcular calcaui ſoluſ. & accipitur hic continens pro contento. ſ. torcular pro uuis in torculari calcatis. per quas intelligitur hic Antixp̃s & ſatallites eius. & de gentibus non eſt uir mecum quia nullus de hominibus poterit deuicere Antichriſtũ. calcaui eos in furore meo id eſt in uindicta iuſticie mee. & aſpſus eſt ſanguis eorum etc. & patet ex dictis ſententia. dies autem ultionis. ſ. ſanctorum de impio Antichriſto. In corde meo ſcilicet firmiter diſpoſita annus retributionis uenit: reddẽdo ſibi & ſatellitibus ſuis penam debitam pro peccatis uel aliter ãnus retributiõis id eſt iudicii generalis. circunſpexi & non erat auxiliator exponatur ſicut ſupra. De gentibus nó eſt uir mecum & ſaluauit mihi ſcilicet electos meos de perſecutione Anti/chriſti. brachium meum id eſt potentia mea. indignatio mea contra Antichriſti mala ipſa auxiliata. ẽ mihi. quantũ ad decentia diuine iuſticie procedet iſta uindicta loqt̃ hic Propheta de futuro per modum preteriti quod frequẽter fit in Prophetis ꝓpter certitudinem prophetie. & conculcaui populos auferendo eis ſenſum & potentiã eua/dendi. & detraxi in terra uirtutẽ eorũ adnihilando ipſam Miſerationũ hic cõſequẽter ponitur cõuerſio Iudeorum ad Chriſtum ubi primo pro gratia impetranda recolũtur beneficia antiqua. ſecundo ponitur eorum petitio deuota ibi ubi eſt. Circa primum recoluntur primo in generali beneficia exhibita Iudeis cum Eſaias dicit in eoꝝ ꝑſona

miserationú domini recordabor etc.& patet sententia usq; ibi & dixit scilicet dominus uerumtamen populus meus est etc. i. quãuis sint peccatores in multis & a temporibus antiquis tamen quia elegi eos in populum a tempore Abrahe cui data fuit circuncisio que est signum distinguens Israel a gentibus filii non negantes scilicet nomen meum in afflictione Egypti quasi diceret decens est propter hoc apud me ipsorum misereri ideo subditur & factus est eis Saluator in omni tribulatione eorum quam sustinuerũt non est tribulatus scilicet populus Iudaicus quantum demeruit. ideo subdit & angelus faciei eius missus saluauit eos secundum quod dicitur. Exo. xiiii. Tollensq; se ãgelus domini qui precedebat castra filiorum Israel abiit post eos & cum eo pariter columna nubis ut Egyptii non possent nocere eis. ut ibidem subditur: ut toto noctis tempore adinuicem accedere non ualerent. In dilectione sua gratuita. & indulgẽtia sua remittente eorum peccata: ipse redemit eos: scilicet dominus & non ex populi iusticia quod patet ex ingratitudine sequenti cum subditur: Ipsi autem ad iracũdiam prouocauerũt scilicet dominum in fabricatione uituli. Exo. xxxii. & in multis aliis factis ut patet in libris ueteris testamenti. & afflixerunt spiritum sancti eius scilicet Moysi cuius spiritú multotiens & multipliciter afflixerunt ut patet in libris Exo. & Deut. & Numeroꝝ & conuersus est eis in inimicum. scilicet deus non ex odio: sed ex iusticia puniens eos p uicinos eorum ut patet libro. Iudicum. & postea per Reges Egypti Assyriorum & Babylonis. iiii. Regum. & recordatus est dierum seculi Moysi & populi sui quia sicut p Moysen liberauit eos de Egypto sic postea liberauit eos de captiuitate Babylonica per Cyrum. Vbi est hic consequenter ponitur eorum petitio deuota & primo pro liberatione a pena scd̃o pro liberatione a culpa ibi: Tu autem Circa primum dicitur in persona Iudeorum tempore Antichristi futurorum quantum ad penitentes: Vbi est q eduxit eos de mari. s. Rubro aquas coram eis diuidendo. Exo. xiiii. cũ pastoribus gregis sui id est cum Moyse & Aaron. psal. lxxvi. deduxisti sicut oues populũ suum in manu Moysi & Aaron. q. d. ita faciliter poterit nos educere de persecutione Antichristi & hoc modo subintelligendum est in omnibus sequentibus huius partis ubi ẽ qui posuit in medio eius scilicet populi Israelitici spiritũ sancti sui scilicet Moysi cui dedit spiritum prophetãdi & sapientiã & constantiam ad educendũ Israel de terra Egypti qui eduxit ad dexteram Moysen id est ad partem bonam & prosperam liberando eũ de persecutione Pharaonis eum occidere uolentis Exo. xii. brachio maiestatis sue. i. fortitudine deitatis sue qui scidit aquas scilicet maris ut patet ex dictis ut faceret sibi nomẽ sempiternum ad gloriam enim nominis dei recolitur & recoletur in futuris generationibus istud factũ. qui eduxit eos per abissos scilicet per ꝑfundũ maris Rubri quasi equũ in deserto non impingentem id ẽ prompte & absq; impedimento ꝓcedentẽ quasi animal in campo id est in terra plana ubi non habet obstacula. Descendẽs spũs domini id est angelus a deo missus. ductor eius fuit: ut patet ex predictis. sic adduxisti populum tuum ut faceres tibi nomen glorie illud enim factum fuit reductũ ad memoriam usq; nunc & reducetur in posterum ad gloriam diuini nominis. attẽde de celo ad orationem meam. & uide de habitaculo sancto tuo afflictionem nostram. sicut alias fecisti ideo subditur. Vbi est zelus tuus? quo dilexisti patres electos. & fortitudo tua? qua totiens liberasti eos. multitudo uiscerum tuorum id est pietatum quibus eis bona prestitisti. sup me continuerũt se. a condescensione in ista tribulatione mea cessauerũt Tu enim hic consequenter petitur liberatio a culpa circa quam primo allegat pietas & potentia diuina cum dicitur Tu enim pater noster. In generatione enim mater ministrat materiam & pater dat formam & ideo in generatione hominis deus dicit pater

quia corpori organizato infundit animam creando. & Abraham nesciuit uos etc. q. diceret ab eo non habemus animam nec a Iacob Tu pater noster animā dādo redēp/tor noster ipsam iustificando a seculo nomen tuum. patris nostri & redemptoris. quare errare nos fecisti domine. id est per misisti. de uis tuis id est preceptis & cōsilius Euan/gelicis induraſti cor nostrum subtrahendo gratiam tuam cor mollificantem tamen iuste pro nostra incredulitate ne timeremus te nō est intelligendum istud causatiue: sic ꝙ deus subtrahat gratiam suam ut per hoc ab hominibus excludat diuinū timorē sed intelligitur tantum consecutiue ad subtractionem enim gratie sequitur subtractio timoris filialis qui est ei annexus. cōuertere peccata nostra remittendo: & nos iustifi/cando propter seruos tuos id est propter merita Patriarcharum in fide Xp̄i uenturi mortuorū: ideo subdit. tribus hereditatis tue & ut petitio sit magis exaudibilis adhuc recolitur atrocitas persecutionis Antichristi cum dicitur: quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum. s. Christianum ipsum nihil reputando Hostes nostri scilicet Antichristus & adherētes sibi conculcauerūt sanctificationē tuam. Antichristus enim cōculcabit Ecclesiam cultum inde auferendo. facti sumus quasi in principio cum non dominareris nostri q̄si diceret tanq̄ extranei a te dimissi sumus in manibus inimici tui.

VTinam Aliqui expositores Catholici exponunt .LXIIII.
principium huius ca. de primo Christi aduentu. sed hoc non uidetur cōueniēter dictum quia p̄mus eius aduētus fuit in maxima humilitate & sic descriptū fuit futuꝝ Zacha. ix. Ecce Rex tuus uenit tibi iustus & Saluator. & ipse pauper etc. Vnde super illud Gene. xlix. ligans ad uitem pullum suum etc. dicit. Ra. Moyses quando uenit Rex Messias in Hierusalem ad saluandum Hierusalem ipse erit cingulās asinū suum & equitans super eum ut ducat se cum humilitate sicut scriptum est Zacha. ix. & ipse pauper hic autem aduentus eius describitur cum magno terrore propter quod magister Alexander de Hales exponit hoc de secundo aduētu eius scilicet ad iudiciū qui in potestate magna erit & maiestate. Luc. xxi. Igitur hanc sententiam sequēdo dicendum ꝙ postq̄ descriptum est Antichristi exterminium hic cōsequenter describit iudicium circa quod primo ponitur sanctorum desiderium. sc̄o ipsum iudiciū ibi ecce tu iratus es. prima in duas quia primo ponitur dictum desideriū. sc̄o huius desiderii motiuum principium ibi. a seculo. Circa primum sciendum ꝙ licet iudicium futurum horrendū sit reprobis tamē desiderandum est electis qui tūc in anima & corpore be/atificantur ꝓpter quod Saluator Luc. xxi. loquens Apostolis de iudicio futuro dicit His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita uestra id est exhilarate corda ut exponit Greg. quoniam appropinquat redemptio uestra hoc autem preuidens E/saias dicit. Vtinam disrumperes celum & descenderes scilicet ad iudicium licet enim tūc non rumpantur. celi superiores qui non sunt sensibiles tamē celum aereum de quo dicit in Enangelio uolucres celi etc. inflammabitur igne conflagrationis iudicis aduentum precedente secundum quod dicitur psal. xcvi. Ignis ante ipsum precedet. & sic celum aereum quodammō lacerabitur. q̄ dicitur celi pluraliter ponendo pluerale ꝓ singu/lari sicut Exo. xxxii. dicitur. Isti sunt dii tui de uitulo conflatili qui erat unicus. uel aliter propter diuersas partes aeris scilicet superiorem montes transcendentē & infe/riorē. Ignis enim cōflagrationis attinget ad utrāq; partē quia tantū ascendet quātū aque diluuii que. xv. cubitis ultra cacumina montiū ascenderunt Gene. vii. A facie tua montes defluerent quia ante aduentum iudicis montes terremotu corruent: sicut exustio ignis tabescerent. igne enim cōflagrationis materie montium cum alia terra purgabitur. aque ardēt igni qa ille ignis purgabit aquas existentes in superficie terre

ut notum fieret nomen tuum id est potestas tua tanq̃ iudicis uenientis. inimicis tuis q ante timorem tuum a se abiecerunt. a facie tua gentes turbarentur. scd̃m quod dicit Luc. xix. Arescentibus hominibus pre timore & expectatione que superuenient uniuerso orbi. ideo subdit cum feceris mirabilia predicta nō sustinebimus qa quātūcunq; sint tūc aliqui homines iusti: concutientur tamen horrore ex humana fragilitate. qd̃ consequenter declaratur per simile cum subditur: descendisti in datione legis sup mōtē Synai & a facie tua montes defluxerunt quia tunc mons Synai uidebatur tremere & ardere: ut habetur Exo. xx. propter quod filii Israel territi & pauore concussi steterunt a longe dicentes Moysi loquere tu nobis & audiemus & non loquatur nobis dominus ne forte moriamur. & ex hoc sequitur: q̃ maior terror erit: quando uenies ad iudicium quia illud respectu istius fuit minimum. A seculo: hic consequenter ponit dicti desiderii ratio scilicet ex perfecta beatitudine quam sancti tunc habebūt in aīa & corpore & non ante. a seculo non audierunt etc. quia illud bonum est infinitum & per consequens inenarrabile que preparasti expectantibus te scilicet filium tuum in cuius aspectu reficientur beati interius ratione sue deitatis. & exterius ratione sue humanitatis secundum quod dicit Augus. super Io. & scd̃m hoc allegatur hec autoritas dicta de filio qui est dei sapientia primo. Chorin. ii. occurristi id est occurrens quia loquitur de futuro per modum preteriti propter certitudinem prophetie. Letanti & facienti iusticiam id est cetui electorum tunc in iudicio apparēti ut cum letitia deducatur ad patriam. In uiis tuis recordabuntur tui gratias agendo de omnibus bonis que eis feceris. Ecce tu: hic consequenter describitur ipsum iudicium: circa quod sciendum q̃ duplex est dei iudicium unum discretionis quod est uocatio aliorum ad fidem aliis dimissis iudicio dei occulto tamen iusto: & istud iudicium quantum ad suum statū potissimum incepit a principio predicationis Christi. propter quod dicit Io. xii. Nunc iudicium est mundi scd̃m quod exponunt sancti. Aliud est iudicium discussionis quo dei iudicio redduntur pene & premia pro peccatis & meritis & istud potissimum fiet in iudicio finali: quando in anima & corpore beatificabuntur electi & cruciabunt̃ reprobi. a tempore tamen passionis Christi cepit premiatio electorum quātū ad gloriā anime & punitio reproborū in anima non solū ex tunc sed etiam ante. de istis duobus iudiciis uidetur Esaias loqui mixtim usq; ad finem libri & diuiditur in duas partes: In prima ponitur Iudeorum querimonia. In secunda domini sententia ca. lxv. Circa primum sciendum q̃ Iudei per orbem dispersi lamentantur destructionem ciuitatis & templi per Titum factam & suam dispersionem per orbem precātes in Iudea cōgregari & ciuitatē & templum sibi restitui. licet autem dicta destructio & dispersio ifflicte fuerint eis propter mortem Christi ut habetur expresse Luc. xix. tñ hoc nō credūt Iudei sed attribuunt hoc peccato idolatrie uituli conflatilis. inducentes ad hoc illud quod ibidem dicitur ego autē in die ultionis uisitabo hoc peccatum ipsorū & idolatrie antiquorum que continet̃ in libris Regū & Iudicū tempore primi templi. & peccatis auaritie & odii fraterni que uiguerunt tempore secundi & secundum hoc potest hec littera exponi. In hac igitur querimonia primo ponitur confessio peccatorum cum dicitur Ecce tu iratus es contra nos. & causa subditur. & peccauimus quasi diceret & iuste iratus es: quia peccauimus & nō solum de nouo sed etiam de antiquo: ideo subdit̃ & in ipsis scilicet peccatis fuimus semp tū de tua misericordia sperauimus. ideo subditur & saluabimur non ex nostra iusticia sed tua misericordia. Ideo subdit̃. & facti sumus ut immundus omnes nos immundicia peccati. potest etiam hoc exponi corporaliter qa Iudei per orbem dispersi ab aliis gentibus reputantur uiles & abhominabiles. qa pānus

menſtruate iuſticie noſtre quia Iudei modo nō poſſunt ſacrificia pro peccatis offerre quia talia non poſſunt offerri ab eis niſi in Hieruſalem & ſine talibus ſacrificiis non reputant ſe perfecte mundari & iuſtificari. Et cecidimus quaſi folium cadens de arbore ſic cecidimus ab honore regni & ſacerdotii. & iniquitates noſtre quaſi uentus abſtulerunt nos expellendo de terra promiſſionis ad longinquas partes orbis: non eſt qui inuocet nomen tuum id eſt non habemus ſummum ſacerdotem qui oret pro nobis & offerat ſacrificium ut nobis placeris: propter quod dicitur. Leuit. iii. de expiatiōe peccati totius multitudinis & poſt determinatiōem ſacrificii debiti pro peccato ſubdit & orante pro eis ſacerdote propitius erit et dominus ideo ſubditur qui conſurgat pro nobis & teneat te in noſtra reconciliatione Abſcondiſti faciem tuam a nobis loquitur de deo ad modum hominis irati qui non uult oſtendere faciem ſuam illis contra quos eſt iratus. & allisiſti nos. id eſt confregiſti in manu iniquitatis noſtre id eſt ꝓpter iniq/ tatem noſtram. Conſequenter ponitur miſericordie petitio cum dicitur: & nūc domine pater noſter es tu per creationem. nos uero lutum. & fictor noſter ſupple es tu ſcd'm quod dicitur Hieremie. xviii. ſicut lutum in manu figuli: Ita uos in manu mea domus Iſrael. ne iraſcaris domine satis id eſt abundantur. & ne memineris ultra iniquitatis noſtre ad ampliuſ puniendum. ecce reſpice miſeriam noſtram. & allegatur ratio cum dicit populus tuus omnes nos: per legem Moyſi nobis datam ciuitas ſancta tua ſcilicet Hieruſalem tuo cultui deputata facta eſt deſerta per Titum. domus ſanctificatiōis noſtre id eſt templum ubi offarebantur ſacrificia pro ſanctificatione noſtra. & glorie noſtre: quia in ipſa gloriabamur ſuper omnia terrena. cetera patent ex dictis uſq; ibi: nunquid ſuper his miseris noſtris continebis te domine? a noſtra conſolatiōe. q. d. non. tacebis: & affliges? q. d. non decet te.

LXV.

Quesierūt: Hic conſequenter ponitur domini ſentētia & primo de gentium uo/ catione. ſcd'o de Iudeorū reprobatiōe ibi: expandi. Circa primū dicit quesierūt me: ad me deuote per fidem uenientes ad predicationem Apoſtolorum. qui ante non interrogabant ſcilicet gentiles qui legem diuinitus datam & Prophetas non habebant Inuenerunt ſcilicet me per gratiam. qui non queſierunt me ſcilicet ante Apoſtolorū predicationem. ideo ſubditur: Dixi ſcilicet determinate definiendo. ecce ego ecce ego. & fit duplicatio ad maiorem aſſertionem. ad gentes que non inuocabant nomen meū: quia ante predicationem Apoſtolorum gentiles erant communiter idolatrie dediti. & ſic inuocabant idola. & non nomen domini. Expandi: ibi ponitur ſententia domini quantum ad Iudeos & primo ponitur iſta ſentētia. ſcd'o remouet Iudeorum falſa fi/ ducia. ca. lxvi. prima diuidit in tres: qa primo ponitur multitudinis iudaice reprobatio Secundo paucorum electio ibi hec dicit. & tertio utrorūq; retributio ibi & nos. Iſta tamen diuiſio non eſt omnino preciſa. quia in prima parte ponitur aliquid de punitiōe reproborum quia Prophete frequenter de uno tranſeunt ad aliud. & econuerſo: & maxime Eſaias. Circa primum dicitur in perſona domini: expandi manus meas uolēs ad me trahere: tota die id eſt ab antiquo uſq; ad preſens primo per Prophetas poſtea per memetipſum incarnatum. Ad populum incredulum: id eſt Iudaicum qui ſemp fuit dure ceruicis ut patet ex decurſu ueteris teſtamenti. qui graditur in uia non bona. ſed mala. poſt cogitationes ſuas id poſt inclinationem fomitis ad malum & non poſt leges meas. populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam: quia etiam in loco diuini cultus exercebant idolatriam. tempore Manaſſe. & aliquorum aliorum Regū ut patet. iiii. Regum & ii. Paralypominon qui immolant in hortis ubi colebant idolā in locis nemoroſis ubi etiam luxuriam exercebant in ueneratiōnem idolorum. utpote

Veneris & Priapi & sacrificāt super latereſ id eſt ſuper tecta domorū in loco patēti ad dandū aliis idolatrie exemplum. qui habitant in ſepulchris querendo diuinatiōem a mortuis per artem phitonicam & aliis modis ſupſtitioſis & in delubris idolorū dormiūt ibi enim antiquitus ſuper eorum hoſtie immolate dormiebant ad habendum reuela/ tiones in ſompnis. ſicut legitur de Bruto in hiſtoria Britonum. qui comedunt carnem ſuillam: idolis immolatam. & ſic erat ibi duplex tranſgreſſio ſcilicet Moſaice legis que abſolute prohibet talem carnem comedere & prohibitionis idolatrie & ius prophanum in uasis eorum id eſt oblatio de materia liquida que fiebat cum oblatione ſacrificii de animalibus ſ qui dicunt ſupple gētili. recede a me etc. reputabant enim gentiles ita im/ mundos: ꝙ non communicabant cum eis: ut patet ex libris ueteris & noui teſtamenti Iſte tamen cōtemptus ſic inualuit & maxime apud Iudeos ꝙ Phariſei dicebantur: ꝙ etiam Iudeos contemnebant qui non erant de ſecta ſua. Vnde & domino diſcūbente in domo Matthei qui erat natione Iudeus dixerunt Mat. ix. quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magiſter ueſter? & tamen Matthеus erat natione Iudeus. & ſimile legitur in Euangelio in pluribus locis: iſti enim Phariſei erant iuſti apparenter ſed non realiter. & quia ſimilata ſanctitas duplex eſt iniquitas ſecundum quod dicit Hieronymus: Ideo ſubditur debita punitio: cum dicitur: iſti fumus erunt in furore meo. id eſt materia applicabilis igni gehenne. ignis ardēs tota die. i. cōtinue & abſq; fine. ſicut dicitur infra in fine libri ignis eorum nō extinguetur. Ecce ſcriptū ē coram me. indeliberaliter ſcd̄m quod dicit Hieremie. xvii. peccatum Iude ſcriptum eſt ſtilo ferreo in ungue adamantino. non tacebo diſſimilando. ſed reddam etc. ad in/ tellectum eius ſciendū ꝙ ſicut gloria cuiuslibet beati creſcit ex gloria ſibi cōiunctoꝝ ſic pena cuiuslibet damnati creſcit ex pena ſibi coniunctorum. propter quod diues epulo in inferno poſitus petiit Lazarum mitti ad fratres ſuos ut conteſtaretur illis ne uenirēt in locum tormentorum. Luc. decimoſexto. & hoc eſt quod dicit: ſed retribuā in ſinu eorum id eſt Iudeorum reprobatorum. generaliter priorum & poſteriorum. Iniquitates ueſtras hoc dicitur quantum ad Iudeos qui fuerunt poſt captiuitatē Ba/ bylonicam maxime tempore Chriſti & deincepſ & iniquitates patrū ueſtrorū ſimul. ita ꝙ ex pena ueſtra creſcit pena eorum & econuerſo. ut dictum eſt q ſacrificauerūt ſuper montes etc. iſtud refertur ad illos Iudeos qui preceſſerunt captiuitatatem Ba/ bylonicam qui fuerunt multipliciter idolatre ut patet in libris Iudic. Regū & Paral. poſt captiuitatem uero Babylonicam non leguntur Iudei fuiſſe idolatre niſi alq pauci circa tempora Mach. ſed poſtea agetur de peccatis eorum. & iam in parte dictum eſt ſupra. & ſuper colles exprobrauerūt mihi: colendo enim idola faciebāt deo obprobria & remetiar opus eorum: inferendo penam ſecundum menſuram peccati & modū. p̄mū in ſinu eorum. id eſt peccatum factum in iuuentute ſimul penitentiam cum peccato facto in ſenecture. uel aliter: primum id eſt peccatum patrum in filius mō dicto. Hec dicit. hic conſequenter circa Iudeos ponitur paucorum electio. ſcilicet Apoſtolorum & aliorum qui crediderūt Chriſto cū dicitur: Hec dicit dominus: cuius uerbū fruſtrari non poteſt. quomodo ſi inueniatur granum: ſcilicet unum in botro: poſt tēpeſtatem quod eſt modicū reſpectiue. & dicatur uolenti accipere: ne diſſipes illud quia bn̄dictio eſt id eſt donum dei quod remanſit reliqs pereūtibus: ſic faciam propter ſeruos meos. i. Patriarchas & Prophetas antiquos. & non diſperdam totum ſcilicet populum Iudaicū & deducā de Iacob ſemen ſcilicet Apoſtolos & alios de Iudaiſmo credentes. & de Iuda de qua Tribu natus eſt Chriſtus ſcd̄m carnem. poſſidentem montes meos. i. Eccleſiam militantem & triumphantem. & hereditabunt eam ſcilicet Eccleſiam militantem p̄mo:

& triumphantē postea. electi mei id est Christiani uere. & erunt campestria in caulas gregum etc. per gregeſ frequenter in ſcriptura intelliguntur fideleſ. pſal. Noſ autem populus eius & oues paſcue eius. per caulas igitur in cāpestribus & uallibus edificatas intelligūtur Eccleſie edificate per orbem ubiq; in quibus fideleſ congregantur ad p/ cipiendū ſacram & diuini uerbi nutrimentū. exprimitur tamē in ſpeciali uallis Achor qui de peccato ſuo uere penitens dedit gloriam deo. Ioſ. vii. quia Eccleſia eſt locus receptiuus uere penitentium. deſignantur hic etiam nomine gregum fideleſ minoreſ & maioreſ nomine armentorum. Et uoſ: Hic conſequenter ponitur predictorū re/ tributio: & primo reproborum & electorum mixtim ſecundo electorum ſeperatim ibi quia obliuioni. Circa primum dicitur & uoſ qui dereliquiſtis dominum colenteſ idola qui obliti eſtis montem ſanctum meum ubi erat templum diuino cultui dedicatum qui ponitis fortune menſam eo q̄ reputabatur dea felicitatis temporalis. & libatis ſuper eā oblationem de liquidis in hac idolatria & ſupradictis fuerunt Iudei implicati āte cap/ tiuitatem Babylonicam. quia multi ex eis ſequebātur omnimodam idolatriā ut patet ex. iiii. Regum. Numerabo uoſ in gladio: quaſi diceret nullus euadet. ideo ſubditur & omneſ etc. pro eo q̄ uocaui: per Prophetaſ: & non reſpondiſtis: peccata ueſtra cō/ fitendo ſed magis Prophetas deriſiſtis contumatiam augendo: ut patet. ii. Paralypo. locutus ſum: in propria perſona in humanitate aſſumpta. Et non audiſtis. ſed magis doctrinam meam reprobaſtis. ut patet ex Euangelio in pluribus locis. & faciebatis malum in oculis meis. bona pauperum rapiendo & fratreſ ueſtroſ odiendo. Iſta enim duo ſcilicet auaricia & odium fraternum multum uiguerunt in populo Iudaico poſt reditum captiuitatis Babylonice ut dicunt etiam Iudei. & magis increuerunt īminēte tempore Chriſti. & que nolui elegiſtis: ſcilicet falſam apparētiam ſanctitatis. propter quod Chriſtus maxime contra hypocriſin predicauit. & ſubditur pena iuxta bonoꝝ premia quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. cum ſubditur: Ecce ſerui mei comedent: & uoſ eſurietis per cibum & potum hic intelligitur refectio bonorū in celo quia communiter in ſcriptura ſacra bona ſpiritualia & celeſtia metaphorice p corpalia deſignantur. ut per ſitim & eſuriem punitio malorū in inferno ubi eſt defectus omis boni. ſerui mei letabūt in clara uiſione diuina. & uoſ confundemini cōfuſiōe extrema delecti cum demonibus in pena. ſerui mei laudabunt: etiam laude corporali que ſcām doctroreſ erit in patria. & uoſ clamabitis pre dolore. ſicut enī in patria ponit clamor exultationis. ita in gehenna clamor triſticie & deſolationis. & pre contritiōe ſpiritus id eſt deſolatione contritio enim meritoria ibi locum non habebit. ululabitis ululatus qui eſt uox cōfuſa deſignat magnitudinem anguſtie & doloris. Et dimittetis nomen ueſtrum in iuramentum ſcilicet execrationis. electis meis. id eſt Chriſtianis qui ſic iurāt aliquādo ſi feci iſtud quod mihi imponitur: ſuſpendar ego per pedeſ ſicut Iudeus. In: terficiet te dominus deus. quod fuit impletum per Titum. & ſeruos ſuos. id eſt in eum credenteſ uocabit nomine alio. quia uocantur Chriſtiani a Chriſto. In quo bñdictus eſt ſuper terram benedictione gratie que datur in baptiſmo. in quo accipitur nomen Chriſtiani. benedicetur in deo id eſt benedictione celeſti ſi in gratia perſeueret. Amē, id ē fideliter ſic fiet. & qui iurat in terra id eſt hominibus aliquid affirmando & nō in idola amen. id eſt fideliter debet iurare. Quia obliuioni: hic conſequenter deſcribitur retributio electorum ſeparatim tamen aliquid interponitur de punitione malorū ut uidebitur & primo ponitur retributio quantum ad conſecutionem boni: cum dicitur: quia obliuioni tradite ſunt anguſtie etc: quaſ fideles ſuſtinuerūt ꝓpter magnitudinē glorie ſuperueniētis in patria. & quod ſic intelligatur: patet per hoc quod dicit. ecce

enim ego creo celos nouos & terram nouam: quia in futuro innouabuntur corpora celesti a & elementa: non quantum ad substãtiam sed quantum ad claritatẽ & decorẽ ut sic magis reluceat in eis bonitas diuina ad gloriã dei & etiam electorum in ipsis bonitatem dei clarius contemplantiũ: q̃ ante: & talis innouatio uocatur hic creatio sicut dicitur Papa uel Rex creari propter mutationem status quãuis eorum substantia nõ mutetur. & non erunt in memoria priora etc. hoc enim dictũ est ꝙ status eoꝝ p̃cedẽs nullius momenti reputabitur respectu sequẽtis. sed gaudebitis & exultabitis uos electi usq; in sempiternum. quia eternitas a parte post est de ratione beatitudinis. In his que ego creo id est in corporibus celestibus & elementis predicto modo melioratis. qa ecce ego creo Hierusalem. id est Ecclesiam triumphantem. Hebre. xiii. decessistis ad Sion montem & ciuitatem dei uiuentis Hierusalem celestem exultationem non enim dicit̃ creari simpliciter quia celum empyrium a principio mundi fuit factum. & angelis repletum. sed dicitur creari quantum ad nouam exultationem que fiet in fine mundi qa peracto iudicio electi transferentur illuc in perfecta beatitudine corporis & anime & ex hoc crescet gaudium angelorum ideo subditur & popolũ eius gaudium qa ãgeli gaudebunt de perfecta beatitudine electorum & electi de consortio angelorum. Et exultabo in Hierusalem non est intelligendum ꝙ aliquid per hoc deo accrescat cum ex se ipso sit perfecte beatus sed quia faciet ciues celestes in se ipso perfecte exultari: sicut dicitur Gene. xxii. Nunc cognoui id est cognoscere feci. & non audietur in ea ultra uox fletus etc. in quo denotatur amotio omnis tristicie interioris & exterioris & non erit ibi amplius infans dierum id ẽ aliqs habens multos dies deficiens industria uel scientia. & senex qui non impleat dies suos id est habens multos annos in uacuum trãsactos. Sed plenos meritis. & per hoc a ciuitate celesti amouetur defectus notitie & uirtutis & ꝙ sic hec littera debeat intelligi patet per hoc quod subditur: quoniã puer centum annorum id est qui multum uixit pueriliter sequens passiones. morietʼ morte eterna: Et peccator centum annorum qui transegit tempus suum in uacuum a bonis operibus peccans ex certa malicia maledictus erit illa maledictione que habetʼ. Mat. xxv. Ite maledicti in ignem etc. & edificabunt domos & inhabitabunt etc. per hoc remouetur malum infortunii a Hierusalem celesti circa quod sciendum ꝙ magnum infortunium inter homines reputatur: quando quis multum laborat in aliquo: & non percipit fructum. In edificatione autem domus & plantatione uinee anteq̃m faciat fructum est magnus labor. ideo magnũ infortuniũ reputabatur antiquitus & adhuc reputatur: quando aliquis preuenitur morte anteq̃ aliquis experiatur bonum sequẽs domus edificate ab eo: & uinee plantate: propter quod Deut. xx. dicitur: ꝙ illi qui edificauerãt domos nouas & plãtauerant uineas non intrarẽt preliũ sed reuerterentʼ ad domus suas ne forte interficerentur in prelio & priuarentur bono predicto & ex horrore huius infortunii multi possent postea a bello pro re publica defendenda retrahi. per hoc ergo quod dicitur hic non edificabunt etc. datur intelligi ꝙ nulla infortunia erunt in ciuitate celesti. Ista tamen specialiter exprimuntur quia cõmunius inter homines huius uite reperiuntur ideo subditur: secundum dies enim ligni & de quo debeat intelligi exprimit translatio Chaldaica que dicitur Tergum apud Hebreos & est ualde autentica apud eos. que sic habet secundum dies ligni uite. per esum enim ligni uite durante statu innocentie continuabatur uita humana absq; aliqua inueteratione. & illud fuit in fugura Christi. secundum quod dicit. Io. in Apoca. ultimo ca. quo ligno reficiuntur beati interius in aspectu sue daitatis Et exterius aspectu sue humanitatis ideo subditʼ: erunt dies populi mei quia uita beatorum est perpetua a pte

post: sicut est Christus q per lignū uite hic intelligitur. opera manū earū inueterabūt electis meis id est merita sanctorū tantū durabunt in premio pro eis reddito quantū ipsi secūdum quod dicitur Apoca. xxiiii. Opera enim illorum sequūtur illos. per hoc autem quod dicitur hic: inueterabunt: non intelligitur aliqua corruptio. sed ꝑpetua duratio eo modo loquendi quo dicitur de deo Daniel. vii. Antiquus dierum sedet per antiquitatem ibi intelligitur eternitas & non defectio que cōcomitatur antiquitatem cōmuniter dictam. Hebreorum. viii. quod antiquatur & senescit prope interitum ē non laborabunt id est non laborauerunt quia frequenter hic accipitur futurum pro preterito & econuerso. frustra: quia consequuntur premia. neq; generabunt in conturbatiōe id est carnaliter quam generationem sequit̄ conturbatio sollicitudinis circa prouisionem uxoris familie & prolis. quod non habet locū in celis Ideo dicit Saluator Mat. xxii. In resurrectione non nubent: neq; nubentur. sed sunt sicut āgeli dei in celo. quia semen benedictorum domini est. id est Apostolorum. & nepotes eorum cū eis. Isti sunt electi per successores & discipulos Apostolorum in fide regenerati. potest etiam exponi quod dicitur hic. neq; generabunt in conturbatione de generatiōe baptismali. que est per gratiam spiritus sancti mentis quietiuam. Eritq; hic tertio ponit̄ retributio electorum quantum ad dei familiarem assistentiā & mutuam caritatis cōcordiam. quantum ad primum dicit̄: eritq; anteq̄ clament: ego exaudiam. clamor. n. orationis est propter impletionē desiderii clamantis. sancti enim in patria nihil uolūt absolute: nisi quod deus uult. & ideo non orant nisi pro eo quod estimāt deum uelle: & sic deus exaudiet eos anteq̄ clament: in quantum in sua dispositione immutabili iam est ordinatum quicquid simplicittr uolunt: seu optant: scd̄m quod ponitur ibi: lupus & agnus pascentur simul etc. si hoc referatur ad statum Ecclesie militantis patet sententia ex dictis supra. vi. capitulo excepto q̄ hic additur & serpenti puluis panis eius. per serpētem hic intelligitur diabolus qui sub specie serpentis primos parentes decepit Gene. iii. cuius panis id est nutrimētum sunt homines uani & terreni in q̄bus delectat̄ qui nole puluis designantur si autē referatur ad statum Ecclesie triumphantis eo q̄ Prophetia frequenter transit de uno statu ad alīū & econuerso sic exponitur lupus id est ille qui in mundo prius fuit rapax sed postea penituit bene uiuendo & agnus id est ille qui bene uixit in innocentia perseuerando pascētur simul. quia in celesti patria simul refitiuntur ut Paulus & Iohannes Euangelista & consimiles. & leo & bos id est Rex uel Princeps secularis & homo ruralis comedent paleas id est similiter reficientur in patria dum tamen sint similes in meritis & si dicatur hic q̄ per paleam nō intelligit̄ conuenienter refectio celestis: Dicendum q̄ hic est metaphorica locutio ut satis patet ex predictis. que non semper importat similitudinem in omnibus sicut Christus metaphorice leo dicitur Apoca. v. capitulo. Ecce uicit leo de Tribu Iuda propter eius constantiam & uictoriam & non quantum ad crudelitatem & eodem modo tenet ista similitudo quantum ad refectionis uniformitatem & non quantū ad palearū utilitatē. & serpenti puluis etc. exponatur ut predictum est non nocebunt etc. Illa .n. ciuitas celestis erit immunis a mutuo nocumento & omnibus modis inuicem consolabuntur.

.LXVI.

Hec dicit dominus Hic circa predicta remouetur Iudeorū fiducia falsa & primo hec fiducia tollitur. scd̄o Propheta ad ꝓpositū reuertitur ibi: Audite uerbum domini: Circa primum sciendum q̄ Iudei in aduentu Messie expectant templū reedificandū in quo offerentur sacrificia deo acceptissima. hoc remouet Propheta & primo confidentiam edificationis. scd̄o dicte oblationis ibi ad quem Circa primum dicit in persona domini Celum mihi sedes & terra scabellum

pedum meorum. non eſt per hoc intelligēdum q̄ in deo ſunt lineamēta corporis ſicut intellexerūt aliqui Iudei & etiam aliqui ſimpliceſ Chriſtiani qui propter hoc dicti ſūt Anthropomorphite ut habetur in collationibus patrum collatiōe Iſaac ſecunda. ſed per hoc datur intelligi q̄ diuina eſſentia non eſt loco conprehenſibilis ideo ſubditur: que eſt iſta domus quam edificabitis mihi? id eſt quam creditis in futuro edificari pro meo cultu. quaſi diceret in hoc fruſtra confiditis. & quis iſte locus quietis mee? quaſi diceret non quieſco niſi in memetipſo quia in ſeipſo perfecte beatus eſt. omnia manus mea fecit. etc. quaſi diceret iſtis non indigeo. ſed econuerſo indigēt conſeruatiōe mea. aliter redegerentur in nihilum ſicut ex nihilo facta ſunt. Ad quem hic remouet̄ conſequenter confidentia ſacrificiorum. circa quod ſciendum q̄ ſacrificia ueteris legis ex duobus fuerunt accepta unum erat deuotio & obedientia offerētium: eo q̄ talia deus perceperat offerri. & ſecundum hoc motus uoluntatis interior ad obediēdum deo erat principaliter deo gratus. & quantum ad hoc dicitur: ad quem autem reſpiciam niſi ad pauperem & contritum ſpiritu id eſt ad uere humilem. & trementem ſermones meos id eſt uere obedientem qui reformidat tranſgredi uerba mea etiam in minimis. aliud erat fides offerentium ſacrificia enim illa fuerunt quedam ſigna oblatiōis Chriſti future in cruce & ideo talis oblatio erat quedam proteſtatio huius fidei. Oblatio autem Chriſti in cruce iam tranſiit in preteritum. & ideo oblatio talium ſacrificiorum poſt publicationem Euangelii eſt mortifera ſicut & dicere uel proteſtari q̄ Chriſtus ſit uenturus: & hoc eſt quod dicitur hic. qui immolat bouem: quaſi qui interficit uirum. iſtud ſemp fuit probibitum & illicitum: Et eodem modo offerre tale ſacrificium poſt Euangelii publicatiōem. qui mactat pecus id eſt capram uel ouem de iſtis enim tribus ſpeciebus animalium ſcilicet bouis capre & ouis fiebant ſacrificia ueteris legis ſicut dictum fuit plenius ſup Leuit. quaſi qui excerebrat canem. reputabatur enim canis tante ulitatis q̄ non ſolum erat immundum ad immolandum & comedēdum: ſed etiam ad redimēdū primogenitum enim aſini licet nō offerebatur: tamen redimebatur oue Exo. xiii. nō autem primogenitum canis ſed excerebrabatur. qui offert oblationem de terrenaſcē/tibus: ut de pane uino oleo & thure quaſi qui ſāguinem ſuillū offerat. quod erat abhominabile coram deo. tum quia ſus eſt animal immundum ſecundum legem tum quia idolatre in ſuis ſacrificiis tali ſanguine utebantur: ut patet primo Macha. primo. qui recordatur thuris id eſt oblationis thymiamatis quaſi qui benedicat idolo id ē offerat idolo accipitur enim hic benedictio p̄ oblatione uel enexenio ſicut dicitur p̄mo Reg. xxv. Accipe benedictionem quā attulit famula tua. etc. hec omnia elegerunt in uiis ſuis. dimittentes uias Euangelii. & in abominationibus ſuis id eſt in talibus oblatiōibus deo abominabilibus anima eorū delectata eſt: non quia modo offerant talia ſacrificia que offerri nō fuit eis licitum niſi in templo: quod erat in Hieruſalem q̄d ē deſtructū ſed q̄ ſperāt talia delectabiliter exercere in aduentu Meſſie ut dictū eſt. poteſt etiā hoc referri ad tempus quod fuit poſt publicationem Euangelii in Hieruſalem per Apoſtolos uſq; ad deſtructionem templi quia illo tēpore offerebant ſacrificia etiā tēpore obſidionis ciuitatis per Titum ut dicit Ioſephus. li. de Iudaico bello q̄ ſacerdotes offerentes ſacrificia in altari holocauſtorū aliquando interficiebant̄ lapidibus machinar̄ unde & ego eligam eluſiones eorum fruſtrando eos ſua fiducia. & que timebāt adducā eis ſcilicet deſtructionem templi & ciuitatis ſi referatur hoc ad tempus immediate precedens dictū quod preceſſit tēpli deſtructiōem. ſi aūt referatur ad tpus ſeqñs hoc exponēdū eſt de abiectione & obprobrio & aliis malis temporalibus in quibus ſunt: & erunt que timent Iudei & timuerunt. & cauſa horum malorum ſubditur: cum dicitur: qa uocaui

eos ad fidem in persona propria eis predicando & per Apostolos & eorú successores & non erat qui responderet. quia pauci comparatiue hanc predicationem receperút. Locutus sum etc. repetitio est eiusdem sentẽtie ad maiorem exaggerationẽ fecerútq; malum etc. quia Iudei usuris rapinis & sortilegiis sunt ualde intenti communiter. Audite remota falsa fiducia Iudeorum: Hic Prophęta reuertitur ad propositú qđ ẽ describere duplex iudiciú a ꝑncipio ca. liii. usq; ad finẽ libri ut dictú fuit ibidem. & diuidit' residuú huius ca. in tres ptes qa ꝑmo describit Prophęta aliqua pertinentia ad iudiciú discretiónis Scđo aliq; ptinẽtia ad iudiciú retributiónis ibi letamini. Tertio aliq; ptinentia ad utrúq; ibi & mittam. Circa primum sciendum q; iudicium discretionis est quo aliqui Iudei uocati sunt ad fidem aliis in sua infidelitate dimissis iusto dei iudicio licet nobis occulto Primo ergo tangitur iudicium discretionis quantum ad dimissos. Secundo quantum ad uocatos ibi anteq̃m circa primum sciendum q; Iudei in infideli/ tate permanentes fuerunt ualde molesti credentibus ut patet in Actibus Apostolorú in multis locis & hoc est qđ dicitur hic. Audite uerbum domini. Nos Apostoli aliiq; trementes. q tremitis ad uerbú eius· tanq̃ uere humiles & obediẽtes: Dixerunt fratres uestri id est Iudei in infidelitate obstinati odientes uos interius in corde. & abicientes id est exterius persequentes in corpore. propter nomen meum id est quia confitemini me tanq̃ uerum Christum. Glorificetur dominus istud dicebant ironice de Christo. Vnde & ipsi in cruce pendenti dicebant. Math. xxvii. Alios saluos fecit. seipsum nó potest saluum facere. etc. & uidebimus in letitia uestra. quasi diceret finis uestre cre/ dulitatis non erit uobis ad letitiam sed magis ad tristiciam & cófusionẽ. sed qa accidit contrarium: ideo subditur: Ipsi autem confundentur scilicet in destructione ciuitatis & templi per Romanos propter mortem Christi. ideo subditur. Vox populi de ciui/ tate clamátis in destructione. Vox de templo scilicet sacerdotú quãdo fuit cóbustú: & ipsi fuerunt occisi de precepto Titi dicentis iustum est sacerdotes cum tẽplo perire. Vox domini. id est Romanorum ex uictoria clamantium ut dicit Iosephus libro de Iudaico bello & dicitur Vox domini quia in illa uictoria fuerunt instrumenta dei & ministri. reddentis retributionem id est debitam penam inimicis suis id est Iudeis q; eius procurauerunt mortẽ. Anteq̃ Hic agitur de iudicio discretionis quantú aduocatos ad fidem. & quia Christus est caput fidelium ideo primo agitur de natiuitate Christi. Secundo de natiuitate fidelium in regeneratione bapbtismali ibi nunqd pturiet circa primum sciendum q; pars ista ab Hebris antiquis & etiam a modernis communiter expoítur de natiuitate Christi & q; debeat sic intelligi: patet per translationẽ Chal/ daicam. apud Hebreos autenticam que ubi habemus. anteq̃ parturiet: peperit. ãteq̃ uenerit partus eius peperit masculum. sic habet non erat ei adhuc uenies angustia re/ dimetur. & adhuc non uenit ei tremor ex doloribus propter partum reuelabit' Rex Messias dicunt ergo Iudei moderni q; eadem die qua fuit destructum Templum per Romanos natus fuit Rex Messias sed adhuc non liberauit Iudeos de captiuitate qa adhuc nó habuit licentiam a deo propter eorum peccata. sed statim cum habuit ex/ equet'. & ideo expectant eú uenturum scilicet ad suam liberationem sicut filius Regis natus adhuc magno tempore expectatur ad regnandum. Sed potest queri ab eis ubi stetit tantum tempus quia a destructione templi usq; nunc fluxerunt anni. M. cc. li. quia templum conbustum fuit anno a passione Christi quadragesimosecundo & modo currunt a natiuitate dñi. mille tricenti uigintiseptem. Ad hoc autem respondẽt uarie quia aliqui dicút q; est cum angelis: sicut fuit Moyses quadraginta diebus & quadra/ ginta noctibus cum angelo qui loquebat' ei in persona domini Actuum. vii. Alii uero

faciem meam clare & aperte. & gaudebit cor uestrum. quia dicte fruitioni annexa ẽ
fruitio beata. & ossa uestra que modo sunt in terra partim arida partim putrefacta
q̃si herba germinabũt. in resurrectiõe futura. Vnde. ii. ad Corint. xv. Resurrectio
mortuorum assimiliatur semini germinanti. Et cognoscetur. Hic agit̃ de retributiõe
pene quantum ad reprobos continuando sequentia premisit: cum dicit̃: & cognoscet̃
manus dñi seruis eius. & indignabit̃ etc. i. sicut potestas dñi maifeste apparebit in retri/
tributione glorie seruis suis & electis: ita apparebit eius potestas in retributione pene
in fidelibus & reprobis ideo subditur quia ecce dominus in igne uenit quia ignis con/
flagrationis ante faciem eius ad iudicium uenientis precedet. psal. lxxxxvi. Ignis ãte
ipsum precedet. & quasi turbe quadrige eius id est angeli qui erunt executores diuini
iudicii. & uenient cum magna potestate reddere in indignatione furorem suum id ẽ
sue iustitie effectum. & increpationem suam. quia dicet reprobis Esuriui: & non de/
distis mihi manducare etc. in flamma ignis quia post increpationẽ dictam ꝓfert cõtra
eos sententiam dicens: Ite maledicti in ignem eternum etc. ut habetur ibidem. quia in
ignem dominus diiudicabit & hoc potest referri ad ignem precedentem aduentum iu/
dicis ut predictum est. & ad ignem gehenne in quem post sententiam iudicis reprobi:
detrudentur ut dictum est. Aliqui libri habent: quia in ignem dominus diiudicabitur.
& sic est in Hebreo. & est eadem sententia. diiudicabitur id est eius sententia ostẽdet̃
quia quilibet eius iudicium iustum esse uidebit. & in gladio suo ad omnem carnem id ẽ
in sententia sua que gladius dicitur: ad omnem carnem id est carnaliter uiuentem. &
multiplicabuntur interfecti. morte gehenne qui sanctificabantur. & mundos se pu/
tabant. falso tamen in hortis. i. in locis amenis ubi colebãt idola ad suã sãctificatiõem
scd̃m suam erroneam estimatiõem. post unã intrinsecus. sic ẽ in Hebreo. & in libris
correctis & est sensus intrinsecus id ẽ intra hortos dictos post unam scilicet portam uel
clausuram & ideo aliqui libri habent post ianuam. R.a. Sa. sic exponit. post unam id
est una societas post aliam quia non omnes idolatre intrabant simul hortos ad uene/
rationem idoli. sed una societas primo. qua egressa alia post intrabat. & sic consequẽter
qui comedebant carnem suillam idolis immolatam. & abominationem & murem id est
animalia immunda scd̃m legẽ non solum ad offerendum sed etiam ad comedendũ que
gentiles sacrificabant idolis & inde aliquam partem comedebant in ueneratio nem ido/
lorum & similiter multi Iudei hoc faciebant: quia non solum imitabantur gentiles in
idolatria immo etiam frequenter excedebant: ut patet Regum. iiii. & . ii. Paralypo.
propter quod dicitur de Iudea sub nomine Hierusalem Ezech. v. ca. ut plus esset q̃
gentes etc. simul consumentur. non per pene terminationem sed magis per eius con/
tinuationem sicut dicitur in fine huius ca. Ignis eorum non extinguet̃. Et istud quod
dictũ est de idolatria Iudeorum referendum est ad illos qui captiuitatẽ Babylonicam
precesserunt: ut supra dictum est. & quod subditur ad eos: q̃ postea fuerũt q̃a tamen
illi & isti fecerunt unum populum sub eodẽ contextu de primis proceditur ad poste/
riores cum dicitur. Ego autem opera eorum. i. rapinas & homicidia ex odio fraterno
procedẽtia que uitia uiguerũt in ipsis ut dictum ẽ supra. & cogitatiões eoꝝ ad inter/
ficiendum Christum & etiam Lazarum resuscitatum eo ꝙ propter eũ multi credebãt
in Christum: ut dicitur. Io. xi. &. xii. & post resurrectiõem Christi & ascensionẽ idem
machinati sunt cõtra Apostolos aliosq; fideles. Venio ad iudiciũ extremũ ut cõgregẽ
id ẽ in manifesto ponam simul. cum omnibus gentibus & linguis. quia illud erit iudiciũ
generale: & peccata eorũ erũt manifesta singulis ut diuinum iudicium appareat iustũ
& uenient omnes ad iudicium quia nullus subterfugere ualebit. & uidebunt gloriam

dicunt ꝙ ipse est Rome in porta sedens cum pauperibus & leprosis. allegantes ad hoc illd̄ Esa. liii. Et nos uidimus eū q̄si leprosum a deo percussum & humiliatum qd̄ intel/ gitur de Christo etiam secundum Hebreos ut dictum fuit ibidem Alii dicunt ꝙ uadit per mundum in paupertate & afflictione ad satisfaciendum pro peccatis Iudeorum. Sed iste responsiones & cōsimiles satis apparent friuole & false ex eorum narratione. Item scd̄m eos Messias habet corpus passibile ut patet ex dictis & quia reputant eū hominem purum: & perconsequens habet senectutem: & corruptionem annexam. & ideo nulla apparentia est ꝙ tantum uixerit. Item extorte exponunt litteram istam anteq̄m parturiet peperit. id est dum parturiret Iudea uel ciuitas Hierosolymitana sentiens dolorem de ciuitatis & templi destructione peperit Saluatorem. s. Messiam dicendo ꝙ eadem die fuit destructio & Messie natiuitas quia ista dictio anteq̄: semper denotat tēpus ante cessionem. & idem est de dictione Hebraica hic posita scilicet Be/ theren quia semper significat in ante & non significat dum uel quādo Igit̄ accipiēdo id quod uerum est in hoc dicto Heb. scilicet ꝙ iste passus intelligendus est ad litterā de natiuitate Messie id est Christi & dimittendo id quod falsum est: sic exponit̄ scd̄m ueritatem. anteq̄ parturiet: peperit id est āteq̄ beata Virgo dolorem partus sentiret peperit. quia sicut uirgo concepit ita sine dolore peperit. anteq̄ ueniret partus eius id est dolor ex partu & est replicatio eiusdem sententie ad maiorem expressionem & cō/ firmationem. Quis audiuit unq̄m tale etc. quasi diceret nullus. qa sicut nulla alia uirgo concepit: ita nec sine dolore peperit. Nunquid pertineret: Hic consequenter agitur de natiuitate fidelium per regenerationem baptismalem qua post resurrectionem & ascensionē Christi fideles breui tempore fuerunt ualde multiplicati ut apparet in Ac/ tibus Apostolorum ita ꝙ uiuente Petro fuit fides multiplicata in omnibus partibus terre habitabilis sicut fuit dict̄ plenius super illud psal. xviii. In omnē terrā exiuit etc. & hoc est quod dicitur: nunquid parturiet terra in die una etc. id est in tempore breui & dicit: parturiet terra id est Ecclesia primitiua que fuit in afflictione & perse/ cutione multa. aut pariet̄ gens simul? id est gentiles de omnibus partibus. qa pturiuit & peperit Sion id ē Ecclesia sic nominata ut dictum est supra ca. ii. filios suos in Xp̄o regeneratos. & quia talis regeneratio repentina facta est uirtute diuina: Ideo subdit̄ nunqd ego qui alios parere facio id ē fecunditatē naturalem omnibus tribuo. ipse non pariam: dicit dominus? multiplicando fideles dicto modo quasi diceret immo sic factā ideo subditur. si ego qui generationem etc. replicatio est eiusdem sentētie ad maiorem affirmationem. Aliqui autem doctores Catholici exponunt hoc de eterna generatiōe filii a patre scd̄m naturam diuinā. sed hec expositio uidetur magis mystica q̄ litteralis. Letamini: hic consequenter agitur de pertinentibus ad iudicium retributiōis & primo bonorum. scd̄o malorum siue reproborū. ibi & cognoscet̄. Circa primū dicit̄: Letamī cum Hierusalem id est cum Ecclesia militante & triumphante transeunte in finali iu/ dicio. omnes qui diligitis eam id ē habentes ueram & firmam caritatem. gaudete cum eo gaudio: reduplicatur gaudium propter duplicem leticiam tunc pfecte habendam exterius & interius ex gloria anime & corporis. Vniuersi qui lugebatis super eam. in afflictionibus Tyrannorum & maxime Antichristi ut suggatis & repleamini etc. tot uerba consolatiua & affluētie boni expressiua ponūtur hic ad designandū excelētiā retributionis celestis que excedit nostram apprehēsionē sicut dictum est supra. lxiiii. Oculus non uidit deus absq; te que preparasti expectātibus te. ad ubera portabimini etc. Ista dicuntur ad exprimēdum familiaritatem & benuolentiam dei erga electos: p affectionē matris ad filios & uidebitis in effectu quod p̄nuntio uobis. uel uidebitis

meā. quia Christus in iudicio appebit in forma hūanitatis glriosa cuius tñ aspectus erit terribilis & tristabilis reprobis & delectabilis iustis. & ponam in eis signum. s. sācte crucis scd̄m quod dicitur Mat. xxiiii. Tunc apparebit signū filii hominis in celo: qđ exponunt Origenes & Chrysostomus de signo crucis mirabiliter radiante in iudicio ad gloriam fidelium & confusionem reproborum. & maxime eorū qui eum crucifixerūt manibus siue linguis. ideo dicitur: Mat. xxiiii. & tunc plangent omnes tribus terre id ē aliqui ex omnibus gentibus. Et mittam hic ultimo ponitur simul aliquid pertinēs ad iudicium discussionis. premittitur tamen illud qđ pertinet ad iudicium discretionis & subditur illud quod pertinet ad iudiciū retributionis ibi quia sicut celi Iudicium autem discretionis separando fideles ab infidelibus factum est executiue per predicationem Apostolorum aliorumq; primo credentium qui omnes uel fere omnes fuerūt Iudei & scd̄m hoc dicitur Et mittam ex eis qui saluati fuerint alios in infidelitate p̄manētibus cuiusmodi fuerunt Apostoli & alii discipuli ad gentes id est ad gentiles conuertendos sicut enim dixerunt Paulus & Barnabas Iudeis obstinatis Actuum. xiii. Vobis oportebat primū loqui uerbū dei sed quoniā repellitis illud & indignos uos iudicatis eterne uite ecce conuertimur ad gentes, sicut enim precepit nobis deus in mare. i. habitantes in insulis maris in quibus publicata est fides Catholica primo per Barnabā & Paulum scd̄o p̄ alios predicatores in diuersis insulis maris in Africā in qua p̄dicauit Matheus in Ethiopia que est in Africa & Marcus in Alexandria in Libyā in qua p̄dicauerunt etiā alii tenētes sagittā in Italiā Petrus enim & Paulus predicauerunt Rome que est caput: Italie & dicuntur hic tenentes sagittam quia multi discipuli Christiani fuerunt facti ab eis Rome quos tanq̄ sagittas domini miserūt in partes longinquas ad p̄dicādū ut Dionysium in Francia Marcum in Alexandriam & sic de multis aliis q̄ autem predicatores uerbi diuini sagitte dicantur patet supra. xlix. posuit me quasi sagittam electā & Greciam in qua Paulus predicauit Athenis & in multis aliis locis & Iohānes Euangelista in Epheso ad insulas longe ut dictum ē supra de Paulo & Barnaba Ad eos qui non audierunt de me id ē ad gentiles legem & Prophetas nō habētes in quibus fit mentio de Christo futuro & non uiderunt gloriam meam. qa nō uiderunt Christū docentem & miracula facientē. sicut Iudei uiderūt in quorū terra predicauit in ꝓpria persona & fecit multa miracula ut patet ex decursu Euangelii. propter quod dicit Math. xv. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus Israel. & ānunciabunt gloriam meam gentibus scilicet gloriam mee resurrectionis & ascensionis & miracula in nomine meo faciendo ad confirmationem sui sermonis & subdit̄ fructus huius doctrine cum dicitur & adducent omnes fratres uestros id ē Christianos de cūctis gētibus donum domino. fidem Christi recipiendo in equis & quadrigis etc. nō est per hoc intelligēdum q̄ talis adductio fit per motum localem & instrumenta corporalia qđ patet per hoc quod subditur ad montem sanctum meum Hierusalem. quia eadem ratione acciperetur hic Hierusalem & mons Sion ad litteram pro ciuitate & tēplo materialibus quod non potest dici quia non possit ibi congregari totus populus Christianus immo nec etiam Iudaicus per orbem dispersus. & ideo talis adductio seu congregatio intelligenda ē in unitate fidei & caritatis de qua dicit Saluator. Math. xviii. ubi sūt duo uel tres congregati in nomine meo in medio eorū sum & p uarios uectare modos cum dicitur hic. in equis & quadrigis etc. intelligūtur ministeria Apostolorum. & adiutoria angelorum quibus infideles adducti sunt ad fidem ita q̄ per equos & q̄drigas scd̄m Hieronymum intelliguntur auxilia angelorū eo q̄ Helias equis igneis & curru igneo legitur raptus in celum. iiii. Regum. ii. & hoc misterio āgelico. p lecticas mulas

& carrucaſ intelligũt miſteria Apoſtolorũ ſcd̃m tria que in eis fuerũt ad cõuerſiõem infidelium ſcilicet ſancta conuerſatio. ſana predicatio. & p miracula confirmatio. ad montem ſanctum meum Hieruſalem id ẽ Eccleſiam militantem ut dictũ eſt ſupra ca. ſcd̃o. quomõ ſi inferant filii Iſrael id ẽ Apoſtoli qui fuerunt Iſraelite genere munuſ in uaſe mundo etc. ſic ſupple accepta eſt coram deo cõuerſio infidelium per laborem eorũ immo multo pluſ quia ſacrificiũ deo acceptiſſimum eſt zeluſ animaꝝ. & aſſumã ex eis id eſt ex gẽtibuſ cõuerſis in ſacerdoteſ & leuitaſ qa plureſ ex ipſis etiã a tẽpore Apoſtolorum ordinati ſũt Epiſcopi & Eccleſie miniſtri ut patet de beatis Clemẽte & Dionyſio & multis aliis. & hoc eſt quod dicit quedam gloſa Hebraica. Exo. xii. ſuper illud hec eſt religio Phaſe etc. & ſequitur eadem lex erit indigene & colono q pere/grinatur apud uos gloſa. futurum eſt ut conuerſi de gentibuſ ſint ſacerdoteſ domino miniſtranteſ. Quia ſicut celi: Hic cõſquenter ſubditur id qd̃ pertinet ad iudiciũ retri/butionis & primo quo ad bonos cum dicitur: quia ſunt celi noui & terra noua etc. quia a ſtatu illius innouatiõis future de qua ſupra dictũ eſt ſupra imperpetuũ nõ mutabit ſic ſtabit ſemen ueſtrum id eſt adducti ad fidem per uos: qui ſunt de numero electoꝝ & nomen ueſtrũ id eſt Apoſtolorũ imperpetuum in ciuitate celeſti. ideo ſubditur: & erit menſis ex menſe. & ſabbatum ex ſabbato id ẽ perpetua requieſ & duratio que nõ poſſunt a nobis exprimi nec capi nec per nomina & uerba differentiaſ temporis ſig/nificantia. & hoc mõ de eternitate dei dicitur. Apoca. primo ca. Qui eſt. & qui erat. & qui uenturus eſt. eternitaſ tamen durationis deſignatur per hoc: qd̃ dicit: mẽſis ex menſe & eternitaſ quietis: tum dicitur ſabbatum ex ſabbato. ſabbatum enim quietem ſignificat in Hebreo ueniet omnis caro id ẽ omnis homo exiſtens de beatorũ numero eo modo quo dicitur ſupra. xl. uidebit omnis caro pariter q̃ os domini locutum ẽ. ubi habet tr̃aſlatio Hieronymi: uidebit omnis caro ſalutare dei noſtri. ut adoret coram facie mea. que clare uidet̃ in patria. Cõſequẽter ponit̃ retributio malorum ſimul cũ retributione bonorum: cũ dicitur: egredient̃ ſcilicet beati nõ per loci mutationem: ſed per conſiderationem. & uidebũt cadauera etc. id ẽ corpa damnatorũ in gehenna. & q̃ iſte ſic intellectus patet per hoc quod ſubditur: uermis eorum non morie. qa uermeſ corpora mortuorũ corrodẽteſ in ſepulchris cito deficiunt cum eis. & in puluerem cõ/uertũtur. & ignis eorum non extinguetur. ex quo patet quod dictũ eſt ſupra ſcilicet de cruciatu corporum damnatorum in igne inferni qui eſt inextinguibilis. & erunt uſq; ad ſatietatem. id eſt repletionem & perfectionem uiſionis omni carni id eſt omni homini beato. non ſic intelligendo q̃ beati delectentur per ſe in penis damnatoꝝ. ſed quia talis intuitus damnatorum declarat eis diuine iuſticie exercitiũ. & diuine miſeri/cordie beneficium quo penas illas euaſerunt. & proprie glorie augmentum in quantũ maior apparet comparata ad ſuum coutrarium. quia appoſitis iuxta ſe contrariis maiora & minora uidentur. primo Elenchorum. & ex iſtis tribus beati per ſe letantur ſcd̃m quod dicitur Pſal. lvii. Letabitur iuſtus cũ uiderit uindictã ecce primũ manus ſuas leuabit in ſanguine peccatoris. in quantum dei miſericordia factus eſt immunis ab illis penis. ecce ſecundũ ſi utiq; eſt fructus iuſto. accipit̃ hic ſi pro quia. Quia p hoc apparet maior feruitio propria & ſic totum cedit in gloriam electorum. & ipſius dei principaliter Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen:

Incipit postilla super Hieremiam. .I.

Oprophetā in gētibus dedi te. Verbū propositū scribit Hieremie primo capitulo. & dictū fuit sibi a domino in quo possunt notari quattuor cause huius libri Hieremie quē habemus pre manibus exponendum uidelicet causa efficiens. materialis. formalis. & finalis. causa uero efficiens duplex est: Una ꝑncipalis scilcet deus reuelās oia in hoc libro cōtenta Alia instrumētalis scilicet sāctus Hieremias qui spiritu sancto dictante scripsit istum librū. & hec duplex causa notatur: cum dicitur dedi te. ita ꝙ in suppositō huius uerbi dedi quod est ipse deus exprimitur causa efficiens principalis in hoc autem pronomine te causa efficiens instrumentalis & de utraq; potest accipi illud: quod scribitur Ezech. iii. Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. Ad hoc enim pōitur speculator in excelso ut a longe speculet: & que uiderit fideliter annunciet & sic fecit Hieremias ut statim uidebit in quadam generali. & plenius in persecutione libri. Causa uero materialis & formalis possūt notari in noīe Prophete cū dicit ꝓphetā. Ad cuius intellectū sciendū ꝙ Propheta secundū interpretationem nominis dicitur quasi procul fans: quia fat seu denunciat ea que sunt longinqua a naturali cognitione humana. Et ista quantū ad presens sunt in duplici gradu: quia aliqua sunt huiusmodi propter suā eminētiam respectu intellectus nostri: cuiusmodi sunt diuina ad que se habet intellectus noster sicut oculus noctue ad lucem solis. Inter ista uero ualde longe quum est a cognitiōe nostra incarnationis diuine mysteriū. excecaturis enim potest homo deuenire in cognitiōem prime cause que deus est: quantū ad multas eius conditiones & sic Philosophi concluserunt de deo plures conclusiones similiter natura humana per se accepta non excedit cognitionem nostram: sed unio nature humane & diuine in suppositō uerbi supra modum ascendit facultatē intellectus humani. Mysteriū aūt istud denūciauit Hieremias Propheta inter alios ualde clare. xxiii. ca. dicens. Ecce dies uenient dicit dominus & suscitabo Dauid germen iustum & regnabit Rex. & sapiens erit. & faciet iudicium & iusticiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda. & Israel habitabit confidenter. & hoc est nomen quod uocabūt eū dominus iustus noster hec enim autoritas ad litteram de Christo dicitur scd̄m omnes doctores Hebreos & Latinos ut uidebit plenius ibidem domino concedente. per hoc autem quod dicitur hic suscitabo Dauid germen iustum. exprimitur humanitas Christi qui factus est ex semine Dauid scd̄m carnem. Romanorum. primo. pro hoc autem quod subditur: & hoc est nomen quod uocabūt eum dominus iustus noster. exprimit diuinitas Christi clarius: ut mihi uidet q̄ in aliis libris ueteris testamenti quia ubi habemus dominus In Hebreo habet nomē domini Tetragrāmaton quod scd̄m antiquos doctores Hebreorum sic ē apropriatū altissimo creatori ut non liceat ipsum nomen de alio dici ut plenius dicam domino cōcedente quando ad locum illum uenremus. Et quia Hieremias ita clare Xp̄i mysteriū denūciauit prophetice potest etiam dici de eo quod scribitur. Luc. primo Et tu puer Propheta altissimi uocaberis quia ualde clare expressit altitudinem sue deitatis. & hec est materia principalis huius libri. Vnde dicit Ra' Sa. super. ix. capitulo Zacha. ꝙ uniuersi Prophete nō fuit locuti nisi de diebus Messie quod est intelligendū de principali intentiōe eorū quia de pluribus alius locuti sunt. Et scd̄m hoc deus hūanāduſ est subiectum in omibus libris propbetalibus sicut deus hūanatus in Euangeliis. Quia Prophete nunciant futurum. Euangeliste narrant factum. sicut enim deus sub ratiōe

absoluta est subiectum in tota sacra scriptura: sic est in partibus eius sub rationibus determinatis: ut dictum fuit plenius in principio Gene. Alia uero sunt longinqua a cognitione humana propter sue entitatis & ueritatis diffidētiam cuiusmodi sūt futura cōtingētia de quibus nō ē determiata ueritas apud nos sed est determiata apud deū. & de talibus ē ꝓphetia scd̄m qd̄ dicit Cassiodrus sup psal. ꝓphetia ē diuina inspiratio rerū euētus in mobili ueritate denūciās. de talibus uero erat destructio ciuitatis & tēpli. & captiuatio populi ꝑ Nabuch. futura quā Hiere. ꝓphetice denúciat & scribit in hoc lib. in tm̄ ꝙ ꝓpter hoc uoluerūt eū occidere scd̄m qd̄ dicit̄ infra. xxvi. Iudiciū mortis est uiro huic qa prophetauit aduersus ciuitatem istam. & hec est materia huius libri secundaria sub nomine Prophete designata. Causa etiā formalis huius libri sub nomie Prophete designatur. Circa quod sciendum ꝙ duplex est forma libri scilicet forma tractatus & forma tractandi. Eorma tractatus est diuisio libri per partes & capitula: de qua uidebitur in prosecutione libri. Forma uero tractandi est modus agendi qui modus est propheticus describēdo diuinas reuelationes Hieremie factas propter quod de ipso potest dici illud quod scribitur Io. vi. hic est uere Propheta & dicit̄ uere Pro/ pheta ad differētiā Pseudo Prophetarū qui non propbetant ex diuina inspiratione sicut Hieremias. Sed aliqui eorum ex propria fictione propter questum. & alii ex reuelatione demonū qui sunt mendaces: propter quod falsi erant ut in pluribus pro/ phetie eorum. Causa finalis huius libri est utilitas uniuersalis Ecclesie que collecta ē ex omnibus gentibus. & hic finis notatur: cū dicitur: in gentibus id est ad utilitatem omnium gentiū propter quod de illo potest dici illud Esaie. xlix. dedi te in lucē gētiū ut sis salus mea usq; ad extremum terre ut sit uerbum domini ad Hieremiam dicentis dedi te in lumen gentium ad illuminandū eos lumine fidei & claritate morū ut sis salus mea usq; ad extremum terre. & hoc denunciatiue tantum: quia Christus est salus gē tium effectiue scd̄m quod dicitur psal. lxxiii. operatus est salutem in medio terre. id est in Hierusalem que est in quarto climate terre habitabilis in qua operatus ē salutē humanam per suam passionem benedictam resurrectionem & ascensionem in celum ubi cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

QErba Hieremie Prophete Liber iste in duas partes .I. diuiditur scilicet in prohemium & tractatum scd̄a incipit ibi & factū ē. Prima in duas quia primo ponitur autoris notificatio. Scd̄o facta sibi cōmissio ibi & factū ē. Circa primū notificatur autor p̄mo ex nomine cum dicit̄ uerba Hiere. supple sunt que sequuntur in hoc libro. Scd̄o ex genere cum dicitur: filii Ezechie qui fuit etiam ꝓpheta licet non tā famosus sicut Hieremias & hoc scd̄m regulā Hebreorū que dicit ꝙ quando in principio alicuius prophete exprimitur nomen patris ipsius Prophete intelligendum est ꝙ & pater fuit Propheta de sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth Dicit enim Hieronimus in prologo huius libri ꝙ Anathoth ē uicus tribus milibus dis/ tans a Hierusalem in sorte Beniamin sicus. Quarto notificatur ex tempore cū dicit̄ ꝙ factum est uerbum domini ad eum in diebus Iosie etc. Et sciendum ꝙ istud ꝙ non est pronomen sed coniunctio & ponitur pro quia & refertur ad illud quod dicitur in principio uerba Hieremie: etc. & ad ostendendum ꝙ hec uerba procedant ex spiritu diuino dicitur ꝙ factum est etc. id est quia factum est uerbū domini ad eū in diebus Iosie etc. tacentur hic duo Reges quorum temporibus Prophetauit scilicet Ioathan filius Iosie & Iechonias filius Ioachin eo ꝙ quilibet eorum regnauit tantum quinq; mensibus & sic tempus eorum computatur sub aliis Regibus usq; ad transmigrationē Hierusalem id est captiuitatem populi eius ciuitate destructa per Nabuchodonosor

in mēſe quinto Contrarium uidetur infra. xxix. ubi dicitur menſe quarto quinta die menſis aperta eſt ciuitas etc. Dicēdum q̄ menſe quarto fuit capta a Babyloniſ ut ibi dicitur: ſed ciuitas nō fuit deſtructa: nec populus in Babylonem ductus donec ſuper hoc audiretur uoluntas Nabuchodonoſor exiſtentis tunc in Antiochia per nuncios ad hoc miſſos qui redierunt menſe. v. ut dicitur hic. Et factum eſt. Hic conſequēter deſcribitur commiſſio facta Hieremie de actu prophetandi: cum dicitur ei a domino Priuſq̄ te formarem in utero noui te. noticia p̄deſtinatiōis que eſt eb eterno. & ātēq̄ exiret de uentere ſanctificaui te: purgando ab originali in utero materis per gratiā ſanctificantem. & Prophetam in gentibus dedi te· nunc tibi officium prophetādi im/ponendo & quia officium eſt magnū ideo ſubditur excuſatio Hieremie. & dixi. A. A. A. domine deus & dicunt aliqui expoſitores q̄ hic ter ponitur. a. quia Hieremias ſe excuſat a tanto officio ꝓpter triplicem defectum ſcilicet etatis ſcientie & eloquentie quia adhuc erat iuuenis· ſed hec expoſitio procedit ex ignorantia Hebraici ſermonis ubi componitur hic una compoſita dictio ex tribus litteris ſcilicet He Et He. quia bis pōitur He littera & hec dictio ſic ſonat. A. A. A. littera enim He aliquādo ſonat in Hebreo ſicut. A. in latino & eſt dicta dictio interiectio dolentis uel admirantis ſed quia deus poteſt implere omnem defectum ideo dicitur. noli dicere puer ſum etc. quaſi diceret potens ſum omnem defectum tuum ſupplere. & te ab impugnationibus eorum quos tu formidas: protegere. Sciebat enim Hieremias q̄ Prophete qui āte eū fuerant perſecutiones uſq; ad mortem ſuſtinuerant maxime tempore Manaſſe Regis ut habetur quarto Regum. & ſubditur iniunctio officii cum dicitur & miſit dominus manum ſuam & tetigit os meū uidit enim imaginaria uiſiōe quaſi ſimilitudinē hominis deum repreſentātis & per hoc deſignabat collatio doni prophetie ſibi date a deo ideo ſubditur. Ecce dedi uerba mea etc. & quia Hieremias non ſolum prophetauit contra regnum Iude ſed etiam contra plura alia ut uidebitur infra ideo ſequit Ecce cōſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna ut euellas id eſt euellendo denuncies trāſferendo inde habitatores. & deſtruas quantū ad occidendos & diſperdas quantum ad fugiētes per diuerſas uias: & diſſipes quantum ad morientes in fuga uel captiuitate & edifices & plantes id eſt denuncies Iudeos reedificandos & plantandos in terra ſua qd̄ impletū fuit tempore Tyri qui dedit populo licentiā redeundi in terram ſuam. & reedificādi templum & tempore Artaxerxis qui dedit licentiam Neemie reedificandi ciuitatem Hieruſalem ut habetur p̄mo Eſd. primo. Et Nee primo. Et factum eſt finito pro/hemio Hic incipit tractatus. Circa quem ſciendum q̄ licet materia principalis huius libri ſit myſterium Chriſti ut ſupra dictū eſt: tamen Hieremias multo diffuſius ſcribit futuram ciuitatis & templi deſtructionem propter quod melius poteſt accipi diuiſio libri ſcd̄m iſtam materiam Et ſcd̄m hoc liber iſte in duas partes diuiditur: quia primo Hieremias hanc deſtructionem futuram denunciat Scd̄o ipſam factam deplorat in Threnis qui nō ſunt libri diſtinctus ab iſto ut patet per Hieronymum in prologo galeato qui prologus ponitur in principio libri Regum. Prima in duas quia primo futuram deſtructionem denunciat ſcd̄o dicta Epilogat capitulo. lii. Prima adhuc in duas quia primo prenunciatur deſtructio Iudeorum. Scd̄o aduerſariorum ſuorū capitulo. quadrageſimo ſexto. prima adhuc in duas: quia primo denunciatur dicta deſtructio prophetice ſcd̄o hiſtorice capitulo. xxxix. Prima adhuc in duas quia p̄mo oſtenditur deſtructio ciuitatis futura. ſcd̄o ſubditur huius deſtructionis cauſa capit. ſecundo. Prima adhuc in duas qa p̄mo ponit dicta oſtenſio ſcd̄o Prophete cōfortatio ibi tu ergo. Oſtenſio uero deſtructionis future fuit duplici uiſione Scd̄a ponit ibi &

factum ē. prima ponitur cum dicitur: quod tu uidēs Hieremia non querit dominus ex ignorantia: sed ut ex eius responsione conuenientius eum instruat de futura des/ tructione ciuitatis Ideo consequenter ponitur Prophete responsio uirgam uigilantē ego uideo. Aliqui sic exponunt uirgam uigilantem id est uigilantium scilicet latronū qui uigilant de nocte quando alii dormiunt ad faciendum furta. & habent aliquādo uirgam longam in extremitate uncinum ferreum habentem cum qua extra habent uestes uel alias res de domibus per fenestras. & per hoc ut dicunt: designabat futura spoliatio ciuitatis per Chaldeos. sed istud dictum processit ex ignorantia Hebrei ser/ monis qui sic habet hic baculum amygdalmū ego uideo & dicit baculū ad designandū percussionem ciuitatis futuram. amygdalmum ad designandum huius percussionis acce/ lerationē eo ꝙ inter alias arbores amygdalus multū accelerat emittere flores. & ideo cū subditur bene uidisti quia ego euigilabo etc. In Hebreo habetur: quia festinabo ego etc. & eadem sententia est in littera nostra cum dicitur: uirgā uigilantē & postea uigilabo ego per uigiliam enim intellgitur festinatio eo modo loquendi quo commu/ niter dicitur de homine multum festinante ad aliud obtinendum ꝙ uigilat super illud. sacra enim scriptura non semper transfertur de uerbo ad uerbum sed aliqñ accipiēdo sensum ex sensu. Et factum est. hic ponitur secunda uisio cum dicitur: quid tu uides exponatur ut supra. ollam succensam ego uideo non est intelligendū ꝙ uideret ima/ ginaria uisione ollam plenā igne ardente ut aliqui imaginantur sed uidebat bullientē & hoc modo communiter dicitur olla succensa quando fortiter bullit. Vnde in Heb. habetur ollam bullientem ego uideo & facies eius id est ebullitiones que apparent in superficie olle bullientis In Hebreo enim facies ponitur in plurali A facie Aquilonis id est a parte aquilonis olla enim pōita ad ignē quando bullit eius ebullitiōes incipiūt a parte ignis & flectuntur ad partem oppositam & per hoc significabatur ꝙ Chaldei ciuitatem incensuri uenirent a parte aquilonis & ideo sequitur exponendo istam ui/ sionem. ab aquilone pandetur malum. etc. & patet littera usq; ibi. & ponēt unusqsq; solium suum id est tentorium suum in introitu portarum Hierusalem. ut nullus possit egredi uel ingredi quin capiatur uel ad litteram soliū suū quia capta ciuitate sederūt principes in portis in soliis suis tanq̄ uictores ut habetur infra. xxxi. & loquar iudicia mea cum eis penam debitā pro peccatis reddendo. Sed queritur hic quomō Chaldei dicuntur uenisse ab aquilone cum Chaldea sit magis ad orientem respectu Iudee. Ad quod dicendum ꝙ Nabuchdonosor tunc erat Monarcha ut patet Daniel. quarto. & sic regna aquilonis erant subiecta & pro maiori parte collegit inde exercitum ad ue/ niendum contra Hierusalem ut sic Chaldeam dimitteret munitam bellatoribus in sui absentia contra pericula imminētia Quod autem ponitur duplex uisio ad significādū idem scilicet ciuitatis destructionem facit ad iudicium ueritatis ut sermo dei uelocius compleatur scd̄m quod exposuit Ioseph de duplici somnio Pharaonis famem futuram significante Gene. quadragesimoprimo. Tu ergo. Hic consequenter ponitur Pro/ phete confortatio cum dicitur: Tu ergo accinge lumbos tuos etc. id est sis promptus & paratus ad exequendum mandatum meū abiiciendo a te timorem humanum ppter quod subditur: Nec enim timere te faciam id est permittam. propter quod subditur ego quippe dedi te hodie in ciuitatē munitam etc. quasi diceret sicut ciuitas munita nō potest capi nec colúna ferrea frangi nec murus eneus penetrari: sic nec poteris a tuis aduersariis superari cuius causa subditur quia ego tecum sum. qui sum uirtutis infinite & sic possum in omnibus te protegere. .II.

ET factum est. Hic consequenter describitur dicte destructionis causa scilicet:

populi Iudaici malicia. Et diuidit in duas partes quia primo Hieremias arguit populi iniuriam. Scđo ex hoc patitur multiplicē iniuriam capitulo uicesimo. Prima in duas quia primo arguitur populi malignitas scđo eius irreparabilitas. xiii. capitulo. p̄ma adhuc in duas quia primo Hieremias arguit populi transgressionem. Scđo plangit futuram sibi persecutionem capitulo. xi. circa mediū ibi. Tu autem domine demōstra mihi. Sed istud dictum uidetur repugnare ei quod dictum est capitulo precedenti. nec enim timere te faciam: quia planctus de malo futuro uidetur procedere ex timore. Ad quod dicendū ꝙ sicut dicit Philosophus scđo Rhetorice timere est passio de malo futuro de difficili euitabili non tamē impossibili quia si apprehendatur ut impossibile euitari tam cessat timor: & succedit tristicia: que est proprie de malo presenti quia iam apprehēdit illud malum ut presens propter quod iudicati ad mortem cū illuc ducunt non timent: sed tristantur. & est peius q̄ timere. Prouerbiorum decimoseptimo. Spūs tristis exiccat ossa. Hieremias autem per diuinā reuelatiōem erat certus de persecutione sibi futura & ideo non erat in eo timor de hoc. sed tristicia & sic plangebat quia apprehēdebat illam quasi iam presentem propter euasionis impossibilitatem. plāctus enim proprie est de malo presenti uel preterito scđm rem uel scđm apprehensionem. Per predicta patet solutio argumēti Prima adhuc in duas: quia primo arguit populi multiplex flagitium. scđo excluditur ab eo remedium capitulo. v. Prima adhuc in tres quia primo arguitur populi malicia. scđo peccandi inuerecundia capitulo tertio. Tertio peccantium cōtumatia capitulo. iiii. Presens autem capitulum in duas partes diuiditur: quia primo premittitur dei & populi mutua dilectio. Scđo ipsius populi deprauatio ut grauior appareat ex precedenti bonitate. scđa ibi audite: Circa p̄mū sciendum ꝙ deus magnam dilectiōem ostendit populo Iudaico quando sic mirabiliter eduxit eum de Egypto & sibi specialiter desponsauit per dationem legis scđm quod dicitur psal. centesimoquadragesimoseptimo. Non fecit taliter omni nationi & iudicia ett. & econuerso populus magnam dilectionem ostendit ad deum quādo ad mandatū eius exiuit in desertum ubi uictualia non crescebant. nec cibos ad sufficiētiam sibi p̄parare poterant: & hoc est quod dicitur hic Vade & clama in auribus Hierusalem id est habitatorū eius ita ꝙ omnes possint audire tam maiores q̄ minores. Hec dicit dñs. cuius uerbum non potest esse falsum. recordatus sum tui oHierusalem misereans adolescentiam tuā id est tempus tui exitus de Egypto & caritatem desponsationis tue in legis datiōe quando secuta es me in deserto ad dictum Moysi serui mei in terra que nō seminatur. eo ꝙ est omnino sterilis. sanctus Israel domino. q̄si diceret tūc populus Israel fuit domino sanctificatus. primicie frugum eius quasi diceret sicut p̄micie frugū offerrebantur domino pre frugibus aliis sic populus Israel fuit ei applicatus specialiter per susceptionem legis. tunc enim dixerunt omnia quecunq; locutus est dñs: faciemus. Exo. uicesimoquarto. omnes qui deuorant eum delinquunt. sicut enim primicie non comedebantur licite nisi a sacerdotibus & eorum familis sic populi terrarum uastātes populum Iudaicum peccauerūt. quia licet hec punitio procederet a diuina iusticia tñ aduersarii Iudeorum exequebantur in uoluntate mala. Ideo subditur: mala uenient super eos sicut declaratum est multipliciter in Esaia: & adhuc declarabit infra. Audite Hic consequenter describitur populi deprauatio. Et diuiditin duas quia primo describit eius malicia. scđo remouetur falsa fiducia ibi. si lauerit te. Scđa adhuc in tres scđm ꝙ malicia populi ex tribus ostēditur primo ex eius ingratitudine. Secundo ex gentilium comparatione ibi propterea Tertio ex flagellorum multitudine ibi. nūqd

ſeruuſ etc. Circa primum dicitur quid inuenerunt in me patreſ ueſtri iniquitatiſ. quaſi dicerent nihil. quia non habet locum in deo quia elongauerunt a me quaſi diceret non fuit defectuſ ex parte mea: ſed ſua. & ambulauerunt poſt uanitatem id eſt idola: que nullam habent uirtutem: aut bonitatem. & uani facti ſunt: ut idola propter quod dicitur pſal. centeſimotredecimo. Simileſ illiſ fiunt qui faciunt ea. etc. ꝙ enim declinauerunt ad idolatriam patet Exo. xxxii. in adoratione uituli & poſtea in libriſ Iud. Regum. & Paralypominon. & non dixerunt id eſt facto non oſtenderunt: ubi eſt deuſ qui aſcendere uoſ fecit etc. quia non oſtenderunt ſe gratoſ de hoc beneficio: qui traduxit uoſ per deſertum. qui erat locuſ inhabitabiliſ. & inuiuſ per terram ſitiſ: quia carebat fontibuſ & fluminibuſ. & imaginem mortiſ propter ſerpenteſ & animalia uenenoſa ibidem exiſtentia Deutro. viii. per terram in qua non ambulauit uir. ſcilicet antea. & ſi aliqui ambulauerunt fuerũt ita pauci ꝙ quaſi nihil ſunt reputati. & tamẽ in tota iſta uia deuſ puidit boniſ de uictu & ueſtitu ita ꝙ nihil eiſ defuit ſc̃m ꝙ dicit Deut. ii. dominuſ nouit iter ſuum quomó tranſieriſ ſolitudinem hanc magnam p. xlx. ãnoſ habitanſ tecum & nihil tibi defuit & in hoc maior dei dilectio apparuit ꝙ tãto tẽpore prouidit eiſ & ita bene: & induxi uoſ mutatur moduſ loquẽdi de tertia pſona ad primã in terrã Carmeli. i. in terrã Iſrael exprimit̃ tamẽ ſpecialiter Carmeluſ: eo ꝙ eſt locuſ fertiliſ & amenuſ. Iſte tamen Carmeluſ ẽ aliuſ ab illo Carmelo q̃ ẽ in ſorte Effraim q̃ eſt magiſ ſteriliſ ut dictũ fuit Eſa. xxix. Libanuſ cóuertet̃ in Chermel & Chermel in ſaltum reputabitur. & ingreſſi contamiaſtiſ multiſ idolatriiſ ſacerdoteſ nó dixerunt ubi eſt dominuſ eum deuote requirendo. & tenenteſ legẽ que dat mei cognitionem. neſcierunt me recogneſcenteſ me dominum per debitam ſeruitutẽ & paſtoreſ id eſt Regeſ & Principeſ preuaricati ſunt in me cultum mihi debitum idoliſ exhibẽteſ & Prophete prophetauerũt in Baal loquitur de falſiſ Prophetiſ quoſ Regeſ & principes fouebant cótra ueroſ domini Prophetaſ ut patet. iii. Regum tpe Achab &. iiii. Regũ. tẽpore Manaſſe & pluriũ aliorũ ut patet infra. xx. Propterea hic conſequenter arguitur malicia Iudeorum in comparatione aliarum gentium cum dicitur in perſona domini propterea adhuc iudicio contendam etc. quaſi diceret uolo uoſ & filioſ ueſtroſ per uiolentiam deprimere. ſed per uiam iuſticie quia peioreſ eſtiſ gẽtibuſ aliiſ. Ideo dicit̃ tranſite ad inſulaſ Thechim id ẽ ad inſulaſ mariſ mediterranei in qbuſ habitant Barbari. & in Cedar mittite id eſt in Agare uoſ qui deſcenderunt ab Agar ancilla Abrahe per Iſmaelem & Cedar filium Iſmaeliſ & conſiderate uehementer. i. toto mentiſ conatu ſi mutauit genſ ſcilicet alia quecũq; a uobiſ deoſ ſuoſ quaſi diceret ſed quelibet genſ alia illud quod primo coluit tanq̃ deum eius cultum tenuit quãuiſ ſũt dii falſi. Populuſ uero meuſ id eſt populuſ Iſrael a me ſpecialiter electuſ mutauit gloriam ſuam. id eſt deum ſuum in quo debebat gloriari in idolum ſicut patet Exo. xxxii. ubi tanq̃ deum coluit idolũ uituli propter qđ dicitur pſal. c. lxv. Mutauerũt gloriam ſuam in ſimilitudinem uituli comedentiſ fenum etc. poſtea uero multiſ idoliſ & uariiſ ſeruierunt ut patet in libriſ Iudic. Regũ & Paralypo. & qa iſtud erat ualde horribile ideo ſubditur: obſtupeſcite celi id eſt angeli ſuperioreſ & porte celi. i. inferioreſ angeli ſciendũ tñ ꝙ in Hebreo ſic habetur obſtupeſcite celi ſuper hoc & turbetiſ & diſſipetiſ. & ſc̃m Hebreoſ loquitur de celo aereo quod dicitur hic celi in plurali propter eius parteſ diuerſaſ uel accipiendo plurale pro ſingulari. ſicut Exodi. xxxii. Iſti ſunt dii tui Iſrael: & tamen erat ibi tãtum unicum idolum. dicitur autem celũ aereũ metaphorice obſtupeſcere quando notabiliter immutat̃. ſicut homo ſtupiduſ in facie

mutatur & in mó se habendi & tẽpestare & dissipare quãdo fiunt contrua procelle & fulgura que sunt ire diuine signa. & per hoc ut dicit Ra. Sa. intelligitur destructio ciuitatis & templi futura per Nabuchodonosor que fuit magna tapestas Iudeis sicut in modo cómuni loquendi dicitur aliqua gens uel ciuitas tempestari quando magnum infortunium accidit ei. & huius tempestatis subditur causa cum dicitur duo. n. mala fecit populus meus & que sint illa subditur: me dereliquerút fontem aque uiue sic nominatur deus eo q̃ est uita per essentiam dans omnibus aliis uitam & inspirationem. & foderunt sibi id est cum diligentia & labore quesierunt cisternas dissipatas etc. i. idola nullam uirtutem uite in se nec in alius habentia. Nunquid Hic ostenditur malitia populi ex flagellorum multiplicatione cum dicitur nunquid seruus scilicet emptitius aut uernaculus id est seruus natus in domo ut sic debeat flagellari quasi diceret non ẽ ista causa. & ideo inquiritur de ea cum dicitur: quare ergo factus est in predam alius gentibus. super eum rugieruut leones id est Assyriorum & Egyptiorum Reges cruideliter ipsum inuadentes ideo subditur posuerunt terram eius etc. & patet littera. filii quoq; Mempheos & Taphnes id ẽ Egypti sic nominati quia Memphis & Taphne erãt ciuitates nobiles in Egypto. cóstuprauerút te. i. deturpauerút te In Heb. habeť confregerunt te usq; ad uerticem. Istud fuit impletum quando Egypti interfecerút Iosiam qui erat caput in Iuda & subditur predictorum malorum uera causa cũ dicit: nunquid non istud factũ est tibi quasi diceret sic. quia dereliquisti dominú p idolatriã eo tempore id est ab illo tempore quo ducebat te per uiã per colúnam ignis & nubis precedendo: ut habeť Exo. xiii. & hoc fuit quando populus fecit sibi uitulú cóflatilẽ & adorauit ut deum Exo. triceſimosecundo & postea tempore Iudicum quando nó habebãt Regem nisi deum ut habetur quarto Regum & quid tibi uis in uia Egypti ut bibas aquam turbidam. id est Nili ut habetur in Hebreo quia Nilus diuiditur per multos riuos ad irrigandum terram Egypti & sic ex commixtione terre fit eius aqua turbida & per bibitionem illius aque intelligitur petitio subsidii ab illa gente & quid tibi in uia Assur: ut bibas aquam fluminis. scilicet Euphratis per terrã illam currẽtis terra enim Israel erat sita inter Syriam & Egyptú quia ab aquilone habet Syriam a merdie Egyptum & quando infestabanť filii Israel ab una parte querebãt auxilió ab altera. & nihil eis ualebat. ideo subditur arguet te malitia tua. desperantes enim de diuino auxilio recurrebant ad humanum. & ideo iusto dei iudicio deficiebãt cadẽtes in manibus aduersariorum. Ideo subditur: scito & uide pena intellectum dante. quia malum ex priuatione boni prius habiti. & amarum. ex incursione mali prius inexpti reliquisse te dominum. per idolatrie cultum a seculo id est a principio legis date confregisti iugum meum faciendo & adorando uitulum conflatilem Exo. triceſimosecúdo rupisti uincula mea. id est precepta. & dixisti facto non seruiam. sed seruisti idolis & nemo potest duobus dominis seruire. Mat. vi. in omni enim collo etc. in talibus enim locis colebant idola propter eminentiam loci & amenitatem ibidem in ueneratiõnem idolorum exercẽtes in cõdẽsis luxuriam in ueneratiõem Veneris & Priapi Ego aũt plantaui uineam electam in sanctis patribus primis Abraham Isaac & Iacob quomó ergo conuersa es etc. quasi diceret ex malicia tua. Si lauerit. Hic consequẽter remouetur falsa fiducia in duobus que excluduntur. Secundum ibi quid niteris. Prima in duas quia primo fit ista remotio. Scdo pene cõminatio ibi: prohibe. Primum in quo confidebant: erant sacrificia que in templo offerebantur pro peccatorum expiatione que tamen non ualebant absq; debita penitẽtia: ideo dicitur si lauerit te nitro species est terre qua utuntur purgatores uestium & dicitur a niteo. nites: quia facit uestes

nitidaſ. & multiplicaueriſ tibi herbam Borith. que ſimiliter habet uim purgatiuam. In Hebreo non habetur herbam ſed tantum Borith quod ſc̄m Hebreoſ ſignificat ſaponem uidelicet purgatiuam habentem & per iſta intelligitur mulplicatio ſacrificiorum ueteriſ legiſ ad expiandū peccata que non ualent ad hoc: ſine debita penitētia quem diciſ etc. quia peccata negare & defendere grauiuſ eſt q̄ fatere. primo Regū. xxv. peccatum ariolandi eſt repugnare etc. ideo ſequitur uide in conualle. ſ. Ennō ubi filioſ ſuoſ traducebāt p ignem offerenteſ idoliſ. Ra. Sa. dicit in conualle Phegor ubi filii Iſrael cōmiſcerūt idolatriā Numeri. xxv. Curſor leuiſ etc. quaſi diceret ſine freno cucurriſtiſ ad idolatriam. In Hebreo habetur camela leuiſ retinens uiaſ ſuaſ id ē modū ſuū currēdi abſq; obliuione exercens & eſt eadem ſententia & dicūt Hebrei q̄ femella cameli agilior eſt ad currendum q̄ maſculuſ onager aſſuetuſ in ſollitudine quia ibi conuerſatur in deſiderio anime ſue etc. per talem attractionem ſentit a longe femellam & ſic inſequitur ſine retinaculo quaſi diceret ſic gēſ Iudaica ſecuta ē idolatriā. omneſ qui querunt eam ad fornicandum cum ea per idolatriā in menſtruiſ eiuſ inuenient eam. In lege prohibitum erat ne mulier tempore menſtruorum ſuorum admitteret concubitum alicuiuſ uiri propter qđ nimiſ luxurioſa reputabat̄ que tali tpe ſe exponebat. & per hoc deſignatur uehemētia idolatrie in populo Iſrael quia omi tempore erat adhoc paratuſ In Hebreo habetur in menſe ſuo inuenient eam. quod exponenſ Ra. Sa. dicit q̄ in uno menſe & alio tempore non queritur ut capiatur quia hoc eſſet pro nihilo propter eiuſ curſum uelocem: ſed tunc capitur faciliter & ſine defectu & per hoc ut dicit deſignatur captio gētiſ Iudaice que facta fuit a Nabuchodonoſor menſe quarto ut habetur quarto Regum ultimo. Prohibe etc. Hic conſequenter ponitur pene comminatio cum dicitur: Prohibe pedem tuum etc. quaſi diceret recede ab idolatria ne ducariſ in captiuitatem nudiſ pedibuſ & ſitiēſ ſicut ſolēt duci captiui & dixiſti deſperaui de remedio. & ideo non dimittā In Hebreo habetur non curo ſcilicet de tali cōminatione & magiſ cōſonat ei quod ſequitur adamaui qppe alienoſ ſcilicet deoſ & taliſ amor nehemenſ facit nō curare de monitione ad oppoſitum quomodo confunditur etc. quaſi diceret ſic confundentur filii Iſrael quia inuenietur idola eorum a Chaldeiſ eoſ ſaluare non potentia & loquitur Prophetа de futuro per modum preteriti. Ideo ſubditur & tempore afflictioniſ ſue dicent. i. tēpore obſidioiſ per Choldeoſ Ideo ſubditur domini reſponſio ſurgāt etc. quia ipſe uoluit eoſ liberare Sc̄m numerum ciuitatum etc. pro domini cultu habebant unum tantum altare ad immolandum in Hieruſalem Ex quo patet dei contemptuſ maior. Ideo ſequit̄ omneſ dereliquiſtiſ me. ſine differentia ſexuſ aut etatiſ fruſtra percuſſi etc. quia non eſt ſecuta correctio. deuorauit gladiuſ ueſter Prophetaſ ueſtroſ ſcilicet Zachariā tpe Ioaſ & Eſaiam tempore Manaſſe & plureſ alioſ qui occiſi fuerant ante tempuſ Hieremie ideo ſubditur: quaſi leo uaſtator. qui animalia innocentia occidit ut ceruoſ & huiuſmodi. generatio ueſtra que ſemper ſitiuit ſanguinem innoxium. nunqd ſolitudo factuſ ſum Iſraeli etc. quaſi diceret non immo prouidi ei de terra fertili: lacte & melle manāti quare ergo dixit etc. nullam cauſam habet niſi maliciam ſuam. nunquid obliuiſcitur uirgo deſponſata ornamenti? quod dat ei ſponſuſ in deſponſatione ſua. & ſponſa faſcie id eſt ligamenti mamillarum ne groſſicieſ earum indecēter appareat quaſi diceret non & per hoc intelligitur q̄ genſ Iudaica nullo modo debuit obliuiſci legiſ quam deuſ dedit ei in ornamentum. quando eam deſpoſauit in monte Synai. & preceptorum reſtringentium indecentiam uite quia tamen fecit contrariū & longo tempore: ideo ſequitur: populuſ aūt meuſ etc. Quid niteriſ. Hic remouetur ſecundū

ſcilicet apparenſ iuſticia per quam ſuam malicią palliabant. Vnde & Rex Manaſſeſ occaſionē Eſaie palliabat zelo legiſ imponēſ ei q̄ cōtra legem Moyſi locutuſ fuiſſet ut dictū fuit Eſaie primo propter quod dicitur quid niteriſ etc. quaſi diceret fruſtra palliaſ maliciam tuam: quia ſc̄m Hieronymum ſimilata ſanctitaſ duplex eſt iniqtaſ ad querendam dilectionem allegando q̄ deberet te deuſ diligere inſuper & malicias ſemper in maliſ creſcendo. & in aliſ tuiſ id eſt in ſacerdotibuſ & Regibuſ per quoſ debebat populuſ ſubleuari ſicut auiſ per alaſ. inuentuſ eſt ſanguiſ ſcilicet Prophetarum & maxime tempore Manaſſe. Vnde dicitur. iii. Regū. xviii. & ſanguinē innoxiū effudet Manaſſeſ multum nimiſ ita ut impleret Hieruſalem uſq; ad oſ. non in foſſiſ inueniſti eoſ. & eſt ſenſuſ non habuiſti cauſam occidendi eoſ ſicut ille qui inuenit furē denocte domum effodientem licite poteſt eum occidere ut habetur Exo. duodecimo ſed in omibuſ que ſupra memorati id eſt quia inueniſti eoſ de idolatria tua & aliſ predictiſ maliſ te arguenteſ iam occidiſti eoſ cum tamen debuiſſeſ eorum uerba recepiſſe cum tremore & reuerentia. & dixiſti poſt iſta flagitia manifeſta abſq; peccato etc. qa licet malum ſit peccare grauiuſ tamen eſt peccata perpetrata mendaciter excuſare. ideo ſubditur: ecce ego iudicio contendam totum. conuincenſ te de malicia tua & puniens nō uiolenter ſed rationabiliter & patet littera uſq; ibi & ab Egypto confūderiſ ſicut confuſa eſ ab Aſſur tempore enim Achaz preceſſerat iſta cōfuſio ab Aſſur quia ſpoliata domo domini miſit Regi Aſſyriorum munera & tamen finaliter non ualuit ei. ſed magiſ nocuit quia fuit obuiam Regi Aſſyriorum in Damaſcum & uidenſ ibi altare idolatrie fecit fieri ſimile in domo domini quod fuit occaſio ruine ſibi & populo ſuo. & eodē mō poſtea ſecuta eſt confuſio ab Egypto tēpore Sedechie qui etiam ex confidentia Regiſ Egypti rebellauit Nabuchodo. Regi propter quod ciuitatem & templū deſtruxit: & populū partim occidit & partim captiuauit Egypti Rege nullū auxilium tribuente. Ideo ſubdit̄ nam & abiſta. ſ. terra egrederiſ in captiuitatē ducta & manuſ tue erunt ſuper caput tuum in ſignum confuſioniſ & triſticie ſicut Thamar ab Ammon uiolata & abiecta poſuit manuſ ſuaſ ſuper caput ſuum. ii. Regum. xiii. quoniam obtriuit dominuſ confidentiam tuā quā habebaſ in Rege Egypti & loquit̄ de futuro per modum preriti.

.III.

Vlgo dicitur Poſtq̄ redarguit populi maliciam Hic cōſequenter arguit peccantium inuerecundiam & hoc ſub metaphora mulieriſ pro ſua libidine a marito dimiſſe. Et diuiditur in duaſ parteſ quia primo arguitur hec inuerecundia abſolute. Scdo comparatiue ibi. & dicit Circa primū dicitur uulgo dicitur id eſt uulgaritrr ſeu communiter ſi dimiſerit uir uxorem ſuam propter effrenatam eiuſ libidinē & recedenſ ab eo duxerit uirum alterum nolenſ aliqualiter cōtinere & recōciliationem uiri modicum expectare nunquid reuertetur ad eam ultra? ſ. uir p̄muſ quaſi diceret non & cauſa ſubditur nunquid non polluta etc. quaſi diceret ſic. quia nimiſ uilificata eſt & ex hoc oſtenditur dei clementia cum ſubditur: tu autem fornicata eſ p̄ idolatriā cum amatoribuſ multiſ id eſt ſeruiēdo multiſ idoliſ. tamē reuertere ad me quaſi diceret ſuſcipiam te quod autem ſubditur in aliquibuſ libriſ & ego ſuciptam te. nō ē de textu quia nō eſt in Hebreo nec in libriſ corrrctiſ ſed ſubintelligitur. propter quod aliquiſ expoſitor poſuit hic per modum gloſe interlineariſ que poſtea inſerta fuit textui p̄ imperitiam ſcriptorum. Leua oculoſ tuoſ in directum id eſt ad facta tua recte conſiderandum. & uide ubi nunc proſtrata ſiſ quaſi diceret nō eſt locuſ ubi nō exercueriſ idolatriam tuam in uiiſ ſedebaſ. ſicut meretrix in biuio ut ſe exponat tranſeuntibuſ. expectāſ eoſ quaſi latro id eſt cum magno fornicandi deſiderio ſicut latro expectat

aliquem tranſeuntem deſideranſ aliquem ſpoliare. & polluiſti terram in fornicatiõibuſ
tuiſ id eſt in idolatriſ & in maliciſ tuiſ peccando contra proximũ quamobrẽ ꝓhibite
ſunt ſtille pluuiarum ſicut patet. iii. Regum. xvii. ubi dicitur ꝙ clauſum fuit celum
propter peccata terre ſed non dicitur ibi quantum temporiſ ſed Iac. v. dicitur ꝙ non
pluit anniſ tribuſ & menſibuſ ſex propter idolatriam & alia peccata tempore Achab
& Iezabeliſ Conſequenter ex predictiſ concluditur inuerecundia peccandi cũ dicitẽ
froniſ mulieriſ meretriciſ & ſubditur diuina clementia ad penitentiam recipere ſemper
parata cum dicitur ergo ſaltem amon id eſt poſt tot & tanta flagitia uoca me pater
meuſ recognoſcendo beneficium tue creationiſ dux uirginitatiſ mee tu eſ. recognoſ/
cendo beneficium eductioniſ tue de Egypto túc enim populuſ Hebreuſ communiter
erat integer ab idolatrie peccato ſcilicet uſq; ad fabricationem uituli nunqd traſceriſ
in perpetuum recedendo a me per peccatum ecce locuta eſ & feciſti malum id eſt ore
& ope peccaſti. & potuiſti me ꝓmittente ex tuo demerito ꝙ autẽ ſequitẽ & ꝓ uerbiſ
penitentie etc. uſq; ibi ꝙ ſermone tractaſti incluſiue nõ eſt de textu quia non eſt in
Hebreo nec in libriſ bene correctiſ. Et dixit Hic conſequenter arguitẽ in uerecũdia
predicta comparatiue ſcilicet ad populum Regni Iſrael Et diuiditur in duaſ parteſ
quia primo ponitur dicta comparatio & ſcõo peccantium reuocatio ibi uade & clama
Circa primum notatur tempuſ huiuſ reuelationiſ facte Hieremie cum dicitẽ: & dixit
dominuſ ad me: in diebuſ Ioſie Regiſ ſcilicet Iude ante enim tempore Ezechie Regiſ
Iude Oſee Rex Iſrael & populuſ eiuſ fuerat debellatuſ & captiuatuſ in Aſſyrioſ
propter idolatriam & alia peccata ipſorum. ſcm quod habetur. iii. Regum. xviii.
& hoc eſt ꝙ dicitur nunquid uidiſti id eſt conſideraſti Hieremiaſ enim nõ uidit oculiſ
carniſ: nõdum enim erat natuſ: quando populuſ regni Iſrael fuit captiuatuſ quia hoc
fuit ſexto anno Ezechie. iiii. Regum decimooctauo. & tunc uſq; ad decimũoctauũ
annũ Regiſ Ioſie in quo iſta reuelatio facta fuerit Hieremie ut dicit Ra. Sa. flux/
erunt anni. lxxxxviii. ut patet quarto Regum coniungendo annoſ intermedioſ
pro tempore quibuſ dicuntur regnaſſe Regeſ Iuda illiuſ temporiſ Hieremiaſ autem
adhuc iuuenis cepit ꝓphetare tempore Ioſie ut dictũ eſt ſupra ca. primo que fecerit
aduerſatrix Iſrael id eſt populuſ regni Iſrael abiit ſibimet ſuper omnem montem etc.
id eſt expoſuit ſe omni idolatrie & dixi cum feciſſet hec omnia: ad me reuertere: hoc
dixit ꝓ Amoſ & Oſee qui ꝓphetauerũt regno Iſrael. & non eſt reuerſa ꝙ ad uerba
eorum non fecit penitentiam ſed magiſ auxit maliciam. & uidit preuaricatrix ſoror
eiuſ Iuda id eſt populuſ de regno Iude qui deſcendit ex eiſdem patribuſ propter qđ
uocatẽ eiuſ ſoror pro eo ꝙ mechata eſſet aduerſatrix Iſrael exponendo ſe omni ido/
latrie ut dictũ eſt & dimiſiſſem eã in manibuſ Regiſ Aſſyriorũ. & dediſſem ei libellũ
repudii permittendo ꝙ duceretur in captiuitatem. & non timuit preuaricatrix Iuda
ſoror eiuſ ex dicta pena illata populo Iſrael. & tamen debuiſſet timere: ne accideret
ſibi ſimile: quod non fecit. Ideo ſubditur. ſed abiit & fornicata eſt. per idolatriam ti/
more dei poſtpoſito & in omnibuſ hiſ nõ eſt reuerſa ad me licet eã reuocaueri uerbo
Prophetarum & facto punitiõiſ in populo Iſrael ut dictum eſt. in toto eorde ſuo ſed
in mendatio. quia in populo Iuda erant multi qui exteriuſ uidebantnr iuſti & tamen
non erant ut dictum eſt ca. precedenti. & dixit dominuſ ad me cuiuſ dictum nõ põt
eſſe falſum iuſtificauit animam ſuam aduerſatrix Iſrael. non ſimpliciter ſed compatiue
ideo ſubditẽ compatione ꝓuaricotriciſ Iuda: hoc modo dixit Iudaſ. Gñ· xxxviii. de
Thamar iuſtior me eſt: quia minuſ peccauerat q̃ ipſe: & ſic eſt in propoſito tum quia
in regno Iuda erat templum & cultuſ diuinuſ quo debebat regnum Iuda tenere in

timore dei: tum quia regnum Iuda uiderat punitionem regni Israel ex qua debuit a peccato retrahi: regnum uero Israel non sic uiderat punitiõem preteritã regni Iuda. Vade. Hic consequenter ponitur peccãtium reuocatio & primo de regno Israel specialiter scdo omniũ generaliter: ibi cõuertimini. Circa primum dicitur uade & clama sermones istos contra aquilonem. & est uerbum domini ad Hieremiã qui ut dicit. Ra. Sa. fuit missus in terram Assyriorum que est in plaga aquilonari respectu Iude ubi populus regni Israel detinebatur captiuus ad predicandum eis penitentiam. Alii uero dicunt & uerisimilius ut uidetur: ꝙ fuit missus ad aliquos populi Israel qui effugerant manus Regis Assyriorum & latuerãt in terris circũadiacentibus & postea ad terram Israel redierãt & ibi multiplicati fuerant. & quia erant idolatre sicut ante captiuitatẽ fratrum suorum ideo Hieremias iuit ad reducẽdum eos de idolatria ad dei cultum qui uigebat in Hierusalem maxime tempore Iosie. terra aũt Israel est in parte aqlonari respectu Hierusalem & regni Iude reuertere aduersatrix Israel de idolatria & non auertam faciẽ meam a uobis. sed suscipiam uos in misericordia. quia sanctus ego sum quasi diceret hoc faciã ex bonitate mea non propter merita uestra. & quia ad ueram conuersionem requiritur proprii peccati cognitio ideo subditur tamen scito iniqtatẽ tuam etc. & dispersisti uias tuas alienis. i. idolis qui dicunt dii alieni. & uocat hic uias tuas. i. pedes tuos qbus proceditur ꝑ uiã. loquit enim hic Propheta de populo Israel sub metaphora meretricis que parata ẽ diuidere pedes suos omni transeũti in cõcubitu carnali sicut dicit Eze. xvi. diuisisti pedes tuos omni transeũti per uiã sub omi ligno frondoso. in talibus enim locis exercebat idolatria. & cum hoc aliquãdo etiã luxuria in ueneratione Veneris & Priapi. Conuertimini Hic cõsequẽter ponit reuocatio peccantium generaliter. Sciendum tamen ꝙ aliqui expositores nostri exposuerunt residuũ huius capituli de reditu filiorũ Israel de captiuitate Babylonica. & qa plures eorum remanserunt in Babylone detenti amore prolis quam ibi genuerant & possessionum quas ibi acquisierant: ideo subditur & assumam uos unum de ciuitate & duos de cognatiõe etc. & quod subditur & dabo uobis pastores etc. exponũt de Zorababel Esdra Neemia Aggeo & Zacharia qui gubernauerunt populum in spiritalibus & temporalibus. non dicent ultra arcam testamenti etc. quia in templo ab eis reedificato non fuit arca ut dicunt etiã Iudei. & habetur Mach. primo & sic consequẽter adaptãt litteram ad istud ꝓpositum ꝓut possũt. Sed huic dicto obuiat qd subdit. In tpe illo uocabũt Hierusalem soliũ domini qa non legit fuisse in tãta sollẽnitate & reuerẽtia post reditum captiuitatis Babylonice sed semꝑ uel quasi semꝑ fuerũt subiecti seruituti primo Persarꝝ postea Grecorũ & ultio Romanorum ut patet ex libris Edre. Nee. Macbab. & ex Euangelius. Item qd subdit & cõgregabunt ad eam omnes gentes in nomie domini qa nõ legunt cõuersi ad Iudaismũ de gentibus nisi pauci similiter qd subditur in diebus illis ibit domus Iuda ad domũ Israel. & uenient simul de terra aquilonis. quia nõ legit ꝙ aliqui Iudei eiusdẽ tẽporis fuerint ad reducendũ filios Israel de regno Assyriorũ ubi fuerãt ducti ꝑ Assyrios ꝓpter qd Ra. Sa. exponit istũ textũ de tẽpore Xp̃i & in hoc dicit magister Catholice q̃ doctores predicti. dicit tamẽ ꝙ ista sunt adimplenda de futuro sicut & expectat Xp̃m futurum cuius tamẽ aduentus ista in qua agitur de uocatione Xp̃i qui uenit uocare peccatores Math. ix. diuidit in duas partes: qa ꝑmo circa hanc uocationẽ ponit uocantis benignitas scdo Iudeorꝝ malignitas ibi. sed quomõ prima in duas quia primo ponit dicta uocatio. Scdo circa hoc soluitur questio ibi. & dixi Circa primum dicit in persona Xp̃i Conuertimini filu

reuertentes.i.uere penitētes reuertendo de tenebris ad lucē de umbra ad ueritatē. qa
ego uir uester id ē sponsus sic enim habetur in Hebreo qđ optime conuenit Xpo q
est sponsus Ecclesie scđm qđ dicitur. Io. iii. qui habet sponsā sponsus ē. Verū tñ qa
ad uocationē eius pauci de Iudeis crediderūt qbus ipe in psona ppria p̄dicauit: Ideo
sequitur: & assumā uos unū ex ciuitate etc. i. paucos respectu multitudinis in sua in/
fidelitate remanentis & istud fuit figuratum in ingressu terre promissionis qa de. dc.
milibus qui exierunt de Egypto duo tantum ingressi suut eā. scilicet Caleph & Iosue
& inducā uos in Sió. i. in Ecclesiā militantē que dicitur Sió eo q̄ Ecclesia put diui/
ditur contra Synagogā ibi incepit per Xpi predicationē. & miraculorū operatiōem
ut patet ex Euāgelius & spiritus sancti immissionē sup Apostolos ut patet Actuū. ii.
propter qđ de ipsa dicit Hebreorū. xii. Accessistis ad Sion montem & ad ciuitatem
dei uiuentis Hierusalē celestem etc. & dabo uobis pastores scilicet Apostolos & pascēt
uos scientia ppter certitudinē adhesionis & doctrina. i. moribus sāctis cūq; multipli/
cati fueritis scilicet post Xpi ascensionem scđm quod dicitur Actuum. vi. Augebatur
numerus discipulorū id est credentium in Hierusalem ualde. & creueritis in terra per
uocationē gentiliū ad fidē qđ uidemus impletum per orbem non dicēt ultra arca tes/
tamenti scilicet q̄ circa eā debeat esse cultus dei sicut fuit tempore ueteris testamenti
neq; ascendet super cor id ē fideles nō poneret ibi fiduciam sicut fiebat ātiqtus quādo
portaret ad bellū ut saluaret ab ímicis populū Iudeorū ut habet Regū in pluribus
locis nec recordabuntur amplius de arca quam fecit Moyses nec fiet ultra scilicet alia
noua & per ista designat cessatio ceremoniarū legis quā uidemus impletā. per dicta
etiā patet falsitas Iudeorū dicentiū q̄ in aduentu Messie reddetur eis arca testamēti
& altaria holocaustorū & incensi et cetera ad cultum ueteris legis ptinentia. In tpe
illo uocabunt Hierusalem id ē Ecclesiam ut predictū est solū dñi si hoc referat ad
Ecclesiam triūphantē: hoc fuit impletū in ascensióe Xpi scđm qđ dicit Math. ultio
Et dominus qdem Iesus postq̄ locutus est eis assūptus ē in celū & sedet a dextris dei Si
autem referat ad Ecclesiam militantē: impletum fuit quādo Xpus sedens Apostolos
docebat & in Eucharistia que reuerenter seruat in Ecclesia in qua totus Xpus cōti/
netur. & congregabunt ad eā omnes gentes id ē aliqui ex omnibus gentibus p̄ fidem
caritate formatā. & nō ābulabūt post prauitatem. sequendo idolotriā sicut ante fidei
receptionē in diebus illis ibit domus Iuda etc. Sācti enim Apostoli Simō & Iudas fu/
erunt de domo Iuda quia fuerūt cognati germani ipsius Xpi. ipsi uero p̄dicauerunt
in Persida que ē in pte aquilonari respectu terre promissionis Vnde exierūt Christi
discipuli ad predicandū per orbem ubi erant multi Israelite qui nō redierant de cap/
tiuitate. & multos de illis adduxerūt ad fidem sicut & de gentilibus ad terrā quā dedi
patribus uestris. i. ad terram uiuentium ad quā Xpus transcendēs in celum transtulit
patres sāctos qui prius detenti fuerant in lymbo illa enim terra fuit eis promissa p̄n/
cipaliter sicut declarat plenius Gñ. xv. premium enim a deo promissū nō ē minus
sed maius merito omia uero bona terre sūt minus bonū q̄ opus uirtutis & ideo qñcūq;
pro operibus uirtutū a deo promittit aliqd terrenū intelligere principaliter p̄missū
bonū spirituale & eternum. Ego aūt hic circa predicta mouet questio scilicet qualiter
habeatur fideliū multiplatio & hereditatis celestis adoptio cum dicit quomō ponā etc.
& patet ex dictis littera usq; ibi hereditatē preclaram. quia ibi clare uidet deus facie
ad faciem. exercituum gentium dicuntur hic angeli sancti ad custodiam regnorum &
gentiū deputati & illorum proprie est hereditas celestis Et dixi Hic ponit responsio
scilicet q̄ duo predicta habentur per fidem & mores ideo subditur patrē uocabis me

ideo non solū corde credendo sed ore confitendo Romanorū. x. Corde creditur ad iusticiam ore aūt confessio fit ad salutem. & qa fides sine operibus mortua est Iac. ii. ideo subditur: & post me ingredi non cessabis bona opera usq; ad finem cōtinuando. Sed quomodo: Hic consequenter circa Christi uocationē ponitur Iudeorū malignitas cum dicit: sed quomō si contēpnat mulier amatorē suū. i. maritū suum Vnde & in Hebro habet socium suū. sic contempsit me domus Israel Christū blasphemando persequendo & tādem occidendo & in uindictam huius secuta est destructio Iudeorū per Romanos ut habet Luc. xix. ideo subdit Vox in ruis audita ē ploratus etc. qa destructa ciuitate Iudei ducebant captiui ad diuersas partes suā miseriā deplorantes quoniam iniquam fecerunt uiā suā. recedendo a Christo qui est uia ueritas & uita. sed quia post destructionem ciuitatis aliqui de Iudeis Christo crediderunt tenentes q̄ propter eius mortem fuisset illa destructio subsecuta: ideo Hieremias hoc preuidens quantū ad istos dicit cōuertimini filii reuertentes. exponat ut supra. & sanabo auersiones uestras quibus auersi estis a Christo. ecce nos uenimus ad te. per fidem: tu enī es dominus deus noster Iudei enim uere conuersi Christum esse uerū deū confitentur uere mendaces erant colles etc. i. superbi per colles & montes hic metaphorice designati sicut Esa. xl. omnis mons & collis humiliabitur. quia Prophete ut communiter metaphorice loquunt & isti superbi fuerunt sacerdotes & Pharisei qui per suam superbiam Christum contempserunt. & populum per sua mendatia a fide Christi auerterunt. que mēdacia conuersi a Iudaismo recognoscunt. uere in domino deo nostro. scilicet Christo salus Israel. scd̄m q̄ dicitur Actuum. iii. de ipso & non est in aliquo alio salus confusio id est peccatum in Christum propter quod uenit super nos confusio comedit laborem patrum nostrorum etc. quia Romani omnia preciosa in quibus laborauerāt Iudei & animalia & filios & filias eorū sibi rapuerūt. ideo sequitur dormiemus in cōfusione nostra. q̄ diu stabimus in infidelitate ideo subditur: quoniam dño deo nostro peccauimus. Ista sunt uerba penitentium peccata preterita lamentantium & nō solū peccata propria sed patrum suorum: & patet littera ex dictis. .IIII.

Si reuerteris. Postq̄ Hieremias reprehendit populum de peccandi inuerecundia Hic consequenter arguit eum de contumacia. Et p̄mo dicta contumacia arguit Scd̄o pena debita subiungitur ibi annūciate. Circa primum dicit in persona domini: si reuerteris Israel hic accipitur si pro nō: qa ista reuersio nō fuit subsecuta & sic apparet contumacia. & eodē mō accipitur: cum subdit: si abstuleris offendicula tua id ē peccata quibus me offendisti. nō cō moueberis de terra tua in captiuitatem Babylonicā & iurabis uiuit dīs etc. hic ponunt tres comites iuramenti liciti & quolibet subtracto redditur illicitum. sicut est iuramentum mendax quod caret ueritate & iuramentum iniquū ut si quis iuret se hominem occisurū: quod caret iusticia. & iuramentū incautū quod caret iudicio discretionis: ut si aliquis iuret sine causa & ratione ligitima. & benedicent eum omnes gentes imprecādo sibi bona si fecerit ista: & mutat modus loquēdi de secunda persona in tertiam. sed quia hec nō fecit ideo in captiuitatem ductus fuit. & per Israel intelligitur hic populus regni Iude: quia Israel est nomen generale ad omnes Hebreos & hoc patet per hoc: q̄ subdit: Hec enim dicit dominus uiro Iuda & Hierusalem. in aliquibus libris interponitur habitatori sed non est de textu. nouate uobis nouale. est autem nouale terra de nouo culta prius spinis & sentibus plena & p hoc innuit Propheta quod erant inueterati in malicia circuncidimini in domino id ē circuncisione spirituali que placet ei & que sit illa subditur: & auferte preputia cordiū uestrorū id ē peccata & cōsuetudines peccādi ne forte egrediatur ut ignis indignatio

mea etc. id ē uindicta mea per ignem & quia hoc nō fecerūt in cōtumacia pmanētes ideo secuta est succensio ciuitatis per Chaldeos tempore Sedechie .iiii. Regū ultimo. & infra. xxxix. Annunciate Hic consequenter sequitur pena contumacie & diuidit in duas quia primo ponit comminatio pene. scdo cōpassio Hieremie ibi & dixi. Circa primū dicit annunciate in Iuda etc. id est omnibus notificate & canite tuba in terra ad conuocandum bellatores undecunq;. & dicite congregamini & ingrediamini ciui/tates munitas. ut ibi possimus saluari. leuate signum id est uexillum in Sion ubi erat fortalicium ciuitatis Hierusalem. confortamini adinuicem & nolite stare otiosi. quia malum adduco ab aquilone. id est graue bellum: quod non poterit sustinere: ideo subditur & contritionem meam id est ciuitatis & templi destructiōem & ideo q̄ dicit Hieremias canite & tuba & postea leuate signum in Sion confortamini etc. dicit iro/nice quasi diceret sic facietis sed nihil ualebit uobis unde subdit: Ascendit leo de cubili suo id ē Nabuch. de regno suo qui dicit hic leo eo q̄ in uexillo suo habebat imaginē leonis uel propter suam audaciam & ferocitatem. predo gentiū se leuauit qa a multis gentibus predas accepit. egressus est de loco suo. ad uentendum contra Iudeam: Ideo subditur ut ponat terram tuam in solitudinem ciuitates destruēdo & habitatores cap/tiuando & quia hoc fuit Iudeis materia doloris: ideo subdit super hoc accingite uos cilicus etc. in signū tristicie & lamētationis. In die illa dicit dominus peribit cor Regis & cor Principis. quia de nocte fugerunt per locum occultum tamē non ualuit eis: qa comprehēdit eos exercitus Chaldeorum. iiii. Regū ultimo & infra. xxxix. & obstu/pescent sacerdotes & Prophete quia dixerāt Sedechie Regi & Principibus cōtrariū Et dixi. Hic consequenter ponitur compassio Hieremie eo q̄ erat de populo illo Et diuiditur in duas partes quia primo ponitur ipsius dolor in mente scdo in corpore ibi uentrem meum. Circa primum dicit Hieremias heu interiectio est dolentis & ponit ter propter triplicem destructionē scilicet tēpli. ciuitatis. & populi. ergo ne decepisti populum istum. i. decipi permisisti per falsos Prophetas quasi diceret sic dicens id est dicere p̄mittens per eos. pax erit etc. potest etiam exponi negatiue ergo ne decepisti quasi diceret non. sed falsi Prophete fingentes loqui per te & ecce peruenit gladius usq; ad animam id est usq; ad intima cordium populi & Principum. & loquitur de fu/turo per modū preteriti. In tempore illo dicetur etc. uentus urens in uias que sunt in deserto etc. id ē sicut uentus urens omnia consumens que crescunt in deserto eo q̄ mo/dicū habent de humiditate propter quod citius desiccantur & consumuntur a uento urenet. uie populi mei quasi diceret sic populus meus consumetur: ideo subditur: non ad uentilandum & ad purgandum. sicut in aliquibus terris triticum purgatur a uento quia granum cum palea proicitur in altum cum instrumento ad hoc apto & uentus tollit paleas & granum cadit in area. quasi diceret sic non purgabit populus meus sed magis cōsumetur ideo sequitur: spiritus id est uētus plenus ex his scilicet adustiōibus ueniet mihi id est ad uolūtatem meam & nunc ego supple faciam hec ex odio uel ui/olentia quasi diceret non. sed ex iusticia. ideo subditur sed loquar iudicia mea cū eis puniens eos pro iniquitatibus suis. ecce quasi nubes. s. tempestuosa que subito surgit ascendet scilicet exercitus Chaldeorum. & dicit ascendet quia Iudea est in altiori situ q̄ sit regio unde uenit. & quasi tempestas currus eius etc. ad portandum arma & alia exercitui necessaria & isti currus propter multitudinem faciebant strepitū magnum & terribilem ad modum tempestatis uelotiores aquilis. Hypbole ē ad designandum uelocitatem & fortitudinem equorum. Veh uobis etc. uerbum est Prophete plāgētis miseriā populi sui imminentē & consulentis penitentiam dicens. Laua a malicia etc.

ut per hoc rigor diuine iusticie temperetur. usq; quo morabūtur in te etc. q̃si diceret tu nimis tardas agere penitentiam quia in promptu es dei uindicta. Vnde subditur uox enim annunciantis scilicet aduentum Regis Babylonis Adan que est ciuitas in extremitate aquilonari Iudee. exercitus enim Chaldeorum uenit ex illa parte. Et notum facientis idolum id est Regem Babylonis qui se fecit adorari: ut deū in statua aurea Daniel. iii. de monte Effraim locutus est propinquior Hierusalem q̃ sit Dan & scd̃m quod exercitus Chaldeorū magis appropinquabat: scd̃m hoc currebāt nūcii Sedechie destinati ad hoc nunciandum sibi. Ideo subditur ecce auditum est in Hierusalem ubi erat Sedechias custodes uenire id est Chaldeos uenientes ad obsidendum Hierusalem & ita diligēter custodientes portas & exitus ꝙ nullus posset egredi quin caperetur cuius causa subditur: quia me ad iracundiam prouocauit. per idolatriam & alia mala suprapositā. Ventrem meum Hic consequenter ponitur dolor Prophete in corpore uehemens enim motus mentis gaudii uel doloris redundat ad corpus: Ideo dicit Propheta uentrem meum etc. quasi diceret ita affligor in corpore sicut mulier parturiens uel sicut uir torsiones horribiles sentiens. Sensus cordis mei turbati sūt: ex uehementia doloris. quoniam uocem audiuit anima mea. uidebat enim in spiritu exercitum Chaldeorū de propinquo inuasurum ciuitatem Hierusalem cum tubis & doloribus bellicis contritio super contritionem. quia primo uastatus est populus fame scd̃o gladio repente uastata sunt tabernacula mea id est templū ubi erant multa habitacula subito pelles mee loquit̃ de templo Salomonis ad modum tabernaculi Moysi quod fuit opertū pellibus ut habetur Exo. uicesimosexto. Vsq; quo uidebo fugiētes per hoc designat ꝙ populus Israel non posset se defendere. stultus populus meus: falsis Prophetis credendo me non cognouit uerba mea recipiendo: ut habetur infra in multis locis. filii insipientes sunt nescientes distinguere uera a falsis & ue cordes tanq̃ insani Pseudo Prophetarum dicta sequentes sapientes sunt ut faciant mala Ista ē sapientia mundana que est terrena animalis & diabolica. Iac. ii. Aspexi terram scilicet Iudee & ecce uacua erat bonis omnibus per Chaldeos inde sublatis & Habitatoribus captiuatis & celos & non erat lux in eis. loquitur metaphorice per hoc designās magnitudinem tribulationis imminentis scd̃m communem modum loquendi quo positis in angustia magna dicuntur celi obtenebrati. & hic modus loquendi frequens est in scriptura. uidi montes etc. id est Principes Iudee & bellatores & ecce mouebantur ad fugam tanq̃ uiribus dissoluti. Intuitus sum & ecce non erat homo: quia partim fuerūt occisi & ptim in captiuitatē ducti & p fugā euaserunt pauci ut habetur infra. xl. ideo subditur: & omne uolatile etc. per hoc designās euadētes in fuga. aspexi & ecce Carmelus desertus id ē Iudea a Carmelo denomiata eo ꝙ erat fertilis & amenus intelligēdo tamē de Carmelo qui est in sorte Iude quia aliud erat in sorte Effraim sterilis cetera patent ex dictis usq; ibi. sed tamen consummationem non faciam id est populi Israel omnimodam destructiōem quia postea tempore Cyri rediit in Iudeam & reedificauit templum & ciuitatem ut habetur primo. Esd. & Nee: quia tamē hoc fuit post. lxx. annos Ideo subditur lugebit terra tanq̃ inculta. que dicitur metaphorice lugere sicut pratum urens dicitur uidere & eodem modo quod subditur: & merebunt celi desuper: quia ros & pluuia inde descendēres non proficiebant ibi propter defectū hominum colentium eo ꝙ locutus sum definitiue hanc uindictam inferēdo ideo subdit̃ cogitaui etc. a uoce equitis etc. id est equitum Regis Babylonis & accipitur hic singulare pro plurali sicut Exo. octauo. uenit musca grauissima id est multitudo muscarum fugit omnis ciuitas id ē habitatores omniū ciuitatū ingressi sunt ardua. i. loca inaccessibilia

equitibus ubi multi fuerunt fame mortui non audentes inde egredi ad querendum victum sibi. tu autem uastata quid facies quasi diceret non habebis remedium Vnde subditur: cum uestieris te coccino etc. loquitur de Iudea sub metaphora meretricis se ornantis uestibus & iocalibus & unguētis meretricis cum subditur. & pinxeris stibio id est fardatione sicut dicitur de Iezabel quarto. Regum. ix. & hoc ad querendum gratiam. frustra componeris cuius causa subditur contempserunt te amatores tui. id ē Chaldei cum quibus mechata fuisti per idolatriam. animam tuam querent auferre a corpore. Ideo subditur: uocem quasi parturientis audiui etc. in quo Propheta describit clamorē morientiū fame & gladio. Ideo subdit ueh mihi etc. lamētans interfectionem populi sui.

.V.

Circuite. superius Hieremias arguit regni Iude multiplex flagitiū propter qđ meruit supplicium Hic consequenter excludit remedium Et diuiditur in duas partes quia primo ponitur remedii exclusio. Scđo subditur Hieremie lamētatio ca. ix. Prima in quattuor. scđm quattuor que excludit in hoc capitulo. & tribus sequentibus que sunt populi iusticia sacerdotum sanctimonia templi Sanctitas Doctorum ueritas. ut uidebitur. Primum autem per quod populus posset habere remedium esset aliquorū iusticia pro quibus parceret dominus toti populo sicut Gene. decimooctauo dixit se uelle parcere toti ciuitati Sodomorum pro decem iustis si ibi inuenirentur: & istud remedium in hoc capitulo excluditur. Et diuiditur in tres partes quia primo excluditur iusticia uulgarium. Scđo Principum ibi ego autem. Tertio simul istorum & illorum ibi: super quo Circa primum dicitur circuite uias Hierusalem querendo diligenter & non superficialiter. an inueniatis uirum facientem iudicium id est aliquos uiros iustos in tali numero q̄ propter eos decens sit parcere communitati. non enim accipitur hic uirum facientem iudicium pro unico quia ibi erat Hieremias & Baruch & Adrammeles Ethiops qui erāt iusti ad hoc enim q̄ pro iusticia aliquorum communitati parcatur: sufficiens numerus requiritur. Vnde & Abraham petens a domino ut pro aliquibus iustis parceretur Sodome nō fuit ausus ultra descendere q̄ si etiā uiuit dominus dixerint quasi faciendo reuerentiam nomini diuino. & hoc falso iurabunt. & sic tale iuramentum uertitur in diuinam irreuerentiam. Domine oculi tui respiciunt fidem id est mentis fidelitatem & non tantum uerba scđm quod dicitur primo Regū decimosexto. homo uidet ea que patent: deus autem intuetur cor. percussisti eos per Reges Assyriorum & Egypti qui ante tempus Hieremie afflixerant regnum Iude ut patet quarto. Regum. & non doluerunt. dolore contritionis de peccatis suis: ideo sequitur postea Indurauerunt facies suas supra petram. inuerecunde & contumaciter peccantes ut patet p̄ supradicta & noluerunt reuerti. de malicia sua ad monita Prophetarum. Ego autem. Hic consequenter excluditur iusticia Principum cū dicitur: Dixi forsitan pauperes sunt & stulti. uulgares isti cuius causa subditur. Ignorantes uiam domini. quantum ad precepta moralia & cerimonialia. & iudicium dei sui. quātū ad iudicialia. quia tales homines sunt intenti agriculture & operibus mechanicis. & nō maiores ipsi enim cognouerunt id est cognoscere debuerunt uiam domini & iudicium dei sui. Exponatur ut supra de Rege enim scribitur Deuteronomii. decimoseptimo. q̄ debet habere legem & eam meditari. & idem intelligendum de Principibus. & ecce magis hi confregerunt iugum id est precepta moralia & cermonialia transgrediendo ruperūt uincula id ē precepta iudicialia que erant quedam retinacula a trāsgressióe penarum timore: Et quia peccatum istorum erat grauius ratione status altioris &

matoriſ cognitioniſ ideo ſubditur quadruplex pena que inflicta eſt Iudeis ſucceſſiue ſcd̄m diuerſa tempora cū dicitur. Idcirco percuſſit eos leo de ſilua id ē Rex Babyloniſ qui per leonem intelligitur ut dictum eſt capitulo precedenti. Lupus ad ueſperam. id ē Rex Perſarū & Medorum quia licet Cyrus fuerit Iudeis benuoluſ: tamen poſt eum fuerunt aliqui alii eis duri tenentes eos ſub ſeruitute graui parduſ uigilans ſuper ciuitates eorum ad eos ſpoliandum. per hoc intelligitur regnum Grecorū & potiſſime Antiochi illuſtriſ qui multa mala intulit Iudeis: ut patet p̄mo Mach. uicesimo ſecūdo omniſ qui egreſſus ex eis capietur. per Romanum Imperium per Edō ſignificatū ut dicit hic. Ra. Sa. & hoc potiſſime fuit impletum: quando Titus deſtruxit ciuitatē & templum & captiuauit populum. & cauſa predictorum ſubditur: quia mutiplicate ſunt preuaricatiōes eorum ante captiuitatē Babylonicam confortate ſunt auerſiōes eorum poſt tempus dicte captiuitatis & potiſſime tempore Chriſti: a quo Iudei per deceptiōem ſacerdotum & Phariſeorum fuerunt euerſi ut dictum eſt ſupra capitulo tertio. Super quo Hic conſequenter deſcribitur malicia omniū laicorū generaliter Et diuidit in duas partes quia primo excludēdo iuſticiam eorum concludit oppoſita malicia. & ſcd̄o ſubditur debita pena ibi hec ergo. Circa primum dicitur ſuper quo tibi propitius eſſe potero quaſi diceret dominus: ex quo non eſt iuſticia in uulgaribus nec in Principibus ex parte populi nō poteſt tibi remediari: & ideo de utriſq; ſubdit filii tui id eſt matores & minores qui domini filii regni Iude & etiam Hieruſalem que erat Metropoliſ. dereliquerunt me per idolatriam & iurant in his ſcilicet idolis ad eoꝝ reuerentiam. ſaturaui eos implendo bonis temporalibus. & mechati ſunt per idolatriā que eſt ſpiritalis mechia & etiam corporali luxuria. Ideo ſubditur & in domo mere/tricis etc. equi amatores in feminas in hoc notat effrenatam eorum luxuriam eo q̄ eq̄ pre ardore libidinis aliquando inſaniunt poſt equas. unuſquiſq; ad uxorem proximi ſui binniebat id eſt ſigna luxurie pretendebat inuerecunde Nunquid ſuper his non uiſitabo. quaſi diceret ſic. ideo conuertit ſermonē ad Chaldeos dicens Aſcendite muros eius & diſſipate ciuitatem: & gentem. conſummationem autem. id eſt totalem populi exterminationem nolite facere. quia illi qui fuerunt ad uitam reſeruati & in captiuitatem ducti poſtea redierunt in Iudeam tempore Cyri. Auferte propagines eius id eſt ramos & non radices per hoc deſignans reditum dictum. quia non ſunt domini. id eſt ſeruientes ei. preuaricatione preuaricauit in me domus Iſrael id eſt decem Tribus primo que iam erant captiuate in Aſſyrios. & domus Iuda id eſt due Tribus poſtea negauerunt dominum. ſcilicet facto idolis immolando. neq; ueniet ſuper uos malum a Hieremia & aliis Prophetis nunciatum ſicut enī falſo exiſtimabant. Ideo ſequitur: Propbete fueruut in uentum locuti id eſt pro nibilo. & reſponſum non fuit in eis. qa non eſt ſecuta aliqua correctio. Hec ergo: Hic conſequenter ponitur debita pena. & primo ponitur huius pene comminatio: ſcd̄o comminatiōis ratio ibi: q̄ ſi dixeritis: Circa primū dicitur: hec ergo euenīēt eis. id eſt pene que ſequunt ecce ego do uerba mea in ore tuo in ignem. uerbum eſt domini ad Hieremiam qui propbetauit ciuitatē ſuccēdendam. ſupra primo capitulo. & populum iſtum in ligna quia multi de populo cum ciuitate fuerunt combuſti. Ecce ego adducam ſuper uos gentem de longinquo. quaſi diceret: non miſerebitur ueſtri ex aliqua familiaritate priſtina ſicut ſolet eſſe inter uicinos. gentem robuſtam cui non poteſtis reſiſtere gentem antiquam. Quia Nēbroth cito poſt diluuiū regnauit in Chaldea quaſi diceret exercitata eſt in armis ab antiquo gentem cuius ignorabis linguam & ideo preces tue nō ualebunt aduerſus

eam.quia non intelliget te nec tu eam. Pharetra eius quasi sepulchrum patens quasi diceret in ea sunt optimi sagittarii ita q̄ percussi ab eis statī moriunt̄ & ad sepulchr̄ portantur. Vniuersi fortes ad sustinendum belli labores. ut comedet segetes tuas etc. id est destruet omia bona tua in rebus prole & animalibus & terre fructibus. Verū/ tamē in diebus illis etc. exponat̄ ut supra. Quod si dixeritis Hic consequenter ponit̄ dicte comminatiōis duplex ratio. Scd̄a ibi iniquitates Prima ratio accipitur ex pec/ cato idolatrie cū dicitur: Dices ad eos tu Hieremia ex domini persona sicut dereliqstis me legem meam transgrediendo: & seruistis deo alieno in terra uestra scilicet Iudea sic seruietis alienis in terra non uestra scilicet in Babylone ubi multi de Iudeis trāsllati secūt fuerunt illius terre idolatriam. Audi populе stulte qui non habes cor id est in/ telligentiam boni cor enim frequenter ponitur in scriptura pro mente seu intelligētia qui habentes oculos scilicet carnis non uidetis oculis mentis me ergo non timebis etc. quasi diceret me non debetis timere. & de offensa mea dolere cuius ratio subditur. qui posui arenam id est terram aridam terminū mari. quem nō transit ultra se effundēdo & cōmouebuntur etc. id est quantuncunq; commoueantur: & intumescant fluctus eius non tamen transeunt terminum a me prefixum cum tamen nullam habeant cog/ nitionem populo autem huic ad imaginem dei facto per rationem & intellectum. & exasperans leges meas transgredi̇ēs cetera patent in littera. Iniquates hic cōsequenter ponitur secunda ratio que accipitur ex peccato auaritie & primo continuat̄ littera hec precedenti cum dicitur: Iniquitates uestre declinauerunt hec id est abstulerūt. s. plenitudinem annue messis & peccata uestra prohibuerunt bonū a uobis scilicet bonū spirituale & temporale & subditur quo modo: quia inuenti sunt in populo meo impii. insidiantes simplicibus ad eos decipiendum & depauperandum: quasi aucupes. q studēt decipere aues. & ideo subdit̄ sicut decipula id est rete aucupis plena auibus ab eis de/ ceptis. sic domus eorum plene dolo. i. bonis simpliciū dolo acquisitis. Ideo magnificati sunt etc. & preterierunt sermones meos pessime quia scd̄m q̄ dicit Apostolus Timoth. sexto. Radix omnium malorum est cupiditas ideo subditur causam non iudicauerūt scilicet iuste sed iniuste propter munera aliqui libri habent causam uidue sed li. uidue non est in Hebreo nec in libris correctis causā pupilli non direxerunt etc. quia non sperabant inde habere lucra Nūquid super his nō uisitabo, quasi diceret immo penā debitam inferēdo. stupor & mirabilia facta sunt in terra & que sint illa: subdit: Pro/ phete scilicet falsi prophetabant mendacium tamen fingebant quod loquerentur q̄si ex ore dei qui est ueritas. & sacerdotes qui pre alijs debent esse intelligentes applau/ debant eorum mendacijs & populus meus dilexit talia. quia populus communis ꝓnus est ad mala. Quid igitur facietis uos sacerdotes & Prophete falsi in nouissimo eius. s. populi mei quando per Chaldeos occidetur & captiuabitur. q. d. cum eis confusibiliter moriemini. & captiuabimini.

.VI.

Confortamini Hic excluditur secundū remedium scilicet sacerdotū sanctimōia pro qua parceretur populo si adesset: sicut ad preces Aaró & obligationē incēsi extinctus fuit ignis qui deuorabat populum Numeri. decimosexto. sed hoc remedium in hoc capitulo. excluditur q̄d diuidit̄ in quattuor partes. quia primo punitio populi nunciatur. Scd̄o causa punitionis assignatur ibi. omnis calumnia. Tertio remedium per sacerdotes euacuatur ibi. a minore. Quarto denunciatio punitionis iteratur ibi: propterea. Circa primum dicit Propheta confortamini filii Beniamin in medio Hie/ rusalem ad defendendum eam. Hoc autem dicit quia Hierusalem pro una parte erat

in ſorte Beniamí.& in Thenia clangite. Thenia enſ & Bethacara erãt duo fortalitia
in Iudea in parte aquilonari reſpectu Hieruſalem & ideo in illiſ fuerunt poſite ar/
matorum cuſtodie ad implendum iter exercituſ Chaldeorum uenientiſ ex illa parte
uerſuſ Hieruſalem ut dictum eſt ſupra primo capitulo. ſponſe & delicati.ſ. mulieri
que non poteſt ſuſtinere aliquid laboriſ aſſimulaui filiaſ Sion id eſt Hieruſalẽ que
dicitur filia Sion eo ꝙ templú & palatiú Regiſ erant in monte Sion & ꝑ Hieruſalẽ
hic intelligitur populuſ habitanſ in ea.& ideo quod dictum eſt confortamini etc. dicit
ironice quaſi diceret Propheta ſic facietiſ uoſ preparanteſ ad reſiſtendum ſed nó po/
teritiſ. Vnde ſubditur ad eam ſcilicet Hieruſalem uenient paſtoreſ & gregeſ eorum
id eſt Principeſ exercituſ Regiſ Babyloniſ cum acieburſuiſ fixerunt in ea tentoria
in circuitu. ſic eam obſidẽdo ut nulluſ poſſit egredi ad fugiendum nec ingredi ad pre/
bendum obſeſſiſ auxulium. paſcet unuſquiſq; Principum doctorum & qui ſub manu
ſua ſunt de prediſ terre. ſanctificate ſuper eam bellum id eſt confirmate quia ſanctũ
in una ſignificatione idem eſt ꝙ firmum. conſurgite uerbum eſt bellantium contra
Hieruſalem & mutuo ſe exhortantium & aſcendamuſ muroſ eiuſ in meridie. in quo
deſignatur deſiderium eorum ad bellandum contra ciuitatem. quaſi non retracti pre
feruore ſoliſ ab actu bellandi. Veh uobiſ quia declinauit dieſ.& ſic non poterimuſ eã
capere ante noctem ſurgite & aſcẽdamuſ in nocte totum iſtud dicitur ad exp̃mendũ
dictum deſideriũ Chaldeorum quaſi non retrahantur a bello propter tenebraſ noctiſ
& quando hominеſ ſolent quieſcere a labore diuino. cedite lignum eiuſ id eſt ligna re/
gioniſ in circuitu. & fundite id eſt effundite circa Hieruſalem aggerem id eſt cõgeriẽ
de ligniſ terra & lapidibuſ ad implendũ foſſata. Hoc eſt ciuitaſ uiſitationiſ. i. punitiõiſ
a deo. Omneſ Hic conſequenter dicte punitioniſ aſſignatur cauſa cum dicitur: omniſ
calumnia in medio eiuſ quia potentioreſ omnibuſ modiſ querebant occaſioneſ contra
minoreſ ad rapiẽdum bona eorum. ſicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam etc. hoc
eſt dictũ ꝙ caritaſ in populo erat refrigidata totaliter & per cõſequenſ malicia aug/
mentata ſcd̃m quod dicit Saluator. Math. xxiiii. Et quoniam abundabit iniquitaſ
refrigeſcet caritaſ multorum In Hebreo habet̃ ſicut puteuſ effluit aquã ſuã ſcilicet
continue ſic populuſ continuat maliciam ſuam iniquitaſ & uaſtitaſ audietur in ea id ẽ
deſtructio & plaga Erudire Hieruſalem uerbum eſt domini quaſi compatientiſ ne
forte recedat anima mea a te id ẽ dilectio mea ne forte ponã te deſertã & decetero
inhabitabilem uſq; ad racemum colligent. li. uſq; tenetur hic excluſiue & eſt ſenſuſ ꝙ
ſicut pauci racemi euadũt manuſ uindemiatorũ ſic pauci Iudei euadent manuſ Chal/
deorum ideo ſubditur conuerte manũ tuam quaſi uindemiator ad carcallum quod ẽ
inſtrumentum in quo portantur uue ad preſſorium & eſt uerbum domini directum
ad exercitum Chaldeorum qui partim occiderunt & partim captiuauerunt populum
ipſum ducenteſ ad preſſorium mortiſ & ãguſtie. In Hebreo habetur ad iteratas ſcru/
tationeſ. per hoc deſignatur captiuatio Iudeorum qui remanſerant cum godolia quo
interfecto fugerunt in Egyptum contra conſilium Hieremie ut habetur infra. xliii.
& ibi cum Egyptiſ perierũt per Chaldeoſ ut habetur infra. xliii. Cui loquar uerbũ
eſt Hieremie deſperantiſ de Iudeorum correctione. ideo ſubditur. ecce incircunciſe
aureſ eorum. In Hebreo habetur. obturate. Ecce uerbum domini factum eſt eiſ in
obprobrium quod eſt peſſimum. & peiuſ eſt ipſum uituperare q̃ non audire propter
quod ſubdit Propheta Idcirco furore domini id eſt eiuſ uindicta plenuſ ſum. quia
plene reuelata ẽ mihi ſuper populũ futura. Laboraui ſuſtinẽſ populo meo cõpatiẽſ

effunde id est effúdes dictam uindictam & loquitur Hieremias ad dominú sup ꝓuulú foris etc. quasi diceret nó ꝓces alicui ratione etatis sexus aut conditionis & trãsibunt domus eorum ad alteros id ẽ bona de domibus eoꝝ & agri id ẽ bona agrorú Chaldei enim non remanserunt in terra ad possidendum agros & domos in Iudea. A minore: Hic consequenter excluditur remediú qđ possit haberi per sacerdotiú & ꝑmo ꝓpter maliciam ipsorú. Scđo propter displicentiam sacrificiorum ibi. ut quid: Circa ꝑmum dicitur: A minore quippe. i. a Leuita qui ministrat sacerdoti usq; ad matorẽ id ẽ usq; ad summum sacerdotem omnes auaricie studẽt uarijs cautelis & dolis subtrahẽdo bona laicorum. & curabant contritionem filie populi mei. i. destructiõem Hierusalem per Prophetas domini núciatam cum ignominia id ẽ cũ falsitate dicentes pax pax. scilicet populo & ciuitati confusi sunt id ẽ confundent in destructione ciuitatis quia tũc eoꝝ falsitas apparebit & ipsi ignominose occidentur & captiuabuntur quãdo potius confusione non sunt confusi quia ante destructionem eorum falsitas in multis de quo nó erubescebant sed magis errorem suum mendacijs palliabant. quamobrem cadent inter ruentes quia in captione Hierusalem fuerũt cum alijs ꝑtim occisi & partim captiuati stante sup uias id est uarios uiuendi modos. & uidete inspitiendo scripturas & interrogate a Prophetis domini qui sciunt intellectum scripturarum per reuelatiõem spús sancti de semitis antiquis id est antiquorum scilicet Abraham Isaac. & Iacob & aliorꝝ sanctorum patrú. & ambulate in ea aliter eius cognitio non proficeret & inuenietis refrigerium animabus uestris in sinu Abrahe cum patribus sanctis & dixerunt facto non ambulabimus quia uiuiebant modo contrario. & constitui super uos speculatores scilicet Prophetas sãctos scđm quod dicitur Ezechie. iii. fili hominis speculatorẽ dedi te domui Israel. Audite uocẽ tube id est sancti Prophete qui dicitur tuba eo ꝙ sicut tuba materialis non potest emittere sonum nisi insufflata sic Prophete sancti loquebant a deo inspirati. ii. Pe. i. Nó uoluntate humana allata est aliquãdo Prophetia sed spiritu sancto inspirati locuti sũt dei homines. & dixerunt non audiemus: qa Prophetis non credebant: sed magis eis calumniam inferebant ut habetur infra uicesimo. propter quod subditur pena eorum cum dicitur: ecce ego adducam mala etc. fructú cogitationú eius fructus est ultimú quod de arbore expectatur & similiter pena uel premiú est illud quod pro opere malo uel bono ultimo recipitur. Vt quid Hic excluditur remedium per sacerdotes quãtum ad sacrificia per ipsos oblata que nó erãt ire dei placatiua propter qđ dicitur in persona dei ut qd mihi thus de Sabba affertis. In illa enim terra inuenitẽ thus lucidissimum quod ponebatur in thymiamate cremãdo in altari incensi Exo. xxx. & calamum suaue olentem de terra longinqua. id est de India est enim calamus arbor aromatica gracilis & nodosa ad modum cãne uel arúdinis & ponebatur in sacra unctione qua ungebantur uasa diuino cultui reseruata Exo. xxx. holocaustomata uestra. i. sacrificia totaliter incensa non sunt accepta ex seipsis sicut est Eucharistia que est sacramentú noue legis: sed erãt tantú mó accepta ex fide & deuotione offerentium. Sacerdotes autem isti erant infideles & indeuoti ut patet ex predictis & ideo sacrificia & uictime eorum non placebant deo. Propterea Hic cõsequenter excluso remedio ex parte sacerdotú iteratur denunciatio punitiõis & primo ponitur hec iteratio. Scđo infertur quedam cõclusio ibi probatorem. Circa primum dicitur propterea id est propter mala Ecce dabo in populum istum ruinas scilicet famis gladu & captiuitatis ecce populus uenit de terra Aquilonis. s. exercitus Nabuch. qui intrauit Iudeam ex illa parte. gens magna etc. id est fortis & ad preliú

docta crudelis est. & sic nō parcet alicui pietate ducta. Vox eius quasi mare sonabit id ē terribiliter sicut sonitus maris ex undarum collisione est terribilis audiuimus famā eius. loquitur Hieremias in personam populi Iude. dissolute sunt manus nostre. pre timore. timor enim cordis causat tremorem in exterioribus membris. cetera patēt usq; ibi. filia populi mei. i. Hierusalem que dicit populi filia eo q; fuit ab eo edificata uel ad litteram: filia id ē filie accipiendo singulare p plurali: sicut Exo. viii. uenit musca grauissima. id ē multitudo muscarū accingere cilicio etc. in signum tristicie & doloris mulieres enim in talibus tribulationibus ostendunt maiora signa tristicie & doloris q̄m uiri. Luctum unigeniti fac tibi id ē similē luctui quem facit uir pro morte unigeniti filii sui qui est maximus & amarissimus. Probatorē Hic ex predictis infert cōclusio scilicet q; labor Hieremie ad reuocandum sacerdotes & populum de malo ad malum non habuit aliquem effectū sicut labor examinatoris seu probatoris alicuius metalli quando metallum illud non compurgatur sed magis in scoriam & cineres consumitur & hoc est quod dicit dominus Hieremie probatorem id est examinatorem dedi te in populo isto robustū quia propter quascuuq; minas & pſecutiones non dimisit arguere eius malum sed quia correctio nō fuit secuta: ideo sequitur omnes isti Principes declinantes a cultu domini per idolatriam. ambulantes fraudulenter dolo & colūnia alios bonis suis defraudantes. os & ferrū Vniuersi id est incorrigibiles. ideo subdit corrupti sunt & non emendati. defecit sufflatorium in igne id est non habuit effectum uerbū tuum. consumptum est plumbum. loquitur de Hieremia ad modum aurifabri: qui fundens aurum uel argentum in igne apponit simul stagnum uel plumbum ut calor ignis aurum uel argentum nō consumat. sed magis stagnū uel plumbū & ideo quādo stagnū est totaliter consumptū ignis consumit aurum uel argentum positū in fornace & sic eo consumpto labor aurifabri nō habet effectum optatatū sed magis contrariū & sic Hieremias in correctione Iudeorum ideo subditur frustra conflauit cōflator & patet sententia ex predictis.

.VII.

VErbum Hic cōsequenter excludit tertium remediū in quo confidebāt Iudei. s. sanctitas templi propter quam credebant ab aduersariis defēsari. & diuidit in duas partes quia primo ponitur hec excusio scd̄o confirmatio ibi tu ergo. Prima in duas quia primo ponitur exclusio remedii. Scd̄o destructio templi ibi ite ad locum. Prima in duas quia primo excluditur fiducia in templo ex omissione boni imposiri. Secūdo ex commissione mali prohibiti ibi. ecce uos. Circa primum dicitur Hieremie sta in porta domus dñi. ut omnes ingredientes & egredientes possint te audire cetera patēt usq; ibi bonas facite uias uestras. i. opera uestra. & studia uestra. i. cogitatiōes & habitabo uobiscum in loco isto uestras preces exaudiendo quasi. d. si ista omiseritis facere non exaudiam. Ideo subditur nolite confidere in uerbis mēdacii: que dicebant a sacerdotibus propter temporale lucrum & que sint illa subditur: templum domini etc. sic enim dicebant sacerdotes q; omnia mala remitterentur eis: si facerent multas oblationes. & replicatur ter ut sacerdotes ostenderēt dictum suum magis firmum q̄d tamen erat falsū quia primo requiritur penitentia de preteritis & cautela defuturis. Ideo subditur: quoniam si benedixeritis id est benedictiōe dignas feceritis uias uestras etc. id est operationes & cogitationes uestras & explicat magis in speciali. d. si feceritis uos iudices iudicium scilicet rectum quantū ad intraneos & etiam q̄tum ad extraneos. Ideo dicitur aduene & quantum ad impotentes se defendere: Ideo subditur: & pupillo & uidue non feceritis calumniam. & istud cāgit iudices ut in fauorem partis oppositē non condēnent eos: & etiā alios inferiores: ut non moueant contra eos causas iniustas.

nec ſanguinem innocentem effuderitis uos iudices innocentes condemnando & uos in/
feriores falso. accusãdo: & in hoc monet eos ꝙ se habeãt iuste erga proximũ & post
deos alienos nó ambulaueritis: colendo solum deum uerũ uos bene habendo erga deũ
Ista imponuntur hominibus facienda: scilicet bene se habere in iis que sunt ad deũ &
in iis que ad proximum habitabo uobiscum: exponatur ut supra. Ecce uos Hic cõ/
sequenter excluditur dicta fiducia ex commissione mali probibiti cum dicitur ecce
uos confiditis uobis in sermonibus mendacii Pseudo Propbetarum & sacerdotum: qui
non proderunt uobis: sed magis nocebunt. minus enim dicendo plus significat. furari
per quod nocetur proximo in rebus possessis. occidere nocẽdo ei in propria persona.
adulterari in persona coniuncta iurare mendaciter etc. Ista sunt peccata contra deũ
directe & per hoc designatur ꝙ Prophete falsi & sacerdotes informabant populum
ꝙ omne peccatum commissum contra deum uel proximum remittebatur eis per solas
oblationes in templo que cedebant in usum sacerdotum uel in toto cuiusmodi erant
oblationes pro peccato de oblationibus autem pacificis una pars cedebat in usum of/
ferentium ideo subditur: & uenistis confidenter scd̃m informationem predictam: &
dixistis factis oblationibus uestris liberati sumus ab omnibus peccatis eo ꝙ fecerimus
abominationes istas id ẽ eo ꝙ fecerimus oblatiões in templo que scd̃m ueritatem erãt
abominationes ipsi deo. quia de alieno erant facte & mala intentione ideo subditur:
Nunquid ergo spelunca latronum etc. q.d. sic. spelunca latronum est eis ad refugium
& positionem suorum furtorũ & sic isti ad templũ recurrebãt pro salute cõsequenda
& ibi offerebant p̃dam & latrocinia. Ite Hic ex predictis nunciatur templi destructio
cum dicitur: ite ad locum meũ. i. cultui meo deputatũ in Sylo. que est ciuitas in sorte
Effraim ubi habitauit nomen meum a principio. quia tabernaculum Moysi & arca
testamenti primo habuerunt ibi stabilem mansionem ut habet Iosue. xvii. & uidete
quid fecerim ei: quia locus iam erat destructus & cultus domini inde sublatus & nunc
quia fecistis omnia opera hec. i. mala predicta que sũt tanta uel maiora q̃ illa ꝓpter
que destructa fuit Sylo & locutus sum ad uos per Prophetas uos reuocando mane
consurgens id ẽ diligenter hoc faciens & non audistis uos corrigendo: faciam domui
huic id est templo per Salomonem edificato sicut feci Sylo quod impletum fuit per
Nabuch. qui destruxit Hierusalem & templum ut habetur infra & proiiciam uos a
facie mea. eiiciendo de terra uestra in Babylonicã captiuitatem sicut proiecit omnes
fratres uestros. scilicet decem Tribus que iam erant captiuate in Assyrios. uniuersũ
semen Effraim hoc dicit̃ quia illa Tribus erat principalior inter. x. & qa Hieroboã
Primus Rex eorum fuit de Tribu Effraim. Tunc ergo excluso predicto remedio:
Hic consequenter ponitur dicte exclusionis confirmatio: & hoc ex tribus que hic
excluduntur scilicet Hieremie oratio & holocausti oblatio ibi. hec dicit. & adhesio
populi cum deo. ibi tonde capillum. Circa primum dicit dominus Hieremie. Tu ergo
noli orare pro populo hoc & subditur post & non obsistas mihi rogãdo. ꝙ nó inferã
ei predicta mala quia non exaudiam cuius causa subditur: nõne uides quid isti faciũt
id ẽ q̃ horribile. q.d. dignũ est ꝙ puniantur: & quid sit illud ostenditur. Filii colligũt
ligna ad coquendum idolatrie sacrificia. ad hoc enim pueri inducebantur a pntibus
ut nutriti in talibus in senectute non recederent ab eis: scd̃m quod dicit̃ Prouerbio.
xxii. Adolescens iuxta uiam suam etiam cũ senuerit non recedet ab ea. & patres succẽ/
dũt ignem dantes filius exemplũ sic faciendi cũ uenerit ad etatem adultã. & mulieres
conspergunt adipem. i. farinam tritici dilicatissimã scd̃m illud psal. c. xlviii. & adipe
frumenti saciat te. in qua miscebant aquã faciendo inde pastã ut faciãt placentas. i.

panes rotundos & tenues Regine celi id est lune & sic patet q̄ omnes persone domus intrinsece scilicet uir uxor & ples erant in illa idolatria occupate. & libāt dis alienis. Libamina sunt oblationes de liquidis ut de uino oleo & similibus & me ad iracundiā prouocent. s. ad inferendum uindictam quia ira & alie passiones non sunt in deo sed eius punitio dicitur ira: eo q̄ ad modum hominis irati se habet: quando punit nonne semetipsos supple prouocant in confusionem uultus sui. q. d. sic. eo q̄ procurant per mala sua per me confusibiliter puniri propter quod subditur Ecce furor meus id est uindicta mea conflatur super locum istum ad destruendum ciuitatem & templū sup uiros puniendo eos in personis proprius & super iumēta: etc. puniēdo eos in bonis pos/ sessis. Hec dicit. Hic consequenter firmatur propositum per exclusionē holocausti deo oblati ita q̄ non ualeat populo ad aliquod remedium cum dicit holocaustomata uestra ista erant sacrificia digniora eo q̄ totaliter incēdebantur ad diuinum honorē. addite uictimis uestris. i. b ostiis pacificis quarū una pars redit in usū offerentiū. Ideo subditur: & comedite carnes. s. holocaustorum. quasi diceret non incendite pro me quia in nullo placent mihi. ideo subditur quia non sum locutus de ipsis mihi offerēdis in die qua eduxi eos de terra Egypti sicut patet Exo. xx. ubi deus dedit precepta decalogi & de holocaustis non fit ibi sermo. sed hoc est uerbum quod precepit eis dicēs audite uocem meam & ero uobis deus etc. & hoc patet Exo. xix. ubi dicit si audieritis uocem meā & custodieritis pactum meū eritis mihi peculium. melior ē enim obediētia q̄ uictime primo Regum. iii. Sciendum tamen q̄ postea dominus per Moysē p̄cepit holocausta & uictimas sibi offerri a populo ne talia offerrent idolis ad quod erant proni & ad experiendum populi obedientiā & ad prefigurandū futurā immolatiōem Christi & propter hoc dictum est hic non precepi eis in die qua eduxi etc. per quod non excluditur preceptum postea datum. & non audierunt obediendo sed abierūt in uoluptatibus quantū ad dilicias carnis & prauitate cordis sui mali seruiendo idolis facti sunt retrorsum a me recedēres a die qua egressi sunt etc. id est a tempore illius egressionis quia tunc fecerunt & adorauerunt uitulum conflatilem Exo. xxxii. usq; ad diem hanc non: quia continue fuerint idolatre sed pro maiori parte temporis ut patet ex libris Iudicum Regū. & Paralypominō. & misi ad uos scilicet reuocandos sic est in Hebreo & mutatur modus loquendi de tertia persona in secundam cetera patent ex supradictis usqibi. & uocabis eos ad penitentiam & non respondebūt tibi per correctionem ꝓpter quod post sequitur perit fides. i. fidelitas populi erga deū & proximum & ablata est de ore eorum qa tantūmodo loquūtur dolos & mēdatiū. Tonde hic tertio confirmatur propositum excludendo coniunctionem & amicitiam populi cum deo. Ad cuius intellectum sciendum quod Prophete domini non solum prophetabant uerbis sed etiam aliquando sensibilibus signis sicut Hieremias posuit in collo suo cathenas ad significandum q̄ sic ducerentur conchatenati in captiuitatem infra. xxvii. & sic est in proposito dominus precepit Hieremie ut tonderet capillos suos suo capiti adherētes & ei ualde amabiles eo q̄ erat Nazarenus ex utero matris ut dictum est supra ca. primo. & sic nouacula non debebat super caput suū ascēdere ut dicitur de Sampsone Iudicum. xiii. & hoc fuit ad significandum q̄ dominus po/ pulum regni Iuda sibi prius adherentem & amabilem separet & proiceret a se & hoc est quod dicitur tonde capillum tuum. i. capillos accipiendo singulare pro plurali. & proice a te. & sume indirectum id est directe aspicies capillos planctum cuius signi/ ficatio subditur quia proiecit dominus & reliquit generationem furoris sui. i. populū Iuda quem dilexit prius quia per mala sua prouocauit contra se iram dei: & ideo dicit

hic generatio furoris dei sicut homo dignus morte dicitur filius mortis. ii. Regū. xii. Consequenter ponitur duplex causa huius proiectionis prima cum dicitur piecerūt offendicula sua. i. idola in domo in qua inuocatum est nomen meum. s. in templo diuino cultui deputato ut habetur quarto Regū. xxi. & hoc fuit ualde detestandum sicut cū mulier introducit adulterum in eodē lecto cū marito suo: ut patet ex littera sequenti. Thophet id est idolo Moloch. & scd̄m q̄ dicit hic Ra. Sa. sonat tympanū seu tympanizationem eo q̄ in ritu illius idoli fiebat tympanizatio. Erat enim illud idolum ereum & interius concauum & intra concauitatem illam fiebat ignis fortis & quando idolum erat ignitum ponebatur puer qui offerebatur in manibus eius & tūc sacerdotes percutiebant fortiter tympanum: ne parentes pueri audirent clamorem pueri & compaterentur & ut crederēt sine dolore corporis animam euolasse & istud erat ualde horribile innocentē ad uenerationē idoli sic interficere. Filii Ennō nomē erat hominis cuius filius erat dominus loci illius ut incēderēt filios suos etc. mō p̄dicto que non precepi etc: hoc dicitur quia sacerdotes illius idoli asserebant talē oblationē deo esse ualde acceptā eo q̄ dominus dixit Abrahe tolle filium tuum unigenitū quē diligis Isaac & offer illum in holocaustum etc. Gene. xxii. quod est falsum. qa illud non fuit dictum Abrahe ut Isaac moreretur. sed ut Abrahe obedientia probaretur: propter quod ibidem subditur: ne extendas manum tuam super puerum neq; facias illi quicq̄m nunc cognoui etc. & non dicetur ampliꝰ Thophet & uallis filii Ennon licet enim Ennon sit nomen proprium ut dictum est: tamen alio mō ē appellatiuū & significat consolationem quasi diceret non uocabitur ampliꝰ locus consolationis sed magis contrarium. uallis interfectionis. quia multi Iudei fuerunt ibi postea a Caldeis interfecti. & sepelīēt in Thophet. s. sepultura asini sicut dicitur infra uicesimo scd̄o de Iechonia sepultura asini sepelietur. & hoc patet per hoc q̄ subditur & erit mortuum populi huius in cibum uolucribus etc. cetera patent in littera. .VIII.

IN illo tempore. hic excluditur quartum remedium scilicet sapientia doctorum si inesset per quam posset populus ab errore & idolatria reduci. & a punitione diuina liberari. sed hoc excluditur in hoc capitulo quod diuiditur in duas partes quia primo predicitur populi exterminiū. Scd̄o excluditur dictum remedium ibi miluus in celo. Prima adhuc in duas quia primo ponitur populi extermiatio. Scd̄o extermiationis ratio ibi: & dicet Circa primū ponitur primo extermiatio quo ad defūctos quorum inter homines non remanent nisi ossa sepulta: & q̄tum ad hoc dicitur: In tpe illo scilicet destructionis Hierusalem per Chaldeos eicient ossa Regum etc. mos erat fuit sepelire mortuos sumptuose: ut habetur. Io. xix. & maxime personas Regum Pontificum & aliorum notabilium ita q̄ in capitibus Regum ponebant coronas aureas cum lapidibus preciosis. & annulos in digitis & circa alias personas ponebant alia preciosa scd̄m conuenientiā sui status propter qd̄ Chaldei in destructiōe Hierusalē sepulchra talium effoderunt. ossa proicientes & iocalia accipientes & pandent ea ad solem & lunam etc. quasi diceret sicut sacrificauerunt soli & lune & ceteris stellis sic iustum est: q̄ ossa eorum proiciantur ad solem & lunam extracta de sepulchris: Ideo subditur: non colligentur & non sepelietur de cetero: quia habitatores terre in captiuitatem ducentur. in sterquilinium erunt id est putrifient super terram per pluuiā & niuem desuper cadentem. Consequenter ponitur exterminatio q̄tum ad uiuos cum dicitur: eligent magis mortem q̄ uitam omnes qui residui fuerint. pre nimia anxietate & miseria quam sustinebunt in uniuersis locis que derelicta sunt: ad que eiecti eos in captiuitatem ductos ibi diceret mortuos fuisse beatos. Et dicet Hic ponitur huius

exterminii ratio que eſt obſtinatio populi in peccato cum dicitur: nunquid qui cadet non reſurget. quaſi diceret ille qui cadit ad terram libenter reſurgit: & qui auerſus ē a recta uia libenter reuertitur ad eam: quare ergo auerſus eſt populus iſte in Hie/ruſalem a uia morum auerſione contentioſa id eſt obſtinata uolēs reuerti: & ſubdit̄ huius cauſa apprehenderunt mendacium. Pſeudoprophetarum. & noluerunt reuerti ad meum obſequium attendi & aſcultaui etc. loquitur deus ad modum hominis emen/dationē ſui filii deſiderantis & qa nō fuit ſecuta: ſubdit̄: nullus eſt qui agat penitentiā de peccatis preteritis ſed ſunt obſtinati ad futura perpetranda: ideo ſequitur omnes conuerſi ad curſum ſuum etc. in quo notatur libido peccandi. & obſtinatio maxima. Miluus Hic conſeqñter excludit̄ remediū qd̄ poſſet haberi per ſapientiam doctorū & primo hoc remedium excluditur. Scd̄o exterminium populi futurum repetitur ibi: congregans. Circa primum premittitur ignorantia populi per exemplum aiū intellectu carentium cum dicitur: miluus in celo cognouit tempus ſuum ſcilicet nidifi/candi & pullificandi. turtur & hirundo & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui: quia tempore determinato recedunt & reuertuntur. populus autē meus nō cognouit iudicium domini id eſt eius mandata pro quorum tranſgreſſione iudicabit dñs populū & condemnabit: & quia ignorantia populi prouenit ex defectu doctorum ideo con/ſequenter arguit inſipientiam eorum dicens quomodo dicitis uos Scribe & doctores ſapientes nos ſumus. cognoſcentes diuina de quibus ꝓprie eſt ſapientia & lex domini nobiſcum eſt id eſt apud nos eſt eius intellectus: quod excluditur cum ſubditur: uere mendacium operatus eſt ſtilus mendax Scribarū: quia falſe & extorte legem inter pretabantur: ſicut dictum eſt capitulo precedenti: de relaxatione rapinarum per oblationes. confuſi ſunt ſapientes. i. confundentur: quando cum ciuitate capientur: cuius contrarium aſſerebant. cuius cauſa ſubditur. uerbū enī domini per Prophetas dictum proiecerunt tanq̄ falſum & ſapientia eius ſcilicet domini nulla eſt in eis: ſed tantum ſapientia que terrena eſt animalis & diabolica. Iaco. iii. propter qd̄ ſubditur pena cum dicitur: propterea dabo mulieres eorum exteris. id eſt qui eos uiolabunt. & poſt ducent captiuas. & agros eorum id eſt bona agrorum heredibus extraneis: non ad modicū tempus. ſed ad longum. quaſi hereditario iure: diuiſit enim ibi Rex Babylonis de pauperibus terre qui colerēt terras non ſicut domini ſed magis reddēdo tributum Regi & poſt reditum de Babylone Iudea fuit ſub ſeruitute ꝓmo Perſaꝝ ſcd̄o Grecorum. tertio Romanorum. ut patet ex libris Eſdre Nee. Mach. & etiā ex Euangelius quātum ad ſeruitutem ſub Romanis quia a minimo etc. uſq; ad locū illum congregans exꝓpoſitum eſt ſupra. vi. capitulo circa mediū. Congregās poſtq̄ excluſum eſt doctorum remedium Hic conſequenter repetitur populi exterminium cum dicitur congregans congregabo eos quia timore exercitus Chaldeorum de uillis campeſtribus fugerunt Hieruſalem non eſt uua in uitibus etc. id eſt non erit adue/nientibus Chaldeis qui totum comedent. ideo ſubditur. & dedi eis ſcilicet Iudeis terre naſcentia que pretergreſſa ſunt ſcilicet ab eis & occupata a Chaldeis. q̄re ſedemus uerbum eſt habitātium extra Hieruſalem quaſi diceret ſi tardemus fugere in Hie/ruſalem que eſt ciuitas fortis & munita a Chaldeis capiemur. & ſileamus ibi modus ē obſeſſorum ſilere de die ut audiant ſonum tube: & currant ad locum ubi fit inſultus hoſtiū. quia dominus noſter ſilere noſ fecit. id eſt ad hanc neceſſitatē nos adduxit. & potū dedit nobis aquam felliſ id eſt anxietatem amarā dedit nobis cuius cauſa ſubdit̄ peccauimus enī domino hoc dicebant illi q̄ peccatū ſuū recognoſcebāt. expectauimus pacem ſcd̄m dicta Pſeudopropbetarum. & non erat bonum ſcilicet pacis. quod eſt

ſummum bonum in uita ſicut dicit Priſcianuſ in minori uolumine ſi queratur quid ſit ſummum bonum in uita: bene reſpondetur: pax. tempuſ medele a Rege Egypti qui promiſerat auxiliū Sedechie & defecit ideo ſubditur & ecce fortitudo cuiuſ cauſa ſubditur: A Dan auditus ē fremitus etc. ab illa enim parte intrauit Iudeā exercituſ Chaldeorum cum maxima poteſtate & patet littera uſq; ibi mittam uobiſ ſerpenteſ reguloſ id eſt Chaldeoſ quibuſ non eſt incantatio id eſt deprecationibuſ ueſtriſ non flectentur ad parcēdum uobiſ. dolor meuſ ſuper dolorem. uerbum eſt Hieremie dolentiſ de populi ſui culpa & de ſuperueniente pena. ecce uox clamoriſ filii populi mei. id eſt Synagoge uel congregationiſ Iudeorum de terra longinqua. ſ. de Babylone: ubi ducta in captiuitatem lamentabatur Hieruſalem deſtructionem dicendo. nunqd non eſt dominuſ in Sion etc. quaſi diceret non quia templum eſt deſtructū. & Rex Sedechiaſ captiuatuſ & ſubditur reſponſio domini ad hanc querimoniam. quare me ergo ad iracundiam etc. quaſi diceret iſta eſt dicte deſtructioniſ cauſa. Conſequenter ponuntur uerba Hieremie lamentantiſ tranſiit mēſiſ etc. i. tempuſ quo Rex Egypti debebat uobiſ auxiliari: quia guerre fiunt in eſtate. & noſ ſaluati non ſumuſ id eſt deſtructi ſumuſ. minuſ enī dicendo pluſ ſignificat. ex confidentia enī Regiſ Egypti rebellauit Sedechiaſ Regi Babyloniſ. & ex hoc ſecuta ē deſtructio ciuitatiſ & populi ut habetur infra. xxxvii. & ideo ſubdit Hieremiaſ ſuper contritionem filie populi mei contituſ ſū id eſt afflictuſ corpore & contriſtatuſ mēre. ſtupor id ē ſtupefactio membrorum obtinuit me pre horrore tanti mali. Nunquid reſiua non ē in Galaad per reſiuam intellgitur gutta aromatica & medicinaliſ per quam ut dicit Ra. Sa. hic intelligitur ſapientia & per medicum ſapienſ qui curat uulnera peccatorū & taliſ erat Hieremiaſ & etiam Baruth & alii Prophete ſancti ideo ſubditur: quare igitur nō ē obducta id eſt perfecte curata cicatrix id eſt uulnuſ filie populi mei. ex quo habetur medicuſ & medicina & tacetur reſponſio quia loquitur ad modum hominiſ turbati q truncat uerbum ſuum & nō complet. reſponſio tamen eſt quia populuſ audire nolebat medicum nec eiuſ recipere medicinā ut patet ex ſupradictiſ. .IX.

QViſ dabit Poſtq̄ Hieremiaſ deſcripſit maliciam populi & excluſionem remedii. Hic conſequenter pre dolore incipit lamentari & diuiditur in duaſ parteſ quia primo ponitur Hieremie lamentatio. Scđo populi Iude reuocatio ſicut priuſ pater poſt increpationem filii & abiectionē ſtudet eum reuocare ad bonū Secunda incipit x. capitulo. Prima in duaſ quia primo Hieremiaſ lamentatur Scđo ceteroſ ad idem hortatur ibi: hec dicit. Prima adhuc in duaſ quia primo ponitur dicta lamentatio. Scđo lamentationiſ ratio ibi quia omneſ. Circa primum dicit Hieremiaſ quiſ dabit etc. quaſi diceret uellem totuſ reſolui in lachrymaſ. & plorabo die ac nocte. i. cōtinue q̄tum poteſt fieri interfectoſ populi mei. i. Hieruſalē ut dictum eſt ſupra. q̄ſ dabit etc. lugenteſ enim querunt loca ſolitaria & derelinq̄m populum meum hoc enim deſiderabat propter mala culpe que uidebat ineſſe populo de preſenti & mala pene de futuro ut dicitur poſtea ſed ex precepto domini cogebatur ibidem remanere ad arguendum populum. Quia omneſ Hic conſequenter ponitur ratio lamentationiſ & eſt duplex prima propter malum culpe preſentiſ ſcđa propter malū pene imminētiſ. Scđa ibi propterea Circa primū dicitur quia omneſ adulteri ſunt etc. quaſi diceret ex hoc habeo cauſam lamentandi & fugiendi extenderunt linguam ſuam quaſi arcū mendacii. uerba enim mendacia ſunt quaſi quedam ſagitte emiſſe & ſic lingua ex qua emittuntur: arcuſ dicit. confortati ſunt in malicia ſua procedenteſ de malo ad peiuſ. Vnuſquiſq; a proximo ſuo cuſtodiat etc. quaſi diceret uicinitaſ & conſanguinitaſ

non habent aliquam fidelitatem adiunctam. quia conſanguinei & uicini nituntur prodere adinuicem: Ideo ſubdit: qa omnis frater ſupplantans ſupplantabit. duplicat autem ſupplantatiõis uerbum quia multũ ſtudebant ad hoc q̃ unus deciperet & ſupplantaret alium. docuerunt enim linguam ſuam loqui mendaciũ per uerba pulchra & deceptoria ſua mendacia colorando ideo ſubdit̃ habitatio tua in medio doli: quia quieſcentes in ſuis domibus dolos contra alios cogitabant. in dolo renuerunt ſcire me id eſt mandata mea ut licẽtius peccarent. Propterea Hic ponitur ſecũda ratio lamẽtationis & diuiditur in duas partes quia primo ponit̃ hec ratio: Scd̃o quertur huius ratiõis conſideratio ibi quis eſt. Circa primum dicitur propterea. i. propter peccata populi predicta ecce ego conflabo id eſt puniam eos debita pena. qd enim aliud facia quaſi diceret tantũ dedecus culpe nõ debet dimitti ſine decore iuſticie. ſagitta deuorãs linguam eorum. quia habebant uerba nociua ualde: Ideo ſubditur: In ore ſuo pacẽ cum amico loquuntur: etc. nulla enim peſtis grauior ad nocendũ q̃ familiaris inimicus fictus. nunquid ſuper his non uiſitabo debitam penam inferendo quaſi diceret ſic ſup montes aſſumam flectum. i. aſſumi faciam & per montes intelligitur hic Iudea que ẽ terra montoſa quoniam incenſa ſunt loquitur de futuro per modum preteriti ꝓpter certitudinem prophetie. eo q̃ non ſit uir pertranſiens quia ſunt occiſi uel captiuati & non audierũt uocem poſſidentis. i. ipſius dei qui eſt dominus totius terre & ſpecialiter terre promiſſionis. a uolucre celi uſq; ad pecora. i. a maioribus uſq; ad minores tranſmigrauerunt in Babylonem. uel a uolucre celi etc. quia cum hominibus capta ſunt pecora & ad receſſum animalium & pecorum remanet terra deſerta & ſic inde fugiũt aues nutrimentum ibi conuenientes nõ habentes. & dabo Hieruſalem in aceruos arene per deſtructionem murorum & domorum & cubilia draconũ. animalia. n. uenenoſa habitant in ruinis. Quis eſt Hic conſequenter queritur huius deſtructiõis cõſideratio cum dicitur quis eſt uir ſapiens qui intelligat hoc id eſt conſideret dictã deſtructionẽ ut annunciet iſtud querendo quare perierit terra & ſubditur reſponſio domini: quia dereliquerunt legem meam etc: & patet littera ex ſupradictis. ecce ego cibabo etc. i. mittam eis tribulationes amaras & diſpergam eas in gentibus extraneis & mittã poſt eos gladium quia multi de Iudeis in uia captiuitatis Babylonice & in termino fuerunt mortui & ſimiliter de illis qui cõtra Hieremie conſilium poſt deſtructionem ciuitatis fugerunt in Egyptum. Hec dicit dominus Hic cõſequẽter Hieremias alios inducit ad lamentum dicens contemplamini. id eſt conſiderate mala ſupradicta & uocate lamentatrices. antiquitus enim in lamentationibus uocabantur mulieres carmẽ lugubre precinentes ad cõmouendum alios ad fletum eo q̃ mulieres ſunt magis compaſſiue q̃ uiri & adhuc fit in aliquibus terris. & ad eas que ſapientes ſunt. in hac arte mittite: & properent quaſi diceret tempus lamentationis inſtat. cetera patent in littera uſq; ibi quia aſcendit mors per feneſtras noſtras quaſi diceret nihil ualebit claudere hoſtia uel portas contra Chaldeos quia aſcendẽt & intrabunt per feneſtras ad interficiendũ iuuenes & puulos. & cadet morticinum hominis etc. quaſi diceret non erit q̃ ſepeliat: ideo ſubditur non glorietur ſapiens etc. hoc dicitur quia illi de regno Iude iactabant ſe poſſe Chaldeis reſiſtere partim per ſapientiam doctorum partim per fortitudinem bellatorum & partim per munitiões & diuitias in Hieruſalẽ cõgregatas quaſi diceret iſta nõ ualebũt uobis ſed in hoc glorietur qui gloriatur uere ſcire & noſſe me cauẽdo offenſam meam & recurrendo ad meum auxilium & non humanum. ecce dies uenit̃ de propĩquo. & uiſitabo per punitionẽ ſuper omnem qui incircunciſum habet p̃putiũ ſiue ſit preputium carnis ſiue preputium cordis ſuper Egyptum & ſuper Iudam. cum

punitione populi Iude exprimit hic punitionem aliquorum populorum qui erant eis propinqui & in quibus habuerant fiduciã de adiutorio: & ipsi magis fuerunt eis in nocumentum propter quod hic exprimitur punitio eorum & super omnes q attõsi sunt in comam. Isti erant Agareni descendentes de Ismael filio Abrahe qui habebãt capillos recisos usq; ad aurem ad modum pugilum. In Hebreo habetur & sup omnẽ angulatum angulo & dicit R a. Sa qđ per hoc intellgitur populus habitãs in deserto iuxta angulum Iudee quia omnes gentes habent preputium carnis & Iudei preputiũ cordis. sciendum autem ꝙ ubi nos habemus supra super omnem qui incircunciſũ habet preputium. In Hebreo habetur super omnem circuncisum habentem preputium quia aliqui de populis circunstantibus Iudeam erant circuncisi in carne scilicet Ismaelite q & Agareni & Saraceni dicũtur & similiter Idumei sicut Ismael filius Abrahe & Esau filius Isaac a quibus descenderunt fuerunt circuncisi. & sic quantum ad circunciſionẽ carnis non ualebit extraneis eo ꝙ erant incircuncisi mente per idolatriam. sicut nec filius Israel qui hoc modo erant incircuncisi corde & scđm hoc littera que sequitẽ quia omnes gentes habent preputium. sic est exponenda ꝙ habent preputium cordis q̃tum ad circuncisos carne uel preputium carnis & cordis q̃tum ad alios. .X.

Audite uerbum. Post q̃ Hieremias deplorauit populi maliciam. Hic cõsequenter reuocat eos ad penitentiam. & primo reuocat eos a seruitute idolatrie. Scđo a transgressione legis diuine ca. xi. prima in duas quia primo ponitur dicta reuocatio. Scđo obstinatorum punitio ibi: congrega Prima adhuc in duas quia primo ponitur reuocatio populi. Scđo declaratio dicti ibi: quia lignũ Ad intelligentiã prime partis sciendũ ꝙ gentiles crediderunt corpora celestia esse animata & nõ solum esse animata sed habere aliqd diuinitatis & sic ex libero arbitrio influere in ista inferiora ad cau/ sandum effectus prosperos uel aduersos hominibus & ideo statuerũt ea placari sacri/ ficiis & oblationibus & istud est falsum quia ut dicit Damascenus celi animati sunt & insensibiles & sic agunt in hec inferiora ex necessitate nature & sic offerre eis munera ad placationẽ ex timore effectuum est erroneum & superstitiosum ad idolatriã per/ tinens & quia Iudei in hunc errorem inciderant ut patet ex supradictis. vii. ca. quia Faciebãt placentas Regine celi ideo ab hoc errore reuocat eos Hieremias dicẽs iuxta uias gentium id est leges & statuta earum nolite discere idolatriam. & a signis celi id ẽ planetis & constellationibus diuersis nolite metuere scilicet metu superstitioso modo predicto quia leges populorum uane sunt quibus statuerunt signa celi placare mune/ ribus ut dictum est per hoc tamen non excluditur metus rationabilis. licet. n. corpora celestia sint agentia de necessitate tamen habẽt uirtutem immutandi elementa & cõ/ posita ex eis ad diuersas qualitates ex quibus disponuntur ad infirmitatem aliquã sed etiam appetitus sensitiuus ad iram ex quo sequuntur ulterius lites & dissensiones eo ꝙ homines ut in pluribus sequuntur suas passiones. soli autem sapientes earũ dominantẽ per rationem timor autem hominem consiliatiuos efficit ut dicit Philosophus secundo Rethorice ad precauendum malis futuris & ideo timere a celi constellatiõibus ad hoc ut homo cõsulat de habendo remedio contra dispositiones ad infirmitates corporum & passiones malas & alia huiusmodi que possunt ex influentia celi causari nõ ẽ malũ sed licitum & bonum. & scđm hoc dicit Ptolemeus in centiloquio suo ꝙ sapiens domi/ nabitur astris in ĕtum preuidebit sibi de remedio contra effectus eorum. Quia lignũ Hic ponitur declaratio dicti & diuiditur in duas partes quia primo ponitur ista de/ claratio scđo infertur quedam conclusio ibi sic ergo dixit enim Hieremias pre põcedẽs ꝙ leges populorum uane sunt que sũt de idolatria & hoc declarat hic diffuse ostendẽs

ꝙ idolatria nullam habet uirtutē iuuandi uel nocēdi hominibus ſed magis ecōuerſo quia homines faciunt idola per artem & poſſunt ea diſſipare: & hoc eſt ꝙ dicit quia lignum de ſaltu precidit: & patet littera uſq; ibi in ſimilitudinem palme fabricata ſūt quod exponitur uno modo ꝙ ſicut arbor palme celata per artem non habet aliquā uirtutem faciendi fructum ſic nec idola habent aliquam uirtutem faciendi bonū uel malum. Alio modo ꝙ ſicut palma creſcit in altum uirtute nature: ſic idolū metallicū erigitur in altum uirtute artis & non propria uirtute: ideo ſubditur: non ē ſimilis tui domine quia omnia agis propria uirtute a nullo dependens & ideo ſequitur quis te timebit quaſi diceret nullus eſt: qui non debeat te timere. tuum eſt enim decus. i. honor debetur tibi ab omnibus. In Hebreo habetur quia tibi uenit & ſubintelligit̄ qcūq; ſapiens a te honorandum: & ſic eſt eadem ſententia ſed tranſlator poſuit clarius trāſferens ſenſum ex ſenſu & non uerbum de uerbo Inter cunctos ſapientes gentiū etc. apud omnes enim gentes ſapientes ſeu Philoſophi poſuerunt unam cauſam primam omnibus preſidentem: & illam dicebat eſſe deum deorum: & illum pre ceteris honorauerunt. ueruntamen cum uulgaribus hominibus cōmuniter adorabāt idola in tēplis pariter inſipientes & fatui probabuntur: dicuntur autem hic inſipientes idolorū factores & fatui & eorum cultores & utriq; probabuntur: id eſt reprobabunt̄ doctrina uanitatis eorum id eſt doctrina qua aſſerunt idolum eſſe deū uana eſt: ideo ſubdit̄: lignum eſt ſcilicet idolum interius ſed ornatū auro & argento exterius: ideo ſubdit̄: argentum inuolutum In Hebreo habetur argētum ductile de Tharſis affertur ꝙ ibi inuenitur argentum ductilius & aurum de Offaz. iii. Regum. ix. nominatur locus iſte Ophir & ibi inuenitur. aurum ualde bonum. opus artificis ſupple ē idolum ex iſtis factum. Hyacinthus & purpura indumentum eorum. Idolis enim aliquando fiebant ueſtes de tali materia. Dominus autem celi & terre deus uerus eſt: iſti autem falſi ipſe deus uiuens iſti autē carentes uita & Rex ſempiternus. Iſti temporaliter facti ab indignatione eius commouebitur terra aliquando inducit̄ a deo terre motus propter hominum peccata & non ſuſtinebunt gentes que in terre motu aliquando ſubito moriunt̄. Sic ergo hic ex p̄dictis infert̄ cōcluſio ſcilicet ꝙ idola nō ſunt ueneranda ſed magis uituperanda & hoc eſt quod dicitur: ſic ergo dicetis eis etc. Ra. Sa. dicit ꝙ hoc eſt principium littere miſſe a Hieremia Ioachim Regi Iuda. & illis qui cum eo iam erant in Babylone qa de conſilio Hieremie ſe tradiderant Regi Babylōis ut habetur quarto Regum. xxiiii. Vnde & Chaldaice ſcribitur ab hoc loco. ſic ergo dicetis etc. uſq; ibi que ſub celo ſunt. induſtue & eſt ſēſus ſc̄m Ra. Sa. tū Babylonii inducent uos ad idolatriam ſic dicetis eis dii q celos etc. & patet littera uſq; ibi ad uocē ſuam dat multitudinem aquarum in celo ſcilicet aereo ubi uapores humidi cōdenſant̄ in nubes. & in pluuias reſoluuntur & eleuat nebulas ab extremitatibus terre. id eſt a mari oceano quod terminat terram habitabilem inde. n. eleuantur nebule ꝑ maiorem parte fulgura in pluuiam facit. quia reſolutis in pluuiam nubibus fulgura ceſſant que procedebant ex eis & eduxit uentum de thauris ſuis. i. de locis occultis. ſtultus factus eſt omnis homo a ſcientia faciendi idola & colendi. uana ſunt & opus riſu dignum. i. derisionis in tempore uiſitationis ſue a deo peribunt. idola & idolatre non eſt his. ſ. idolis ſimilis pars Iacob id eſt ipſe deus quem ſolum coluit. qui enim formauit omnia ipſe eſt ſcilicet deus Iacob & Iſrael populus Iſrael uirga hereditatis eius id eſt pars uel menſura in q̄tum elegit eum ſpecialiter ad cultum ſuum dominus exercituum id eſt angelorum nomen illi & non alteri. homines enim bene dominantur hominibus. ſed non angelis. Congrega Hic conſequenter deſcribitur obſtinatorum punitio. & ꝑmo

quantum ad Iudeos. Scđo q̃tum ad extraneos ibi effunde: Circa primum dicitur: congrega de terra confusionem tuam quasi diceret. ueniet tibi cõfusio ex uniuersis partibus que habitas in obsidione id est tu Hierusalem que obsideris a Chaldeis &lo/quitur de futuro per modũ presentis propter certitudinem prophetie ecce ego lóge prouciam etc. ante enim captiuitatem Babylonicam aliqui de regno Iude inde erant captiuati in propinquis regionibus ut in Egypto & Syria & similibus sed Babylonia longe ualde distat a Iudea.ita ut non inueniantur scilicet ab amicis suis: In Hebreo habetur ita ut inueniant scilicet penam debitam pro peccatis suis ut dicit glosa He/braica ideo subditur ueh mihi sub contritione mea loquitur sub persona Hierusalem seu populi habitantis in ea.ego autem dixi uexationem mihi intellectum dãte plane hec infirmitas mea est id est pena ista processit ex culpa mea & portabo illam mihi a deo iuste inflictam tabernaculum meum uastatum est id est templum de quo loquitur ad modum tabernaculi Moysi quod funibus extendebatur & pellibus cooperiebatur Filii mei exierunt a me id est habitatores mei in captiuitatẽ ducti quia stulte egerũt pastores id est principes & sacerdotes.& dominum non quesierunt per debitum cultum Propterea non intellexerũt uerba Prophetarum & omnis grex eorum.id ẽ populus dispersus est partim occisione partim captiuitate. uox auditionis etc.quia a parte aq/lonis intrauit exercitus Chaldeorum Iudeã ad deuastandum eam.scio domine qa nó est hominis uia eius etc.id est non est in potestate hominis recte ambulare in uia iusticie nisi per te dirigatur: quia tamen deus non deficit alicui directionem istam debite petenti: sed multi per sua peccata demerentur a deo dimitti: & sic erant Iudei: ideo subditur corripe me domine de meo errore.uerum tamen in iudicio misericordia tua temperato & nó in furore id est in rigore iusticie ne forte ad nihilum redigas me.ita q̃ nullus de populo meo remaneat. Effunde Hic consequenter petitur punitio q̃tũ ad extraneos qui Iudeam uastauerunt: quia licet in hoc fuerint executores diuine iusticie tamen hoc fecerunt mala uoluntate scilicet ex odio & sue uirtuti presũptuose attribuendo quod fiebat a deo: Ideo dicitur effunde indignationem id est punitionem super gentes que te non nouerunt per fidem ueram. que nomen tuum nó inuocaue/runt. sed magis nomina idolorum quia comederunt Iacob.populum Israel crudeliter occidendo. & decus eius dissipauerunt in templum in quo Iudei maxime gloriabantur

VErbum. Hic consequenter reuocatur populus a .XI.
legis transgressione. Et diuidit in tres partes quia primo ponitur reuocatio dñi. Scđo rebellio populi ibi.& dicit dominus Tertio inflictio supplicii ibi q̃obrem: Circa primum dicitur: audite uerba pacti huius id est legis: que fuit quasi quoddam pactum inter deum & populum maledictus uir qui non audierit non solum aure corporis sed etiam cordis & impletione operis quod precepi patribus uestris in die etc id est in tpe eductionis de Egypto quia quinquagesima die a principio egressionis data fuit lex in monte Synai de fornace ferrea id ẽ ualde dura eo q̃ afflicti fuerunt ibi filii Israel laboribus duris in compositione laterum & decoctióe.ut suscitem iuramentũ.effectu adimplendo quod iurau patribus uestris. Abrahe Gñ.xxii.& Isaac.xxvi.& Iacob xxviii. daturũ eis terram fluentem lacte & melle in quo notatur bonitas terre: sicut est dies hec id est sicut hec dies ostendit quia filii Israel erant in terra promissionis quã obtinuerant a tempore Iosue.& respondi etc.uerbum est Hieremie amen domine. id est sit maledictus qui legem non obseruauerit. Et dixit Hic cõsequenter ponit populi rebellio quia mandato domini de obseruatione legis non obediuerunt quãuis semper admoniti fuerint ad hoc per Prophetas per Moysen Iosue Samuelẽ & alios sequẽtes

uſq; ad captiuitatem Babylonicam. & patet littera huius partis hoc excepto inuenta ē coniuratio in uiris Iuda etc. In Hebreo habetur inuenta est colligatio. & est eadem sententia illi enim qui colligant se ad aliquid malū agēdum solent se ad hoc astrígere per iuramētum & in hoc designatur obstinatio populi in malo quod uidebatur unanimiter operari ac si esset iuramento constrictus Quamobrem. Hic consequenter ponitur inflictio supplicii cum dicitur: Ecce inducam super eos mala scilicet: famis gladii & captiuitatis de quibus exire non poterunt per se nec per adiutores de qbus confidunt. & clamabunt ad me necessitate cōpulsi & non exaudiam. qa nō meruerūt & clamabunt ad eos quibus libant offerendo sacrificia liquida scilicet idolis & nō saluabunt eos quia nullam habent uirtutem saluandi. scd̄m numerū enim ciuitatū tuarū etc. ex quo patet multiplicatio idolatrie in terra Iuda & scd̄m numerum uiarū tuarū Hierusalem etc. qa in singulis uicis & plateis erant altaria cōstructa idolis & maxīe tempore Manasse Regis qui idolatriam & alia mala supra modum multiplicauit in Hierusalem ut habetur quarto Regum. xxi. & ideo subditur: Tu ergo Hieremia noli orare pro populo hoc quasi diceret non est dignus ut preces tue pro eis exaudiantur & specialis ratio ad hoc subditur quid est ꝙ dilectus meus id est populus Israel a me specialiter electus in domo mea id est in templo meo nomini consecrato fecit scelera multa ponēdo ibi idola tempore Manasse Regis quarto Regum. xxi. & in hoc fuit maximus dei contemptus quia simile est ac si uxor introducat adulterū in eodem lecto cum marito. nunquid carnes sancte scilicet sacrificiorum mihi oblatoꝝ auferēt a te malicias tuas q̄si diceret non quia talia non placent nisi ex deuotione & bonitate offerentium propter hoc dicitur Gene. quarto. Respexit dominus ad Abel & ad munera eius quia pr̄cipaliter respexit ad bonitatem offerentis & ex consequenti ad eius oblationem. Ra. Sa. exponit. Nunquid carnes sancte etc. id est circuncisio: quasi diceret circuncisio non liberabit te nisi cum eo assint opera iusticie. oliuam uberē etc. In principio enim exitus de Egypto usq; ad conflationem uituli aurei fuit gracios⁹ status populi uel istud potest referri ad statum ipsius tempore Dauid & Salomonis ꝙ Dauid augmentauit cultum diuinum: & de precepto eius Salomon edificauit templum ut habetur primo Paralypominon. & subditur deterioratio cum dicitur ad uocem loquele grandis⁹. ipsius dei cuius magnitudinis non est finis uel ipsius Nabuch. qui fuit instrumentum dei in destructione templi. exarsit ignis in ea. Nabuch. enim precepit incendi ciuitatem & templum & hoc contigit propter populi peccata cetera patent in littera. Tu autem domine supertus a principio tractatus huius libri Hieremias increpauit populi Iude maliciam Hic consequenter plāgit imminentem ex hoc sibi iniuriam quia sicut dicit Io. os aureum incurrit odium qui arguit criminosos. & diuiditur in duas partes: quia primo deplangit suam aduersitatem & scd̄o aduersantiū sibi prosperitatem capitulo. xii. Circa primum dicit: Tu autem domine demōstrasti mihi & cognoui certitudinaliter propter tuam reuelationem & quid sit illud subditur. tu ostendisti mihi studia eorum. quia per uias occultas querebant interficere eū: ideo subditur: & ego quasi agnus innocens & non cognoui ante reuelationem tuā factam mihi: quia cogitauerunt super me consilia quod subditur dicentes non est de textu. sed subintelligitur. mittamus lignum in panes eius etc. est enim in terra illa arbor nomie taxus uenenata & inde dicitur toxicum id est uenenum & toxico cas id ē uenenare a mutata in o & de ligno illius arboris minutatim inciso uolebāt ponere in cibo Hieremie qui cibus nomine panis intelligitur ut sic moreretur. & ampliꝰ eos nō argueret tu autem domine Sabbaoth. id est excituum per quod angeli designantur. Iudeam

ultionem tuam ex eis. hoc non dicebat zelo uindicte sed amore iusticie. & maxime qa uolebant uerbum dei impedire Propterea hec dicit dominus ad uiros Anathoth. Isti enim erant: qui principaliter eum occidere uolebant: erat enim Hieremias de eadem ciuitate. & sic frequentius & artius eos arguebat: propter quod magis odiebant eum. & quia propter donum prophetie sibi magis inuidebant q̃ alii eo ꝙ inuidia est magis inter compatriotas & simul habitãtes q̃ inter extraneos & longinquos scd̃m qd̃ dicit Philosophus secundo. Rethorice cuius ratio est quia inuidia est tristicia de bono alterius in quantum estimatur propriu boni diminutiuum. bonum autem seu excellentia alicuius multum lóginqui non apprehenditur sic diminutiuum boni proprii sicut excellentia propinqui ideo subditur & dicunt inuidia moti non prophetabis in nomine domini etc. id est si tu cesses a prophetia sicut & nos: non interficiemus te· Propterea hec dicit dominus exercituum ecce ego uisitabo super eos penam debitam inferẽdo ꝓ malicia sua & patet littera.

.XII.

IVstus quidem Hic cõsequenter Hieremias plangit sibi aduersantiũ ꝓsperitatẽ Aliqui tamen expositores dicunt: ꝙ plangit hic prosperitatem Chaldeorum qui erant infideles sed littera precedens & subsequens magis consonat ꝙ loquitur de uiris Anathoth persequentibus Hieremiam ut dictum est Et diuiditur in duas partes: qa primo per modum querimonie ponitur Hieremie questio. Scd̃o domini responsio ibi si cum peditibus. Circa primum dicitur iustus quidem tu es domine hoc enim premittit Hieremias ne uideatur loqui temere de diuinis iudiciis hominibus occultis. uerũtamen iusta loquar ad te. non per modum contentionis seu disputationis sed per modũ huiusmodi questiónis sicut discipulus querit a magistro uolẽs doceri ab eo. quare uia impiorũ id est uirorum Anathoth me persequentium prosperatur? id est temporalia bona adueniunt eis ad uotum. ideo subditur. plantasti eos & radicem miserunt. id est firmati sunt in terrra filii & amicis. proficiunt in bonis temporalibus. & faciunt fructum prolem multiplicando prope es tu ori eorum erant enim sacerdotes ut habetur supra quinto. capitulo. Erat enim Anathoth una de ciuitatibus sacerdotum & sic diuinis laudibus laudant deum. & longe a renibus eorum. quia erant adulteri scd̃m ꝙ dicit supra quinto capitulo. unusquisq; ad uxorem proximi sui hinniebat. & tu domine nosti me quia nihil eis nocui sed magis proficere uolui. Congrega eos etc. Hoc dicit zelo diuine iusticie & sanctifica eos in Hebreo habetur & prepera eos in die occisiónis ut tua iusticia impleatur & ne propter eorum maliciam ulterius sterilis reddat̃: ideo subditur: usq; quo lugebit terra etc. iam enim ut uidet̃ dominus induxit siccitatem de qua habetur infra. xiii. capitulo consumptum est animal & uolucre uictum in cãpis non inuenientes & causa huius siccitatis subditur: cum dicitur: quoniam dixerunt uiri Anathoth & alii mali non uidebit scilicet dominus nouissima nostra ad puniendum ex quo uidet̃ ꝙ ceciderunt in errorẽ: quo negatur aíme humane immortalitas & sic post mortem nó remanet punitio uel in illum qui negat diuinam prouidẽtiam se extẽdere ad actus humanos eo ꝙ procedunt ex libero arbitrio & sic non puniuntur a deo. Si cum peditibus Hic consequenter ponitur domini responsio quãtum ad duo secundũ ponitur ibi reliqui Conquerebatur autem Hieremias de uiris Anathoth eum persequẽtibus & dominus respõdet sibi ꝙ sic grauiora passurus dicens si cũ peditibus currẽs laborasti etc. metaphorica est locutio & est sẽsus si cum difficultate sustines ꝓsecutionẽ uirorum Anathoth qui sunt quasi pedites & parui momenti quomodo sustinebis persecutiones Regis & principum qui sunt quasi equites respectu eorũ & tamẽ oportebit te illam sustinere ut habetur infra uicesimosexto. cum autẽ in terra pacis secura fueris

id est in ciuitate Anathoth in qua natus & nutritus fuisti & sic habes ibi parentes & amicos qui aliquam securitatem possunt dare tibi & tamen ibi times: quid facies in superbia Iordanis id est Hierusalē ubi oportebit te sustinere persecutionem ut habeē infra uicesimosexto. Vocatur autem Hierusalē hic superbia Iordanis qa Iordanis fluuius frequenter intumescit in tantum ꝙ exit ripas suas sic Hierusalē propter po/ tentiam & diuitias superbierat & metas suas circa diuinū cultum exierat ad idolatriā declinando ut patet ex dicti is precedenti cap. Nam & fratres tui id ē uiri Anathoth qui sunt sacerdotes sicut & tu domus patris tui id est aliqui tibi consanguinei etiā ipsi pugnauerunt aduersum te. cum alis ꝙrentes te intoxicare clamauerunt post te. dicentes tibi uerba pungitiua uel potius uerba detractiua que non dicūtur ante faciē sed post id est occulte.ne credas eis cum locuti tibi fuerint bona.aliquando.n.loque/ bantur ei pacifice fingentes amiciciam ut magis eum deciperent Reliqui hic ponitur secundum de quo respondet dominus Hieremie scilicet de populi Iude destructione & primo denunciatur hec destructio.& scđo ipsius repatio ibi & cum euulsero.& ex istis duobus apparebit questionis Hieremie solutio.Circa primum dicit dominus reliq domum meam.id est templum nomini meo dedicatum.dimisi hereditatem meam id est Hierusalem & Iudeam.dedi dilectam animam meam id est ista mihi dilecta sicut est anima mea & dicitur hoc ad ex primendum amiciciam dei circa locum & gentē sicut aliquis de amico suo speciali dicit talis est cor meum & anima mea.in manu inimicorum eius id est Nabuch.& exercituum eius facta est mihi hereditas mea id est gēs Iudaica scđm quod dicit. Esaie.xix.hereditas mea Israel quasi leo in silua id est a me extra/ nea per idolatriam.dedit contra me uocem dicendo contra me blasphemiā.ideo odiui eam.dimittendo eam in manibus inimicorum suorum ideo subdit: nunqd auis discolor id est rubricata sanguine in diuersis partibus quasi diceret sic per Nabuch.qui totam terram destruxit occidendo & captiuando ideo subditur uenite congregamini omnes bestie terre ad deuorandum carnes occisorum. Pastores multi id est Principes exerci/ tus Nabuchodonosor. scđm ꝙ expositum est supra capitulo.vi.in principio ad eam uenient pastores etc. demolici sunt uineam meam id est populum Israel: sicut dicitur Esaie. quinto uinea domus exercituum domus Israel est.luxitq; super me.afflictiōe dante eis intellectū.cetera patent in littera usq; ibi seminauerunt triticū & messuerūt spinas.qđ exponit Ra. Sa.dicens.ꝙ imminente destructione ciuitatis Iudei fecerūt aliqua bona opera sed non ualuerunt eis eo ꝙ non fecerunt debitam penitentiam de malis preteritis sed monitionem Hieremie supra positam capit. quarto.nouate uobis nouale & nolite serere super spinas.potest etiā hoc exponi quia dominus āte aduentū Nabuchodonosor immiserat sterilitatem per quam non fuit reuersus populus ad pe/ nitentiā cōfundemini in captiuitatem ducti a fructibus uestris id est ꝓpter demerita uestra. Hec dicit Hic consequenter ponitur populi Iude reparatio & hoc ad conso/ lationem bonorum: sicut premissa est destructio ad confusionem malorū. premittit tamen destructo aduersariorum cum dicit: Hec dicit dominus aduersus oēs uicinos meos pessimos. Isti erant Idumei descendentes ab Esau fratre Iacob. & Moabite & Ammonite qui descenderunt a Loth nepote Abrahe propter quod debebāt Iudeos diligere & ipsi econtrario aduersabantur eis & incitauerunt Nabuchodonosor cōtra eos & in exercitu uenerunt contra Iudeam Ideo subditur: qui tangunt hereditatem etc.ecce ego euellam eos de terra sua quia post captiuitatem Iudeorum ipsi fuerunt satis cito captiuati:& domum Iuda euellam de medio eorum.quia ipsi habitabāt circa terram Iuda. & cum euulsero eos scilicet Iudeos conuertar & miserebor eorum etc.&

hoc fuit impletum tempore Cyri Regis Persarum qui remisit captiuitatē Iudeorum
ut habetur primo Esdre. primo. & quia plures de Babylonis reuersi ad Iudaismum
uenerūt cū eis Ideo subditur & erit si eruditi a Iudeis aliq libri habent eruti. & male
didicerunt uias populi mei idolatriam dimittendo. & unum deum colendo. ut iurent in
nomine meo iuramentū ení tale quando habet circunstātias debitas fit in reuerentiā
dei. sicut docuerunt iurare populum meum in Baal quia ante conuersionē inducebāt
Iudeos ad ritū gentilem· edificabuntur in medio populi mei fide & moribus & tēpora/
libus bonis.

.XIII.

HEc dicit dominus. Superius a principio tractatus huius libri descripta est circa
regnum populi Iude malicie grauitas: Hic cōsequenter describit ipius incorri/
gibilitas. Et diuidit in septē partes scd̄m septem modos ostendēdi propositū. partes
uidebuntur prosequendo Primus aūt modus continet in hoc ca. uidelicet p ꝑabolā
lumbaris putrifacti ad nibilum ultra ualentis. Et diuidit in duas partes: quia primo
parabola ponitur ad propositū. Scd̄o ad hoc adducitur exemplū ibi si mutare. p̄ma
in duas quia primo pabola ponitur scd̄o exponit ibi & factum est: Circa primū dicit
posside tibi lumbare lineum. i. de lino contextum & pones illud super lumbos tuos te
accingendo. & in aquam non inferes illud ne ex madefactione citius putrifiat. sed
magis aliunde. cetera patent in littera. Et factum est: Hic consequenter exponitur
parabola & primo quātum ad populi Iude culpam scd̄o q̄tum ad penā ibi. dices ergo
circa primū dicitur sic putrescere faciam superbiā Iuda: etc. eā adnibilādo & per hoc
insinuatur q̄ Nabuch. non adnibilauit gloriam Regni Iude uirtute propria sed di/
uina sicut lūbare non fuerat putrefactū ex madefactione aque nec ex loci cōditiōe
quia erat absconditum in foramine petre sed diuina uoluntate. populum istū pessimū
primo propter eius inobedientiam ideo subditur qui nolunt audire uerba mea. scd̄o
propter nequiciam in proximum cum dicit & ambulāt in prauitate cordis sui ex certa
scientia nocumentum inferentes proximis suis per auariciā sicut dictum est supra. vi.
cap. A maiore usq; ad minorem omnes auaricie student etc. & in uxoribus p luxuriā
supra quinto capitulo. Vuusquisq; ad uxorem proximi sui hinniabit. abierunt q; post
deos alienos per idolatriam & erūt sicut lumbare istud destructi & adnibilati: sic. n.
adheret etc. sic adglutinaui mihi id est adiunxi omnem domum Israel. q̄ntum ad decē
Tribus & omnem domum Iuda quantum ad duas. ut essent mihi in populum dando
eis legem in monte Synai pre ceteris populis. & in nomen ut nominaretur specialiter
populus dei. & in laudem & gloriam id est ut esset famosus per totum orbem scilicet si
audierent uerba mea debite obediendo & non audierunt in contrarium rebellando.
Dices ergo Hic consequenter ponitur pena debita & diuiditur in duas partes q̄a p̄mo
ponitur denunciatio pene q̄tum ad omnes generaliter Scd̄o q̄tum ad Prīcipes specia/
liter ibi dic Regi Circa primum premittitur parabola cum dicitur omnis laguncula
implebitur uino. Est autem laguncula uas terreum ad reponendum uinum. & quia
acceperunt uerbum Prophete ad litteram ideo exponit parabolam dicens: hec dicit
dominus ecce ego implebo etc. id est sicut laguncula materialis impletur uino sic totus
populus regni Iude quantum ad maiores & minores & mediocres replebūtur spiritali
ebrietate id ē defectu mentis & corporis ad resistēdū aduersarius sicut ebrietas aufert
sensuum & membrorum usum & dispergam eos in captiuitatem ad diuersas ciuitates
& loca. neq; miserebor ut non dispergam eos. q. d. bene tamen miserebor in aliquo. s.
postea reuocando ipsos sicut dictum est ca. p̄cedenti. Audite & auribus percipite uerba
sunt Hieremie reuocātis populū ab errore: nolite eleuare contemnēdo uerba domini

date dño deo nostro gloriã cõfitendo hũiliter culpã uestrã & eius iusticiã sicut Ioſue dixit Achor. vii. capitulo Fili da gloriã deo etc. anteq̃ tenebrescat. i. anteq̃ tribulatio ſportabilis ſuper uos ueniat: expectabilis lucẽ. i. consolationẽ a Rege Egypti a quo tẽpore Sedechie sperauerunt contra Nabuch. auxiliari. & ponet eã in umbrã mortis. quia illa fiducia fuit eis occasio destructionis ut dictum est supra Frequenter ꝙ si hoc nõ audieritis in malo perseuerando in abscondito plorabit anima mea. uobis cõpatiens a facie superbie id ẽ de malis superuenientibus propter superbiam uestram. Dic Regi Post q̃ posita est pena super totum poplum generaliter Hic consequenter ponitur q̃tum ad Principes specialiter cũ dicitur: dic Regi & dominatrici hũliamini etc. quod exponit Ra. Sa. de Ioachim filio Ioſue & matre eius q reddiderũt se Nabuchodonosor. & duxit eos in Babylonem ut habetur infra. xxix. ca. littera tamen sequens magis concordat ꝙ intelligatur de Sedechia Rege & eius uxore qui captus fuit a Nabuch. & exoculatus. ciuitates austri clause sunt pre timore Nabuch. uenientis contra Sedechiam & dicũtur hic ciuitates regni Iude ciuitates austri q̃ regnũ Iuda respectu regni Israel est in parte australi & non est q aperiat id ẽ exire audeat. translata est omnis Iuda quod fuit sub Sedechia. translatio enim que fuit sub Ioachi fuit tantũ partialis. Leuate oculos uestros & uidete qui ueniunt ab aquilone. exercitus enim Nabuch. uenit ab illa parte ubi est grex id ẽ populus. q. d. nõ cõparebit in terra tua sed transferetur ad aliam. qd dicet cum uisitauerit te. s. Nabuchodo. te captiuando. q. d. non habebis excusationem quia dedisti ei occasionẽ. ideo subdit. tu enim docuisti eos. i. Babylonios aduersũ te & hoc primo fuit quãdo Ezechias omia que in domo sua erant nuncius Regis Babylonis ostendit propter quod Esaias eum reprehendens dixit ꝙ de filis eius essent ducẽdi eunuchi in Babylonem. & ꝙ ibi trãsportarentur bona Hierusalem Esaie. xxxix. Scd̃o hoc fuit: quando illi de regno Iude miserunt nuncios in Babylonem ad apportandũ inde idola sicut habet Ezech. xxiii. & sic Babylonii contraxerunt cum eis familiartatem. & cõsiderauerũt infirma terre per que possent obtinere & habere preciosa que ibi uiderant tẽpore Ezeche: & postea aliis temporibus. nunquid non dolores apprehendent te. quasi diceret: sic Nabuchodonosor te captiuante. & subditur causa cum dicitur: propter multitudinẽ iniquitatis tue. in proximum & in deum reuelata sunt uerecundiora tua. i. spoliata est bonis tuis. & loquitur de Hierusalem ad modum meretricis que cum spoliatur ad uituperium incipitur a parte inferiori pollute sunt plãte tue id ẽ gressus tui ꝑ quos opera designantur. In Hebreo habet precise sunt plãte tue quasi diceret nõ poteris ultra in malis tuis procedere. Si mutare Hic adducitur exemplum ad propositum & diuiditur in duas partes quia primo ad propositum ponuntur duo exempla: scd̃o subditur debita pena ibi: & dissemінabo. Primum exemplum est de Ethiope qui non potest suam nigredinem immutare Secundum de pardo qui non põt mutare uarietates pellis sue quia utrunq; istorum ẽ a natura & sic de Iudeis ꝙ non poterãt reuerti ad bonum ꝓpter consuetudinẽ ad malũ quia cõsuetudo ẽ quedã natura ut dicit Philosophus de mẽoria & remi. & scd̃m hoc patet littera. Sciendũ tamẽ ꝙ hec similitudo nõ tenet simpliciter sed scd̃m quid. Illa enĩ natura que est causa nigredinis Ethiopis in nullo subiacet imperio rationis. & ideo Ethiops non potest illã ꝛmutare q̃tũcunq; conetur ad hoc. sed habitus ex consuetudine peccandi generatus & per modũ nature inclinans ad malum causatur ex inclinatione appetitus sensitiui que natus ẽ obedire rationi. & ideo per conatũ liberi arbitrii ad appositũ põt reuerti ad bonũ: tamen cũ difficultate propter habitũ inclinantẽ ad oppositũ: & hoc dicitur impossibile scd̃m qd

prout dicit Philosophus. v. Metaphi. Vno mó dicitur impossibile: qđ uix pót fieri aut cú difficultate. In exemplis autẽ positis de Ethiope & pardo est impossibile scđm naturã: tñ deo nó est impossibile. Et disseminabo Hic conseqñter ponit pena debita cum dicitur: & disseminabo etc. eiciendo in captiuitatem ad diuersa loca. hec sors tua parsq; mensure tue. i. pena correspondens peccatis tuis quia oblita est mei dimittẽdo cultum diuinú & cõfisa es in mendacio id est in idolo Vnde ego nudaui femora tua etc. i. inferendo tibi penã debitam ostendi peccatorú tuorú turpitudinẽ. ideo subdit: adulteria tua etc. adulterium spirituale per idolatriam & corporale per luxuriam: & hinnitus tuus. i. utriusq; adulterii patẽt libido. sup colles etc. Ibi enim colebãt idola ideo cõcludit. Veh tibi Hierusalẽ & causa subdit nõ mũdaberis post me. i. mihi obediẽdo usq; adhuc. i. ita cito. & sic loquit depressiue Alii aũt legũt interrogatiue. q. d. non. & est eadem sententia.

.XIIII.

QVod factũ ẽ Hic ponitur secundú per qđ ostendit peccati Iude irrepabilitas scilicet per siccitatẽ inductã ad designandum ꝙ humor gratie & deuotionis totaliter defecerat in eis sic terre nascentia totaliter desiccata ultra non uirescunt. Circa qđ primo ponit siccitatis reuelatio Scđo Prophete deprecatio ibi si iniquitates tertio domini rñsio ibi hec dicit. & quarto deprecationis iteratio ibi nũqd Circa ꝑmũ ꝑmittit destructio Hierusalẽ: cũ dicit luxit Iudea. i. luget ꝓpter mala sibi futura loquitur enim de futuro per modũ ꝑteriti propter certitudinẽ ꝓphetie. & porte eius corruerũt id ẽ corruẽt ꝙ Chaldeos detecte & obscurate sũt in terra. i. obscurabunt terra & luto eo ꝙ nõ releuabunt: sed putrefient. Neemias. n. ciuitatẽ reedificans fecit ibi portas nouas quia priores erãt totaliter putrefacte per longitudinẽ temporis & subditur de siccitate preuia dicte destructiõi cum dicitur maiores miserũt etc. & patet littera usq; ibi natura & cerua in agro peperit & relqt. ut iret ad querendum pastum ut posset nutrire fetum & quia non inuenit mortua est fame ex parte una & fetus ex altera & onagri steterũt in rupibus In Hebreo habetur in ripis. s. fluuiorú & torrentiú desiccatorum & traxerunt uentũ. i. attraxerunt aerem ad sui refrigerationem eo ꝙ non inueniebant aquã quasi dracones. habet. n. draco multũ de calore intrinseco. Et ideo ad eius refrigeriũ non solũ utitur potu aque sed etiam aeris attractione defecerunt oculi eorũ. i. onagrorú quia nõ erat herba & sic moriebant defectu potus & pastus. Si iniquitates Hic conseqñter ponit Prophete deprecatio eo ꝙ compatiebat populo suo & primo confitetur peccata populi sui dicens si iniquitates nostre responderunt nobis & ponit hic si ꝑ qa. quasi diceret ex peccatis nostris sumus conscii ꝙ meruimus a te puniri & q̃uis esset iustus cõnumerat se cũ peccatoribus eo ꝙ erat de eodẽ populo domine fac propter nomen tuũ id est propter tuam misericordiã nõ ꝓpter nostram iusticiam quare quasi colonus futurus es in terra dicitur aũt colonus q̃ non ẽ de terra natus & ideo facili recedit inde & per talem modũ loquitur de deo q̃ erat recessurus a Iudea ꝑ subtractionẽ auxilii sui cõtra Chaldeos ut q̃si uiator declinãs ad manendũ id ẽ q̃re ita parũ stabis nobiscũ quasi uiator q̃ tantũ per unã noctẽ manet in domo in qua hospitat & quare futurus es uelut uir uagus nos dimittens & ad alios transiẽs. in Hebreo habetur uelut uir pauidus ut fortis etc. q. d. q̃uis sis potẽs ad nos saluandũ tñ Chaldei dicent te pauidũ & impotentẽ nos saluare & ita dixerunt Chaldei postea attribuentes uictoriam uirtuti proprie propter qđ per Persas fuerũt destructi. tu aũt in nobis es domine. hoc dicit quia in tẽplo erat propitiatoriũ q̃si sedes ipius dei ut dictum fuit plenius Exo. xxv. & nomen tuum inuocatum ẽ sup nos. qa licet sit deus omniũ tamen uocabatur specialiter deus Hebreoꝝ. Idola uero dicebãtur dii gentiũ

ideo subdit Propheta: ne derelinquas nos in manibus aduersariorū. nostrorū Alio mō exponitur hec littera quare quasi colonus etc. de Xpo qui habitauit inter homines quasi alienus Io. primo in propria uenit & sui eum non receperunt. & quasi uiator declinans etc. quia Xpus non habuit proprium domiciliū Math. xviii. filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. & ideo declinabat ad domum Marthe & aliorū deuotorum ad hospitandum. & uelut uir uagus quia discurrebat per Iudeā ad predicandū. ut uir fortis q nō potest saluare. in passióe enim sua nō fuit usus fortitudine propter qđ deridebant eum dicentes Alios saluos fecit seipsum nō potest saluū facere Math. xxvii. & hoc de Xpo magis consonat huic littere precise & scđm hoc dicitur ab aliquibus hec expositio litteralis. & precedens figuratiua quia Prophete nūciando populi captiuitatem futuram p Xpm redēptionē intermiscebāt ut patet in pluribus locis. Considerando uero litteram precedentem & subsequentem dicitur ab alis prior expositio litteralis & ista mystica. Hec dicit Hic consequenter ponitur domini responsio: & scđo circa hoc Prophete admiratio ibi & dixi Circa primū dicit Hieremias explicans domini responsionem hec dicit dominus populo huic Hieremias enim rogauerat pro populo. & ideo populo fit responsio. qui dilexit mouere pedes suos ad querendum aliunde idola sicut dictum fuit supra ca. precedenti & nō quieuit in cultu diuino & non domino placuit id ē displicuit. nunc recordabit iniquitatū eorū inferēdo penam absq; retractione & ideo prohibetur Propheta pro eis orare cum dicitur. & dixit etc. cū ieiunauerint etc. quasi diceret pro afflictione corporali & pro precibus & sacrificiis non dimittam punitionem ideo subditur: quoniā gladio etc. Et dixi Hic ponitur Prophete admiratio de tanta populi sui destructione. A. A. A. domine deus dicūt aliq q hic ponit ter. A. contra tria ueh posita Ezechie. xxiii in simili materia Sed hoc procedit ex ignorantia Hebraici sermonis sicut dictum fuit supra plenius ca. primo quia hic & ibi est una dictio que sic sonat Aha & est aduerbiū admirandi cuius causa subditur: Prophete dicunt eis non uidebitis gladiū etc. & subditur dñi respōsio: cum dicitur: & dixit dominus ad me & primo q̄tum ad Prophetas populū decipientes cū dicit falso Prophete uaticinantur etc. & patet littera. scđo q̄tū ad populū a falsis Prophetis deceptū cum dicit: & populi quibus prophetant erunt proiecti mortui: & patet littera. Tertio q̄tū ad Hieremiā pro populo orantem cum dicitur: & dicens ad eos uerbum istud deducunt oculi mei lachrymā etc. q. d. Propheta ex quo nō possū pro uobis exaudiri: non restat mihi nisi lachrymari cetera patent in littera Nunquid proiciens Hic ponitur ipsius Hieremie deprecatio iterata: q̄uis enim dictū esset sibi q̄ non exaudiretur: quia populus captiuaretur: tamē in aliquo sperabat penā differri uel diminui & habetur simile secūdo Regum de Dauid qui licet audiuisset Anathan Propheta q̄ puer natus de Bersabee moreretur: tamen ipso egrotante ieiunabat & orabat pro eius sanatione Similiter Samuel postq̄ cognouit Saulem abiectum esse a domino: tñ lugebat eū. primo Regū. xv. dicit igitur Hieremias lamentādo nūqd proiciens abiecisti Iudam & duplicatur uerbū abiciēdi ad designandum abiectiōis magnitudinē. expectauimus pacem per auxilium Regis Egypti: & non est bonum quia magis fuit in nocumentum: ut dictum est supra cognouimus domine impietates nostras. etc hoc dixit Hieremias in persona sua & aliorum bonorum peccata populi confitentium ne des nos in obprobrium ꝓpter nomē tuum. quod inuocatū ē sup nos ut predictum est. q. d. quodam modo redundaret in te solii glorie tue id est templū ubi est propitiatorium tanq̄ sedile tuum recordare temperando rigorem tue iusticie ne irritum facias fedus tuum nobiscū quo in monte Syna elegisti nos in specialē populū

Et ut impetret aliquam misericordiam confitet dei magnificentiam.d. nunquid sunt in sculptilibus gentiū qui pluant quasi diceret non. sed tu das pluuiā aut celi possūt dare hymbres. q.d.nullo mō sine te. nonne tu es dominus deus noster.q.d. sic quem expectauimus saluatorem in nostris tribulatiōibus. tu enim fecisti omnia hec scilicet celos & hymbres & omnia alia que sunt in celo & in terra. .XV.

ET dixit dominus Hic ponitur tertiū ad ostendendū peccatum Iude irremediabile ꝗtum ad penam temporalem. scilicet per exclusionem orationis Moysi & Samuelis quorum tamen orationes fuerunt ualde efficaces Et diuiditur in tres partes quia primo ponitur populi reprobatio. scdo reprobationis ratio ibi tu requisisti.tertio Hieremie lamentatio ibi ueh mihi. Circa primū dicitur: si steterit Moyses & Samuel qui ualde sunt amici mei coram me id est ad me deprecandum pro isto populo non ē anima mea id est uoluntas mea ad parcendum ei.ideo subditur: ejice illos etc. id est tu Hieremia denuncia illos ejiciendos de terra sua. & ꝙ ista ejectio sit dura:subdit: qui ad mortem ad mortem etc.quia in obsidione Hierusalem aliqui fuerūt mortui infirmitate & peste aliqui gladio aliqui fame & reliq in captiuitatem ducti: & uisitabo sup eos quattuor species id est quattuor modos consumēdi eos ut patet in littera: & dabo eos in feruorem uniuersis regnis In Hebreo habet in commotionem quia ubicūq; audiebatur eorū destructio fiebat hominibus cordium amotio siue concussio que uocat hic feruor propter Manassen qui supra modum irritauit dominū idolatriā multiplicando. & sanguinem innoxium effundendo quarto Regum.xxi. quis.n.miserebit tui Hierusalem.q. d.nullus post tanta mala in te perpetrata aut quis contristabitur pro te.q.d.quilibet iustus magis letabitur de impletione diuine iusticie. aut quis ibit ad rogandum pro pace tua. q.d.nullus ex quo oratio Moysi & Samuelis ē exclusa. Tu reliquisti Hic consequenter ponit dicte reprobatiōis ratio cū dicit: tu reliquisti me.etc. & patet littera usq; ibi:laboraui rogans in Hebreo habet laboraui recogitās pluries punitionem differendo:tuam emendationem expectando & ad eundē sensum pertinet littera ista. laboraui rogans.i.laborare feci Prophetas reuocando populum dulciter per deprecationis modum. & dispergam eos uentilabro iusticie mee in portis terre ejiciendo eos ad diuersas partes & longinquas.interfeci & perdidi populum per flagella multi plicia eos castigando.& tamen non sunt emendati.multiplicati sūt mihi uidue maritis eorum interfectis super arenam maris hyperbole ē ad denotandū multitudinem magnam uirorū interfectorum. Induxi eis super matrē adolescentis id est adolescentiū accipiendo singulare pro plurali: & hec mater dicitur Hierusalem: que erat mater totius terre:uastatorem meridie id est palā & manifeste. Misi sup ciuitates alias repete terrorem audita destructione Hierusalē infirmata est que peperit septē aliqui libri habent additum filios sed non est in Hebreo nec in libris correctis ꝓ istā infirmatam intelligitur terra decem Tribuum que iam erat captiuata per Regē Assyriorum & per septem quos peperat: intelliguntur septē cognationes Regū malorū qui ibi regnauerant: ut dicit hic Ra. Sa. scilicet Hieroboam & domus sua. Baasa & domus sua. Amri. Hieu. Manaen Phacee & Osee cum domibus suis. occidit eos sol cū adhuc esset dies quia regnum Israel fuit captiuatum cum adhuc regnum Iude stabat in prosperitate sub Ezechia Rege & residuos eius id est illos de regno Iuda ꝙ dicūt eius residui quia utrunq; regnum erat pars eiusdem populi scilicet Hebraici in gladiū dabo per Chaldeos. Veh mihi hic consequenter ponitur Hieremie lamentatio. scdo domini consolatio ibi dicit dominus. Circa primum dicit Hiere. ueh mihi mater mea. hoc dicit propter persecutionem uirorū Anathoth cōtra ipsū ut dictū ē supra ca. xi.

Ideo subditur quare genuisti me uirum rixe qa ipsũ persequebantur uerbis & factis
in uniuersa terra.s.illa quia non intelligitur generaliter. Et consequenter ostendit
ꝙ non erat ex culpa sua.d.non feneraui id ẽ non cõmodaui.q.d. nullum tractatũ
de re temporali cũ eis habui unde possent me odire & persequi omnes maledicũt mihi
& hoc erat quia eorum uitia arguebat. Incurrit.n.odiũ qui arguit criminosos ut dicit
Iobannes os aureum. Dicit dominus Hic ponitur primo domini consolatio: & scd̃o
petitio ibi tu scis & tertio domini respõsio ibi propter hoc. Circa primũ dicit̃ in ꝑsonã
domini consolantis Hieremiã si non reliquie tue in bonum.i.nisi finis huius negocii
ueniat ad bonũ tuũ supple nõ credatur mihi. & est modus loquendi qui apud He/
breos dicitur truncatus ubi oportet aliquid suppleri. & eodem modo cum subditur si
non occurri tibi.i.occurram in tempore afflictionis. In Hebreo habetur si non feci
tibi occurrere etc.& est eadẽ se ntentia quia dominus potest occurrere per se uel per
alium. & exponit illud Ra. Sa.duplicitur. Vno mõ de Sedechia Rege Iuda q tpe
sue afflictionis misit nuncios ad Hieremiã rogans ut oraret deũ pro ipso & ꝑ populo
suo ut habetur infra. xxi.capitulo. qui Sedechias dicitur hic inimicus Chaldeoꝝ ipsũ
obsidentium uel Hieremie quia ipsum permisit incarcerari: ut habetur infra cũ tñ
ex officio Regis debuisset eum defendere. Alio mõ de Nabuzardan qui destructa ci/
uitate & populo captiuato occurrit Hieremie dando ei munera & libertatem eundi
uel manẽdi ubi uellet: ut habetur infra. quãdo Sedechias sacerdotes & falsi Prophete
inimici Hieremie erant in augustia & afflictione. nunquid federabitur ferrum ferro
ab aquilone & es.ferrũ hic accipitur primo pro Rege Egypti. & iterum pro Rege
Babylõis quia uterq; Rex erat fortis.es uero pro Sedechia Rege qui erat debilior.
Est igitu r sensus: nunquid Rex Egypti & Sedechias facient pacem cum Nabuch.
qui dicitur ferrũ ab aquilone: eo ꝙ uenit contra Hierusalem ex illa parte.q.d. non
pacificabuntur: quia sic ꝓphetia tua inueniretur falsa & magis te persequerent̃ tanq̃
Prophetam falsũ conuictum Ra. Sa.dicit ꝙ hec est uera littera: nunquid conteret
ferrũ ferro ab aqlone & es. ratio huius diuersitatis ẽ qa uerbũ Hebraicum hic positũ
Helerea equiuocum est & significat associationẽ & cõtritionem primã significationẽ
sequitur translatio nostra.secundã uero Ra. Sa.& scd̃m eũ per ferrũ primo positũ
intellgitur Rex Egypti de cuius auxlio confidebat Sedechias.& per ferrum scd̃o
positũ Rex Babylonis & per es ipse Hieremias q in fine huius ca.uocat̃ murus ereus
& sic est sensus nunquid Rex Egypti per suam fortitudinẽ cõteret Regẽ Babylõis
& te qui prophetizas pro Rege Babylonis contra Sedechiam & Regẽ Egypti.q.d.
non immo accideret contrariũ ideo subditur sermonẽ conuertẽdo ad regnũ Iuda di/
uitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratis.i.pro nihilo Sedechias enim
unam partem misit Regi Egypti ut auxiliaretur sibi & nihil ei ualuit: ut habet̃ infra
aliam uero partem rapuerũt Chaldei in omnibus peccatis tuis accident tibi hec & in
omnibus terminis tuis sicut in omnibus terminis tuis statuisti idola. ut habetur supra
xi.ca.ignis succensus est in furore meo.i.zelus uindicte mee super uos ardebit id est
uindictam meam non euadetis Tu scis hic ponitur consequenter Prophete petitio qa
dixerat sibi dominus quia finis suus esset bonus ipsum cõsolando: ideo petit huius cõ/
solationis accelerationem.d.tu scis domine innocentiam meam supple recordare mei:
me cito consolando & de aduersariis liberando. noli in patientia tua id ẽ diu suppor/
tando aduersarios meos. Vnde in Hebreo habetur noli in prolõgatione tua suscipe
me id est meam petitionem exaudire in longinquum. scito quoniam sustinui ꝑ te ob/
probrium.q.d.cito debes adhibere remedium inuẽti sunt sermones tui scilicet ueritate

plent.& comedi eos id ẽ ſuſcepi tanq̃ cibum ſuauem & factũ eſt mihi uerbum tuum in gaudiũ.ſ.a principio quando miſiſti me ad arguendum populum cuius correctionem ſperabam eo q̃ dixiſti ſupra.iii.ca. Tu autẽ fornicata es cum amatoribus multis tñ reuertere ad me.& ſic expõit Ra.Sa.Aliter exponitur ſic.& factum eſt mihi etc. quia materia gaudii debet eſſe homini quãdo illuſtratur reuelatione diuina & maxie in iuuentute ſua ſicut fuit de Hieremia ut habet̃ ſupra primo ca.& huic expoſitioni concordat littera ſequẽs cum ſubditur: quoniã inuocatum ẽ nomẽ tuũ ſuper me.eo q̃ ſum inſtitutus & uocor Prophета domini & quia Prophete ſe abſtrahebant a uanitatibus mundi ut eſſent magis apti ad percipiendũ illuminationes diuinas: Ideo ſubdit̃ non ſedi in conſilio ludentiũ & gloriatus ſum in te non in mũdana uanitate uerũ tñ quia proceſſu tẽporis reuelata eſt Hieremie deſtructio ciuitatis & tẽpli definitiue ita q̃ ſciuit illam prophetiam eſſe predeſtinationem de qua tamen in principio neſciebat uterũ eſſet predeſtinationis uel tantũ cõminationis: quia ſicut in cognitiõe naturali eſt proceſſus de cognitione minus determiata ad magis determinatã ut habetur p̃mo Phyſicoꝝ: ſic frequenter fit in cognitiõe que ẽ per reuelationẽ diuinã ideo ſequitur a facie manus id ẽ ꝓpter cognitionẽ uindicte tue future ſolus ſedebã tanq̃ triſtis & merens quoniã amaritudine repleſti me.reuelando deſtructionem ciuitatis & templi definitiue: ideo ſubdit quare factus ẽ dolor meus perpetuus.i.abſq; cõſolatione temporibus meis: quia uidebat q̃ ciuitas & templũ nõ reedificarent̃ tempore ſuo.factũ ẽ mihi quaſi mendacũ aquarũ infidelium dicuntur aque infideles torrẽtes quia ad tẽpus fluũt aquis que aduenıente ſiccitate deficiunt.& per hãc ſimilitudinem inſinuat Propheta q̃ conſolatio tẽporalis ſibi deficiebat: quãdo ea indigebat: ſicut aqua torrentis magis eſt neceſſaria in eſtate q̃ in hyeme. Propter hoc Hic cõſequenter ponit̃ dñi reſponſio in qua promittit̃ Prophete ſuperna conſolatio que eſt ſũme appetẽda cum dicit̃: ſi cõuerteris aliquos de malo ad bonũ per tuam exhortationẽ: cõuertam te.ſ.ad me: dãdo tibi interna cõſolationẽ.& ante faciẽ meã ſtabis eternaliter uidendo clare faciem meã cũ angelis.& ſi ſeparueris preciosum a uili id eſt predeſtinatos a preſcitis: quaſi os meũ eris.in hoc loqueris pro me qui predeſtinatos ab eterno ad gratiã uoco in tempore. Ille enim qui loquitur pro Rege: dicitur os Regis conuertentur ipſi ad te malũ dimittendo & te imitando:& tu nõ conuerteris ad eos.i.ad eorũ malitiã precedentẽ.q.d.dominus nõ debes dimittere predicationẽ ex hoc q̃ pauci tibi credunt:& multi ꝓpter hoc te odiũt: quia ero contra eos. ideo ſubditur.& dabo te populo huic in murum ereũ fortem in tantũ q̃ non habebis eos timere.cuius cauſa ſubditur: quia ego tecũ ſum.qui ſum uirturis infinite.& liberabo te de manu peſſimorũ.i.ſacerdotũ & Pſeudoprophetarũ qui ſub ſpecie ſanctitatis decipiebant populum & dicebãt Hieremiã eſſe Propheтam falſũ & hoc eſt peſſimũ ſub ſpecie ſanctitatis agere malum.ũde dicit Hieronymus ſimulata ſãctitatas duplex eſt iniqtas & redimã te de manu fortiũ: id ẽ Regis & principũ q̃ perſequebant̃ Hieremiã ad inſtinctũ ſacerdotũ & falſorum Prophetarum.

.XVI.

ET factũ eſt. Hic ponit̃ quartũ ꝑ qđ oſtendit̃ peccatũ Iuda irremediabile q̃tũ ad euaſionẽ pene.ſ.mortalitas hominũ futura ſine retractiõe. Et diuidit̃ in duas partes qa p̃mo ponit̃ huius mortalitatis denũciatio.ſcđo ip̃ius cauſa uel ratio ibi:& cũ annũciaueris. Circa p̃mũ dicit dñs Hieremie nõ accipies uxorẽ etc.ex hoc loco dicũt doctores q̃ Hieremias mortuus fuit uirgo qa nõ eẽt aliquo mõ ueriſimile q̃ cognouerit mulierẽ fornicarie cũ fuerit ſanctificatus in utero matris ut habet̃ ſupra primo ca.& illuſtratus dono ꝓphetie a iuuẽtute uſq; ad mortẽ. Sed contra hoc poſſet obiici

qđ subditur: in loco isto ex quo uidetur ꝙ alibi accepit uxorem Ad qđ dicendum ꝙ argumentū ē magis ad oppositū q̄ ad propositum qa cū dicit in loco isto intelligitur in tota Iudea que per Nabuchodo. fuit uastata & multo magis excluduntur ab eo nuptie in terra aliena. s. in Egypto ubi descendit cū populo Iude fugitiuo ut habeť infra. xliii. ca. nec habuit ibi materiam letitie seu nuptiarum sed magis tristicie & mi/ seriarum ꝓ culpa populi quā arguebat. & pro pena sequente quā preuidebat. cetera patent usq; ibi ne ingrediare domum cōuiuii. s. gaudiosi. q. d. nō imminet tēpus gaudii sed doloris. neq; uadas ad plangendū. s. mortuos. tum quia nō uacabit plāgere alicui amicum mortuū ꝓpter continuum insultū Chaldeorum: tñ quia pre nimia angustia meliorīs conditionis reputabunť mortui q̄m uiuentes. cetera patent usq; ibi: & non se incident: In Hebreo habetur lacerabunt unguibus neq; caluitiū fiet pro eis. i. eradi/ catio seu tonsio capillorum talia enim fiebant tunc in luctu mortuorū. & nō frangēt inter eos lugenti panem etc. conueniebant enim amici defuncti ad manducandum & bibendum cū filio eius uel alio representāte ꝑsonam defūcti ad consolationē ꝓ eius morte: & adhuc fit in pluribus terris: per hoc aūt ꝙ hic dicit ꝙ talia non fient: desig/ natur ꝙ non uacabit alicui flere mortuos nec flentes consolari rationibus predictis. Et cum annūciaueris Hic consequēter ponit dicte mortalitatis ratio & diuiditur in duas quia primo explicatur causa scđo replicatur pena ibi & etiam: Prima ꝑs patet usq; ibi quia dereliquerunt patres nostri negligendo diuinum cultū & abierunt post deos alienos per idolatriam hoc patet Exo. xxxii. in adoratione uituli conflatilis & in libro Iudi. quasi per totū. sed & uos peius operati estis qui non solum coluistis sed etiā ea posuistis in templo domini: ut habetur. iiii. Regū. xxi. qđ non fecerūt patres nostri: & in hoc etiā estis obstinati: ideo subdit: ecce enim unusquisq; etc. Et etiam Hic consequenter replicatur pena & diuiditur in duas quia primo ponitur Iudeorū reprobatio. scđo gentiū uocatio ibi domine. Circa primū dicit & etiam uos de terra hac etc: hoc fuit impletum quādo Nabuch. in Babyloniam trāstulit populū ut habeť infra. lii. & seruietis ibi dis alienis quia multi Iudeorum adheserūt idolatrie Babylo/ niorū qui nō dabūt uobis requiem. q. d. ibi affligemini ualde dura seruitute ideo seqť ecce dies uenit dicit dominus. & non dicent ultra etc. & per hoc innuit seruitutē Ba/ bylonicam fore duriorem Egyptiaca: quia faciet obliuisci seruitutis Egyptiace: & liberatio de Babylone liberationem de Egypto motus enim maiores repellūt mīores libro de sōno & uigilia. ecce ego mittam piscatores multos id ē Chaldeos qui ceṗunt habitatores Hierusalē tanq̄ pisces conclusos intra rete. & post hoc mittam eis multos uenatores quia Rex Sedechias & uiri bellatores & plures alii de Hierusalē fugerūt per uiam occultam sed Chaldei ad modū uenatorum insecuti sunt eos. & ceperunt ut habetur quarto Regum. ultimo. & uenabuntur eos de omni mōte etc. i. de omnibus latibulis ubi refugiēt: quia oculi mei super omnes uias eorum id est super omnia mala opera sua ad puniendum. & reddam primum duplices iniquitates & peccata eorum id est peccata cordis & operis ipsorum uel peccata cōtra deum & contra proximum pu/ niam debite anteq̄ reuocem eos de Babylone quia contaminauerūt terram meam. s. Iudeam que erat diuino cultui deputata ratione templi quod erat in ea. in morticinis idolorum id est in animabus idolis immolatis. Domine Hic iuxta detectionē Iudeoꝝ ponitur erectio gentilium ad fidem sicut fit in pluribus locis & Prophetis. Et qa istđ fuit ex maxima dei miseratione & potentia ideo Prophęta dei potentiam confitetur dicēs dominus fortitudo mea in aggrediendo magna confidēs de uirtute tua & robur meum id ē me roborans in sustinendo aduersa. & refugium meum contra imminentia

pericula. ad te gentes. i. gentiles uenient ad Apostolorum predicationē ab extremis terre. quia in omnem terram exiuit sonus eorum psal. xviii. & dicent tuā diuinitatē confitendo uere mendacium in cultu idolorum. possederunt patres nostri sicut enim dicebant gentiles conuersi per Apostolorum predicatiōem de idolis que patres eorum coluerant: ideo subditur nunquid faciet sibi homo deos quasi diceret: non sed magis conuerso deus facit homines. Ideo concluditur de idolis & ipsi non sunt dii & subditur in persona domini Idcirco ego ostendam eis. i. gentilibus ad fidem uenientibus per uicem hanc. i. per Apostolos & quid ostendatur subditur ostendam eis manum meam id est potentiam in operibus miraculosis ad confirmationem ueritatis per Apostolos predicate scd̄m quod dicitur: Math. ultimo. At illi profecti predicauerunt ubiq; co/operante dño & sermonem confirmāte sequētibus signis. & scient quia nomē mihi dīs In Hebreo habetur hic nomen domini Tetragrammaton qd̄ est appropriatū sūmo creatori. gentiles enim uidentes miracula que non poterant fieri nisi uirtute diuina statim confitebantur diuinitatē Xp̄i in cuius nomīe hec fiebāt. totū aūt istud ab illo loco ad te gentes exponit̄ ab aliquibus doctoribus consequēter ad litteram p̄cedentē de Iudeis reuertēribus de Bbylōe cū qbus plures gētiles ad Iudaismū redierūt. & utriq; cōfitebant̄ patres suos in idolatria errasse. & patet applicatio littere ad hāc sentētiā.

PEccatū Iuda. Hic ponit̄ quintū ad ostendendū peccatū .XVII.
populi Iude insanabile per hoc qd̄ dicit̄ scriptum stilo ferreo in adamante que scriptura est indelebilis & diuiditur hoc ca. in duas partes quia primo ponit̄ populi Iude reprobatio scd̄o Hieremie deprecatio ibi sana me. Prima in duas quia primo ponitur reprobatio populi propter eius idolatriam scd̄o ꝓpter ipsius falsā cōfidentiā ibi: hec dicit Circa primū dicit̄: peccatū Iuda scriptum est stilo ferreo. s. ꝑ sculpturam in ūgue adamantino. i. in lapide adamantino: ad modum unguis polito. & in hoc de/signatur indelebilitas huius peccati & eius manifestatio coram deo. exaratū. i. scriptū sup latitudinē. In Hebreo habet̄ super tabulā cordis eorū Ex quo patet ꝙ in ūgue adamantino significauit cor populi Iude sic nominato ꝓpter obstinationē in peccato In Hebreo habet̄ in ūgue Samir & est nomē uermis cuiusdam ut dicunt Iudei cuius sāguis habet uī cauādi & incidendi lapidē. & scd̄m hoc unguis hic nō accipit̄ ꝑ polī/tione sed pro uirtute illius sāguinis & scd̄m eos sic fuerūt scissi lapides q̄ ponebant̄ in templo Salomōis ut dictū fuit. iii. Regū. vi. sup illud malleus & securis nō sūt audita in domo dñi cū edificaret̄. & in cornibus aras eoꝝ: qa ibi erāt sculpta nomīa Idolorꝝ cū recordati fuerit filii eoꝝ etc. imitātes idolatriā patrū in oībus locis ubi patres eoꝝ sacrificabant idolis. fortitudinē tuam. i. bellatores tuos & omnes thesauros tuos id est omnes diuitias in direptionē dabo ipsis Chaldeis q̄ diripiēt sibi omīa ꝓpter peccata in uniuersis finibus tuis. quia nō solū in Hierusalē sed etiā in aliis ciuitatibus Iudee urge/bat idolatria ut habet̄ supra. xi. & relinqueris sola. i. priuata ab hereditate tua id est a terra Iudee quoniā ignē succēdisti. i. occasionē te puniēdi mihi ꝑbuisti. usq; ī eternū ardebit. hoc dicitur quātum ad illos qui in peccatis suis mortui sūt. & sic non tantum temporaliter sed eternaliter puniti sunt. Hec dicit Hic cōsequenter ponit̄ reprobatio populi Iude per falsam confidentiam & primo ꝓpter confidentiā in Egyptiis Scd̄o propter cōfidentiam in diuitiis proprius ibi prauū est. Circa primū dicitur maledictus homo q̄ confidit in homīe hic fuit Sedechias cū populo sibi assistēte qui rebellās cōtra Nabuc. cōfidebat de auxilio Regis Egypti & de dei auxilio diffidebat ideo subdit̄: & a domino recedit cor eius qa confidere in homine dū tamē confidentia p̄ncipaliter sit in deo: nō est malū erit enī quasi mirice in deserto. i. sine fructu bono sicut mirica

que alio nomine uocatur geneſta ẽ frutectum inutile ad reedificationem. nec facit fructũ conueuienſ ad nutritionem. & nó uidebit cum uenerit bonũ quia Sedechiaſ fuit exoculatuſ & in Babylonem ductuſ & ibi in amaritudine mortuuſ. ideo ſubditur in terra ſalſuginiſ. i. amaritudiniſ: & quia in populo Iude erãt aliqui boni ut Hiere. Baruth & Adramelich in domino cõfidenteſ: ideo de talibuſ ſubditur. Benedictuſ uir etc. & patet ſententia uſq; ibi & non timebit cum uenerit eſtuſ. ſ. tribulationiſ. ſicut. n. lignum ſuper aquaſ plantatum nõ perdit uiriditatẽ adueniente eſtu: ſic homo bonuſ nõ relinquit iuſticiam adueniente tribulatiõiſ tempore. Prauũ Hic conſequẽter po/nitur reprobatio populi ꝓpter confidentiã in ſuiſ diuitiiſ cũ dicit prauũ ẽ cor hominiſ id ẽ pronũ ad auariciam & inſcrutabile ab homine: qui tantũ uidet ea que patent primo Regũ. xvi. nó tamen a deo: ideo ſequitur ego dominuſ ſcrutãſ cor. i. cogi/tationeſ. & probanſ reneſ. i. examinanſ affectioneſ. qui do unicuiq; iuxta uiam ſuam priuãſ eũ diuitiiſ male aquiſitiſ. ideo ſequit: pdix fouit. ſ. oua que non pepit furatur enim aliena oua & fouet ea. ſed pulli inde nati audienteſ uocẽ ꝓprie matriſ quadam induſtria naturali currunt ad eã alienã dimittenteſ. & tunc percipit ſe fatue egiſſe in furto & fetu aliorum ouorũ. Et hec parabola applicatur ad populũ Iude qui bona aliena male aggregauerat cum ſubdit: fecit diuitiaſ & non in iudicio. i. nó mõ licito ſed illicito. in dimidio dierũ ſuorũ derelinquet eaſ. maliſ gratibuſ Chaldeiſ eoſ rapien/tibuſ. & in nouiſſimo ſuo erit inſipienſ. i. tũc ꝓcipiet inſipientiã ſuã aliena bona illicite ſibi aggregãdo. ſed quia in populo illo erant aliqui boni ut predictũ eſt. q nó pone/bant ſpem ſuã in boniſ temporalibuſ: ſed in ſpiritalibuſ & eterniſ: ideo ſubdit ꝗtum ad eoſ ſolium glorie altitudiniſ in prĩcipio id ẽ celũ empyreũ quod eſt altiſſimũ: qđ dicit ſoliũ glorie quia deuſ preſidenſ omni creature ibi clare uidetur & laudat a beatiſ a principio confirmationiſ ſanctorum angelorum & derectioniſ malorum. nec põt hoc conuenienter intelligi de templo Salomõiſ quia nõ fuit factũ a principio temporiſ ſed ex quo celũ empyreũ fuit factũ: fuit ãgeliſ repletum locuſ ſanctificatõiſ noſtre quia ibi nulluſ poteſt ĩgredi niſi ſanctuſ. expectatio Iſrael ſupple eſt iſte locuſ glorie & accipitur hic Iſrael pro boniſ de populo Iſrael. & iſte locuſ fuit promiſſuſ Abrahe & ſemini eiuſ Gene. xv. ut pleniuſ dictũ fuit ibidẽ. & ex hoc per oppoſitũ cõcludit Hieremiaſ deprivationẽ malorũ dicenſ domine omneſ qui te derelinqũnt ꝑ idolatriã & alia opera mala confundentur quia confuſibiliter puniuntur. & de mõ puniendi ſubditur recedenteſ a te in terra ſcribentur. id eſt in inferno qui a doctoribuſ eſſe ſub terra dicitur. Quoniam derelinquerunt uenam aquarum uiuentium dominum. a quo fluunt omneſ gratie que dicuntur aque uiue eo ꝙ deducunt ad uitam eternam. Io. quarto. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fonſ aque ſalientiſ in uitã eternam. Sana me Hic conſequenter ponitur ipſius Hieremie deprecatio. Et ſcđo domini reſponſio ibi hec dicit. Circa primũ dicit Hieremiaſ. Sana me domine. ab in/quitate culpe & ſanabor quaſi diceret de hac infirmitate non poſſũ ſanari niſi per te. licet enim eſſet iuſtuſ: tamen non fuit immuniſ ab omni culpa ſaltem ueniali ſaluũ me fac. ab inſidiantibuſ mihi Iudeiſ & ſaluus ero quia nihil poſſunt cõtra te. quia lauſ mea tu es obiectiue & finaliter· ecce ipſi dicunt ad me deriſorie. ubi eſt uerbum domini. i. ſumuſ ꝙ non ueniet: quia tu es falſuſ Propheta. & ego non ſum turbatuſ. turbatiõe rationẽ ſubuertẽte ꝓpter uerba eorũ. te paſtorẽ ſequẽſ mãdata tua exequẽdo & diẽ quod egreſſum eſt de labiiſ meiſ peccatoreſ arguendo rectũ in conſpectu tuo fuit.

Hoc enim feci de|mandato tuo non sis mihi tu formidini. i. pena quam sup populum inducere dispositi nó ueniat super me: ideo subditur. spes mea tu in die afflictionis future per Chaldeos quam per te spero euadere: sed super malos ueniet: ideo subdit confundantur etc. i. cófundent ita ꝙ non loquitur optatiue sed magis denunciatiue de malo futuro. potest etiam dici qđ loquitur optatiue non sitiens populi penam. sed approbans diuiná iusticiá. scđm illud. psal. lvii. letabitur iustus cum uiderit uindictá. & duplici contritione scilicet mortis & captiuitatis quia aliqui fuerunt interfecti: & aliqui captiuati. contere eos. i. conteres uel optádo diuinam iusticiam ut dictum est. Hec dicit dominus Hic ponitur domini respósio in qua precepit Hieremie ꝙ timore hominú nó dimittat mala arguere & specialiter de sabbati uiolatióe. & hoc p̄cipiēdo assecuerat. & patet littera usq; ibi. & omne opus nó faciatis. quod intelligit de opere seruili seu corporali impediente reuerentiá sabbati: tñ bona corporalia nó ꝓhibebāt que nó poterant bono modo differri nec ānticipari sicut animalia adaquare & pabulú eis prebere & in causalibus remedium adhibere quando periculum erat in mora: sicut bouē lapsú in foueá inde leuare & similia: scđm qđ dicit Saluator Luc. xiii. & .xiiii. & hoc modo Machabei pugnauerút cótra inuadentes eos die sabbati primo. Macha. .ii. cetera patt in littera usq; ibi succendā ignem in portis eius hoc fuit impletú q̄ndo Nabuzardan incendit domum domini & domú Regis & domos Hierusalē ꝓ circuitú quarto. Regú. ultimo. & nó extinguet. s. per humanú offitiú. sed tantú ꝓ materie cóbustibilis defectú. Chaldei enim q eā incenderāt: nó extinxerút: nec populus Iude qui partim erat mortuus & ꝑtim captiuatus.

.XVIII.

VErbú qđ factú ē Hic ponit sextus modus ostēdēdi peccatú Iude irremediabile per similitudinē figuli uas dissipatú reformātis eo ꝙ lutum non resistebat ei. sed populus Iude in peccato obstinatus resistebat diuine gratie ꝓpter qđ iusto dei iudicio permissus est perire. & scđm hoc presens ca. in duas partes diuidit: quia primo ponit ratio dei benigna. Scđo obstinatio populi maligna ibi qui dixerunt: Circa primum primo exēplum de figulo & luto ponit cū dicitur: surge & descende in domum figuli & patet littera. Scđo ad propositú applicatur cum dicitur: nunquid sicut figulus iste nó potero facere uobis domus Israel. qdquid placuerit mihi? quasi diceret sic. tamē ex parte materie est dissimilitudo: quia lutum non habet aliud unde possit se subtrahere a figuli ordinatione. sed homo habet liberum arbitrium per quod potest declinare a diuina lege per peccatum. uerú tamē hoc mó extens' dei ordinationem ex parte una reincidit in eam ex parte altera. s. in ordinem diuine iusticie punientis dedecus culpe ueruntamē quia deus semper paratus est misereri & parcere penitentibus ideo subdit repente loquar aduersus gentem etc. comminando ei penam: propter culpam suam si penitentiam egerit gens illa de peccatis suis uere penitendo: agam & ego penitentiá non inferendo penam comminatam. & inde inducit populum Iude ad penitentiam p Hiermiam dicens nunc ergo etc. ecce ego fingo id est inferre dispono dicit tñ fingo prosequendo parabolá de figulo. cótra uos malú. s. pene infere nde reuertaē unusq̄sq̄ mala relinquendo & dirigite uias uestras in bonis uos exercēdo & studia uestra de ta/libus meditando & supplendum est ego penā cóminatam retractabo. Circa predicta sciendú ꝙ penitentia in deo non habet locú ita ꝙ uelit aliquid & postea nolit illud quia uoluntas eius est immutabilis sed sicut noster intelectus immaterialiter intelligit materialia ita uolútas diuina ímutabiliter uult mutabilia. Sciendú tñ ꝙ cóminatióes penarum & ꝓmissiones bonorum aliquando denúciantur prout sunt in dispositione mentis diuine & sic ueniunt in effectum immutabiliter. & hoc modo dicit Samuel de

electióe Saulis ꝑmo Regú. xv. Porro triúphator in Israel nó parcet & penitudíe
non flectet. neq; eni homo ē: qui agat penitentiam. Aliquādo uero denunciantur &
cómuniuſ ꝓut sút in cauſis ſecúdis uidelicet in hominú meritis & demeritis: ꝓpter que
ſcd̄m legem diuinā meruerūt puniri uel p̄miari: & talia non ſemper euenīūt ſicut sút
núciata eo q̄ cauſe sút mutabiles. poſſút. n. homines mutari de malo in bonú & ecō/
uerſo: & ſic dicit Ione. iii. Adhuc. xl. dies & Ninive ſubuertetur. ſic. n. demeruerant
peccata Ninive ſed qa Niniuite egerút peitentiā ſubuerſio nō fuit ſubſecuta ut dicit
ibidem. Sic ergo dicit hic & in aliis locis ſcripture dñs penitere eo q̄ ad modú homis
penitentis ſe habet in quātú nó facit qd̄ predixit: ſicut homo penitens de hoc quod
propoſuit: illud nó facit. uoluntas tñ hominis in hoc imitatur nō natura diuina. Qui
dixerunt: Hic cōſequenter ponit iudeorú obſtinatio mala & primo cōtra dominum
ſcd̄o contra eius nunciú ibi: & dixerút Circa primú dicit qui dixerút. ſ. Iudei in malo
obſtinati deſperauimuſ ſcilicet de dei auxilio & eius promiſſionibus ꝓpter hoc enim
recurrebāt ad humanú remediú ut dictú eſt ca. precedenti: poſt cogitatiōes noſtras
ibimuſ abſq; freno & retinaculo: Ideo admiratiue ſequit: Interrogate gētes. i. gētiles
legē a deo nó habentes quis audiuit talia horribilia a gentilibus facta que fecit nimis
reiterando & continuando uirgo Israhel id ē populus Iuda. q. d. inter gentiles non
inuenientur talia: quia ſicut habet ſupra. ii. ca. quelibet alia gens coluit pro deo illud
qd̄ ꝓmo recepit. & non mutauit. populus autem Israel frequenter mutauit & in idola
multa & in admiratione huius ſubditur nunquid de petra agri deficiet nix libani. In
monte Libani deſcendebant niues ut dicút aliq expoſitores in tāta abundantia q̄ ex
earú reſolutióe continuabatur riuus deſcendens ad agros petroſos aut euelli poſſunt
aque erúpētes de fontibus abundātibus. per iſtas ſimilitudines arguit malicia Iudeoꝝ
quia q̄uis aque riuales & fontales cognitionē nó habeant tamē curſum ſuum debitú
tenent: Iudei aút ad imaginē dei facti & diuina lege directi a deo totaliter retroce/
debant per idolatriam: ideo ſequit quia oblitus est mei populus meus dimittendo cultú
meú fruſtra libantes idolis impotentibus ad eos adiuuandum. & impigentes in uiis suis
cadentes de peccatis in peccata in ſeculis ſeculi. id ē in idolatriis quibus ſeculum tunc
erat infectum. in itinere non trito. uia enim regia dicitur trita & illa est per decalogi
precepta quam Iudei dimiſerant. & per aliam incedebant. In Hebreo autē ſic habet
Nunquid derelinquet de petra agri niuem Libani quod ſic exponitur: nunquid dere/
linquet homo ſitiens niuem de Libano id est aquam frigidam ad modum niuis fluentē
de Libano & conſequenter: de petra agri id est de agro petroſo quia in alueo aquaꝝ
currentium ſolent esse lapilli: quaſi diceret non derelinquet immo cum magno deſi/
derio accipiet eam ad portandum. aut auelli poſſunt. id est defacili ab homine ſitiēte
aque erumpentes frigide & defluentes quaſi diceret nō. & sunt eedem aque que ꝓmo
deſignantur ſub nomine niuis cum dicitur: nix Libani. de monte enim Libani fluút
aque abundantes & optime de quibus dicitur Cant. iiii. fōs hortorú & puteus aquaꝝ
uiuentium que fluunt impetu de Libano. Est igitur ſenſus huius q̄ homo ſitiens nó
dimittit aquas iſtas uoluntate propria & ſi aliquis uelit eas ab eo auferre reſiſtit q̄tú
poteſt uiolentie. & per hoc deſignanē malicie populi Iude qui uoluntarie reliquerat
dominum qui est uena aquarum uiuentium ut dictum est capitulo precedenti. Ideo
ſubditur quia oblitus est mei populus meus & exponatur ut prius uſq; ibi: ut fieret
terra eorum in deſolationem ubi ponitur pena ſequens malitiam predictam per quā
terra Iude fuit per Chaldeos uaſtata & in ſublimi. id est in deriſióem omnis qui pre/
terierit per eam obſtupeſcet de tanta deſtructione & mouebit caput ſuum notandú

q̄ hoc cōtigerit propter magnam maliciā habitatorum. ſicut uentus urens q̄ diſpgit & conſumit. dorſum & nō faciē oſtendam eis id eſt non iuuabo eos. ſicut homo uertit dorſum illi: cui non uult preſtare auxiliū. Et dixerunt Hic conſequenter ponitur obſtinatio Iudeorum contra domini nuncium & diuiditur in duas parteſ quia primo ponitur hec obſtinatio. Scd̄o Hieremie deprecatio ibi attende. Circa primū ſciendū q̄ dominus in filiis Iſrael inſtituit ſacerdotium ut habetur. Exo. uiceſimonono. & hoc ad colendum & docendum de lege domini populum. Similiter inſtituit ſeptuaginta uiros de ſenioribus Iſrael qui cum Moyſe ſuſtinerent onus regiminis populi Numeri undecimo. & ex tunc uſq; ad deſtructionem ciuitatis & templi fuerūt ſic ſtatuti. lxx. uiri qui cū Rege & Summo ſacerdote determinabant cauſas arduas Similiter p̄miſit populo dare Prophetas per ſucceſſionem temporis & quia iſta tria a deo fuerunt inſtituta: credebant aliqui & maxime illi de Anathoth q̄ ſemper durarēt. propter q̄d̄ uerbum Hieremie contrarium aſſerentis contemnebant. & eum perſequebantur. & hoc eſt q̄ dicitur & dixerunt adinuicem conferendo uenite & cogitemus contra Hieremiam cogitationeſ id eſt uias conuenienteſ ad eum occidendum tanq̄m Prophetam falſum. cuius cauſa ſubditur. non enim peribit lex a ſacerdote qui poſſit de ea populū docere. neq; conſilium a ſapiente id eſt ſapientibus ponēdo ſingulare pro plurali: ſicut Exo. uenit muſca grauiſſima. id eſt multitudo muſcarum & dicuntur hic ſapienteſ ſeptuaginta ſeneſ predicti. nec ſermo a Propheta. quia dominus inſtituit iſta. & iſti male arguebant: quia ſicut deus dat beneficium perſeuerantibus: ita data ſubtrahit obſtinatis in malo. percutiamus eum lingua accuſando eum ut Prophetam falſum & ſic moriatur. & non attendamus ad uniuerſos ſermoneſ eius hec littera eſt tranſpoſita & ſic eſt conſtruenda & ad uniuerſos ſermoneſ eius nō attendamus. ut ſic negatio ſequatur ſignū uniuerſale que facit ſuo cōtrario equipollere quia omnis non & nullus equipollent. & ſic eſt ſenſus ad nullos ſermoneſ eius attēdamus cū ſint friuoli & nullius momenti. Attende. Hic conſequenter ponitur deprecatio Hieremie dicentis Attēde domine ad me liberandum de meis inimicis & audi uocem meorum aduerſariorum ad eam puniendum. nunquid reddetur ſcilicet mihi pro bono malum. quaſi diceret. ſic. quia foderunt foueā anime mee querenteſ eam educere de corpore malicioſe recordare etc. quia laborauerim pro bono eorum. Propterea da filios eorum in famē etc. quod dupliciter exponitur. Vno modo denunciatiue tantum ſicut da. id eſt dabis. Alio modo deprecatiue non ſiciendo populi penam ſed magis diuinam iuſticiam. ſicut dictum eſt capitulo precedenti. audiatur clamor de domibus eorum. familie ſue ibidē fame & gladio moriētis adduceſ enim ſuper eum eos latronē id eſt Nabuchodonoſor cum ſuo exercitu populum depredantem occidentem & captiuantem. cetera patent uſq; ibi neq; propitieris iniquitati eorum. id eſt non dimittas tātum dedecus culpe ſine decore iuſticie in tempore furoris tui. id eſt uindicte a te inferende. abutere eis. Circa quod ſciendum q̄ abuſus eſt uti proprie aliqua re ad aliud q̄m ad ordinata. natura enim humana eo q̄ eſt ad imaginem dei facta eſt ad gloriam dei ordinata. iſta tamen ordinatio eſt longinqua que diſponitur de propinquo per gratiam & ad penā diſponitur per culpam. & ſic in damnatione hominum malorum ſi conſideretur natura tantum eſt abuſus in hoc q̄ applicatur natura ad penam: que erat ordinata ad gloriam Si tamen conſideretur natura obſtinatione in malo diſpoſita non eſt abuſus ſed debitus uſus iuſticie. Sciendum tamē q̄ in Hebro ſic habetur: in tempore furoris tui fac eis ſcilicet q̄ debet fieri ſcd̄m ordinem iuſticie tue & ſic eſt littera plana.

HEc dicit dominus. Hic ponitur septimum ad ostendendum irremediabile populi peccatum scilicet p fractionē lagene terree cuius fractura est irreparabilis. Et diuiditur ī duas partes quia primo ponit̄ domini preceptū. Scđo ostenditur adimpletum ibi. Venit autem. Sententia aūt prime partis patet in littera exceptis aliquibus que exponentur. & de senioribus populi & de senioribus sacerdotū. quia isti pre ceteris tenebantur uerbum dei recipere & ad hoc populū inducere. Porte fictilis sic nominabatur quia manebant ibi figuli facientes uasa fictilia ut dicunt aliq. Ra. Sa. dicit q̄ extra ciuitatem prope portam illam proiciebant fragmenta uasorum fictilium propter quod sic nominabatur. & alienum fecerunt locū istum scilicet a me cuius causa subdit̄ & libauerunt dis alienis idem enim locus nō cōuenit cultui demonū in idolis: & cultui diuino sicut nec idē lectus marito & adultero. & Reges Iuda repleuerunt locum istum sanguine innocentium quod patet de Manasse Rege. iiii. Regū xxi. & de Ioas qui interfecit Zachariā in templo. ii. Paralypo. xxiiii. ad cōburendū filios suos igni in holocaustum Baalim dicentes se in hoc imitari Abraham. sed hoc est falsum quia dominus prohibuit interfectionem innocētum. Vnde & Abraham uolēti Isaac immolare dictum fuit a domino ne extendas manum tuam super puerum etce. Gene. xxii. Illud enim preceptum fuit datum Abrahe ad declaratiōem sue obediētie tantum ideo ibidem subditur: nunc cognoui q̄ timeas dominum etc. id est cognoscere feci sed uallis occasionis ab occasione Iudeorum ibi futura. & dissipabo consilium Iude. quo rebellauit Regi Babylonis contra consilium Hieremie & ponam ciuitatem hanc in stuporem & in sibilum. exponatur sicut ca. precedēti. & cibabo eos carnibus filiorū suorum. quia preualuit nimis fames in Hierusalem obsessa a Chaldeis. iiii. Regū ulti. Et conteres lagunculam in oculis uirorū ut ostēdas sensibili signo quod dixisti uerbo. & ponā ciuitatē istā sicut tophet. s. absq; domibus & habitatoribus ī quarū domatibus id est tectis sacrificauerunt oīi militie celi. Erant autem tecta domorum plana & ibi constituerunt homines altaria ad sacrificandum militie celi id est soli & lune & ceteris planetis in aspectu eorum. Venit autem hic ostenditur mandatū domini adimpletū per hoc q̄ Hieremias expleto mandato domini in tophet uenit inde ad atrium templi domini ad prophetandum illud quod in tophet prophetizauerat ut q̄ diceret coram paucis reiteraret corā multis in atrio templi domini ubi cōueniebat populus ad orandū & uerbum legis audiendum & patet littera ex dictis. .XX.

ET audiuit superius Hieremias reprehendit populi maliciam. Hic consequenter ex hoc patitur iniuriam. quia sicut dicit. Io. os aureum odium incurrit q̄ arguit criminosos. Et diuiditur in duas partes quia primo patitur iniuriā a Pontifice. Scđo a multitudine. ca. xxvi. prima in duas quia primo patitur iniuriam. secundo resumit prophetiam. cap. xxi. Prima adhuc in duas quia primo Hieremias iniuriam patitur. secūdo de hoc cōqueritˉ ibi. sed dixisti. Prima adhuc ī duas q̄a p̄mo inferˉ Hieremie iniuria. secundo declaratur eius constantia ibi cunq;. Circa primum dicitur & audiuit Fassur etc. Principes in domo domini id est summus sacerdos siue Pontifex Hieremiā prophetantem sermones istos: de destructione ciuitatis & templi cuius contrarium iste Fassur & alii sacerdotes asserebant & percussit Fassur Hieremiam actu loquentem in nomine domini exquo grauior fuit iniuria & misit eum in neruum id est in cippum ne posset exire ad prophetandum quod erat in porta Beniamin superiori. erat enim duplex porta sic nōata sed una erat in loco superiori in quo erat cippus ille in domo domini id est intra septa ad templum pertinentia. Cunq; illuxisset. Hic consequenter ostendit̄ Hieremie constantia qa timore carceris nō dimisit arguere maliciā Pōtificis

et etiam eiuſ patientia quia percuſſuſ & incarceratuſ tacuit. liberatuſ autem Pontificē conſtanter arguit: ut oſtēderet ſe loqui nō ex ſpetu paſſiōiſ: ſed ex inſtinctu diuine reuelationiſ non Faſſur uocauit dominuſ nomen tuū. Faſſur enim in Hebreo ſonat oſ nigreoluſ uel oſ nigrum & per oſ intelligit autoritaſ precipiendi ratiōe Pōtificatuſ & per nigredinē illiuſ poteſtatiſ abuſuſ. Eſt ergo ſenſuſ non Faſſur uocauit dominuſ nomen tuū id eſt ex dei ordinatione cito p̄uaberiſ poteſtate qua abuteriſ. ſed pauorē In Hebreo habet ſed Magur & ſic ē quedā alluſio ad aliud nomen in ſono ſignificat enim Magur pauorem ſeu pauidum. in quo deſignatur q̄ erat capiendus a Chaldeis & in captiuitatem ducendus. q̄ autem ſubditur undiq; deſignat q̄ nō ſolū ipſe ſed oīnes eiuſ amici eſſent occidendi uel captiuandi ſecundū q̄ Hieremias exponit cōſequenter & patet littera uſq; ibi quibuſ prophetaſti mēdacium ſcilicet q̄ ciuitaſ nō ſit tradenda in manibus Chaldeorum. Seduxiſti. Hic conſequenter Hieremias pro illata iniuria conqueritur & primo dirigendo ſermōem ad deum. Scd̄o ad ortū ſuū ibi. Maledicta prima adhuc in duas q̄ primo ponit Hieremie querelatio. ſecūdo eiuſ conſolatio ibi Dominuſ autem. Circa primum dicit ſeduxiſti me domine. Circa quod ſciendum q̄ cū deuſ ſit ueritaſ per eſſentiam nō poteſt aliquem ſeducere uel fallere ſecundū ueritatē ſed tantum ſecundū eſtimationem falſam. Et ideo hec littera poteſt dupliciter exponi Vno mō ut ſit uerbū Hieremie exp̄mentiſ horrorē ſenſualitatiſ reſpectu p̄ſecutiōiſ que ſibi inferebatur in uerbis & factis licet illam perſecutionem acceptaret ſecundum deliberationem rationiſ qua acceptabat penam temporalem pro domino ſuſtinemuſ: ſicut Xp̄uſ dicebat Luce. xxii. Pater ſi uis tr̄áſſer a me calicē iſtū indicās ſēſualitatiſ horrorem & per hoc ſe oſtendens uerum hominem naturam ſenſitiuam habentem. tn̄ ſecundum ratiōem deliberatiuam acceptabat paſſioniſ calicem: Ideo ſubdebat: uerūtn̄ nō mea uolūtas fiat: ſed tua. & ſic loquit Hieremias ſeduxiſti me domine & ſeductus ſum. id eſt per hoc q̄ miſiſti me ad prophetandum incurri tantum malum q̄ ſecundū partem ſenſitiuā horreo ſupra modū. Alio modo poteſt exponi ut ſit uerbū Hieremie exprimendo illud quod de ipſo dicebant ſacerdoteſ & Pſeudoprophete ſum ſeductus a te quod tamen eſt impoſſibile. Aliq̄ tamen propoſitio cōditionaliſ bene eſt uera cuiuſ utraq; parſ eſt falſa ſicut eſt iſta ſi homo uolat: homo habet alaſ. Fortior me futiſti qa me horrentem prophetare propter malum imminens p̄phetare feciſti non p̄ uolentiā que libero arbitrio non poteſt inferri: ſed p̄ eiuſ inclinationē que uertit ad uoluntatē diuinam Prouer. xxi. Cor Regiſ in manu domini quocunq; uoluerit inclinabit illud. Factuſ ſum in deriſū tota die. id eſt continuo omneſ ſubſannant me ē aūt ſubſannatio quedam ſpecialiſ deriſio ſic nominata a naſo rugato quia iam olim loquor uociferans iniquitatem populi & uaſtitatem clamito id eſt deſtructionem terre propter peccata ſequentem. propter hoc enim deridebant Hieremiam tanq̄ falſum Prophetam qa diu ante iſta predixerat. & non euenerant. & factuſ eſt ſermo domini meuſ in obprobriū q. d. non dixi iſta de capite meo ſed de precepto diuino. & dixi id eſt cogitaui ſecūdū impulſū ſenſualitatiſ. non recordabor eiuſ etc. id eſt non p̄phetabo ampliuſ. & factuſ eſt. ſ. ſermo domini in corde meo q̄ſi ignis eſtuans qui nō poteſt retineri qn exteriuſ prodeat & defeci a propoſito quo tacere propoſueram ferre nō ſuſtinens. ſ. impulſū domini ad prophetandū quin exequerer q̄uiſ uidere ē inde perſecutionē mihi imminentē Ideo ſubditur: audiui enim contumeliaſ in uerbis. & terrorem in factis. perſequimini & perſequamur uerba erant aduerſariorum Hieremie mutuo ſe exhortātiū ad eiuſ perſecutionem. ab omnibus uiris qui erant pacifici mei etc. & hoc erat grauiſſimū quia nulla peſtiſ grauior ad nocendum q̄ familiaris inimicus. & cuſtodientes latuſ meū. id ē

mihi insidiãtes ex omni latere ad me subuertendũ per uerba deceptoria. Ideo subdit: Si quo modo decipiatur: id est ad nostram sententiam protrahatur: ut dicit Ra. Sa. & preualeamus aduersus eum: ita ꝙ dictum nostrum approbetur: & suum reprobet. & consequamur ultionem ex eo per eius mortẽ quia si primã prophetiã retractasset dicendo contrarium reputaretur conuictus de falsitate prophetie & sic interficeretur secundum legem. Dominus autem. Hic consequenter ponitur Hieremie consolatio quia sentiebat diuinum adiutorium sibi assistens: ideo dicit Dominus autem mecum est etc. & patet littera usq; ibi quia non intellexerunt obprobrium sempiternum. i. penã gehenne que eterna est: pre oculis non habuerunt. & tu domine exercituum id est angelorum: probator iusti id est eius approbator qui uides renes & cor id est corpus & animam uel affectiones & cogitationes: uideam queso ultionem tuam ex eis. Hoc dicit non sitiens penam sed dei iusticiam. tibi enim reuelaui causam meã: nõ tibi aliqd manifestando quod ignores: qa hoc est impossibile sed auxiliũ a te postulando. Etiã quia intellexit se exauditum ideo inuitat alios ad laudandum deum secum. d. cantate domino etc. Maledicta. Hic Hieremias querulatur uerbum dirigens ad ortum suum & primo ad tempus sui ortus. d. maledicta dies etc. non sunt impatientis & desperantis uerba sed in hoc exprimit horrorem sensualitatis respectu mali imminentis quod tamẽ ratio patienter tolerabat sicut sanctus Iob exemplar patiẽtie dixit pereat dies in qua etc. & est sensus maledicta dies etce. id est si sequerer sensualitatis horrorem tempore natiuitatis mee maledicerem: sicut etiam aliqui se interficiunt pre horrore mali p̃sentis uel imminentis. potest etiã hec littera exponi ut sit uerbũ Hieremie recitantis uerba aduersariorum suorum natiuitati Hieremie maledicentium. Secundo dirigit uerba ad pr̃cipia sui ortus scilicet ad patrem & matrem. d. maledictus uir etc. & exponatur dupliciter sicut littera precedens. Vno mõ referendo ad sensualitatem. Alio modo ad aduersarios Hieremie. sit homo ille ut sunt ciuitates. s. Sodoma & Gomorra & alie de quibus habetur Gene. xix. & non penituit eum quia illas non repauit & sic ad modũ penitentis non se habuit. audiat clamorem mane etc. id est continuo audiat terrorem fremitus belli & aduersariorum. q non me interfecit a uulua id est quia nõ me interfecit ante natiuitatẽ & uulua eius conceptus sempiternus ita ꝙ nunq̃ processissem ad ortũ: cetera patent. Et illa que dicũtur hic ex parte matris possunt exponi dupliciter sicut predicta ex parte patris. Aliqui autem exponũt uerba p̃dicta Hieremie tanq̃ dicta ab eo ex subita mentis turbatione scripsit tamen ea ex deliberatione ut non de uenia desperemus si aliquando ex mentis turbatione uerba indebite proferamus. Alii uero dicunt ꝙ Hieremias hic loquit̃ in persona populi in destructiõe ciuitatis sic affligẽdi ꝙ maledicet omnes natiuitati sue & conceptui: sed due expositiones prime uidentur magis rationabiles. & magis cõsone alius locis similibus sacre scripture. .XXI.

VErbum etc. Hic Hieremias post illatam sibi iniuriã resumit ꝓphetiã. Et diuidit̃ in duas partes quia primo resumitur propbetia. scdo quantũ ad partẽ ostendit̃ impleta. ca. xxiiii. Prima adbuc diuiditur in duas partes quia primo prophetat cõtra habitatores Hierusalẽ generaliter. secundo cõtra maiores specialiter ca. xxii. Prima in duas quia primo ponitur Sedechie Regis petitio. secundo Hieremie responsio ibi. & dixit. Circa primum dicitur uerbum etc. quando misit ad eum Rex Sedechias. ex hoc patet ꝙ liber iste non procedit secundum ordinem temporis quia sequenti cap. & pluribus alius scribũtur plura que anteq̃ regnaret Sedechias fuerũt facta: ut uidebit̃ infra. Fassur filium Melchie. Ex hoc patet ꝙ iste est alius ab illo qui ponitur capit. precedenti quia ille dicitur filius Emmer. interroga pro nobis dominum in obsidione

& angustia positi recurrerunt ad Hieremiam cuius ante contempserant prophetiam sicut dominus predixerat sibi supra ca. xv. Cõuertentur ipsi ad te etc. Et dixit. Hic ponitur Hieremie responsio. Et diuiditur in duas partes quia primo denũtiat futurũ exterminum. secundo dat consilium ibi. & ad populum. Circa primum dicitur Ecce ego conuertã uasa belli id ẽ instrumẽta bellica quia modo loquendi Hebraico instrumenta cuiuslibet artis dicuntur eius uasa & dicit conuertam scilicet in nocumentum uestrum ex hoc ení ꝙ Iudei restiterunt quantũ potuerunt Chaldei fuerũt eis magis duri & idem significatur per hoc quod sequitur. & congregabo ea id est instrumenta bellica in medio ciuitatis huius id est in nocumentũ eius modo dicto. & debellabo uos ex quo patet ꝙ Nabuch. non debellauit Iudeos uirtute propria sed diuina. quia in hoc erat instrumentum dei sicut Attila Rex hũnorum dixit sancto Lupo Cretasẽsi se esse flagellum dei cetera patent usq; ibi. Et post hoc ait dominus dabo Sedechiã qa rupta ciuitate fugit cũ uiris bellatoribus. sed captus fuit a Chaldeis eũ insequentibus & ad Regem Babylonis adductus q in conspectu eius interfecit filios eius. & nobiles & post hec exoculatum duxit in Babylonem captiuum. iiii. Regũ ulti. & .ii. Paraly. & non flectetur. neq; parcet. neq; miserebitur. Et ad populum. Hic consequenter Hieremias dat consilium. & primo omnibus generaliter. d. qui habitauerit in urbe hac continuando contra Regem Babylonis. Morietur gladio. & fame & peste. quia aliq fuerunt occisi. & aliqui fame consumpti. & aliqui corruptione aeris mortui. Qui autẽ egressus fuerit. de ciuitate uoluntarie. & transfugerit ad Chaldeos. se eis reddendo uiuet. quia recipient eum salua uita. & erit ei anima sua quasi spolium. q. d. sufficiet ei uitam suã saluare: cetera patent usq; ibi. & domui Regis etc. Vbi dat consiliũ domui regie specialiter. d. iudicate mane iudicium. i. exequimini quod iustum ẽ. nõ differẽdo propter fauorem uel potẽtiam partis iniuste ideo subditur. & eruite ui oppressũ etc. propter maliciam studiorum uestrorum. peccabant enim ex certa scientia. Ecce ego ad te. s. destruẽdam habitatricem uallis solide atq; cãpestris id est ad te gẽtẽ Iudaicã que habitas in Hierusalem que dicitur hic uallis solida & campestris: quia partim erat sita in ualle. & partim in monte. & erat clausa tribus muris. qui dicitis quis ꝑcutiet nos. confidentes de fortitudine & pluralitate murorum. sed quia hoc nihil ualet cõtra dñm ideo subditur: & uisitabo super uos. s. ad malum uestrũ. Fructum id est opus studiorũ uestrorum. quia studiose & scienter operati estis malum. & succendam ignem in saltu eius. i. in domo saltus Libani quã edificauit Salomon ad reponendũ arma & quecũq; ꝑciosa. & deuorabit omnia in circuitu eius. quia Nabuzardan incendit domũ Regis. & domũ domini & domos Hierusalẽ. iiii. Regũ ultimo. .XXII.

Hec dicit dominus. Hic Hieremias prophetat contra maiores specialiter. & ꝑmo contra Reges. secundo contra Pseudoprophetas & sacerdotes ca. xxiii. Prima in duas quia primo prophetat contra domum regiam in generali. secundo cõtra aliquos Reges in speciali ibi. nolite flere. Circa primũ dicitur de mandato domini audi uerbũ non solum aure corporis sed etiã mentis & tum effectu corporis. Rex Iuda etc. q. d. sicut tu es successor Dauid in honore ita debes eẽ in ualore. Facite iusticiã & iudiciũ Iusticia enim est sentẽtia iusta. Iudiciũ uero executio illius iusticie que debet celeriter fieri ideo subditur. Et liberate ui oppressum etc. & aduenam & pupillum. ꝑ hoc innuit ꝙ ibi fiebant talia mala. Si enim facientes feceritis. uerbum istud. s. iusticiã exequẽdo & iniusticiam declinando ingredientur ꝑ portas domus huius Regis etc. i. ꝑseuerabũt in honore regio. ꝙ si non audieritis uerba hec scilicet dimittendo iusticiã & ꝑsequendo iniusticiam. in memetipso iuraui dicit dominus. omnes per maiorẽ sui iurãt. Hebr. vi.

Deuſ autem non habet matorem ſe ideo per ſemetipſum iurauit. qa in ſolitudine erit domuſ hec id eſt domuſ regia ad illam enim uenerat Hieremiaſ ut patet in principio huiuſ. c. Galaad tu mihi caput Libani: Galaad eſt monticuluſ in ſummitate montiſ Libani exiſtēſ & ſic ad modum capitiſ ibidem ſe habenſ & per hoc intelligitur domuſ regia uel ſolium per modum capitiſ ſe habenſ ad aliaſ regni parteſ. ſi non poſuero te ſolitudinem & ſubintelligitur non credaē mihi, urbeſ inhabitabileſ hoc enim impleuit deuſ per Chaldeoſ Hieruſalem que erat caput regni ſuccendenteſ & urbeſ in circuitu deſtruenteſ. Et ſanctificabo. Hebrei dicunt & preparabo uerbum enim Hebraicum hic poſitum eſt equiuocum ad ſanctificare & preparare Hebrei tamē uidentē meliuſ hic dicere quia Chaldei qui hoc fecerunt non fuerūt ſancti: ſed infideleſ. tamē ſcd̄m tranſlationem noſtram poſſunt dici ſancti uel ſanctificati nō formaliter ſed effectiue tantum inquantum erant inſtrumēta diuine iuſticie que eſt ſancta. interficentē uirū & arma eiuſ. i. Chaldeoſ ad interficiendum paratoſ & arma eorum. & ſuccidēt electoſ cedroſ tuoſ id eſt principeſ & nobileſ qui uocantur hic cedri proſequendo ſimilitudinē qua regnum Iuda ſignificatū eſt nomine Libani in quo creſcunt cedri. & p̄cipitabūt in ignē qa Chaldei ſuccenderūt ciuitatē. & p̄tranſibūt gēteſ multe poſt deſtructionē ciuitatiſ. & dicet unuſquiſq; admirando ciuitatiſ tā fortiſ deſtructionē. & reſpondebūt attribuenteſ hoc uirtuti & iuſticie diuine propter peccatum Idolatrie. Nolite flere. Hic conſequenter Hieremiaſ prophetat contra aliquoſ Regeſ in ſpeciali. Ad cuius intellectum ſciendum: q̄ mortuo Ioſia Rege Iuda ſucceſſit eiuſ filiuſ Ioathan quem Rex Egypti cepit. & unctum duxit in Egyptum ubi & mortuuſ eſt. & ſubſtituit Rex Egypti fratrem eiuſ Eliachim & uertit nomen eiuſ Ioacim ſcriptum per. m. in fine. iii. Regū. xxiii. Contra iſtum uenit Nabuch. cum exercitibuſ ſuiſ & fecit eum ſibi tributarium tribuſ anniſ quarto uero anno percipienſ eiuſ rebellionem in fauorē Regiſ Egypti qui fecerat eum Regem: fecit eum capi. & interfectum extra portaſ Hieruſalem inhumatum proici conſtituenſ pro eo eiuſ filium Ioachin ſcriptū per. n. in fine: ſed poſt treſ menſeſ cogitanſ q̄ non fideliter ei ſeruiret p̄ interfectione patriſ tam uili uenit contra eum qui conſilio Hieremie tradidit ſe Regi Babyloniſ a quo cū matre ſua & multiſ nobilibuſ regni Iude ductuſ eſt in Babylōem ubi fuit uſq; in diem mortiſſue. & loco eiuſ conſtituit Regem Sedechiam eiuſ patruum & filium Ioſie qui poſtea rebellanſ Regi Babyloniſ captuſ a Chaldeiſ exoculatuſ fuit. & in Babylonem ductuſ. iiii. Regum ultimo. Igitur de hiſ quattuor loquitur. Hic Hieremiaſ & p̄mo de Ioathan. ſecundo de Sedechia ibi plangite. Tertio de Ioacim filio Ioſie ibi Veh q edificat. Quarto de Ioachin nepote Ioſie ibi. Viuo ego. Circa primū dicit Hiere. nolite flere mortuum. ſ. Ioathan filium Ioſie mortuū in Egypto ut dictum eſt. q. d. morſ eiuſ non eſt ſic lamentabiliſ nobiſ ſicut aliorū trium ſequentiū. qa Rex Egypti nō legitur aliud malū feciſſe populo Iude niſi q̄ duxit eū unctū & impoſuit populo Iude tributum peiora autem ſatiſ contigerunt in temporibuſ aliorum ut uidebitur. Plangite. Hic conſequenter loquitur de Sedechia qui inter iſtoſ ultimo regnauit. nō enim in ſcribendo tenet ordinem temporiſ ut dictū eſt ca. p̄cedenti. dicit ergo Plāgite eum qui egreditur id eſt egredietur. loquitur enim de futuro per modum preſentiſ. de Sedechia qui exoculatuſ ductuſ fuit poſtea in Babylonē ibiq; mortuuſ & poſtea tpe ſue captionis fuit templum combuſtum. & ciuitaſ & populuſ partim occiſuſ. & partim captiuatuſ. que erat occaſio magni luctuſ. quia hec dicit dominuſ id eſt ad Sedechiam qui nominatur Sellum. i. Para. iii. ut dictum fuit ibidē. qui regnauit pro Ioſia patre ſuo. non immediate ſed in quarto loco. quia ante eum regnauerunt duo fratreſ ſui &

eius nepos ut dictum est. qui egressus est. loquitē de futuro per modū preteriti: ꝓpter certitudinē prophecie. cetera patent. Vech qui edificat hic loquitur de Ioachim filio Iosie cuius primo describit maliciam secundo debitam penam. ibi propterea. Circa primum dicit. ueh qui edificat domum suam in iniusticia. erat enim iste Ioachim cupidus & superbus propter quod ad faciendum sibi edificia excessiua in magnitudine & curiositate rapiebat bona aliena. amicum suum opprimet frustra. i. sine causa legittia & si faciebat hoc Ioachi amicis multo forcius alius qui dicit edificabo mihi domū latā id est excessiuam in latitudine & cenacula. i. solaria in quo notat excessus in altitudie & facit laquearia cedrina & sic est excessus in materia pingitq; sinopide in quo notat excessus in curiositate nunquid regnabis? sed perseueranter quoniam cōfers te cedro id est te eleuas ultra debitum uel conferste cedro id ē Salomoni potentissimo ad edificandum. pater tuus scilicet Iosias qui fuit deuotus & sanctus nunquid non comedit & bibit. i. pacifice uixit. & fecit iudicium & iusticiam. tunc cum bene erat ei. q. d. ex statu prospero potuisset aliter fecisse ideo sequitur nūquid non ideo supple uixit bñ & iuste. quia cognouit me dicit dominus. q. d. sic. tui uero oculi & cor ad auariciam. & ideo degeneras a patre & ad sanguinē innocentē etc. ad hoc enim ꝙ bona innocentū sibi acquireret: crimen dignum morte eis imponebat. & ad cursum mali operis. cupiditas enim impellit ad omnia mala propter quod dicit Apost. Ti. vi. Radix omnium malorum est cupiditas. Propterea hic consequenter Propheta denuntiat debitā penā & primo respectu Regis. d. Non plangent eum ueh frater etce. id est fratres eius & sorores non plangent eum mortuū dicentes ueh nobis de morte fratris nō cōcrepabūt ei. i. non dicent carmen lugubre: sicut tunc fiebat in sollemnibus sepulturis. propter quod subditur sepultura asini cuius cadauer proicitur ī campum uel fossatū: sepeliet putrefactus etc. Contrarium uidetur illud ꝙ dicitur. iii. Regū. xxiii. de isto Ioacim & dormiuit Ioacim cum patribus suis. Ad hoc dicunt aliqui ꝙ quia cadauer Regis sic proiectum redundabat nimis in uerecundiam Iudeorum impetrauerunt a Nabucho. ꝙ sepeliretur. uel potest dici ꝙ. iii. Regum. xxiii. non dicitur ꝙ sepultus fuit sed ꝙ dormiuit cū patribus suis. que dormitio non importat nisi mortē. Consequenter ponit pena populi Iude cum dicitur: ascende Libanum. & clama & in Basan etc. i. denūtia usq; ad extremitates regni. quia Libanus est in extremitate uersus aquilonē. & Basan uersus orientem. & clama ad transeuntes ita ꝙ omnes etiam extranei per terram suam transeuntes percipiant dolorem tuū quia contriti sunt omnes amatores tui. i. Egyptii de quorum confidebas auxilio. quos Nabuch. debellauit. iii. Regū. xxiii. locutus sū ad te per Prophetas meos in abundantia tua id est tempore prosperitatis. In Hebreo habeť in pace tua sine qua nō potest esse prosperitas. dixisti: nō audiā quia rebellis fuisti uerbis Prophetarum. Hec uia est tua. i. consuetudo tua ab adolescentia tua. i. ab exitu de Egypto extunc enim fuerunt frequenter rebelles Moysi & deo. omnes pastores tuos id est Reges & sacerdotes. Pascet uentus. i. inanis fiducia quam habēt de Egyptiis de quibus subditur: & amatores tui in captiuitatem ibunt. per Nabuchodo. captiuandi & tunc confunderis. propter frustrationem tue spei que sedet in Libano id est in Hierusalem de lignis Libani edificata & nidificas diuitias male congregando quem cum genuisti id est cum genuisses quia loquitur de futuro per modum preteriti cum uenissent tibi dolores etc. id est cū uenient in destructione ciuitatis & tēpli. Viuo ego. Hic ultimo loquitur de Ioachin nepote Iosie dicens in persona domini si fuerit Iechonias. In Hebreo habetur Chonias. Est tamen idem nomen Iechonias Chonias & Ioachin uariatū tamen in Hebreo sicut in Latino idē nomen ē Nicolaus Coletus

& Colinuſ annuluſ in manu dextera mea antiqtuſ enim annuluſ erat ſignū dilectiōis & etiam firmitatis. littere enim ſignabantur annulo Regis ut habet in libro Heſter & in pluribuſ aliſ locis. Eſt igitur ſenſuſ ſi apparuerint ſigna dilectionis mee erga Iechoniam & ſue ſtabilitatis in regno nihilominuſ eciam eum & dabo te. Immitatur moduſ loquendi de tertia perſona in ſecundam. cetera patent ex dictis ſupra uſq; ibi. & ad terram ad quam ipſi leuant animam ſuā. i. in Iudeam ad quā cū magno deſiderio anhelabant reuerti. non reuertentur. & in hoc patet q; dictum eſt ſupra de Ioacim q; erat minuſ lugenduſ q̄ iſte quia cū iſto multi nobiles fuerūt captiuati abſq; reuerſione nunquid uaſ fictile atq; contritum id eſt nulliuſ momenti uir iſte Iechoniaſ. q. d. ſic: nunquid uaſ abſq; omni bonitate id eſt nullam bonitatem habens in ſe ideo ſequitur q̄re abiecti ſunt etc. q. d. pro malicia ſua terra. terra. terra. ter replicatur ad aſſertiōem maiorem eiuſ quod ſubditur. Scribe uirum iſtū ſterilem. per ſententiā dei diffinitiuā. cuiuſ ſterilitaſ explicatur: cum dicitur. Virum qui in diebuſ ſuis non proſperabitur in regimine regni nec in poſteris. ideo ſequitur: Neq; enim erit de ſemine eiuſ. quia ſibi ſucceſſit Sedechiaſ eiuſ auunculuſ ut dictum eſt ſupra.

VEh paſtoribuſ. Hic conſequenter Hieremiaſ ꝓphetat cōtra ſacerdoteſ & falſoſ Prophetaſ eo q; tenebātur paſcere populum exemplo bone uite & uerbo ſane doctrine ipſi autem faciebant contrarium. Et ideo preſens cap. in treſ parteſ diuiditur quia primo Hieremiaſ maliciam eorum breuiter arguit. Secūdo aduentum boni paſtoris ſcilicet Xp̄i predicit ibi. Et ego. Tertio nequiciam malorū paſtoꝝ diffuſius reſumit ibi ad Prophetaſ ut ſic oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcāt Circa primum dicit Veh paſtoribuſ id eſt Prophetis falſis & ſacerdotibuſ qui diſpgunt & dilacerant gregem. exemplo male uite & uerbo male doctrine. Ideo ſubditur pena cum dicitur: ecce ego uiſitabo ſuper uoſ. acriter puniendo maliciam ſtudioꝝ ueſtroꝝ ex quo patet q; ex certa ſcientia faciebant talia. Et ego. Hic conſequenter nuntiat aduentuſ boni paſtoris. ſ. Xp̄i de quo eſt principaliſ intentio huiuſ Prophete & aliorꝝ ſicut dictum fuit in principio huiuſ libri. Sciendū tamen q; aliqui expoſitoreſ noſtri totam iſtam partem uſq; ibi ad Prophetaſ exponunt de reditu captiuitatis Babylōice & q; ſubditur ſuſcitabo ſuper eoſ paſtoreſ etc. exponunt de Ieſu filio Ioſedech Eſdra Neemia Aggeo. & Zacharia. & quod poſtea ſubdit̄. Suſcitabo Dauid germē iuſtū. exponunt de Zorobabel qui fuit de ſemine Dauid ut patet. Matth. i. & fuit Dux populi de captiuitate redeuntis: quod autem poſtea ſubditur: & hoc eſt nomen: quod uocabunt eum dominuſ iuſtuſ noſter quia ſicut dicunt iſti expoſitoreſ Iudei ponebāt antiquitus filiuſ ſuis nomina dei. Sed iſta expoſitio non uidetur uera primo qa dicitur hic non formidabunt ultra & non pauebunt. Reuerſi autē de captiuitate Babylōica fuerunt frequenter in afflictione magna & abiectione ut dicit̄ Nee. i. & in magno timore a gentibuſ circūſtantibuſ intantū q; una manu faciebant opa & altera tenebāt gladium. Secundo quia ſubditur & nulluſ queretur ex numero id eſt deficiet: qa nō omneſ Iudei reuerſi fuerunt de Babylone ſed multi remanſerūt amore uxorum quaſ ibi acceperant & proliſ quam ibi genuerant: ut dictū fuit Eſdre. i. Item qd̄ exponūt de Zorobabel: Suſcitabo Dauid germen iuſtum etc. non eſt uerum quia ibi ſubdit̄ & regnabit Rex etc. Zorobabel autem nunq̄ fuit Rex. Item qa de illo eodē Rege ſubditur & hoc eſt nomen quod uocabunt eum iuſtuſ dominuſ noſter. Vbi enī noſtra tranſlatio habet dominuſ In Hebreo habetur nomen domini tetragrammaton quod ſcd̄m doctoreſ Hebreoꝝ eſt appropriatū ſūmo creatori. & ideo non poteſt cōuenire puro homini q; aūt dicūt ulteriuſ q; Iudei nomina dei imponebant filiuſ ſuis. ē fictitiū

.XXIII.

& maxime de nomine domini tetragrammaton quod propter ſui ſanctitatem nullus audebat nomiare niſi ſolꝰ ſacerdoteſ nec tñ ubiq; ſed tãtũ ī templo ꝓterea expoſitoreſ iſti magiſ iudaizant quã iudei qui paſſum iſtum intelligũt dictum ad litterã de Xpo Vnde & trãſlatio Chaldaica que apud Hebreoſ eſt autentica & dicitur tergũ apud eoſ ubi noſ habemuſ ſuſcitabo germen Dauid iuſtum ſic habet ſtatuam Dauid Meſſiã iuſtum propter qđ littera iſta de Xpo eſt exponenda. Et diuiditur in treſ parteſ qa primo predicitur fidelium congregatio. ſecundo ſubditur congregantiſ cõdicio ibi ecce dieſ. tertio tãti beneficii recognitio ibi propter. Circa primum dicitur in perſona dñi & ego congregabo reliquiaſ gregiſ mei. que congregatio non eſt intelligenda ꝑ loca lem motum: ſed per unitatem fidei & caritatiſ nexum: ſecundum quod dicitur Io. xi. quod Xpſ moriturus erat pro gente & ut filioſ dei qui diſperſi erant: congregaret in unum id eſt ī unũ ritum fidei Chriſtiane ex uariis ſectis gẽtium & iudeorum in quib⁹ erant diſperſi. & conuertã eoſ ad rura ſua. ager autem dominicus eſt Eccleſia: & ſicut dicit ager unus ꝓpter unitatẽ uniuerſalis Eccleſie. Ita poſſunt dici plureſ agri ꝓpter diuerſaſ prouinciaſ ī qbus uiget cultus Xpi & ꝓpter diuerſa loca huic cultui cõſecrata. ad que conueniunt fideles. & dicũtur hic rura. In Hebreo autem habet. ad maneria ſua per quod clariuſ deſignantur loca deo dicata. & creſcent & multiplicabunt. ſicut patet impletum per multiplicationem fidelium. & ſuſcitabo ſuper eoſ paſtoreſ. ſ. Xpm qui eſt princepſ paſtorum & Apoſtoloſ & ſucceſſoreſ eoꝝ non formidabunt ultra etc. iſtud refertur ad ſtatum triumphantiſ Eccleſie qui ſimul currit cum ſtatu militantiſ a tempore paſſionis Xpi per quã aperta fuit ianua celeſtis. In illo uero ſtatu formido non habet locum. ſed firma ſecuritaſ & eterna. & nullus queretur ex numero ſcilicet predeſtinatorum de quo nullus deficiet ab aſſecutione celeſtis patrie. Ecce dieſ. Hic conſequenter deſcribitur conditio congregantiſ ſcilicet Xpi dei ueri & hominiſ cuius uera humanitaſ oſtenditur ibi. ſuſcitabo Dauid germen iuſtũ. qa factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Ro. i. Et regnabit Rex propter quod dicit Matth. ulti. Data ẽ mihi omnis poteſtaſ in celo & in terra. & ſapiẽs erit. ſapiẽtia increata & creata & faciet iudicium diſtrictionis in preſenti diſcernendo fideles ab infidelibus. uocando aliquoſ ad fidẽ & alioſ dimittẽdo ſuo iuſto iudicio licet nobis occulto & iudiciũ diſcuſſi/ onis in fine mundi. & iuſticiam dando legem euangelicam que cõtinet ꝑfectã iuſticiã & in fine mundi proferendo iuſtam ſententiam de retributiõe bonorum. & punitione malorum: ut habetur. Matth. xxv. in diebus illis ſaluabitur Iuda. i. quicunq; uere confitens corde & ore nomen domini & ꝙ iſte ſit intellectus: patet non ſolum per ex/ poſitoreſ Latinoſ ſed etiam Hebreoſ quia Gen. xxxxi. dicit quedã gloſa Hebraica: poterit ne dici ꝙ redemptor ſit leuãs facies id eſt acceptor perſonarum & ſubditur ibi: abſit. ſed omes cõfitenteſ ei corde ſuo & ore & operibus ſaluabit ſicut ſcriptũ ẽ. Hiere. xxiii. In diebus illis ſaluabitur Iuda. ac ſi dicat confitenteſ ei. hec gloſa. Et Iſrael ha/ bitabit confidenter. Iſtud refertur ad ſtatũ Eccleſie triũphantis ubi eſt ſũma ſecuritaſ Et hoc eſt nomen quod uocabunt eum dominus. In Hebreo habetur nomen domini tetragramaton ꝙ nõ poteſt dici niſi de deo uero. Dicit. n. Ra. Moyſes lib. directiõis perplexorum ꝙ hoc nomen eſt impoſitum a deo ad ſignificandum nudam exiſtentiam diuinam ſecundum ſe: abſq; alio reſpectu ad creaturam. & propter hoc eſt omnino incommunicabile. Alia uero nomina aliquo modo communicabilia ſũt. ſicut hoc nomẽ dominus communicatur magnis perſonis habentibus ſubiectos. & qui ꝓmouit aliquem dicitur eius creator. ſicut communiter dicitur ꝙ ꝓmotus eſt creatura eius ſimiliter hoc nomen deus quia iudices dicuntur dii. Exo. xxii. utriuſq; cauſa ad deos peruenies & ꝑ

hoc patet uera diuinitas ipsius Xpi. Hoc autē nomē apud Hebreos dicit ineffabile & ideo translator loco ipsius posuit nomen cōmune & hoc modo transferē dictū nomen ubicunq; in ueteri testamento reperit. Aliqui dicunt q̄ hoc nomē dñi Tetragrāmatō non dicitur de deo tātummodo. sed etiam de alijs uerbi gratia Ezechi. ultimo dicitur: & nomē ciuitatis dominus. & ubi habemus dominus: in Hebreo habet Tetragrāmatō ergo hoc nomen Tetragrammaton quod stat hic pro ciuitate: non dicitur de deo. Itē Gene. xxii. uocauit Abraham nomen loci illius dominus uidet. & ubi habemus dñs: in Hebreo habetur nomen domini. Tetragrammatō. Item Iud. vi. legitur. Edificauit ergo altare domino. uocauitq; illud. domini pax. ubi Hebreo habetur: nomen dñi Tetragrammaton. Item Exodi. xxv. Edificauit Moyses altare domino. & uocauit nomen eius dominus exaltatio mea. ubi habemus dominus: in Hebreo habetur nomē domini Tetragrammaton. Sed ista non derogant dictis Rabbi Moysi. quia nullum predictorum nominatur nomine dei proprio & absolute. sed a quodā effectu dei ergo nullus homo proprie & absolute uocatur deus. sed cum quadam connotatione & ab aliquo effectu dei. sicut multi sūt uocati Deodatus Dominusdedit. & similiter de pluribus tam hominibus q̄ locis sicut est in locis allegatis supra ut patet intuēti. uerūtamē in prima autoritate dicente & nomē ciuitatis dominus. debet addi ibidē unde trāslatio Chaldaica habet nomen ciuitatis exponent a die qua faciet dñs descendere diuinitatem suam ibidem. Et sic patet ad alia quid sit dicēdum. quia semper cū aliqua cōnotatiōe ponitur dictum nomen quando ponitur pro alio q̄ pro uero deo. iustus noster id est iustificās nos per hoc etiam ostendit eius diuinitas cuius propriū est iustificare impiū. Sciendum autem q̄ hebrei ne ex hac autoritate cogerent Xpi diuinitatem confiteri quem expectant futurum hominem purum Moyse tamen sanctiorem dicūt q̄ littera Hebraica talis est & hoc est nomen eius qui uocabit eum dominus iustus noster ita q̄ nomen domini Tetragrammaton q̄ soli deo conuenit non dicitur hic de Messia scām eos sed de deo qui uocabit eū ad redemptiōem Iudeorū. & ipsi possūt mutare litterā sic de facili quia dictio Hebraica que hic ponitur. s. Esser indifferēter accipitur pro qui & pro quod. Item uocabit eum & uocabūt eisdē litteris Hebraicis penitus scribūt sed uarie punctant que punctatio potest ualde de facili fieri. & q̄ Iudei talē falsitatē fecerint in hoc loco patet per. LXX. interpretes qui fuerunt Iudei ualde litterati & in hoc loco sic transtulerunt. & hoc ē nomen quod uocabūt eū iustus dominus noster nec tamen per hoc reuelauerunt diuinitatem Xpi Ptolemeo quā intendebāt ei celare secundum q̄ dicit Hiero. in pluribus locis quia pro nomine domini Tetragrammaton transtulerunt nomen Grecum significans dominū sicut hoc nomen dominus ponitur in translatione Latina q̄ non solum dicitur de deo sed etiam de quolibet hoie magno falsitas etiam predicta patet per Chaldaicam translationem que sic habet in hoc loco & hoc est nomen quod uocabunt ei etc. Propter hoc. Hic consequenter ponit tanti beneficii recognitio cum dicitur: & non dicent ultra uiuit dominus etce. quia sicut ad presentiam maioris luminis obfuscatur minus: sic aduenīente beneficio incarnationis Iesu. Xpi & redemptionis nostre per eum facte obfuscata sunt omnia beneficia & q̄si obliuioni data que fuerunt in ueteri lege tanq̄ modica aut nulla respectiue. sed uiuit dominus qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra aquilōis etc. qđ nō potest intelligi de reditu captiuitatis Babylonice quia illud beneficium quasi incōparabiliter minus fuit: q̄ eductio filiorum Israel de Egypto in tot signis & mirabilibus diuinis & in tāta multitudie: q̄ erāt sexcēta milia absq; mulieribus & puulis & ideo ista adductio intelligitur de uocatione ad fidem Xpi: quia de omnibus terre nationibus sunt aliqui

uocati. & ista uocatio mator est & excellẽtior quasi incóparabiliter omnibus bñficijs
ue. re. & habitabunt in terra sua id est in Ecclesia militante & postęa in triũphante
que est terra uiuentium promissa fidelibus in premiũ ut frequenter supius declarauit.
Ad Propheţas. hic cósequenter malorum pastorum nequiciã diffusius resumit & ꝑmo
arguit eorum uitam. secundo doctrinam ibi. hec dicit. Prima adhuc in duas qa ꝑmo
arguit eorum mala uita. scd̃o subditur pena ibi idcirco. Circa primum dicit Hiere.
contritum est cor meũ etc. quia dolebat de mala uita sacerdotũ & falsorũ Propheţaꝝ
compatiebatur etiam eorum nature propter mala que uidebat eis imminere: licet eoꝝ
culpam odiret. Factus sum quasi uir ebrius id est attonitus pre eoꝝ malicia. & sequẽti
pena. ideo subditur a facie domini uindictam quia adulteris repleta est terra sicut
dictum est supra. v. ca. unusquisq; ad uxorem proximi sui hinniebat. qa a facie ma/
ledictionis. i. propter blasphemias contra deum uel alia mala luxit terra pre siccitate
nimia sicut diffusius explicatur supra sicut enim pratum dicitur ridere metaphorice qñ
uiret: sic terra lugere quando aret. factus est cursus eorũ malus ad mala. n. currebãt
sine freno rationis & diuine legis. & fortitudo eoꝝ dissimilis patribus antiqs Propheta
nanq; & sacerdos polluti sunt. luxuria & auaricia & in domo mea id est in templo meo
nomini dedicato inueni malum eorum. i. Idola que colebant. iiii. Regũ. xxi. Idcirco
Hic subiungitur pena cum dicitur. Idcirco uia eorum erit quasi lubricum. in tenebris
impellentur etc: hoc est dictũ inferam eis plura mala unũ super aliud. & in Prophetis
Samarie qui iam erant in captiuitate ducti a sexto anno Ezech. iii. Regum. xviii.
uidi fatuitatem. In Hebreo habetur blasphemiam. ideo subdit̃ & ꝓphetabãt in Baal.
querendo responsũ ab idolo uel potius a demone in ipso. & nõ a deo. & sic erat quedã
blasphemia quia per hoc ostendebant ꝙ reputabant Baal plus q̃ deũ. & in Prophetis
Hierusalem uidi similitudinem id est idolatriam. & iter mendacii. quia decipiebant
populum Iude sicut illi populum Samarie. In Hebreo sic habetur uidi turpitudinem
adulterii & iter mendacii turpitudo enim adulterii est quando adultera in eodẽ lecto
recipit adulterum cum marito. & sic isti fecerũt. qa in templo domini idolũ posuerãt.
& confortauerunt suo malo exemplo & uerbo manus pessimorum ad permanendum
in peccato. facti sunt ſ omnes Sodoma id est abhominabiles ut Sodomite ideo subdit̃
inflictio pene. Et ego cibabo eos absinthio. i. replebo eos pena amarissima a Prophetis
enim Hierusalem egressa est pollutio idolatrie & aliorum malorũ. super omnẽ terrã
scilicet Iudee. quia populus eos imitabatur. Hec dicit dñs. Hic consequenter arguitur
Propheţarum falsorum & sacerdotum doctrina & primo quãtum ad denominationẽ
falsitatis. secundo quantum ad derisionem ueritatis ibi. si igitur. Prima adhuc in duas:
quia primo arguitur in eis denuntiatio falsi. secũdo coloratio sui dicti ibi audiui. Circa
primum dicitur nolite audire uerba Propheţarum. qui prophetant uobis mendacium
ad uos decipiendum. uisionem cordis sui. i. fictam ab eis. dicunt enĩ iis qui blasphemãt
me ore & opere pax erit uobis assecurando & nutriendo eos in malis suis. Quis enim
affuit in cõsilio domini. de Propheţis sic loquẽtibus. q. d. nullus. qa eueniet contrariũ
ecce turbe dominice indignationis id est impetus diuine uindicte super caput impiorũ
siue sint sacerdotes siue populares. nõ reuertetur. i. nõ impediet̃ sed absq; dubio ueniet
in nouissimis diebus id est in tempore destructionis quod dicitur hic ultimum: qa tunc
terminatum fuit regnum Iudeorum. intelligetis cõsilium meum. i. penam quã inferre
disposui: uidebitis per effectum: si stetissent in consilio meo: uerbis Propheţarũ meorũ
credẽdo. & nota fecissent uerba mea populo meo. sicut tenebant̃ ex officio: auertissẽ
eos utiq; a uia sua mala. spiritum uere penitentie eis cõferendo. Putas ne deus e uicino

ego ſum? id eſt cognoſcens tantum illa que ſunt prope me: & non que ſunt lóge. hoc non inducitur ad excludendam dei preſentiam ubiq; ſed ad excludẽdum doctrinam falſam aliquorum ſacerdotum qui dicebant dei prouidentiam attingere tantum ad ſuperiora: & non ad iſta inferiora qui error incepit a tempore ſancti Iob. Vnde in perſona ſic errantiũ dicit Iob. xxii. Circa cardines celi perambulat. nec noſtra cõſi/derat. ſed quia dei prouidentia attingit ad omnia quantumcũq; occulta ideo ſequitur ſi occultabitur etc. id eſt non occultabitur: quod probatur ex eius preſentia ubiq; cũ dicitur. nunquid non celum & terram ego impleo? q. d. ſic. Audiui. Hic conſequenter arguitur in falſis Prophetis coloratio ſui dicti. Ad hoc enim q̃ magis ſibi crederetur: utebantur modo loquendi ſanctorum Prophetarum: & hoc eſt q̃ dicitur audiui que dixerunt Prophete ſuple falſi qa uerba eor̃ nota ſunt mihi. Prophetantes in nomine meo mendacium premittentes ſue falſe ꝓphetie. hec dicit dominus ſicut ueri Prophete ſomniaui. i. uiſionem a deo accepi in ſomno & qa hoc faciebant ad faciliꝰ decipiendũ populum ut dictum eſt: ideo ſequitur: Propheta qui habet ſomnium. ſ. uanũ narret ſomnium id ẽ referat tanq̃ ſomnium & non premittat hec dicit dominus. & qui habet ſermonem meum ſicut Hieremias & alii Prophete ueri. Loquat̃ ſermonẽ meum uere ſcilicet premittendo hec dicit dominus. Quid paleis ad triticum? id eſt ſicut palea non ſunt tritico commiſcende uel econuerſo ſic nomen meum non eſt adiungendum falſe doctrine Propherarum. nunquid nõ uerba mea ſunt quaſi ignis? q. d. ſic: propter qđ dixit Hieremias ſupra. xx. ca. Factus eſt ſermo dei quaſi ignis eſtuans in corde meo q. d. ſicut ignis conſumit paleas & malleus conterit petras: ſic uirtus nominis mei quo colorant falſitates ſuas erit occaſio attritionis & conſumptionis. Ideo ſequitur. Ecce ego. ſ. paratus ſum ad Prophetas id eſt ad puniendum Prophetas falſos. qui furantur uerba mea a ueris Prophetis conſiderabant enim attẽte modum loquendi ipſorum. & illo utebantur in ſuis falſis prophetijs ſicut Ananias audiuit in p̃ncipio regni Sedechie Hieremiam dicentem Hec dicit dominus exercituum ecce ego cõfringam belã infra xlix. & ad ſimilitudinem huius dixit quarto anno Sedechie: Hec dicit dominus ſicut confringam iugum Nabuch. etce. infra. xxviii. ideo ſequitur: qui aſſumunt linguas ſuas. i. modos loquẽdi Prophetar̃ domini & aiunt dicit dominus. in ſuis falſis ꝓphecijs ecce ego ad Prophetas. exponatur ut ſupra. Somniãtes mendaciũ dicentes ſe habuiſſe a deo uiſionem in ſomno: & ſeduxerunt populum meũ in mendacio ſuo: qđ finxerũt & in miraculis. In Hebreo habetur: & in extaſibus ſuis. aliquando enim fingebant ſe eſſe raptos a ſenſibus ad fingendum magnitudinẽ reuelationis ſibi facte. & talia poſſũt quodammodo dici miracula quia inducunt ſimplices homines in admirationem. Hic arguitur malicia eorum in deriſione ueritatis. Circa quod ſciendum q̃ ſacerdotes & falſi Prophete deriſorie nominabant onus prophetiã Hieremie & alior̃ Prophetar̃ domini & populum inducebant ad talem modum loquendi duplici ratione. Vna ẽ qa Prophete dñi arguendo eorum uitia cõminabantur eis penas graues quas Prophete falſi uocabant onera. Alia eſt quia iſte pene diu ante euentum fuerũt per Prophetas domini nuntiate. & ideo deriſorie dicebant onus per hoc inſinuando q̃ ille prophetie eſſent deriſibiles tanq̃ friuole & effectum non habentes: & propter talem deriſionem dominus comminatur deriſoribus penam & ponit̃ iſta ſententia hic diffuſe & intricate cum dicitur in perſona domini Hieremie. ſi igitur interrogauerit te etc. qđ eſt onus domini prophetiã tuã onus nominãs deriſorie dices ad eos uos eſtis onus. ſ. importabile propter peccatorum ueſtrorum ponduſ. Ideo ſubdit̃: prouciã qppe uos i captiuitatẽ dicit dominus: ſicut proucitur importabile onus. & Prophete & ſacerdotes & populus

qui dicit onus domini derisendo prophetã ueram. uisitabo eũ grauiter in persona sua & in personis sibi coniunctis. Consequenter docet eos loqui reuerẽter de prophetia domini cum dicitur. Hec dicetis. i. sic loqmini de prophetia domini. qd respondit dominus Prophete requirẽti ab eo. & quid locutus est dominus. Prophetã inspirando. Et onus domini ultra non memorabitur id est Prophetia domini amplius non nominabitur a nobis nomine oneris quia onus unicuiq; erit sermo suus. i. si loquaẽ de prophetia dñi nominando eam onus puniet̃ grauiter pro tali sermõe & puertistis uerba dei uiuentis id ẽ peruerse nominastis nomiñdo ea onera derisorie. In Hebreo autem habetur peruertistis uerba deorum uiuentium per quod in diuinis ostenditur pluralitas personarum & unitas essentie cum subditur in singulari: domini exercituum dei nostri hec dices docet modum loquendi reuerenter cum Propheta domini & patet sententia ex dictis que est replicatio eiusdem ad maiorem assertionem & quia hãc dei monitionem contempserunt: ideo sequitur pena ibi. propterea ecce ego tollam uos de terra uestra. portãs scilicet ad alienã in transmigratiõe Ioacim Regis Iude inchoatiue & consũmatiue in captiuitate Babylõica tpe Sedechie etc. .XXIIII.

Stendit. superius posita est Hieremie pphetia. Hic cõsequẽter in parte oñditur impleta. Et diuiditur in duas partes quia primo ostenditur hec impletio. secundo ponit̃ pphetie replicatio. ca. xxv. Prima in duas qa primo ponit̃ quedã imaginaria uisio & secundo ponitur eius expositio ibi & factum est. Aliter enim non fuisset uera prophetia nisi Hieremias intellexisset uisionem sicut Phõ uidens spicas non fuit Propheta quia non intellexit significationẽ propter quod dicit̃ Danielis. x. Intelligẽtia opus est in uisione. Circa primum dicit̃ ecce duo calathi etc. hoc uidit Hieremias p̃mo uisione imaginaria & subditur tempus uisiõis cum dicitur: postq̃ transtulit Nabuch. de qua translatione dictum est plenius supra. xxii. & fabrum. id ẽ artificem subtilem & incluſorem id est aurifabrum qui gemmas preciosas ponit in auro uel argento & in hoc patet propbetiã Hieremie impletã in parte qui frequenter predixerat Regem & populum in Babylone ducendũ cetera patẽt in littera quantũ ad uisionẽ imaginariã. Et factum est. Hic consequenter ponitur expositio siue intellectus dicte uisionis cũ dicitur sicut ficus be bone sic cognoscam transmigrationem Iuda. i. transmigratis dabo gratiam meam & erit eis multo melius q̃ illis qui remanserunt in Hierusalem & Iuda quia Ioachin Rex Iuda per filiũ Nabuch. fuit repositus in magno statu ualde scd̃m quod habetur. iiii. Regũ ultimo. & Daniel & socii eius & Mardocheus qui fuerunt de transmigratis cum Ioachin fuerunt multum honorati a Regibus ut patet in li. Hester & Dañ. Hec autem uisio facta est Hieremie quia illi qui erant in Hierusalem cum Sedechia Rege reputabant miseros Ioachin regem & alios qui cum eo educti fuerãt in Babylonẽ & reducã eos ĩ terrã hãc licet. n. Ioachĩ Dañ & socii eius & Mardocheus nõ redierũt ĩ psonis ppriis redierũt tñ ĩ posteris suis plures etiã illorũ q cũ eis trãsmigrauerũt completis. lxx. annis in Iudeam redierũt & edificabo eos etc. i. multiplicabo eos in prole & bonis temporalibus & dabo eis cor ut sciãt me multiplicãdo eos in bonis spiritalibus. Et sicut ficus pessime que sunt abominabiles. sic dabo Sedechiam Regem mihi & hominibus abominabilem quia postea fuit captus & exoculatus & filii eius & nobiles occisi & populus partim occisus & partim captiuatus & ciuitas combusta & ex hoc patet huius littere sententia usq; ibi & in maledictionem quia post istam miseriam quicunq; maledicebat alicui sic dicebat: sic accidat tibi sicut Sedechie Regi & populo eius & mittã in eis gladiũ. & famẽ. & pestem. qa aliq eoꝝ fuerũt mortui gladio & aliq fame & aliq corruptiõe aeris seu mortalitate etc. .XXV.

Verbum. Hic ponitur replicatio prophetie Hieremie. & primo quantū ad hoc
q reprehenderat populi culpam. secūdo quantū ad hoc q prenūtiauerat penā
ibi propterea. Circa primum primo notatur tempus cū dicitur In anno q̄rto Ioacim
filii Iosie. Exquo patet q hec reuelatio facta Hieremie fuit ante transmigrationem
precedenti ca. dictū quia Iechonias siue Ioachin sub quo facta est illa transmigratio
fuit filius illius Ioacim sicut dictum ē supra. xxii. & ideo subditur postq̄. i. post istam
reuelationē factā Hieremie trāslatus est Iechonias. qa octauo anno post includēdo
hunc quartum annum Ioacim patris eius translatus fuit. ipse est primus annus Nab.
quod patet ex hoc q. xix. anno eius destructa fuit Hierusalē. iiii. Regum ultimo a
quarto anno istius Ioacim inclusiue usq; ad. xi. annū Sedechie in quo destructa fuit
ciuitas fluxerūt. xix. anni. s. viii. de regno Ioacim qui undecī annis regnauit. & . xi.
de regno Sedechie cetera patent usq; ibi. a. xiii. anno Iosie. incepit Hieremias pphe/
tare a quo tempore fluxerūt tredecim ānī usq; ad quartū annū Ioacim. Ideo subdit
Iste est annus. xiii. & locutus sum ad uos consurgens id est uigilāter & pseueranter.
& non audistis uos emendando. Et misit dominus ad uos omnes seruos suos pphetas.
Ex quo patet q illo tempore fuerunt alii sancti Prophete qui monebant populum
ad bonū. Consurgens diluculo mittēsq;. i. ualde diligenter uos admonēs & nō audistis
q. d. perseuerantia uestra in malo nō prouenit ex defectu diuine misericordie sed ex
parte malicie uestre cetera patent in littera. Propterea. Hic consequenter ponitur
reuelatio prophetie quantum ad penam & primo exprimitur pena Iudeorū. secundo
pena suorum aduersariorum ibi. cunq; impleti. & hoc fuit ad consolationem aliquorū
bonorum qui erant Iudei ut dictum est supra. xvii. Circa primum dicitur pro eo q
non audistis uerba. sed obstinati estis in malicia uestra: ecce ego mittā & assumam etc.
ex instinctu enim diuino Nabuch. & bellatores sui acceperunt audaciā & constantiā
impugnandi Iudeam ut eius habitatores de suis malis multiplicibus & magnis secundū
ordinem diuine iustitie punirentur. seruum meum. inquantum exequebatur diuinam
iusticiam. & adducam eos super terram istam. & super omnes nationes: que in circuitu
illius sunt. quia Idumei & Phylistei & alii circa Iudeā habitantes fuerunt p Nabuc.
depredati. & captiuati. & eorum captiuitas denuntiatur hic cum pena Iudeorum qui
sperabant eorum adiutorio resistere Regi Babylonis cetera patent usq; ibi. uocē mole
& lumen lucerne per hoc denuntiatur captiuitas habitatorū & sic non erit opus mole
& lucerne propter defectum habitatorum. Cunq;. Hic consequenter predicit pena
aduersantium Iudeis ad bonorum consolationem ut predictū est. Et diuidit in duas
partes quia primo ponitur destructio Babyloniorum singulariter. secūdo generaliter
ibi: quia sic. Circa primum notatur tempus destructionis Babylonis cum dicitur cūq;
impleti fuerint. lxx. anni uisitabo frater Regē Babylōis ipsū & regnū eius destruēdo:
quod fuit impletum in occisione Balthasar Regis Babylonis quia tunc regnum suum
datum est Medis & Persis ut habet Danielis. v. numeratio tamē istorum. lxx. annorū
uarie inchoat a diuersis. Expositores enī nostri incipiūt eā a destructiōe Hierusalē
xi. anno Sedechie. Ra. Sa. inchoat eam a quarto anno regni Ioacim filii Iosie q fuit
annus primus Nabuchodo. Regis ut dicitur in principio huius ca. Ab isto uero anno
exclusiue usq; ad undecimum annum Sedechie fluxerunt. xviii. anni. vii. de regno
Ioacim qui regnauit. xi. annis &. xi. de regno Sedechie tempus autē Iechonie in istis
xviii. annis includitur & non computatur per se quia regnauit tātum tribus mēsibus
& ista patent. iiii. Regū. xxii. & ponam illam in solitudines sempiternas. qa Babylō
nō fuit reedificata & est inhabitabilis secūdū quod habet Ezech. xiii. nō habitabit

usq; in finem etc. Licet autem Babylonii in destructione Iudeorū fuerint executores diuine iusticie ut dictum est: tamen fecerunt iniqua uolūtate & attribuentes uictoriā illam & alias arroganter sue potestati: & non diuine uirtuti. propter quod meruerūt a deo puniri. qui seruierūt eis. s. Chaldeis. cū essēt gētes multe. s. Iudea & alienatiōes subiugate Chaldeis Et Reges magni erant in istis gentibus. q. d. non sunt subiugate uirtute Chaldeorum sed diuina. Ideo debuerunt puniri pro superbia. propter quod subditur: & reddam eis etc. Quia sic dicit: Hic ponitur punitio multorum generaliter & diuiditur in tres partes: quia primo predicitur hec punitio. secūdo dicti cōfirmatio ibi cūq; uoluerint. tertio resumitur Iudeorum destructio ibi. ululate. Circa primum dicitur Hieremie a domino: sume calicem per quem intelligitur afflictio seu punitio mittenda a deo. & propinabis de illo cunctis gentibus etc. i. ꝓphetabis hāc punitionē super eas uenturam. & dicit ꝓpinabis ꝓsequendo metaphoram de calice. & turbabunē & insanient id est fugient ab eis mens & consilium a facie gladii. i. pre timore gladiorū super eos uenientium. & accepi calicem de manu domini. i. autoritatem prophetandi punitionem uenturam. & dicunt aliqui ꝙ uidebat imaginaria uisione calicem a deo sibi tradi. & ꝓ ipsum propinari Regibus & gentibus infra scriptis & intelligebat uisiōis significationem. & primo ponitur punitio Iudeoru cū dicit Hierusalē & ciuitatibus Iuda etc. sicut est dies illa loquitur de futuro per modum presētis ꝓpter certitudinem euentus quia dies hic accipitur pro destructiōe ciuitatis & templi futura sub Sedechia. Secundo ponitur punitio Egyptiorum cum dicitur Pharaoni Regi Egypti etc. quia dedit occasionem Sedechie rebellandi Nabuch. promittēs ei subsidiū. ex qua rebelliōe secuta est dicta destructio. cūctis Regibus terre ausitidis. In Hebreo habetur terre Hus de qua fuit Iob. & illa est uicina Iudee a parte orientis & cūctis Regibus terre Phylistim. isti erant uicini Iudeorum a parte occidentis. & reliquis Idumee & Moab qui similiter erant propinqui Iudeis & cunctis Regibus Tyri etc. Tyrus enī & Sidon erant uicine Iudee a parte aquilonis & Regibus terre insularum que sunt trans mare id est ultra aliquam partem maris respectu terre ꝓmissionis sicut sūt Cypruś Rhodus & consimiles. si enim essent totaliter trans mare iam non essent insule & uniuersis qui attonsi sunt in comam. i. Agarenis qui habebant capillos recisos ad modum pugilum. In Hebreo habetur & uniuersis angulatis per quos intelliguntur illi qui habitāt circa angulos terre promissiōis: ut dicunt aliqui. & subdūt multa nomina Regū & terrarū & postea subditur & omnibus regnis terre hyꝑbole est ad designandum multitudinem terrarum & regnorum que Chaldei subiecerunt sibi sicut Esdre. i. dixit Cyrus Rex Persarum omnia regna terre dedit mihi dominus & tamen medietas terre habitabilis non erat sibi subiecta. & per talem modum loquendi dicitur communiter tota ciuitas uadit ad tale spectaculum licet maior pars satis remaneat. Punitio autem istorum hic ponitur cum Nabuch. in destructione Iudeorum & tamē multi eorū debuissēt magis iuuasse Iudeos ratiōe uicinitatis sicut Phylistei & Tyrii & Sidōii & cōsimiles uel ratiōe consanguinitatis sicut Idumei qui descenderunt ab Esau fratre Iacob & Moabite & Ammonite qui descenderunt a Loth nepote Abrahe. Et Rex Sesath bibet post eos id ē puniet Sesath intelligit Rex Babylōis ut dicūt Hieronymus & Hebrei. Ratio huius est quia Sesath & Babel per quod intelligit Rex Babylonis In Hebreo scribūt litteris sibi correspondentibus. Ad cuius intellectum sciēdum ꝙ pueri apud Hebreos & Latinos addiscūt alphabetū primo ordine recto. scdo ordine retrogrado incipiēdo ab ultima littera ad primā reuertendo & si isti duo ordines iuxta se cōscribant ultima littera ordinis p̄mi. s. Thau est p̄ma in ordine secundo: & correspondet ipsi Aleph que

eſt prima in ordine primo & penultima littera Sin correſpondet ipſi Beth que ē ſcđa & ſic conſequenter procedēdo ex utraq; parte uerſus medium Alhabeti ubi Kaph & Lamech ſibi correſpondent dicto modo nunc autem ſic eſt ꝙ hoc nomen Babel . In Hebreo ſcribitur per treſ litteraſ tantum. ſ. per duplicem Beth & unam Lamech. & ſimiliter hoc nomen Seſach per treſ. ſ. per duplicem Sin & per unam Kaph. Exquo patet ꝙ ſcribuntur per litteraſ ſibi correſpondenteſ mó predicto quando uero Iudei uolunt uelate ſcribere: bene faciunt talem commutationem litterarum & hoc modo ſcripſit hic Hieremiaſ detectionem Chaldeorum uelate. Et huic dicto concordat ꝙ infra. xv. Babylon nominatur Seſach ut dicit Hiero. ne forte prouocaret inſaniam Chaldeorum contra Iudeoſ qui redigendi erant ſub ſeruitute eorú. Sed qcqd ſcripſit de ueritate iſta tamen ratio nó uidetur ualere qa Hieremiaſ in hoc ca. & in pluribuſ aliſ locis ſcripſit detectionem Regiſ & regni Chaldeorú ualde lucide & aperte & ideo poſſet dici breuiuſ ꝙ Seſach ē hic nomē Regiſ Egypti. ſicut enī Imperatoreſ Romani omneſ nominabātur Ceſareſ: & cū hoc propriū nomen habenteſ ut Iuliuſ Auguſtuſ & huiuſmodi ſic omneſ Regeſ Egypti uocabantur Pharaoneſ & preter hoc habebāt nomen proprium ut Seſach. iii. Regū. xi. fugit ad Seſach regem Egypti & Nechao iiii. Regum. xxiii. & ſic de aliſ & ſic probabiliter poteſt dici ꝙ ille Rex Egypti ſub quo uaſtatum fuit regnum in hoc ca. ſupra exprimitur nomine communi cum dicitur Pharaoni Regi Egypti etc. & hic nomine proprio cum dicitur & Rex Seſach bibet etc. bibite & inebriamini etce. id eſt ſicut homo multum ebriuſ non habet ſenſum nec uirtutem reſiſtendi: ſic nec uoſ poteritiſ reſiſtere uindicte dei. Cunq; hic conſequenter ponitur confirmatio dicti cum dicitur cunq; noluerint accipere calicem repellendo p/ phetiam tuam tanq̄ falſam diceſ ad eoſ confirmando eam hec dicit dominuſ exercituū cuiuſ uerbum non poteſt eſſe falſum. bibenteſ bibetiſ id eſt ſuſtinebitiſ penam uelitiſ nolitiſ cuiuſ ratio ſubditur Quia ecce in ciuitate etc. id eſt ī Hieruſalem que ad cultū dei erat electa ego īcipio affligere. ſ. peccatoreſ & uoſ quaſi immuneſ eritiſ. q. d. nullo modo. cetera patent uſq; ibi. dominuſ de excelſo rugiet etce. loquitur de deo admodū leoniſ qui rugienſ facit ſtare omneſ beſtiaſ & tunc deuorat illam quam uult. & ſic deuſ pro uoluntate ſua punit peccatoreſ abſq; reſiſtentia. rugiet ſuper decorem ſuum id eſt ſuper Hieruſalem & templum celeuma quaſi calcantium continetur. celeuma eſt canticum uindemiarum in fine uindemie quando habent abundanter uinum & in hoc deſignatur exultatio bellatoꝝ in effuſione ſanguiniſ deictoꝝ & multitudine ſpolioꝝ iudicatur ipſe id eſt oſtēditur iuſtuſ in peccatoꝝ punitione. In Hebreo habet iudiciū hoc id eſt iuſta dei punitio & ad quoſ ſe extendat ſubditur: impioſ tradidi gladio. ſeqt̄ ecce afflictio egredietur de gente in gētem. qa Babylonii afflixerunt Iudeoſ & multa regna ſupra nominata. & iterum Medi & Perſe deſtruxerunt Babylonioſ. Et erunt interfecti domini id eſt a domino uel uirtute eiuſ. a ſūmo terre uſq; ad ſummum eiuſ hyperbole eſt ad deſignādum multitudinem interfectorum. & ad idē facit qđ ſubdit̄: non plangentur etc. Vlulate. Hic reſumitur uaſtatio Iudeorum cum dicitur ululate paſtoreſ. ululatuſ eſt uox confuſa & eſt ſignum magni doloriſ. & aſpergite uoſ cinere inſignum humiliationiſ optimateſ gregiſ id eſt maioreſ de populo. qa completi ſūt dieſ uestri: q. d. terminuſ uestre deſtructiōiſ inſtat. & cadetiſ q̄ſi uaſa precioſa. i. irrecu/ perabiliter. ulla enim que cadunt bene recuperantur: quia inuenienteſ parū aut nihil curant de eiſ. uaſtabit dominuſ paſcua eorum id eſt bona unde ſolebant nutriri. & cō/ ticuerunt arua pacis. In Hebreo habetur ſpecioſa pacis tempore enim pacis arua ſūt ſpecioſa quia ſunt bene culta & fructificantia & ſic dicuntur metaphorice cantare: &

econtrario tunc tacere quãdo sunt destructa ab aduersariis sicut pratum dicit̃ ridere quando uiret & plorare quando aret. a facie ire furoris domini id est ꝓpter uindictã ipsius derelíquit quasi leo tabernaculũ suum id est templum qđ a Chaldeis fuit incẽsũ a facie ire colũbe id est Nabuch. eo ꝙ habebat ſ aliquo uexillo sui exercitus imagiñ columbe ut dicunt aliqui: sed hoc non uidetur multum probabiliter dictum ꝙa supra iiii. c. dictum fuit: ꝙ habebat in uexillo signum leonis. R a. Sa. dicit ꝙ hec est littera a facie ire uinose id est a facie uindicte dei inebriantis & sic prosequitur methaphorã supra positam de calice uini furorum & de potatione & inebriatione. Ratio huius diuersitatis est ꝙa dictio Hebraica hic posita. ſ. Iona ẽ equoca ad columbã & uinositatẽ a facie ire domini. In Hebreo habetur ire furoris sui & sic refertur ad eũdem de quo predicitur a facie ire columbe.

.XXVI.

IN principio. superius Hieremias propter ueritatẽ sue ꝓphetie passus est iniuriã a ꝑsona singulari. ſ. a sũmo Põtifice hic eadẽ causa patit̃ iniuriã a multitudine & primo a Pseudoprophetis & sacerdotibus. Secundo a Rege & Principibus. xxxii. ca. Prima in duas quia primo patitur iniuriã. secũdo constanter resumit suã ꝓphetiã ca. xxvii. Prima in duas ꝙa primo ponit̃ Hiere. persecutio. secundo eiusdẽ liberatio ibi. & audierunt. Circa primum primo ponitur tempus huius persecutiõis cum dicitur in principio regni Ioacim etc. secũdo causa eius que fuit Hieremie predicatio cũ dicit̃ ei a dño: sta in atrio domus domini. ubi causa orationis conueniebant Iudei & loquenris ad omnes ciuitates Iuda. i. ad omnes hoies uenientes de omnibus ciuitatibus noli subtrahere uerbum aliquid omittendo: si forte audiant. hoc dicitur propter libertatem arbitrii qua homo penitere potest. & obstinari. & peniteat me mali. nõ inferendo eis penam comminatam. talia uero non arguunt in deo aliquam mutationem sed tantum in creatura sicut dictum est diffusius supra. xviii. cetera patent usq; ibi. dabo domum istam id est templum a Salomõe edificatum sicut Sylo: in qua ciuitate primo fixũ fuit tabernaculũ Moysi Iosie. xviii. & illa ciuitas erat destructa diu ãte & cultus diuinus inde ablatus & urbem hanc scilicet Hierusalem dabo in maledictionem etc. i. homines maledicentes alicui ciuitati dicent sic contingat ei sicut Hierusalem. Tertio ponitur persecutionis modus cum dicitur: Et audierunt sacerdotes & Prophete. ſ. falsi cetera patent. Et audierunt. Hic cõsequenter ponitur Hieremie liberatio. Circa quã ꝑmo ponitur cause examinatio. secundo eius determinatio ibi & dixerunt. Circa primum ponuntur primo Iudices cum dicitur & audierunt Principes Iuda uerba hec. uidelicet commotionem sacerdotum & populi contra Hieremiã. & ascenderunt de domo regis quia templum erat in summitate montis Sion & domus Regis in decliuum montis. Et sederunt ut maturius examinarent negocium in introitu porte domini noue. illa erat porta de q̃ dicit̃. iiii. Regũ. xv. ꝙ Ioathan edificauit portã domus dñi sublimissimã que dicitur hic noua: quia longe post tempus Salomonis fuit edificata. Consequenter Hieremie examinatio cũ dicitur Et locuti sunt sacerdotes etc. tertio Hiere. respõsio cum dicitur. Et ait Hieremias dominus misit me. q. d. non feci de ꝓprio capite. Bonas facite uias uestras id est operationes & studia uestra. i. cogitationes cetera patent. Et dixerũt. Hic ponitur cause determinatio cum dicitur: & dixerũt Principes ubi primo ponitur ratio pro eius liberatiõe cum dicitur: non est uiro huic iudicium mortis quia in nomine domini. i. dei nostri locutus est. q. d. interficiendo eum fieret contra deum cuius est nuntius & ĩducitur ad hoc exemplum Michee Prophete qui ante. ſ. tempore Ezechie Regis prophetauerat destructionem ciuitatis Hierusalem & templi. d. Sion quasi ager arabitur. nec tñ Ezechias ꝓpter hoc eũ occidit. sed magis ipse & populus

ad dictum eius egerunt penitentiam. & secundum hoc dicitur & penituit dominū. non per aliquam mutationem in deo factam sed in effectu sicut dictū est supra. Itaq; nos facimus grande malum supplesi occidimus Hieremiam. Fuit quoq;. Hic cōsequenter ponitur aliud exemplum ad eandem conclusionem ut dicūt expositores nostri cōmuniter de Vria Propheta qui ꝓphetauit destructionē ciuitatis & templi sicut & Hiere. tēpore Regis Ioacim & propter hoc fuit occisus ab eo ut hic dicitur. Et ponit istud exemplum ad hanc conclusionē ac si dicatur Ezechias q fuit bonus Rex nō interfecit Micheam sed saluauit. Ioacim uero malus Rex Vriam interfecit. & non debemus imitari facta malorum sed bonorum: propter q̄ debemus seruare uitam Hieremie. Ideo concluditur in fine. Igitur manus aicham etcetera. Iste enim erat principalis in allegatione & determinatione ista. Rabbi Salomon hec exponit ad contrariam conclusionem dicens q̄ inter illos Principes erant aliqui boni qui stabant pro Hieremia & illi allegauerunt primum exemplum de Ezechia Rege & Micheа Propheta. Aliqui autē erant mali & illi erant Hieremie contrarii sicut sacerdotes & Prophete falsi & isti ad hoc allegauerunt secundum exemplū de Ioacim qui occidit Vriā. q.d. sic debemus occidere Hieremiam tamen alia pars fuit maior. & preualuit. & sic finaliter Aicham sententiam dedit pro Hieremia & ipsum liberauit. Et hec expositio secunda uidetur rationabilior quia nō est uerisimile q̄ Principes Regis actu regnantis ex eius malicia facerent argumentum ad deliberationem Hieremie.

.XXVII.

IN principio. Hic consequenter Hieremias liberatus resumit suam prophetiam & primo prophetizat populo aduersa. secūdo prospera. iii. ca. Prima in tres qa primo prophetizat contra Sedechiam. secundo contra Ananiam. ca. xxviii. Tertio cōtra Iechoniam ca. xxix. Prima adhuc in duas quia primo ꝓphetat cōtra Reges ad Sedechiam nuntios mittentes. secundo contra ipsum Sedechiam ibi & ad Sedechiā. Circa primum sciendum q̄ illud quod ponitur hic in principio etc. usq; ibi. Hec dicit dominus: exclusiue est finis capi. precedentis secundū expositores Latinos cōmuniter qa illa que dicta sunt ca. xxviii. contigerūt in principio regni Ioacī usq; ad p̄ncipiū regni Sedechie fluxerunt. xi. anni & tres menses ut patet. iii. Reg. xxiiii. & ideo sic exponunt q̄ dicitur hic. In principio regni Ioacim filii Iosie Regis Iuda factum est uerbum istud ad Hieremiā a dño dicens. s. ea que dicta sunt in principio ca. p̄cedētis ita q̄ hec est quedam recapitulatio capituli. xxviii. & quod sequitur. Hec dicit dñs etc. est principiū. xxvii. c. & ē alia sententia que contigit tēpore Sedechie. Hebrei autem dicunt q̄ hoc est de ca. xxvii. Et dicit. Rab. Sa. q̄ a principio regni Ioacim filii Iosie dominus dixit Hieremie illud quod sequitur in hoc ca. Fac tibi uincula & cathenas & ponas eas in collo tuo etc. & q̄ portauit eas a principio regni Ioacim filii Iosie usq; ad quartum ānum Sedechie in quo Ananias abstulit eas de collo Hieremie & fregit ut habetur ca. sequēti. Si autem dicatur q̄ hoc uidetur derisibile q̄ Hiere. portaret cathenas in collo suo tanto tempore. s. xv. annis potest dici: q̄ Prophete dñi talia grauia & alius derisibilia leguntur fecisse de mādato dñi sicut Ezechiel dormiuit super latus suum sinistrum. ccc. lx. diebus & iterū. xl. diebus super latus dextrū absq; conuersione de latere in latus ut habetur Ezech. iii. & similiter Esaias iuit nudus & discalciatus tribus annis secundum Hebreos secūdum alios uero tribus diebus ut dictū fuit Ezech. xx. q̄ erat satis graue & derisibile tanto homini qui erat de regio genere. Igitur secundum istam sententiam presens. capit. sic diuiditur quia primo ponitur dei preceptum de cathenis fiendis. Secundo de ipsis mittendis ibi mittes eas. Circa primum ponitur tempus precepti cum dicitur in principio regni Ioacim. q̄ regnauit. xi. annis

iiii. Regum. xxiiii. Fac tibi uincula & cathenas iste cathene erant lignee secúdum q̄ habetur ca. sequenti & ideo partes earum quibusdam uinculis adinuicem iungebanť. Et mittes. Hic ponitur preceptum de missiõe cathenarú & primo precipiť hec missio. Secundo subditur. Hic consequenter prophetia contra Sedechiam & eius populum quam p̄dixerat Hieremias ut patet supius in pluribus locis sed hic eã repetit loquẽdo nuntius Regum predictorum secundum q̄ dicit hic Ra. Sa. & patet sententia usq; ibi Nolite audire uerba Prophetarum. s. falsorum ut patet ex sequẽtibus Vt uos eiciã li ut tenetur hic consecutiue & non causaliter ut supra dictum est. patet littera usq; ibi· Et si Prophete sunt. s. dei occurrant domino preces efficaces ei porrigẽdo. Vnde in Hebreo habetur Deprecentur dominum exercituum ut nó ueniant etc. i. ut uasa que remanserunt in domo domini non portentur in Babylonem sicut illa que fuerunt portata in transmigratione Iechonie que tamen portabantur: ideo subditur: qa hec dicit dominus exercituũ ad columnas. s. duas ualde notabiles que erãt in porticu tẽpli & ad mare. s. eneum in quo lauabantur sacerdotes & ad bases. s. luterú que erãt ualde curiose ut patet. iii. Regũ ideo uero postea exprimuntur in speciali quia erant ualde notabilia. cetera dicta sunt in generali cum subditur. Et ad reliquias uasorum etc. & de omnibus in fine concluditur in Babylõem transferẽtur: quod fuit impletum capto Sedechia Rege ut habetur .iiii. Regum ultimo & erunt ibi usq; ad diem uisitationis sue. s. ad tempus Tyri qui in principio regni sui dedit licentiã Iudeis redeundi & ree/ dificandi templum & uasa que fuerant in Babylonem portata: fecit in Hierusalem reportari ut habetur Esdre. i.

.XXVIII.

ET factum est. Hic consequenter Hieremias prophetizat contra Ananiã falsũ Prophetam. Et diuiditur in duas partes qa primo prophetia Ananie ponitur. Secundo a domino reprobatur ibi. & factum est. Prima in duas quia primo Ananias prophetizat uerbo. secundo sensibili signo ibi & tulit. Prima adhuc in duas quia p̄mo: ponitur prophetia Ananie ibi & dixit. Circa primum notatur tempus cum dicitur Et factum est in anno illo .s. quarto anno Sedechie quo uenerunt nuntii Regum ad ipsum secundum quod subditur post in anno quarto etc. Sed contra hoc uidetur illud quod interponitur in principio regni Sedechie. quartus enim annus sui regni nó potest dici conuenienter principium eius propter quod Rabb. Sal. dicit q̄ principiũ regni hic accipitur pro illo tempore quo Nabuch. prefecit eum quinq; Regibus ut predictum est. ca. xxvii. & hoc fuit q̄rto ãno regni Sedechie. Dixit ad me Ananias dirigendo sermonem ad me contrarium asserentem. Hec dicit dominus exercituum deus Israel cõtriui iugum Regis Babylonis. audiuerat enim iste Ananias primo anno regni Sedechie Hieremiam dicentem. Hec dicit dominus exercituum ecce cõfringam arcum Helam. & ad similitudinem huius dixit postea quarto anno Sedechie illud q̄d dicitur hic: Hec dicit dominus etce. quia falsi Prophete accipiebant modum loquendi Prophetarum domini sicut dictum est supra. xxiii. cetera patent in littera. Et dixit Hieremias Hic consequenter ponitur Hieremie responsio dicentis amẽ sic faciat dñs desiderabat enim Hieremias reditum transmigrationis & uasorum que cum Iechonia transmigrante fuerunt deportata: supposita tamẽ super hoc uoluntate diuina. sed qa sciebat hoc non euenturum: ideo subdit. Veruntamen audi uerbum hoc. per quod apparebit si prophetia tua sit uera uel non: Propheta qui uaticinatus est pacem. sup populo futuram cũ uenerit uerbũ eius ī effectũ Scietur Propheta uerus a deo missus. ex hoc loco acceperunt Iudei occasionem errandi dicentes q̄ promissiones dei de bono futuro fiunt absolute: nec retractantur. sed comminationes de malo sunt sub cõditiõe

ſcilicet ſi non egerint penitentiam illi q̃buſ fiunt ideo accedente penitentia retractãt
ſicut propheta Ione de Niniue ſubuerſione propter penitentiam Niniuitarum & ſic
exponunt quod dicitur hic. Propheta qui nõ uaticinatuſ eſt pacem. q.d. Hieremiaſ
Ananie tu prophetizaſ populo bonum. & ego prophetizo ei pone malũ & tũc ſcieẽ:
q̃ tu ſiſ Propheta domini: ſi impleta fuerit tua prophetia: qa taliſ p̃miſſio nõ mutat.
ſed ſi non eueniat malum pene: quod prophetizo non propter hoc argui potero de
falſitate qa taliſ p̃phetia aliqñ nõ impleẽ p̃pter penitẽtiã populi ſupuenientẽ ſicut &
cõminatio de malo p̃pter penitẽtiã ſupuenientẽ. Vñ ibi dicit in perſona dñi. Repẽte
loq̃r aduerſũ gentẽ & aduerſũ regnũ ut eradicẽ & deſtruã & diſpdã illud. Si penitẽtiã
egerit genſ illa a malo ſuo: agam & ego penitentiã ſuper malo qđ cogitaui ut facerẽ
ei: & ſtatim ſubditur ibidem de promiſſiõe boni. Et ſubito loquar de gẽte & de regno
ut edificem & plantem illud: Si fecerit malum in oculis meis penitentiam agam ſuper
bono qđ locutuſ ſũ ut facerẽ ei. Ex quo patet quod ſicut malum comminatum a deo
propter penitentiam nõ infertur: ſic bonum promiſſum propter peccatum ſupueniẽs
aufertur. Poſſunt autem ad hoc adduci plura alia de ſacra ſcriptura uet. te. ſed p̃pter
prolixitatem omitto. Sciẽdũ tñ q̃ deuſ promior eſt ad miſerandũ q̃ ad condẽnandum
& per conſequens ad nõ inferendum malum comminatũ q̃ ad auferendum bonũ p̃miſſũ
licet tam promiſſio q̃ comminatio ſint ſub conditione. & ſecundũ hoc intelligit uerbũ
Hiere. qđ ſcieẽ ueritaſ prophete denũtiantiſ bonum cum uenerit in effectu: inq̃tum
deuſ non habet pronitatẽ ad auferendũ. Et tulit Hic cõſequenter Ananiaſ cõfirmat
dictum ſuum ſenſibili ſigno auferendo cathenam de collo Hieremie & frangendo ut
oſtenderetur uerbo & ſenſibili ſigno dominium Regiſ Babyloniſ totaliter auferẽdum.
Et abiit Hieremiaſ Propheta uiam ſuam. nolenſ contendere cõtra Ananiã. Et factũ
eſt. Hic conſequenter ponitur reprobatio Ananie & primo quantum ad ſuã p̃phetiã
falſam cum dicitur in perſona domini Cathenaſ ligneaſ contriuiſti falſum p̃ſumptuoſe
ſignificãdo. & facieſ pro eiſ cathenaſ ferreaſ. q.d. ex mẽdacio tuo facieſ illoſ rebellare
Regi Babyloniſ ex quo incurrent maiuſ malũ quaſi incõparabiliter q̃ ante & patet
littera uſq; ibi. Et dixit Hieremiaſ etce. ubi ponitur reprobatio Ananie quantum ad
perſonam cum dicitur: Ecce emittam te a facie terre etc. per mortem in qua homineſ
tollunẽ de ſuperficie terre & intra terrã ſepeliũẽ Et mortuuſ eſt Ananiaſ Propheta
in anno illo ut Hieremie ueritaſ probaretur. menſe ſeptimo & ſic a dicto Hieremie
uſq; ad mortem eius fluxerunt tantum duo menſes qa hoc predixit menſe. v. ut patet
in principio huius capituli.

.XXIX.

Et hec ſunt uerba. Hic conſequenter propheti̇zat cõtra Iechoniam qui iam cũ
matre & cum nobilibuſ regni Iude & ſacerdotibuſ & Prophetiſ pluribuſ ductuſ
fuerat in Babylonem: ſed ſperabat & anhelabat redire in Iudeam & illi qui cum eo
tranſlati fuerãt decepti a falſiſ Propheti̇ſ exiſtẽtibuſ inter eoſ ſed Hieremiaſ ſcribẽdo
eiſ nititur auferre iſtam confidentiam falſam. Et diuiditur in duaſ parteſ quia primo
epiſtole Hieremie preponitur prefatio. ſecundo narratio ibi. Hec dicit dominuſ. In
prefatiõe exprimitur primo perſona mittenſ epiſtolam cũ dicit: que miſit Hieremiaſ
Propheta & locuſ unde miſit: cũ ſubdit: de Hieruſalẽ. ſcđo p̃ſone ad q̃ſ miſit cũ dicit.
ad reliquaſ ſeniorũ etc. & patet littera uſq; ibi Et domina. i. mater Regiſ Et eunuchi. i.
Regiſ & Regine miniſtri q̃ ſic nominãt nõ a membroꝝ ſectiõe ſed a caſtitatiſ bone/
ſtate. taleſ. n. ponebant antiqtuſ in regiſ domibuſ. & maxie circa obſequiũ dñarũ &
celorum. & faber & incluſor hec nomina exponũtur ſupra. xxiii. Tertio exp̃munt

persone portantes epistolam cum dicitur: in manu Elaza filii Sapha etce. quos misit Sedechias Rex Iuda ad portandum tributū qđ debebat Regi Babylonis uel aliqđ enxenium. Hec dicit Hic consequenter ponitur epistole narratio in qua Hieremias aufert primo transmigratis falsam confidentiam. secundo subiungit decipientiū penam ibi. hec dicit dominus. Prima in duas quia primo aufert confidentiam falsam. Secundo denūtiat ueram ibi. Hec dicit. Circa primū dicit in persona domini. Edificate domos etc. id est disponite uos ad manendum diu in Babylone prouidendo uobis de domibus terre fructibus & multiplicatione prolis & cito redire falso non speretis. Ideo subdit: non seducant uos Prophete uestri .s. falsi reditum propinquum denuntiando. Quia hec dicit. Hic consequenter denuntiat eis ueram fiduciā & ꝑmo denuntiat eā trāslatis in Babylonem. secundo contrarium nuntiat habitantibus in Hierusalem ibi. quia hec Circa primum dicit quia hec dicit dominus. q. d. nolite credere falsis Prophetis quia hec est sententia domini de uestro reditu cū ceperint impleri in Babylone. lxx. anni tot enim anni fluxerunt secundum Hebreos a transmigratiōe Ioachim usq; ad ꝑmū annum Cyri. Secundum alios uero computatio istorum annorum incepit tardius. s. a destructione ciuitatis sub Sedechia ut dictū est supra. xxv. uisitabo uos. sicut misericors pater filios. cetera patēt usq; ibi. Vt reducam uos in locū istū. i. in Hierusalē non ꝙ omnes redierunt in personis proprius quia in tāto tēpore multi fuerūt mortui: maxime illi qui erant iam prouecte etatis. ut dem uobis finē captiuitatis uestre & patientiam interim usq; ad terminum predictum . Et inuocabitis me. & ibitis ad terram uestram cetera patent usq; ibi. De uniuersis gentibus etc. quia in regno Babylōis erāt gentes uarie ad q̄s Iudei fuerūt translati tempore Ioacim & Sedechie & inde redierūt cum Zorobabel duce. quia dixistis suscitabit uobis dñus Prophetas id ē qa credidistis Prophetis falsis uos decipiētibus & dicentibus se loq; i nomine domini. Ideo annūciauit uobis terminum uestre reuersionis in iudeam ut nō credatis eis dicentibus uobis ꝙ cito debeatis reuerti. Quia hec dicit. Hic consequenter hanc fiduciam remouet a Sedechia Rege & eius populo qui non transmigrauerat in Babylonem denuntiando ꝙ passuri sint multa grauiora. Ideo subditur: Hec dicit dominus exercituum id est angelorum ecce mittam in eis gladiū & famem & pestem omnia enī ista uenerunt sup eos obsessos in Hierusalem ut habetur. iiii. Regum ulti. & ponam eos quasi ficus malos. i. abominabiles deo & hominibus sicut dictum est supra. xxiiii. in parabola de ficubus. Et dabo eos in uexationem per seruilia opera & grauia Vniuersis regnis terre. hoc dicitur qa sub Rege Babylonis erant plura regna. in maledictionem quantū ad uerba dura que eis inferebantur. & in stuporem. pre admiratiōe eorum miserie. & in sibilū. i. in derisū cetera patent in littera. Hec dicit: Hic cōsequenter ponitur pena falsoꝝ Prophetaꝝ qui decipiebant populum in Babylone transmigratum: Et primo ponitur pena duoꝝ simul qui non solum erant Prophete falsi sed etiam adulteri. secūdo pena tertii q non solum erat assertor falsitatis sed etiam persecutor ueritatis ibi. & ad Semeiam. nomīa autem duorum ponuntur cum dicitur ad Achab filium Eulie & ad Sedechiam filium Maasie: & subditur eorum pena cum dicitur. Ecce ego tradam eos in manu Nabuc. Dicunt expositores nostri cōmuniter ꝙ isti fuerunt duo senes quos conuicit Daniel de falso testimonio contra Susannam propter quod fuerunt condemnati ad mortem: ut habetur Dani. xiii. Veruntamen quia Iudei in Babylone erant serui: nō habebāt altam iusticiam nec per consequens potestatem cōdemnandi aliquem ad mortem: ideo dicitur hic ꝙ fuerunt traditi in manu Nabuch. quia de sua falsitate fuerunt accusati per Iudeos coram Rege uel locum eius tenente qui sententiam mortis in eos dedit. &

executionem Iudeis commisit. & ideo ꝙ dicitur Danielis. xiii. populus eos interfecisse intelligendum est tantum executiue cetera patent usq; ibi. quos frixit Rex Babylónis in ignem. Danielis. xiii. dicitur ꝙ fuerunt lapidati. Ad qđ dicendum ꝙ quelibet pena mortis aliquando in scriptura significatur nomine ignis. Vel qa primo fuerũt lapidati postea combusti sicut de Achor dictum fuit Iosie. vii. & hic exp̃mitur pena ignis. In Daniele uero pena lapidationis. illud tamen ꝙ de eis dicit̃ in Daniele nó ẽ autenticũ quia non est de scriptura canonica cetera patẽt usq; ibi. Ego sum Iudex & testis dicit dominus. q. d. nullus potest effugere iusticiam meam. Et ad Semeiã. Hic cõsequenter ponitur pena tertii qui non solum erat Propheta falsus illis qui erant in Babylone sed etiam persecutor Hieremie scribens de Babylone summo Pontifici q erat in Hierusalẽ ut incarceraret Hieremiã eo ꝙ scripserat transmigratis ne falso sperarent cito reuerti & hoc est ꝙ dicitur pro eo ꝙ misisti libros id est litteras. nomine tuo. i. tanq̃ nomine ueri Prophete dicens Sophonie. dominus dedit te sacerdotem. s. summum pro Ioade sacerdote licet iste Ioada fuisset diu ante: tñ ipsum nomiat eo ꝙ fuerat homo magne sanctitatis & autoritatis in hoc adulando isti Sophonie. q. d. tu es tante sanctitatis & autoritatis sicut ille: ut sis Dux. i. Princeps sacerdotum super omnem uirũ arrepticiũ & prophetizantem id est qui ꝓphetizat ex uirtute demonis eius phantasiã cõmouẽtis. ut mittas eum in neruum id est in cippum ita ꝙ non possit talia seminare in populo. & nunc quare non increpas Hieremiam taliter prophetizantẽ nõ solũ in Hierusalẽ uerbis sed etiam in Babylone scriptis quia super hoc misit ad nos. s. epistolam ut dictũ est in principio huius ca. dicens in epistola longũ est. s. tempus more uestre ī Babylõe Edificate etce. id est disponite uos ad diutinam mansionem sicut expositum est supra. Legit ergo Sophonias sacerdotes. ad arguẽdum Hieremiam de epistola quã miserat: cetera patent usq; ibi. Ecce ego. ubi ponitur pena Semeie cum dicitur uisitabo super Semeiã Neelamitẽ. in persona eius & super semen eius id est in personis sibi cõiunctis non erit ei uir sedens id est habitans in medio populi huius. s. reuertẽtis in Hierusalẽ & non uidebit bonum quod ego faciam populo meo. ipsum de captiuitate liberando. quia preuaricatiões locutus est aduersus dominum ad notandũ Hieremiã de falsitate qui ex ore domini loquebatur.

.XXX.

HOc uerbum superius Hieremias prophetizauit populo aspera. Hic consequẽter ꝓphetizat prospera. Illud autem quod summe erat prosperum erat aduentus Xp̃i ad salutem mundi cuius figura fuerat saluatio populi de captiuitate Babylonica de qua fecerat mentionem ca. p̃cedenti inter aspera que nũtiauerat ut opposita iuxta se posita magis eluescant. Et ideo conuenienter post figuram Hic consequenter de/ nuntiat rem figuratam scilicet per Xp̃m salutem generalẽ ꝙ facit ī hoc ca. & sequẽti nec possunt conuenienter aliter exponi nisi referendo ad tẽpus Xp̃i ut in psequendo magis apparebit. Ad intellectum tamen sequentiũ sciendum ꝙ Prophete in scribẽdo non seruant semper ordinem temporis. sed frequenter prius facta scribunt̃ posterius & econuerso. Vnde dicunt doctores Hebrei non est prius & posterius in lege. & per legem intelligunt uetus testamentum in quo non est attendendus ordo temporis scdm ordinẽ descriptiõis. & idẽ dicũt doctores Latini: ꝙ frequẽter scriptura sacra loquit̃ p anticipationem. s. posteriora preponendo & per recapitulationem priora postponẽdo & hoc modo procedit Hieremias in hoc libro ī pluribus locis ut patet in p̃cedentibus & in sequentibus apparebit. Et in hoc loco sic procedit: quia primo denuntiat Xp̃i regnum. secundo eius aduentum. ca. xxxi. Circa primũ sciẽdum ꝙ licet homo Xp̃us ab instanti incarnationis habuit dominium super omnia creata autoritatiue nõ tamẽ

executiue. sed hoc modo accepit in sua resurrectione secundum q̄ ipse dixit. Matt. ultimo. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra & perfectius habebit in iudicio ii. finali. tūc enī omnia erunt simpliciter ei subiecta. Vnde dicit Apostolus Hebre. & nunc autem nec dum uidemus omnia subiecta esse ei. Iudicium autē finale precedet Antixp̄i persecutio. & ideo primo nuntiatur hic persecutio Antixp̄i. Secundo ponit̄ dominum Xp̄i ibi. & erit. tertio respondetur tacite questioni ibi te autem. Circa dicitur Hieremie scribe tibi ecce. q. d. ista futura sunt in longinquum. & sunt digna memoria ideo scribenda. Ecce dies uenient dicit dominus: & conuertā conuersionem populi mei Israel & Iuda. Istud non potest intelligi de reductiōe captiuitatis Babylonice. nec de aliqua alia sequenti saluatione tēporali qa secundū doctores Hebreoꝝ & secundum ueritatem populus Israel prout diuiditur contra populum Iuda prout ē hic: non est reuersus de captiuitate nec a Iudeis expectatur reuersurus usq; ad tēpus Messie quem Iudei expectant uenturum. & ideo secundum nos qui confitemur eius aduentum preteriisse: oportet q̄ littera ista aliter intelligatur. Et dicunt aliqui q̄ intelligitur de conuersione spirituali Iudeorum ad predicationem Xp̄i & Apostolorum quorum aliqui fuerunt de regno Israel quia Salmanasar captiuante istud regnū aliq fugitiui euaserunt: quia postea habitauerunt in regno Iude tempore Ezechie & cum illis de regno Iuda in Babylonem ducti fuerunt. & cum redeuntibus redierunt: sicut fuit dictum plenius. iii. Regum. q̄ autem subditur: & conuertam eos ad terram etc. intelligitē de terra uiuentiū que sub p̄missione facta Abrahe fuit p̄ncipaliter intellecta sicut dictum fuit plenius Gen. xv. & in pluribus aliis locis. Sed qa Iudei q̄ tradiderūt ad predicationem Xp̄i & Apostolorū fuerūt pauci respectiue: Ideo melius intelligitē q̄ dicitur hic. & conuertam conuersionem populi mei etc. de generali conuersione ad Xp̄m detecta falsitate Antixp̄i per Heliam & Enoch. ideo de persecutiōe Antixp̄i subditur quia hec dicit dominus uocem terroris audiuimus. & connumerat se dominus Xp̄us fidelibus suis tūc passuris eo modo quo dicit Actu. ix. Saule Saule qd me pse/ queris. Interrogate & uidete si generat masculus. Hic accipitur generare pro parere. Vnde in Hebreo habetur si parit masculus & per hoc innuitur angustia tunc futura Xp̄i fidelibus. Ideo subditur quare ergo uidi omnes uiri. i. cuiuslibet Xp̄iani q̄tūcūq; fortis & firmi manum super lumbū suū quasi pturientis modus enim mulieris pturiētis est ponere manus suas ad lumbos suos & cōuerse sunt uniuerse facies in aurugīnem. i. in colorem deformem pre angustia & timore. Veh quia magna dies illa id est tempus illud erit magnum quantum ad intentionem tribulationis. nec est similis eius. propter quod dicit. Matt. xxiiii. Erit enim tribulatio magna qualis nunq̄ fuit ab initio mūdi usq; modo: neq; fiet: & ex isto saluabitur omnis predestinatus ad uitam beatam: qui nomine Iacob intelligitur: eo q̄ supplantator interpretat̄. Et erit: Hic cōsequēter ponit̄ domini uidelicet Xp̄i qui spiritu oris sui interficiet Antixp̄m ut dicit̄. ii. Thes. ii. & magnam partem adherentium sibi. Ideo subditur: conteram iugum eius de collo tuo. s. militantis Ecclesie & uincula eius dirumpam. i. machinationes eius & deceptiōes & non dominabuntur ei amplius alieni. s. a deo. sed seruiēt domino deo suo scilicet deo patri: & Dauid regi suo. i. dei filio incarnato. Vnde in translatione Chaldaica que apud Hebreos est autentica ut frequenter dictū est: sic habetur: & obedient Messie filio Dauid Regi suo. Vnde secundum omnes doctores Hebreorum istud intelligitur de Xp̄o ad litterā quē suscitabo eis id ē faciā apparere ad eorum salutem. & etiam qa ad litteram deus pater suscitauit Iesū a morte: Tu ergo ne timeas cōfortatio ē contra tribulationem Antixp̄i futuram. Saluabo te de terra longinqua etc. Iudei enim tūc

ialuandi diſperſi ſunt in longinquis partibus mundi & ibi captiui reuertetur Iacob. ſ. ad Xp̃m quod non ſolum intelligit̃ de Iudeis tunc conuertendis ſed etiam de xp̃ianis ab antixp̃o deceptis qui poſtea penitebunt & requieſcet a tribulatione Antixp̃o interfecto & cunctis affluet bonis etc. hoc refertur ad ſtatum Eccleſie triumphãtis ubi habetur bonum infinitum & ſecuritas pfecta. Faciam enim cõſummationẽ in cũctis gentibus. quia omnes gentes ſectas ſuas uarias dimittent pro fide Xp̃i. Te aũt. Hic reſpondetur queſtioni tacite duplici. ſecũda ponit̃ ibi propterea. Circa primũ poſſet fieri queſtio quare dominus permittet fideles ſuos ſic tribulari tempore Antixp̃i & reſpondetur hic q̃ hoc fiet ut purgentur a peccatis que circa tempora illa abundabũt: ſecundum q̃ dicitur Matth. xxiiii. & quoniam abundabit iniquitas etc. & hoc eſt q̃ dicitur te autem non faciam in conſummatiõem. q. d. quantũcunq; futura ſit acerba perſecutio Antixp̃i nõ tamẽ deficiet Eccleſia ſed purgabit̃: Ideo ſubdit̃ ſed caſtigabo te in iudicio ſanabilis fractura tua. qa perſecutio Xp̃i erit irremediabilis uia humana non eſt qui iudicet iudicium tuum quia tũc nullus audebit ſtare pro iuſtis ad eos liberandum. omnes amatores tui obliti ſunt tui. quia Principes terreni qui mõ defendũt Eccleſiam: non audebunt oſtẽdere amicitiam plaga inimici pcuſſi te. q. d. tũc uidebor aduerſari Eccleſie ſicut pater dure caſtigans filiũ uidet̃ ei inimicari iudicio exteriori propter multitudinem iniquitatis tue. que tunc abundabit ſupra modum ut dictum ẽ dura facta ſunt peccata tua id eſt dura correctione indigẽtia qd clamas ſup cõtritiõe tua. q. d. iuſte tibi infertur. Inſanabilis eſt dolor tuus ſcilicet uia humana propter qd̃ apponet remedium interficiendo Antixp̃m ut dictum eſt. Propterea hic ſoluit̃ ſcda queſtio quia poſſet aliquis querere quid faciet Xp̃us de Antixp̃o perſecutore & ſibi adherentibus & reſpondetur: q̃ non euadent diuinam uindictã & hoc eſt q̃ dicitur: Propterea omnes qui comedunt te deuorabũtur: non ſolum morte temporali ſed etiã eterna & uniuerſi hoſtes tui in captiuitatem ducẽtur a demonibus abducã. n. cicatricẽ tibi. dando ſpiritum penitentie deceptis ab Antixp̃o & eius ſatellitibus. quia electam uocauerũt te Sion. i. o tu Eccleſia nomine Sion uocata Ezech. ii. & Hebre. xii. que uocabit̃ electa durante Antixp̃i perſecutione. Conuertã conuerſionẽ tabernaculorũ Iacob id eſt ſotietates fidelium ab Antixp̃o deceptorũ quia dabit̃ eis tempus penitẽtie & edificabitur ciuitas id eſt Eccleſia que eſt ciuium Xp̃i unitas in excelſo ſuo id eſt in honore magno quia tunc omnes confugient ad eam. & templum iuxta ordinem ſuũ fundabitur. i. cultus Xp̃i ab Antixp̃o deiectus in ſtatum ſuũ reformabit̃ & egredietur de eis laus ſcilicet diuina Voxq; laudantium non per diſſolutionem ſed per deuotionẽ ſicut dicebat Dauid de ſe ipſo. ii. Regum. vi. Iudam ante dominum. & erũt filii eius ſicut a principio id eſt ſicut ante perſecutionem Antixp̃i & erit dux eius ex eo id eſt Xp̃us uerus homo. & applicabo eũ ut accedat ad me quia Xp̃us homo pre omnibus habet acceſſum ad patrem ideo ſubditur: quis eſt iſte id eſt q̃nte excellentie q̃ applicet cor ſuum qua uoluntas Xp̃i hominis in omnibus conformis eſt uoluntati diuine ut appropinquet mihi. pro ſua uoluntate ſicut filius patri. & erit mihi in populum. ſ. deo patri per filium & ſubditur de pena impiorum: ecce turbo domini ſcilicet in die iudicii in capite impiorum conquieſcet. id eſt Antixp̃o qui erit caput impiorum quoniam fulminabitur. uel in capite impiorum generaliter per finalem ſententiam cũ dicetur eis. Ite maledicti in ignem eternũ etce. Matth. xxv. In nouiſſimo dierũ intelligetis ea. per hoc ſatis innuitur q̃ Hieremias loquitur de futuris in nouiſſimo tempore & quia omnes tunc conuertentur ad unum deum ut predictum eſt: ideo ſubditur. In tempore illo dicit dominus ero deus uniuerſis cognationibus Iſrael quod eſt uerũ ſiue

accipiatur Iſrael ſecundum carnem: quia tunc omneſ Iudei conuertent̃ ad Xp̃m ſiue accipiatur ſecũdum ſpiritum ſcilicet pro omnibuſ fidelibuſ qui nomine Iſrael nominantur Eſaie: xliii. ſequitur.

.XXXI.

HEc dicit dominuſ. Hic incipit. ca. in Hebreo per ſpacium uacuum inter litterã & precedentem immediate que iungitur littere precedentiſ cap. & propter hoc ſic eam ordinaui. In hoc autem. c. agit̃ de pertinẽtibuſ ad aduentũ Xp̃i. Et diuidit̃ in treſ parteſ quia primo agitur de pertinentibuſ ad Xp̃i predicationem. Secũdo de pertinentibuſ ad eiuſ incarnationem ibi. Hec dicit dominuſ. tertio de pertinentibuſ ad legiſ euangelice lationem ibi ecce dieſ ueniunt. Prima adhuc in duaſ: quia primo ponitur figura: & ſecundo reſ figurata ibi longe. Circa primum ſciendum q̃ ſaluatio populi de Egypto fuit figura ſaluationiſ fiende per Xp̃m q reducit fideleſ ad terrã uiuentium per penitentie deſertum ſicut Moyſeſ filioſ Iſrael tranſeundo per deſertũ materiale ad poſſeſſionem terre promiſſe. & quãtum ad hoc dicitur. Inuenit gratiã in deſerto populuſ q remanſerat gladio oñeſ enim qui exierunt de Egypto numerati a. xx. annis & ſupra mortui fuerunt gladio ut patet in li. Exo. & Numeri. Igitur populuſ qui inuenit gratiam fuit eorum filii qui ingreſſi fuerunt terram promiſſiõis ideo ſubditur uadet ad requiem ſuam Iſrael. & dicit Hieremiaſ uadet de futuro ad deſignandum q̃ ille ingreſſuſ terre promiſſiõis que p̃terierat erat ſignum ingreſſuſ in requiem celeſtem qui erit futuruſ ſecundum quod diffuſe declarat Apoſt. Hebre. c. iii. xxiii. Longe Hic conſequenter declaratur reſ figurata ſcilicet ſaluſ per Xp̃um pro tunc fienda: que facta eſt per Eccleſie edificationem. & quia illud tempuſ adhuc erat longinquum. Ideo dicit Hieremiaſ: Longe dominuſ apparuit mihi & ſubdit in perſona domini reſpõdentiſ per modum dialogi. In caritate perpetua dilexi te. licet ab eterno dilexerit omneſ electoſ eoſ predeſtinando: tamen ſpeciali modo dilexit electoſ de populo Iſrael inquantum erat de eo carnem aſſumpturuſ. propter quod illi populo ſpecialia contulit dona. Ideo ſubditur. Ideo attraxi te beneficiuſ ſpecialibuſ in datione legiſ & conſimilibuſ propter quod dicitur pſal. c. xlvii. non fecit taliter omni nationi: & iud. ſua non ma. eiſ. Veruntamen quia illiſ beneficiuſ abuſuſ fuit & ſic ab honore cecidit: ideo ſubditur: Rurſumq; edificabo te. quod exponẽſ R. a. Sa. dicit q̃ edificationeſ ciuitatiſ Hieruſalem & templi per Salomonem Zorobabel & Neemiam ideo corruerunt: quia fuerunt facte per hominem: ſed iſta de qua loqtur hic Hieremiaſ: fiet per manum diuinam: ideo ſtabit ineternum & in hoc dicit uerũ. ſed quod ſubdit: eſt falſum. ſ. q̃ in aduentu Meſſie quem Iudei expectant: deuſ edificabit Hieruſalem nouam quaſi incomparabiliter notabiliorem q̃ fuerit precedens in qua Meſſiaſ tẽporaliter regnabit. & omneſ genteſ erunt ſubdite dominio Iudeoꝝ ſed quod falſo dicit implendum: iam eſt impletum. quia Xp̃uſ ueruſ deuſ edificauit Eccleſiam: que Hieruſalem dicit̃ Eſa. ii. & Hebre. xii. & Apoc. xxi. uidi ciuitatẽ ſanctam Hieruſalem etcet. in qua regnat Xp̃uſ cuiuſ regnum ſtabit ineternum & edificaberiſ uirgo Iſrael id ẽ plebſ fidelium que Iſrael nominat̃ Eſa. xliii. & nomiẽ Iſrael pnominabitur: ſic eſt ĩ Hebreo ſed tranſlatio noſtra habet aſſimilabit̃: adhuc ornaberiſ tympaniſ tuiſ. quia ad litteram in Eccleſia conueniunt fideleſ ad ſonitum campanarum ad deum laudandum. Ideo ſubditur & egredieriſ in choro ludentiũ. nõ diſſolute ſed deuote ſicut cum unuſ choruſ cantat alacriter contra alium. & adhuc plantabiſ uineaſ in montibuſ Samarie. quod non poteſt intelligi de redeuntibuſ a Babylonica captiuitate quia nunq̃ recuperauerunt terram illam. ſed illã occupabant gentileſ aliunde adducti: qui dicebant̃ Samaritani & ideo intelligit̃ de Samaritaniſ

credentibus ad predicationem Xpi ut habetur Io. iiii. & ad pdicationē Apostolorū ut habetur Actu. viii. fideles autem nomine uinearū designāt ut patet in pluribus locis sacre scripture & licet tota Ecclesia dicatur una uinea propter fidei unitatem: dicitur tamen etiā aliquando plures propter gentiū & locoꝝ & personaꝝ diuersitatē & donec ueniat tempus non uindemiabunt. Vindemiare est fructus uinee colligere fructus autem ultimus huius uinee est beatitudo perfecta que non habetur in psenti uita sed futura: quia erit dies in qua clamabunt custodes id ē predicatores in monte Effraim. i. in Ecclesia Effraim enim crescens uel frugifer interpretatur: & etiam ad litteram in partibus illis pdicauit Xpus & etiā Apostoli. Surgite ascēdamus ꝓficiēdo de bono in melius in Sion. i. in Ecclesiam militātem & triūphantē que Sion nominat Esa. ii. & Hebre. xii. Exultate in letitia Iacob. i. populi Xpiani & quasi omnes fideles populi descenderunt de Iacob & hynnite cōtra caput gentium id est diabolū qui tenebat gentes sibi subditas per idolatriā q̄ Apostoli ꝑ magna parte destruxerūt per suam predicationem ueruntamen qa nō adhuc omnes credūt Xpo Ideo subdit: Salua domine populum tuum reliquias Israel. & dicuntur hic reliquie Israel omnes credituri generaliter. & Iudei circa finem mundi conuertendi specialiter & sequitur responsio dei. ecce ego adducam eos etc. qa de omnibus mundi partibus aliq adducti sunt ad fidem Xpi & plenius adducentur circa finem mundi. inter quos erunt cecus & claudus etc. i. habentes impedimenta ueniendi ad fidem Xpi que tollentur. potest etiam dici ad litteram: quia multi per Xpm & Apostolos & eorum successores fuerūt illuminati corpore & mente & erecti & sanati ab infirmitatibus consimilibus non solū corpalibus sed etiā spiritalibus ī fletu uenīet. s. uere cōtritiōis. & ī misericordia reducā eos. que non negatur uere contritis. & adducam eos per torrentes aquarum id ē per sacramenta Ecclesie in quibus dantur aque gratie Io. iiii. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei: non sitiet in eternum etce. in uia recta id est in fide Catholica qui factus sum Israel pater. i. populo Catholico generaliter & conuersis a Iudaismo specialiter. Et effraim primogenitus meus ē. quia primi uocati ad fidem Catholicam ut Andreas Petrus & Philippus & Nathanael ut habetur Io. i. fuerunt de regno. x. tribuū qd nomine Effraim frequenter in scriptura nominatur: eo ꝙ primus Rex. s. Hieroboā fuit de tribu Effraim. iii. Regum. xi. & quia post Iudeos primo credentes q̄si pauci fuerint comparatiue uocati sunt gentiles subditur. Audite uerbum domini gētes etc. qui dispersit Israel. i. dispergi permisit per uarias sectas & errores. congregabunt eū in unitate fidei Catholice & nomine Israel intelligit quecunq; gens ad fidē ꝓdestinata ut dictum est supra. redemit enim domus Iacob sanguine proprio & liberauit eum de manu potentioris. i. demonis de quo scribitur Iob. xli. Non ē super terram potestas que comparetur ei. & uenient & laudabunt in monte Sion id est in Ecclesia militante & triumphante sic nominata ut dictum est. sup frumēto uino & oleo. ꝙ que ꝑabolice intelliguntur bona spiritalia que nō capiūtur ab hoibus nisi sub similitudine corpaliū propter quod scriptura noui ac ueteris testamenti frequēter parabolice loquitur. Et est ibi sensus litteralis non ille qui per uoces immediate significatur: sed qui per res significatas intelligitur sicut cum dicitur Iud. ix. ierunt ligna ad Ramnum etce. sensus litteralis non ē de arboribus Sed de Abimelech & Sychimitis hominibus & sic ī ꝓposito per frumentum & uinum hic intelligitur Eucharistie sacramentum quod sub specie panis & uini conficitur & per oleum gratia que in hoc sacramento & in alis confertur & fetu pecorum & armentorum. i. multiplicationem fidelium secundum quod dicitur Psalm. lxxxxv. Et nos populus pascue eius. & oues manus eius & dicunt hic pecora

minoreſ. eritq; anima eorum quaſi ortuſ irriguuſ. ex ſacramentiſ noue legiſ ex qbuſ aque gratie effluunt in animam. & ultra nō eſurient. iſtud proprie refertur ad ſtatū Eccleſie triumphantiſ ubi appetituſ totaliter ſatiatur. tūc letabit̄ uirgo. i. uirgineſ in choro. ſ. angelorum ad quorum ſortetatem homineſ aſſumūtur. & conuertā luctū pinguedinīſ id eſt glorie plenitudine quia non gloriantur tātum de gloria propria ſed etiam illorum qui ſaluati ſūt per doctrinam illorum propter qđ ultra cōmuneſ ſanctoſ dicuntur habere aureolam. Hec dicit. Hic conſequenter ponuntur aliqua ad incarnationem Xp̄i pertinētia. & primo ponitur illud quod reſpicit euſ ortum. ſecundo cōceptum ibi. ſtatue tibi. tertio paſſionīſ effectum ibi. in diebuſ illiſ. Prima in duaſ: in partem principalem & incidentalem ibi. & eſt ſpecieſ. Circa primū ſciendū q audita Xp̄i natiuitate Herodeſ uoluit interficere eum ut habetur Matthei. ii. Et quia nō cognoſcebat eum determinate interfecit omneſ pueroſ a bimatu & infra qui erant ī Bethleē & finibuſ euſ. ut dicitur ibidē. Et tūc impleta fuit hec ſcriptura ſecūdum q expreſſe dicit ſanctuſ Matthеuſ ſpiritu ſancto illuminatuſ propter qđ Catholici eam aliter exponenteſ nimiſ iudaizant extorte eam exponenteſ q̄ſ expoſitiōeſ propter prolixitatem & inutilitatem omitto. Eſt igit̄ ſenſuſ: uox in excelſiſ audita eſt. In Hebreo habetur uox in rama audita eſt ſicut allegat Matthеuſ ſed ſciendum q Rama eſt nomen equiuocum quia uno modo eſt proprium nomen loci qui eſt iuxta Gabaa & alio modo eſt nomē appellatiuum & ſic ſignificat excelſum: non poteſt autem hic accipi prout eſt proprium nomen loci: quia Rama non ēppe Bethleem ſed bene diſtanſ. & per Hieruſalem inter mediam. & ideo Hiero. tranſtulit nomen appellatiuū dicenſ in excelſo. ad deſignandū magnitudinē clamoriſ mulierū quarum filii interficiebantur. Rachel plorantiſ filioſ ſuoſ. Rachel enim ſepulta fuit iuxta Bethleem ut habetur Gene. xxxv. & ideo dicebatur mater ciuitatiſ Bethleem & totiuſ territorii ſicut apud noſ ſancti quoq; corpora requieſcunt in Eccleſiiſ dicūt̄ eorum patroni & non ſolum illarum Eccleſiarum ſed etiam ciuitatum & territorii adiacēciſ & ſic dicitur plorare ī filiabuſ ſuiſ ſcilicet ī matribuſ pueroq;. ſicut & ſancti dicuntur compati afflictiſ quorum ſunt patroni. Iudei autem aliqui dicunt: q cum Iudei ducerentur captiui in Babylonem: & tranſirēt iuxta ſepulchrū Rachel: uox de ſepulchro miraculoſe prodienſ fuit audita implorando deī pietatem pro illiſ: qui captiui ducebantur. & hoc dictum poſui ſuper Gene. xxxviii. non aſſerendo ſed tm̄ referendo quod fictitium uidetur: tum quia diſſonat a dicto Euangeliſte tum quia non eſt ueriſimile quin tantum miraculū fuiſſet expreſſū. iiii. Reg. ulti. & Paralip. ut in fine huiuſ libri in quibuſ locis deſcribitur deductio illorum captiuoq;. qa Iudei fuerūt ualde ſolliciti ſcribere ea que erant ad honorem ipſorum. & noluit conſolari: conſolatione humana. quia non ſunt ſcilicet ampliuſ uiuenteſ preſenti uita: propter quod ſubditur quieſcat uox tua etc. quia eſt merceſ operi tuo id eſt filiuſ tuiſ q dicūt̄ & ſunt opera parentum. per mortem enim illam reportauerūt martyrii premium qa tamen morienteſ quantumcuq; iuſti deſcendebāt ad lymbum inferni. Ideo ſubditur: & reuertantur de terra inimici. Iſta reuerſio fuit in Xp̄i reſurrectione: quia tunc ſanctoſ de inferno eduxit & euſ aſcenſione: quando eoſ ad celeſtia adduxit. Et eſt ſpeſ: Hic incipit uerſuſ in Hebreo & eſt parſ incidentaliſ occaſiōe enim conſolatiōiſ Rachel de pueriſ occiſiſ qui dicebātur euſ filii ratiōe ſepulture ut dictum eſt. Hic conſequenter huiuſ occaſione dat̄ ſibi cōſolatio de filiuſ ſuiſ ſic dictiſ ratiōe geniture Effraim enim per quem intelligitur regnum. x. tribuum ut predictum eſt: deſcendit

de Rachel per filium suum Ioseph. & de conuersione illorum ad deum fit hic mentio cum dicitur: & est spes. s. future beatitudinis: nouissimis tuis id est filius tuis residuis reuertentur filii. s. tui ad terminos suos id est ad Ecclesiam militantē: que ē terminus in presenti uita & triūphantem que est terminus in futura. & hoc fuit impletum ptim in Apostolis aliisq; credentibus ad predicationem Xp̄i & Apostolorum qui fuerunt de regno. x. tribuum & perfectius implebitur circa finem mundi in conuersiōe eoꝝ generali. audiens audiui Effraim transmigrantem. q. d. ex tunc disposui eum uocare ad fidem competenti tempore. & subditur in persona iā cōuersorum & in fine mūdi conuertendorum. Castigasti me. per flagellationem in captiuitate, quasi iuuenculus indomitus. In Hebreo habetur quasi uitulus ĩdomitus. & nominat̄ sic ille populus quia adorabat uitulos aureos secundum illud psalmi. c. xiii. Similis illis fiant q faciūt ea. & omnes qui confidūt in eis. quos ad hoc fecit Hieroboā. iii. Reg. xii. Cōuerte me domine & conuertar. non enim potest aliquis ad fidem Xp̄i uenire nisi gratia dei ipsum preueniente: secundum q̄ dicit̄. Io. vi. Nemo potest uenire ad me nisi pater qui misit me: traxerit eū. Ideo subdit̄ post̄q̄ eni cōuertisti me. tua gratia p̄uenīēdo egi penitentiam. ad te fructuose reuertendo. & post̄q̄ ostendisti mihi illuminando tenebras erroris mei percussi femur meum passiones meas refrenando confusus sum. de hoc q̄ te tam diu prouocaui & subditur misericordia dei recipiētis cū dicit̄. Si filius honorabilis mihi Effraim. & ponitur hic si pro quia quia quilibet reuertens ad deum ueraciter efficitur honorabilis in conspectu eius. Si puer delicatus In Hebreo habet̄ solatiosus id est materia solatii secūdum illud Luce. xv. gaudium est in celis sup uno peccatore penitentiam agente. quia ex quo locutus sum. de eo reuocando ad meritū adhuc recordabor eius: dādo sibi premiū idcirco cōturbati sunt id ē pietate cōmota. Statue tibi. Hic consequenter agitur de Xp̄i conceptu. Et diuiditur in duas: quia primo describitur hec conceptio. secūdo subditur fidei dilatatio ibi: Hec dicit. Circa primum premittitur dispositio populi ad Xp̄m que est uera penitentia secundum q̄ Iohannes eius precursor dicit Matth. iii. penitētiam agite appropinquat enī regnū celorum. & quātum ad hoc dicit̄. statue tibi speculā. i. explorando p̄priā conscientiā pone tibi amaritudines id est contritionis dolorem. dirige cor tuum in uiam rectam scilicet iusticie. in qua ambulasti in patribus antiquis qui fuerunt iusti. R. a. Sa. dicit q̄ hec est uera littera Hebraica Statue tibi speculam. pone tibi palmas. dirige cor tuum in uiam rectam in qua ambulaui. quod sic potest exponi Statue tibi speculā. specula est locus altus unde potest a lōge q̄s uidere. est ergo sensus statue tibi speculā q. d. mysterium incarnationis adhuc longe distat sicut dicitur in principio huius ca. lōge deus apparuit mihi. pone tibi palmas. cōsiderando uictorias que palmā martirii obtinuerunt titulo Xp̄i nati ut dictum ē parte precedēti. q. d. iste palme erūt signū natiuitatis Xp̄i implete. dirige cor tuum in uiam rectam id est Euangelicam que nullam patitur distorsionem. sicut lex Mosaica patiebatur: que permittebat libellū repudii & usuras cum extraneis Deutero. xxiii. & . xxiiii. ī qua ambulaui in natura humana assumpta. secundum qd̄ dicit̄ Actu. i. cepit Iesus facere & docere. reuertere uirgo Israel. i. plebs predestinata ad fidem. ad ciuitates tuas istas id est ad Ecclesiam militantem & triumphantem que ciuitates dicuntur in ueteri & nouo testamento ut dictū est supra. Vsq; quo delicius dissolueris? carnaliter uiuēdo. filia uaga p̄ diuersa uitia. Quia creauit dominus nouum id est incarnatiōis mysteriū. & loqtur de futuro per modum p̄teriti: propter certitudinem p̄phetie. & ponit̄ ibi quia tanq̄ redditiuū cause respectu precedentis scientie. q. d. debet dimitti uia carnalis aduentente Xp̄i

incarnatione: & inchoari spiritalis femina circundabit uirum. quod fuit impletum in Maria que Xp̃m uirum perfectum scientiꝰ & uirtutibuꝰ ab instanti incarnationiꝰ in utero suo circundedit. Hec dicit. Hic cõsequenter ponitur dilatio fidei Xp̃iane que secuta est ad Xp̃i conceptũ & ortũ: cũ dicitur adhuc dicẽt uerbũ istud in terra Iuda nomine Iude intelligitur omnis uere confitens deum ad litteram etiam secundũ expositoreꝰ Hebreoꝝ ut declaratũ ẽ supra. xxiiii. & sic terra Iuda ẽ terra credentiũ Xp̃m & confitentium. cum conuertero captiuitatem eorum de seruitute peccati ad gratie libertatem. benedicat tibi dominuꝰ pulchritudo iusticie. sic enim erant fideles ut Ecclesia que est pulchritudo iusticie & mons sanctuꝰ multiplicẽ in bonis spiritalibuꝰ & tẽporalibuꝰ que multiplicatio in sacra scriptura frequẽter dicitur dei bñdictio & habitabunt in eo. i. in Ecclesia: que dicitur mons sanctuꝰ ut habetur supra. ca. ii. Iudaꝰ id est quilibet fidelis cõfitens Xp̃m ut dictum est: & omneꝰ ciuitateꝰ. i. fideles quia ponitur hic continens pro contento sicut frequẽter accipitur ciuitaꝰ ꝓ populo in ea contento: sicut cum dicitur talis ciuitaꝰ fecit hoc. agricole & minãteꝰ gregeꝰ. i. pastoreꝰ Ecclesie maioreꝰ & minoreꝰ laborãteꝰ in agro dñico & gregem dñi pascẽteꝰ quia inebriaui. i. gratia repleui animam lassam id est priuꝰ sub peccato afflictam. Ideo quasi de somno suscitatuꝰ sum uerbum est Hieremie qui de tribulatiõibuꝰ quaꝰ uiderat uenturaꝰ super populum suũ fuerat ãsi somno depressuꝰ. sed audita redẽptiõe fienda per Xp̃m fuit quasi excitatuꝰ sicut de Iacob dicit̃ Gene. xlv. quasi de graui somno euigilãꝰ etc. audito ꝙ filiuꝰ suuꝰ Ioseph adhuc uiueret. & somnuꝰ meuꝰ dulciꝰ mihi. i. uersuꝰ in dulcedinem propter consolationem superuenientẽ. Ecce dieꝰ ueniũt id est tempuꝰ noui testa. ꝙ dieꝰ dicitur Ro. xiii. Nox p̃cessit: dieꝰ aũt appropinq̃uit & seminabo domum Israel & domum Iuda. i. Ecclesiam que est domuꝰ credentium & confitentium Xp̃m Semine hominum & iumentorũ. i. sapientum & simpliciũ & hoc modo etiam exponit R. a. Sa: & in Ecclesia uidemuꝰ simpliceꝰ sapiẽtibuꝰ permixtoꝰ & multiplicatoꝰ. potest etiam hoc intelligi specialiter de credentibuꝰ ex Iudeis quoꝝ aliqui fuerunt sapienteꝰ & litterati etiam a principio sicut Nathanael & Pauluꝰ & plureꝰ alii & aliqui simpliceꝰ ut Petruꝰ Andreaꝰ Matheuꝰ & circa finem mũdi adhuc magis multiplicabuntur credẽteꝰ de Iudeis simpliceꝰ & litterati. & sicut euigilaui super eoꝰ ut edificem & plãtem quod impletum est in iis qui iam crediderũt in Xp̃m & ampliuꝰ implebitur in crediturisꝰ ante iudicium. In diebuꝰ illis. Hic ponit̃ effectuꝰ passionis Xp̃i currebat enim tempore Hieremie istud prouerbium apud Iudeoꝰ de filiuꝰ pro peccato parẽtum punitis. patreꝰ comederũt uuam acerbam. & istud durauit a principio mundi usq; ad passionem Xp̃i quia pro peccato primoꝝ parentũ omneꝰ descendebãt ad infernum. sed in passione Xp̃i quia aperta est ianua celi: illa punitio est amota & ideo prouerbium non habet locum in illis qui facti sunt membra Xp̃i per baptismum. ante uero passionem Christi pueri per circunciſiõem liberati a peccato originali ibi descendebant: & omeꝰ quantumcunq; iusti: sed unuꝰquiꝰq; in iniquitate sua morietur id est pro iniquitate sua damnabit̃ pena eterna. sed pena ꝙali aliquando puniuntur & filii pro parentibuꝰ secundum ordinem iusticie inquantũ sũt quedam parꝰ parentum. Ecce dieꝰ Hic ponũtur quedã ptinentia ad legis Euãgelice dationem: & quia legeꝰ ciuitatibuꝰ ponũtur: ideo primo ponitur hic legis latio. scdo ciuitatis fidelium edificatio ibi. Ecce dieꝰ. Circa primum dicitur ecce dieꝰ ueniũt id ẽ tempora noui testamenti & feriam domui Israel & domui Iuda id est fidelibuꝰ Xp̃m confitentibuꝰ generaliter & credentibuꝰ Iudeis specialiter secundum qd̃ dicit̃ Actu.

xiii. de Iudeis uobis oportebat primum loqui. uerbum dei etc. fedas nouũ id ẽ legem nouam lex enim frequenter in ue. te. uocatur fedus. & pactum. non secundũ pactũ quod pepigi cum patribus uestris. quia illa lex fuit timoris. ista autẽ amoris. In die qua apprehendi etc. i. in tempore. quinquagesimo enĩ die ab exitu de Egypto data fuit lex in mõte Synai ut patet in Exo. pactũ ꝙ irritũ fecerunt. ipsũ multipliciter transgrediendo. ut patet in libris Regum. Iud. & Paral. & ego dominatus sum eorũ pro transgressionibus eos puniendo. & subditur cõditio noue legis cum dicitur. & hoc erit etc. post dies illos id est post cursum uet. te. dabo legẽ meã in uisceribus eorũ etc. qa Xp̃us legẽ Euangelicã nõ scripsit ĩ pellibus: uel tabulis materialibus sed ĩ hũanis cordibus & potissime qñ sup credentes misit spiritũ sanctum in die Penthecostes ideo subditur: & non docebunt ultra uir proximum suum etce. quia omnes alii immediate a deo fuerũt edocti de primẽtibus ad lege nouam & postea multi alii sancti habuerũt scientiam a deo infusam. Et si istud generaliter intelligatur: ad statum triũphantis Ecclesie refertur: ubi omnes immediate uident diuinã essentiam. Hec dicit dominus qui dat solẽ in lumine diei etc. ordinate disponẽs omnia. si defecerint leges iste rebus naturalibus a me impositę. q. d. sicut sunt stabiles ita fideles stabunt coram me quod perfecte impletur in Ecclesia triumphante. si mensurari poterunt id est sicut non possunt mensurari sic non abiciam uinculum Israel quia aliqui iam sunt uocati ad fidẽ Xp̃i. & plenius uocabunt alii circa finem mũdi. Ecce dies Hic cõsequenter agit de ciuitatis edificatione & secundum ꝙ dicit hic Ra. Sa. & bene quantum ad hoc nõ potest hoc intelligi de edificationibus factis per Salomonem & Neemiam quia non fuerunt tante amplitudinis sicut ista describitur. Item quia in fine dicitur sanctum domini non euelletur. & non destruetur ultra imperpetuum. ciuitas autem edificata per Salomonem fuit destructa per Chaldeos. & templum in ea existens. & ciuitatem reedificatã per Neemiã & templũ destruxerũt Romani. & ideo dicit ꝙ Hieremias loquitur de reedificatione Hierusalem & templi in aduentu Messie quo tẽpore expectant Iudei Hierusalem & templum a deo reedificari materialiter multo ꝑciosius & latius q̃ unq̃ fuerit. Sed hoc dictum fundatur super erroneum fũdametum scilicet ꝙ aduentus Xp̃i futurus sit qui iam transiit in preteritum propter quod Hieronymus & alii expositores nostri dicũt ꝙ non potuit intelligi ad litterã de edificatiõe Hierusalẽ materialis sed spiritualis: que edificata est a Xp̃o de uiuis lapidibus scilicet Xp̃i fidelibus secũdum ꝙ dicitur Apoc. xxi. uidi ciuitatem sanctã Hierusalem etc. cuius edificatio hic parabolice describitur. Ecce dies uenient. s. tempus noui testamenti & edificabitur ciuitas id est Ecclesia de qua dicitur psalmo. lxxxvii. gloriosa dicta sũt de te ciuitas dei. A turre Ananeel. Ananeel interpretatur gratia dei. per turrem igit Ananeel metaphorice designantur Apostoli & alii credẽtes primi qui ad modũ turris fuerunt solidati per gratiam spiritus sancti descendentis super eos in die Pẽthecostes in signo uisibili & isti lapides ꝑmarii fuerunt Iudei sed quia postea fuerunt gentiles ad fidem deuote uenientes eis in hoc edificio coniuncti. Ideo subditur usq; ad portã anguli. sicut enim due linee coniungũtur in angulo sic Iudei & gentiles in Christo: propter qđ dicit lapis angularis. & qa Ecclesia militans non solum habet in se iustos: sed etiam peccatores: quantum ad numerum licet non quantũ ad meritũ: Ideo subdit & exibit ultra mensure normam. s. ad recipiendum peccatores: quod magis exprimit in speciali cum subditur: super collem Gareb. per quod intelliguntur superbi deo abominabiles. Gareb. n. interꝑtat scabies & circuibit Goatha quod interꝑtat gens peccatrix: & omnem uallem cadauerum per quam intelliguntur carnales. & cineres

id est peccatores penitentes secundum illud Iob. xlix. Ago penitentiam in faulla & cinere. & uniuersam regionē mortis. i. generaliter omnes peccatores in regióe umbre mortis habitātes usq; ad torrentem cedron qui interpretatur tenebre quia peccatum mentē obtenebrat. & qa multi de peccatoribus ad lucē gratie reuertūt & ardētiores in dei obedientia efficiūtur. Ideo subditur: & usq; ad angulū porte equoꝝ orientalis. & dicuntur hic equi qui aguntur instinctu spiritus sancti. secundū quod dicit Ro. viii. Qui spiritu dei agūtur: ii filii dei sunt & ad istos se habet spiritus sanctus sicut sessor ad equum Sanctū domini non euellet. etc. quia cultus dei ab Ecclesia nó tollet sed permanebit usq; ad finem mundi: & tunc non destruetur: sed magis perficietur in patria ubi erit laus iugis & perpetua secundum illud psalmi. lxxxiii. Beati q habitāt in do. tua. do. in se. se. lau. te. Licet enim hoc sit bene dictum: uidetur tamen mihi saluo meliori iudicio q̄ locus iste possit exponi de reedificatione Hierusalē p Adri/ anum Imperatorē post destructióem factā sub Tito & Vespasiano i qua edificatióe murus Hierusalem fuit dilatatus in tantū q̄ loca dominice passionis & sepulture sūt ibi inclusa ut dicit Hugo Floriacensis & alii Historiographi que tamē erant extra Hierusalē per Romanos destructā ut patet Io. xix. & Hebre. xiii. Et illā tradidit Hadrianus Xp̄ianis habitādam prohibens ne aliquis Iudeus habitaret ibidem sic. n. potest exponi littera Ecce dies etc. & edificabitur ciuitas. s. Hierusalem domino id ē ad honorem domini quia soli Xp̄iani ibi habitare fuerunt permissi ut dictum est a turre Ananeel usq; ad portam anguli. ab antiquo fuit in Hierusalem quedā turris & quedam porta sic nominate ut habetur Neo. iii. & . iiii. Re. xiii. & inter illa duo loca erat quasi lógitudo ciuitatis & quia in latere aquilonari fuit dilatatus murus ut dictum est. Ideo sequitur: & exibit ultra. s. antiquam clausuram normam mēsure. s. Hierusalem ad includendum loca predicta. Ideo subditur. super collem Gareb id est montem caluarie ubi Xp̄us fuit passus. Vnus enim & idem locus aliquādo nominat pluribus nominibus sicut mons Sion nominatur etiam mons Oreb: & mons dei & circuibit Goatha Iste uidetur ille locus q Io. xix. dicit Golgatha. sic. n. frequēter uariantur nomina locorum per longitudinem temporum sicut Iob. iii. nominatur Sychar ille locus qui uocatur Sychem Gene. xxxii. & omnem uallem cadauerum sic nominatam quia ibi puniebātur ad mortem iudicati: quoꝝ cadauera ibi remanebāt & eadem ratione dicitur regio mortis & cineres. quia ibi fiebant diuerse punitiones. & ibi aliqui comburebantur quorum cineres remanebāt usq; ad torrentem Cedró. s. excluſiue. Dilatatio enim muri predicta pertingit prope torrentem Cedrō secundū descriptionem ciuitatis factam ab illis qui uiderunt eam. & usq; ad angulum porte equorum. sic nominate quia equi per illam adducebantur pro adaquatióe in torrēte Cedron & dicitur orientalis ad differentiam alterius porte que dicitur porta equoꝝ que erat prope templum sic nominata eo q̄ homines equitare poterant usq; ad locum illum. sed inde dimissis equis procedebant peditando usq; ad templum sicut dictū fuit Nee. iii. & ista erat in parte occidentali ciuitatis sicut & templum. illa uero magis in parte orientali. sanctum domini non euelletur id est sepulchri edificiū qđ Sarracent capientes ciuitatē nó destruxerūt: sed magis honorifice reseruauerūt usq; hodie sicut dicūt illi: q uiderūt & in scriptis reliquerūt.

.XXXII.

VErbum. superius Hieremias passus est iniuriā a falsis Prophetis & sacerdotibus: Hic iterum patitur iniuriam a Regibus & Principibus & primo a Regibus. Secundo a Principibus. ca. xxxvii. Prima in duas: quia primo patitur iniuriam a Sedechia Rege. secūdo a Ioachin eius fratre. ca: xxv. Iste tamen Ioacim regnauit

ante Sedechiam ut dictum est supra. xxii. qa liber iste non procedit secundū ordinē
temporis ut dictum est supra. Prima in duas quia Hieremias primo patitur iniuriā.
secundo resumit suam prophetiam : ibi & dixit . In prima parte ponitur Hieremie
incarceratio. & icarcerationis ratio. s. qa pphetizabat ciuitatē obsessam a Chaldeis
capiendū & populum captiuandum propter quod Sedechias recluſit eū ne talia corā
populo loqueretur: ne cor populi formidine dissolueretur. peccauit tamē Sedechias
hoc faciendo quia Hieremias loquebatur de mandato dei. & impellebatur ad hoc ex
eius instinctu: ita q̄ non poterat non loqui: ut dictum est supra. xx. ca. cetera patēt
in littera usq; ibi: & erit ibi donec uisitem eum. s. in morte que est ultima uisitatio dei
quantum ad presentem uitam. Et dixit: Hic consequenter Hieremias resumit suam
prophetiam & diuiditur i duas partes qa primo prophetizat populi Iude liberationē
secundo Sedechie finem. ca. xxxiiii. Circa primum sciendum q̄ liberatio populi per
Cyrum fuit signum & figura liberationis per Xp̄m. Ideo primo nuntiat prima. scđo
secunda ca. xxxiii. Prima in duas quia primo nūtiatur liberatio populi. scđo ponit
confirmatio dicti ibi: & orauit. Primum ostenditur per hoc q̄ ex ordinatione diuina
patruelis Hieremie uenit ad eum offerens ei uenalē agrū suū. & ex diuina monitiōe
Hieremias emit ut sic nō solū uerbo sed etiā facto ostenderet q̄ possessiones destructe
a Chaldeis iterum emerentur & possiderentur a Iudeis post reditum de Babylone: &
secundum hoc patet littera aliquibus exceptis que exponentur. & dixit Hieremias.
hoc non refertur ad litteram immediate precedentem ita q̄ sit responsio Hieremie
facta Sedechie: sed refertur ad principium ca. ubi dicitur. Verbum q̄ factum est ad
Hieremiā a domino. s. de liberatiōe populi. sed qa reuelatio fuit sibi facta in carcere
ideo interposita fuit eius incarceratio & incarcerationis ratio quo facto hic reuertitur
Hieremias ad narrandum reuelationem sibi factam & dixit Hieremias. s. illis qui cū
eo erāt in carcere ad suam & eorum consolationē: ecce Annaneel. In Hebreo habet
Annaneel patruelis tuus id est filius patrui tui & appendi ei argentum septē stateres
stater est medietas uncie secūdum q̄ dicit Isidorus. xvi. Etbym. & scripsi in libro. i.
in carta que solet fieri de talibus emptionibus. & sigillaui. s. sigillis debitis. & adhibui
testes ad maiorem certitudinem. & accepi librum possessionis id est emptionis per quā
habetur ius possidendi. signatum sigillis debitis. & stipulationes id est interrogatiōes
& responsiones uendentis & ementis: ut emis? emo. uendis? uendo. & rata id est uerba
utriusq; consensū exprimentia & signo forinsecus. i. cartam apertā cōsimilem clause
& sigillate quod fiebat antiqtus ut de facili posset homo uidere uirtutē carte clause.
Vnde i Hebreo sic habetur & discoopertum id ē scriptum & apertum. & pone illos
in uase fictili ut p̄manere possint diebus multis. s. usq; ad consumationē Babylonice
captiuitatis. si enim essent posite ille littere in uase precioso citius raperentur. & si in
lapideo uase uel aliquo huiusmodi citius putrefierent. propter lapideum humorē. uas
autem fictile siccum est propter decoctionem. Et orauit. Hic consequenter ponitur
confirmatio dicti per hoc q̄ Hieremias petit a domino perfectius instrui de ratione
emptionis dicte cum ciuitas esset de proximo capienda. & populus captiuāndus & dīs
respōdit: q̄ post captiuitatem populus ad loca sua reuertetur sic ergo proceditur: qa
primo ponitur Hieremie petitio. secundo domini responsio ibi & factū est. Sentētia
prime partis patet exceptis aliquibus que discurrētur. heu. heu. heu. ter ponitur ad
exprimendū dolorē Prophete de destructiōe tēpli. ciuitatis. & populi. in fortitudine
tua magna & brachio. repetitio est eiusdem ad maiorem expressionem. In deo enim q̄
est spiritus. brachium dicit eius potentia: sicut oculus eius notitia. nō erit tibi difficile

omne uerbum id est quodcunq; fieri possibile qui facis misericordiam in mi'ibus etc. id est promior es ad miserandum q̃ ad condemnandum. magnus consilio quia nullus potest scire dei consilium nisi quantum reuelauerit. & incomprehẽsibilis cogitatu qa quantumcunq; cognouerit deum intellectus creatus: remanet tñ ab eo incõprehẽsus: qui posuisti signa & portẽta in terra Egypti. signa proprie dicũtur: que significãt aliquid de presenti sicut subita conuersio uirge Moysi in serpentẽ fuit signũ uirtutis hoc facientis. portenta uero dicuntur q̃si porro tensa id est in longinquũ significãt de futuro: ut q̃ uirga Moysi deuorauit uirgas Magorum in portẽtum deuoratiõis Egyptiorum in mari Rubro per extensiõem uirge Moysi supra mare Exo. xiiii. usq; ad diem hãc est memoria huius in Israel & hominibus aliarum gentiũ. & fecisti tibi nomen. ostendẽdo q̃ tu sis deus Israel sicut est dies hec. i. sicut apparet in p̃senti. cetera patent usq; ibi: ecce munitiones extructe sũt aduersus ciuitatem id est arietes ad frangendum muros. & perrete ad proiciendum lapides intra ciuitatem. & turres lignee ad pugnandum de pari cum illis qui defendunt murum. a facie gladii & famis & pestilentie quia multi de illis qui erant in Hierusalem iam erant mortui gladio. & multi fame. & multi aeris corruptione. & tu dicis mihi domine deus eme agrum. Et factũ est. Hic consequẽter ponit domini responsio. & p̃mo de ciuitatis destructiõe secundo de populi destructione ibi & nunc. Sententia partis secunde patet usq; ibi in littera. & domos in quarum domatibus id est tectis. sacrificabant Baal tecta enim domoꝝ illius terre sunt plana. & ibi edificabãt altaria idoloꝝ ad maiorẽ reuerentiã ipsorum. Facientes malum ab adolescentia sua. adolescentia populi Israel dicitur in exitu de Egypto ut dictum est supra ca. ii. & ex tunc fuerunt idolatre ut patet in uituli adoratiõe Exo. xxxi. qa in furore & indignatiõe mea facta est mihi ciuitas hec id est digna uindicte & punitionis mee a die id est a tẽpore qua edificauerũt eã. & hoc fuit tẽpore Salomõis qa Hierusalẽ prius edificatã a Melchisedech ampliauit & triplici muro clausit. & ipse idolatra fuit. iii. Regũ. xi. & occasione eius multi de populo. auferetur de conspectu meo: per eius destructionem. cetera patent usq; ibi cũ docerem eos per Prophetas meos diluculo. i. ualde sollicite. & diligenter. & posuerunt idola etc. hoc potissime fuit tẽpore Manasse. iiii. Reg. xxi. & edificauerunt excelsa Baal que sunt in ualle filii Ennon. uidetur contradictio excelsa in ualle. Dicendum q̃ licet essent altaria ĩ ualle: tamẽ corpus altaris idoli erat excelsius q̃ altare domini ut initiarent id est consecrarent. de modo autem huius cõsecrationis dictum ẽ supra frequenter. Et nunc. Hic ponitur responsio de reductione populi. & primo continuatur hec littera precedentibus. cum dicitur: & nunc propter ista scilicet peccata predicta. Hec dicit dominus deus Israel ad ciuitatem hanc. illud q̃ postea sequitur. de qua uos dicitis tu Hieremia & alii Prophete q̃ tradatur etcetera. & ĩ ueritate erit ita. sed quid dicit dominus Israel ad hanc ciuitatem ultra. & subdit̃ responsio domini ecce ego cõgregabo eos de uniuersis etc. & loquit̃ de destructiõe captiuitatis Babylonice quia captiuitas per Salmanasar Regem Assyrioꝝ facta de regno Israel ultra montes Caspios non est adhuc reducta. & habitare eos faciam confidenter. non est hoc intelligendum pro omni tempore generaliter: qa aliquando populus de Babyloe reductus fuit ĩ magno timore aduersarioꝝ positus ut patet in Nee. & libris Mach. & dabo eis cor unum & uiam unam. qa a tẽpore illo nõ legit̃ populus ille cõmuniter ad idolatriã declinasse ut timeant me uniuersis diebus. quod impletũ est in credẽtibus de Iudeis & feriam eis pactum sempiternum quod aliqui exponũt de lege noua cui non succedet alia. In Hebreo tamen habetur pactum seculi. quod potuit exponi de

promissione eductionis captiuitatis Babylonice & conseruatione populi in terra. & non desinam eis benefacere. quoniã diu stabunt in obediẽtia mea. tales. n. ꝓmissiões sunt sub conditione: ut dictum est supra. xxviii. &. xviii. & letabor super eis cum bene eis fecero. deus enim non delectat in penis: sed in beneficus largiẽdis. & plãtabo eos in terra ista in ueritate etc. i. firmiter ita ꝙ non euellẽtur per captiuitatem q̃ diu adheserint mihi. Sed postq̃ negauerunt eũ coram Pilato dicentes nõ habemus Regẽ nisi Cesarem expulsi sunt de terra illa per Titum & Vespasianũ & per orbem dispsi sunt. Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande. s. destructionem ciuitatis & templi & populi. sic adducam super eos omne bonum. non simpliciter & absolute sed sub determinatione: ideo subditur: & ego loquar ad eos. s. reductionem de captiuitate ad terram propriam ideo subditur. & possidebuntur agri etc. & patet littera usq; ibi & scribentur. s. emptiones in libro. i. in cartis & ponit̃ hic singulare ꝓ plurali. sicut Exo. viii. uenit musca grauissima etc. & imprimetur signum. i. sigillum & testis adhibebitur etc. loquitur enim tãtum de regno trium tribuum scilicet Iude & Beniamin reuertentes igitur de Babylone non recuperauerunt regnũ Samarie sed manebant ibi gentiles qui dicebãtur Samaritani etiã tempore Xp̃i & in ciuitatibus que ad austrũ sunt. ille erant de sorte Iude que erat in parte australi terre ꝓmissionis sicut habetur Ios. xv. ca.

.XXXIII.

ET factum est. Hic consequenter describitur redemptio facta per Christum & quia talis reuelatio est ardua. Ideo primo premittitur quedam prefatio. secũdo subdit̃ narratio ibi. qa hoc dicit. Circa ꝑmũ ponit̃ ordo reuelatiõis respectu ꝓcedẽtis cũ dicit̃: secũdo. & locus in atrio carceris. & actor. hec dicit dominus q facturus est etc. in conceptione enim Xp̃i aliud factum est a deo per creationem. s. anima & corpus formatũ ẽ uirtute spiritus sancti & anima parata ẽ plenitudine gratie clama ad me sicut sancti predecessores tui orauerunt ad me promissione Xp̃i & exaudiam te. debito tamen tempore. & annuntiabo tibi ex nũc grandia & firma futura scilicet mysterium redemptionis fiende per Xp̃m quod est quid maximum & stabilissimum que nescis. quia istud mysteriũ non est comprehensibile a mortali homine. Quia hec dicit. Hic consequenter ponitur narratio ubi primo describitur modus redemptionis secundo persona redemptoris: ibi. ecce dies. Prima adhuc in duas quia ꝑmo breuiter repetit̃ populi captiuatio. Secũdo Xp̃i redẽptio ibi ecce ego: ut sic opposita iuxta se posita magis elucescant. Circa primum dicitur. Hec dicit dominus ad domos etce. & subditur que destructe sunt tunc enim ciuitas erat obsessa a Chaldeis ut dictum est ca. precedenti & per machinas proiciẽtes lapides intra ciuitatem domus iam in parte erant destructe & ad munitiões scilicet bladi & uini & uictualium que iam fere erãt consumpte in ciuitate & ad gladium uenientium ut dimittent cum Chaldeis contra ciuitatem. exercitus enim Chaldeorum semper augmentabatur. & impleant eas. s. interfectionibus fuerunt quasi instrumenta dei & executores iusticie ut frequenter dictum est. Ecce ego. Hic consequenter ponitur redemptio siue medicina. Circa qd̃ sciẽdum ꝙ totum residuum huius ca. exponit. Ra. Salo. de tempore Messie dicens illud omne ad implendum quod iã est adimpletũ. dicitur ergo in persona redẽptoris. Ecce ego obducam eis cicatricem. cũ enim cicatrix uulneris ẽ obducta: tũc ẽ uulnus perfecte sanatum. & sanitas perfecta data est per Xp̃m: & nõ per aliũ. & reuelabo illis deprecationem pacis & ueritatis id est pacem & ueritatem: pro qua deprecati sũt patres uet. te. Ideo Xp̃o nato clamauerũt angeli Luce. ii. gloria in excelsis deo. Et

in terra pax hominibus bone uolũtatis. & conuertã conuersionẽ Iuda & cõuersionẽ Hierusalem id est confitentium peccata sua & uenientiũ ad Ecclesiã que nominat Hierusalem Esa. ii. & Hebre. xii. & Apoca. xxi. & edificabo eos sicut a principio. principiũ edificationis fuit ĩ exitu de Egypto que edificatio fuit p signa & miracula diuine uirtutis ut patet in Exo. & libro Numerorum in pluribus locis. & hoc modo edificata est Ecclesia in aduentu Saluatoris ut patet in euangelio & emũdabo illos ab omni iniquitate sua etce. hec non possunt exponere Iudei de aliqua saluatione tẽporali populi ꝓterita. qa dicunt ꝙ in omni punitiõe & afflictione quã sustinuerũt usq; nũc & sust inuebũt usq; ad aduẽtũ Messie semp expiat aliq; pars pene debite pro uituli adoratiõe & ideo ista emũdatio ꝓprie ĩtelligit de Xpõ q p suũ sanguinẽ lauit nos a peccatis nostris que ẽ perfecta mundatio ꝓpter qd illis qui lauantur p baptismũ non imponitur aliqua pena satisfactoria pro peccatis preteritis qa baptismus delet penam & culpam. & erit mihi in nomen etc. sequitur cunctis gentibus terre. quia in omnibus gentibus sunt aliqui credentes Xpõ in quibus nominat & laudatur. & ante finem mundi perfectius implebit. que audierunt omnia bona. s. assumptionis nature humane operationis miraculorum. eductionis de inferno. & translationis in celo. & pauebunt & turbabunt. iste pauor & ista turbatio non sunt ire uel impatientie sed admiratiõis pre magnitudine diuine misericordie in predictis. Adhuc audiet in loco isto etc. secundum quod dicit Ra. Sa. hic est metaphorica locutio ita ꝙ p homines & pastores intelliguntur populi rectores. & per pecora iumẽta & greges intelliguntur subditi eorum. Vnde quod in fine dicit: adhuc transibũt greges ad manũ numerãtis sic exponit. i. populi sub manu Regis in capite eoꝝ procedentis. quẽ Regẽ ĩtelligit Messiam uenturum quem nos confitemur uenisse. & secundum hoc exponenda est sic littera. adhuc audietur in loco isto. i. in Ecclesia nomine Hierusalem significata: eo quod ibi fuit inchoata per Xpi predicationem: passionem. resurrectionẽ. & spiritus sancti missiõem. quem uos dixistis esse desertum. per Chaldeos in temporalibus & per demones in spiritalibus. & quid ibi audiatur: subditur. Vox gaudii & uox leticie. qd fuit impletum in Xpi natiuitate angelis deum iucunde laudantibus. Luce secundo. & in spiritus sancti missione quãdo Apostoli aliq; credentes uariis linguis loquebant magnalia dei Actu. ii. Vox sponsi. i. Xpi ibidem ꝓdicãtis & uox sponse. i. Ecclesie deum laudantis ut iam dictum est de Apostolis & portantium uota in domum domini quod uidemus impletum in credentibus cum diuinis laudibus ad Ecclesiã portãtibus uota sua. reducam enim conuersionem terre sicut a principio. i. per miracula reducã homines ad fidem sicut populum Israel per miracula eduxi de Egypto. adhuc erit etc. habitaculum pastorum etc. i. Apostolorum & successorum eorũdem in Ecclesia dei in ciuitatibus montosis etc. i. in omnibus mundi partibus exprimuntur tamen in speciali Hierusalem & Iudea & loca illa propiqua qa ibi incepit Ecclesia put cõtra synagogam distinguitur & hoc per predicationem Xpi & Apostolorum propter qd dixit eis Actu. i. Eritis mihi testes in Hierusalẽ & in omni Iudea & Samaria & usq; ad extremum terre. quia tamen pastores & populi sunt sub uno Rege Xpõ. Ideo subditur adhuc transibunt greges ad manũ numerantis id ẽ Xpi Regis cui cognitus est numerus electorum. Ecce dies Hic consequenter describitur ꝓsona redemptoris & primo quantum ad ueram humanitatem cum dicit: germinare faciã Dauid germẽ iusticie quia Xpus secundum carnem descendit de Dauid Matth. i. & ꝙ de Christo intelligatur ad litteram patet per translationẽ Chaldaicã que sic habet in loco isto. In diebus illis & in illo tempore statuam Dauid Messiam iustum. Secundo describit

quantum ad diuinitatem: cum ſubditur: & hoc eſt nomen qđ uocabũt eum: dominuſ iuſtuſ noſter. & ubi tranſlatio noſtra habet dominuſ. In Hebreo habetur nomẽ dñi Tetragrammaton quod de ſolo deo uero dicitẽ: ſicut fuit dictũ plenius ſupra. xxiii. ubi conſimiliſ autoritaſ ponitur: propter quod de expoſitione hic ꝓtranſeo breuius quia ibi poteſt recurri pro reſiduo huiuſ autoritatiſ: quod non eſt hic ad plenũ expoſitum. Sciendum tamen ꝙ ſicut illam autoritatẽ falſificauerũt Iudei ne cogerentẽ diuinitatẽ Xp̃i confiteri: ſic & iſtã dicenteſ ꝙ hec eſt littera. In diebuſ illiſ ſaluabitẽ Iuda & Hieruſalem habitabit confidenter & in hoc dicunt uerũ. ſed illud qđ ſequitẽ falſificant dicenteſ: & iſte qui uocabit eũ dominuſ iuſtuſ noſter. ita ꝙ nomen domini Tetragrammaton loco cuiuſ habemuſ dominuſ non refertur ad Meſſiã: ſed ad deũ: qui mittit eum. edificabit nouam Hieruſalem ſecundum eorum errorem ut dictum ẽ ſupra. xxxi. & ſic dicitur uocare eum inquantum ipſe met edificabit. ſed falſificatio iſta apparet per tranſlatiõem Chaldaicam que ubi noſ habemuſ & hoc eſt nomẽ: qđ uocabunt eum. ſic habet & hoc eſt nomen: qđ ipſi dicent ei. & ideo aliq correctoreſ noſtri qui ſic correxerunt: & hoc eſt nomen: quod uocabunt eum: uidentur in hoc aliquo modo ſequi falſificationem predictam. non introibit uir de Dauid etc. hoc ẽ impletum in Xp̃o: qui ſecundum carnem eſt de Tribu ſacerdotali & regia que erãt commixte & eiuſ regnum & ſacerdotium ſunt eterna: ſecundũ qđ adducit Apoſtoluſ ad Hebreoſ ſatiſ diffuſe: q offert holocauſtomata. oblatio enim Xp̃i in cruce cõtinet in ſe perfectiuſ uirtutem omnium ſacrificiorum ue. te. & ideo deſignatur hic ꝑ plura & per uaria ſacrificia ue. te. & iſtud ſacrificium offertur cottidie in Eccleſia in qua eſt Xp̃uſ ſacerdoſ & hoſtia. Si irritum poteſt fieri pactum meum etc. Iſtud pactum habetur Gen. viii. nox & dieſ non requieſcent. Eſt igitur ſenſuſ ſicut pactum illud fuit firmum: ita & illud quod dicitur hic de regno & ſacerdote. Sicut enumerari nõ poſſunt etc. iſtud impletũ eſt de Xp̃o deſcendente de Dauid cuiuſ ſemen ſunt fideleſ per orbem multiplicati ſicut ſtelle celi. Nunquid non uidiſti ꝙ populuſ hic ſcilicet Babylonicuſ locutuſ ſit dicens due cognatiõeſ ſcilicet Iude & Beniamin quaſ elegerat dominuſ aliiſ decem captiuatiſ priuſ per Regeſ Aſſyrioꝝ abiecte ſunt. ſic loquebãtẽ Chaldei poſtq̃ deſtruxerant regnum duarum Tribuum eſtimãteſ ꝙ illud regnũ nũq̃ deberet reſurgere. Ideo ſubditur ſi pactum meum inter diem & noctẽ. ut ſibi cõtinue ſuccedant q̃ diu durabit generatio hominum & legeſ celo & terre non poſui. dicũtur hic celi legeſ motuſ celi & influxuſ ſtellarum & legeſ terre productio terrenaſcentiũ equidem & ſemẽ Iacob & Dauid ſerui mei proiciam hoc eſt dictũ ꝙ ſicut iſte legeſ ſũt firme & ſtabileſ: ſic ſemẽ Iacob & Dauid erit ſemp corã me ſtabile & nõ aſſumã de ſemine eiuſ Principeſ quod impletũ potiſſime eſt in Xp̃o & Apoſtoliſ & eoꝝ ſucceſſoribuſ pſal. xliiii. Cõſtituesẽ eoſ principeſ etc.

.XXXIIII.

Verbum quod factum eſt. Hic Hieremiaſ predicit Sedechie finem. Et diuidit in duaſ parteſ quia primo predicit finem Sedechie Regiſ. Secũdo arguit ipſum & populum de tranſgreſſiõe diuine legiſ ibi. Verbum quod factum eſt. Circa primũ ponitur tempuſ: cũ dicitur quando Nabucho. Rex Babyloniſ & iſta obſidio incepit nono anno Sedechie. & anno. xi. eiuſ capta fuit ciuitaſ ut habetur infra xxxix. & de iſta captiõe ſubditur. Ecce ego tradam ciuitatem hanc. & ſubditur finiſ Sedechie & primo quantum ad malum pene cum dicitur & tu non effugies de manu eiuſ etce. quia exercituſ Chaldeorum comprehendit Sedechiam fugientem & adduxit eum ad Regem Babylõiſ in Reblata ut habetur. xxxix. Ideo ſubditur & oculi tui oculoſ Regiſ Babyloniſ uidebunt. & oſ eiuſ cum ore tuo loquetur. ſicut dicitẽ infra. xxxix.

ꝙ locutus est ad eum iudicia eum arguendo de infidelitate & periurio propter quod fecit occidi filios eius coram eo & postea ipsum exoculari & in Babylonē duci. Scdo predicitur finis Sedechie quantum ad bonum cum dicitur: non morieris in gladio. i. morte uiolenta sed in pace. i. naturali morte & sepelieris honorifice. Ideo subditur: & secundum combustiones patrum tuorum etc. In sepulturis enim regū comburebāt aromata non solum contra cadaueris fetorem sed etiam ad defuncti honorem & ueh domine plangent te. cantando carmen lugubre sicut in sepulturis sollemnibus cetera patēt usq; ibi. Hec enim super erant. s. nondū capte. s. Hierusalē Lachis & Azecha aliis omnibus iam captis a Chaldeis. Verbum. Hic consequenter Hieremias arguit Regem & populum de transgressione diuine legis. Et diuiditur in duas partes quia primo ponitur transgressio. secundo transgressionis punitio ibi: propterea. Circa primum sciendum ꝙ Exo. xxi. dicitur si emeris seruum Hebreum sex annis seruiet tibi. in anno. vii. egredietē liber gratis ꝙ nō poterat ultra teneri nisi uellet remanere tempore autem Sedechie & ante tenuerant seruos & ancillas diutius per auaricia suā tamen admonitionem Hieremie & aliorum bonorum Rex Sedechias & eius subditi statuerunt firmiter dimittere seruos suos Hebreos & ancillas secundū preceptū legis: & ut hec ordinatio esset firma sciderunt uitulum in duas partes & inter illas partes transierūt Rex & Prīcipes ad significandū ꝙ sic eēt dignus occidi & diuidi infringēs illam ordinationem. & talis modus confirmādi aliquid tunc temporis erat potissimus. Veruntamen isti postq̄ dimiserant seruos & ancillas cupiditate ducti retraxerūt ad se redigendo in seruitutem & sic non solum peccauerunt contra legem diuinam sed etiam contra statutum proprium pena mortis firmatum: ut dictum est. & secundum hoc patet littera paucis exceptis. predicans id est sollēniter denūtians. & maculastis nomen meum. quia illud pactum ad maiorem sollemnitatem fuerat factum in domo domini. & in noie ipsius. & sic transgressio erat quodāmodo ī iniuriā & irreuerentiā nominis diuini. Propterea. Hic consequenter ponit transgressionis punitio cū dicit: Ecce ego predico uobis libertatem ita ꝙ non sitis serui mei nec ego dominus uester ad uos defendendum. ad gladium & ad famem & ad pestem. a quibus uos non pregā & dabo uos in commotionem cunctis regnis terre. eiciendo uos in captiuitatem. & ē hyperbole ad denotandum magnam dispersionem Iudeorum quia tunc non fuerunt dispersi per totum orbem. sed postea per Romanos. & dabo uiros qui preuaricantur fedus meum. i. legem Exodi predictam. & non obseruauerūt uerba federis. i. statuti sui predicti propter quod exponendo subditur uitulum quem conciderunt etc. id est pactum in sectione uituli confirmatum modo predicto. cetera patent usq; ibi: & in manu exercituum Regis Babylonis qui recesserunt a uobis. cum enim exercitus isti obsedissent Hierusalem nono anno Sedechie ipse & subditi sui fecerūt pactū p̄dictū de dimissione seruorum ad impetrandum dei auxilium. & postea exercitus Egypti exiit ad leuandum obsidionem Chaldeorum de Hierusalem quod audientes Chaldei dimiserunt obsidionem ut occurrerent Egyptiis & tunc Iudei credentes esse liberati a Chaldeis retraxerūt ad se seruos suos quos dimiserant liberos sicut multi ī periculo positi faciūt deo ꝓmissiōes & uota: sed transeunte periculo. nihil faciunt. propter qđ ex diuino iudicio Egyptii territi redierūt ī Egyptū. & similiter Chaldei ad obsidi/ onem Hierusalem quam dimiserant. Ideo subditur: ecce ego precipio. s. reuersionem Egyptiorum. & reducā eos. s. Chaldeos in ciuitatē hāc. s. Hierusalē ad destruēdū ipsā.

VErbum. superius Hieremias passus est iniuriam a .XXXV.
Sedechia Rege: Hic patitur iniuriam a Ioachim eius fratre. Ista iniuria fuit

prior precedente quantum ad tempus: ut dictum est supra .xxxii. Et diuiditur in duas partes quia primo Hieremias arguit Regis & populi inobedientiam. secundo ex hoc patitur iniuriam. ca. xxxvi. Primum declaratur exemplo Rachabitarum. Ideo primo ponitur exemplum. secundo applicatur ad propositum ibi: & factum ē. Circa primum ponitur tempus: cum dicitur. In diebus Ioacim filii Iosie. q regnauit ante Sedechiam ut dictum est supra. xxii. uade ad domum Rechabitarum id est ad domum in qua sunt hospitati ut uidebitur infra & introduces eos in domo dñi. per hoc nō intelligitur templum sed edificia ad ipsum pertinentia. Ideo subditur: in unā exedram. id ē cameram thesaurorum. erant enim plures Thesaurarii tēpli qa aliqui custodiebant uasa aurea. alii argentea. alii uestes sacerdotales. & consimilia. & ꝑpe templum habebant edificia pro repositiōe talium & pro sua habitatione. & dabis eis bibere uinum id est offeres: quia ipsi non biberūt ut infra habetur. nec istud ꝑceptū domini & executio eius per Hieremiam fiebant ad hoc ꝙ ipsi biberent: sed ut ꝑbaret eorum obedientia ad Ionadab patrem suum qui eis prohibuerat uini potū & assūpsi Iezoniā etc. isti omnes erant de Rechabitis filii Iedolie hois dei. Iste fuit Propheta secundum quod dicit. Ra. Sa. propter quod Hieremias confidentius iuit ad locū illū cum Rechabitis qđ erat iuxta Gazophilacium Prīcipū. sic nominatū eo ꝙ oblatiōes Principum ibi seruabantur. super thesaurum. i. prope locum thesauri Maasie filii Sellum qui erat custos uestibuli. i. loci ubi reponebant uestes sacerdotū. cetera patēt usq; ibi. Obediuimus ergo Ionadab. Vnde ab isto incepit modus uiuendi religiosus. per talem enim modum uiuendi ostendebant tantum se esse ꝑgrinos in ꝑsenti uita. & tendere ad uitā manentē. & dicunt doctores Hebrei & Latini ꝙ isti descenderūt de Iethro socero Moysi. Cum autem ascendisset Nabuch. Rex Babylonis ad terrā nostram etc. hoc dixerunt ad suam excusationē de hoc ꝙ tunc manebāt infra domū in Hierusalem ut dicitur in principio huius ca. q̄si dicant nos fecimus hoc necessitate compulsi que non habet legem. Et factum est: Hic applicatur ad propositum quia Rechabite firmiter obedierant homini & Rex Ioachim cum populo suo uolebant obedire deo omnium patri & creatori exquo concluditur ꝙ merito erant arguendi & puniendi & patet littera paucis exceptis. ego autē locutus sum ad uos ꝑ Prophetas meos. De mane consurgens id est sollicite & diligenter uocaui illos per Prophetarum uerba & attrahendo eos per beneficia & deterrendo per flagella. & non respondent mihi uerba Prophetarū reuerenter audiendo & beneficiis meis regratiādo. & timore flagellorū a malis se retrahendo. cetera patent in littera etc.

.XXXVI.

ET factū est. Hic cōsequenter inferē iniuria Hieremie. Secūdo ab eo resumitē ꝓphetia ibi & factum est. Prima i tres quia primo Hieremias recludit. scđo liber eius comburitur ibi. misit itaq; . tertio ad mortem queritē ibi & precepit. Prima in duas quia primo ponitur iniurie occasio. secundo Hieremie reclusio. secunda ibi & precepit. Occasio autem reclusionis fuit: quia arguebat uitia Regis & populi denuntians super eos uentura flagella dei nisi a peccatis resilirent. Circa primum ponitur tempus cum dicitur. In anno quarto Ioacim etcetera. & sequitur ex diebus Iosie. tempore enim Iosie cepit Hieremias prophetare ut dictū est supra in ꝓncipio huius libri. Si forte audiente domo Iuda etc. per hoc non intelligitur in deo aliqua ignorantia respectu futuri sed per hoc designatur libertas arbitrii per quā Rex & populus poterāt a malis suis reuerti. cetera patēt. Et ꝑcepit. Hic cōsequēter oñdit Hieremie reclusio. Ioacim. n. reclusit eū ne prophetiā suā publicaret in populo sed quod non est executus per se ipsum: executus est per Baruch amicum suum: quia qđ

per amicoſ facimuſ quodammodo per noſmetipſoſ facimuſ: ut dicit Philoſophuſ. viii. Ethycoꝝ & patet littera uſq; ibi. in die ieiunii. Dicũt aliq ꝙ fuit ĩ feſto expiatiõis in quo tenebãt Iudei affligere animaſ ſuaſ Leui. xxiii. ſed textuſ uidet cõtradicere quia infra dicitur ꝙ iſtud ieiunium de quo fit hic ſermo fuit mẽſe nono. feſtum uero expiationiſ fiebat decima die menſiſ ſeptimi. & ideo alii dicunt ꝙ iſtud ieiunium fuit tunc populo publice impoſitum: quia auditũ fuerat in Hieruſalẽ qđ Rex Babylõis ſe diſponebat ad ueniendum cõtra Hieruſalem & Iudeã ſicut Niniuite p̃dicauerũt ieiunium audito uerbo Ione Prophete de futura ſubuerſione Niniue. Sed quia taliſ afflictio corporiſ non ualet coram deo: niſi boieſ reſiliant a peccatiſ ideo Hieremiaſ miſit Baruch ad legendũ prophetiã ſuã in preſentia omnium. cetera patent uſq; ibi. in ueſtibulo ſuperiori ut de loco alto Baruch audiretur a populo exiſtente in atrio. ad quod conueniebat populuſ ad orandum. & uerbũ dei audiendũ in introitu porte noue. iſta erat porta quã Ioathã edificauerat ut dictũ ẽ ſupra. xxviii. cetera patẽt in littera. Miſit itaq;. Hic conſequenter liber Hieremie comburitur: cum dicitur: miſit itaq; Rex Iuda. In Hebreo habetur Ichudi & in Latino ſignificat Iudeum quia licet Iudeuſ ſit nomen appellatiuum: iſti tamen erat appropriatum: ſicut apud noſ aliquiſ proprio nomine uocatur Xp̃ianuſ q̃uiſ ſit nomen commune aliiſ. cetera patent uſq; ibi. Et poſita erat arula. eſt autem arula inſtrumentum ferreum in quo ponunt carbõeſ ardenteſ pro calefactiõe magnoꝝ. Cũq; legiſſet uidit treſ pagellaſ uel quattuor. Ra. Sa. dicit treſ uerſuſ uel quattuor dicenſ: ꝙ legebat lamentatiõeſ Hieremie & legerat quattuor uerſuſ complete. ſ. quomodo ſedet etc. ploraſ plorauit etc. migranſ migrauit etc. uie Sion lugent etce. & cum incepit quintum. ſ. facti ſunt hoſteſ eius in capite. tunc Rex impatienſ noluit pluſ audire: ſed fecit librum incidi: & cõburi: ideo ſubdit ſcidit illud ſcapello ſcribe. i. paruo cultello ſcriptoriſ ſtelligẽdũ ꝙ hoc fecit de precepto Regiſ. Vnde poſtea ſubdit. ueruntñ Eliathan & Dalaiaſ & Gamariaſ contradixerunt Regi. nõ contentioſe ſed uerbiſ deꝑcatoriſ. Vnde in Hebreo habetur deprecati ſunt Regem. Et precepit. Hic cõſequenter Hieremiaſ ad mortem queritur cum dicitur: & precepit Rex etc. ut comprehenderent Baruch Scribam & Hieremiam Prophetam. Hieremiaſ autem iam erat recluſuſ in carcere ut dictum eſt ſupra & non querebatur ad incarcerandum ſed ad occidendũ. dominuſ autem abſcondit eoſ. quia ubi defecit remedium humanum: affuit diuinum. & patet in hoc magna obſtinatio Ioacim Regiſ qui non ſolum Prophetam domini propter ueritatem in carcere recluſit ſed etiam eum interficere queſiuit. Et factum eſt. Hic conſequenter Hieremiaſ reſumit ſuã prophetiã non ſolũ loquendo ſed etiã ſcribẽdo & hoc de domini mandato & ad confirmationem ueritatiſ libri combuſti. & primo ponitur hoc mandatũ & patet. Secundo ſubdit ipſiuſ Ioacim punitio de libri cõbuſtione cum dicitur. Hec dicit dominuſ etc. & patet littera uſq; ibi. non erit ſup ex eo qui ſedeat ſuper ſolium Dauid. ſ. ſtabiliter. licet enim Ioachin filiuſ eiuſ pro eo fuerit Rex ſubſtitutuſ tamen regnauit tantum tribuſ menſibuſ ut dictum eſt ſupra. xxii. & habetur. iiii. Re. xxiiii. & ideo regnum eiuſ pro nihilo computatur. Et cadauer eiuſ. ſ. Ioacim filii Ioſie proiciet etc. Rex enĩ Babyloniſ uenienſ contra iſtũ Ioacim cepit eum: & cum ei reddidiſſet tributum tribuſ anniſ audienſ ꝙ rebellare uolebat & Regi Egypti adherere: miſſiſ exercitibuſ iterum cepit eum & interfectũ p̃iecerunt extra portaſ Hieruſalem ut dictum eſt ſupra. xxii. cetera patẽt uſq; ibi: Hieremiaſ autem ubi ponitur reparatio libri combuſti & cum hoc ſuperadditio ſicut dicitur in fine. & ſuperadditi ſunt ſermoneſ etc. Dicit autem hic Ra. Sa. ꝙ in libro primo quẽ

combuſſit Ioacim erant ſcripta tantum tria capitula lamentationum. ſ. primū. ſcām. & quartum. In quibuſ eſt Alphabetum Hebraicum ſimplex qa ſinguli uerſuſ ſinguliſ litteriſ incipiunt ſed in iſto ſecundo fuit additum tertium capitulum ſcilicet. ego uir uidenſ etc. in quo alphabetum ē triplicatū quia ſub q̄libet littera ſunt treſ uerſiculi Sed cōtra iſtud dictū uidet̄ qa in lamentatiōibuſ Hieremiaſ deplorat deſtructionē ciuitatiſ factā que deſtructio fuit poſt tēpuſ Ioacim. De libro uero p̄mo Hieremie dicitur in principio huiuſ cap. Tolle uolumen libri & ſcribeſ in eo omnia uerba que locutuſ ſum ad te ex diebuſ Ioſie uſq; ad hanc diem que erat in quarto anno regni Ioacim ut ibidē p̄mittitur. ad quod poteſt dici q̄ non ſolum tempore Ioacim ſed etiā ex principio quo Hieremiaſ cepit prophetare & in multis locis eam denuntiauit per modum preteriti tanq̄ factam licet eſſet uentura ut patet in p̄cedētibuſ & hoc p̄pter certitudinem prophetie & quia in propheria Hieremie ordo temporiſ non ſeruatur.

ET regnauit ſuperiuſ ſcriptum eſt quid Hieremiaſ .XXXVII. paſſuſ eſt a Regibuſ. Hic conſequenter ponitur quid paſſuſſit a Principibuſ. Et diuiditur in duaſ parteſ quia primo ab eiſ incarceratur. ſecūdo eiuſ morſ p̄curat̄ ca. xxxviii. Prima in duaſ quia primo ponit̄ Sedechie poſtulatio. ſcd̄o Hieremie incarceratio ibi ergo. Circa primum ponitur cōditio poſtulātiſ cū dicit̄: & regnauit Rex Sedechiaſ iſte uocatur Sellum ſupra. xxii. & Mathatiaſ. iii. Regū. xxiii. ſed Rex Babyloniſ eum Regem conſtituenſ pro Iechonia uertit nomen eiuſ Sedechiā q̄ ſonat iuſticiam dei ut eſſet memor Regi Babyloniſ fideliter ſeruire. & Egyptiuſ nō fauere. & non obediuit ipſe & ſerui eiuſ etce. quia contra monitionem Hieremie ex ore domini fecit feduſ cum Egyptiuſ & rebellauit Regi Babyloniſ. Secūdo ponitur moduſ ſue poſtulationiſ ſcilicet per nuntioſ cū dicitur: & miſit Rex Sedechiaſ etc. ad Hieremiam Prophetam dicenſ ora pro nobiſ dominum: dicit enim Rab. Sal. q̄ iſte Sedechiaſ erat de ſe manſuetuſ. ſed per malum conſilium fuit deceptuſ. Hieremiaſ aūt libere ambulabat: hoc dicitur ad oſtendendum Regiſ reuerentiam erga eum qa ipſū uenire ad ſe non iuſſit: ſed ad eum ſollemneſ nuntioſ miſit, non enim miſerant eum in cuſtodiam carceriſ. ſ. Principeſ Ioachim tamen Rex eū incarceraverat p̄uſ ut dictū eſt in c. precedenti. Tertio ponitur cauſa poſtulationiſ Sedechie cum dicitur. Igitur exercituſ Pharaonis Chaldei enim obſidenteſ Hieruſalē audienteſ Egyptioſ uenire in auxilium Iudeorum dimittenteſ obſidionē occurrerunt Egyptiuſ. & tūc Sedechiaſ parauit ſe liberandum ſimpliciter a Iudeiſ. propter quod queſiuit a Hieremia ſuper hoc domini reſponſū. ſed audiuit ab eo contrariū. Vnde ſequit̄ reſponſio Hieremie ecce exercituſ Pharaonis qui egreſſuſ eſt uobiſ in auxilium ſupple uobiſ nō ualebit. Ideo ſubditur reuertetur ſ terram ſuam. Dicit aūt hic Ra. Sa. q̄ Egyptii uenieb̄t in nauibuſ p̄ mare & dominuſ fecit apparere ſup mare ſimilitudineſ hoīm ſubmerſoꝝ & tunc dixerunt Egyptii iſti ſunt patreſ noſtri qui fuerunt ſubmerſi pro Iudeiſ ad quorum auxilium procedimuſ. & ſic indignati redierunt. ſed iſtud uidetur fi cticium quia ab exitu de Egypto q̄ndo illi fuerūt ſubmerſi uſq; ad tēpuſ Sedechie fluxerūt anni nongenti uel circiter q̄ autē Egyptii qui erant hominеſ ſenſati crederēt corpa tanto tempore in mari duraſſe abſq; omnimoda diſſolutione nō ē aliq̄liter ueriſimile. Et ideo ſicut dictū eſt ſupra redierunt moti timore quia Chaldei tanq̄ potētioreſ iā occupauerant magnam partem terre Regiſ Egypti ut habetur. iiii. Reg. xxiii. & redient Chaldei ad obſidendum & deſtruendum Hieruſalem. cetera patent uſq; ibi. Sed & ſi percuſſeritiſ etc. q. d. q̄ uoluntaſ dei eſt q̄ p̄ualeant uobiſ finaliter: & ideo ſi non remanerent inter eoſ niſi ualde pauci & cum hoc uulnerati tamen preualerēt

uobis finaliter uirtute dei cui non potest resisti. Ergo. Hic consequenter ponitur Hieremie incarceratio & subditur Sedechie iterata interrogatio ibi. mittens autem. Circa primum sciendum q̄ exercitu Chaldeoꝝ existēte circa Hierusalē Hieremias non poterat ire ad terram suam propter quod dimissa obsidióe propter Egyptios ut predictum est tunc Hieremias uoluit ire. & hoc est quod dicitur: ergo cū recessisset etc. & patet littera usq; ibi. & diuideret ibi possessionem id est agrum quem emerat: ut habetur. xxxii. possideret possessionē eius accipiēdo & sic separando seu diuidēdo a uenditore in cōspectu ciuium. uidebat enim cito populum in Babylonē ducendū & ideo uolebat in possessionem se ponere. Cunq; uenisset ad portam Beniamin. sic nominatam quia ad sortem Beniamin ducebat: erat ibi custos etce. filii Ananie. dicit Ra. Sa. q̄ iste custos erat nepos Ananie cuius mortem nūtiauit festinā Hieremias supra. xxviii. propter quod erat pronus ad inferendum calumniam Hieremie. s. q̄ fugeret ad Chaldeos ut proditor ciuitatis. propter quod nō audiuit eius excusationē & adduxit eum ad Principes q̄ erant cum ipso Sedechia Rege ut predictum est. cesū eum miserunt in carcerem. tanq̄ dignum non solum carcere sed etiā plagis siue morte q̄ erat in domo Ionathan & ille carcer erat durior alius. Itaq; ingressus ē Hieremias domum laci id est in carcerem iuxta lacum in qua proiciebantur ad mortē cōdēnati ut habeē ca. sequenti & in ergastulū. i. laboris locū ab ergon q̄ est labor & nomina/batur sic quia laboriosum erat ibi esse. & quia relegati ibi cogebant laboriosa opari. Mittens autem. Hic consequenter ponitur Sedechie iterata interrogatio cum dicit: interrogauit eum in domo sua ad quam fecit eum uenire abscondite ne offenderet Principes qui eum incarceraverant. putas ne est sermo a domino? ut doceas me de futuro. & ait in manu Regis Babylonis traderis non celans ueritatem timore mortis. quid peccaui tibi etc. q. d. non merui erga te uel seruos tuos incarcerari quia quicqd locutus sum: dixi de mandato domini qđ probat cōsequenter p falsitatē Prophetarū contrarium asserentium. d. ubi sunt Prophete uestri etce. q. d. per effectum patet q̄ dicebant uobis falsum. Consequenter ponit suam supplicationem. d. nunc etce. ne me remittas ī domum Ionathe. qa erat carcer nimis durus cui assensit Rex nō de totali liberatione propter Principes sed de mutatione carceris ad locum magis humanum & prouidens ei de uictu. excepto pulmento. per hoc intelligitur q̄ cum pane dareē ei pulmentum Hebrei tamen dicunt q̄ littera hec est uera de uico panificum & sic non exprimitur hic datio pulmenti sed locus unde puideret ei. .XXXVIII.

HVdiuit. Hic cōsequenter a Principibus mors Hieremie procuratur. Et diuidit in duas partes quia primo ponit huiusmodi procuratio. secundo Hieremie sub/leuatio ibi: audiuit autem. Circa primum ponitur occasio procurationis cum dicitur: audiuit autem Saphacias etc. sermōes quos Hieremias loquebatur ad omnem populū licet enim esset reclusus in uestibulo carceris tamē ad locum illum poterant homines ingredi quibus non tacebat ueritatem de futuris sicut patuit per effectum postea. & subditur mortis eius procuratio cum dicitur. Rogamus: ut occidatur homo iste. de industria enim etc. q. d. denuntiat falsa tanq̄ hostis Reipublice & subditur cōcessio ecce ipse in manibus uestris est etce. licet autem Rex hoc concesserit: ne incurreret maliuolentiam Principum: tamen non excusatur a peccato mortali consentiendo in mortem innocentis Prophete dei. tulerunt ergo Hieremiam & proiecerunt eum in lacum ut ibi moreretur fame & demersione intra lutū & sic dura morte. Audiuit aūt Hic ponit ipsius Hieremie subleuatio. Et diuidit in duas partes qa p̄mo ponit sub/leuatio Hieremie. Secundo cōsolatio Sedechie ibi. & misit Rex. Circa primū dicit:

audiuit aũt Abdemelech Ethiopſ. hoc exprimitur ad denotãdũ Iudeoꝝ crudelitatẽ qui non compatiebantur Hieremie. & ei compatiebatur homo nationiſ extranee. Dicit tamen Ra. Sa. quia due ſunt dictioneſ taleſ Abdemelech. i. ſeruuſ Regiſ & ſic non eſt nomen alicuiuſ hominiſ determinati. ſed ſerui Regiſ indifferẽter ꝑ quocũq; & quod ſubditur Ethiopſ dicit & uerum eſt ꝙ eſt ibi Ihuſi ꝙ ſignificat Ethiopem in quocunq; caſu in ſingulari quia omnia nomina Hebrea ſũt indeclinabilia ſicut apud noſ cornu & gelu & ſic dicit ꝙ Ihuſi ẽ genitiui caſuſ. i. Ethiopiſ & referẽ ad Sedechiã eo ꝙ erat denigratuſ uita & fama: & ſic in aliiſ locis conſequenter ſic eſt intelligendũ ſed littera hic & in ſequẽtibuſ uidetur magiſ dicere ꝙ Abdemelech ſit nomẽ ꝓprium & ꝙ fuit ethiopſ natione uir eunuchuſ id eſt caſtuſ & honeſtuſ cetera patent uſq; ibi pone uetereſ pannoſ etc. per talem enim modum poterat leuari faciliuſ & extrahi de luto. Et miſit Rex. Hic conſequenter ponitẽ Sedechie conſultatio ubi ꝓmo conſiliũ queritur. ſecundo datum renuitur ibi & dixit Rex. tertio ſub ſecreto ponitur ibi. dixit ergo. Circa primum ponitur interrogatio Sedechie cum dicitur: & tulit ad ſe Hieremiam. nolebat enim ad ipſum ire duplici decauſa tum qa non decebat ire regẽ ad carcerem: tum quia uolebat factum ſuum abſcondere quãtum poterat. Secretiuſ autem poterat Hieremiaſ ad Regem adduci q̃ ꝙ iret Rex ad eũ qa Regeſ incedũt cum magna comitiua hominum ad hoſtium tertium. Erant enim ante templum dñi tria atria. ſ. mulierum uirorum & ſacerdotum ut dictum fuit. iii. Re. Hoſtium autẽ atrii ſacerdotum erat tertium. & ipſe fecit eum uenire uſq; ad locum illum. Ideo qđ ſequitur quod erat in domo domini. non accipitur pro domo templi preciſe: ſed etiã pro edificiiſ aliiſ ad templũ pertinentibuſ. Et dixit Rex petẽdo a Hieremia diuinũ oraculum & conſilium. ſecundo ponitẽ Hieremie reſponſio ibi. dixit aũt. Premittitẽ autem Hieremie aſſecuratio cum dicitur: ſi annuntiauero tibi etc. & queritẽ aſſenſuſ ad diuinum conſilium cum dicitur & conſilium dedero etce. Primum autem conceſſit Sedechiaſ. Ideo ſubditur: Iurauit ergo Sedechiaſ Hieremie clam ne prouocarentur Principeſ ſi feciſſet hoc manifeſte. Viuit dominuſ. etc. i. ſicut eſt uerum ꝙ deuſ uiuit & animaſ noſtraſ creauit. ſi occidero te. accipitur hic ſi pro non. q. d. ſicut uerum eſt illud quod dixi: ita uerum eſt ꝙ nõ occidam te per meipſum nec etiam per aliũ. Ideo ſubditur & ſi tradidero te in manuſ uirorum iſtorum. ſ. Principum qui poſuerant eũ in lacum ut dictum eſt. cetera patent uſq; ibi. & ſuccendẽt eã igni. q. d. tu eriſ cauſa huiuſ incẽdii: quod reputabatur peccatum grauiſſimum. Et dixit. Hic cõſequenter conſilium datum renuitur: cum dicitur: ſollicituſ ſum propter Iudeoſ. in quo apparet malignitaſ Iudeorum & crudelitaſ quia Sedechiaſ magiſ timebat eoſ q̃ extraneoſ. & illudant mihi. inferendo mortem obprobrioſam & uilem. pluſ enim timebat modum moriendi obprobrioſum: q̃m ipſam mortem. cetera patent uſq; ibi: & ipſe dicet tibi improperando preualuerunt aduerſum te uiri pacifici tui id eſt Prophete falſi de / nuntianteſ pacem tibi. demerſerũt te in ceno. i. ad ſtatũ uilitatiſ. & in lubrico pedeſ tuoſ. dando tibi occaſionẽ ruine. & receſſerunt a te. quia imminente captiõe ciuitatiſ trãſfugerũt ad Chaldeoſ cetera patẽt. Dixit ergo. Hic cõſequẽter negotiũ i ſecreto ponitur. timebat enim offenſam Principum ſi ad eorum noticiã perueniret tractatuſ inter ipſum & Hieremiam. & patet littera uſq; ibi. proſtraui ego preceſ meaſ coram Rege ne me reduci iuberet in domo Ionathan. In hoc uerũ dicit Rex aliter Hier. non obediuiſſet ei mentiendo. & hoc patet ex hoc ꝙ ſupra dictũ eſt ꝙ Rex iurauit ei ꝙ non interficeret eum nec traderet eum in manuſ Principũ qui miſerant eũ intra lacum: qui erat ī domo Ionathan Scribe. nec eſt ueriſimile ꝙ Rex iuraſſet de aliquo

quod Hieremias nó petiuisset cetera patẽt in littera. .XXXIX.

IN no nono. supius descripta ẽ destructio Hierusalẽ ꝑphetice. Hic cõsequẽter describitur historice. Et diuiditur in duas partes quia primo fit propositũ. scdo ponitur quoddam correlarium. ca. xlv. Prima in duas: qa primo describit̃ ciuitatis captio. secundo populi remanentis ordinatio ibi. & reliquias. Circa primum ponitur primo tempus obsidionis: cũ dicit̃. Anno. ix. Sedechie. Secundo tempus captionis cũ dicit̃. xi. aũt anno etc. & patet littera. Tertio describit̃ ipsa captio cum dicit̃: apta est ciuitas fractis muris exterioribus & portis. Ideo subdit̃: & sederũt in porta media Neregel etc. disposuerunt enim se ad inuadendum portas secũdi muri qđ cũ uidissẽt Sedechias & uiri eius uidentes ꝙ non poterant resistere: territi fugerunt per uiam horti regis. i. que ducebat uersus hortum. & per portam que erat inter duos muros. Dicit Ra. Ra. ꝙ ibi erat una porta ad ingrediendum uineam subterraneam: cuius exitus erat longe a ciuitate: per quam fugerũt. persecutus est autem eos exercitus Chaldeorum per indicium Iudeoꝝ qui transfugerant ad Chaldeos ut dicit Iosephus Ra. Sa. autem dicit ꝙ deus fecit apparere unã ceruã que ī supficie terre currebat super uiam subterraneam & Chaldei eam sequentes uiderũt Sedechiam & uiros eius a longe exeuntes super terram & sic eos ceperunt: ut dictum fuit diffusius. iii. Re. cetera patent usq; ibi: & locutus est ad eum iudicia. Primo uerbo arguendo eum de infidelitate & periurio. Secũdo facto filios eius occidendo corã eo & omnes nobiles qui dederant ei consilium rebellandi. Ra. Sa. dicit ꝙ nobiles dicũtur hic. lxx. senes Iudices populi cum Rege & summo sacerdote quod fuerat institutũ a tẽpore Moysi ut habetur Numeri. xi. ꝙ. lxx. senes sustinerẽt onus regiminis cum ipso & dicit: ꝙ isti relaxauerunt iuramentum Sedechie quod fecerat Regi Babylonis propter quod fecit occidi eos. Et domum uulgi id est domos accipiendo singulare pro plurali quia Chaldei incenderunt domos Hierusalem per circuitum ut habetur. iiii. Reg. ultim. Et reliquias. Hic consequenter ponitur ordinatio populi remanẽtis & primo q̃tum ad eos qui presentes erant. Secundo quantum ad eos qui fugerant. xl. ca. ibi cumq; audissent. Prima in duas diuiditur quia primo ponitur ordinatio generalis. secundo specialis ibi. preceperat. Circa primum sciendum ꝙ populus in ciuitate & territorio repertus post destructionem ciuitatis erant in duplici differentia: quia aliqui ante captionem fugerant ad Chaldeos & aliqui inuenti fuerunt: qui non transfugerant: & isti erant in duplici differentia quia aliqui erant alicuius ualoris seu reputationis: & isti cum precedentibus fuerunt translati in Babylõem. Alii erant paupes & nullius reputationis in aliq̃ arte & scientia & isti fuerunt dimissi in terra ad colendũ terras: & uineas: reddendo inde tributum Regi Babylonis per Godoliam quem prefecit eis & secundum hoc patet littera. Preceperat autẽ. Hic consequenter ponit̃ ordinatio specialis. s. de persona Hieremie interponitur cum saluatione Abdemalech ibi. ad Hieremiã. Circa p̃mũ patet littera usq; ibi: tolle illũ de carcere ī quo positus fuerat. ut dictum est. c. precedẽti. & pone super eum oculos tuos. ei in omnibus cõpatiendo cetera patent usq; ibi. & tradiderunt eum Godolie. ut ei conuenienter de necessariis prouiderent. Ad Hieremiã. Hic saluatio Abdemelech interponit̃. & scdo ordinatio circa Hieremiam resumitur in principio. xl. ca. Circa primũ ponit̃ tẽpus reuelatiõis facte Hieremie de Abdemalech salute cum dicitur. Cum clausus eẽt etc. cetera patẽt usq; ibi. Et erunt in conspectu tuo in die illa id ẽ uidebis sermones meos ꝑ Hieremiã dictos impleri. & non traderis in manus uirorum. modus tamen liberationis non plus hic exprimitur. cetera patent. .XL.

SErmo qui factus est etc. hec ordinatio circa Hieremiam resumitur. Circa quā sciendū ꝙ sicut dicit R.a. Sa. Hieremias uidens populum duci in Babylonem in uinculis & catenis iuit usq; ad Ramā & ponebat se uolūtarie inter ligatos & catenatos supponēs collū suū catenis eorū scd̄m qd̄ poterat: ꝓpter qd̄ Nabuzardā cui Rex eū cōmendauerat: noluit ꝙ hoc modo iret cū populo: sed posuit in eius optiōe ꝙ iret cū eo ī Babylonē honorifice. & nō sic captiuus: uel ꝙ remaneret cū Godolia & tūc fuit sibi reuelatū a deo ꝙ remaneret: qd̄ & fecit: ut ꝓ populo remanēte oraret & circa ipsū quereret dñi uolūtatē. & ꝓpter hoc dicit. sermo q factus ē ad Hieremiā a dño priusq̄ dimissus ē etc. & istud refertur ad illud: qd̄ infra dicit. xlii. cum autē cōpleti essent. x. dies. Factū ē uerbū dñi ad Hiere. etc. sed hic interponit Hiere. remissio & fugitiuorū reuersio & Godolie occasio. De Rama nomen est loci. Vnde reduit Hiere. ad Godoliā ex causa p̄dicta. qñ tulit eum uinctus catenis. nō ꝓprius a q̄bus iā ante solutus fuerat ī Hierusalē: sed catenis trāsmigrantiū q̄bus se ingerebat. Ideo subditur. In medio omniū q migrabant etc. tollens ergo prīceps militie Hiere. ne Nabu. cōtra eū offenderet si ducerēt Hieremiā totaliter in Babylonē dñus deus tuus locutus ē malū hoc. q. d. nō debes eis tm̄ cōpati exquo ē uolūtas dei tui qa peccastis dño. nō loquit̄ hoc ꝓ Hieremia: sed ꝓ populo de quo erat. nunc ergo ecce solute hodie de catenis. uolens ꝙ sic Babylonem ducaris. Si placet tibi ut uenias mecum honeste scd̄m Regis mandatum: ueni. aliter nō. mecum noli uenire. sed habita apud Godoliā. In Hebreo habet̄ & adhuc nō ē reuersus & reuersus est ad Godoliā quod sic exponit̄ ab Hebreis. & adhuc nō ē reuersus. s. ꝓpter uerba Nabuzardan. sed tunc facta est sibi reuelatio dñi de reuersiōe ratiōe p̄dicta. Ideo subdit̄: & reuersus ē ad Godoliā. s. ꝓpter uerba dñi Iste enim Godolias transfugerat ad Chaldeos ante capti onē ciuitatis de consilio Hieremie ut dicit Rab. Sa. ꝓpter qd̄ Rex Babylonis p̄fecit eū populo remanenti in terra & cetera patēt ī littera. & ex dictis. Cū audissēt Hic ponit̄ ordinatio populi quantū ad eos q fugerāt. Et diuidit̄ in duas partes quia primo ponit̄ eorū receptio benigna. secundo cōtra Godoliā conspiratio maligna ibi Iohannā aūt. sentētia ꝑme partis patet in littera paucis exceptis: q dispersi fuerāt p regiōes. s. circa Iudeā qa diuersi fugiebāt ad diuersa loca spantes ibi habere latibula propter aliquā amiciciā seu familiaritatē ibi ꝓus contractā. & iurauit eis Godolias. ꝙ seruaret uitā eoꝝ. Ecce ego habitabo in Maspbat: ut respondeā p̄cepto Chaldeorū q. d. potestis ad me secure recurrere: si in aliquo formidatis. sed & omnes Iudei q erāt in Moab etc. q ad illa loca fugerāt iminēte guerra audito ꝙ dedisset Rex Babylōis reliquas in Iudea. i. ꝙ ordinasset aliquos de Iudeis manere pacifice ī terra sua ne terra redigeret̄ in solitudinē ꝓpter defectū cultorū & sic redderet̄ inutilis Regi Babylonis collegerunt uinū & messem multā nimis. hoc ē respectu populi q remāserat. qa q̄uis sufficiēs sed abundās ꝓ illis paucis Iudeis q ī terra habitabāt. Iohānā. Hic cōsequēter ponit̄ maligna cōspiratio cōtra Godoliā. Et diuidit̄ in duas qa ꝑmo cōspiratio fideliter detegit̄. scd̄o neqter ꝓficit̄. ca. xli. Prima pars patet usq; ibi scito ꝙ Baal Rex filioꝝ Ammō misit Ismabel filiū Nathanie ꝓcutere animā suā. i. occidere frequēter enī in scriptura anima accipit̄ ꝓ toto homīe eo mō loquēdi quo totū denominatur a digniori ꝑte. Iste aūt Ismabel eo ꝙ erat de sanguine regio indignabat̄ ꝙ Godolias preerat populo & ideo petiit a Rege Ammon ad quem cōfugerat auxilium ad ipsum occulte iugulādum. sed istud reuelatum fuit Iohannam filio Charee & sotiis eius: qui reuelauerunt hoc Godolie uolētes remediū adhibere sed ipe nō credidit. & occisionē

ET factū ē. Hic cōsequenter cōspiratio Ismaelis neqter ꝓficitur. & diuiditur in tres partes qa primo ponit Godolie occisio. scdo occisoris persecutio ibi audiuit aūt. tertio populi trepidatio. ibi tulit aūt. Prima pars patet usq; ibi. & comederunt ibi panes. noīe panis intelligit oīnis cibus. fecit. n. eis Godolias conuiuiū credens q̄ uenissēt amicabiliter ad ipsū. surrexerunt aūt Ismael filius Nathanie &. x. uiri etc. erant. n. multo plures alias non fecissent tantā stragē. sed isti. x. q exprimunt erant ꝓncipales cū eo. cetera patēt usq; ibi. & Chaldeos q repti sūt ibi. aliqñ mittebant de Babylōe ad Godoliā ut rñderet de officio sibi ꝓposito ut habet. c. ꝓcedenti. ecce ego habito in Maspbat. ut respondeā ꝓcepto Chaldeorū & uiros bellatores: q erāt cum Godolia ad munitionē loci. ꝓcussit Ismael: qa non ꝓcauebāt sibi. Ismael aūt & q cū eo erant: occulte armati erant. Scdo aūt die. Hic cōsequenter ponit occisio hominū uenētiū ad Godoliā deuote cū dicit: uenerūt uiri de Sychē rasi barbā & scissis uestibus etc. dicit hic Ra. Sa. q isti ibāt in Hierusalē ad offerendū munera in tēplo. qa qñ recesserūt de domibus suis nesciebāt templū combustū: sed in uia audierūt. & tūc in signū tristicie fecerūt barbas suas radi. & uestes sciderūt scdm modū Iudeorum in afflictiōe existentiū. Sed hoc nō uidet uerū: qa templū fuit combustū mense. v. x. die mensis ut habet infra. lu. Viri aūt isti uenerūt mēse septimo ut patet ex ꝓncipio huius ca. & sic ab incēdio tēpli & ciuitatis usq; ad aduentū eorū fluxerūt duo mēses uel circiter: qd aūt factū sit notabile tā diu uestiret i locis unde uenerūt: nō habet aliquā apparētiā ueritatis: qa Samaria que plus distat a Hierusalē: nō distabat nisi p. xxviii. miliaria: que faciūt tm̄. xiiii. leucas. & Sychē p. xii. miliaria ut dicitur in descriptiōe terre sancte ꝓpter qd dicendū: q Godolias post destructionē tēpli edificauit in Maspbat altare dñi qa tpe Samuelis fuit ibi arca dñi & altare ꝓ aliqd tēpus ut dictū fuit. i. Re. vii. & ad illū locū ex deuotiōe ueniebāt isti uiri rasis tñ barbis & scissis uestibus in signū tristicie p tēpli destructiōe ut offerrēt in domo dñi. sic. n. nominat locus ille ratione altaris. & quia erat statutus locus orationis. egressus ergo Ismael ut eos deciperet: uiderat enī eos de alto loco uenientes. incedens & plorās i hoc simulans se dolere de morte Godolie ut dicūt aliq. sed huic uidetur cōtradicere quod subdit. dixit ad eos uenite ad Godoliā. s. secure tāq; ad Prefectū terre nō ē uersimile q̄ loqueret de cadauere ipsius & interfectorum aliorum q̄ magis uolebat celare. & ideo cū dicit. incedēs & plorās. hoc ē intelligendum q̄ cōformabat se eis in luctu pro destructiōe tēpli & ciuitatis ut magis crederent sibi. q cū uenissent ad mediū ciuitatis interfecit eos. Ibi. n. dimiserat homines armatos latēter ad hoc faciēdū & ipse solus uel cū paucis occurrerat uiris illis cetera patent usq; ibi. noli occidere nos qa habemus thesaurū etc. q. d. tibi erit necessarius & inuenire nō poteris: nisi indicauerimus. Lacus aūt. ipse ē quē fecit Asa Rex ꝓpter Baasa sicut habetur. iii. Reg. xv. Baasa Rex Israel cepit edificare rama ut nullus posset egredi secure de regno Iuda ꝓpter qd Asa miserat magna munera Regi Syrie ut inuaderet regnū Baasa. qd & fecit. ꝓpter qd baasa fuit cōpulsus dimittere edificiū rama. & tūc Asa cōuocato toto populo suo ex lapidibus & lignis dicti edificii fecit fortalicia ad muniendū se cōtra Baasa & tūc etiā fecit lacū istū ad locū Maspbat fortificandū. Et captiuas duxit Ismael oīnes reliquas populi que erant in Maspbat. Hoc uidetur cōtradicere ei q̄ supra dictū ē q̄ interfecerat tā ante oīnes: q erāt cū Godolia i Maspbat ꝓpter qd dicendū q̄ ibi p Maspbat intelligitur illud fortalicium ꝓcise ubi erat Godolias filius Aichā. Hic autē territorium qd erant circa illud fortalicium ubi manebāt aliqui Iudei qui non fuerūt cū Godolia

interfecti.cetera patent. Audiuit autem. Hic consequenter describit ipsius Ismaelis insecutio & patet littera usq; ibi. & inuenerũt eũ ad aquas multas que sũt in Gabaõ. licet Gabaõ sit in mõte in quo nõ sũt aque abũdantes: tñ de subtus erat uallis magna in qua erant iste aque. Cũq; uidisset omnis populus etc. letati sũt p̃ sua liberatione de manibus Ismaelis ipso fugiente scd̃m qd̃ dicit postea: qa fugit cũ. viii. uiris. duo. n. de. x. p̃cipalibus quos secũ adduxerat fuerũt ĩterfecti. Tulit ergo. Hic cõsequẽter ponit populi trepidatio. Et p̃mo iste timor describit. scd̃o Hieremie consiliũ querit: qa timor consiliatiuos facit ut dicit Philosophus. ii. Rethorice. Scd̃a pars incipit in principio. xlii. c. Circa primũ sciendũ q̃ ideo timuit populus remanere in terra Iuda ne p̃pter interfectionẽ Godolie q tenebat ibi locũ Regis Babylõis: uenirẽt Chaldei & interficerent totũ populũ residuũ ponentes eis Godolie homicidiũ. & patet littera paucis exceptis. quas reduxerat ab Ismael filio Nathanie. & hic ẽ pũctus & qd̃ segit de Maspbat nõ significat locum unde Iohannã eos reduxit quia nõ reduxit eos de Maspbat sed de Gabaõ ut dictũ ẽ. & ideo li de Maspbat significat locũ unde erant ille reliqe. qa erant de territorio Maspbat ut p̃dictũ ẽ. quos reduxerat. s. Iobãnam filius Charee & sotii eius ut pgerent & introirẽt Egyptũ Rex Egypti erat aduersarius Regi Babylõis. & ideo credebant ibi eẽ securi. .XLII.

ET accesserũt: licet populus uellet in Egyptũ fugere tñ p̃us uoluerunt consilium Hieremie querere: p̃pter qd̃ diuidit ĩ duas partes qa p̃mo ponit populi petitio scd̃o Hieremie respõsio ibi. Dixit aũt sentẽtia p̃me partis patet usq; ibi cadat oratio nostra in cõspectu tuo. i. humiliter te p̃camur usq; ad pedũ oscula. ora p̃ nobis etce: & patet littera. Dixit aũt. Hic cõsequẽter Hie. ponit rñsio: & diuidit ĩ duas ptes. qa p̃mo querit eorũ assensũ. scd̃o explicat eis dñi responsũ ibi: Cũ aũt cõpleti eẽnt que/ siuit aũt Hieremias assensũ populi ut faceret p̃mpte & sine rebellione aliqua domini responsũ sibi fiendũ: qa minus malũ ẽ consiliũ dñi non querere: q̃ quesitum & datum respuere. p̃pter qd̃ dicit Saluator Lu. xii. Seruus q sciuit uoluntatẽ dñi sui: & non fecit: uapulabit multis. & populus nõ solũ assensit: sed assensũ iuramẽto firmauit. d. sit dñs inter nos testis ueritatis. Iurare. n. ẽ deum testẽ inuocare. sed non iuxta omne uerbũ etc. subintelligit̃ puniat nos scd̃m seueritatẽ iustitie sue si nõ sic fecerimus siue bonũ ẽ. i. p̃sperum. siue malũ. i. asperum ita q̃ nõ accipit̃ hic p̃ malo culpe sed pene sicut medicina amara suscipienda ẽ p̃pter sanitatẽ inde cõsequentẽ. Cum autem. Hic cõsequẽter Hieremias explicat diuinũ responsũ sibi factũ. Et diuidit̃ in duas partes qa p̃mo ponit̃ huius responsi explicatio. scd̃o eius refutatio ca. xliii. Circa primum sciendũ q̃ respõsio dñi stat ĩ hoc q̃ p̃mo p̃mittit̃ eis bonũ: si in terra Iuda remãserint & scd̃o p̃ dicit̃ malũ: si exierint. ibi si aũt dixeritis. Circa primũ p̃mittit̃ tẽpus diuini responsi cũ dicit̃. Cũ aũt cõpleti essent. x. dies etc. sic ẽ in Hebreo. & ideo aliq libri male habent septẽ. Ex hoc patet q̃ Hieremias querẽdo diuinũ responsũ orauit. x. diebus qa audita responsiõe populi rñdit supra. ecce ego oro etc. q. d. ex nũc incipiam orare p̃ uobis. cetera patẽt usq; ibi: & p̃sternerẽ p̃ces uestras. i. preces meas p̃ uobis. cetera patent usq; ibi. Iã. n. placatus sũ etc. loquit̃ de se ipso ad modũ hoĩs irati: q q̃ uindictã intulit: placat̃. cetera patent in littera. Si aũt dixeritis. Hic consequenter ponit̃ cõminatio mali: si recesserint. & p̃mo ponit̃ hec cõminatio. scd̃o adducit̃ ad hoc ratio: ibi: Vos enĩ. sentẽtia p̃me partis patet usq; ibi: ubi nõ uidebimus bellum. qa Egyptus ẽ terra pacifica & secura. & clangorẽ tube nõ audiemus. q fit ad excitandũ hoĩes ad arma & famẽ non sustinebimus: qa terra ẽ fertilis. & subditur postea cõminatio pene in contrariũ: cũ dicit̃: gladiũ quẽ uos formidatis. s. Regis Babylõis

ibi uos cõprehendet: qa postea quasi ꝑ. v. annos uel circiter Rex Babylõis uastauit Egyptũ & sibi subiugauit. Ideo subdit̃. & fames ꝑ qua estis sollicit̃: adherebit uobis uastatis bonis Egypti. omnesq; uiri q posuerunt faciẽ suã. i. firmiter posuerunt se ad ingrediẽdũ Egyptũ. Sicut cõflatus ẽ furor meus. i. totaliter positus cõtra Hierusalẽ Sic conflabit̃ indignatio mea sup uos in Egypto. & eritis ĩ iusiurandũ. s. execratiõis dicendo ita male cõtingat mihi: sicut Iudeis ingredientibus Egyptũ: si nõ fecero hoc uel illud. & in stupore ꝑ magnitudine mali uobis futuri. & maledictum ita ꝙ aliquis maledicẽs alicui ponat uos in exẽplũ dicẽdo maledicat tibi deo sicut illis Iudeis cetera patent. Vos ení. Hic cõsequenter adducitur ratio ad p̃dicta que assumit̃ ex hoc ꝙ rogauerant Hieremiã de querẽda dñi uolũtate ꝑmittentes & astringẽtes se iuramẽto uerbũ dñi simpliciter facere ut patet ex supradictis. & ideo grauius erat recedere: q̃ si nõ petiuissent: & se taliter nõ astrinxissent. ex istis patet sentẽtia. .XLIII.

FActũ ẽ post q̃ posita est diuini rõnis explicatio. Hic cõsequenter ponit̃ eiusdem refutatio. Et diuidit̃ in duas partes qa p̃mo hec refutatio ponitur. Et secundo pena sequẽs subiungit̃ ibi. & factus ẽ. Prima pars patet usq; ibi. omnes uiri supbi. qa rebellãt uerbo dñi. sed Baruch filius Nerio incitat te. Hieremias. n. erat magne fame & autoritatis: & ideo dictũ Hiere. qd̃ dicebat falsũ: retorquebãt in malicią Baruch q tñ erat innocẽs cetera patent usq; ibi: & Hieremiã Prophetã & Baruch. Isti. n. nõ ibãt uolũtarie sed coacti a Pricipibus bellatoꝝ & populo. & uenerũt usq; ad taphnis nomẽ ciuitatis famose ĩ Egypto. Et factus ẽ. Hic cõsequenter pena debita subiũgit̃ & p̃mo ꝓpter peccatũ inobedientie. scd̃o ꝓpter peccatũ idolatrie. ca. xliii. Primum ostendit̃ sensibili signo cũ dicitur: sume in manu tua lapides grandes & absconde os in crypta sub muro latericio etc. In Hebreo habet̃ ĩ luto latericio. i. in luto dispositio ad faciendũ inde lateres. cernentibus uiris Iudeis ut cũ impletũ fuerit: sint memores qd̃ predictũ ẽ eis: ecce ego mittã & assumã Nabu. instigãdo eũ ad ueniendũ cõtra Egyptũ. seruũ meũ. hoc dicit̃ qa erat executor diuine iustitie & ponã thronũ eius super lapides istos. i. sup locũ ubi sũt lapides isti: uel ꝓpe: qa frequenter in Hebreo ponit̃ sup ꝑ iuxta sicut dicit̃ cõmuni sermõe ꝙ Rothomagũ ẽ sup Sequanam dicũt aũt alii expositores Catholici ꝙ Iudei cõtra Hieremiã cõcitati ꝓpter uerba ista cũ illis lapidibus interfecerũt eũ. & in hoc sequunt̃ Epiphaniũ q hec & plura alia dixit de Hieremia sed hoc nõ habetur ex textu nec ex Iosepho. Rab. Sa. etiam sentit contrariũ ut uidebit̃. ca. sequenti quos in morte etc. qa aliquos interficiet. & aliquos captiuabit. & succendet ignẽ in delubris. i. in tẽplis & dicunt̃ delubra a deleo. les qa ibi delẽt̃ peccata scd̃m errorẽ gentiliũ. & captiuos ducet illos. i. Egyptios & amicietẽ id ẽ inuoluet̃ terra Egypti multitudine exercitus Regis Babylõis ita ꝙ non poterit resistere. In Hebreo habet̃ & amiciet terram Egypti. i. inuoluet. sicut amicit id est inuoluit pastor palliũ suũ. pastor. n. transferens gregẽ de uno loco ad aliũ inuoluit palliũ suũ & portat sup humerũ & ꝑ hoc designat̃ ꝙ Rex Babylõis depdabit̃ bona Egypti portans ea ad terrã suã. Ideo subdit̃: & egrediet̃ inde in pace. i. sicut uictor cui nõ potest resisti. & cõteret statuas domus Solis. i. tẽpli in quo colebatur Sol qd̃ erat in ciuitate Heliopoleos Geñ. xli. sic nomĩata ab Helios ꝙ ẽ sol & polis ciuitas & de ea dicitur Esa. xix. ciuitas solis uocabitur una. .XLIIII.

VErbũ. Hic cõsequenter ponit̃ cõminatio pene ꝑ peccato idolatrie. Et diuidit̃ in duas ptes qa p̃mo ponit̃ dicta cõminatio. scd̃o populi obstinatio ibi. rñderũt aũt. Prima in duas: quia p̃mo arguit̃ culpa. scd̃o subdit̃ pena ibi: ideo hec dicit dñus Circa primũ dicit̃: habitantes in Magdalo etc. nomina sunt uillarũ in q̃bus habitabãt

Iudei q transfugerant in Egyptū ut dictū ē. c. p̄cedenti uos uidistis omne malū etc. q.d. ex eo q̄ uidistis sensibiliter penā quā intuli Hierusalē & terre Iuda ꝓpter peccatū idolatrie deberetis esse correcti. & misi ad uos oīes seruos meos Prophetas de nocte consurgens etc. i. misi ad uos plures nuntios frequēter & sollicite ad retrabendū uos ab idolatria cetera patēt usq; ibi. scd̄m diē hanc. i. usq; ad hanc diē appet manifeste uindicta quā intuli cetera patēt usq; ibi: nunqd obliti estis mala patrū uestroꝝ. q.d. bene deberetis eē memores de pena quā eis intuli ut sic in peccatis eos nō imitaremini nō sūt mūdati usq; ad diē hanc: qa macula remanet in uobis q estis eorū filii imitātes eos in malis, Ideo hec dicit dñs. Hic ponit cōminatio pene: & patet littera usq; ibi. q posuerūt facies suas ut ingrederentur terrā Egypti se ad hoc confirmando & alios inducendo. consumentē omnes in terra Egypti. qa aliq euaserūt inde qui non tuerant uolūtarie sed magis ab aliis coacti ut postea uidebit. ad quā ipsi eleuant animas suas sperantes reuerti aliqñ i terra Iuda: nō reuertentē nisi q fugerint. In Hebreo habet nisi euadentes: & dicit hic. Ra. Sa. q̄ isti sūt Hieremias & Baruch q in destructiōe Hierusalē habuerūt Regē Babylonis ꝓpitiū ut dictū ē supra. xxxviii. & similiter qñ destruxit Egyptū inuenies ibi Hieremiam & Baruch fuit eis ꝓpitius dimittens eos redire pacifice in Iudeā ꝓbabile tñ ē q̄ cū eis redierint aliq alii de Iudeis. ex hoc patet q̄ dixi. c. p̄cedente. s. q̄ Ra. Sa. negat Hieremiā fuisse lapidatū in Egypto qd tñ circa hoc sit uerius iudicio aliorꝝ relinquo. Respondērūt. Hic cōsequenter describit populi obstinatio circa qd̄ ꝑmo ponit irrationabilis populi respōsio. secundo rationalis dicte respōsionis confutatio ibi: & dixit sententia prime ptis patet usq; ibi. Sermonē quē locutus es ad nos in nomine dñi nō audiemus ex te. q.d. reputamus te falsū dicere. sed faciētes faciemus absq; retinaculo ut sacrificemus Regine celi. i. lune & bene nobis erat in hoc falsū dicūt: ut postea ostendit. q̄ si nos sacrificamus uerbū ē mulierū post uiros suos loquentiū: nunqd sine uiris nostris. i. sine scitu & uolūtate eorꝝ faciemus ei placentas. q.d. nō sicut exprimit in textu p̄cedenti scientes q̄ sacrificarent uxores eorꝝ. In Hebreo habet sic. Fecimus eis placētas ad faciendū ei uultū offerebant ent eis panes rotūdos in qbus erat impssa effigies Lune. Et dixit Hiere. Hic cōsequēter ponit dicte respōnsiōis confutatio. & scd̄o infert debita punitio ibi. dixit autē. Prima pars patet usq; ibi horꝝ recordatus dñs. s. sacrificiorum que patres uestri & uos fecistis in Hierusalē dicit. n. Iudex iustus recordari de malis impiorꝝ qñ infert debitū suppliciū. Et nō poterat dñs ultra portare id ē mala uestra dissimilare absq; punitiōe. Sicut ē dies hec. i. ita clarum est hoc sicut dies. & sic patet confutatio respōsionis p̄dicte qa ex sacrificiis idolorꝝ nō habuerūt psperitatē. sed maximā aduersitatē. Dixit aūt. Hic cōsequēter infert debita punitio. & patet littera usq; ibi. Ecce iurauī i nomine meo magno ait dñs qa nō habuit maiorē se ꝑ quē iuraret: ideo iurauit ꝑ nomē suū sicut & Gene. xxii. ꝑ me metipsū iurauī dicit dñus etc. Ecce ego uigilabo sup eos i malū. i. cito inducā sup eos malū pene & scient oīes reliqe Iuda. ꝑ pene experientiā q habēt oculos clausos ꝓpter culpā. cetera patēt. .XLV.

Erbū qd̄ locutus est. Hic ponitur quoddā correlariū & refertur istud factum ad tēpus p̄cedens cū dicitur: anno quarto Ioacim. & sic patet q̄ istud fuit ante destructionem Hierusalem per. xviii. annos qa Ioacim regnauit. xi annis & āno. undecimo Sedechie quarto mense capta fuit Hierusalem ut dictum est supra. xxxix. Hec dicit dñus deus Israel ad te Baruch. Dicit hic Rab. Sa. q̄ iste Baruch ferebat moleste q̄ ipse nō erat assecutus spiritū prophetie qa seruierat Hieremie sicut Iosue minister Moysi & Heliseus minister Helie cōsecuti fuerunt donum prophetie & sic

exponit qđ ſubdit̃. dixiſti tu Baruch ueh mihi miſero quia addidit dñs dolori meo. dolebat enī de incarceratiõe Hieremie q tũc erat recluſus ut dictũ ē ſupra. xxxvi. & de hoc q̄ non habebat ſpiritũ ꝓphetie. Laboraui in gemitu meo ꝓpter iſta duo & requiē nõ ĩueni. i. nõ ſũ exptus ſup me reqeſcere ſpiritũ dñi & ſubdit̃ reꝓhenſio ſui dicti cũ dicit̃ in ꝓſona dei. Ecce quos ego edificaui: deſtruo. i. populũ meũ & templũ nomi meo edificatũ deſtruã de ꝓpĩquo. & tu queris tibi grãdia. quiſſieri Prophetã aliq libri habẽt gaudia & male qa littera ē corrupta ꝑ ſcriptores ꝓpter ſimilitudinẽ litterarũ. noli querere. q. d. magiſter tuus nõ queſiuit: ſed magis de ꝓphetia ſe excuſauit: ut patet in principio huius libri. Quia ecce ego adducam malum captiuitatis & deſtructionis ſup omnẽ carnẽ. i. ſup omnẽ hominẽ de Iudea tñ qa de illa terra loqt̃ hic ſcriptura. & inducit̃ hic ꝑ ratiõe ex qua debeat ceſſare a ſua petitione qa ſpiritus prophetie dat̃ ꝑ cõmuni utilitate populi ſcd̃m qđ dicit̃. i. cõmuniter & ideo imminẽte deſtructione & captiuitate populi non debet ſpiritus ꝓphetie poſtulari. & dabo tibi animã tuã. i. uitam & hoc ſufficiat tibi. Expoſitores uero noſtri nõ dicũt q̄ Baruch quereret ꝓphetie ſpiritũ dari ſibi: ſed q̄ impatiẽter uel ſaltẽ minus patiẽter portabat tribulationẽ magiſtri ſui & ſuã qa Hieremias erat recluſus. & liber quem ſcripſerat Baruch cõbuſtus. & uterq; ad mortẽ querebat̃ ut habet̃ ſupra. xxxvi. & ꝓpter iſta dicebat. Veh miſero mihi. qm̃ addidit dñs dolori etc. Ideo ſubdit̃ in ꝓſona dñi. ecce quos edificaui ego deſtruo. q. d. debes portare patienter tribulationẽ tuã ſecundũ q̄ dicit Apoſtolus flere cum flentibus. & tu queris tibi grandia. i. ut ſis in qete & in pace tua noli querere. q. d. nõ ē tempus imminente populi tui tribulatione ex captiuitate cetera patent ex dictis.

.XLVI.

QVod factũ eſt ſuperius Hieremias ꝓphetauit contra Iudeos principaliter licet aliqua immiſcuerit cõtra gentiles. Hic cõſequenter ꝓphetat contra extraneos. Et diuidit̃ in duas partes qa ꝑmo ꝑmittit̃ quedã breuis ꝓfatio. ſcd̃o ſubdit̃ narratio ibi. ad Egyptũ. Circa ꝑmũ dicit̃ q̄ factũ ē uerbũ dñi ad Hieremiã Prophetã cõtra gentes: illa ꝓphetia erat ad cõſolationẽ Iudeorũ & ideo facta eſt cõtra illos gẽtes que ſpeciali mõ eis nocuerũt. & ideo iſti fuerũt babylõii q populũ captiuauerũt: & Egyptii ex quorũ cõfidẽtia Iudei Nabu. rebellauerũt ut patet ex ſupra dictis. & ãmonite & Moabite q debuiſſent eos iuuare ratiõe cõſanguineitatis eo q̄ deſcẽderũt de Loth nepote Abrahe. & Sarraceni q descenderunt ab Iſmahel filio Abrahe & Idumei q deſcenderũt de Eſau fratre Iacob & Phyliſtei & Syri ratiõe uicinitatis & tamẽ magis nocuerũt eis. Ad Egyptũ. Hic incipit narratio & diuidit̃ in qnq; partes ſcd̃m qnq; gentes cõtra quas Hieremias ꝓphetat partes proſequendo patebũt. Incipit autem ab Egyptiis & diuidit̃ in duas ptes qa ꝑmo deſcribit̃ Egyptiorũ deſtructio. Secundo Iudeorũ ſaluatio ibi. & tu ne timeas. Prima in duas qa. primo deſcribit̃ Egyptiorum debellatio. ſcd̃o regni eorũ deiectio ibi. Verbũ qđ locutus ē. Prima adhuc in duas qa primo deſcribit̃ Egyptiorũ debellatiõis generalitas & ſcd̃o eiuſdẽ grauitas ibi aſcẽde Prima adhuc in duas quia primo deſcribit̃ debellatio quantũ ad Egyptios. Secundo quantũ ad eorũ auxiliarios ibi Egyptus. Circa primũ ꝑmo tãgit̃ locus belli cũ dicit̃: iuxta flumen Eupbraten in Carchamis. ſecũdo tẽpus ibi. quarto anno Ioacim. tertio belli apparatus cũ dicit̃. ꝓparate ſcutũ qđ proprie ē militũ. & clipeũ quod ꝓprie eſt peditũ. tñ frequẽter unũ ponit̃ ꝓ alio. & ꝓcedite ad bellũ ordinate ꝑ acies diſtinctas In Hebreo habet̃ ligate equos. i. cingulate qđ fit ante aſcenſũ eqtũ. ponite lãceas id eſt forbite ferra lancearũ ut melius penetrent. Conſequenter ponit̃ cõflictus cum dicit̃. uidi ipſos pauidos. ſ. Egyptios & terga uertentes id ē fugientes nec reſpexerũt

retro se ex festinatiõe fuge & adhuc eis non ualebit. Ideo subdit. Non fugiet uelox etc. ideo admirando subdit adhuc Prophet: qs ẽ iste? s. Rex Egypti: q quasi flumen ascendit. i. cũ magna põpa & apparatu ad pliũ uenit. & tñ sic ẽ debellatus. Egyptus Hic cõsequenter describitur debellatio q̃tũ ad auxiliarios cũ dicit: & uelut flumina mouebunt fluctus eius. qa plures alias gẽtes secũ habebat & fortes ut postea subdet. de quoꝝ auxilio nimis cõfidebat ideo subdit: & dicet ascẽdens etc. exultate in curri/ bus: qa antiqtus aliq pugnabant in curribus. & ꝓcedant fortes ethiopie. i. bellatores de terra illa. tenẽtes scutũ. i. docti ad prelium & Lydi accipiẽtes & iaciẽtes sagittas. qa erant edocti in arte sagittandi. Dies aũt illa domini etc. q. d. totũ istud nõ ualebit Egyptiis: qa dies ille belli statutus est a deo ut fiat uindicta de eis. deuorabit gladius scilicet Regis Babylonis sanguinẽ eoꝝ. i. absq; mensura effundet sanguinẽ. Ascende. Hic describitur debellatiõis grauitas qa multi fuerũt interfecti & alii uulnerati pro magna parte insana biliter. Ideo dicitur: ascende in Galaad ubi abundabant herbe medicinales. & tolle resinã. i. medicinã qa tñ hoc dicit ironice ideo subditur frustra multiplicabit etc. audiuerunt gẽtes ignominiã tuã. ex fuga & debellatione. ululatus tuus. i. sonus cõfusus fugientiũ & morientiũ. repleuit terrã. & subdit causa: qa fortis impegit in fortẽ milites. n. Pharaõis q adhuc nõ erãt uulnerati ex festinatiõe fugiẽdi unus ꝑpellebat aliũ & sic mutuo sibi nocebãt. Verbũ. Hic cõsequẽter describit regni detectio & scd̃o subdit eius reparatio ibi. & post hec. Prima in duas qa ꝑmo ponit Egyptioꝝ ruina. scd̃o Chaldeoꝝ potentia ibi. uox eius. Circa ꝑmũ dicit uerbũ etc. q̃ uenturus esset Nab. dicit Iosephus li. x. antiqtatis q̃ Nab. xxiiii. anno regni sui intrauit Egyptũ. & subiecit sibi. debellatio aũt ꝑdicta Egypti fuit q̃rto anno Ioací filii Iosie ut uidet in ꝑncipio huius ca. & ille fuit ꝑmus annus regni Nab. ut habetur supra. xxv. ca. & sic ab illa debellatiõe Regis Egypti usq; ad istam destructionem regni sui fluxerũt. xxii. anni. annuntiate Egypto etc. i. omnibus ciuitatibus & locis proclamate q̃ omnes preparent se ad bellũ. Ideo subdit. sta & ꝑpara te. qa tñ hoc eis nõ ualuit: Ideo subdit: qa deuorabit gladius etc. q̃re compatruit fortis tuus. In He/ breo habet quare declinauit cadens ad terrã. nõ potens se sustinere sicut res putrida reddit causa. qm̃ dñus subuertit eũ. surgite. surgite & reuertamur ad populũ nostrũ. sic dicebãt illi q uenerant in auxiliũ Egyptiorũ. a facie gladii columbe. i. exercitus Chaldeoꝝ sic nominati eo q̃ in aliquo eius uexillo erat signũ colũbe ut dicũt expo/ sitores nostri. In Hebreo habet a facie gladii uinosi. i. inebriati sanguine occisorũ sicut supra. eo c. dicit deuorabit gladius & iebriabit sãguine eoꝝ. Ratio diuersitatis huius littere ẽ: qa dictio Hebraica hic posita equoca ẽ ad uinositatẽ & columbã: ut dicit supra. xxv. Vocate nomẽ Pharaõis ironice dicit hoc tumultũ adduxit tẽpus. i. tẽpus a deo cõstitutũ adduxit multitudinẽ Chaldeoꝝ ad te destruẽdũ. sed ĩ Hebreo habet uocate ibi. s. ad bellũ Pharao Rex. & ẽ uocatiui casus. tumultus. s. belli transit tẽpus statutũ. dicit Ra. Sa. hic q̃ die statuta debebat egredi Rex Egypti ĩ campũ contra Regẽ Babylonis: sed nõ fuit ausus exire. & sic ad derisionẽ eius dicit hic q̃ in monte & Carmelo ꝑpe mare sicut uenret destructio Egypti. Ideo subditur: uasa trãsmigratiõis fac tibi. i. ꝑpara te ad fugã de terra. Sciendũ aũt q̃ scriptura nõ loqt̃ mãsio Helie: q ẽ ꝑpinquus mari mediterraneo. uitula elegans atq; formosa Egyptus hoc dicitur qa populus Egypti erat petulans & lasciuus stimulator ab aqlone uenret id ẽ. Nabu. q a parte aqlõis intrauit Egyptũ. & gladio suo stimulauit eũ. mercẽnaru

quoq; eius ecce. terra Egypti ē supra mare mediterraneum propter qđ mercatores de extraneis regionibus uenientes ibi morabant ad tēpus. quasi uituli saginati. i. diuitius pleni uersi sūt & fugerūt unusqsq; ad terrā suā ppter guerrā imminētē. Ideo subdit quia dies interfectiōis eorū. s. quantū ad remanētes in Egypto. Vox eius. Hic cō/sequēter ponit Babyloniorū potētia cū dicit: uox eius. i. fragor & strepitus exercitus quasi eris sonabit. i. sicut tuba eris. & cum securibus uenīēt ei etc. q. d. sicut ligna non possūt resistere securibus se cedentiū sic nec Egyptus poterit resistere exercitui Baby/loniorū. Multiplicati sūt sup locustas etc. ī hoc designat magna multitudo exercitus Babylonis Visitabo sup tumultū Alexandrie nomē ē ciuitatis Egypti famose ī qua erat populus multus. ideo designat hic p tumultum. In Hebreo tñ habetur hic super tumultū mino. sic. n. uocabat illa ciuitas tēpore Hieremie sed postea p magnū tps Alexāder Magnus Egyptū sibi subiecit. & illā ciuitatē ī pte destructā reedificauit & ampliauit. & suo nomīe denotauit. ppter qđ trāslator q fuit post tēpus Alexādri transtulit nomē ultimū qđ erat: & ē famosū. & sup deos eius. i. sup idola argētea & aurea que rapuerunt Chaldei: & sup Reges eius. quia plures reguli erant sub Rege Egypti & sup eos q cōfidūt in eo. q uenerant ad eius auxiliū spantes ab eo auxiliari in casu consimili. Et post hec. Hic cōsequenter ponit regni Egypti reparatio: quia licet tunc Nabu. Egyptū uastauerit: & nomen regiū inde abstulerit: tñ postea fuit ab Egyptius habitata. s. post finē. xl. annorū scđm qđ habet Ezech. xxix. fuerunt etiā ibi postea Reges magni & potentes ut patet in libris Dan. & Mach. & hoc est q dicit. & post hec habitabitur etc. & patet littera. Et tu. Hic cōsequēter describit cōsolatio Iudeorū qbus ꝓmittit reuersio de captiuitate Babylonica cū dicit: & tu ne timeas serue meus Iacob. cuius causa subdit qa ecce ego saluū te faciā. & dicit hoc de iustis illius populi qa impii fuerunt deleti. cetera patent usq; ibi. te uero nō cōsumā. totaliter delendo. sed castigabo te in iudicio meo. penis tpalibus scđm ordinē iusticie mee affligendo nec quasi innocenti parcam tibi. q. d. qua non es innocens secundum ueritatem. uel sic ne iudices te innocētē: si tibi parcerē. .XLVII.

QVod factum est. Hic consequenter Hieremias propheta. contra Philisteos et primo ponitur huius reuelationis tempus cum dicitur: q̄ factum est uerbum dñi etc. anteq̄ p̄cuteret Pharao Gazā: ut dicit. Ra: Sa. hoc fuit tēpore quo Nab. obsidebat hierusalē: ut dictū ē supra. xxxix. & ab illa obsidiōe discesserūt Chalhdei ut obuiarent Egyptius uenientibus in auxiliū Iudeorum quorum occursū timēs Rex Egypti spoliauit Gazam que est ciuitas in extremitate terre Philistinorum uersus Egyptū ut patet ī descriptiōe illius terre. & reuersus ē ī terrā suā. Cōsequēter ponit uastatio Philistinorū que nominat nomine aquarū inundantiū ad designandū fortitudinē exercitus & eius īpetū. sicut Esa. viii. dicit adducet dñs sup eas aq̄s fluminis fortes & multas Regē Assyriorū etc. clamabūt homines & ululabūt. ē. n. ululatus so nus cōfusus p̄cedens ex magno timore & anxietate. nō respexerunt patres filios. ad adiuuandū eos ex impotētia. & dissipabit Tyrus & Sidon. iste ciuitates erant cōfederate Philistei & ideo dissipate fuerūt cū eis. reliquias insule Cappadocie. Cappadoces & Philistei exierūt de eadē gēte scđm qđ dicit Gene. x. de qbus egressi sūt Philistini & capturini. i. Cappadoces. Vnde hic habetur in Hebreo insule Caphat. & ppter propinqtatem dictā ī auxiliū Philistinorū uenerūt. & cū eis pierūt. & uenit caluitiū sup Gazā licet enim fuisset primo spoliata p Regē Egypti ut dictū ē: tamē postea fuit ampliusdestructa p Regē Babylonis conticuit Astalon. i. populus Astalonis nō potēs resistere. Vsq quo cōcidens. Hic ē finis uersus. & reuertit ad terrā Philistinorū

et quod sequit̃ o mucro dñi? dirigit̃ ad gladiũ Regis Babylonis: q dicitur mucro eo
q̃ erat executor diuine iustitie ut frequẽter dictũ ẽ supra usq;quo nõ qescet etce. sic
dicebãt Philistei & regiões alie gladio Regis Babylõis afflicte & respõdet Propheta
quomõ quiescet cũ dominus preceperit? ect. q. d. tales occisiões & uictorias non facit
uirtute ꝓpria sed diuina. & similiter cessabit ab occisionibus & uictoris quando scd̃m
ordinem diuine iustitie punietur & ipse.

.XLVIII.

HD Moab. Hic in tertio loco ꝓphetat cõtra Moabitas & diuidit̃ in duas partes
quia primo ponitur afflictio Moabitarũ ab Assyrijs. secũdo a Chaldeis ibi. hec
dicit dominus & hoc modo ꝓcedit Esa. Propheta cõtra ipsos ꝓphetãdo. xv. & .xvi.
ca. & in pluribus utit̃ ibi uerbis hic positis. exquo magis apparet Esaiã & Hieremiã
eodẽ spiritu ꝓphetasse. Prima diuidit̃ in tres partes: quia primo ponit̃ Moabitarum
uastatio. secundo uastationis ratio ibi. pro eo enim. tertio Prophete cõpassio ibi. ideo
super Moab. Circa primũ nominãt̃ plures ciuitates terre Moab per quas intelligit̃
populus ibi habitans eo mõ loquendi quo dicit̃ aliqua ciuitas affligibilis uastari q̃ndo
populus ciuitatis affligit̃. uel uastatur. dicit igit̃: Veh sup Nabu. nomẽ est ciuitatis
nobilis in terra Moab cõfusa est fortis id ẽ Cariathaim que erat ualde fortis ciuitas
inter alias. contra Esebon cogitauerũt malũ. s. Chaldei dicentes adinuicẽ. Venite
& disperdamus eã etc. sequet̃ te gladius quãtũ ad fugientes ex te. Vox clamoris de
Oronaim. i. de tali loco egrediens a morientibus & fugiẽtibus per ascensũ ent Liuth
etc. nomen ẽ mõtis in Moab ad quẽ multi flẽtes refugerũt. hostes ululatũ cõtritiõis
audiuerũt. s. Chaldei a longe ꝓceperunt clamorem fugiẽtium & eritis quasi mirice in
deserto. i. steriles ab omni bono. Vnde in Hebreo sic habetur eritis quasi uastitas in
deserto. Pro eo enim. Hic cõsequenter ponit̃ dicte uastationis ratio que duplex ẽ.
una ex eius fastu alia ex dei cõtemptu. secũda ibi. abscissũ est. Prima adhuc duplex
primo q̃a nimis cõfidebat in fortaliciis suis & abundabant diuitijs. scd̃o quia habebãt
plures uiros bellatores natiuos de terra Moab ꝓpter qd̃ nimis superbierant: & iustum
erat q̃ punirent̃. Igit̃ ꝓmo ponit̃ primũ. scd̃o scd̃m ibi. quomõ dicitis. Circa primũ
dicit̃. pro eo enim q̃ habuisti fiduciã in munitionibus tuis reputando eas inexpug/
nabiles & in thesauris tuis estimando q̃ inde posses bellatores cõducere ad resistendũ
Nabu. tu quoq; capieris. quia nulla potestas humana ualet cõtra iudicium dei. & ibit
Chamos idolũ erat Moabitaꝝ i trãsmigrationẽ q̃a Chaldei portauerũt ipsũ ad terrã
suã ꝓpter materie ꝓciositatẽ. & uenient predo. i. exercitus Chaldeoꝝ. pibũt ualles etc.
id ẽ habitantes in uallibus & cãpestribus. date florẽ Moab etc. i. dicite eũ similẽ flori
cuius pulchritudo marcescit. & deficit subito transitio Chaldaica sic habet. Date
coronam Moab q̃a egrediens egredietur & est hic Moab genitiui casus & est sensus
regimẽ Moab dabit̃ alteri & sic egrediet̃ a dignitate regia. maledictus q facit opus
dei fraudulenter. opus dei dicit̃ destructio Moab. eo q̃ ꝓcedebat scd̃m ordinẽ diuine
iustitie cuius executor erat exercitus Chaldeorũ & ideo subdit̃ maledictus q ꝓhibet
gladiũ suũ a sãguine. s. Moabitarũ. Cõsequẽter reuertit̃ ad describẽdũ eius diuitias
de q̃bus superbierat. d. fertilis fuit Moab. s. diuitijs ab adolescẽtia sua. i. a tẽpore quo
cepit esse populus nominatus. & requieuit in fecibus suis. i. q̃ete possedit diuitias suas
que feces dicunt̃ eo q̃ prestant fomentũ omnibus uitijs & nõ ẽ tranffusus etce. loquit̃
de ea scd̃m metaphorã uini qd̃ nõ ẽ tranffusũ de uno uase ad aliud eo q̃ non fuerat
translatus de terra sua ad aliã ꝓ captiuitatẽ. Idcirco ꝓmãsit custos eius id ẽ sapor eius
in eo ꝓ qd̃ designat̃ appetitus eius & inclinatio ad uitia q̃bus diuitie ꝓstãt fomentũ
Timo. vi. q uolũt diuites fieri: incidunt in laqueum. & in temptationes diaboli & in

desideria etc. & odor eius. i. fama non est immutatus ab antiquo enim erāt diffamati de uitiis carnalibus. Propterea ecce dies uenīt de propinquo & mittā ei ordinatores & stratores lagūcularum & sternent eū. littera hebraica planior est que talis est mittā euacuatores. & euacuabūt eū. isti fuerūt Assyrii q euacuauerūt eū diuitiis. & lagū/ cula eorū collident. i. homines possessores diuitiarū uel loca ubi diuitie reseruabāt Hec omnia destruxerunt Assyrii. & confundet Moab Achamos id est propter cultū idoli Thamos sicut confusa est domus Israel a Bethel id est propter cultū uituli aurei in Bethel secundū quod habet tertio Re. vii. Quomodo dicitis? Hic ponitur secūda ratio destructionis Moab. que est iactantia de fortitudine bellatorū suorū cū dicit quomodo dicitis fortes sumus etc. q. d. per effectum apparebit contrariū. Ideo subdit Vastata ē Moab. & ciuitates illius succenderunt. s. aduersarii & electi iuuenes eius. s. Moab descenderūt a superbia sua in occisionē a suis aduersariis. cōsolamini eū. ironice loquit̄ ꝓpter qđ subdit̄: dicite quomō confracta est uirga fortis id ē potestas Moab baculus gloriosus. i. sceptrū regni eius superbū. descēde de gloria in confusionē. sede insitti. i. in penuria que superbisti. ex nimia abūdantia. habitatio filie Dion. nomen ē ciuitatis famose in uia sta etce. loquit̄ de populo Moab ꝑ modū hominis in pauore & angustia existentis q ꝓspicit hinc & inde ad uidendū si ueniat aliqs unde possit aliqd cōsolabile audire frequenter tamen audit contrariū. & sic fuit in ꝓposito. Ideo seqt̄ confusus est Moab etce. & responsio est interrogati · ululate & clamate etc. ut omnes preparent se ad fugam. eo ꝙ ciuitates fortes sūt destructe. & nominant̄ in littera et patet. Abscissū est. Hic ponit̄ ratio destructiōis Moab que accipit̄ ex eius contēptu & infidelitate cum dicitur: abscissū est cornu Moab id est superbia eius est detecta & brachium eius id est fortudo contritum est. Inebriate eum. s. calice ire domini. Istud tñ in aliqbus libris ponit̄ in textu: & hoc fuit per ignorantiam scriptorum qui hanc glosam interlinearem textui interseruerunt: sicut & in multis aliis scripture locis. qui contra dominum erectus est. pre superbia eum contemnendo & allidet. s. dñs manum Moab. i. potestatē eius in uomitu suo. In hoc ꝓsequitur metaphoram bois inebriati q reiicit ea que habet interius sic ex dei iustitia Moab fuit diuitiis & uirtute uacuatus & erit in derisū etiā ipse · cuius causa subdit̄. fuit enī in derisūt ibi Israhel qñ captiua/ tus fuit a Rege Salmanasar scđm illud Esa. xxxiii. Veh qui spernis: nonne & ipse spneris? ꝓpter uerba tua ergo cōtēptibilia contra Israel. captiuus duceris sicut & ipse ideo subdit̄: relinqte ciuitates etc. & estote quasi colūba nidificās in sūmo ore foramis quod exponens Ra. Sa. dicit ꝙ in ripis fluuiorū excauatione aque fiūt foramia & qñ fluuii multū decrescūt: sunt satis alta ab aqua. & ibi nidificant columbe sed qñ crescit fluuius intrat aqua & aufert nidū secum. sic populus Moab per inundantiā exercitus Assyriorū de terra sua fuit translatus. Alii exponunt aliter cū dicit̄: habitate in petra id ē in rupibus altis habitatores Moab. q solebatis habitare in ciuitatibus delicatis & estote quasi colūba nidificans in sūmo etc. i. in altiori loco rupis ubi homines armati nō possunt ascendere: & uos sequi. q. d. nō potestis aliter euadere: ꝓpter qđ reuertit̄ ad increpandum superbiā Moab: cum dicitur: audiuimus superbiam etc. sublimitatē eius in statu. & arrogantiam eius in affatu. & superbiam in effectu. & altitudinem cordis in cogitatu. iactantiā eius & ꝙ nō sit iuxta eū uirtus eius. nec iuxta ꝙ poterat conata sit facere. In Hebreo habetur ira eius iniusta & fortitudo eius nō sic fecit qđ exponit Ra. Sa. ira eius. i. odium contra populū Israel i iniusta quia magis deberet diligere tanq̄ grata de bñficiis Abrahe erga Loth patrem Moab quē captū ab ho/ stibus eripuit Gen. xiiii. & subuersione Sodome suis precibus liberauit Gen. xix. Ideo

Hic consequenter ponitur compassio Hieremie qui Moabitis compatiebatur eo ꝙ uidebat in spiritu Xp̄m descensurū de Ruth Moabite de qua genuit Booz Obeth & Obeth Iesse patrem Dauid sicut dictū fuit plenius Esa.xv. & hoc est qđ dicit: Ideo sup Moab eiulabo.i.flebiliter clamabo.ad uiros muri fictilis.i.ad Moabitas habētes ciuitates edificatas & clausas de lateribus coctis. de planctu Iazer etc. nomē est loci ubi est uinearū abundantia.propagines tue.i.uiri tui fortes quos sic uocat ex uineis ibi abūdātibus. transierūt mare in captiuitatē ducti. & exultatio de Carmelo. nomen est loci in Moab alius a Carmelo q est in Iudea nequaq̄ calcator uue. solitū celeuma cantabit. ē aūt celeuma cāticū uindemiatorū qñ abūdāt in uino & p hoc intelligit destructio uineaꝝ & captiuatio hoīm.de clamore Esebō etc.nomē ē ciuitatis populose propter quod clamor populi in eius destructiōe longe fuit diffusus.a Segor usq; ad Oronaim. q est locus in p̄fundo Moab uitulā consternantē.. hoc dicit eo ꝙ Segor fuit subuersa cū Sodoma. Sciendū tamē ꝙ Segor non fuit in terra Moab sed in extremitate Iudee uersus terrā Moab.Aque quoq; Nemrim pessime erant. p̄pter multitudinem sanguinis humani ibi currentis. & auferā de Moab ait dñus offerentē in excelsis. ibi enim idola colebant. p̄pterea cor meū ad Moab per compassionē. q̄si tibia resonabit alte clamādo. & resumit hic prophēta modū sue cōpassionis sicut solet fieri in carminibus lugubribus ꝙ principiū in prosequendo resumit: qa plus fecit q̄ potuit.i.attemptauit aliqua mala: que perficere nō potuit.quia tñ sibi ē imputādū: ac si fecisset: Ideo subdit: Idcirco perierūt Moabite omne enim caput caluitium etc. Illi enim qui antiqtus ducebant captiui radebant q̄ntum ad capillos & barbā scām qđ dicit Deutero.xxxii. de captiuitate nudati inimicorū capitis. In cūctis manibus colligatio. capti enim in bello ducunt colligati & cilicio seu sacco induti subtractis eis uestibus p̄ciosis cetera patēt i littera. Hec dicit. Hic cōsequēter ponit destructio Moabitarū per Regē Babylonis q fuit magno tēpore post predictā. Ideo dicit ecce quasi aqla euolabit: qa exercitus Babylonis uelociter & sine impedimento cōtra Moab uenit. & extendit alas suas.i.acies que ordinate uocant ale. & erit cor fortiū Moab die sicut mulieris p̄turientis.i. ualde timidū & anxiū & cessabit Moab esse populus q.d. ita pauci remanebūt: ꝙ dici populus nō poterūt. qa cōtra dominū locutus ē ex superbia enim p̄cedit blasphemia. pauor & fouea etc. id est tot pericula & ex diuersis partibus occurrent Moabitis ꝙ si euadent aliqua capient in aliis. Adducā enim sup Moab annū uisitationis eorū.i. punitionis peccatorū suorū. In umbra Esebon steterūt de laqueo fugientes. Esebon enim erat ciuitas fortis p̄pter qđ multi ne caperentur a tiratus illā succēdit.& similiter Seō ad quā similiter aliq fugerāt p̄pter eius fortitudinē & deuorabit ptē Moab.i.ptē magnā populi refugiētis ibi.& uirtutē.i.ciuitatē regni capitaneā.filiorū tumultus sic nominabat: eo ꝙ erat ibi populus multus.pisti populeboc addit in fine ad ostendendum ꝙ populus Moab repararetur futuris tēporibus. & subditur conclusio huius ca.huc usq; iudicia moab id est illa que uentura sunt super eum ex ordinatione diuine iusticie.

.XLVIIII.

Te ad filios Ammon. Hic in quarto loco ponit prophetia contra Ammonitas & alias quattuor gentes & ideo diuiditur istud.c. in quinq; partes que patebūt prosequendo. In prima autem parte ponitur p̄phetia contra Ammonitas q debuerūt diligere & iuuare populum Israel propter beneficia que fecit Abraham Loth patri eorum ut dictum est.c. precedenti & ipsi magis nocuerunt eis non solum gaudendo de

eorum infortuniis: sed etiam terram eorum in parte occupanda. propter quod dicit̃
hic ite ad filios Ammon & est uerbum domini ad aduersarios eorum diuinam iusticiã
exequẽtes. nunqd nõ filii sunt Israel etc. q. d. imo: Ideo subditur: cur igit̃ hereditate
possedit Melchom. i. Rex eorum. s. Ammonitarum. Melchom enim interpretatur
Rex eorum. & aliquando accipitur pro idolo Ammonitarum aliquando pro Rege
ipsorum. Gad. i. hereditatem Gad. accepit eni tribus Gad hereditatẽ ultra Iordanẽ
prope Ammonitas propter quod Ammonite illam occupauerũt uiolenter & iniuste.
Ideo sequitur pena cum dicitur: Ideo ecce dies ueniunt. in breui & auditum faciã sup
Rabach. ciuitas erat metropolis regni Ammon: fremitum prelii quem sustinere non
poterit. Ideo sequitur: & erit in tumulum dissipata sic est in Hebreo aliq libri habẽt
tumultum: & male filieq; eius id ẽ ciuitates & uille sub ea existentes igni succendentur
& possidebit Israel possessores suos. hoc fuit impletum tempore Mach. qui aliquos de
Ammonitis sibi subiecerunt. Vlula Esebon quoniam uastata est Hai nomẽ ẽ cuiusdã
fortalicii propinqui ciuitati Esebon circuite per sepes tanq̃ uagabũde & fugitiue qm̃
Melchom in transmigratione ducitur. erat enim idolum de materia preciosa propter
quod asportatum fuit ab aduersariis. qd gloriaris in uallibus? In terra enim illa erãt
ualles fertiles in bonis de quibus gloriabuntur sed hoc excluditur: cũ subdit̃. defluxit
uallis tua. i. a bonis suis euacuata est. filia delicata id est gens Ammonitarum deliciis
carnalibus intenta. que cõfidebas de thesauris tuis tanq̃ de diuitiis naturalibus sicut sũt
congregatio bladi. uini. & olei. q̃ de artificialibus sicut sunt pecunie auri & argẽti &
dicebas pre superbia: quis ueniet ad me? id ẽ nullus auderet me inuadere. sed cõtrariũ
inducitur. Ecce ego inducam super te terrorem etc. dispergimini singuli a conspectu
uestro. ita ꝙ nullus uideat alium de cetero. & post hec reuerti facias etc. hoc dicit̃ ad
aliquã Ammonitarum consolationem respectu tamen temporis futuri. Ad Idumeã.
hec est secunda pars in qua ponitur prophetia contra Idumeos qui debuerunt filios
Israel diligere eo ꝙ descenderunt de Esau. fratre Iacob & ipsi ecõtrario oderũt eos
propter ꝙ dominus eos infatuauit ut nescirent inuenire consilium contra imminens
periculum. & hoc est ꝙ dicit̃: nunquid non est sapientia in Theman? q. d. nõ & tamẽ
in illa ciuitate uigebat studium sapientie & quia deficiente consilio cõtra periculum
non restat nisi fuga. Ideo subditur: fugite etc. descendite in uoraginem. i. in abyssũ
malorum. uel ad litteram in uoraginem. i. in loca subterranea uos abscondendo. si
uindemiatores. q. d. si uindemiatores uel fures ĩtroissent ad te: aliqd tibi reliquissent.
sed hostes tui ita scrutabũt̃ omnia occulta tua: ꝙ nihil remanebit tibi nec etiã hoĩes
Ideo subditur: uastatum est semen eius etce. relinque pupillos tuos quando enim uiri
occiduntur: seu in captiuitatem ducuntur: paruuli & mulieres relinquuntur secundũ
modum debellandi rationabilem. Vnde in historia sancti Siluestri dicitur: ꝙ hoc erat
statutum in bellis Ro. ut quicũq; aliquẽ occidisset ĩfantẽ capitali sentẽtia puniretur
per hoc ergo ꝙ dicitur relinque pupillos etc. datur intelligi ꝙ omnes uiri sũt occidẽdi
uel captiuandi: ita ꝙ solum remaneant mulieres & paruuli. & ego faciam eos uiuere.
propriũ est enim ipsius dei innocentibus in necessitatis articulo prouidere. & subditur
ratio talis punitionis cum dicitur: ecce quibus non erat iudicium ut biberent calicẽ. i.
non meruerũt penã mortis seu captiuitatis: sicut Hieremias innocẽs fuit incarceratus
& Baruch cum ipso ad mortem quesitus ut supra dictum est. xxxvi. & tu q̃si innocẽs
relinqueris: cum tamen multa iniqua feceris. cetera patent usq; ibi: In maledictionem
erit Bosra id est exemplum maledictiõis: ut cum aliquis maledicet alicui ciuitati dicet
sic fiat de ea sicut de Bosra. dicit aũt hic Ra. Sa. ꝙ Bosra est ciuitas ĩ Moab. sed ponit̃

hic in punitiõe Idumee quia de ea fuit natus unus Rex Edom scdm qđ dicit Gen. xxxvi. & regnabit p eo Iobab de Bosra. potest tamẽ dici q̃ est alia ciuitas Idumee eiusdem tamen nominis. In diuersis enim terris bene sũt eiusdem nois ciuitates. auditũ audiui a domino, uerbum est Hieremie & legatus ad gentes missus sum. denunciando ex parte dei ut ueniant ad destruendum Idumeam ideo subditur: ecce ego paruulum dedi te in gentibus. qui solebas esse maximus. contemptibilem. qui eras honoratus. cuius causa subditur: arrogantia decepit te. quia excecat intellectum. qui habitas in cauernis petre id est in locis inaccessibilibus. & ẽxpugnabilibus. & appẽdere niteris altitudinem collis id est indebiti tibi honoris. sed magis deiecteris. Ideo subditur cum exaltaueris etc. & patet littera usq; ibi: ecce quasi leo ascẽdet. i. Rex Babylonis qui designatur nomine leonis eo q̃ habebat signum leonis in uexillo ut dictum est supra iiii. ca. de superbia Iordanis intumescentis qui tunc operit terram iuxta positam & p hoc designatur q̃ Rex Babylonis uenturus sit cum tanta multitudine & potestate: q̃ absorbeat Idumeam que notatur: cum dicitur: ad pulchritudinem robustam. eo q̃ ibi erant ciuitates pulchre & fortes. & quis erit electus. i. Princeps in Idumea. quem preponam ei: ut ei resistat & p̃ualeat. q. d. nullus eo q̃ iste est executor mee iusticie & procedens mea uirtute quis enim similis mei. q d. nullus. & quis est iste pastor id ẽ Idumee rector qui resistat uultui meo. q. d. nullus ideo sequit̃ postea si nõ etecerint eos. s. Idumeos paruuli gregis id est minimi de exercitu mea uirtute p̃cedentes. & nisi dissipauerint eis habitulum eorum. i. ciuitates & fortalicia Idumeorum q. d. nisi fiat ita: non credatur mihi: qui tamen sum ueritas ipsa. A uoce ruine eorum commota est terra qa rumor huius status fuit diffusus ad habitantes in terra. & nauigantes in mari ecce quasi aquila ascendet & euolabit: qa Rex Babylonis fortiter & celeriter ueniet contra Idumeam. & expander alas suas id est acies super Bosram ciuitatem regiam. & erit cor fortium Idumee in die illa quando debebunt resistere & bellare. quasi cor mulieris parturientis. i. pauidum & anxium nimis. Ad Damascum. Hic consequẽter ponitur propheta contra Syros q̃ multa mala intulerunt Iudeis ut patet. iii. & iiii. Reg. in pluribus locis. & hoc est: quod dicitur. ad Damascum. erat. n. ciuitas metropolis Syrie secũdũ quod dicitur Esa. vii. caput Syrie Damascus. & ideo p̃phetãdo contra Damascum prophetat contra totam Syriam confusa est Emath & Arphat. nomina sunt ciuitatum Syrie. quia auditum pessimum audierũt. s. captionẽ Damasci que erat metropolis. turbati sunt in mari. i. habitãtes in quibusdã insulis maris Syrie propinquis sub eius dominio existentibus: propter qđ audita uastatiõe Syrie turbati fuerunt. sollicitudine quiescere non potuit. s. populus ibi habitans timens ne ad ipsũ perueniret gladius. In Hebreo autem sic habetur Sicut mare turbatum q̃escere nõ potuit: s. populus existens in Emath & Arphat. & littera est plana qa nõ leguntur tales insule sub dominio Syrie. Dissoluta est Damascus pre timore q dissoluit uirtutẽ animi. & corporis. ideo subdit̃ uersa est in fugam. dolores tenuerũt eã q̃si pturientẽ que patitur dolorem maximũ & angustiam quomõ dereliquerunt ciuitatẽ laudabilẽ id est Damascũ metropolin ubi habitauerant abũdanter & iocose. In Hebreo habet quomodo non est fortificata ciuitas laudabilis etc. quia non fuit sufficienter munita a ciuibus contra hostes. & sic q̃ dicitur hic quomodo derelinquerũt ciuitatem etc. s. sic immunitam ideo subdit̃. Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius. eo q̃ hostes de facili introibunt. & omnes uiri prelii conticescent. nõ potentes resistere & succendã ignem in muro Damasci. i. in domibus muro adherentibus & deuorabit menia Benedab. fuit enim Benedab Rex Syrie magnus & potẽs ut habetur. iii. Reg. xx. & fecit magna

edificia in Damasco que tunc fuerunt combusta. Ad cedar. Hec est pars q̃rta huius ca. in qua prophetat contra Sarracenos qui melius dicerent Agareni: qa descenderũt ab Abraham per Ismaelem filium Agar ancille sed ipsi usurpauerunt sibi nomen a Sara libera. Cedar autem fuit filius Ismaelis: ut habetur Gen. xxv. & qa fuit potẽs & famosus per ipsum intelliguntur hic Agareni. & ad regna Azor nomen ẽ ciuitatis metropolis q̃uis enĩ Agareni habitarent in tabernaculis & nõ in ciuitatibus ut postea dicetur: tamen habebant aliquas ciuitates in quibus manebant artifices ad faciendum multa hominibus necessaria que non possunt fieri in tentoriis competẽter. sicut modo in dominio Tartarorum sũt alique ciuitates p mercatoribus & artificibus sed nobiles & homines armorum habitabant in campis in tentoriis. q̃ autem dicitur hic ad regna Azor. ponitur plurale pro singulari: sicut Exo. xxxii. isti sunt dii tui Israel tamen ibi erat unicum idolum. uel dicitur regna in plurali: qa sub uno principali Rege erãt plures reguli. & uastate filios orientis. sic enim nominantur Agareni qui habitant in parte orientali respectu Iudee tabernacula eorum etc. quia sicut dictũ ẽ: habitabãt in tabernaculis cum gregibus suis & depasta una regione transferebant tentoria sua ad aliam. in uoraginibus sedete. i. in locis occultis subterraneis ubi Chaldei nõ possint uos inuenire. Iniit enim contra uos Nabu. Rex Babylonis cõsilium cuius deffinitio fuit uos debellare dicens bellatoribus suis: consurgite. & ascendite. ad gentem quietã q. d. de facili poterit debellari: quia non cauet sibi. non hostia nõ uectes eis id est nõ habitabant in fortaliciis sed in cãpis. soli habitant id ẽ non habent cum aliis gentibus confederationem a quibus auxilientur. Ideo subditur: & erunt Cameli eorum etc. qa non restat eis nisi fuga: subditur: & dispergam eos in omnem uentum. quia homines fugientes uadunt ad diuersas partes. qui attonsi sunt in comam. Agareni enim tunc habebant capillos recisos ad modũ pugilum: ut dicunt expositores nostri. In Hebreo habetur sic & dispergam eos in omnem uentũ angulatos angulo id ẽ fugatos usq; ad terre angulos ut exponit Rab. Salo. & erit Azor ciuitas supradicta habitaculum draconum. tanq̃ destructa sine reparatione. Quod factum est. Hic est quinta pars istius. c. in qua prophetat contra Elamitas & p̀mo ponitur tempus huius reuelatiõis facte Hieremie cum dicitur: In principio regni Sedechie. & subditur prophetia cũ dicitur: ecce ego confringam arcum Elam. i: eius potestatem que designat̃ per arcum eo q̃ erant optimi sagittarii. & inducam super eos quattuor uentos. i. aduersarios a quattuor uentis. & uentilabo eos euciendo eos longe a terra sua cetera patent usq; ibi & ponam solium meum in Elam. i. dabo dominium eius alteri cuius solium erit meũ inquantum potestate mea & autoritate obtinebit. In Hebreo habetur. & ponã sedẽ meam id est obsidiõem meam in Elam ut exponit Ra. Sa. & dicitur illa obsidio dñi: eo q̃ dominus instigauit eam fieri. In nouissimis autem diebus reuerti faciã captiões Elam. Illud enim regnũ fuit postea reparatũ per magnũ tẽpus. .L.

VErbum Hieremias superius prophetauit contra gentiles. hic ulterius p̃phetat cõtra Babylonios tum quia circa eos magis immoratur: tum qa per hoc p̃phetia sequenti littere magis continuatur ut uidebitur. Et diuiditur in duas partes qa p̀mo ponitur destructio Chaldeorum uerbis planis. Scd̃o magis parabolicis. c. li. Prima in tres quia primo ponitur destructio. secundo destructionis ratio ibi: qm̃ exultastis tertio destruentiũ cõditio ibi. ecce populus. Prima adhuc in duas: qa primo describit Chaldeorum interitus. scd̃o Iudeorum reditus ibi. in diebus illis. Circa primum dicit̃: annuntiate in gentibus tanq̃ mirabile factum omnibus. Leuate signum id est ponite signum aduersariorum. Super portas Babylonis in signum captionis: ideo subditur:

dicite capta est Babylon confusus est Bel. captus est Marodach dicunt expositores aliqui ꝙ per Marodach intelligitur Balthasar quē interfecerūt Perse & incoli Dan. v. & dicitur Marodach qa fuit filius Euilmoradach talia enim nomina aliqñ uariātē in medio sicut Guillelmus & Guillotus sunt idē nomen. Ra. Sa. dicit ꝙ Marodach est hic nomen idoli sicut & Bel que dicunt confusa & deuicta: qa manifeste apparuit ꝙ non habebat potestatem saluandi suos cultores. quoniam ascendet cōtra eam gens ab aquilone. i. a Media & Persida que uergunt ad aquilonem respectu Babylonie q ponent terram eius in solitudinem: quia Babylonia tunc destructa non fuit postea edificata: sicut habetur infra eo. c. & Esa. xiii. In diebus illis. Hic consequenter de/scribitur Iudeorum reditus quia post destructionem Babylonie Cyrus primo anno regni sui dedit Iudeis licentiam reuertendi in Iudeam Esdre. i. & hoc est: quod dicit̄ In diebus illis etc. uenīēt filii Israel ipsi & filii Iuda. regno enim Israel captiuato per Salmanasar: aliqui euasērūt qui postea in regno Iuda habitauerūt. & sic cum filius Iuda ducti fuerunt in Babylonem & cum eis redierunt. & flentes pre gaudio seu ex contritione precedentium peccatorum propter que fuerunt captiuati. properabunt & dominum deum suum querent. per debitum cultum. Vnde. i. Esdre. iii. dicitur ꝙ uenientes in Hierusalem erexerunt ibi altare domini offerentes sup illud holocaustū domino mane & uespere. & apponētur ad dominum federe sempiterno. quia postea non leguntur Iudei a deo per Idolatriam declinasse nisi aliq pauci tempore Mach. & magis uiolentia q̄ uoluntate. Sciendum tamen ꝙ in Hebreo hic habetur federe in seculum. ꝙ non semper importat perpetuitatem sed durationem notabilem. ꝙ nulla obliuione delebitur. In Hebreo habetur: quod obliuioni non dabit̄. s. usq; ad magnū tempus. a reditu enim captiuitatis Babylonice usq; ad Xp̄m fluxerunt anni circiter cccc. Grex perditus factus est populus meus in captiuitate Babylōica. & subdit̄ causa pastores eorum. s. sacerdotes & falsi Prophete. seduxerunt eos: ut patet ex predictis in hoc libro in pluribus locis. fecerunt eos uagari in mōtibus in cultu idolorum: que in talibus locis ponebantur obliti sunt cubilis sui id ē templi domini quod dicebatur caula siue cubile fidelium. & quia propter hoc frequenter traditi fuerunt Iudei in manibus hostium. Ideo subditur: omnes q̄ inuenerunt etc. ex hoc enī ꝙ Iudei ꝓpter offensam dei tradebantur in manibus hostium dicebant hostes se nō peccare tractādo eos cum nimia crudelitate. sed hoc non est uerum: quia deus actibus malorꝫ bene utit̄ in bonum sicut per demones exercet suam iusticiam in damnatos. Recedite de medio Babylonis uos Iudei per Cyrum licentiandi. & estote quasi hedi ante gregem. id est letāter redite in Iudeam. quoniam ecce ego suscitabo etc. per aduentū enim Persarū & Medorꝫ fuit capta Babylonia. & ex consequenti data Iudeis licentia. cetera patēt in littera. Quoniam exaltastis. Hic consequenter ponitur destructionis Babylonice ratio & est duplex una propter crudelitatem erga populum Iudaicum alia propter impietatem erga deum. secunda ponitur ibi. uox fugientium. Prima adhuc diuidit̄ in duas: quia ad destructiōem Chaldeorum secuta est liberatio Iudeorum. Ideo ꝑmo ponitur primum. secūdo scd̄m ibi. grex dispersus. Circa primum dicit̄ qm̄ exultastis in debellatione populi mei. & magna loqmini. attribuētes hoc uestre uirtuti. diripi/entes hereditatem meam id est Iudeam eo ꝙ ibi uiguit diuinus cultus. quoniam effusi estis. ad lacerandum populum meum. sicut uitulus super herbam. ad eam deglutiēdā In Hebreo habetur ut uitula triturans que pedibus suis messem conterit. & ore suo comedit. & mugistis ut tauri ad ipsum ampliꝰ deterrendum. confusa est mater uestra id est Babylon metropolis in regno Chaldeorum. & adeq̄ta puluerī. i. electa in terrā

ecce nouissima erit. que solebat eē p̄ma inter om̄es ciuitates. & deserta ab oībus in uia
quia nullus audebit transire propter serpentes & dracones ibi habitantes. & arens q̄a
Euphrates transiens per eā fuit deuiatus ab alueo suo ꝑ Persas & Medos eā obsidētes
ita ꝙ per alueum siccum intrauerunt ciuitatem. ab ira domini non habitabitur id est
a uindicta dei factum est: ꝙ decetero non habitetur: ut predictum est. omnis qui
transibit per Babylonem stupebit de destructiōe tante ciuitatis. & sibilabit deridēdo
superbiam eius precedentem. preparamini contra Babylonem per circuitum etc. ita ꝙ
nullus possit stare ad ꝓpugnacula: ad eius defensionem. clamate aduersus eā exhor/
tando bellatores contra eam. ubiq; dedit manum id est ubiq; quesiuit auxilium. & nō
inuenit sicut infra dicit̄ in fine libri. Egypto dedimus manū etc. sicut fecit destruēdo
crudeliter alia regna. facite ei eam destruēdo. disperdite satorem etc. i. reddite terrā
in circuitu eius desertam. & incultam. a facie gladii columbe id est ꝓpter crudelitatē
regis Babylonis qui dicitur columba non a carentia fellis sed sagacitatis. secundū illud
Osee. Effraim colūba seducta est. In Hebreo habet̄ a facie gladii uinosi. i. sanguine
Babyloniorum īebriati. & per hoc intelligitur gladius Medorum & Persarum dictio
enim Hebraica hic posita scilicet Iona equiuoca est ad columbam & ad uinositatem
ut dictum est supra. xxv. & . xlvi. unusq̄sq;. s. alienigenarū in Babylone existentiū
ad populum suū conuertetur de Babylone recedēdo. Grex dispersus. Hic cōsequēter
describitur liberatio Iudeorum que secuta est ad destructionem Chaldeoꝝ premittit̄
tamē eius captiuatio cum dicit̄: Grex dispersus Israel. i. ductus ad diuersa loca extra
terram suā. leones. i. reges crudeles eiecerūt eum & qui fuerint illi: subditur: primus
comedit eū Rex Assur: q captiuauit. x. tribus. iiii. Regum. xviii. iste nouissimus ex/
ossauit eū Nabuch. qui destruxit Hierusalem & templum ubi erat fortitudo populi
temporaliter & spiritaliter sicut fortitudo corporis est in ossibus. Propterea etc. ecce
ego uisitabo Regem Babylōis per debitam penam. & pascetur Carmelus & Basan. i.
abundāter uiuet de bonis terre. In diebus illis etc. queretur iniq̄tas Israel. s. idolatria
propter quam fuerat captiuatus: & nō erit: quia post reditum captiuitatis Babylōice
non legitur populus ad idolatriā declinasse: ut dictū est supra. Cōsequenter reuertit̄
ad destructionem Babylonis cum dicitur: super terram dominantium. i. Babyloniorū
qui multis regnis dominabantur. In Hebreo habetur rebellantiū. rebellauerūt enim
domino eius templum destruendo. Ascende tu Cyre & super habitatores eius uisita in
malum. ideo subditur. dissipa & interfice etc. contritus est malleus terre. i. Rex Ba/
bylonis q contriuerat multas gentes sicut malleus lapides. quoniā uersa est in desertū
& subdit modū. illaqueaui te. te captiuando mō a te īprouiso sicut auis laqueo capit̄.
Medi enim & Perse longe a Babylone fecerunt flumen Euphraten qui currebat per
ciuitatem alibi diuertere: & sic per alueum ubi non erat murus: intrauerunt repente
inuenta es & apprehensa ab aduersariis tuis quoniam dominum prouocasti. q. d. nō
est operatio humana: sed uindicta diuina. Ideo subditur: apperuit dn̄s thesaurū suū
id est malum pene in sua prescientia nobis occulta preparata tibi protulit in effectu.
Venite ad eam ab extremis finibus id est a longinq̄s ualde partibus: Vnde collectus
fuit exercitus Cyri & Darii. aperite & exeant: qui conculcent eam id est remouete
impedimenta ab exercitu Medorum & Persarum. Ideo subditur tollite de uia lapides
redigite in aceruos. littera Hebraica ad alium sensum reducitur: qui talis est. aperite
portas. Babylonis eas frangendo conculcate sicut aceruū supple frugū que extendūt̄
in area & teruntur pedibus animalium in terra illa ad granum excutiendum. q. d. sic
cōculcate Babylonis populū. & iste sensus magis consonat littere p̄cedēti & subsequēti

ut patet de se. Vox fugientium. Hic ponit secunda causa destructionis Babylónice que est pietas contra deum destruendo eius templú. Si enim uerú deú ipsú reputassẽt eius templum non combussissent: & hoc est quod dicitur. Vox fugientium etc. q. d. ad hoc diuinitus fuerunt aliqui in Babylone a morte ꝑseruati ut agnoscerent & cófiterentur Babylonem destructam in ultionem destructionis templi dñi. cetera patent usq; ibi. & nullus euadat. s. de illis quos deus preordinauit interfici: quia plures mortẽ euaserunt: ut dictum est immediate qa cótra deú erecta est destructionẽ Hierusalẽ sue uirtuti imputando & templum domini concremando aduersus sanctum Israel id ẽ aduersus deum qui colitur ab Israel sicut sanctus sanctorum. cetera patent usq; ibi. ecce ego ad te superbe. tu Rex Babylonis qui faciebas te adorari sicut deú Dan. iii. & deuorabit omnia in circuitu eius. quia Medi & Perse non destruxerunt urbes sed alia que erant in circuitu urbium. Hec dicit. Hic consequenter ponitur liberatio Iudeorum consecuta a destructione Chaldeorú a qbus dure tractabant: ideo subdit calumniam sustinent etc. & subditur eorum liberator uirtute diuina. redemptor eorú fortis est etc. iudicio. i. secundú ordinem sue iusticie defẽdet causam eoꝝ. eos liberãdo & Chaldeos puniendo: ideo sequitur: gladius. s. Medorum & Persarum ad Chaldeos destruendos. gladius ad diuinos qui delusi a demonibus falsa Babylonis denunciabant eis securitatem promittendo. Ideo sequitur. qui stulti erunt quia contrariú apparuit per effectum. cetera patẽt usq; ibi: siccitas super aq̃s eius qa Medi & Perse siccauerút alueum modo predicto quia terra sculptilium est id ẽ diuersis idolatrus dedicata & in portentis gloriantur id ẽ in figmẽtis falsis ut dicit glosa. In Hebreo habet. In Emin gloriantẽ. i. deo uel idolo Gigantú ut dicit Ra. Sa. Propterea inhabitabút dracónes qui habitant in locis ruinosis & desertis cum fatuis ficariis. i. Faunis & Satyris ut dicit Hugo qui sút homines siluestres uel secundum alios demónes in tali effigie appentes cetera patent ex supra dictis. Ecce populus. Hic ponitur destruentium conditio & primo ex regione cum dicitur. Ecce populus uenit ab aquilone. scdo a statura cum dicitur: & gens magna. homines enim aquilonares sunt maioris corporis q̃ australes. tertio a multitudíe ibi. & reges multi. quarto ab animositate & crudelitate cú dicitur arcum & scutum etc. quanto enim sunt homines magis aquilonares tanto plus habent de sãguine & sunt magis animosi & iracúdi. Vox eoꝝ q̃si mare sonabit ex multitudíe hominú & fremitu armorum audiuit Rex Babylonis famam eorum in ꝑdictis conditionibus & dissolute sunt manus eius. pre timore angustia apprehendit eum in anío interius. dolor quasi parturientem in sensibus exterius. Ecce quasi leo ascendet iste populus contra Babylonem de superbia Iordanis etc. exponatur sicut supra. xlix. hoc excepto q ibi dicit cótra Idumeã hic aút cótra Babylonẽ usq; ad finẽ huius capituli

HEc dicit dominus descripta Babylonis destructione modo plano .LI.
Hic describitur modo magis parabolico. Et diuiditur in duas partes quia ꝑmo describitur sub parabola uerbi. secundo sub parabola facti ibi uerbum quod precepi. Prima in duas quia primo ponitur parabolica destructio. secundo ponit exploratio ibi. acute sagittas. Prima in duas secundum duas parabolas secunda ibi. calix aureus Prima parabola est de uento pestilente per quem intelligitur exercitus Medorú & Persarum ueniens ad destructionem Babylonis cum dicitur. ecce ego suscitabo super Babylonem & super habitatores eius qui cor suum leuauerunt contra me. templú meú conburendo Nabuc. tempore. & uasa mei cultus humanis usibus applicando tẽpore Balthasar. Dañ. v. quasi uẽtum pestilentem. s. exercitum Medorum & Persarum & mittam in Babylonem uentilatores. s. Cyrú & Darió exercitus rectores & uẽtilabút

eam etc. bona eius rapiendo & destruendo: non tendat sic habent libri correcti: qui tendit arcum suum. q. d. pediteſ sagittarii & equiteſ loricati non poterũt defendere Babylonem scđm Hebreos littera talis est: attendat tẽdens arcum suum & nõ ualebit lorica. & est modus loquendi accurtatus: ubi oportet aliud supplere sicut & Reg. v. proposuerat in die illa q percussisset Iebuseũ subintelligendũ est sic magister milicie & hoc modo cum dicitur attendat subintelligitur bellatorem Babylonicum. tendens arcum suum. s. quilibet sagittarii de exercitu Cyri & Darii & non ualebit lorica. s. Babyloniorum ad sustinendum ictum & huic sensui magis cõsonat littera sequens cũ dicitur: nolite parcere etc. & huius destructionis subditur una causa cũ dicit: quoniã nõ fuit uiduatus Israel & Iuda a deo suo. i. derelictus ab eo totaliter qa licet p̃miserit populũ suũ affligi: & captiuari a Chaldeis: tamẽ postea uindictam accepit. Ideo subditur. fuge de medio Babylonis etc. & patet littera. Calix. Hic ponit scđa pabola scilicet calicis aurei inebriantis gentes per quem designatur Rex Babylonis q potum doloris multis gentibus propinauit & qa hoc fecit crudeliter & superbe attribuens sue uirtuti quod fiebat uirtute dei. Ideo factum est sibi simile secundum ordinem diuine iusticie & secundum hoc patet littera usq; ibi tollite resinam id est medicinã. ad dolorẽ eius sanandum seu mitigandum. & loquit ironice. Vnde subdit: curauimus Babylonẽ etc. & loquit scriptura ad modum medici totaliter desperantis de sanatione infirmi qa tũc dimittit eum. dicit tamen glosa: quod uerbum est angelorũ ad custodiã deputatorũ terre Babylonice dimittentium eam affligi temporaliter ex quo uiderunt super hoc uoluntatem dei. protulit dominus iusticias nostras. uerbũ est redeuntiũ de Babylónica captiuitate confitentium se liberatos p merita Hieremie Ezechielis Danielis & aliorũ sanctorum illius temporis. & etiam patrum antiquorum. Acuite. Hic consequenter ponitur dictarum parabolarum explanatio. & primo prime. scđo secunde. ibi collidis. Prima in duas quia primo ponitur explanatio. scđo dicti confirmatio ibi: iurauit. Prima parabola significabat exercitum Medorum & Persarũ Babyloniã destruentẽ. hoc aut fuit maxime per artem sagittandi: & ideo explanans modum destructionis dicit: acuite sagittas etc. quoniam ultio domini est: in cuius contemptum Balthasar uasa diuino cultui deputata communibus usibus applicauit. ultio templi sui qđ Nab. combussit. sup muros Babylonis leuate signũ etc. quantũcunq; Babylonii se disponãt ad defendendum: tamen nihil eis ualebit. Ideo sequit: cogitauit dominus & fecit etc. que habitas super aquas multas: hoc dicitur quia Euphrates fluuius magnus transibat per ciuitatem ante eius destructionem. locupleſ in thesauris. ex diuersis prouinciis sicut arbor cui est sola mensura pedis rescindenda. In Hebreo habetur: uenit finis tuus mensura rapine tue. i. scđm mensuram peccati tui rapiẽdo crudeliter bona aliorũ & iste sensus magis consonat littere precedẽti: ubi dicit locupleſ in thesauris. Iurauit dominus. Hic consequenter ponitur confirmatio dicti & hoc diuino iuramento cum dicitur. Iurauit dominus exercituum. i. angelorum per animam suam. i. per se ipsum quia spiritus est deus. Io. iiii. non enim habet maiorem per quem iuret: ideo iurat per semetipsum. Geñ. xxii. p memetipsũ iurauit dicit dominus: quoniã replebo Babylonẽ hominibus aduersãtibus. quasi bruco qui incedit cum magna multitudine. & super te celeuma cantabitur. est autem celeuma canticum uindemiatorum: & p hoc designat gaudium Medorum & Persarum in effusione sanguinis Chaldeorum & depredatione eorum qui fecit terram hoc refertur ad illud quod predictum est. Iurauit dominus in fortitudine sua. i. potentia infinita que requiritur ad creatiõem & preparauit orbẽ

id est gubernauit & prudentia extendit celos. qui ad modum tentorii uidenē extēti
super terram dante eo uocem. i. precipiēte multiplicanē aque in celo. s. aereo in quo
generantur. qui leuauit nubes ab extremo terre id ē ab oceano terram habitabilem
terminante inde enim p maiori parte eleuanē exhalationes humide que condensanē
in nubes fulgura in pluuiā fecit. pluuia enī abundans facit cessare fulgura. & pduxit
uētos de thesauris suis. i. de locis hominibus occultis. stultus factus est homo a scientia.
& loquitur de scientia superstitiosa cuiusmodi est nigromantia & eius partes: Ideo
subdiē: confusus ē omnis conflator in sculptili. & loquiē de imaginibus p astronomiā
factis & per alios modos superstitiosos. quia mendax est conflatio eius. quod probat
dicens nec est spiritus in eis si enim aliquando dentur in eis responsa: hoc ē a demōnibus
uana sunt opa: id ē nullā uirtutē de se habentia. & risu digna. i. derisibilia sapiētibus
in tempore uisitationis tue peribunt. destructa enim Babylōe destructa fuerūt idola
que ibi erāt. nō sicut hec. s. uana pars Iacob supple ē. qa q fecit oīa. s. deus uerus
ipse est. s. pars Iacob. & Israel sceptrum hereditatis eius. fideles enim possident deum
per fidem & dilectiōem. & deus possidet eos per gratiam & ideo sicut fideles sūt pars
dei: ita est deus pars eorū. quia preelecti sunt a deo: & ipsi pēligūt eū alius contēptis.
Collidis. Hic ponitē explanatio scde parabole. Et diuidiē in duas partes quia primo
ponitur parabole sententia. scdo Hierusalē querimonia ibi comedetis me. sententia
uero cōsistit in hoc q per eam designatē Rex Babylonis ppinans alius potū mororis.
& sic factum est sibi & suis. quia uictorias factas uirtute dei asscribebat sibi. Ideo sibi
dicitur in persona domini collidis tu mihi. i. ut instrumentum iusticie mee uasa belli
id est apparatum bellorū aliarū gentiū. & ego collidam in te gētes quia iusticiā meā
uolūtate iniqua executus es. Et disperdam in te regna tibi subdita & tibi auxiliātia.
& collidam i te & equum & equitem. i. equos & equites quia ponitē hic singulare pro
plurali: & similiter in sequentibus. & patet littera usq; ibi. omne malum quod fecerūt
in Sion templū concremādo. in oculis uestris in hoc alloquitē Iudeos que hoc uiderūt
quorum plures erant in Babylone. Ecce ego ad te mons pestifer. i. o Babylon que es
mons altus per potentiam & superbiam. & pestifer occidendo gentes alias crudeliter
euoluā te de petris. i. de fortalitiis tuis i qbus cōfidis. & dabo te in montē cōbustiōis
quia Babylon fuit combusta a Medis & Persis & non tollent de te lapidem in angulū
etc. i. non reedificaberis ultra leuate signū. i. uexillū ad cōgregandū bellatores cōtra
Babylonem. sanctificate. i. confirmate ad bellandū. sanctū enī in una significatione
idē est q firmū. annuntiate contra illā Regibus Ararach. i. Armenie regibus Menni
& Assenez nomina sunt regnoꝝ: numerate cōtra eam Tapsat nomen est Hebraicum
& significat exercitū: qui numeratur in expeditiōe. adducite equum id est equos. q̄si
brucum aculeatū. i. agiles & preparatos ad bellū. cetera patent usq; ibi. qa euigilabit
contra Babylonem cogitatio domini uidebatur enim quasi dormiens permittendo
crudelitates Chaldeorū & euigilans in punitiōe eorum. cessauerunt fortes Babylonis
uictorias enim fecerunt uirtute diuina & ideo ipsa retracta non solum cessauerunt
a uictoriis sed etiam fuerunt deuicti ab aliis. Ideo subdiē: & facti sunt q̄si mulieres
que sunt imbelles. incensa sunt tabernacula eius. i. habitatiōes Babylonis. contriti sūt
uectes eius per fractionem portarum currens obuiam currenti etc. Babylon enī erat
ciuitas ualde magna dicit enim Hieronymus super psalmos q erat edificata i quadro
& quodlibet latus habebat in longitudine. xvi. miliaria que faciebant. viii. leucas
propter quod dicit Philosophus libro Polli. q magis erat dicenda regio clausa muris
q̄ ciuitas. & ideo de domo regia frequenter currebant nuntii ad portas ciuitatis &

econuerſo ad denuntiandum ſtatum. Et ideo ingreſſus aduerſariorum cito fuit regi
nuntiatus. Ideo ſubditur: capta eſt ciuitas eius a ſummo uſq; ad ſummum. i. a prima
parte uſq; ad ultimam. & uada preoccupata ſunt. quia Medi & Perſe p alueū flumis
intrauerunt: ut dictum eſt. & paludes incenſe. i. fortalicia quedā in paludibus ſita &
ueri bellatores conturbati ſunt ex ſubito ingreſſu hoſtium filia Babylonis id eſt gēs
Babylonica quaſi area. i. meſſis extēſa in area. tempus triture eius. i. ſue contritiōis
ſicut bladū teritur in area. Comedit me. Hic ponit cōtra Babyloniā querimonia de
malo quod fecit ī Hieruſalē. & diuidit in tres partes: qa primo ponit hec querimōia
ſcđo circa eam diuina iuſticia ibi. ꝓpterea. tertio ſequens lauſ diuina ibi: & laudabūt
Circa primum dicit in perſona Hieruſalem comedit me. populū meum occidendo &
bona rapiendo deuorauit me crudeliter hoc agendo. reddidit me quaſi uas inane. qđ
non eſt aptū ad ſuū officiū quia ſic Hieruſalē deſtruxit: q̄ non erat apta habitatiōi
hominū. repleuit uētrem ſuū teneritudine mea. i. eo qđ tenerrime diligebā rapiēdo:
uaſa aurea & argētea cōſecrata diuino cultui. & eiecit me populum meū captiuādo.
inimicus aduerſū me. i. facta mihi a Chaldeis. & caro mea lacerata ab eis ſup Babylonē
ſupple ueniat ultio eius. Propterea. Hic conſequenter ponitur diuina iuſticia cum
in perſona domini reſpondetur Hieruſalem conquerenti. ecce ego iudicabo cauſam
tuā. dando p te ſententiā cōtra Babylonē. & deſertū faciā mare eius. i. cōgregationē
aquarū ex curſu Euphratis ſcđm modū loquēdi Hebraicū quo omnis aquarū cōgre-
gatio uocatur mare ſecundū illud Gen̄. i. Congregatiōeſq; aquarū appellauit maria.
& ſiccabo uenā eius id ē curſū Euphratis. & erit Babylō intumeſcis. ex ruinis domoꝝ
& murorum. ſtupor & ſibilus. pre admiratione tante ruine ſimul ut leones rugiant. ſ.
Chaldei. leones enī horribiliter rugiunt: quando ſunt deuicti. & excutiēt comas ſuas
detrahendo capillos ſuos pre dolore & indignatione ſicut faciunt leones quando ſunt
deuicti. In Hebreo habet. ſicut recanabunt ut catuli leonū id eſt extranee rugient
pre dolore quia recanare proprium eſt aſinorū in calore eorū ponam potū eorū. i.
calefaciam eos potu & dormire faciam non ſolū dormitione ſoporis ſed etiam mortis.
Ideo ſubditur & dormient ſomnū ſempiternū: dicitur enim Dan. v. q̄ Balthaſar fecit
grande conuiuiū ſuis p̄ncipibus & calefactus uino fecit apportari uaſa dei ut biberēt
in eis. & ibidem ſequitur q̄ eadē nocte īterfectus eſt Balthaſar & regnū eius accepit
Darius Meduſ & quia fatigati a uino fuerunt interfecti. Ideo ſequitur deducam eos
quaſi agnos id eſt ſine defenſione ad uictimam. quomō accepta eſt Seſach. i. Babylō
ſic nominata propter correſpondentiam litterarum ut dictum eſt ſupra. xxv. aſcēdit
ſuper Babylonem mare. i. exercitus magnus ualde & fortis. magnitudine fluctuū eius
id eſt bellatorū. operta eſt. i. abſorpta & deſtructa. cetera patent uſq; ibi. & uiſitabo
ſuper Bel. idolū erat in Babylonia per quod deſignat populus colens eū. & eiciā qđ
abſorbuerat de ore eius. diuitias enim aliarum gentium quas Babylonii abſorbuerāt
ſibi rapiendo ex diuina ſentētia date ſūt Perſis & Medis. & nō confluent ad eū ultra
gentes. que erant ſubdite dominio eorum. Egredimini de medio eius populus meus.
licet enim Iudei eſſent ſerui in terra Babyloniſ: ita q̄ non poterant regnum exire:
poterant tamē de una ciuitate tranſire ad aliā reddēdo Regi de bonis ſuis p̄ tributo
magnam portionem ſicut eſt de Iudeis manentibus ſub Principibus Xp̄ianis. & multi
ex diuina admonitione exiuerunt ante deſtructiōem Babyloniſ. & hoc mō Thobias
p̄udens interitū Ninue dixit filiis ſuis q̄ eo ſepulto exirēt. Thobie. xiiii. ne forte
inoleſcat cor ueſtrum etce. i. nimio timore reſoluatur ex auditu appropinquationis
exercituū cōtra Babylonē. & ueniet in anno auditio. ſ. rumoris de occiſiōe Balthaſar

& destructiõe Babylonis. & post hũc annum auditio scilicet de uestra reuersione in
Hierusalem ut exponit Ra. Sa. occiso enim Balthasar Darius Medus accepit regnũ
eius ut dictum est. & regnauit per annũ integrũ & partem scd̃i & sic ille secũdus pro
parte eius fuit primus annus Cyri qui successit Dario & primo anno Cyri fuit data
licentia redeundi & iniquitas in terra qa Darius & Cyrus fuerunt idolatre & dñator
super dominatorem. i. Cyrus post Darium ut dictũ est. cetera patẽt ex supra dictis.
Et laudabunt. Hic consequenter ponit̃ laus diuina de iusticia circa Babylonẽ facta
cũ dicit̃: & laudabunt super Babylonẽ celi & terra. i. angeli & hoĩes. Ideo subditur.
& omnia & accipit̃ & ꝑ id est celũ enĩ ẽ habitatio angeloꝝ. terra hoĩm. qa ab aqlone
uenient ei predones. s. Medi & Perse qui uenerũt de aqlonari ꝑte respectu Babylõis
& subdit̃ una causa. s. occisio crudelis filioꝝ Israel: cũ dicit̃: & quomõ fecit Babylon
etc. q fugistis gladium. i. uos Iudei qui euasistis: uenite. ĩ Iudeã & Hierusalẽ ascẽdat
super cor uestrũ. i. accipiatis cordi Hierusalẽ & templũ ut ad eorum reedificationem
animemini. & confusi sumus etc. q. d. q̃ diu templum domini remanebit sic destructũ
a gentibus erit nobis cõfusio & obprobriũ: Ideo subdit̃: qa uenerũt alieni. i. idolatre
q sunt alieni a cultu dei. sup sanctificationẽ domus domini. eã incendendo: ut habet̃
c. sequenti & . iiii. Reg. ulti. Propterea ecce dies ueniunt. de ꝓpinquo & uisitabo sup
sculptilia. i. idola & tẽpla Babylonis & in omni terra eius mugiet uulneratus. nõ potẽs
loqui recte pre dolore sed mugiens ad modũ bestie. si ascenderit Babylon in celũ etc.
q. d. q̃ntũcunq; sit eleuata honore & firmata ĩ potestate tamẽ destruet̃ mea uirtute.
Ideo sequit̃: ad me uenient uastatores eius. & perdidit ex ea uocem magnã. i. uerba
iactantie de sua magnitudine & ptãte. & sonabũt fluctus eorũ. i. exercitus Medorũ
& Persarum cetera patent usq; ibi. & emarcuit arcus eorũ. i. nõ poterũt se defendere
per artem sagittandi in qua sunt edocti. & inebriabo Principes eius etce. quia nocte
sequente festũ Balthasar in quo ipse & Principes eius fuerũt uino repleti interfectus
fuit Balthasar & Principes cũ eo ut dictũ est supra. Murus Babylonis ille latissimus
sic est in Hebreo & libris correctis suffosione suffodetur. i. deiicietur: quantũcunq; sit
latus & fortis. & labores populoꝝ ad nihilũ. In edificatiõe enim domorum murorum
Babylonis fuerũt expense multe diuitie acquisite laboribus populoꝝ. & gentiũ quas
ab eis abstulerant Chaldei: & ideo diuinũ fuit iudiciũ ꝙ tales edificationes redigerẽt̃
ad nihilũ. Verbũ. Hic cõsequẽter describit̃ destructio Babylonis sub parabola facti
sicut enĩ parabola uerbi ẽ qñ per significatũ uocũ aliud intelligit̃ ut cũ dicit̃ li. Iud̃.
ierunt ligna ad ramnũ: per quod intelliguntur habitatores Sychẽ & Abimelech quẽ
fecerũt sibi regẽ: sic est parabola facti: quãdo fit aliqd ad significandũ aliud fiendũ.
& sic est in proposito: quia destructio Babylonis scripta ẽ in quodã libello & alligata
lapidi põderoso ꝓiecta fuit in fluuiũ Euphratẽ corã pluribus Iudeis ad significandũ
destructionẽ Babylonis futuram. Primo igitur ponitur quis precepit hoc fieri cum
dicitur: uerbũ qd̃ p̃cepit Hieremias & cui Saraie filio Nerie. & tempus & etiã locus
cũ dicit̃: cũ ꝑgeret cũ Sedechia in Babylonẽ etc. Sedechias enĩ fuerat ĩstitutus Rex
a Rege Babylonis. & ideo q̃rto anno regni sui iuit in Babylonẽ ad faciendũ ei reue/
rentiam. & ad deferendũ munera cũ quo iuit iste Saraias cuius subditur officiũ cum
dicit̃: erat Princeps prophetie. i. principalis inter Leuitas qui in templo decãtabant
laudes diuinas a Dauid & aliis Prophetis factas. In Hebreo habetur: erat Princeps
exenii. & ideo iuit cũ Sedechia ad faciẽdũ exeniũ Regi Babylonis nomine Sedechie
cetera patent usq; ibi. cũ ueneris in Babylonẽ & uideris diligenter ea que scripta sunt
in hoc libro. & legeris omnia uerba hec. s. corã Iudeis: qui illuc translati fuerũt cum

Iechonia Rege Iuda. dicef corā eifdē domine tu locutuf ef contra locum iſtum. id ē
cōtra Babylonē. cetera patēt uſq; ibi: ligabif ad eū lapidē ut demergatur in pfundū
fluminif ad fignificandū totalem deſtructionē Babylonif. huc uſq; uerba Hieremie:
dicunt aliqui ꝙ non eſt de textu ſed quedā rubrica appoſita. ſed hoc non eſt uerum:
quia ſic ſcribitur in Hebreo: ſicut & alia p̄cedentia. .LII.

HIiuf uiginti & unius anni. Iſtud capitulū a p̄ncipio huius libri fuit diuiſū cōtra
p̄cedentia. Eſt enī quedā breuis epilogatio reſpectu p̄cedentiū ī qbus deſcripta
eſt deſtructio Hieruſalē. licet occaſione huius plura alia fuerint annexa. Et diuidit
hoc. ca. in treſ parteſ: quia p̄mo ponit ciuitatif captio. ſcd̄o capte deſtructio ibi: in
menſe aūt. tertio de reliquiif ordinatio ibi: de pauperibuſ. Prima in duaſ quia primo
ponit captionif occaſio. & ſecūdo captio ibi: factū eſt aūt occaſio aūt captionif p̄ma
fuit peccatū Regif & populi contra deū: quod notat: cū dicit: & fecit in oculiſ dñi
malū imitando in hoc Ioacim filiū Ioſie & aliof Regeſ q fuerunt idolatre ꝓpter qd̄
dñſ uoluit Hieruſalē deſtruere. & maxīe ꝓpter Manaſſe peccatū qui poſuit idola in
domo dñi. Secūda occaſio fuit peccatū Sedechie ī Regē Babylōif cui rebellauit: q̄uiſ
turaſſet ei fideliter ſeruire ut habet̄. ii. Para. ult. Factū eſt aūt. Hic ponit ciuitatiſ
captio & patet ſentētia ex iſ que dicta ſunt ſupra. xxxix. ubi deſcribit iſta captio
ſicut hic paucif exceptiſ que exponent̄. Chaldeif obſidētibuſ urbem in gyro. ſi ergo
querat quomō Rex & bellatoreſ potuerunt exire. Dicendū ꝙ erat ua ſubterranea
cuiuſ introitus erat intra ciuitatē inter duof muroſ & exitus erat lōge a ciuitate ultra
locū ubi erant Chaldei & per illā fugerūt Rex & alii ſicut dictū fuit ſupra. xxxix. &
iiii. Reg. ulti. ſed & omneſ Principeſ Iuda occidit. dicit. Ra. Sa. ꝙ iſti fuerūt. lxx.
Iudiceſ ordinarii eo ꝙ relaxauerant iuramentū Sedechie. Alii aūt dicūt: ꝙ fuerunt
Principeſ inducenteſ Sedechiā ad rebellandū Regi Babyloniſ uſq; ad diē mortiſ ſue.
licet aūt mortuuſ fuerit in carcere: tamē Rex Babylōif ſtatū eiuſ regiū conſideraſ
fecit eum ſepeliri honorifice ſicut p̄dixerat Hieremiaſ ſupra. xxxiiii. In mēſe. Hic
conſequenter ponit ciuitatiſ capte deſtructio circa quā p̄mo ponit tempuſ cū dicit:
In menſe aūt quinto. licet aūt fuerit capta menſe quarto ut dicit ſupra eo. ca. tamē nō
fuit combuſta donec ſup hoc habuerūt uoluntatē Regiſ Babyloniſ q agebat tūc in
remotiſ. ſ. in terra Emath ut habet in textu. & ſic tranſiit tēpuſ uſq; ad. x. diē quinti
menſiſ in qua fuit cōbuſta. cetera patent in littera. De pauperibuſ. Hic conſequenter
ponitur ordinatio de remanentibuſ & primo de populo. ſcd̄o de Rege Ioacim ibi &
factū ē. p̄ma in duaſ qa p̄mo ponit ordinatio de populo. ſcd̄o tranſlatoꝝ numeratio
ibi: iſte eſt populuſ. prima in duaſ quia primo ponit ordinatio de perſoniſ. ſecūdo de
uaſiſ ibi: colūnaſ quoq;. Circa primū ſciendū ꝙ de ꝑſoniſ reſeruatiſ ſic fuit ordinatū
ꝙ illi q erant alicuiuſ reputationiſ in ſapientia uel arte aliqua ſiue cōditione notabili
fuerūt tranſlati in Babylonē: ut de illa conditione ſeruirent Babyloniſ. ceteri uero
fuerūt dimiſſi in Iudea ad colendū agroſ uel uineaſ: ne terra redigeret̄ in ſolitudinē
& redderet̄ inutiliſ Regi Babylōif. de cultura uero terre ei tributū magnū reddebat̄
& hoc eſt qd̄ dicit̄. De pauperibuſ aūt populi etc. ſ. habentibuſ aliquā conditionem
utilē Babyloniſ ut plenius exponitur. iiii. Reg. ultim. reliqt magiſter militie etc. &
patet littera. Colūnaſ quoq;. Hic ponit̄ diſpoſitio de uaſiſ quicquid enim fuit p̄cioſū
de talibuſ in templo domini totum portauerunt ſecū Chaldei inter uaſa tñ ponūtur
hic due columne ree que erant ī porticu tēpli de quarū magnitudine & forma dictū
fuit diffuſe per ſingula. iii. Regū. vii. & ſimiliter de aliiſ uaſiſ hic poſitiſ. & ideo hic
breuiter intēdo pertranſire quia deſcriptio exqſita de iſtiſ ibi habet locū. dicit ergo

colúnaſ quoq; ereaſ etc. ſ. illarú colúnarum. quelibet enim colúna habebat quattuor parteſ. ſ. baſem ſtipitẽ caput & capitellú & mare eneú uaſ erat magnú & rotundú in quo lauabanť ſacerdoteſ. quod erat í domo domini. domuſ. n. domini large accepta non ſolú accipiť pro corpore tẽpli ſed etiã ꝓ atriſ & edificiiſ ad ipſú pertinentibuſ cõfregerũt Chaldei ut materia poſſet expeditiuſ portari & lebeteſ id eſt Chaldariaſ ubi coquebanť carneſ: & creagraſ. i. fuſtinulaſ ad extrahendú carneſ & phialaſ uaſa erant ad reponendú unguenta quibuſ ungebanť Regeſ & ſacerdoteſ. & uaſa diuino cultui conſecrata. & mortariola. in qbuſ terebanť ſpecieſ ex quibuſ componebantur ungũenta. & hydriaſ in qbuſ ponebať uinú & oleú ꝓ libaminibuſ fiẽdiſ. & thymiamata in quibuſ terebantur ſpecieſ ad faciendú thymiamata qđ comburebatur ſuper altare thymiamatiſ. & urceoſ & peluеſ. í qbuſ lauabãť carneſ offerẽde ſup altare holocauſti & cyathoſ in qbuſ ꝓbabatur uinú & oleú utrú eſſent apta ad ſacrificium. quotquot aurea etce. qa omnia uaſa aurea ponebant ad unã partẽ & argentea ad aliã & erea ſimiliter ad aliam. Vituloſ. xii. ereoſ boueſ uocantur. iii. Reg. q erant ſub baſibuſ. baſeſ hic dicunť fundi mariſ erei qđ ſedebat ſuper illoſ. xii. uituloſ & treſ reſpiciebãť ad orientẽ & treſ ad occidentẽ & treſ ad meridiẽ & treſ ad aquilonẽ non erat ponduſ eriſ. hoc dicit ad deſignandú multitudinẽ & magnitudinẽ eiuſ in tantú ꝙ non poſſet defacili ſciri ponduſ determinatú. De colúniſ aũt duabuſ ſupra dictiſ. xviii. cubitiſ altitudiniſ etc. hoc ítelligendú eſt de ſtipite qa tota colúna ex q̃ttuor ptibuſ p̃dictiſ conſtituta habebat. xxv. cubitoſ in altú ut habeť. ii. Paral. iii. & declaratú eſt hoc diffuſiuſ. iii. Reg. Et funiculuſ. xii. cubitorum circuibat eã. i. eiuſ groſſiciẽ. porro groſſitudo eiuſ. i. ſpiſſitudo. quattuor digitorú qa erat caua interiuſ capitella ſuper utraq; erea quorú forma erat ualde ſubtiliſ & artificioſa put dictú fuit. iii. Regú. & retiacula & malogranata ad decorẽ enim capitellorú erant ibi in circuitu facta ſicut in boſtiiſ laternarum erearum. & dicũtur retiacula qa foramina illa in aliquo erãt ſimilia retiſ. ſecundú alioſ erat opuſ retiaculatú de filiſ ereiſ factú & poſitum ſuper capitella. ita ꝙ per illa apparebant malogranata ſicut illa que ſunt opta reti appent exteriuſ per retiſ foramina. ſuper coronã. i. ſup capitellú qđ dicit corona eo ꝙ erat ſuper caput colúne ſicut corona ſup caput Regiſ. & fuerũt malogranata nonagíta & ſex dependẽtia a capitello. & tot erant quaſi appoſita. in qualibet columna centú dependentia & centú appoſita ſicut dictú fuit ibidẽ. iſte due colúne erant ſite prope ꝓteteſ ex utraq; parte porticuſ ita ꝙ q̃ttuor malogranata iuxta parietẽ nó appebãt & ideo nó cõputabantur hic & ſic remanent. lxxxxvi. tertio uero. Reg. cõputanť omnia & omnia malogranata centú retiaculiſ circundabanť. licet in qualibet colúna eſſet tantú unú retiaculú: tamẽ erant ibi. c. diſtinctiõeſ ſicut in malograntiſ erãt. c. ordineſ. duo enim malogranata. ſ. unú appoſitú & aliud dependenſ ſub eo faciebant unú ordinẽ. & ſic cũ in circuitu capitelli eſſent centú appoſita. Et centú depẽdentia ibi per conſequenſ erant. c. ordineſ. Et tulit. Hic ponit ordinatio de ꝓſoniſ ad uitam nó reſeruatiſ cũ dicit & tulit magiſter militie Sarcuã ſacerdotẽ ꝑmũ id ẽ primi ordiſ Dauid enim diſtinxit ſacerdoteſ per. xxiiii. ordineſ ut habeť. i. Paral. & de ciuitate tulit eunuchú unú qui erat prepoſituſ ſup uiroſ belli ex quo patet ꝙ iſte eunuchuſ dicit non a ſectiõe genitaliú qa taleſ nó preponunť homíbuſ belli: ſed a maturitate & honeſtate ſcđm qđ dicit Matth. xix. ſunt eunuchi q ſe caſtigauerũt ꝓpter regnú celorú. ſeptẽ uiroſ de iſ q uidebant facie Regiſ. i. habenteſ ad ipſú liberú acceſſú. & ſcribã militem pricipẽ qui ꝓbabat tyroneſ. i. iuueneſ aptoſ ad exercitiú armoꝝ. hoſ interfecit Rex Babyló iſ qa fauorẽ & conſiliú dederant Sedechie rebellãdi. &. lxx.

uiros de populo terre. hos similiter interfecit. quia restiterũt ei defendẽdo ciuitatem quantũ potuerũt. & sic non reddiderunt se uoluntarie: sed fuerunt inuenti latentes & absconditi. Iste est populus. Hic cõsequẽter ponit translator ꝙ Babylonẽ numeratio in anno. vii. Iudeos tria milia: & loquit hic scriptura de translatis cum Iechonia filio Ioachi ut dicit Ra. Sa. & alii Hebrei. Sed cõtra hoc uidet ꝙ dicit. iiii. Regum ꝙ translati cũ eo fuerunt decẽ milia sed hec dissonantia soluit ꝑ hoc ꝙ dicit hic Iudeos tria milia. i. de tribu Iuda. De aliis aũt tribubus fuerunt. vii. milia q hic omittũtur &. iiii. Reg. cũ istis numerant. Itẽ. iiii. Re. dicit ꝙ ista trãsmigratio fuit anno. viii. Nabu. hic autem dicit anno. vii. Ad qd dicendum: ꝙ ibi anni Nabu. accipiuntur a principio regni sui. Hic aũt ab illo tẽpore quo Ioacim filius Iosie fuit et subditus & seruiens sub tributo. Nab. aũt iam regnauerat uno anno. In anno. xviii. etc. loqt hic de translatione populi cũ Rege Sedechia. Sed contra hoc uidet ꝙ supra dicit in ca. isto. Iste est annus. xix. Nabu. etc. & soluit sicut & ꝑcedens qa hic accipiuntur anni Nabu. a tempore quo Ioacim factus fuit ei seruus supra uero a principio regni sui. In anno. xxiii. Nab. tũc enim cepit Tyrum & multas alias ciuitates circa Iudeã ad ꝙs cõfugerant plures Iudei timore Nabu. & ibi tũc fuerũt capti & in Babylonẽ ducti. Omnes ergo anime. hic numerate ꝙttuor milia. sciendũ tamen ꝙ fuerũt multo plures sed hic & in libro Regũ. numerant tantũ notabiliores. Et factũ ẽ. hic ultimo ponit ordinatio de Iechonia Rege q post longũ carcerẽ fuit honoratus in Babylõe cũ dicit. & factũ est in tricesimoseptimo anno transmigrationis Ioacim. tantum enim stetit in statu humili eleuauit Euilmoradach. Iste enim regnauit post Nabuc. patrẽ suũ secundũ Hebreos & mortuo patre cum regnaret honorauit Ioacim super omnes Principes regni sui ut apparet in littera. Ratio aũt huius fuit secundũ aliquos quia Nab. patre ꝑcusso amẽtia iste Euilmoradach filius eius uoluit regnare & ut uidebat de ꝑcussiõe patris gaudere: ꝓpter quod Nab. in regnũ restitutus fecit eũ ĩcarcerari cũ isto Ioachin & sic cũ eo contraxit amicitiã ꝓpter qd constitutus in regno mortuo patre honorauit eũ. cetera patẽt. Et factũ ẽ postq etc. totũ istud usq; ad finẽ capituli uidet a ꝓpositũ ab aliquo expositore ad continuandã sententiã capitulis sequentibus quia nõ est in Hebreo nec in libris correctis.

Incipit Apostilla Nicolai de Lyra super librum Trenorũ Hieremie.

Quomodo sedet etc. In precedẽtibus huius libri Hieremias ꝓphetauit destructionẽ Hierusalẽ futurã: Hic cõsequẽter deplorat eã iã factã: qa uidit suã ꝓphetiã cõpletam. Circa quod sciẽdum ꝙ singulis uersibus littere Hebraice preponunt secundũ ordinẽ alphabeti. Et dicũt aliq ꝙ ꝓpositę sunt ad significãdũ sententiã uersuum qbus preponunt. & sic ex interꝑtationibus litterarum ꝑcedunt ad expositionẽ uersuũ. sed hoc non uidetur bene dictũ Primo qa Hebrei quoꝝ sunt iste littere & per consequens uirtutẽ earũ debẽt magis cognoscere nihil tale dicunt. Secundo qa littera per se sumpta ut est littera: nullam habet significationẽ. nec per consequens interꝑtationẽ licet aliqua littera ut ẽ dictio aliqd significet. sicut apud Latinos hec littera. A. put est ꝓpositio significat sine. Si ergo ex ista significatione aliqs uellet ꝑcedere ad exponendũ uirtutẽ ipsius. A. put ẽ littera uel scripturam ab. A. incipientẽ eẽt manifesta equocatio. Itẽ isti imaginãt

ꝙ iſte littere nō ſint de integritate uerſuū ſed quaſi quidā tituli eiſ prepoſiti : quod nō ē uerū : qa ſic ſūt de integritate uerſuū. In Hebreo ſicut apud noſ in illo hymno. A ſoliſ ortuſ cardine. etc. littere Latine incipiendo ab A uſq; ad G incluſiue ſunt de integritate uerſuū quia primuſ incipit ꝑ A. a ſoliſ etc. Secūduſ per. B. beatuſ autor ſeculi etc. & ſic conſequenter uſq; ad G. Et eodē modo ē hic de litteriſ Hebraiciſ in Hebreo. ſed tranſlator non potuit in Latino ſeruare ordinē litterarū latinarum in ꝓncipiuſ uerſuū qa prima dictio in Hebreo ꝙ quo tranſfert quō : incipit ab Aleph & quō incipit per. Q & ideo ſinguliſ uerſibuſ prepoſuit ſepatim litteraſ Hebraicaſ per ordinē nō ad deſignādū aliqd niſi ꝙ ꝑ taleſ litteraſ incipiūt uerſuſ i Hebreo. Lamē/ tationeſ iſte enī ſcripte ſunt metrice i Hebreo. & tēpore Hieremie currebat moduſ taliſ metrificandi aliquā materiā : ſ. ꝙ uerſuſ incipent ordinate a litteriſ Alphabeti. Sciendū etiā ꝙ hic nō ē querenduſ ꝓceſſuſ artiſ. ſed magiſ dolentiſ & conquerentiſ qa lamentanſ aliqđ factū idē frequēter repetit ſub aliiſ uerbiſ. ſicut mater lamentāſ filiū mortuū aliqñ nominat ipſū ꝓpꝛio nomine. aliqñ nominat eū cor ſuū. aliqñ uitā ſuā. & ſic de aliiſ. & frequēter de una ꝑſona trāſit ad aliā magiſ ſcđm motū affectiōiſ q̄ ſcđm ordinē ratiōiſ. Puta ſub nomine ciuitatū uel loco4 ſubintelligit populuſ ibi ꝓuſ habitanſ & ſic dicit ciuitaſ uel locuſ deſolari uel flere ꝓ fletu populi & deſola/ tiōe. Hiſ igit ꝑmiſſiſ hec parſ libri Hieremie que apud Hebreoſ Cinoch uocatur. i. eiuſdem oratio. ca. v. Prima diuidit in q̄ttuor parteſ ſcđm quadruplex Alphabetū Hebraicū ſcđm ꝙ lamentationeſ iſte metrice deſcribunt & in hoc q̄ttuor ca. Et hoc modo preſenſ. c. poſſet diuidi in. xxii. parteſ ſcđm numerū litterarū ſed nō ē uiſ quia ſicut dictū eſt iſte littere nō ponunt hic ad ſenſū litteralē deſignandū. Dicit igitur: Quō ſedet ſola. i. habitatoribuſ ſuiſ ꝓuata ciuitaſ plena populo anteq̄ eēt deſtructa facta ē quaſi uidua. i. dignitate regni & ſacerdotii orbata. Domina gentium. i. que fuit domina gentiū maxime tēpore Dauid & Salomonis q multaſ genteſ alienigenaſ ſibi ſubiecerūt ut habet. ii. Reg. xxiii. & ad idē pertinet quod ſubditur. Princepſ prouinciarū. ſ. tēporibuſ dictiſ. Facta ē ſub tributo Regiſ Babylōiſ. plorās plorauit ꝑ hanc reduplicationē intelligit fletuſ abūdantia. in nocte. i. tempore tribulationiſ & anguſtie. quod dicit nox & lachryme eiuſ in maxilliſ eiuſ. per hoc continuatio & diuturnitaſ fletuſ deſignatur. Nō eſt q̄ conſolet eā ex omnibuſ cariſ eiuſ. qa populi Iudeiſ confederati ut Egyptii & Syri & aliq alii in neceſſitate eam reliquerūt. & nō ſolū reliquerūt ſed etiā Chaldeiſ eo4 aduerſariiſ fauerūt. Ideo ſubditur omneſ amici eiuſ etc. Migrauit Iudaſ ꝓpter afflictionē & multitudinē ſeruitutiſ. ſicut enim dictū eſt ca. precedenti illoſ tranſtulerūt Chaldei q ꝓpter robur corpiſ uel induſtriā artiſ poterant eiſ ſeruire : aliоſ dimittenteſ ꝑ cultura terre. habitauit inter genteſ populuſ in Babylonē ductuſ. nec ſuenit requiē : qa duriſ laboribuſ affligebant. omneſ ꝑſecu/ preualuerūt in ciuitate quando fuit capta ut dictū ē ſupra. Ra. Sa. exponit. Inter anguſtiaſ. ſ. uiarū ubi capiebant fugienteſ qa nō poterant diuertere. Vie Siō. Hic conſequenter cōuertit ſe ad lamentandū tēpli deſtructionem qđ erat in monte Sion cū dicit. Vie Sion. ſ. ꝑ quaſ populuſ ueniebat ad tēplū de locis exterioribuſ. Lugēt. hoc dicit metaphorice ſicut dicebant gaudere i populi multitudie. Vnde in Hebreo habet uie Sion herboſe. qa nulluſ tranſiuit ꝑ eaſ eo ꝙ nō ſint q̄ ueniant ad ſollēnitatē id eſt ad ſollemnitateſ quia ponit ſingulare ꝓ plurali ſicut frequenter fit in ſcriptura ue. ac no. teſt. Ter enim in anno debebat populuſ comparere in templo. ſ. in Paſcha

Pēthecoste & tabernaculorū Exo. xxiii. sed destructo templo & populo captiuato nullus ueniebat. omnes porte eius destructe quia a Chaldeis incense ut dictū ē supra sacerdotes eius gementes. quia aliq fuerūt occisi & aliq in captiuitatē ducti. uirgines eius squalide. i. deformate ex fame & labore. & ipsa opp̄ssa amaritudine. i. nō potēs inde surgere. facti sūt hostes eius ī capite. q ante erāt ī cauda. ĩimici eius locupletati sunt. de bonis que erant in Hierusalē & Iudea qa tñ hoc factū est ex diuina iusticia subdit̄ qa dominus locutus est etc. paruuli eius q scd̄m leges belli non debent occidi. ducti sunt in captiuitatē. ut crescentes seruirent Chaldeis. ante faciē tribulantis id ē ducentis eos ad tribulationē. Illi enim qui ducunt captiuos faciūt eos ire ante se & nō post. & egressa ē a filia Sion. i. a Hierusalē que dicit̄ filia Siō eo ꝙ ciuitas ꝓtege/batur a templo & regia domo que erant in monte Sion sicut filia ꝓtegitur a matre. om̄is decor eius. s. regnū & sacerdotiū ideo seqt̄. facti sūt Principes eius sicut arietes insensati nō inueniētes pascua fame afflicti. & abierūt absq; fortitudine nō potentes in aliquo resistere ante faciē subsequentis id est in captiuitatē ducentis. recordata est Hierusalē dierū afflictiōis sue & preuaricatiōis cōsiderans ꝙ illa afflictio merito sibi uenerat ꝓpter peccata sua p̄terita. & oīm desiderabiliū suoꝝ ī diuinis cōdescēsiōibus sibi factis ad uotū. que habuerat a diebus antiqs. i. a tempore Moysi quo deus pauit populū illū cibo celesti. xl. annis. & multa alia bñficia cōtulit ei. cū caderet populus in manu hostili. eadē ē enī scientia contrarioꝝ. & ideo unū oppositorū aliud ad me/moriam reducit: & etiam magis apparere facit: quia opposita iuxta se posita magis elucescunt. uiderūt eā hostes. captā & exsulatā & deriserūt sabbata eius. i. cultū dei Israel reputantes ꝙ saluare nō poterat populum illum. sed hoc remouet Propheta. d. peccatū peccauit Hierusalē. i. peccans peccata multa accumulauit. ꝓpterea īstabilis facta est nō potens resistere aduersariis suis propter dei sui offensā nō propter eius impotentiā. omnes q glorificabant eā. tempore sue ꝓsperitatis spreuerunt eā. tēpore aduersitatis. qa uiderunt ignominiā eius. i. destructionē & captiuitatem. ipsa autem gemēs sub onere īportabili. & conuersa ē retrorsū. s. in cōfusionē a statu honorabili. sordes eius ī pedibus eius. In hebreo habet̄ ī oris. loqt̄ de ea sicut de muliere patiente mēstrua cuius īmūdicia descēdit ad īferiora. ita ꝙ fedāt̄ ore uestimēti īterioꝝ pedes tangentis. & per hoc designat̄ īmundicia idolatrie abundans in Hierusalē ꝓpter quā fuit destructa. nō ē recordata finis sui. i excecata uitiis nō cogitabat punitionē sup se finaliter uēturā. Ideo subdit̄: deposita ē uehemēter. ab omni honore & cōsolatiōe Ideo in persona eius orat Propheta. d. uide dñe etc. manū suā misit hostis. i. populus Ammonitarū & Moabitaꝝ ut dicit Ra. Sa. ad omnia desiderabilia eius. i. ad libros legis de qbus dicit̄ psal. xviii. desiderabilia sup aurū & lapidē preciosum multū. Dicit enī Ra. Sa. ꝙ Chaldeis currētibus ad aurū & argentū in destructiōe Hierusalē. isti magis uoluerūt currere ad cōburendū libros legis eo ꝙ scribit̄ Deute. xxiii. Ammo/nites & Moabites nō intrabūt in Ecclesiā ineternū. Ideo subdit̄. qa uidit gentes id ē Ammonitas & Moabitas ingressas sanctuariū tuum. ubi lex seruabatur. & potissime Deuteron. in latere arce Deutero. xxxi. Omnis populus eius gemens pre anxietate famis que p̄ualuit in Hierusalē obsessa a Chaldeis ut habet̄ supra. xxxviii. dederūt preciosa queq; pro cibo. illi q erant diuites ad refocillandū animā. i. ad mitigandum famē & nō ad satietatē. Ideo ī ꝑsona eius orat Propheta. d. uide domine afflictionē meā. & cōsidera releuādo eā. O uos. Hic inducit Propheta alios ad compassionē. d. o uos om̄es q trāsitis ꝑ uiā ꝓpe Hierusalē destructā. attēdite & uidete. ꝑ cōpassionē quoniā uindemiauit me etc. loquit̄ de Hierusalē ad modum uinee cuius clausura est

diſſipata & fructuſ collectuſ quia muri Hieruſalem erant diſſipati & omnia bona aſportata. de excelſo miſit ignē in oſſibuſ meiſ id ē in templo & Regiſ fortalicio & in ceteriſ de quoꝝ fortitudine cōfidebat populuſ ſicut oſſa ſunt robur corporiſ & oīa iſta ſunt cōbuſta a Chaldeiſ ut dictū eſt ſupra. iii. & eruduit me qa uexatio dat intellectū. In Hebreo habet & ſepauit me. i. mēbratim lacerauit. expādit rete pedibuſ meiſ. i. ꝓmiſit expandi & uocatur rete deceptio falſoꝝ Prophetarū que fuit populo cauſa ruine ut frequenter dictū ē ſupra. cōuertit me retrorſum. de ſtatu honorabili ad confuſibilē. uigilauit iugū iniquitatū mearū in manu eiuſ. qa uigilāter & ſollicite induxit penā ꝓ iniqtatibuſ meiſ. ꝓpter hoc in ꝑſona eiuſ dicit̄ i ꝓncipio libri loquēſ de deſtructione populi uigilabo ego ſup uerbo meo ut faciā illud. conuolute ſunt. ſ. iniqtateſ mee & impoſite collo meo ſicut fardelluſ ponit̄ latroni depēſo. infirmata eſt uirtuſ mea deo meo deſerente. dedit me dominuſ in manu. ſ. Chaldeoꝝ de qua nō potero ſurgere. uirtute ꝓpria ſed tm̄ diuina. abſtulit omneſ magnificoſ meoſ. Regē & Principeſ Propbetaſ & Sacerdoteſ uocauit aduerſū me tempuſ. ſ. afflictiōiſ & deſtructiōiſ torcular calcauit dominuſ etc. qa ſicut in torculari de uuiſ exprimit̄ uinū ſic in deſtructiōe Hieruſalē fuit effuſuſ ſanguiſ Iudeorū. Idcirco ego ploranſ etc. in quo notat̄ fletuſ & doloriſ abūdantia. qa longe factuſ ē a me cōſolator. i. ipſe deuſ retrahenſ a me conſolationē ſuā. licet ſit ubiq; ꝓ potentiā eſſentiā & preſentiā. facti ſunt filii mei. i. habitatoreſ Hieruſalē ꝓditi fame. mortalitate. & gladio. Expandit Sion manuſ ſuaſ. loquit̄ de Sīō ſicut de ꝑſona miſera & abiecta que expādit manuſ ſuaſ omni tranſeunti & non inuenit. mandauit dominuſ aduerſum Iacob. i. populum Iſrael in circuitu eiuſ boſteſ eiuſ. qa populi q habitabāt in circuitu Iude uenerūt cū Chaldeiſ ad deſtructionē Hieruſalē. facta eſt Hieruſalem quaſi polluta menſtruiſ inter eoſ. i. eiſ abominabiliſ. Iuſtuſ ē. Hic Hieremiaſ in perſona Hieruſalē cōfitet diuinā iuſticiam in deſtructione Hieruſalē ꝓpter diuinā offenſā. d. iuſtuſ ē dominuſ in punitione mea qa oſ eiuſ ad iracundiā ꝓuocaui. tranſgrediendo legem eiuſ ex ore eiuſ datā Exo. xx. audite obſecro uniuerſi populi. confeſſionē peccati mei & uidete dolorē meū. nō ſolū de pena mihi illata: ſed etiā de diuina offēſa de quo pluſ dolebat Hieremiaſ & alii iuſti q̄ de pena uocaui amicoſ meoſ. i. Egyptioſ mihi cōfederatoſ. & ipſi deceperunt me. qa rebellaui Chaldeiſ ex eorū confidentia & ipſi nō tulerūt mihi auxilium in mea miſeria. Sacerdoteſ mei & ſeneſ mei. i. Iudiceſ ordinarii in urbe. ſ. Hieruſalē conſūpti ſunt. ſ. fame & multo pluſ alii q nō habebant̄ in tāta autoritate uide domine quoniā tribulor in mente. conturbatuſ eſt uenter meuſ ex redundantia mentiſ & corporiſ. ſubmerſū ē cor meū. i. ſenſuſ meuſ abſorptuſ ꝓ nimio dolore foriſ interficit gladiuſ. & loqt̄ ꝓ tpe obſidiōiſ quo interficiebāt̄ omneſ q extra Hieruſalē inueniebant̄. & domi. i. intra ciuitatē morſ ſimiliſ eſt. qa aliq moriebant̄ fame & aliq gladio & aliq lapidibuſ ꝓ machinaſ ꝓiectiſ ab exteriuſ. audierūt. ſ. Chaldei obſidē/teſ. qa ingemiſco pre fame & aliiſ miſeriiſ & nō eſt q conſolet̄ me ueniēdo ad auxiliū mihi. omneſ inimici mei. q erant i exercitu Chaldeoꝝ audierūt malū meū. tale & tm̄ q nō poſſū ultra reſiſtere. Letati ſunt/obſidenteſ enim ciuitatē aliqn̄ multū gaudent quando audiūt q illi q ſunt in terra nō poſſūt tenere ciuitatē. quoniā tu feciſti. q. d. hoc non accidit Chaldeorum uirtute ſed ex punitione tue iuſticie adduxiſti id eſt adducteſ. loquitur enim de futuro per modum preteriti propter certitudinē prophetie uidebat enim Propheta futuram Babyloniſ deſtructionem ad Iudeorum conſolationem quia per hoc habuerunt licentiam redeundi primo anno Cyri Ingrediat̄ omne malū eoꝝ corā te. ut puniat̄ & uindemia eoſ deſtruēdo muroſ eoꝝ & bona rapiēdo:

& hoc dicit propheta non zelo uindicte sed diuine iusticie. .II.

QVomodo. Hic cõsequẽter describit̃ Hieremie lamẽtatio sub scd̃o Alphabeto & primo lamentat̃ destructionẽ ciuitatis & templi dicens admiratiue quomodo obtexit caligine. s. tribulationis maxime in furore suo. i. in effectu sue iusticie filiam Sion. i. Hierusalẽ ut expositũ est. c. p̃cedẽti. ꝓiecit de celo in terrã. i. de statu sũme honorabili ad sũme miserabilẽ inclytam Israel. i. Hierusalem que erat metropolis & nobilissima in regno Iuda & non recordat̃ scabelli pedũ suoꝝ. i. tẽpli qd̃ incenderũt Chaldei. & dicit̃ scabellũ pedũ dei qa intra ipsũ erat arca testamenti & ꝓpitiatorium ꝙ erat q̃si sedes dei & arca q̃si scabellũ illius pedis sicut dictũ fuit diffusius Exo. xxv. precipitauit dominus. scd̃m uiã sue iusticie nõ pepcit ex sua misericordia eo ꝙ habet semꝑ iusticiã annexã. omnia speciosa Iacob. i. regnũ & sacerdotiũ ciuitatẽ & tẽplũ & ꝑ cõsequens alias ciuitates & fortalicia. polluit regnũ. i. ostendit pollutũ multipli/cibus peccatis ex rigore sue punitionis. cõfregit in ira furoris sui id est in effectu sue iusticie. om̃e cornu Israel. i. omnem statũ dignitatis & fortitudinẽ defensionis. auertit retrorsum dexteram suam a facie inimici qd̃ potest dupliciter intelligi. Vno modo referendo ad deũ eo ꝙ nõ defẽdit populũ Israel a suis inimicis & sic auertit dexterã sue uirtutis ab eis. Alio mõ referendo ad populũ a quo deus subtraxit uirtutẽ & in/dustriam se defendendi & sic auertit dexterã a facie Chaldeorũ & succẽdit in Iacob s. per Chaldeos in Hierusalẽ & terrã in circuitu succendendo. tetendit arcũ suum. i. uarios modos inuadendi ciuitatẽ per exercitũ Chaldeoꝝ uel arcum ad litterã quia in exercitu Chaldeorũ erãt multi sagittarii. quasi inimicus. sicut enim cõferẽdo bñficia ostendit se amicũ ita inferendo penas ue dicat̃ a simplicibus inimicus q̃uis hoc faciat ex caritate ad purgationẽ malorũ & ad exercitiũ bonoꝝ ĩ uirtute patiẽtie & occidit omne qd̃ pulchrũ erat uisu in tabernaculo filie Sion. i. in templo domini quod erat in monte Sion qa sacerdotes occisi fuerunt ibi ut habet̃ infra eo. c. & omnia preciosa inde asportata. cetera patẽt ex dictis usq; ibi & repleuit ĩ filia Iuda. i. ĩ gẽte Iudaica Humiliatũ & humiliatã qa om̃es utriusq; sexus humiliauit in seruitutẽ & captiuitatẽ redigẽdo. & dissipauit q̃si hortũ cuius clausure dissipãt̃ collectis fructibus. tẽtoriũ suũ id est templũ Salomõis qd̃ erat dispositũ intra per sanctũ sanctoꝝ sicut tabernaculũ qd̃ fecerat Moyses in deserto. obliuioni tradidit dñs. i. tradi fecit in Sion festiuitatem & sabbatũ. quia destructo tẽplo & populo captiuato cessauerunt quasi ꝑ annos. lxx. repulit dominus altare suũ. permittendo illud destrui ꝑ Chaldeos. maledixit sancti/ficationi sue. i. tẽplo in quo sanctificabant̃ homines per sacrificia & oblationes cui maledixit. i. malefecit dicere enim dei ẽ facere psal. c. xlviii. Dixit & facta sũt licet aũt deus nõ sit autor mali culpe est tñ autor mali pene. & sic maledixit templo inq̃tũ ꝑ Chaldeos ipsũ cõbussit scd̃m ordinẽ sue iusticie tradidit ĩ manu ĩimici muros turriũ eius ꝓpe enim templũ erant turres notabiliores ad loci defensionẽ. uocem dederũt in domo domini. s. aduersarii exultãdo de captiõe & spoliatione loci. sicut in die sollẽni id est sicut in sollẽnitatibus solebãt cantare Leuite laudes dei: cogitauit dominus etc. quia ab eterno preuidit omnia in tẽpore fienda. tetẽdit funiculũ suũ. ad destruendũ scd̃m lineã sue iusticie isto modo dicit̃. ii. Reg. viii. mensus est Dauid duos funiculos unũ ad occidendũ etc. Luxitq; antemurale etc. antemurale ẽ paruus murus añ murũ p̃ncipalẽ ĩ clausuris ciuitatũ & uterq; fuit dissipatus in Hierusalẽ. Defixe sũt. Hic specialiter lamentat̃ Hieremias destructiõem personarũ & afflictionẽ tñ cõtinuãdo se ad precedentia p̃mittit de ciuitatis destructiõe. d. defixe sunt in terra porte eius. id est amote a locis suis & in terrã ꝓiecte ꝑdidit etc. Regẽ eius etc. Sedechiam q fuit

ductuſ in Babylonē & pluresſ de Principibuſ ſuiſ. nō eſt lex. i. doctor legiſ qa fuerūt occiſi. ita exponit Ra. Sa. poteſt etiā expōi de lege ad litterā que fuit tūc cōbuſta ut dictū eſt. ca. precedenti tamen poſtea fuit p Eſdrā reparata & Prophete etuſ id ē Prophete Hieruſalē q non erant ueri ſed falſi Prophete. Ideo ſubdit: nō inuenerūt uiſionē a domino. ſed magiſ a ſua fictiōe uel demonū illuſione. ſederūt in terra. cōticuerunt ſeneſ filie Sion. i. Hieruſalē. q. d. illi q priuſ erant in honore & loquebāt cū autoritate ſūt inhonorati & muti pre confuſione. conſperſerunt cinere capita ſua in ſignū triſticie. aliq libri habent hic additū uirgineſ Hieruſalē. ſed nō eſt in Hebreo ideo littera referē ad ſeneſ. accincti ſunt ciliciiſ. in ſignū penitētie. abiecerūt i terrā capita ſua uirgineſ Iuda pre nimia anguſtia defecerunt p lachrymiſ oculi mei. uerba ſunt Hieremie compatientiſ miſerie populi ſui conturbata ſunt uiſcera mea etc. q. d. intantū doleo q uidet mihi q omnia membra mea uitalia debeant cadere in terrā: cū deficeret paruuluſ & lactenſ ex defectu nutrimenti. lacto. aſ. idē eſt q exhibere lac lacteo eſ. idem eſt q lac ſuggere & inde dicitur lactenſ id ē lac ſuggenſ. Ideo ſubdit. Matribuſ ſuiſ etc. & patet littera. cui comparabo te etc. & ſubditur. & cōſolabor te. ſolaciū enim miſeri eſt habere ſotiū in pena. ſed hoc nō inueniebat in ꝓpoſito & ideo dicit Propheta cui cōparabo te etc. q. d. nō inuenio aliquā ciuitatē ita afflictā quam poſſem tibi in exemplū ponere ꝓ aliquali cōſolatione tua. Ideo ſubdit: magna ē. n. uelut mare contritio tua. i. ſic excedit contritioneſ aliarū ciuitatū ſicut mare aquaſ fluminū. Ideo ſequit qſ medebit tui. q. d. nulluſ poſſet niſi deuſ. Prophete. Hic ſpecialiter inuehit contra falſoſ Prophetaſ q Regē & populū induxerūt ad rebellandū Regi Babyloniſ. Ideo dicit Prophete tui uiderūt tibi falſa ex ſua cōfictiōe. & ſtulta quia per hoc ſecuta eſt deſtructio tua. nec aperiebant iniqtatem tuam. te ueraciter arguendo. ſed magiſ pallabant. uiderūt aūt tibi aſſumptioneſ falſaſ. inducendo te p falſaſ perſuaſioneſ ad aſſumendū bellū cōtra Chaldeoſ. & electioneſ. ſ. de terra tua p captiuitatem tuā que ē ad hoc ſecuta. plauſerūt ſup te manibuſ. i. deridēdo fatuitatē tuā & calamitatem tuā. Hoccine eſt urbſ dicenteſ pfecti decoriſ etc. Ita enī pulchre & magnifice edificauit eā Salomō q delectabile erat omnibuſ i ea habitare. apuerūt ſup te oſ ſuū omneſ amici tui. ſ. Chaldei & alii eiſ adiūcti cōferendo adinuicē de tua deſtructione totali. Ideo ſubdit. deuorabimuſ. & qa hoc faciebāt ex magna uolūtate Ideo ſubdit. en iſta ē dieſ quā expectabamuſ cū magno deſiderio. fecit dominuſ que cogitauit. i. ab eterno diſpoſuit. cōplenſ ſermonē ſuū quē preceperat a diebuſ antiqſ ſ. in Deutero. xxviii. ubi cōminat penā terribilē Iudeiſ declinantibuſ ad idolatriā. & letificauit ſuper te inimicū. ex ſua uictoria & delectiōe tua. Clamauit. Hic Hieremiaſ inducit populū ad querēdū dei miſericordiā & qa ad hoc facit aduerſariorum ſuperbia ideo dicit. Clamauit cor meū ad dominū etc. qa multi eoꝝ uidēteſ q nō poterant ultra defendere muroſ clamabāt ad deū querēdo eiuſ auxiliū deduc q̄ſi torrentē lachrymaſ. abūdanter flendo. non deſ requiē tibi. ab opibuſ penitentie ceſſādo neq taceat pupilla oculi tui. fletū interrūpendo. cōſurge. i. ſimul ſurge corpore & mente ad diuinā laudē ut poſſiſ inuenire miſericordiā. in principio uigiliarum. i. celeriter & expedite. effunde ſicut aquā cor tuū. i. perfecte ſicut aqua pfectiuſ effundit ceteriſ liquoribuſ. & taliſ effuſio idē ē q intenſa deuotio. Leua ad deū manuſ tuaſ ꝓ anima id ē ꝓ animabuſ paruuloꝝ etc. qđ dupliciter poteſt intelligi. Vno modo ut anime ille recipiant in ſinū Abrahe. Alio mō ut morſ illorū innocentū in oratione recordet ad dominū ad puocandū dei uindictam contra Chaldeoſ. Vide domine & conſidera per cōdeſcenſionē tue pietatiſ quē u indemtaueriſ ita. i. ſpoliaueriſ oīmibuſ bonis intantū

ꝙ fame moriunt. ergo ne comedent mulieres. q. d. sic factū est. legit enim. iiii. Re. vi. ꝙ in obsidiōe Samarie mulieres comederūt filios suos pre famis magnitudie & idē credibile est accidisse in obsidione Hierusalē per Chaldeos immo expresse dicit infra iiii. paruulos ad mensurā palme. pregnantes enim mulieres pre angustus & doloribus pariebant ante tēpus fetus imperfectos & sic moriebant & a matribus comedebant. & hec miseria predicit Iudeis Deutero. xxviii. si declinarēt ad idolatriā quod fecerūt ut patet libris Iud. & Reg. si occidit accipit sip qa. qa Chaldei pessimi interficiebāt sacerdotes in tēplo domini ubi tamen partē deberēt p sanctitate loci. iacuerūt i terra insepulti. pcussisti nec misertus es inferendo illā penā tamen in omnibus dei operibus semp cū iusticia currit misericordia. uocasti. quasi ad diē sollemnem etce. q. d. sicut ad sollemnitatē ꝓmpte & libenter confluūt boies sic gentes in circuitu Iudee habitantes prompte & gaudentes uenerunt cū Chaldeis ad destructionem urbis quos edificaui & nutriui. i. habitatores Hierusalē q dicebant eius filii. inimicus meus. i. Chaldeorum exercitus consūpsit eos. parti fame in longa obsidiōe & ptim gladio in urbis captiōe.

EGo uir. Hic describit lamentatio Hieremie sub tertio .III.
Alphabeto. & dicit hic. Ra. Sa. ꝙ hieremias scripsit istud. c. postq̄ Ioacī filius Iosie cōbusserat librū suū in quo erant scripta alia tria ca. s. primū scd̄m & quartum sicut dictū fuit. xxvi. & ꝓpter hoc in fine huius. ca. dicitur ꝙ Hieremias tulit aliud uolumen & dedit illud Baruch q̄ scripsit in eo omnes sermones libri prioris. & insuper additi sunt sermones plures q̄ ante fuerūt. & ad hoc denotandum sub qualibet littera posuit tres uersiculos in hoc. c. sed istud dictū uidet repugnare illis que supra dixi. s. ꝙ Hieremias hic lamentat destructionē ciuitatis iā factā qa uidit ꝓphetiā suā cō/pletam: qa cōbustio illius libri & reparatio fuit longe ante destructionē Hierusalem s. iiii. āno Ioacim filii Iosie ut ibidē dicit. q regnauit. xi. annis & post eū Iechonias filius eius tribus mensibus & post eum Sedechias. xi. annis ita ꝙ in eius anno. xi. fuit Hierusalē destructa. Ad hoc dicendum ꝙ Hieremias uidit destructionē ciuitatis du/pliciter. Vno modo uisione intellectuali & ꝓphetica: & sic eā deplorauit scribēdo eā anteq̄ eueniret. Alio mō corporali uisione q̄ndo fuit cōpleta & sic eā deplorauit: illud quod ꝓus scripserat per modū lugubris carminis ore ꝓferendo. Igit presens ca. in tres diuidit qa ꝑmo Hieremias suā miseriā & populi lamētat. Scd̄o dei misericordiā iusticie sue annexā confitet ibi misericordie domini. tertio ad lamentandum miseriā reuertit ibi opuisti. Circa primū dicit i ꝑsona sua & populi. Ego uir uidēs pauptatē meā. i spoliatiōe ciuitatis & captiōe i uirga indignatiōis eius. i. uidicte & correctiōis dei. me minauit p exercitū Chaldeorū in captiuitatē ducēdo. & abduxit in tenebras me recludendo in locis tenebrosis potest etiā hoc intelligi de Sedechia qui erat caput populi & exoculatus ductus fuit in Babylonē tantū ad me uertit loq̄t ad modū boīs multū afflicti cui uidet ꝙ nulla afflictio alia sit sue comparanda & sic dicit: se solum afflictū. uetustam fecit pellē meā. ex fame & labore que accelerant senectutē. con/triuit ossa mea. i. robur corporis mei. edificauit in gyro meo. qa Chaldei posuerunt tētoria i circuitu Hierusalē ne aliqs posset egredi ad fugiēdū: nec ingredi ad auxi/liandū. Ideo subdit: & circūdedit me felle. i. cordis amaritudine & labore i defensiōe murorū & etiā i opibus laboriosis & seruilibus post captionē ciuitatis. In tenebrosis collocauit me. hoc dicit quantū ad illos qui fuerunt incarcerati in Babylōe sicut Se/dechias & plures alii. circūedificauit etce. hoc potest exponi de obsidione ciuitatis in gyro ut predictū est: & etiā de illis q in Babylone fuerūt recluси in ergastulo. Vnde nō poterant egredi aggrauauit compedē meū qa aliq fuerūt positi in compedibus tā

ponderoſi q̄ uix poterant ſe mouere. ſed & cū clamauero etc. q.d. ſicut excluſū eſt
a me humanū auxiliū ita etiā diuinū. uidebat enim Hieremias captiuitatē p̄ lōgum
tempus duraturā. & ideo ſubdit. cōcluſit uias meas lapidibus quadris. q.d. nullo modo
pro tunc poſſū euadere qa nulla clauſura fortior eſt diuina ſentētia. Vrſus inſidias
factus eſt mihi. nō per ſe ſed per Chaldeos q ex ordinatiōe diuina me ceperūt p̄ uias
occultas & manifeſtas. tetēdit arcū ſuū i exercitu eni Chaldeorū erāt multi ſagittarii
q ex omni parte mittebant ſagittas ad interficiendū defenſores murorū. Ideo ſubdit.
miſit in renibus meis filias pharetre ſue. i. ſagittas que dicunt filie pharetre ſecūdum
modū loquendi Hebraicū. & qa ſicut ille a matre cuſtodiunt ſic ſagitte in pharetra
pro cuſtodia reponunt. factus ſū in deriſū omni populo. omnes enim natiōes Iudeos
deridebant ſicut deuictos & captiuos. canticū eorū tota die de talibus enim uictoriis
ſolent fieri cantilene ad laudes triumphantiū. & uituperiū deuictorū. Ideo ſubditur:
repleuit me amaritudinibus etc. pena enim grauis noſe potus amari deſignatur etiā
ſcd̄m cōmunē modū loquendi. cōfregit ad numerū dētes meos. q.d. tantā afflictionē
ſuſtinui ac ſi omnes dētes mei fuiſſent ſingillati cōfracti. Ra. Sa. dicit q̄ hec ē littera
confregit in arena dentes meos. qa Iudei de terra ſua eiecti faciebant panes ſubcine-
ricios in q̄bus commiſcebāt pulueres & arene ſcd̄m qd̄ dicit Ezech. iiii. ſic comedēe
filii Iſrael panē ſuū pollutū inter gentes ad quas eiciā eos. & ſic ex arena commixta
offēdebāt dentes māducantiū. cibauit me cinere cōmixto in pane. & repulſa ē anima
mea. ab omni conſolatiōe. obliti ſū bonorū. i. ita elōgatus ſū a bonis: ac ſi aliq̄ nūq̄
habuiſſem. & dixi perii etc. loquit in p̄ſona infirmorū: q̄ quaſi cadebāt in deſpationē
ex pondere malorū. & ideo ſuper hoc Propheta deprecat deū in perſona populi tam
afflicti. d. recordare tu domine paupertatis quā ſuſtineo in ammotiōe omniū bonorū
& tranſgreſſionis mee. & accipit ibi tranſgreſſio p̄ paſſione. i. afflictionis mee quam
Chaldei intulerūt mihi ultra modū. memoria memor ero. ſ. peccatorū meorū quibus
iſta merui. In Hebreo habetur memoria memor eris. tu domine ad puniendum &
tabeſcet in me anima mea. de peccatis perpetratis confuſa. & qa talis confuſio adducit
gloriam ideo ſubditur: Hec recolens in corde meo. humiliter. in deo ſperabo de cō-
ſecutione diuine miſericordie finaliter. Miſericordie. Hic Propheta confitet̄ diuinā
miſericordiam que ſemper concomitatur iuſticiam ſuam propter quod pena a deo
inflicta eſt patienter toleranda. & primo ponitur huius confeſſio. Secundo ponitur
erroris occaſio ibi: non enim. Dicit igitur. miſericordie domini ſupple apparent in
punitione noſtra. quia non ſumus conſumpti. licet hoc meruiſſent peccata noſtra. qa
non defecerunt miſerationes eius. dimittendo nobis reliquias populi q̄uis non meruiſ-
ſemus. noui diluculo id eſt a puericia mea que dicitur diluculum uite humane: ſicut
ſenectus dicitur ueſpera. fuit enī Hieremias a puericia illuſtratus cognitione diuina
ut habetur a principio huius libri. multa eſt fides tua id eſt fidelitas & dirigit ſermo-
nem ad deum qui eſt fideliſſimus remunerator bonorū. Ideo ſubdit pars mea dominus
quaſi diceret ſufficit mihi p̄ omnibus. p̄pterea expectabo eum id eſt remunerationē
eius. bonus eſt dominus ſperantibus etce. replicatio eſt eiuſdem ſententie ad maiorem
confirmationem. bonum eſt preſtolari cum ſilentio id eſt patienter & abſq; murmure
tribulationis tempore & quia hoc facit exercitium patientie. Ideo ſubditur: bonum
eſt uiro: cum portauerit iugum etc. ſedebit ſolitarius & tacebit. uir in patientia ex-
ercitatus. quia leuauit ſuper ſe aſpirando ad bona celeſtia. & contemnendo terreſtria
ponet in puluere oſ ſuum humiliter loquendo. ſi forte eſt ſpes que eſt expectatio
future beatitudinis. & dicit forte non propter mutationem a parte dei: ſed a parte

liberi arbitrii: qa homo q̃ntumcúq; exercitatus in uirtute patiẽtie p defectibilitatẽ liberi arbitrii potest ab ea cadere. & sic frustrari remuneratione & quoniam homo perfectus in uirtute patientie non solú sustinet aduersa patienter: sed etiã gaudẽter secundum illud Actu. iii. Ibant Apostoli gau. a con. cõsilu quoniã digni habiti sút pro nomine Iesu contumeliã pati. Ideo sequitur dabit pcutienti se maxillã iniurius se offerendo. saturabitur obprobriis in ipsis gaudendo. & quia istud fit intuitu future mercedis. Ideo subditur. quia non repellet in sempiternú dominus. s. iustos tribulari permittẽdo quia si abiecit in presenti uita & miserebitur in futura. sed multitudinem misericordiarum suarú quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis Ro. viii. Non enim. Hic remouet̃ erroris occasio & diuiditur in duas partes secundum duplicem errorẽ. secúda ibi quis est. Circa p̃mú sciendum q̃ aliqui acceperunt occasiõem errandi eo q̃ uidebant iustos in p̃senti uita ut communiter tribulari credentes q̃ illud esset deo per se & directe placitú quod nó est uerum. sicut amaritudo medicine non est accepta medico per se sed solum ratione sanitatis consequende: & sic est de penis presentis uite que sunt quedam medicine respectu dei qui est medicus animarum & hoc est qđ dicitur: non enim humiliauit. penis & afflictionibus uite presentis. ex corde suo id est per se & electione directa. sed ut p exercitium patientie sequatur premiú glorie. ut cõtereret sub pedibus suis: resumatur non enim ex corde suo id est electione directa hoc non fecit & similiter quod subdit̃ ut declinaret iudicium uiri permittendo eum iniuste tribulari. Ideo subdit̃. dominus ignorauit. i. non approbauit maliciam factẽtium. Quis est. Hic remouetur secúdus error. ex hoc enim q̃ iusti in p̃senti uita ut frequenter tribulant̃ & impii p̃sperantur crediderunt aliqui q̃ deus non haberet noticiam de iis que fiunt in terra ex quorum persona dicitur Iob. xxii. Circa cardines celi perambulat. nec nostra considerat. sed hoc est erroneum non solum secundum sanctos sed etiam secundú Philosophos. Philosophus enim primo de Anima arguens Empedoclem ducit ipsú ad istud incõueniẽs: q̃ deus aliquid ignoret. s. discordiam: quod nos cognosceremus: propter quod dixit Hieremias. Quis est iste qui dixit ut fieret. s. aliquid in terra ipsa non iubente id est deo non prouidente & ordinante. & similiter quod sequitur ex ore altissimi id est eius dispositione non egredient̃ nec bona nec mala que scilicet fiunt in terra. & ideo consequenter inducit ad tolerandum aduersorum que a deo ordinãtur ad meritum & premium electorum. d. quid murmurauit homo uiuens. afflictus in presenti secundú dispositionem dei. uir pro peccatis suis. per penam expiandis. scrutemur uias nostras. etc. q. d. si diligenter scrutemur conscientias nostras inueniemus plura peccata & reuertamur ad dominum p penitentiam. leuemus corda nostra in oratione deuota que est ascensus mentis in deum secundú Damascenú. cũ manibus ut simul eleuemur mẽte & corpe. nos inique egimus. licet enĩ Hieremias esset ínocẽs & sanctus tñ cónumerat se Iudeis peccantibus quia erat de populo illo. ideirco inexorabilis es. non ex defectu tue pietatis. sed ex actu nostre iniquitatis. Operuisti. Hic Hieremias reuertitur ad lamentandú sui & populi miseriam. d. operuisti. s. nos multitudine aduersariorum in furore. i. uidicta tue iusticie & percussisti nos fame occidisti gladio aduersariorú. nec pepcisti ꝓpter defectum meritorú nostrorú. opposuisti nubẽ tibi. i. peccatorú nostrorú caliginẽ cõsiderasti ne transeat oratio. q. d: i hoc nostra oratio fit inexaudibilis corã te. eradicationẽ a Iudea & abiectionẽ in terra aliena posuisti me. scd̃m ordinem iusticie aperuerũt sup me os suú. maledicẽdo & conuitiãdo. formido & laqueus facta est nobis uaticinatio id est uaticinatio Hieremie & aliorum Prophetarum cui non

credimuſ. deiecit noſ in formidinem laqueum & contritionem. In Hebreo habetur hic uaſtatio & contritio. Ideo uidetur ꝙ uitio ſcriptorum poſita ſit hic una dictio p alia. ſ. uaſtatio pro uaſtatio ex ſimilitudine litterarum & ſic eſt ſenſuſ formido & laqueuſ. i. ex formidine fugiẽteſ unũ ꝑiculũ cecidimuſ in aliud Sedechiaſ. n. formidãſ ſeruitutẽ rebellauit Regi Babyl̃oiſ ad qđ ſecuta ẽ eiuſ captio & exoculatio uaſtatio terre & Hieruſalem cõtritio. diuiſioneſ aquarũ deduxit oculuſ meuſ. ꝑ hoc deſignat magnitudo fletuſ. oculuſ meuſ afflictuſ ſic ordinatuſ iſte uerſuſ poſt precedentem in Hebreo q̃uiſ in aliquibuſ libriſ noſtriſ ſit econuerſo. dicit ergo. oculuſ meuſ afflictuſ ẽ. a magnitudine fletuſ nec tacuit. i. flere non ceſſauit. eo ꝙ nõ eſſet requieſ. ſ. nobiſ ſed labor & miſeria: donec reſpiceret etc. q. d. requiem non expecto uia humana: ſed tantum diuina. oculuſ meuſ depredatuſ eſt animam meã. i. ex continuo fletu abſtulit conſolationẽ in cunctiſ filiabuſ urbiſ mee. i. ꝑ deſtructione cunctarũ ciuitatũ Iudee que dicebantur filie urbiſ Hieroſolomitane que erat metropoliſ. In Hebreo habeť oculuſ meuſ ſordidauit animam meam. i. ex fletu continuo ſordidauit faciem meam in qua relucet uiſ anime magiſ q̃ in ceteriſ corpiſ partibuſ eo ꝙ omneſ ſenſuſ ſũt in facie cetera ſicut priuſ. uenatione ceperũt me. qa exercituſ Chaldeoꝝ inſequẽdo Sedechiã comprehendit eum & multoſ aliоſ. iiii. Reg. ultim. Lapſa eſt in lacum uita mea etc. Ra. Sa. dicit ꝙ Hieremiaſ hic prophetauit de Daniele qui fuit de tranſmigratiſ in Babylonem & fuit proiectuſ in lacum leõum & lapiſ poſitus ſuper oſ laci ut habetur Dañ. vi. &. xiiii. Inundauerunt aque. i. multitudo aduerſariorum eo modo loquẽdi quo dicitur Eſa. viii. Adducet dominuſ ſuper eoſ aq̃ſ fluminiſ forteſ & multaſ Regẽ Aſſyriorum etc. dixi perii. i. non habenſ remedium uia humana & quia non remanet niſi diuina: Ideo ſubdit̃. Inuocaui nomẽ tuũ domine de lacu nouiſſimo. i. de extrema miſeria uel iſtud poteſt exponi ad litteram de Hieremia q fuit poſitus in lacu in quo non fuit aqua ſed lutum ut habeť ſupra. xxxviii. & ibi orauit dominũ & exauditus fuit de lacu eductuſ. Ideo ſubditur: appropinquaſti in die quando inuocaui te dixiſti ne timeaſ me aſſecurando. iudicaſti domine cauſam anime mee liberãdo me a ꝑparata mihi morte. Ra. Sa. uero exponit hoc dictũ eſſe ỉ ꝑſona populi. d. ꝙ iſtud refertur ad priſtina tempora: ỉ quibuſ deuſ iuſto ſuo iudicio liberabat populum Iſrael ab aduerſariiſ ut in exitu de Egypto: & in multiſ aliiſ locis ut patet in libriſ Iud. & Reg. & eſt ſenſuſ: iudicaſti domine etc. i. cõſueuiſti me domine ab antiquo liberare ab affligentibuſ me iniuſte & ideo ſic facias modo propter quod ſubditur uidiſti dñe iniqtatẽ Chaldeorum aduerſum me: quia crudeliter & iniqua uoluntate abuſi ſunt uictoria habita de Iudeiſ. iudica iudiciũ meum liberando me ſicut conſueuiſti facere. audiſti obprobria eorum domine non ſolum prolata contra populum tuum ſed etiam contra te ipſum quia deum Iſrael reputabant impotentem ad ſaluandum. labia inſurgentiũ etc. replicatio eſt eiuſdem ſententie ad maiorem exaggerationem. ſeſſionem eorum & reſurrectionem uideſ. i. tu domine q uideſ omnia: tu uideſ ꝙ Chaldei ſedẽdo & ſtãdo deriſorie cantant & loquuntur de me. reddeſ eiſ uicem domine. quando tibi placebit ſecundum ordinem tue iuſticie. dabiſ eiſ ſcutum cordiſ id ẽ obdurationem in peccatiſ. Vnde in Hebreo habetur. obſcurationem. laborem tuum. i. laborem ſeruorũ tuoꝝ qui dicitur tuuſ eo modo loquẽdi quo dicitur Actuum. ix. Saule Saule qd me perſequeriſ? perſecutionẽ enim ſuorum fideliũ ſuã dicit. propter laborem enim & dolorem quem fecerunt Chaldei Iudeiſ iuſtiſ quorrum plureſ erant inter captiuoſ: meruerunt ut deuſ ſubtraheret ab eiſ ſuum auxilium & gratiam. & ſic in maliſ obdurarentur & a Mediſ & Perſiſ interficerentur. Ideo ſequitur perſequeriſ in furore tuo id ẽ uindicta

cue iusticie & cóteres eos ꝙ Cyrú & Darium ut habetur Dañ. v.

QVomodo. Hic describit lamentatio sub q̄rto Alphabeto. & dixit hic Ra. Sa. ꝙ Hieremias scripsit istud quartú. c. lamentando mortem Regis Iosie secundú ꝙ dicitur. ii. Para. xxxv. luxerunt eum Hieremias maxime cuius omnes cantores atq; cantatrices usq; in presentem diem lamentationes super Iosiam replicāt etc. Igit cum in tribus. c. precedentibus non fiat mentio de lamentatione Iosie: oportet dicere ut uidetur: ꝙ Hieremias hic eum lamentatur: uel ꝙ lamētationes de Iosia apud nos non habentur: Sequendo igitur sensum istum: qui uidetur satis rationabilis: presens ca. in duas partes diuiditur: quia primo ponitur huiusmodi lamentatio. Scdo cótra aduersarios inuectio ibi. gaude & letare. Circa primú sciendú ꝙ sicut dicit. Ra. Sa. Hieremias lamentádo Iosiam immiscuit populi miseriā qa Iosias erat caput populi & ideo de uno transit ad aliud ꝓpter cónexionē capitis ad mēbra & econuerso: & scdm hoc diuiditur in tres partes quia primo Hieremias lamētatur regni mutationē. scdo populi destructionem ibi: sed & lamie. tertio Iosie occisiónem ibi spiritus. Circa p̄mú sciendum ꝙ sicut Iosias fuit sanctissimus ut patet. iiii. Reg. & ii. Para. sic filii eius et succedentes fuerunt pessimi. s. Ioathan Ioacim & Sedechias ut patet. iiii. Reg. xxiii. & xxiiii. & ideo per mortem Iosie fuit mutatus regni status a bono ī malum. & hoc est ꝙ dicit Hieremias admiratiue. quoniam obscuratum ē aurum per quod intelligit status optimus regni sub Iosia propter auri claritatē & preciositatē mutatus ē color optimus. quia tēpore Iosie uiguit diuinus cultus & sub filius suis idolatria. In Hebreo habetur mutata est massa bona: per quam intelligit Iosias ex quo tanq̄ ex optima massa processerunt filii pessimi: quod est magne admirationis materia. Ideo sequitur: dispersi sunt lapides sanctuarii. i. Iosie filii: qui dicūtur lapides propter obdurationē in malo: dicuntur tamen lapides sanctuarii eo ꝙ processerunt de patre sanctissimo & est hic metaphorica locutio sicut frequenter fit in Prophetis. & isti tres filii Iosie ita fuerunt dispersi quia Ioathan unctus ductus fuit in Egyptum & ideo fuit mortuus. Ioacim interfectus proiectus extra portas Hierusalem ut dictum ē supra. xxii. Sedechias uero excoculatus fuit ductus in Babylonē. & ibi mortuus. filii Sion. hoc dicit de filiis Iosie qui fuerunt nutriti in monte Sion ubi erat domus regia inclyti. quantú ad genus: uel quia secundum preceptum patris nutriebantur in moribus q̄uis ex sua malicia fuerint peruersi. amicti auro primo quia ad litteram filii Regum auriphygiatis uestibus utebantur. quomodo reputati sūt ī uasa testea id est uiliter abiecti ut patet per predicta sicut fragmenta uasoꝝ testeorum proiciūtur in locú immundú. Sed & lamie. Hic consequenter Hieremias lamentatur populi miseriam. & secundo subiungit miserie causā ibi propter peccata. Prima in duas quia primo lamentatur miseriam famis. secundo destructionem urbis ibi. compleuit. Circa primum sciendum ꝙ bestie quantumcunq; crudeles naturaliter diligunt fetus suos. & aliquando exponunt se morti ad defendendum eos. In obsidione uero Hierusalem per Chaldeos tāta fuit fames ꝙ uiri & uxores abscondebant cibum & celabant adinuicem sicut fuerat predictum per Moysen Deuterono. xxviii. homo delicatus inuidebit fratri suo & uxori que cubat ī sinu suo ne det eis de carnibus filiorum suorum etc. & eodem modo dimittebant filios & filias mori fame celātes cibos ad mortem propriam differendum & ideo plangit Hieremias crudelitatem populi sui maiorem q̄ bestiarū. d. sed & lamie bestie sunt habentes faciem mulieris similem. nudauerunt mammam parate nutrire fetus suos. filia populi mei crudelis. i. crudelior ipsis. quasi struthio in deserto. qui ponit oua & abscódit in arena. & sic dimittit nec est sollicita de fetu ouoꝝ. nec de educatióe

pullorum. & ſic erant matreſ in obſidione Hieruſalem reſpectu filiorū. Ideo ſubdit: adheſit lingua lactentiſ. i. lac ſuggentiſ ſicut dictum eſt ſupra. ii. c. Ad palatū eiuſ in ſiti. i. ex nimia ſiti que deſiccat linguā. puuli petierunt panē a patribuſ & matribuſ & nō erat q frangeret eiſ ex cauſa p̄dicta. quo ueſcebant uoluptuoſe ante obſidionē interierunt in uiſ fame. dum quererēt panem. q nutriebant in croceiſ. i. in ueſtibuſ ſuauibuſ & pulchriſ. In Hebreo habet in ſcarilleto amplexati ſunt ſtercora. In Hebreo habetur fimoſ. ſicut paupeſ in hyeme ueſtimenta nō habenteſ inuoluūt ſe fimo & maior effecta eſt iniquitaſ etc. quia idolatria que uigebat in Iudea cum ſit directe cōtra deum grauiuſ peccatū eſt. q̄ Sodoma. Ra. Sa. exponit hoc de grauitate punitionis: ut ſit ſenſuſ & maior effecta eſt iniquitaſ etc. id eſt grauiuſ punita q̄ iniquitaſ Sodomorum. & ad hoc ſubditur duplex ratio. Prima cum dicitur. que ſubuerſa ē in momento. i. non habuit longum cruciatum ſicut Iudei in Hieruſalem obſeſſi. Scd̄a cum dicitur & non ceperunt in ea manuſ. ſ. aduerſarioꝝ. Sodoma enim fuit ſubuerſa per angelum: & ſic bona ciuitatiſ non rapuerunt ſibi aduerſarii. ſed bona Hieruſalē rapuerūt ſibi Chaldei & hec fuit una pena Iudeoꝝ. ſ. ꝙ aduerſarii gaudent de bonis eorum candidioreſ Nazarei. i. ſacerdoteſ & Leuite diuino cultui deputati qui erant induti lineis ueſtibuſ & albiſ. niue emphatica eſt locutio ad exprimendū intenſionem albedinis & ad idem facit quod ſubditur nitidioreſ lacte rubicūdioreſ ebore antiquo. Hebrei dicunt rubicūdioreſ auro ſapphiro pulchrioreſ. In hoc denotat pulchritudo ornamentorum maxime ſacerdotum. Denigrata eſt facieſ eorum ſuper carboneſ pre fame & miſeria. & ſimiliter hic eſt emphatica locutio ad expreſſionē nigredinis. & nō ſunt cogniti in plateiſ. i. diſtincti ab aliis communibuſ adheſit cutiſ eorum etc. ꝓpter defectum nutrimenti meliuſ fuit occiſuſ gladio etc. i. minuſ male propter breuiorem cruciatum. Vnde Iudith. vii. dicitur. Sit finiſ noſter breuiſ i ore gladii. qui lōgior eſſe miſericordeſ: coxerūt filioſ ſuoſ etc. pre nimia anxietate famiſ. Compleuit. Hic conſequenter Hieremiaſ lamentatur miſeriam populi ex deſtructione ciuitatiſ cum dicitur: compleuit dominuſ furorem ſuum. i. uindicte ſue effectum. & ſuccendit ignē in Sion ubi erat templum & Regiſ domicilium. & deuorauit fundamēta eiuſ. i. ipſius Sion quia non ſolum edificia que fuerunt in monte Sion fuerunt combuſta: ſed etiā omnia alia que erant in pede montiſ & circa montē ut habet ſupra. lii. nō crediderūt Regeſ terre etce. quia Salomon potentiſſimuſ Hieruſalem murauit & tam fortiter muniuit ꝙ inexpugnabiliſ uidebatur. Propter peccata. Hic conſequenter tangitur predicte miſerie cauſa & eſt duplex. ſecunda ponitur ibi: cum adhuc. Vna cauſa fuit occiſio innocentum in Hieruſalem & maxime tempore Manaſſe ut habetur quarto Reg. xxiii. & hoc fiebat ad inſtinctum & exhortationem falſorum Prophetarum & ſacerdotum. Vnde & mortem ipſius Hieremie querebant: ut habetur ſupra. xxvi. ideo dicit hic propter peccata Prophetaꝝ etc. & patet littera iſta obſcura & inuoluta & multipliciter exponit. accipiā tñ illū modū: q mihi uidet magiſ littere cōſonare. ſ. ut cōtinuet littere imediate p̄cedēti que loqt̄ de punitiōe iniq̄ innocentū quoꝝ aliq occidebant & aliqui excecabant: & q̄tū ad iſtoſ dicitur errauerūt ceci. i. iuſti neqter excecati. polluti ſunt ſanguine. ſ. aliorum iuſtoꝝ occiſorū qui non uidenteſ ponebāt pedeſ ſuoſ ita in ſanguine ſicut in aliis locis. cunq̄ non poſſent. ſ. recte incedere. aliq libri habent hic additum. in turre. ſed nō ē in Hebreo nec in libris correctis tenuerūt lacinias ſuaſ id eſt temptauerunt apprehendere oraſ ueſtimentorum uidentium ut ſic exirent de locis ſanguine repletis & ipſi uidēteſ & maxie Prophete falſi & ſacerdoteſ

non permittebant duces recedite polluti . quia q̄uis secundum ueritatem essent iusti tamen a malis reputabantur iniqui. nolite tangere. s. nos ne uestra malicia inquinemur per hunc modum de talibus dicitur Esa. lxv. qui dicũt recede a me nõ appropiques mihi: quia immundus es. Iurgati quippe sunt non enim sufficiebat falsis Prophetis & sacerdotibus iustos affligere factis sed etiam affligebant uerbis iniuriosis & quia tale factum erat execrabile etiam apud gentiles ad quoꝝ noticiam deuenit hoc execrabile factum: Ideo subditur: dixerunt inter gentes dictum carmen detestantes. nõ adiciet ultra. s. deus. ut habitet in eis: propter maliciam ipsorum. Ideo subditur. Facies domini In Hebreo habetur ira domini est tamen eadem sententia. diuisit eos id ẽ in diuersis terris dispersit. non addat ut respiciat eos reducendo eos ad terram suam. facies sacer/ dotum. s. bonorum de quorum numero erat Hieremias cuius uerba increpatiua non receperunt sed multa obprobria & uituperia ei intulerunt ut patet per supradicta in pluribus locis & idem faciebant de aliis iustis. potest etiam hec littera aliter exponi referendo eam ad Chaldeos qui propter maliciam Iudeorum ab eis cognitam ut pre/ dictum est: sic contempserunt totum populũ ꝙ non deferebant alicui ratione ordinis aut etatis. Cum adhuc. Hic ponitur secunda causa predicte miserie Iudeoꝝ que fuit uana confidentia in auxilio Egyptiorum ut frequenter dictum est supra & hoc est ꝙ dicitur: cũ adhuc subsisteremus. i. anteq̄ ciuitas esset capta defecerunt oculi nostri: expectãdo cum magno desiderio ad auxilium nostrum uanũ. i. ad exercitũ Egyp/ tiorum. cum respiceremus attenti. ad uidendum si ueniret ad leuandum obsidionem Chaldeoꝝ. ad gentẽ que saluare nos non poterat. quia sicut dictũ ẽ supra .xxxvii. cum exercitus Egyptiorum esset in uia ueniẽdi in auxiliũ Iudeoꝝ rediit in Egyptũ timore Chaldeorum sibi occurrẽtium. lubricauerũt uestigia nostra etc. parti timore partim fame quia timidi & fame consumpti non incedunt firmiter sed lubricando. appropinquauit finis noster id est mors quia multi fuerunt occisi & reliqui captiuati que captiuitas ẽ mors ciuilis. uelociores fuerunt ꝑsecutores nostri aquilis. q. d. pauci aut nulli poterant effugere ab eis super montes persecuti sunt nos. ubi credebamus eẽ tuti propter inaccessibilitatem loci: indeserto insidiati sunt nobis. q. d. non patebat nobis aliquis locus fugiendi. Spiritus. Hic consequenter Hieremias lamentatur Iosie mortem. Circa quod sciẽdum ꝙ secundũ Hebreos ista est littera. spiritus naris nostre Xp̃us domini captus est in fossis eorum. quod sic exponitur spiritus naris nostre etce. licet in hominibus respiratio fiat per os & per nares tamen per nares est melior scd̃m Philosophum. talis autem respiratio est uite humane saluatio qa ipsa deficiẽte deficit uita. dicit ergo Hieremias in persona populi Iude. spiritus naris nostre id est Rex Iosias ex sua bonitate & prudentia conseruator uite nostre Xp̃us domini. i. unctus in Regem ex ordinatione diuina captus est in fossis eorum. s. Egyptiorum. Dicit. n. Ra. Sa. ꝙ cum Iosias iret ad pugnandum contra Regem Egypti & nollet a pugna quiescere: ut habetur. iii. Regum. xxiii. & .ii. Paralip. xxxv. Egypti fecerunt fossas prope suum exercitum ubi Iudei debebant eos aggredi: que erant opte desup: & ideo exercitus Iosie illuc ueniens per fossas illas deceptus statim fuit debellatus & Iosias letaliter uulneratus. & ex uulnere postea mortuus. cui diximus id est de quo uiuente diximus in umbra tua id est sub protectione tua uiuemus in gentibus id est securi ab impugnatione gentium que circa nos habitant. Expositores uero Latini dicunt communiter ꝙ Hieremias hic prophetauit de morte domini nostri Iesu Xp̃i & secũdũ hoc est hec littera. Spiritus oris nostri Xp̃us dominus etc. Circa ꝙ sciendũ ꝙ ubi habemus nos hic dominus. In Hebreo habetur nomen domini Tetragrammató

ꝙ non poteſt dici de aliquo in nominatiuo caſu niſi de deo uero . ueruntamen quia illud nomen eſt in declinabile ſicut & alia nomina Hebraica indifferenter accipitur in caſu nominatiuo & genitiuo & reliquis ſicut hec nomina cornu & gelu in Latino. Et ideo ſecundū ꝙ iſte paſſus exponit̄ de Ioſia qui fuit homo purus: non poteſt dici de eo in nominatiuo. ſed bene poteſt prout exponitur de Xp̄o qui eſt uerus homo & uerus deus in uno ſuppoſito & ſic eſt ſenſus Xp̄us dominus id eſt Ieſus uerus homo & uerus deus qui eſt ſpiritus oris noſtri id eſt noſ uiuificans in reſpiratione ſue gratie captus eſt in peccatis noſtris id eſt Iudeis traditus propter peccata noſtra delenda. cui dixim⁹: in umbra tua uiuem⁹ in gentibus. loquebatur enim Hieremias in perſona populi ut predictum eſt. uidit aūt Hieremias aliquos de Iudeis fidē Xp̄i recepturos & per conſequens ſub umbra eius uicturos cum gētibus fidem Xp̄i recipientibus ſub nomine Xp̄iano. uidit & alios in infidelitate permāſuros. & iſtos etiā uidit uicturos inter Xp̄ianos temporaliter ſub umbra Xp̄i. Vna enim cauſa quare ſic permittunt̄ uiuere eſt ut Xp̄iani per preſentiam Iudeorum magis habeant memoriam Chriſti ſicut diffuſius dictum fuit ſuper illud pſal. lviii. deus oſtēdit mihi ſup inimicos meos ne occidas eos: nequando obliuiſcantur populi mei etc. Gaude & letare poſtq̄ poſita eſt Hieremie lamentatio hic in fine ponitur contra aduerſarios inuectio ! Et dicit hic. Ra. Sa. ꝙ Hieremias hic ꝓphetat deſtructionē Romani Impii eo ꝙ deſtruxit templum & captiuauit populum Iudeorum tempore Titi & Veſpaſiani & ſic ꝑ filiam Edom hic intelligitur Roma ſeu populus Romanus cū dicitur: Gaude & letare filia Edom etc. q. d. iſtud gaudium ꝙ de deſtructione ciuitatis & templi in triſticiam tuā conuertetur. ad te quoq; ueniet calix uindicte diuine. Sed iſta expoſitio non uidet̄ rationabilis quia Edom alio nomine dictus eſt Eſau Geñ. xxv. & ſic Edom deſcēdit de Sem filio Noe pe Iſaac cuius filius fuit Eſau. Tota enim Europa i qua ē Roma dicitur poſſeſſa fuiſſe a filiis Iaphet propter quod nō uidetur rationabiliter dictum ꝙ per Edom ſignificatur Romanum Imperium ꝓpter ꝙ dicunt doctores noſtri ꝙ per filiam Edom intelligitur ipſa Idumea ab Eſau ꝓut dictus eſt Edom denominata & inuehit hic Propheta ſpecialiter contra Idumeos q debuerant diligere filios Iſrael: eo ꝙ deſcenderūt a duobus fratribus uterinis. ſ. Iacob & Eſau & ipſi magis ecōuerſo habuerunt eos odio. & in deſtructione Hieruſalem fuerūt cum Chaldeis gaudentes de illa deſtructione. ideo dicit̄ hic: gaude & letare filia Edom. q. d. iſta letitia tanq̄ iniuſta in triſticiam conuertetur. que habitas in terra Huſ. Iſta Huſ non eſt illa de qua natus fuit Iob ut habetur Iob. i. ſed alia eiuſdē nominis exiſtēs in regno Idumee frequenter enī in ſcriptura reperitur quod due ciuitates uel loca in diuerſis partibus poſita eodem nomine equiuoce nominātur. ad te quoq; ꝓueniet calix. i. pena diuine ultionis inebriaberis. i. ad plenū punieris. atq; nudaberis honore & aliis bonis cōpleta eſt iniquitas tua filia Sion. i. complebitur in fine. lxx. annorū quia tunc reuerteris ad terram tuam completa captiuitatis tue pena que pro iniquitatibus tuis tibi ē inflicta non addet ultra. ſ. dominus ut tranſmigret te. de terra tua euciendo ſubintelligitur tamen conditio ſcilicet ſi adhereas & ſeruias fideliter domino quia iſte promiſſiones diuine intelliguntur ſub conditione ſicut dictum eſt ſupra capit. xviii. & ita factum eſt: quia filii Iſrael non fuerunt electi de terra illa donec negauerunt dominum ſuum Ieſum coram Pilato dicentes non habemus Regem niſi Ceſarem. Iohan. xix. eius mortem inique ꝓcurantes ꝓpter qđ per Romanos fuerunt partim occiſi & ꝑtim captiuati. uiſitauit iniquitatē tuā filia Edom. eā iuſte puniēdo. diſcopint peccata tua.

penam manifestam omnibus inferendo & loquitur de futuro per modum preteriti propter certitudinem prophetie.

.V.

REcordare. posita lamentatione Hieremie: Hic ultimo ponitur eius oratio. in qua explicat multiplicem populi sui miseriam ad prouocandum diuinam miseri/cordiam. Et diuiditur in duas partes quia primo explicat miseriam ex parte cap/tiuationis. Secundo ex parte destructionis regni & templi ibi. cecidit corona. Circa primum dicit. recordare domine id est ex tua pietate nostre miserie condescende. nō enim obliuio & recordatio habent proprie locum in deo. sed ad modum recordantis alicuius miseri se habet quando ei auxilium prebet. hereditas nostra uersa est ad alie/nos. quod erat captiuatis magna pena. maxime quia illa terra fuerat patribus eorꝫ a deo cōcessa. Pupilli facti sumus etc. uiri enim bellatores mortui fuerant. & occisi p maiori: & sic filii remanserant pupilli. matres nostre quasi uidue. Sciendum tamen ꝙ pupillus proprie est qui caret matre orphanus uero patre. unum tamen frequenter accipitur pro alio. aquam nostram pecunia bibimus etcetera. quia existentes in terra Babylonis non permittebantur uti communibus aquis & nemoribus libere sicut Ba/bylonii sed emebāt talia sicut serui. Ceruicibus nostris minabamur. id est de amputa/tione capitum nostrorum. Lassis non dabatur requies. quia Babylonii cogebant ad laborem ultra modum. Consequenter explicat miseriam que fuit ante ciuitatis de/structionem cum dicitur. Egypto dedimus manum. & Assyriis. quia aliquando confederauerunt se cum istis: aliquādo cū istis: ut possent tutari cōtra insultum Re/gis Babylonis. & sic possent colere terram suam ad habendum uictum de terre na/scentibus. Patres nostri peccauerunt. peccato multiplicis idolatrie. & non sunt. super terram uiuentes. & nos iniquitates eorum portauimus. propter enim iniqui/tates factas tempore Manasse Regis fuit destructa ciuitas: & populus captiuatus: ut habetur quarto Regum uicesimoquarto qui longe ante captiuitatem mortuus fuit. & alii eiusdem temporis. bene enim puniuntur filii pro parentibus tempora/liter & maxime quando sunt imitatores paternorum scelerū: sicut fuit in proposito. serui dominati sunt nostri id est illi qui prius seruiebant nobis: tempore enim Dauid & Salomonis Idumei & alii populi circa Iudeam habitantes erant tributarii Regi Iude sed capta ciuitate multi de Iudeis facti sunt eis serui. quia in illa captione fuerunt cum Babyloniis. & sic habuerunt partem aliquam de captiuis. In animabus nostris id est in periculo uite nostre afferebamus panem uobis id est uictum nos/trum cuius causa subditur. A facie gladii in deserto. ubi ponebantur insidie ad nos spoliandum & interficiendum Pelles nostra quasi clibanus exusta est id est exiccata & denigrata. A facie tempestatum famis. ex defectu enim nutrimenti cutis desicca/tur. & nigratur. mulieres in Sion humiliauerunt. s. Chaldei & alii aduersarii nostri eis abutendo etiam in loco sacro & multo fortius in aliis. Ideo sequitur. Virgines etc. Principes manu suspensi sunt. qa aliqui de Principatibus populi ex quorum consilio rebellauit Sedechias in detestationē facti fuerunt patibulis per manus affixi. Faciem senum non erubuerunt. non parcentes eis ratione prouecte etatis. In Hebreo habetur. Mola onerati sunt facies senum etcetera. ꝙ exponens Rabbi Salomon dicit ꝙ cum ducerentur captiui in Babylonem illi qui ducebant eos: cogebant eos ad portandum molas ad terendum blada & similia qbus indiget exercitus nec in hoc deferebant aliqui propter senectutem adolescentulis impudice abusi sunt. uitio Sodo/mitico. & pueri in ligno corruerunt. quia aliqui eorꝫ fuerunt suspensi ut dicunt aliq.

In Hebreo sic habetur. Et pueri in ligno debilitati sunt. quod exponit Ra. Sa. de iuuenibus qui poterant aliquod pondus portare & in illis imponebãtur ligna portãda in itinere sicut uiris grauiora ut predictũ est. senes defecerunt de portis. s. Hierusalẽ & aliarũ Iudee ciuitatũ ubi ãsedebãt senes autentice ad iudicãdũ. Iuuenes de choro psallentium. quia partim erant trucidati & partim captiuati propter quod subditur. Defecit gaudiũ cordis uestri etc. & patet littera. Cecidit. Hic cõsequenter explicat miseriam ex destructione regni cum dicitur. Cecidit corona. & subditur causa. Veh nobis quia peccauimus. q. d. hoc malum & alia ꝓpter peccata nostra incurrimus. Ideo contenebrati sunt oculi nostri. ex continuo fletu. consequenter explicat miseriã ex destructione templi cum dicitur. Propter montem. i. propter templũ in monte Sion edificatũ. Vulpes ambulauerunt in eo. i. in ruinis templi quia solẽt habitare in locis desertis. Tu autem domine ineternum permanebis. etc. quasi diceret. licet templũ sit destructum quod dicebatur sedes tua: eo ꝙ erat ibi propitiatoriũ: tñ remanet firmũ solium tuũ in celo ubi ꝑncipaliter relucet culmẽ diuinũ & ideo cõuertit se Hieremias ad dei misericordiam implorandum dicens. Quare imperpetuũ obliuisceris nostri etc. q. d. non decet tuam clementiam. Ideo subditur. Conuertere nos domine ad te: & cõuertemur. quia debita conuersio liberi arbitrii ad eum presupponit instinctũ diuinũ qui dicitur gratia preueniens. Innoua dies nostros sicut a principio. qm̃ in numerabilibus tuis introduxisti nos in terram ꝓmissiõis. sed ꝓpiciens repulisti nos. in captiuitatẽ eiiciendo: Iratus es contra nos uehemẽter. puniẽdo. ultra id quod possumus sustinere. licet hec pena non excedat ordinẽ iustitie. quasi diceret. respice nos oculo pietatis & misericordie: quia tibi proprium est misereri & parcere: qui uiuis & regnas deus per omnia secula seculorum Amen.

Incipit postilla in librum Baruth. Capit. .I.

Hec uerba libri. Post librum Thobie scd̃m ordinẽ temporis seqt̃ liber Baruth immediate. Nam historia Thobie contigit tpibus Ezechie regis Iuda ut ostẽsũ est supra in principio libri Thobie. Baruth autem fuit Notarius Hieremie a tempore Ioachim filii Iosie: ut habetur Hieremie. xxxvi. Et destructa Hierusalem per Chaldeos cum Hieremia descẽdit in Egyptũ post interfectionem Godolie Hieremie. xliu. & postea scripsit librum istũ q̃tũ ad illam partem cuius fuit autor. quantum autem ad epistolam Hieremie que ponit in hoc libro cuius tamen non fuit autor sed tm̃ scriptor. scripserat añ destructionem ciuitatis ut uidebitur infra domino concedẽte. Igitur liber iste in duas partes diuidit scilicet in librum Baruth scribe & in epistolam Hieremie. que incipit cap. vi. Prima diuiditur in tres partes. quia primo circa librum Baruth ponitur descriptionis actus. Secũdo legendi modus ibi. Et legit Baruth. Tertio libri ꝓcessus ibi. Et dicetis. Circa primum ponitur primo scriptoris genus cum dicitur. Et hec uerba libri quem scripsit Baruth filius Nerie etc. Et scd̃m regulam Hebreorum pater Baruth & auus & ceteri qui ponuntur hic habuerunt spiritum prophetie: sicut & ipse. dicunt enim ꝙ quãdo in principio alicuius prophete ponitur nomen patris eius & aui & sic ascendendo per hoc datur intelligi ꝙ spiritum propheticum habuerunt. Sciẽdum etiam ꝙ dictio copulatiua cum dicitur. Et hec uerba libri etc. copulat ad uerba Hieremie. que Baruth scripserat ante. Secundo ponitur descriptionis locus cum dicitur. In Babylonia. Sed

hoc uidet falsū. qa Hieremie. xliii. dicit q cū Hieremia & alii Iudei q remāserāt in Iudea: descendit in Egyptum. & non iuit in Babyloniam cū aliis captiuatis. dicēdū q mortuo Hieremia in Egypto Baruth iuit in Babyloniam ad captiuorum consolationem: & maxime quia Hieremias prophetauerat Egyptum cito destruendam p Nabuch. regem Babylonis. Hieremie. xliii. Tertio ponitur descriptionis tempus: cum dicitur. In anno quinto. s. a destructione Hierusalem per Chaldeos. sic enī numerabant Iudei tempore captiuitatis Babylonice. sicut modo computant a tempore captiuitatis sue per Romanos incipiendo a destructione Hierusalem facta p Titum & Vespasianum. Et in septima die mensis. non dicitur hic quis mensis fuerit. Et ideo uidetur q fuerit primus mensis. In tempore quo ceperunt Chaldei Hierusalem. id est a tempore illo unde incipiebat Iudeorum numeratio ut dictum est. Et legit. Hic cōsequenter ponitur circa librum istum legendi modus. & primo in Babylonia. Secūdo in Hierosolima ibi. Et collegerunt. Circa primū dicitur. Et legit Baruth uerba libri huius ad aures Ieconie etc. Sed contra hoc uidetur. quia Ieconias iste erat in carcere regis Babylonis. Dicendum q non erat in carcere clausus saltem continue. eo q non esset nobilis & rex Iuda uel si erat clausus non tamen taliter quin Baruth posset ad eū accedere. talis enim accessus frequenter conceditur detentis in carcere. Et ad aures uniuersi populi. s. Iudaici in Babylonem ducti. Et ad aures potentum filiorū regū. quia ducti fuerant ibi aliqui de semine regis: ut habetur Dañ. primo. Et fuerunt in magna potestate sicut patet eodem libro de Dañ. & socius eius. cetera patent usq; ibi. Ad flumen Sodi. i. iuxta flumen sic uocatū. sicut dicit Hieremie ad flumē Eufraten uicti sunt. i. iuxta flumen Eufraten. Qui audientes plorabāt. & penitētes de peccatis pro quibus captiuati erant. Et ieiunabant & orabant in conspectu domini. affligēdo corpus & spiritum offerendo ut sic eorum afflictionem deus respiceret & captiuitatē relaxeret. Et collegerūt. Hic cōsequēter describit lectio libri huius i Hierusalē. Nā Iudei habitantes in Babylone fecerunt librū Baruth transcribi: & miserūt i Hierusalem: ut legeretur ibi. & cum hoc miserunt pecuniam ut inde emerentur necessaria p sacrificiis & oblationibus ibidē fiendis. & hoc est quod dicit. Et collegerunt pecuniā. & patet littera usq; ibi. Cum acciperent. Sciendum tamen q hoc uideret alicui falsū qđ hic dictū est. qa omnes Iudei qui erant in Iudea interfecto Godolia descenderūt in Egyptū ut supra dictū est. & ideo non uidet q tūc in Hierusalem fuerit populus iudaicus: nec sacerdotes sacrificia offerentes. & maxime quia primo Esdre. iii. dicitur q Zorobobel & illi qui redierunt de captiuitate babylonica erexerunt altare super bases suas: & obtulerunt super illud holocaustum dño. quod fuit per longum tempus post ista. propter quod uidetur q a destructiōe ciuitatis & templi per Chaldeos usq; ad reditum captiuitatis babylonice non fuit in Hierusalem altare holocausti erectū nec sacerdotes offerentes sacrificia. propter que & consimilia liber iste apud libros Hebreos apocafus reputatur. Potest tamen dici q licet interfecto Godolia quē rex Babylonis pfecerat terre Iuda totus populus iudaicus qui remanserat in Iudea fugit in Egyptum timens ne rex Babylonis mitteret contra eum exercitum ad uindicandū mortem Godolie uidens tamen postea q non mitteret & audiens Hieremiā pphetātē q rex Babylonis Egyptum inuaderet pro magna parte: rediit in Hierusalem ppter loci sanctitatem. Et inter redeuntes. fuerunt aliqui sacerdotes quorū principalis fuit Ioachim. hic nomiatus nō tñ fuit filius sūmi sacerdotis. quia Iosedech sūmus sacerdos cum Sedechia rege fuit ductus in Babylonem. cui in summo sacerdotio successit Iesu filius eius in reditu captiuitatis Babylonice ut patet primo Esdre. iii. & Zacharie. iii.

Ioachim autem filius iſtius Ieſu ſcd̄m hiſtoriographoſ poſtea fuit ſummuſ ſacerdoſ. unde & iſte dicitur hic filiuſ Helchie ad diſtinctionem alteriuſ. Ad illud autem quod dicitur de erectione altariſ poſt reditum captiuitatiſ Babylonice: tamen ante ſacerdoteſ predicto modo redeunteſ erexerant altare paruum ad ſacrificandum domino prout poterant bono modo ſicut Patriarche & Prophete frequenter leguntur altaria erexiſſe ad ſacrificandum domino. Cum acciperet uaſa. Hic eſt conſtructio ſuſpēſiua & intricata ſententia: pro cuiuſ intellectu ſciēdum q̄ cum Ieconia rege Iuda in Babylonē ducta fuerunt uaſa templi dñi: aurea tranſportata: pro quibuſ rex Sedechiaſ in regno Iude ſuccedenſ fecit uaſa argentea. qa non poterat facere aurea ſicut Roboā Salomoniſ filiuſ pro ſcutiſ aureiſ que abſtulit Seſach rex Egypti fecit ſcuta erea tertio Regum. xiiii. Et illa uaſa argentea captiuato Sedechia fuerunt in Babylonē portata: que ſaltem pro parte redimerunt Iudei in Babylonem ducti: & miſerunt in Hieruſalem pro cultu dei cum pecunia pro ſacrificiſ collecta: ut dictum eſt. & hoc eſt quod dicitur. Cum acciperet. ſ. dictuſ Ioachim ſacerdoſ. Vaſa templi domini. que ablata fuerant de templo Sedechia rege capto. Reuocare in terram Iuda. id eſt ut remitterentur in Hieruſalem que eſt Metropoliſ in terra Iuda. Decima die menſiſ Siban. qui correſpondet partim Maio & partim Iunio apud noſ. Cōſequenter oñdit que fuerint illa uaſa dicenſ. Vaſa argentea que fecit Sedechiaſ etc. & patet ex dictiſ littera uſq; ibi. Et orate pro uita Nabuch. etc. Ex eiuſ enim pacifico ſtatu depēdebat pax terre babylonice & per conſequenſ pax Iudeorum ibi tranſlatorum propter qd̄ potebat orari pro uita regiſ & filii eiuſ ſcd̄m monitionem Hieremie. xxix. Orate p̄ ciuitate ad quā tranſmigrati eſtiſ. quia in pace illiuſ erit pax ueſtra. Et det dominuſ uirtutem nobiſ. Primo petierant orari pro bono ſtatu regni: quod eſt magiſ cōmune poſtea uero pro bono ſuo: quod erat magiſ ſpeciale. Et illuminet oculoſ noſtroſ. In ueritatiſ cognitione. Vt uiuamuſ ſub umbra Nabuch. Exquo deuſ ordinauit noſ in eiuſ ſeruitutem redigere. Et ſeruiamuſ eiſ. humiliter obtemperanteſ uoluntati diuine. Et inueniamuſ gratiam in conſpectu eoꝝ. ut non cogant noſ idolatrare. ſed p̄mittāt noſ deo pacifice deſeruire. Et pro nobiſ ipſiſ orate. ad dominum deum noſtrum. Quia peccauimuſ. i. orate ut dimittat nobiſ peccata noſtra. Conſequēter ſubdit̄ de lectiōe libri Baruth cum dicitur. Et legite librum iſtum etc. Recitari in templo domini. licet enim templum eſſet combuſtum: tamen remanſerat platea atrii. In qua conueniebāt Iudei ad orandum & audiendum uerbum dei. In die ſollemni. i. in diebuſ ſollemnibuſ in quibuſ magiſ conueniebat populuſ. Et dicetiſ. Poſtq̄ deſcriptuſ eſt circa librum Baruth legendi moduſ: hic conſequenter deſcribitur libri p̄ceſſuſ. in quo primo ponit̄ humiliſ dep̄catio. Secundo utiliſ informatio. iii. ca. ibi. Audi Iſrael. ubi incipit ſecūdū capitulum ſcd̄m ſignationem Hieronymi. Prima in treſ. Nam ſicut dicitur Eccle. xxxix. Oratio humiliātiſ ſe nubeſ penetrabit. Et ideo primo ponitur orantiſ humiliatio. Secundo humiliantiſ ſe deprecatio ibi. Et nunc domine deuſ. Tertio deprecantiſ concluſio ibi. Et nunc domine omnipotenſ. Circa primum ponitur humiliantiſ oratio in duobuſ ſcilicet confitendo propriam culpam. Secundo confitendo penam iuſte illatam: in principio ſecundi cap. Circa primum dicitur. Et dicetiſ. uerba Baruth recitando. Domino deo noſtro iuſticia. eſt enim iuſticie regula. Nobiſ autem cōfuſio faciei noſtre. In peccatorum noſtrorum confeſſione. Sicut eſt dieſ hec. Hoc ſupple manifeſtat in inflictiōe pene. Omni Iuda. i. omni Iudeo de regno Iude: Regnū aūt Iſrael captiuatum fuerat per longum tempuſ ante. Et habitantibuſ in Hieruſalem. maxime nam illam obſederunt Chaldei: & combuſſerunt: populum partim occidenteſ:

& ptim captiuantes. Regibus nostris. Tres enim reges successiue fuerant cōfusibiliter tractati. Nā Ioachim filius Iosie fuit interfectus & extra portas Hierusalē piectus: sicut predixerat Hieremias. xxii. Sepultura asini sepelitur. Et Ieconias filius eius in Babylonē ductus: & icarceratus & Sedechias eis succedens exoculatus: & in Babylonē ductus: & ibidē ignominiose mortuus. sicut dictū fuit Abacuc. ii. Et ꝑncipibus nostris. & sacerdotibus nostris qui fuerunt partim occisi: & partim captiui. Et ꝑphetis nostris .s. falsis. asserentibus Hierusalē a Chaldeis non esse capiendā. potest hoc etiā exponi de ueris prophetis: qui populi sui confusionem suam reputabant. Peccauimus añ dñm licet enim Baruth esset iustus & bonus tamen cōnumerat se peccatoribus. eo ꝙ erat de eodē populo. Et non credidimus prophetis ipsius diffidentes in eum. i. de protectione eius. Et non fuimus subiectibiles. humiliter et obediēdo. Et obaudiuimus uerba eius respuendo. Et ambularemus in mādatis eius. ad hoc enī data fuit lex in deserto Exo. xx. Eramus incredibiles ad dominum Moysē. & alios seruos eius exaspando. Et dissipati recessimus etc. Homines enim mali sunt in se ipsis dissipati. quia ratio trahit ad bonum & sensualitas & consuetudo peccādi ad oppositū: scd̄m ꝙ deducit philosophus viii. Ethicorum. Adheserunt nobis multa mala. culpe & pene. Et maledictiones que constituit dominus Moysi. Deutro. xxvii. & .xxviii. Qui eduxit patres nostros de terra Egypti. Exo. xiii. Dare nobis terram etc. id est ad dandum nobis terram bonā & fertilē. Sicut hodierna die. supple appet maledictio dei sup nos. Qui electi sumus inde. Et non audiuimus etc. Replicatio est eius quod supradictū est: sicut in orōibus solet idem pluries replicari ad maiorem affectus expressionem. Et idem fit etiā in sequentibus. Operari dus alienis. i. sacrificare eis. Facientes mala ante oculos domini. quibus omnia nuda sunt & aperta. Hebre. iiii. uel dicit. Ante oculos domini. quia tpe Manasse regis Iuda in templo domini fuerūt idola posita qbus idolatre sacrificabāt.

PRopter quod. Hic consequenter ponitur orantis .II.
humiliatio confitendo penam illatam esse iustam cum dicit̄. Propter qd̄ statuit dominus. i. firmiter disposuit. Verbum suum. de iusta punitione peccatorum. Quod locutus est ꝑ Moysen. & alios Prophetas. Ad nos & ad iudices nostros etc. ita ꝙ nullus se excusare potest de ignorantia. Vt adduceret dñus super nos iuste mala magna que non sunt facta sub celo. in alia gente. quanto enim peccatum est grauius tanto etiam grauior debet esse pena. populus autem Israel propter legem a deo sibi datam & alia beneficia fuit in altiori statu q̄ ceteri populi: sicut dicitur Psal. c. xlvii. Non fecit taliter omni nationi etc. propter quod eius peccatum fuit grauius. quia quanto status altior: tanto casus grauior. Ideo fuit maiori pena dignū. Vt manducaret homo carnem filii sui etc. licet hoc non legatur esse factum. iiii. Re. ii. & .ii. Paralippo. in obsidione Hierusalem per Chaldeos: tamen credendum hoc fuisse factum ut dicit hic Propheta Baruth: quia non omnia sunt in illis libris scripta. & maxime quia idē legit̄ factum. iiii. Re. vi. in obsidione Samarie & in obsidione Hierusalem per Romanos scd̄m quod refert Iosephus & alii historiographi. Et dedit illos sub manibus regnorū omnium. sicut patet libro Regum & Iudicum in pluribus locis. i. in properium & in desolationem. Nam multa inferebantur conuicia & grauia Iudeis inter gētiles captiuatis. Domino deo nostro iusticia etc. exponatur ut supra. quia repetitio est eiusdem ad maiorem affectus expressionem. Et non fumus dep̄cati faciem domini. Frequēter enim legitur in predictis libris ꝙ Iudei pro peccatis a deo ꝑcussi ꝑ penā non reuertebantur ad deum per penitentiam. Et uigilauit dominus in malis. s. pene iuste sup nos adducendis. Que dedit ante faciem nostram. i. clare & manifeste: ita ꝙ nō possumus

nos excusare per ignorantiam. Et nunc domine. Postq̃ posita est orãtis humiliatio: hic consequenter ponitur humiliati deprecatio. Et diuiditur in tres partes. qa ꝑmo in oratione allegatur dei magnificentia. Secundo orantis populi penitentia ibi. Respice domine. Tertio diuini cultus ignorantia ibi. Et posuisti templum. Circa primũ sciendum ꝙ sicut dicitur quarto Ethicorum: Magnificus inclinatur ad dandum quod petitur: quãdo beneficia priusꝙ prescita per eũ allegant. Et ideo hic allegant bñficia a deo prescita populo Israel in exitu de Egypto cum dicitur. Et nunc domine deus Israel. licet enim esset deus omnium per creationem: dicebatur tamen deus Israel per cultum specialem. Qui eduxisti plebem tuã de terra Egypti. de qua per se nõ poterat egredi. In manu ualidi. i. in potestate magna. Et in signis. q̃tũ ad minora miracula. Et in prodigijs. q̃tum ad maiora: unde dicitur ꝓdigium quasi ꝓcul a digito cuiusmodi est miraculum raro usum. Et in uirtute tua magna etc. sicut patet in diuisione rubri maris. & in multis aliis populo Israel exhibitis. Et fecisti nomen tibi. Per hoc enim diuulgatum fuit nomen domini per orbem. Sicut est dies iste. i. sicut presens tempus manifestat ꝑ scripturas canonicas de istis memoriã facientes. Peccauimus i nostris ꝓpositis impie egimus. erga deum. Inique gessimus. erga proximũ. Auertatur ira tua a nobis. .i. pena nobis a te inflicta. Quia derelicti sumus pauci. Nã multi de Iudeis fuerant gladio & fame mortui. Exaudi domine preces nostras. factas uerbaliter. Et oratiões nostras. factas mentaliter. Nam scdm Damascenũ. Oratio est ascensus mentis in deũ. Et educ nos. de captiuitate Babylonis. Propter te. i. ex tua bonitate & nõ ex meritis nostris. Et da nobis inuenire gratiam etc. i. sciant gentiles quia tu es deus noster. ꝑ hoc ꝙ inuenimus gratiam principum in terra aliena. Respice domine. Hic cõsequẽter allegatur populi deprecantis penitẽtia: ex qua mouetur deus ad exaudiendũ orõnẽ deprecantium cum dicitur. Respice domine de domo sancta tua. i. de celo quod dicit eius domus. quia licet ubiq; sit per potentiam essentiam & presentiã: tñ ibi specialiter relucet eius maiestas & gloria. Quia nõ mortui qui sunt in inferno. i. reconditi in sepulchro uel in inferno quantum ad animas: que tunc omnes ibi descẽdebant. Dabũt honorem & iustificationem domino. quia sunt extra statum merendi. Sed anima que tristis est. per contritionem ueram. Super magnitudinem. peccatorũ suorꝝ. Et incedit curua. per ueram humiliationem. Et infirma. per proprie fragilitatis consyderationẽ Et oculi deficientes. i. proprios defectus & non alienos attendentes. Et aia esuriens. id est iustificari desyderans. Math. quinto. Beati qui esuriunt & sitiũt iusticiã. Psal. .l. Sacrificium deo spiritus contribulatus. Quia non scdm iusticias patrum nostrorũ. quia non fuerunt peccatores sicut & nos. Nos fundimus misericordiam. id est preces misericordiam postulantes. Sed quia misisti iram tuam. i. punitionem iustam: non enim ira & alie passiões sunt in deo. sed quando punit ad modũ irati se habet. Sicut locutus es in manibus puerorum tuorum Prophetarum. i. per Prophetas tuas. per manũ enim significatur hic lingua. eo ꝙ manus est organum organorũ ut dicitur tertio de aia. Inclinate humerum uestrum etc. hoc enim frequenter dixit Hieremias. s. ꝙ ciuitas destrueret & populus captiuaret nisi se subiceret regi Babylõis. & similiter alii ꝓphete. cetera patent usq; ibi. Vt perferrent ossa regũ nostrorꝝ etc. Iudei nãq; sepeliebãt potentes cũ sũptibus magnis: ponentes preciosa in eorum sepulchris: & ideo Chaldei q erant cupidi capta ciuitate Hierusalem fodiebant talia sepulchra preciosa rapientes: & ossa mortuorum eicientes. Et mortui sunt in doloribus pessimis. in obsidione enim ciuitatis multi fuerunt mortui: aliqui aeris corruptione: aliqui gladio: & aliqui fame. Et in emissione. quia multi de illis qui mittebantur in Babylonem captiui fuerũt in

uia mortui. Et posuisti. Hic cõsequenter allegatur diuini cultus ignominia cũ dicit. Et posuisti templum. s. in desolationem. In quo inuocatum est nomen tuum. añ eius destructionem. Sicut hec dies. supple manifestat per rei euidentiam. Et fecisti nobis domine deus noster scd̃m oñem bonitatem tuam etc. i. scd̃m magnitudinem bonorum que fecisti nobis in tua bonitate ex datiõe legis & alius beneficius. inflixisti nobis penã ex tua iusticia eo q̃ fuimus ingrati & transgredientes tua mãdata. In die qua p̃cepisti ei scribere legem. i. Deutronomium. Ambitio hec magna & multa. i. ornatus & pulchritudo populi Israel. Cõuertetur in minimo. per gladium & captiuitatẽ. Quia scio q̃ me non audiet. deus enim ita cognoscit futura sicut presentia. Populus est enĩ dura ceruice. ut patet ex decursu ueteris testamenti. Et cõuertetur cor suũ. recognoscẽs proprium delictum. In terra captiuitatis sue. uexatiõe ei intellectum dante. Et dabo eis cor. s. cõtritum. Et audient aures. dei uerbum. Et laudabunt me in terra captiuitatis sue. sicut dictũ est supra de Thobia. Thobie. xiii. & idẽ fuit in multis aliis iustis ut in Daniele & socius eius & consimilibus. Et auertẽt se a dorso suo duro. i. ab inobedientia sua dura. Quia reminiscentur uiam patrum suorum: qui similiter pro peccatis suis mortui fuerunt & captiuati. Et reuocabo illos in terrã. hoc fuit impletũ aliq̃liter quando Cyrus dedit Iudeis licentiam redeũdi in Iudeam. Sed pleniusp Xp̃m apiẽtẽ celi ianuam: quod est terra uiuentium per terram promissionis figuratam. premiũ enĩ uirtutis a deo principaliter promissum non potest intelligi bonum terrenum: quod est minus q̃ uirtutis bonum. Et ideo q̃ in scriptura sacra pro uirtuosis opibus ꝓmittunt bona corporalia & terrena sub illis intelliguntur principaliter promitti bona spũalia & eterna: sicut dixi pleniusGeñ. xv. & in pluribus aliis locis: & huic sensui cõcordat littera sequens: cum dicitur. Et statuam illis testamentum alterum. i. nouam legem p Xp̃m sempiternum. tum quia legi noue lex alia non succedet. tũ quia habet effectũ sempiternum introducendo statum ad gloriam sempiternam. quia lex uetus facere nõ poterat scd̃m q̃ deducit apostolus satis diffuse in epistola ad Hebreos. Ideo subdit. Et non mouebo amplius populum meũ etc. quia mansio celestis ẽ stabilis & eterna.

ET nunc domine omnipotens deus Israel. Post̃q̃ posita .III.
est orantis allegatio: hic consequenter ponitur orationis conclusio: cum dicitur. Anima in angustiis posita & spũs anxius. ex afflictione dura. Clamat ad te. ut possit aliquantulum respirare. Audi dñe. condescendendo. cetera patent usq; ibi. Audi nunc oratiõem mortuorum Israel. i. sanctorum Patriarcharum & Prophetarũ. qui uiuẽtes orauerunt ad te pro bono statu posterorum. Et filiorum ipsorum qui peccauerũt añ te. i. uocem nostram audi: qui licet peccauerimus tibi: tamen penitentes clamamus ad te. Et aglutinata sunt nobis mala. i. pena multiplex est nobis inflicta. Noli memĩsse iniquitates patrum nostrum. pro ipsis nos puniendo. Nam aliquando filii iuste pro patribus puniuntur pena temporali. quia filii sunt quedam res patrum. Sed memẽto manus tue. i. potentie tue pro nostra liberatione. Et nominis tui. cuius proprium est parcere & misereri. cetera patent usq; ibi. Et cõuertemus iniquitatem patrũ nostroꝝ. in bonum per penitentiam nostram: qui sumus successores eorum. In improperium & in maledictum. Nam multa conuicia & maledicta inferebantur eis in aliena terra. Et in peccatum. id est peccatores reputati: & pro peccatis puniti. Audi Israel. Post̃q̃ premissa est humilis deprecatio: hic consequenter subditur utilis informatio. & primo Baruth populum Israel ad bonũ hortatur. Secundo eũ multipliciter consolat̃. iiii. c. ibi. Animequior esto. Prima in duas. Nam primo populum ad sapiẽtie desyderium inuitat. Secundo que sit illa sapientia declarat in principio quarti ca. Prima in tres.

quia primo ad querendum ſapientiam inducit. Secundo ab ea infideles excludit ibi. Quis inuenit. Tertio quibus conceditur oſtendit ibi. O Iſrael. Circa primum dicit. Audi Iſrael mandata uite. i. mandata dei quorum obſeruatio inducit ad uitā eternā Math. xix. Si uis ad uitā ingredi ſerua mādata. Auribus percipe ut ſcias prudentiā. non humanam cuius finis eſt felicitas pollitica. ſed diuinam & infuſam: cuius finis eſt felicitas ſuperna. Quid eſt Iſrael q̄ in terra inimicoꝝ es? detentus in captiuitate. Inueteraſti in terra aliena. ibi exiſtens iam a longo tempore: quia regnum Iſrael fuit captiuatum anno ſexto Ezechie. Et Iechonias rex Iuda cum nobilibus & potentibus. regni ſui. Anno primo. Sedechie. & Sedechias cum reliquis anno. xi. regni ſui. Coinquinatus es cum mortuis. i. cū infidelibus: qui mortui dicuntur. Math. viii. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. filii eni Iſrael inter eos captiuati cōmuniter inq̄nabāt ibi eoꝝ: ut dictum eſt ſupra Thobie. i. Deputatus eſt cum deſcendentibus in infernū id eſt cum idolatris inter eos commorando. premiſit igitur. Quid eſt Iſrael? id eſt que eſt cauſa iſtorum malorum: ſuper te uenientium? Et reſpondet. Dereliquiſti fontem ſapientie. i. quia dereliquiſti deum tuum. Nam ſi in uia dei ambulaſſes. tibi oſtenſa p legem & Prophetas. Habitaſſes in pace ſuper terram. a deo tibi conceſſam. patet enim ex decurſu ueteris teſtamenti: q̄ quādiu in uia dei ambulauerūt in terra promiſſiōis pacifice habitauerūt. Diſce ubi ſit prudentia infuſa: ubi ſit uirtus ſimiliter infuſa. Nā ſicut uirtutes pollitice ex actibus acquiſite cōnectuntur prudentie pollitice ut habet ſexto Ethicoꝝ: ſic uirtutes morales infuſe cōnectuntur prudentie diuine uel infuſe. Vbi ſit intellectus. Eſt aūt intellectus ꝓprie habitus ꝑncipioꝝ. articuli uero fidei ſūt principia omniū credibilium. Ideo fides que eſt uirtus intellectualis eſt huiuſmodi intellectus. Vt ſcias ſimul. i. p ipſam fidē que eſt ſubſtantia rer̄ ſperandaꝝ. Argumētū id eſt certitudo non apparentiū. Vbi ſit longiturnitas uite. i. uita eterna. Et uictus id eſt fruitio beata. Vbi ſit lumen oculorum. per apertam prime ueritatis viſionem. Et pax. per omnimodam appetitus quietationem. per fidem enim cognoſcimus certitudinaliter q̄ iſta ſūt in deo obiectiue: & in beatis ſpiritibus ſubiectiue. Quis inuenie. Hic conſequenter infideles ab hac ſapientia excludit dicens. Quis inuenitur etc. q̄ſi diceret: nullus de infidelibus quantumcūq; potens & magnus. Ideo ſubditur. Vbi ſunt principes gentium. tempore nanq; Baruth captiuatis regibus Iſrael & Iuda: omnes terre principes erant idolatre & infideles. Qui dominantur ſuper beſtias que ſunt in terra. p uenationis exercitium. Qui in auibus celi ludunt. per aucupium. q argentū theſaurizant. & aurum in quo confidunt homines. per hoc enim ſperant obtinere ſup alia regna dominium. Et non eſt finis poſſeſſionis eorum. quia quanto plura acq̄rūt tanto ad alia acquirenda ardentius anheſant. Qui argentum fabricant. inde faciēdo monetam uel idola. Et ſolliciti ſunt. de obtinendo quod capiunt. Et non eſt inuētio operum illorum. quia frequenter preuentuntur morte: anteq̄ poſſint opus intentum perficere. Ideo ſubditur. Exterminati ſūt etc. Iuuenes moribus & etate uiderūt lumē in bonis ſenſibilibus ſuum ponentes finem. Viam autem diſcipline ignorauerunt. delectationes enim ſenſibiles hanc noticiam impediunt. Nec intellexerunt ſemitas eius. i. modos inquirendi eam. Neq; filii eorum. male nutriti: & in ſenſibilibus delectatiōibus occupati: ſicut patres eoꝝ. Non eſt audita in terra Chanaan. in qua ante filios Iſrael habitauerūt idolatre peſſimi ut in libris Num. & Deutrono. Neq; uiſa eſt in Themā. nomen eſt terre de qua fuit Eliphat Themanites. qui non ponebat niſi preſentē uitā ut dictum fuit ſuper librum Iob. & idem uidetur fuiſſe de aliis habitatoribus illius terre. Nā iſte fuit de maioribus & prudentioribus. propter qđ excluſi erant a ſapiētia

diuina que felicitatem ponit in uita futura. Filii quoq; Agar. i. Agareni qui modo dicuntur Sarraceni usurpantes sibi nomen a Sara libera. Cũ tñ descenderint ab Agar ancilla Abrahe. Qui exquisierunt prudentiam que de terra est. sunt enim astuti in terrenis lucris. Et fabulatores. ad decipiendum in mercationibus homines & exquisitores intelligentie que proprie est de presentibus tantum. Viam autem sapientie. que magis attendit bona futura. Nescierunt. O Israel. Hic consequenter ostẽditur q̃bus conceditur sapientia diuina: cum dicitur. O Israel consydera q̃ magna est domus dei. id est celum empyrreum: quod est locus beatorum. Est enim celum supremum. & per consequens maxime extensum: quanto magis distat a centro mundi. Magnus est non habet consummationem: id est terminationem: siue finitionem a parte post. Nam est incorruptibile. Excelsus. quia est locus supremus: ut dictum est. Et immensus. non simpliciter: quia nulla creatura sic est immensa. sed per cõperationem ad nos qui quãtitatem eius metiri non possumus. Ibi fuerunt gygantes. Hic non refertur ad litterã immediate precedentem: nam in celo empyrreo non fuerunt gygantes qui sunt homines incompositi moribus. Sed refertur ad hoc quod predicitur. Non est audita in terra Chanaan. In qua habitauerunt gygantes ut habetur Numeri. xiii. ibi. Vidimus monstra quedam filiorum Enach de genere gygantes: quibus compati quasi locuste uidebamur. Scientes bellum. id est artem bellandi. Non hos elegit dominus. in populũ sibi peculiarem: sicut elegit Israelem. Neq; uiam discipline inuenerunt. nã incõpositi moribus fuerunt. Propterea perierunt. Filii enim Israel eos interfecerunt: ut habetur in libris Iosue & Iudicum. Quis ascendit in celũ? etc. quasi dicat: nullus hominũ scilicet ante xp̃i aduentum. & pro tempore illo loquit̃ Baruch. Quis transfretauit mare? etc. quasi diceret: nullus per talem transfretationem potuit inuenire sapientiam diuinam. Non est qui possit scire uiam eius. naturale uirtute: sicut inuenta est sapientia phylosophica. Sed qui scit uniuersa nouit illam. s. deus. Et inuenit eam prudentia sua. id ẽ habet eam per seipsum: & non per doctorem alium. Qui preparauit terram in eterno tempore. nam in eternum durabit a parte post: sicut & alie mundi partes principales. meliorabuntur tamen in suis qualitatibus in mundi innouatione. Et repleuit eam bipedibus & quadrupedibus. i. animalibus hominibus & animalibus. licet enim aues habitent in aere. communius tamen alimentum accipiunt in terra. Qui emittit lumen & uadit Nam scd̃m eius ordinationem lumen solis & lune diffunditur per aerem. Et uocauit illud etc. Nam scd̃m eius ordinationem lumen solis & lune quodammodo reuocatur. quãdo certis temporibus eclypsantur. Stelle dederunt lumen. scd̃m dei ordinationẽ. Et letate sunt. locutio est methaphorica. sicut cum dicitur pratum ridet. quia corpora celestia non sunt animata: scd̃m Damascenũ. Vocata sunt & dixerunt. Istud dicere non est aliud q̃ cursũ suũ scd̃m ordinem dei pficere. Hic est deus noster: cui obediunt corpora celestia & terrestria. Et non estimabitur alius aduersus eum. Nam alii sunt dii falsi. Hic adinuenit omnem uiam discipline. ducentem ad uiam glorie. Et dedit illã Iacob puero suo & Israel dilecto suo. Iacob autem & Israel idem homo fuit. sed p̃mo uocatus est Iacob id est supplantator. Postea Israel id est uidens deum: uel directus cũ deo Geñ. xxxii. p qd̃ designat̃ q̃ in uia pfectionis oportet hoiem p̃us luctari cũ passiõibus: ipsas subiciẽdo: p exercitiũ uirtutis. postea pficere in cõtẽplatiõe ueritatis. unde dicit Grego. sup Ezech. q cõtẽplatiõis artẽ desyderãt p̃us necesse est ut in cãpo actiõis se p exercitiũ pbẽt. Et Phylosophus. vii. Physicoz Sedẽdo & q̃escendo id est sedatis passiõibus: fit aia sciens & prudens. Et ideo bene dicit̃ q̃ sapientiã diuinã dedit deus Iacob & Israel. quia passionibus supplãtatis: dat̃ homini cõtemplatio ueritatis.

Post hec in terris uisus est & cum hominibus conuersatus est. quod potest dupliciter intelligi. uno modo ut sit reuelatio preteriti. quia post illuminationem Iacob Patriarche & dationem legis descendentibus ex suo semine. Exodi. xx. Deus apparuit illi populo. Exo. xxiiii. ascenderunt q; Moyses & Aaron Nadab & Abyn & septuagita de senioribus Israel: & uiderunt dominum deum. & subditur ibidem. super eos qui peccal recesserant de filiis Israel misit manum suam. uiderũ tq; dominum. Cum illis etiã conuersatus est. xl. annis prebens eis manna: & alia beneficia multa. secundum q̃ dicitur Psal. xciiii. secundum translationem septuaginta interpretum quadraginta annis proximus fui generationi huic etc. Alio modo ut sit prophetia de futuro: quia post tpus Baruth Xpristus deus & homo cum hominibus conuersatus est. Iob. primo. uerbum caro factum est & habitauit in nobis etc. & hec est perfectior expositio: quia conuersatio prima fuit huius figura etc.

.IIII.

Hic liber. Postq̃ Baruth induxit ad sapientie desyderium: & ostendit quibus & a quo: hic consequenter ostenditur que sit ipsa sapientia. scilicet lex a deo data. d. hic liber mandatorum dei: supple est sapientia predicta. propter quod dicitur Deut. iiii. Hec est sapientia uestra & intellectus coram populis. & lex que est in eternũ non enim lex uetus per nouum est abolita. sed magis perfecta: secundum q̃ dicit Saluator Matt. v. Non ueni soluere legem: sed adimplere. sicut ibidem fuit plenius declaratum Omnibus qui tenent eam. eam obseruando omnes peruenient ad uitam scilicet gratie in pñti & glorie in futuro. licet enim patres ueteris testamenti descendentes ad lymbũ non statim admitterentur ad gloriam: erant tamen admittendi suo tempore. s. amoto impedimento nature per Xpristum. Qui autem dereliquerunt eam transgrediendo: quia decedentes statim descendebant in iebennam. Conuertere Iacob. id est populo descendens a Iacob. & apprehende eam. per iugem memoriam. ambula per uiam moq ad splendorem eius. oculos conuertendo. Ideo subditur: contra lumen. tales enim non habent umbram culpe & ignorantie ante se. auertentes autem se a lumine. hñt umbrã culpe & ignorantie ante se. Ne tradas alteri gloriam tuam etc. legem diuinitus datam dimittendo. Ad cuius acceptionem poterat populus Israel pre ceteris populis gloriari secundum quod dicitur Psalmo centesimo quadragesimo septimo. Non fecit taliter omni nationi & iudicia sua non manifestauit eis. Ideo subditur: uiri sumus Israel. hoc dicit Baruth eo q̃ erat de populo illo. Quia que deo placent. id est mandata legis & Prophetarum oracula. Manifesta sunt nobis in lege & Prophetis animequior. posita populi exhortatione: hic consequenter ponitur eius consolatio: & primo in persona Baruth loquentis. secundo in persona Hierusalem metropolis ibi. & dixit. tertio in persona dei consolantis ibi. animequior esto Hierusalem. Circa primum dicit̃: animeq̃or id est constãtior & bylarior. Esto populus dei. id est populus Israel dei cultor ceteris ad idolatriam declinantibus. Memorabilis Israel coram deo. licet oblitus uidearis. ideo subditur: uenundati estis gentibus non in perditionem: sed ut afflictio dei uobis ictel/lectum ad uestram emendationem: ideo subditur: sed propter quod in ira. i. in peccatis uestris: ira dei digni. ad iracundiam prouocastis deum traditi estis. & patet littera usq; ibi. & contristastis nutricem uestram Hierusalem. que nutriuit uos corporaliter bonis temporalibus ibidem abundantibus. & spiritualiter doctrina Prophetarum ibidem habitantium. ideo subditur: uidit enim iracundiam. id est penam a deo uenientem uobis. boc enim preuidit Ieremias & alii Prophete qui locuti sunt de Babylonica captiuitate ut patuit supra in libris eorum. Et dixit. Hic consequenter ponitur populi cõsolatio in persona Hierusalem: & ut opposita iuxta se posita magis elucescant. primo recitat̃

materia desolationis. secundo consolationis ibi. Ego autem. Circa primum dicitur: & dixit. scilicet per Prophetas & alios sanctos desolationem Hierusalem lamentãtes eo modo loquendi quo Parisius dicitur facere: & dicere: q populus eius facit & dicit. audite confines Sion. id ẽ ciuitates affinitatẽ cum Hierusalem habentes. Adduxit enim mihi deus luctum magnum. id est materiam magnam lugendi: per exercitũ Chaldeoꝝ populum meum captiuantium. Nutriui enim illos cum iocũditate. temporibus Dauid & Salomonis. quia tunc erant in magna bonorum temporalium & spiritualium prosperitate. dimisi autem illos cum luctu & fletu. cum ducerentur in Babylonẽ cpibus Ieconie & Sedechie. Nemo gaudeat super me. que magis indigeo compassióe multis de filiis meis in captiuitate ductis. Iustitias autem ipsius nescierunt practice. licet aliq scierunt speculatiue. scilicet sacerdotes & legisperiti: uuentes male. neq; semitas q̃tũ ad consilia. cum iustitia ingressi sunt. id est pena per dei iustitiam inflicta. Vnde & peccauimus. punitio communi modo loquendi iustitia nominatur. ueniant confines Sion & cõmemorent etc. de hoc enim ciuitates in circuitu Iudee existẽtes frequẽter loquebãtur: sicut solet fieri de casu tali. Adduxit enim super illos gentẽ de lõginquo scilicet de Chaldea & alius regnis existentibus sub Chaldeis. Gentem reprobam. id est bonis moribus carentem. & alterius lingue. propter quod minus miserebantur: qa nõ intelligebant uerba deprecantium. Ideo subdit: qui non sunt reuerti senem etc. qbus tamen esset maxime cõpatiendum sed absq; delectu etatis conditionis & sexus populũ crudeliter afflixerunt. & adduxerunt dilectos uidue. id est filios eius in captiuitatem duxerunt. & sic eam unicam & desolatam dimiserunt. Ego autem. Hic consequẽter ponitur materia consolationis cum dicitur: Ego autem quid possum adiuuare uos. q. d. non est a uobis petendum humanum auxilium sed diuinum. ideo sequitur: Qui. n. adduxit super uos mala pene: ad uestram correctionem. Ipse eripiet uos de manibus inimicorum uestrorum. ad nominis sui laudem precipiens Cyro edificare templum in Hierusalem propter quod dedit populo Iude redeundi licentiam ut habetur. 1. Esd. ꝑmo. Ambulate filii: de uirtute in uirtutem. ego enim derelicta sum sola: sicut lamẽtabatur Ieremias Propheta dicens. Treñ. 1. Quõ sedet sola ciuitas etc. Exui me stola pacis. i. uestibus iocũditatis. Indui aũt me sacco obsecrationis. antiqtus. n. tpe afflicti/ones orabant hoies in sacco & cinere. & clamabo ad altissimũ in diebus meis. ꝓcõfidẽs q̃ acqescat ꝑcibus meis. Ideo subdit: aiegores estote filii cõfidẽtes de auxilio dei. ego. n. speraui in eternum. salutem uestram. id est q̃ donabit uobis non solum salutẽ tpalem: sed etiã eternam. & uenit mihi gaudium a sancto. i. a deo qui est sanctus sanctorum super misericordia que ueniet uobis ab eterno salutari nostro. i. a Xp̃o qui secundũ deitatem est ab eterno: & sic de liberatione populi facta per Cyrũ transit ad loquẽdũ de liberatione facta per Xp̃m: tanq̃ de figura ad figuratũ. Sicut Esa. xiiii. loquẽdo de casu Regis Babylonis sub eodem contextu littere transit ad loquendũ de casu demonis: ut ibidem plenius fuit dictum. & ad idem facit qđ sequitur. Reducet autẽ uos mihi dominus cum gaudio & iocunditate in sempiternũ. populus. n. post Babylonice captiuitatis reditum: quasi continue fuit in afflictione: propter qđ uidet hic scptura loqui saltem principaliter de liberatione facta per Xp̃m. sicut enim uiderunt uicine Syon. i. ciuitates circa Iudeam posite. Captiuitatem uestram: a deo uobis inflictam propter peccata uestra. sic uidebunt & in celeritate. id est cito. Salutem uestram in deo etc. si referatur ad liberationem de Babylone est Hiperbole: si autem ad liberationem ꝑ Christi gratiã est locutio clara. ꝑsecutus est enim te inimicus tuus. i. Chaldeoꝝ populus: secundum primum intellectum. Diabolus aũt uel quilibet tyrannus ꝑsequẽs

ecclesiam q̃ntum ad secundum. sed cito uidebis pditionem ipsius: quia Cyrus destruxit populum Chaldeorum: & Christus diaboli potentiam confregit. & etiam tyrannorum Delicati mei ambulauerũt uias asperas. & grauiter sunt afflicti ab aduersariis. ducti sunt enim: in captiuitatem & mortem. ut grex direptus. i. raptus per predam. animequiores estote filii. sustinendo patienter. & proclamate ad deum. qui liberabit uos potenter. Ideo subditur: Erit enim memoria uestra in bonum ab eo qui duxit uos. id ẽ a deo qui permisit uos in captiuitatem duci. sic enim fuit sensus uester ut erraretis a deo per multiplicem idolatriam. sicut patet. iiii. Reg. & Paraly. ii. deciesq; tantum iterũ cõuertentes requiretis eum. post reditum enim captiuitatis Babylonice non leguñ iudei fuisse idolatre: nisi aliqui pauci tpre Anthiochi Epiphanis ducti etc. ad hoc magis timore q̃ infidelitate. ut habet̃. i. Macbab. & . ii. Ista tamen requisitio dei magis ipleta fuit in Apostolis & aliis credẽtibus de iudaismo ut patet Act. ii. & . iii. Qui. n. induxit uobis mala. scilicet pene. ipse rursum adducet uobis sempiternam iocunditatem. q̃ potissime fuit impletum in apertione ianue celestis per Christum. Animequior esto. Hic consequenter ponitur consolatio inducta ex persona dei. & primo fit mentio de captiuitatis Babylonice liberatione. secundo de populi fidelis exultatione ibi. Exue te Hierusalem. Circa primum primo ponitur aduersariorum punitio cũ dicitur: nocẽtes tibi. scilicet Chaldei. parebunt: subiecti & depressi. cetera patent usq; ibi. Sicut enim gaudisa est in tua ruina. scilicet gens Chaldaica. sic contristabitur: in sua desolatione per Cyrum & Darium. ut habetur Dañ. v. Ignis enim superueniet ei ab eterno. s. dispositus a deo qui est eternus qui etiam omnia futura preuidit ab eterno. Babylon enim que erat metropolis Chaldeorum fuit incensa pro magna parte per Cyrum & Darium. in longiturnis diebus. quia non fuit reedificata: sed magis postea hominibus inhabitabilis facta: propter animalia uenenosa & monstruosa. sicut predixit Esaias xiii. secundo ponitur captiuitatis liberatio. cum dicitur: Circumspice Hierusalem ad orientem etc. inde enim uenit Cyrus ad destruendum Babyloniam. & dandum populo iudaico redeundi licentiam. Ideo subditur: ecce enim ueniunt filii tui. Et sequitur: ab oriente usq; in occidentem. id est ab omni loco ubi fuerant dispersi: quia Cyrus q̃ fuit Monarcha publicauit dictam licentiam per totum imperium suum ut habet̃. i. Esd. primo. In uerbo sancti gaudentes. id est in uerbo dei qui est sanctus sanctorum. per Esaiam Ieremiam & alios Prophetas predixerat hunc reditum. In honorem dei. quia redeuntes edificauerunt templum in Hierusalem ad honorem diuinum etc.

.V.

EXue te Hierusalem. Hic ultimo sub nomine Hierusalem inducitur populus ad gaudium & exultationem. d. Exue te Hierusalem stola luctus: & uexationis. mos enim erat antiquitus & adhuc est in aliquibus terris aduersitatis tempore uestes lugubres accipere: & redeunte prosperitate illas deponere. & si in hac parte dirigatur sermo ad synagogã pro tempore reditus captiuitatis babylonice est sermo hypbolicus si autem ad ecclesiam est magis planus: propter quod intendo litteram sequi isto mõ referendo partim ad tempus gratie & partim ad tempus glorie. Ideo subditur: a deo tibi est sempiterna gloria. que per gratiam hic incboatur & in patria consummatur. Circundabit te dyploiede. que est uestis militaris. & dicitur a duplo duplas q̃si duplex uestis. per quam intelligitur duplex stola glorie scilicet anime & corporis. & imponet mythram capiti tuo honoris eterni. Quod uidemus impletum in pontificibus noui testamenti. Deus enim ostendet splendorem eternum in te per agnitionem ueritatis euangelice. nominabitur enim tibi nomen tuum a deo in sempiternum: pax iusticie. unde de Xp̃i regno dicitur Esa. ix. Multiplicabitur eius imperium. & pacis eius nõ

erit finis. Exurge Hierusalem & sta in excelso. id est culmine uirtutis. & circumspice ad orientē. id est ad Xp̄m de quo dicitur Luc. i. uisitauit nos oriens ex alto. in uerbo sancti. i. Xp̄i qui est sanctus sanctorum Dañ. ix. Gaudentes dei memoria: Apostoli enim & alii credentes in ecclesia primitiua etiam in tormentis positi gaudebāt ex me/moria Xp̄i Act. v. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu consilii: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. exierunt enim abste. id est a te. pedibus ducti. nam frequenter ducebantur ad mortem nudis pedibus: ut condemnati. adducet autem illos dominus ad te portatos in honorem. nam anime eorum portabantur ab angelis ad gloriam honorifice. dicit autem ad te eo q̄ est una ecclesia militans & trium/phans secundum duplicem statum scilicet uie & patrie. & sic de uno statu eccl̄ie rapti portabantur. ad alium statum ecclesie ab angelis honorifice. potest etiā totū exponi de statu uie secundum tempora diuersa. nam Episcopi qui tempore primitiue ecclesie primi de ecclesiis ad tormenta rapiebantur: modo ad suas ecclesias a militibus & p̄sonis notabilibus in principio honorifice deportantur. Ideo subditur. Constituit enim deus id est disposuit. humiliare omnem mōtem excelsum. id est temporale dominium: unde & Constantinus Imperator exhibuit beato Siluestro stratorum officium. Et rupes perennes. id est Reges quoꝝ regna diu durauerunt. & conualles. id est infimos hoīes replere inequalitatem terre. id est in unam ecclesiam conuenire: in qua nō ē acceptio personarum apud deum. ut ambulet Israel. id est populus fidelis diligenter. in bonorē dei. & hanc enim diligentiam. mouere debet equalitas dicta quia magnus sicut paruus proficere potest in dei uia. obumbrauerunt autem silue etc. id est angeli sancti & ec/clesie ministri sua presidentia confortant & dirigunt populum in uia dei. ut sic per/ueniat ad lumen glorie cum iocunditate. Ideo subditur: adducet enim etc. Cum mia & iusticia: que semp se concomitant in omnibus operibus dei. cui est honor & gloria in secula seculorum Amen.

.VI.

PRopter peccata que peccastis. Hec est secūda pars principalis huius libri: i qua ponitur epistola Ieremie ad iudeos qui captiui erant in Babylone. cuius scp̄tor fuit Baruch propter quod adiungitur eius libro: & diuiditur in tres partes. nam p̄mo ponitur eius captiuitatis causa. secundo prohibetur idolatria ibi. nunc aūt. tertio sub/ditur multiplex eius ignominia ibi. nam lingua. Circa p̄mum dicitur: propter peccata que peccastis ante deum. id est in Hierusalem que erat electa ad diuinum cultū & etiā in templo. nam in plateis Hierusalem & atrius templi fuerunt are edificate ad cultum idolatrie: ut patet. iiii. Reg. & ii. Paraly. adducemini in Babyloniā captiui. Exq̄o uidetur q̄ hec epistola fuit scripta post transmigrationem Ioachim & illorū qui cum eo ducti fuerunt in Babylonem. iiii. Reg. xxiiii. Et ante captiuitatem generalē sub Rege Sedechia factam. & sic Ieremias in hac epistola loquitur huic captiuitati per modum futuri: sicut in epistola missa transmigratis cum Ioachim que habetur Ieremie xxix. loquitur per modū preteriti. Veruntā hec epistola secunda fuit in Babyloniā missa: donec post mortem Ieremie Baruch illam portauit ibidem: & eam legit trans/migratis cum Iechonia: & captiuatis cum Sedechia. usq; ad generationes septem. i. usq; ad septem decades. ut dicunt aliqui que faciunt septuaginta annos. tantū enim tp̄ris secundū communiorem opinionem fluxit. i. transmigrationem Ioachim usq; ad reditū de Babylone. secundum tñ Hebreos deficiunt. iiii. anni uel. v. ut infra uidebitur: sed hoc dictum uidetur deficere: primo in hoc. tempus enim. x. annorum computāt pro una generatione: qua puer decem annorum generare non potest secundum cōmunē cursum nature. scriptura uero loquitur de generatione secunda secundū modū nature

consuetum. Secundo quia non fuerunt ille septem decades complete ut dictū est se/
cundum computationem Hebreorum quam communiter secutus sum. Et ideo uidet
mihi q̄ tempus septem generationum inchoandum sit a transmigratione Ieconie &
terminandum in reditu populi de Babylone facta per Esdram ut habetur p̄mo Esd.
septimo &. viii. que facta fuit septimo anno Darii secundum computationem quam
in precedentibus libris secutus sum tanq̄ ueriorem Dañ. ix. & in principio libri Hest.
hoc autem tempus fuit centum triginta annorum uel adminus centum uiginti. Nam
a transmigratione Ieconie usq; ad captiuitatem Sedechie Regis fluxerunt. xi. anni.
& inde usq; ad primum annum Monarchie Cyri. lii. & inde usq; ad Cambysen eius
filium tres anni secundum Hebreos. secundum alios autem hystoriographos duodecim
post Cyrum Cambyses regnauit octo annis: & post ipsum Asuerus. xl. Et post eum
filius eius Darius alio nomine Artaxerses dictus: septem annis usq; ad missionē Esdre
cum populo in Iudeam redeuntis. anni uero dicti simul iuncti faciunt annos centum
uiginti computatis cum iis tribus annis monarchie Cyri. computatis uero. xii. faciunt
annos centum. xxx. uel centum. xxix. In tanto uero tempore bene complent. vii.
generationes. secundum cursum nature. Iuuenis enim. xvii. annorum uel. xvi. pót
naturaliter generare. post hoc autem educam uos inde in pace. cum Esdra sacerdote
Nunc autem. Hic consequenter arcetur populus ab idolatria cum dicitur: nunc autē
uidebitis in Babylonia deos aureos etc. id est idola in humeris sacerdotum portari. có/
stantes metum gentibus id est ad incutiendum eis timorem. Ad cuius intellectum sci/
endum q̄ sicut. i. Re. iiii. arca dñi p̄ sacerdotes fuit portata ad exercitū ad incutiēdū
terrorem Phylisteis. Et sicut rege Francie in exercitu existente fiunt processiones
pro ipso & aliis in quibus ex deuotione portantur reliquie sanctorum ut orationibus
eorum Rex & suus exercitus adiuuentur. & aduersarii confundantur. Sic p̄ salute
Regis Babylonis idola portabātur in sacerdotum humeris. Ideo subditur. Visa itaq;
turba Babyloniorum de retro & ab ante: aram in tali deportatione aliqui p̄cedebāt
& aliqui sequebantur idola: sicut in processiónibus Xpristianor̄ aliqui precedunt &
aliqui sequūtur sanctorum corpora. adorantes deum uerum dicite in cordibus uestris
si in palam dicere non audetis. quod dicitur propter infirmos. Te oportet domine. &
non idola uana. angelus autem meus uobiscum est. hic dicitur in persona domini: &
accipitur de Exo. xxxiii. Ipse autem exquiram animas uestras de manu illorum qui
uos opprimunt iniuste. & accipitur hoc uerbum domini de Gñ. ix. Nam lingua. Hic
consequenter ponitur idolatrie multiplex ignominia. que multis deductionibus con/
cluditur: ut patebunt partes per se. quando igitur prima deductio accipitur ex eorū
fabricatione & ornamento: cum dicitur: Nam lingua ipsorum. aliqui dicunt lingua:
eo q̄d post subditur: & non possunt loqui: sed hoc non uidetur mihi. noue imagines
fabricant & formantur ore clauso: & sic non apparet lingua ne sit in eis. & quia có/
structio planior est cum dicitur: nam lingua ipsorum. i. ligna ex quibus fiunt idola.
polita: supple sunt. a fabro. i. lignario: ipsa autem inaurata & inargentata desup. falsa
sunt. licet enim lignū aurū & argētū & huiōi que sunt materia idoli sint res uere na/
turales: tñ quantū ad id q̄d significat idolū ex eis factū falsa sunt. Ideo dicit Aplūs. i.
ad Corin. viii. q̄ idolum nihil est in mundo. p̄ hoc etiam q̄d dicit: falsa sunt in plurali
patet q̄ in principio uersus non est lingua in singulari. & non p̄nt loqui. q. d. si essent
ueri dii possent loqui. & sicut uirgini amanti ornamenta etc. sic idolis fiunt ornamenta
ac si diligāt talia. cum tñ nihil possint diligere. Ideo subdit: Vñ subtrahūt sacerdotes
etc. si. n. essent dii uere diligentes talia: non p̄mitterent sibi subtrahi. non liberant ab

erugine. i. rubigine: q̃tum ad aurum & argentũ. & alia metalla ex quibus fiunt idola.
& ad seruea. q̃tum ad ligna ex quibus fiunt. & uestes: quibus operiũt̃ que a uermibus
corrodunt̃. Extergentes faciem ipsoꝝ. quia idola non pñt se tergere. cetera patent
usq; ibi. habet aũt. s. idolum. in manu gladiũ: & securim. sic. n. formabat̃ idolũ mortis
qui dicebant̃ deus belli. se autem de bello etc. frequenter. n. in ueteri testamento legit̃
ꝙ deuictis idolatris rapiebant̃ a uictoribus eoꝝ idola. & ex predictis concluditur. Vñ
uobis notum sit etc. s. ꝙ in eis nihil est numinis: nec eis est aliqua reuerentia exhibẽda
Sicut enim. Hic ponit̃ secunda deductio ad eandem cõclusionem. & accipitur ex de/
fectu utilitatis: cũ dicit̃. sicut. n. uas hoĩs cõfractũ inutile efficit̃ & ad officiũ proꝑum
materia tñ aliqñ ualet ut fragm̃ta cyphi argentei: uel poti similiter idola quãdiu stãt
in ꝓpria forma nihil ualẽt. materia aũt & aurũ & argentũ ualet ad alios usus. & sicut
alicui q Regẽ offendit. cui cõcepte sunt ianue ut possit exire de carcere. aut sicut
ad sepulchrũ adductũ mortuũ. antiqtus. n. in sepulchris potentũ ponebant̃ p̃ciosa.
ꝓpter qđ claudebant̃ fortiter: & cũ diligentia ne a latronibus extraherent̃. Ita tutãt
sacerdotes hostia tẽploꝝ ne a latronibus expolient̃. s. idola ab ornam̃tis suis preciosis.
lucernas accẽdũt etc. q. d. hoc fit ĩutiliter & frustra. Corda eoꝝ etc. aliq̃. n. idola erãt
interius terrea: & exterius erea: uel huiõi. & sic serpentes qui terram comedũt Gñ. iii.
Terram comedes cunctis diebus uite tue interiora idolorum que erant quasi corda ip/
sorum consumebant. nigre sunt facies eorum a fumo qui in domo fit. comburebantur
enim ibi tura in uenerationem idolorum: & ex fumo ascendente denigrabantur facies
eoꝝ. supra corpus eoꝝ & sup caput eoꝝ uolant noctue & hyrundines etc. suas immũ/
dicias ibidẽ facientes: ex qbus concludit̃ sicut ꝑus. Vñ sciatis qa nõ sunt dii etc. Aurũ
Hic cõsequẽter ponit̃ tertia deductio ad idẽ: & incipit a deturpatiõe sue speciositatis
cũ dicit̃: Aurũ & qđ hñt ad specimen. i. decorẽ nisi aliqs exterserit. sup excrescẽtẽ.
non fulgebunt. sed magis obscura erũt. neq; n. dũ conflarent̃. in fornace. sentiebãt
qa nihil hñt uite. Ideo subdit̃: ex om̃i p̃cio etc. oñtãtes. i. manifeste oñdẽtes. ignobili/
tatẽ suã hoĩbus. ꝑ hoc. n. ꝙ portant̃: patet ꝙ non hñt uirtutẽ gressiuam. cõfundãt̃.
etc. qui colunt ea. i. deberent confundi in semetipsis colentes sicut deos talia nullã uir/
tutẽ hñtia. ꝓpterea si ceciderunt in terrã. ex pondere materie. A semetipsis nõ con/
surgunt. i. ꝓpria uirtute non possunt surgere. neq; siquis eum. i. idolũ statuerit rectũ
ꝑ semetipsũ stabit qđ ẽ minus. sed sicut mortuis. i. ullã uitã hñtibus. humeris illis ap/
ponunt̃. i. fulcim̃ta aliena qbus sustentant̃. hostias illoꝝ uendunt sacerdotes. nã idola
comedere non pñt sibi oblata. & abutunt̃. i. ab hostiaꝝ p̃cio ad illicitos usus utunt̃ si/
militer & mulieres eoꝝ. decerpẽtes. i. sibi rapiẽtes de talibus hostiis & earũ hostiis. neq;
infirmo neq; mendicãti aliqd imꝑtiũt. i. de huiõi hostiis idola indigentibus nihil largiri
pñt. de sacrificiis eoꝝ fete & menstruate. i. mulieres ĩmũde. cõtingũt: ꝙ non ꝑmitterẽt
si essent ueri dii. ideo cõcludit: sciẽtes itaq; etc. Vñ. n. hic consequẽter ponit̃ q̃rta de/
ductio ad eandẽ cõclusionẽ. & ĩcipit a sacerdotũ cupiditate cũ ꝑ modũ questiõis. Vñ
n. uocãt̃ dii. i. reputant̃ & rñdet. d. qa mulieres. de facili deceptibiles. apponũt diis ar/
gẽteis. etc. oblatiões & munera que cedũt in usus sacerdotũ & sic asserũt idola deos eẽ
ꝓpter lucrũ. ideo subdit̃. & ĩ domibus illoꝝ. i. in delubris idoloꝝ. sacerdotes sedent. i.
manẽt sicut Deut. i. sedistis ĩ cades multo tꝑre. i. mansistis sic sacerdotes ĩ tẽplis idoloꝝ
manebãt ad colligẽdũ pecuniã & oblatiões. hñtes tunicas scissas: & capita & barbã rasã
in signũ mortis & tristitie: q̃si lugerent ꝓ expiatiõe peccatoꝝ offerentiũ idolis. Ideo
subdit̃: rugerĩt aũt clamãtes cõtra deos suos. i. corã idolis. sicut ĩ cena mortui. i. facta
pro mortuo antiquitus enim super sepulchra de nouo mortuorum comedebant laute:

& bibebāt & postea exclamabant quasi lugentes mortuos. Sic sacerdotes Idolorū de sacrificiis & oblationibus laute uiuebant: & exultantes exclamabāt coram Idolis quasi satisfacientes pro offerentiū pro peccatis. Vestimenta eorum auferūt sacerdotes: ut mulieres decepte de nouo offerāt nouas uestes. & hoc ad sacerdotū lucrū. ideo subdit. Et uestiunt uxores suas: de uestibus āmotis ab Idolis. Consequenter ostendit Idolorum impotentia in multis exemplis. cum dicit. Neq; sicut mali patiunt etc. & patet littera usq; ibi. lapidibus de monte similes sunt: qui inde se mouere non possunt. nec aliquid agere Ideo concluditur in fine. Quomō ergo estimandū etc. Adhuc enim: Hic ponitur deductio quinta ad idem: & incipit a Chaldeorum uilipensione: qui cum essent cultores Idolorum illorum tamen quando non habebant intentum uilipendebant ea. & hoc est quod dicitur. Adhuc ipsis Chaldeis non honorantibus ea: id est uilipendentibus. minus enim dicendo plus significat. Qui scilicet Chaldei. cum audierint mutum non posse loqui: id est ꝓcipiunt sicut Exo. xx. populus uidebat uoces. Ibi enim accipitur uidere pro audire. & hic econuerso audire pro uidere. Cognoscitur enim homo esse mutus per nutus & signa que ipse facit. Potest etiam hic accipi audire proprie. qa muti aliquando proferunt uoces articulatas. tamen & sic per auditum percipitur ꝙ sint muti. Offerunt illū ad Bel: nomen est Idoli Babyloniorū. Dañ. xiiii. Postulātes ab eo: id est ab Idolo. loqui quasi possint sentire. i. postulantes eorum percipere. Qui non hñt motū. s. diu illorū uel Idola. Et ipsi: s. Chaldei intellexerint Idola non posse Reliquent ea: ipsa uilipendo. q. dicat multo fortius Israel filii quibus specialiter prohibita est Idolatria debent ea cōtemnere. Mulieres autem: hic ponit quidam luxurie modus ex quo contemnanda sunt Idola mulieres enim fune colligate aliquo magno crimine cingebant se superius sedentes in uia per quā transibant homines procedentes ad Idola: & quando aliquis eorum transiens trahebant unam illarum extra uiam prescidens eius funem carnaliter cognoscebat eam. illa reputabat se liberatam a crimine cōmisso. Credens ꝙ Idolum misisset illum uirum in signum liberationis sue: & redienss ad sotiam exprobrabat ei ꝙ non fuerat digna ab Idolo sic uisitari . & hoc est quod dicitur. Mulieres autem: & patet ex dictis littera. hoc excepto. Succedentes ossa oliuarum: secundum illius Idoli ritum propter quod in fine concluditur. Quomodo estimandum etc. A fabris autem: hic ponitur deductio sexta: que accipitur ab Idolorum impotentia. nam esse eorum ab hominibus dependet. Ideo dicitur. A fabris autem & ab aurificibus facti sunt : tanquam aliud minus ipsis. quia causa effectiua potior est suo effectu. Nihil aliud erunt nisi id quod uoluit esse sacerdotes: qui formā & figurā Idoli fiendi tradunt artifici. Aurifices etc. ipsi qui ea faciunt. Non sunt multi tēporis id est experti in sapientia. Iuuenes enim accutius uidentes: & agilius operantes talia possunt melius fabricari q̄ senes. Reliquerunt autem falsa: id est ipsi artifices Idolorum reliquerunt posteris Idola que sunt falsa. quia nihil sunt quantum ad id quod representant ut dictum est supra: & obprobrium: quia cum percipiē falsitas Idolorum impatur colentibus cultus eorum. Nam cum superuenerit illis prelium ab aduersariis cogitant sacerdotes ubi se abscondant cum illis: & sic confitenter facto ꝙ dii eorum impotentes sunt ad saluandū. Nam cum sint lignea etc. Sequit scies postea qa falsa sunt: agentibus uniuersis. hic uidet esse prophetia de tempore Xp̄i in quo per orbem deiecta sunt Idola per predicationem Apostolorū & aliorum Xp̄i discipulorū. Ideo concludit. Vnde ergo notum est etc. Regem regioni. Hic ponit deductio septima & ad idem accipitur ex operibus diuinis que non apparent in Idolis: sed magis contrarium. Idem dicit. [Regem regioni non suscitant: quod est proprium dei a quo est

omnis potestas terrena. Neq; pluuiam hominibus dabunt: sicut facit deus. Iudicium quoq; non disternent: quia discretionem non habent. & tñ hoc est dei proprium cum sit uerus iudex omniũ. Quia nihil possunt sic cornicole: immo minus quia cornicule possint fugere periculũ ĩminens: non aũt sic Idola ideo subditur. Et enim inciderit ignis etc. & patet littera. igit̃ cõcludit̃. Quomõ ergo estimandũ ẽ. q. d. nullo mõ. Nõ a furibus: q aliena rapiũt in occulto. Neq; a latronibus: q faciũt hoc in manifesto. se liberabũt dii etc: ex quo patet eorũ impotentia. Ideo subdit̃. Quibus iniqui. i. fures & latrones. Fortiores sũt: furãdo & spoliãdo Idola. Ideo subdit̃. Aurũ & argentũ etc. & patet. Consequẽter ostẽdit ꝙ creature que nõ reputant̃ dii sũt melioris cõditionis: cũ dicit̃. Itaq; melius est esse regẽ ostentantẽ uirtutẽ suã: per effectũ in subditis suis. aut uas ĩ domo utile: ad aliqđ opus: ut patella Cyphus & huiusmõi. in quo gloriat̃ q possidet illud: habẽs inde aliquã utilitatẽ. uel ostiũ ĩ domo qđ custodit que in pace sũt id ẽ in quiete uel sõno. qa tũc clausũ est ad tutandũ quiescẽtes. Sol quidẽ & luna etc. suo splẽdore sũt hominibus utilia & emissa a deo ad utilitates obaudiũt: qa suos cursus ad ordinationẽ dei perficiũt: & utilitates homĩbus inde ꝓueniũt: Ad ipsũ aũt & sp̃us. i. uẽtus. In omni regiõe spirat. i. ꝑflat. Et nubes similiter ꝑficiũt cursũ suũ: per aerem scđm dei ordinationẽ. Ignis etiã missus desuꝑ in imp̃ssionibus igneis: s. in Idolis subdescẽdit. & in fulgure facit ꝙ p̃ceptũ est ei: qa totũ ꝓcedit ex ordinatiõe dei. hec aũt. i. Idola. neq; speciebus. i. formis uisibilibus neq; uirtutibus ad aliqd agẽdũ uni eoꝝ similia sũt. ideo cõcludit̃. unde neq; estimãdũ est esse qñ nõ pñt neq; iudiciũ iudicare discernẽdo. Neq; facere inferẽdo. uel sentẽtiãdo. Sciẽtes itaq; ꝙ nõ sũt dii: qa nõ appet in eis uirtus aliq̃: nec ꝑ cõsequẽs in aliquo sũt timẽda. Neq; enĩ regibus: hic ponit̃ deductio ix. que accipit̃ ex defectu diuine ꝓprietatis: cũ dicit̃. neq; enĩ regibus maledicent. s. malis. neq; bñdicẽt bonis: ꝙ est ꝓpriũ dei. signa enĩ ĩ celo ut stationẽ solis sub Iosue: & retrocessionẽ eius Ezechie tꝑe. gẽtibus nõ ostẽdũt: sicut deus legit̃ fecisse: & nõ solũ deficiũt ab opibus dei: sed etiã creature. ideo subdit̃. neq; ut sol lucebũt: ꝑ diẽ. neq; & luna: ꝑ noctẽ. Et nõ solũ deficiũt ab opibus creature supioris: sed etiã inferioris. ideo subdit̃. Bestie meliora sũt illis que pñt fugere sub tectũ: ꝓpter ĩminẽs tẽpestatis ꝑiculũ qđ nõ pñt facere dii gẽtiũ ideo cõcludit̃. nullo itaq; mõ etc. nã sicut: hic ponit̃ deductio. x. & accipit̃ ex compatiõe Idoloꝝ rebus nullũ hñtibus effectũ: cũ dicit̃. nã sicut in cucumerario formido: gallice Expuẽtail. nihil custodit. nã aues uidẽtes. ꝙ nullum habeat motũ sedẽt suꝑ caput eius absq; timore. Ita sũt dii illoꝝ: nullã penitus habẽtes uirtutẽ. eodẽ mõ & ĩ orto alba spina nihil facit ad custodiã orti. similiter & mortuo ꝓiectus ĩ tenebris. i. ĩhumato. similes sũt dii eoꝝ. qa nihil plus pñt quã corpus mortuũ: in terra sepultũ. a purpura quoq; q̃ induũt̃ Idola. & marmore. s. simili illi ũde fiũt Idola enĩ ex eodẽ marmore aliqñ de una ꝑte fit Idolũ: & de alia sternit̃ platea. ꝓpter lutũ euitãdũ que supra teneãt supple nõ appet. i. nõ appet aliq̃ ratio q̃re idola sint supiora & melioris cõditiõis quã purpura: qua uestiũt̃ uel marmor: uñ formãt̃ ex quo cõcludit̃ sciẽtes itaq; etc. ipsi etiã. s. dii Idolatraꝝ. postremo cõmedũt̃: qđ dupliciter intelligitur uno mõ qa a latronibus seu raptoribus uẽdũt̃ & sic p̃ciũ eoꝝ comedit̃. alio mõ qa post lõgã durationẽ a uermibus corrodũt̃ si sint lignea: & a rubigine cõsũmunt̃ si sint metallica. & ab hostibus confrĩgũt̃: si lapidea. Et erũt in obprobriũ: colẽtibus ipsa. Cõcludit igit̃. melior est itaq; homo iustus: quã colẽtes Idola: & subdit̃ ratio. nã lõge erit ab obprobriis: que sunt inferenda Idolatrie & minus dicendo significat maius. Nam homo iustus non solum debet esse longe ab obprobriis: sed etiam honorabilis coram deo & angelis. Qui in trinitate perfecta uiuit & regnat in secula seculorũ Amen.

Incipit Postilla super librum Ezechielis.

Aperti sunt celi & uidi uisiões dei. Ezechi. ṗmo. In uerbo ṗposito ab Ezechiele dicto possunt notari q̃ttuor cause libri Ezechielis prophete quem pre manibus habemus scilicet efficiens formalis materialis & finalis. Efficiens uero causa duplex est. s. principalis & instrumẽtalis. Principalis uero est ipse spiritus sanctus reserans mysteria in hoc libro descripta: que designatur: cum dicit̃. Aperti sunt celi id est secreta celestia seu diuina per spiritũ sanctũ. ṗpter quod dicit̃ Apoc. tertio. Hec dicit qui habet clauẽ Dauid. qui aperit: & nemo claudit. quia sãcti spiritus operationẽ nullus potest impedire. Causa uero efficiẽs instrumẽtalis est ipse Ezechiel Prophete qui spiritu sancto reserante uidit contenta in hoc libro: & fideliter conscripsit secundum q̃ scribitur Apoca. ṗmo. Quod uides scribe in libro ut mitte septem Ecclesiis id est uniuersitati fidelium ad quorum instructionem sunt destinata ea que sunt in hoc libro descripta. Circa causam formalem sciendum q̃ est duplex forma libri. s. forma tractatus & forma tractandi. Forma uero tractatus est diuisio libri in partes & capitula de qua uidebit̃ ad litteram accedendo. Forma uero tractandi idem est q̃ modus agendi qui in hoc libro non est per rationem disquisitus sed prophetic⁹. & hoc notatur cum dicitur: uisiones. In hoc enim libro plures uisiões prophetice continentur ut patebit prosequendo de quo potest exponi qđ dicit̃ Osee duodecimo. Ego uisionem multiplicaui in manibus Prophetarum assimulatus sum & per manus hic intelliguntur opera & quia Prophete sancti aliquando prophetabãt uerbis & aliquando sensibilibus factis sicut dictum est in libro Hieremie q̃ ipse cap/ tiuationem populi frequenter p̃nunciauit uerbis & aliquando factis scilicet portando cathenas ligneas in collo suo & similiter Ezechiel q̃ multas uisiones ṗphetic⁹ habuit aliquando eas explicauit uerbis & aliq̃n sensibilibus factis ut patebit ṗmo ṗsequendo domino concedente. Cause uero materialis & finalis tanguntur cũ dicit̃: dei & quantũ pertinet ad causam materialem siue subiectiuam sciendum q̃ sicut in scientia naturali corpus mobile est subiectum sub ratione absoluta & in libris partialibus sub ratione contracta: ut in libro celi & mundi corpus mobile ad sitũ: & sic de aliis: sic in tota sacra scriptura subiectum est ipse deus sub ratione absoluta propter qđ dicitur Theologia quasi sermo de deo: & in libris partialibus sub ratione contracta. Dicit autem Rabbi Sa. q̃ omnes Prophete non sunt locuti nisi ad dies Messie id est p̃nunciãdo tempora & mysteria Xp̃i quia Xpristus apud nos idem significat qđ Messias apud Hebreos Xpristus autem nomen diuini suppositi habentis diuinã naturam & humanã & scđm hoc deus humananduś est subiectum generaliter in libris prophetalibus & sub ratione magis contrahente in libris singularibus sicut in libro de Anima qui est pars naturalis philosophie corpus mobile animatũ est subiectũ & sub rationibus adhuc cõtrahẽtibus magis in libris sequentibus ad ipsum ut corpus mobile animatum anima uegitatiua in libro de uegetabilibus & plantis & corpus mobile animatum respirans in libro de res/ piratione. De ratione uero contrahente ad hunc librum illud qđ est generale oĩbus Prophetis uidetur mihi q̃ probabiliter potest dici: q̃ hec est ratio p̃sidentie creaturis ita q̃ deus humananduś sub ratione presidentie uelut presidens creaturis est subiectũ in hoc libro sicut plenius uidebit̃ prosequendo. Ista tamen presidentia aliter cõuenit ei secundum humanam naturam: & aliter secundum diuinam. quia secundum diuinam competit sibi a principio sue incarnationis autoritatiue tantum. sed executiue cõuenit

et a tempore sue glorioſe reſurrectiõis. propter quod tunc dicit Mat. ultimo data est mihi omnis poteſtas in celo & in terra: Sic ergo tam materialis siue ſubiectiua huius libri est deus ſub ratione p̃dicta. propter quod dicit̃. i. xl. facta est ſuper me manus domini. & adduxit me illuc in uisionibus dei. Circa cauſam finalem sciendum q̃ deus est principium & finis omnium ſecundum qđ dicitur Apoc. primo. Ego sum alpha & o principium & finis & hoc loquendo de fine extrinſeco seu obiectiue. finis autem intrinſecus seu ſubiectiue intellectualis nature duplex est unus est propinquus scilicet cognitio dei & potiſſime habita uita ſuper naturali cum enigmate tamen & ut habet dilectionẽ adiunctam & hic est finis p̃pinquus huius libri qui ſcriptus est ad habendũ noticiam & dilectionem dei in preſenti de qua dicitur ſapientie. xiii. Vani sunt oĩes homines in quibus nõ ſubest ſcientia dei. Vanum autem uidetur illud qđ nõ attingit finem debitum ſicut medicina dicit̃ uana: que non inducit ſanitatẽ ad quã ẽ ordinata omnes autem homines in quantum ſunt facti ad imaginem dei ad beatitudinem ſupernaturalem ſunt finaliter ordinati ad quam non poſſunt p̃tingere ſine iſta ſcientia que est illius beatitudinis oſtẽſiua. Ad finẽ enim totaliter incognitũ nullus poteſt dirigere actus ſuos. propter qđ merito dicuntur uani homines carentes ſcientia dei. Alius uero finis intellectualis nature ẽ remotus. ſ. uiſio dei clara prout habet adiunctã fruitionẽ perfectam. & hic est finis remotus huius libri ſicut & totius ſacre ſc̃pture de quo dicit Saluator Io. xvii. Hec est uita eterna: ut cognoſcant te ſolum deum & quẽ miſiſti Ieſum X p̃m ad quã uitã nos p̃ducat q cũ patre & ſpiritu ſcõ uiuit & regnat. Amen.

T factum est. Hic conſequenter accedendũ est ad formã tractatus que est diuiſio libri qui in duas partes diuidit̃. ſ. in p̃hemiũ & in tractatum qui incepit ibi & uidi. In p̃hemio uero primo ponit̃ tempus reuelationis facte Ezechieli Prophete cũ dicit̃: & factũ est in. xxx. anno. ſ. etatis Ezechielis ut dicit Hieronymus in p̃logo. hoc enim tempus est cõueniens regimini & p̃dicationi Vnde & Ioſeph. xxx. anno factus est Prepoſitus Egypti Ge. xli. & X p̃s baptizatus Lu. iii. & extunc cepit p̃dicare in publico. Sed contra hoc uidetur quedã gloſa ſup̃ locum iſtum que dicit ſic. In anno. xxx. non etatis etc. Ad qđ dicendũ q̃ illa gloſa dicit̃ esse Hiero. & ideo non est abſolute intelligenda aliaſ contradiceret ſibi: qa dicit cõtrariũ in p̃logo ut allegatũ est. & ideo intelligẽda est cũ iſta ſuppletione. ſ. xxx. anno non etatis ſupple tm̃ ſed cũ hoc in. xxx. anno alterius numerationis: que autẽ sit illa Hieronymus p̃sequit̃ in illa glo. d. q̃ incipit a. xviii. ãno Ioſie regis. Ad cuius intellectũ sciendũ q̃ iudei aliqñ in libris & cartis numerabãt annos a iubileo immediate p̃cedẽte. & sic non accipitur hic scđm Hiero. Aliqñ uero numerabãt ab aliquo facto notabili emergente ſicut a fundatiõe tẽpli per Salomonẽ & tranſmigratiõe Ioachin ut habet̃ in hoc probemio. ipse est annus quintus tranſmigrationis Ioachin. Anno autem Ioſie xviii. reptus fuit liber Deutero. in tẽplo ut habet̃. iiii. Re. xxii. in quo continentur maledictiones terribiles uenture ſuper legis tranſgreſſores. & maxime p̃pter idolatriã qbus auditis Ioſias sciẽs trãſgreſſiones p̃deceſſor̃ ſuor̃ ſcidit ueſtim̃ta ſua pro horrore mali ſup̃ populũ uenturi & queſiuit conſilium ad placandum iram dei. & ideo ab iſto facto notabili ceperunt anni predicto modo numerari a quo uſq; ad quintũ annum tranſmigrationis Ioachin in quo facta est reuelatio Ezechieli ut in hoc p̃logo dicit̃: fluxerũt anni. xxx. qđ ſic patet. Ioſias regnauit annis. xxxi. iiii. Re. xxii. & ſic de regno eius poſt inuẽtionẽ libri p̃dicti remanẽt. xiii. anni. Item. xi. de regno Ioachin filii eius. iiii. Re. xxiii. Item ſex menſes in qbus regnauerunt Ioathan & Ioachin. iiii. Regũ. xxiiii. qui ſex menſes cum parte. xviii. anni Ioſie remanente poſt inuẽtionem

Ca. I.

libri pro uno computantur. Item quinto de transmigratione Ioachin. qui simul iúcti faciunt annos. xxx. & sic idem annus fuit. xxx. etatis Ezechielis & inuentionis libri Deute. ii. qntus transmigrationis Ioachin. Scđo notatur locus cú dicitur: cú essem in medio captiuoꝝ iuxta flumẽ Chobar & hic fluuius est in terra Chaldeoꝝ ut postea subditur. Ezechiel enim cú Ioachin transmigrauerat. dicút autẽ hic aliqui ꝙ Chobor est nomen appellatiuú: ut sit sensus iuxta fluuiú Chobar. i. iuxta fluuiú grauem ex magnitudine aque & eius impetu. sed hoc dictú ꝓcedit ex ignorantia ideomatis Hebraici. si enim hoc esset uerú scriberet ꝑ litteram Deleth in fine. sic Chobad. núc autẽ in hebreo scribit ꝑ litteram res in fine: & ideo dicendú ꝙ est ꝓprium nomen tãtum. aperti sunt celi nó scđm essentiã: sed scđm apparentiá prout in coruscatiónibus uidẽt aperiri. & uidi uisione imaginaria intellectuali. uisiones dei id est a deo mihi factas. & diuina secreta significãtes. Tertio in hoc prologo notatur autor ministerialis huius libri. & ꝑmo ex nomine cú dicitur factú est uerbú dñi ad Ezechielem. Secundo ex genere cum subdit filiú Busi sacerdotẽ. exquo patet ꝙ Ezechiel fuit de tribu sacerdotali & ꝑ consequens de regia qa iste due tribus erant cómixte. fuit enim pater eius Propheta scđm regulã Hebreoꝝ uidelicet ꝙ qñ in principio libri alicuius Prophete exprimit nomẽ patris sui dat intelligi ꝙ fuit Propheta sicut & filius q̃uis nó habeat propheta eius sicut nec aliorꝝ multorꝝ. & facta ẽ sup eú ibi manus dñi: eleuans eú ad cognitionẽ secretoꝝ dei. Et uidi Hic cõsequenter ponit tractatus. & quia liber iste est de deo creaturis presidente ut supra dictú est: & ideo diuidit in duas partes: quia primo ponitur huius presidentie superueniens modus. Secúdo multiplex eius effectus ca. ii. & sequentibus. propter quod dicunt aliqui expositores qđ ꝑmum. c. uirtualiter continet sententiã sequentiú prout effectus in causa efficiente uirtualiter continent. In hoc aút. c. describit quedã imaginaria uisio ad designandú diuine ꝓsidentie modus cuius significationem Ezechiel intellexit aliter non fuisset Propheta scđm ꝙ dicitur Dañ. x. Intelligentia opus est in uisione ut diffusius ptractaui in principio libri psal. Igitur primo exponet littera huius. c. applicando eam ad apꝓhensionem imaginarie uisionis ut postea dicetur quid per illã uisionẽ imaginariá intelligat. Hec autẽ uisio imaginaria habet tres partes. Prima cótinet animalia apparentia. Secunda rotas apparentes iuxta ea que incipit ibi: cúq; aspicerem. Tertia firmamentum apparẽs super capita aímaliú & desup effigiẽ hominis sedẽtis sup thronú que incipit ibi: & similitudo sup caput animaliú. Ad intellectú uero ꝑme ptis que satis tradit inuolute cósiderandú ꝙ Propheta uidebat imaginarie nubẽ magnã ab aqlone uenientẽ igne inuolutam eo modo quo apparet in coruscatione & per apturã illius nubis q̃ttuor animalia in oíbus similia licet aliqui dicãt ꝙ apparebat tm̃ unum animal habẽs q̃ttuor facies sed littera uidet magis concordare ꝙ essent q̃ttuor animalia sicut apparebit magis. i. x. c. & sic erant ibi. xvi. facies. Et idem dicit R. a. Sa. q̃tú ad numerú facieꝝ. tm̃ aliter exponit dispositionẽ eaꝝ. & qa illa q̃ttuor animalia ab oíbus ponunt similia in om̃ibus: habita descriptione unius habet descꝑtio omniú. Dicunt igit doctores nostri ꝙ corpus aíalis erat erectú sup pedes. & in supiori parte q̃dratú. uel scđm alios rotundú. nó tm̃ q̃tum ad hoc est magna differẽtia qa scđm utroslibet facies disponebant secundú q̃ttuor partes oppositas. Ita ꝙ facies hominis erat in parte animalis opposita directe aspectui Prophete. & dicit pars anterior. In parte uero opposita seu posteriori facies aquile. & in alus duabus sibi oppositis facies leonis. & facies bouis. ita ꝙ facies erat in dextera ꝑte respectu facies hominis. & facies bouis in sinistra. R. a. Sa. aliter exponit. d. ꝙ q̃ttuor facies uniuus animalis apparebat indirecto aspectu Prophete: ita ꝙ facies leonis erat

prima. hominis secunda. bouis tertia. aquile quarta & ita intelligendum de aliis tribus partibus q̃drati. & in quolibet animali erant similiter q̃ttuor ale quaꝝ due erãt demisse ad corpus tegendũ. & due superius erecte ad uolandũ. & per extensionẽ alaꝝ erant ista aĩmalia adinuicẽ iũcta sicut homines in choreis. & in quolibet erãt q̃ttuor manus similes manibus hominis. & similiter q̃ttuor pedes quoꝝ tibie tales erãt: ꝙ flexura genu eq̃liter flectebat ad q̃ttuor ptes oppositas. & similiter plãta pedis eq̃liter applicabilis procedẽdo ad q̃ttuor partes oppositas. & sic illa animalia ꝓgredi poterant ad q̃ttuor partes oppositas absq; corporis cõuersione sicut si homo haberet oculos in posteriori parte capitis sic in anteriori & similiter sup utrãq; aurẽ & genua eq̃liter flexibilia ad q̃ttuor partes. & plantas eq̃liter applicabiles ad dictas ptes posset ambulare ad q̃ttuor partes oppositas sine corporis cõuersione. Sciendũ etiã ꝙ cuilibet facie correspõdebat unus pes in parte inferiori & recta linea sub facie. Ale uero sic erant situate ꝙ una erat inter duas facies & econuerso. s. una facies inter duas alas. & huic sententie potest defacili littera applicari cũ dicitur: & uidi imaginaria uisione & intellectuali. & ecce uentus turbinis: qui facit reuolutiones in aere ueniebat ab aquilone: secundum situm Hierusalem. & nubes magna. extensiue & intensiue. & ignis inuoluẽs sicut apparet in coruscationibus magnis & splẽdor in circuitu eius sicut coruscatiões emittunt splẽdorẽ & de medio eius q̃si species. i. similitudo electri. Est autẽ electrum clarius relucẽs auro & argẽto. de medio enim ignis uidebat egredi talis refulgẽtia siue color. In Hebreo habetur. quasi species Hassemum. & dicit hic R a. Sa. ꝙ ipse nescit proprie quid significet Hassemum. Et ideo nescio quare Hieronymus transtulit electrũ. non enim est multum probabile ꝙ melius intellexerit hebraicum q̃ doctor ille. & in medio eius similitudo quattuor animalium. q. d. non erant animalia scd̃m ueritatem. sed secũdum apparentiã. similitudo hominis. Ista facies primo ponit̃: quia erat indirecto aspectu Prophete. non autẽ alie tres scd̃m imaginem Latinoꝝ. secundũ Hebreos uero oĩes quattuor erãt indirecto aspectu eius. facies tñ hominis exprimit̃ ꝑmo: quia est facies animalis nobilioris. s. rationabilis. In eadem tñ linea facies leonis erat prima. hominis secunda. bouis tertia. aquile quarta. & q̃ttuor facies uni. s. animali predicto. & pedes eoꝝ pedes recti. i. non habẽtes aliquã extensionẽ extra tibiam ut sic essent equaliter applicabiles ad omnẽ partẽ. & planta pedis eoꝝ q̃si planta pedis uituli. planta autem uituli licet habeat extensionẽ ultra tibiã in parte anteriori: tñ illa est modica. & ꝓpter hoc dicitur hic q̃si quia nõ erat in toto simlis. quia planta animaliũ hic descriptorum nullam habebat extensionem ad aliquam partẽ. & propter hoc hebrei dicunt: ꝙ hec est littera & planta pedis eoꝝ quasi planta pedis rotundi. sicut & tibia. Et ratio huius diuersitatis est. quia dictio Hebraica que ponitur hic scilicet Aguel equiuoca est ad uitulum & rotundum. Hebrei sequuntur unam significationem. & translatio nostra aliam. Hebrei tñ uidentur melius dicere: qa expositio translationis nostre reducitur ad dictum eorum ut patet ex predictis. & scintille etc. uidebantur egredi de oculis animalium. Et manus hominis scilicet similes manibus hominis sub pennis eorum. quia uidebant̃ aliq̃tulum ꝓgredi de subtus iũcteq; erant pẽne eoꝝ. quia extremitas uniuscuiusque tangebat extremitatem alterius non reuertebant̃ cum incederent. licet enĩ incederẽt ad quattuor partes ut habetur. i. tamen hoc erat sine conuersione corporis ut p̃dictũ est. & istud uocatur hic non reuerti. & subditur dispositio specierũ cum dicit̃. Facies hominis & facies leonis a dextris etc. quia secundum descriptionem Latinorum facies hominis erat in latere opposito aspectui Prophete. & facies leonis in latere dextro ipsius animalis. & facies bouis in latere sinistro. Secundũ uero descp̃tionẽ Hebreorũ

quattuor facieſ uniuſ animaliſ erant in latere oppoſito aſpectui prophete ſic tamen
q̄ facieſ leonis erat prima. hominiſ ſecunda. & bouiſ tertia. ut dictum eſt. & ſic facieſ
hominiſ habebat ad dexteram ſuam faciē leonis. & ad ſiniſtram faciem bouiſ. & facieſ
aquile deſup ipſoꝝ q̄ttuor quia ſc̄m deſcp̄tionē Latinoꝝ facieſ aquile erat in parte
poſteriori quia tamen aquila habet collum lōgum facieſ aquile eleuabatur ſup aliaſ
treſ ſecundum Hebreoſ uero nō pluſ eleuabatur q̄ alie. Vnde in Hebreo ſic habet
& facieſ aquile in ipſiſ quattuor uel ad quattuor id eſt exiſtens in eadem linea cū aliiſ
tribuſ cum ultima. & facieſ eorum & penne eorum extente deſup qa facieſ uidebant
reſpicere ſupiora & penne extente ad uolandū ſimiliter extendebant uerſuſ ſupiora.
due penne ſingulorum iungebant in extremitatibuſ ut predictū eſt: & due tegebāt
corpora eorum. & iſte non erant extēte ad uolandum ſed demiſſe inferiuſ ad corpuſ
tegendum. & unumquodq; eorum coram facie ſua ambulabat id eſt ſine conuerſione
corporiſ modo predicto ubi erat impetuſ ſpirituſ id eſt uenti turbiniſ ſupradicti. nec
reuertebantur id eſt corpora eorum non conuertebantur: cum ambularent. nō ſimul
ſed ſucceſſiue. & ſimilitudo animalium etc. id eſt corpora animalium uidebant fulgētia
ſicut igniſ. & lampadeſ accenſe hec erat uiſio diſcurrens in medio animalium etc. quia
igniſ & fulgur uidebantur progredi ab eiſ & animalia ibant & reuertebātur: quia ad
parteſ oppoſitaſ poterant ire. & hoc uocatur hic reuerti in ſimilitudinem fulguriſ co/
ruſcantiſ quia inceſſuſ eorum uidebatur ualde uelox & terribiliſ. Cumq; aſpicerem.
Hic conſequenter ponitur deſcriptio rotarum: de quibuſ dicunt aliqui: q̄ erat tantū
ibi una rota ſicut & unū animal ſecundū eoſ. dicunt tñ rote in plurali propter q̄ttuor
facieſ ſicut & unum animal dicitur plura propter quattuor animaliſ facieſ. Erat enī
hec rota compoſita ex duabuſ circuliſ per omnia equalibuſ interſecantibuſ ſeinuicem
in duobuſ punctiſ oppoſitiſ ad angulos rectoſ ſicut duo circuli in ſpera materiali & ſic
erant ibi quattuor ſemicirculi per omnia ſimileſ & eq̄leſ que dicuntur hic rote facieſ.
Sciendum etiam q̄ quandocunq; ſtabat rota tangebat terram in altero punctorum
interſectionis & ſic equaliter erat mobiliſ ad quattuor parteſ oppoſitaſ ſc̄m q̄ttuor
rote facieſ & hoc ſine cōuerſione corporiſ rote ſicut de tibiiſ & pedibuſ animalium eſt
dictum. & quod dictum eſt de una rota intelligendum eſt de aliiſ tribuſ ſicut dictum
eſt de quattuor animalibuſ. hoc uiſo de facili applicatur littera cum dicitur: cumq; aſ/
picerem etc. apparuit una rota. compoſita tamen ex duobuſ circuliſ habēſ quattuor
facieſ id eſt quattuor ſemicirculoſ & aſpectuſ rotarum & opuſ earum quaſi uiſio mariſ
id eſt taliſ coloriſ ſicut uidetur mare quādo eſt quietum. In Hebreo tamen habetur
ſicut uiſio Tharſiſ id eſt lapidiſ precioſi ſic nominati ut dicit R.a. Sa. non tamen dicit
qualiſ ſit iſte lapiſ. aut cuiuſ uirtutiſ. & aſpectuſ earū & opera q̄ſi ſi ſit rota in medio
rote id eſt una tranſiens per medium alteriuſ interſecando ſeinuicē ad angulos rectoſ
per quattuor parteſ earum euntes ibant: quia ſicut dictum eſt ſtabant in punctiſ in/
terſectionū. & ſic eq̄liter poterant reuolui ad q̄ttuor parteſ non ſimul ſed ſucceſſiue
& non reuertebantur: cum ambularent id eſt ſine conuerſione corporiſ totiuſ rote
poterant ad ptes oppoſitaſ ambulare ſine cōuerſione corporiſ totiuſ ſicut & animalia.
ad quem locum etc. totuſ iſte uerſuſ non eſt in Hebreo nec in libriſ correctiſ ſed im/
mediate ſubditur ſtatura quoq; erat rotiſ id ē magnitudo & altitudo ſcilicet magna &
horribiliſ aſpectuſ. propter magnitudinem & motum earum uelocem. & totū corpuſ
ſcilicet cuiuſlibet rote plena oculiſ id eſt picturiſ ad modum oculorum factiſ ſicut eſt
in cauda pauoniſ. cumq; ambularent animalia ad quamcunq; partem ambulabant
pariter & rote. & cum eleuarētur animalia de terra: per uolatum alarum eleuabātur

ſimul & rote: quocunq; ibat ſpiritus id eſt uentus turbinis ſupradictus uel per ſpiritum intelligit̃ hic ſpiritus uiuificās illas rotas: Ideo ſubditur. ſpiritus enim uite erat in rotis quaſi dicat non mouebantur per exteriorem pulſum ſeu tractum ſed p̄ ſpiritū intrin/ ſecum uiuificantē. cetera patent ex dictis. Et ſimilitudo: Hic cōſequenter deſcribit̃ uiſio quantum ad illud quod erat ſupra caput animalium. Et primum q̄ erat ibi erat quedam ſimilitudo firmamenti ſeu celi ſtellati & ſupra firmamentum uidebat̃ thronus ſappbirinus. & ſuper thronum effigies hominis ſedentis ad cuius nutum & preceptum animalia & rote mouebantur. & hoc eſt q̄ dicitur. Et ſimilitudo ſuper caput aīaliū firmamenti. cuius color deſcribitur: cum ſubditur: quaſi aſpectus cryſtalli horribilis id eſt uenerabilis eo modo quo dicitur Geneſis uicesimooctauo q̄ terribilis eſt locus iſte: nō eſt hic aliud niſi domus dei etc. q̄ſi aſpectus glacies fortis. loco cuius tranſlator poſuit cryſtalli horribilis. quia cryſtallus eſt glacies indurata per plures ānos. extēte. illa cryſtallus uidebatur extendi ſuper capita animalium: ſicut extenſio firmamenti ſub firmamento autem penne eorum recte. id eſt ſurſum erecte alterius ad alterum quia tangebant ſe in extremitatibus ut expoſitum eſt ſupra. & audiebam ſonum alaꝝ quando mouebantur per uolatum: quaſi ſonum aquarum multarum id eſt magnum & fortem quaſi ſonum ſublimis dei id eſt ſicut ſonum tonitrui qui dicitur ſonus dei: qa ab eo factus eſt. cum ambularent quaſi ſonus erat multitudinis. non cuiuſcunq; ſed ut ſonus multitudinis caſtrorum: ubi quando incedunt: longe auditur ſonus magnus & terribilis ex inceſſu turbarum. hinnitu equorum. & colliſione armorum. cumq; ſtarēt dimittebantur penne eorum id eſt ille penne que ſurſum erigebantur ad uolandum demittebantur ſicut & penne auium quando ceſſant a uolatu. nam cum fieret uox ſuper firmamentum id eſt ad preceptum ſedentis in throno ſuper firmamentum. ad cuius nutum uolabant: & ſtabant ut dictum eſt. Conſequenter proceditur ad de/ ſcriptionem throni & ſedentis ſuper eum: cum dicitur: & ſuper firmamentum etc. & patet ſententia ex predictis uſq; ibi. Et uidi quaſi ſpeciem electri id eſt ſpecies illius hominis uidebatur ex electro uel talis coloris ſicut eſt color electri. tamen differenter in parte ſuperiori ſcilicet a lumbis eius & ſurſum & in parte inferiori ſcilicet a lumbis & deorſum quia in parte ſuperiori erat ſimilis electro ignito retinenti tamen fulgorē ſuum iuxta ſe. Ideo ſubditur uelut aſpectum ignis extrinſecus per circuitum eius a lumbis eius & deſup. In parte uero inferiori erat ſimilis electro ignito fulgorem ſuum emittenti extrinſecus. Ideo ſubdit̃ & a lumbis eius uſq; deorſum uidi q̄ſi ſpeciem ignis id eſt electri igniti. ſplendentis id eſt ſplendorem emittentis. uelut aſpectum arquus id eſt iridis qui eſt ſplendidus. Ad facilius capiendum predict̄ uiſionem imaginarią poſui hic figuras predictorum ſecundum deſcriptionem Latinorum & etiā Hebreoꝝ quantum ad hoc q̄ eorum deſcriptio differt a Latinis ſcilicet in deſcriptione animaliū tantum quātum ad diſpoſitionē facierum. In aliis autem eſt eadem. Sciendum tamen q̄ predicta non poſſunt ſufficienter in plano deſcribi ſed oportet per imaginationem inſpicentis multa ſuppleri.

Ad intellectum uisionis predicte considerandum: ꝙ sicut dicit Hieronymus in ꝓlogo Iudei qui cū Ioachin ducti fuerant in Babylonem penitebāt de hoc: ꝙ se reddiderant Regi Babylonis. qa uidebant adhuc stare Hierusalem: quā Hieremias denūciauerat destruendam: & peius fore remanentibus in Hierusalem q̄ transmigratis in Babylonē ut habetur Hieremie .xxiiii. & idcirco quinto anno a transmigratione Ioachin dñs dedit Ezechieli spiritum prophetie ad consolationem captiuorum denunciās mala de propinquo uentura in Hierusalem & multo maiora q̄ sustinerent in Babylone. per uentum igitur turbinis & nubē uententē ab aquilone intelligitur exercitus Chaldeorꝫ qui per illā partē intrauit Iudeā. ut frequenter dictū est supra in Esaia & Hieremia per ignem inuoluentem intelligitur incendium ciuitatis & templi futurꝫ. ꝑ q̄ternarium autē animaliū faciem & rotaꝝ intelligit q̄ternarius regnorū magnorꝫ sibi succedentiū scilicet Chaldeorum. Persarum. Grecorꝫ. & Romanorꝫ. que etiā regna infestauerūt populum Iudeorum. nec etiam est mirādum ꝙ idem numerus pluribus similitudinibus figuratur. quia Gen̄ xli. septem anni fertilitatis & septem famis duplici similitudine figurantur scilicet per spicas plenas & steriles. & per boues pingues & macilentas. In speciali uero per faciem leonis que prima est secundum descriptionem Hebreorū intelligitur regnum Chaldeorum seu Babyloniorum quod fuit primū inter ista q̄ttuor. Vnde & Rex Babylonis frequēter uocabat leo in scriptura. Vnde Hieremie. iiii. ascendit leo de cubili suo etc. & secundum alios habebat imaginē leonis in uexillo suo. Per faciem hominis intelligitur regnum Persarum & Medorum quod successit regno Chaldeorum Dani. v. quia istud regnum humanius tractauit populum Iudeorum q̄ alia. Vnde & Cyrus dedit eis licentiam redeundi in Iudeam. Per faciem bouis regnum Grecorum Quia sicut bos impellit cornibus sic regnum Grecorum molestauit populū Iudeorū. & maxime tempore Antiochi illustris ut patet primo & scd̄o Math. Vnde & Dañ. viii. iste Antiochus uocatur cornu modicum. & postea factum grande nimis contra meridiem. & contra orientem . & contra fortitudinem. per quam intelligitur templum quod erat in Hierusalem. Per facie autē aquile intelligit regnū Romanorꝫ Vnde & aquila est signum siue uexillum Romani Imperii. Per alas autem intelligit angelica potestas presidens dictis regnis quia oīa ista inferiora administrantur mediantibus angelis. Vnde & angelus presidens regno Persarum uocat princeps Persarꝫ Dañ. x. Presidens regno Grecorꝫ ibidem dicitur princeps Grecorꝫ & sic intelligendum est de aliis. Per hoc autem ꝙ animalia & rote ad quattuor partes ibant: intelligitur dilatatio istorum regnorum ad alias partes. per uelocem motum & terribilē aspectum intelligitur robur & ferocitas eorum. per manus autem opera: eo ꝙ manus ē organū organorum tertio de anima. per firmamētum uero quod erat super capita animaliū: intelligit pars mundi superior: que dicitur locus dei & beatorꝫ. per sedētem in throno super firmamentum intelligitur ipse deus presidens omni creature celesti & terrestri ad cuius nutū omnia disponuntur. Vnde & ad preceptum sedentis in throno animalia quiescebant & mouebant q̄a ipse mutat tēpora & etates. transfert regna atq; cōstituit ut dicitur Dañ. ii. Per hoc autem ꝙ apparebat in forma humana designabat: ꝙ erat tempore gratie humananduſ. Per hoc autem ꝙ apparebat in colore electri quod est auro & argento fulgidius intelligitur excessus sue sapientie cuius non est numerus. Per hoc autem ꝙ in parte superiori a lumbis & sursum retinebat splendorem interius & in parte inferiori scilicet a lumbis & deorsum emittebat fulgorem exterius: intelligit ꝙ diuina sapiētia prout est in ipso: est nobis occulta. manifestat autem nobis aliq̄liter per suos effectus secundum q̄d dicitur Ro. i. Inuisibilia dei a creatura mundi id est

ab homine per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas. Sic ergo ex dictis patet q̄ in hoc primo. c. describit̄ diuine p̄sidentie supereminens status siue uirtus ut supradictum est. .II.

HEc uisio. Hic cōsequēter describit̄ diuine p̄sidētie multiplex effectus. & p̄mo in punitione Iudeoꝝ transmigratos deridentium. Secundo in destructione gētiliū bonos crudeliter molestantium cap. xxv. Tertio in remuneratione iustorum mala temporalia patiēter tolerantium. c. xl. Circa primū sciendum q̄ sicut transmigrantes cum Ioachin dolentes de hoc q̄ se tradiderant Regi Babylonis ad consilium Hieremie inter se murmurabant: Sic illi qui remāserant in Hierusalem transmigratos deridebāt non credentes eius uaticinium de ciuitatis excidio impleri: propter quod Ezechiel re/pletus est spiritu prophetie p̄nunciās excidiū ciuitatis propinquū sicut & Hieremias ad reprimendum illorum murmurationem. & istorum derisionem. Igitur primo pro/phetandi offitium sibi imponitur. Secundo offitium sibi iniunctum exequitur. iiii. c. Prima in duas quia primo imponitur sibi offitium uerbo. Secundo signo ibi. tu autē. Prima adhuc in duas: quia p̄mo ponit̄ impositio offitii. Scd̄o confortatio domini ibi: tu ergo. In prima parte ponitur quedam continuatio ad precedentem uisionem cum dicitur: hec uisio similitudinis glorie domini quasi. d. effigies hominis super thronum sapphirinum sedentis non erat ipse deus in natura propria: sed quedam similitudo sue maiestatis representatiua. & cecidi in faciem meam. quia fragilitas humana in talibus uisionibus suum defectum experit̄: secundum q̄ dicitur Dañ. x. domine mi in uisione tua dissolute sunt compages mee. & nihil in me remansit uirium. Ideo subditur: & in/gressus est in me spiritus id est sistendi uirtus. post q̄ locutus est mihi ille qui sedebat in throno. & statuit me super pedes meos id est inde contulit uirtutem subsistendi. cetera patēt usq; ibi: ad gentes apostatrices. a fide que recesserūt a me: per idolatriā. patres eorum preuaricati sunt pactum meum etc. id est legē meam. quia cito post ingressum terre promissionis declinauerunt ad idolatriam ut patet in libro Iudicum. ii. Regum & filii dura facie id est irreuerentes & inuerecundi & indomabili corde sunt id est in malis obstinati: ad quos ego te mitto. ut manifeste appareat: q̄ mala eorum nō pro/ueniunt ex defectu meo. sed mitto Prophetas meos ad arguendum mala eorum. si forte uel ipsi audiāt etc. per istud forte nō intelligit̄ aliquod dubium in deo respectu futuroꝝ cum certissime omnia precognoscat. sed per hoc intelligitur uertibilitas liberi arbitrii ad bonum & ad malum: quoniam domus exasperans est id est familia ꝓuocās ad iram dominum suum. & scient quia Propheta fuerit in medio eorum. & sic excu/sationem non habebunt: si a suis malis non peniteant. Tu ergo. Hic consequenter ponitur confortatio domini contra maliciam illorum quibus debebat loqui qa minus iacula feriūt: que p̄uident̄ ut dicit ergo. tu ergo fili hominis ne timeas eos id est facta eoꝝ aspera. uidelicet sermones eoꝝ id est detractiones & obprobria qm̄ increduli erga deum & subuersores iusticie erga proximū. & cum scorpionibus habitas. uerbis malis & factis pungentibus. uerba eoꝝ ne timeas etc. repetitio est eiusdē sententie ad maiorē assertionem. quoniā irritatores sunt scilicet Prophetaꝝ. & inde hoc notat paucitatem conuertendorum. Tu autem: Hic consequenter imponitur Ezechieli offitium per signum libri ostensi & incorporati. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur hec impositio. Secundo ꝓphetie confortatio ibi: & dixit ad me. Prima adhuc in duas quia primo ponitur libri ostensio: Secundo eius incorporatio in principio tertii capi. Circa primum incitatur attentio Prophete cum dicitur: tu autem fili hominis audi. sicut discipulus humilis & obediens & noli esse exasperans id est mihi rebellans. & per

conſequẽſ ad iram me ꝓuocáſ. & ecce manuſ miſſa ad me. ſic enim uidebat imaginaria uiſione in qua erat inuolutuſ liber In Hebreo habetur inuolutuſ rotuluſ. in quo deſignatur ꝙ futura cõtingentia de quibuſ erat iſta propheta ſunt hominibuſ occulta. & expandit illum coram me & per hoc intelligitur ꝙ dedit intellectũ eoꝝ Prophete qui erat ſcriptuſ intuſ & foriſ. uidebaṫ enim ille rotuluſ expãſuſ ex utraq; parte ſcp̃tuſ. in quo deſignatur multitudo ibi contentorum & ſcripte erant in eo lamentationeſ. tranſmigratorum & in ſeruitute exiſtentium & carmen id eſt conſolationeſ patienter tolerantium. & ueh Iudeorum in Hieruſalem exiſtentium per excidium miſerabile ciuitatiſ propinquum. iſta enim tria continentur in hoc libro ut patet ex predictiſ.

ET dixit Hic conſequenter deſcribitur .III.

libri oſtenſi incorporatio per quã intelligitur mẽtiſ intellectio que paſciṫ uerbo dei. ſicut corpuſ cibo materiali ſecundum ꝙ dicitur Deut. xviii. non in ſolo pane uiuit homo. ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei. & ſecundum hoc patet ſententia uſq; ibi. & comedi illud. ſic enim uidebat imaginaria uiſione quaſi uolumen comederet ſed intellexit qd ſignificaret. & factum eſt in ore meo ꝙſi mel dulce. in quo deſignaṫ ſuauitaſ diuini eloquii in quantum procedit ab eo. licet aliquãdo habeat amaritudinẽ annexam uel ſubſequẽtem ratione effectuſ inde ſequentiſ. uel quando eſt de punitiõe illorum ad quoſ efficitur ille cui deuſ loquitur: ſicut erat in propoſito. Et dixit Hic conſequenter deſcribitur Prophete confortatio & conſtanter procedat in offitio ſibi impoſito. quia ſibi promittiṫ aſſiſtentia diuini auxilii. & quia non mittitur ad populũ diſt ãtq; multũ. nec extranee lingue & ſic patet ſentẽtia uſq; ibi. & ſi ad illoſ mitteretiſ: ipſi audirent te. ſicut patet de Niniuitiſ qui egerunt penitentiam ad predicationem Ione. domuſ autem Iſrael nolunt audire te. cum tamen ſit de eadem gente. quia nolũt audire me. Vnde & Iudei ad predicationem Xp̃i fuerunt pro maiori parte rebelleſ & incredulι. attrita fronte eſt id eſt irreuerenſ deo & eiuſ nunciiſ & duro corde propter obſtinationem in peccatiſ. ecce dedi faciem tuam etc. id eſt ex mea aſſiſtentia dabo tibi conſtantiam & fortitudinem ad denunciandum uoluntatem meam quod deſignaṫ per fortitudinem adamantiſ & ſiliciſ quaſi. d. dabo tibi conſtantiã ſuſtinendi oĩa aduerſa in factiſ & uerbiſ. Sciendum tñ ꝙ ubi tranſlatio noſtra habet ut adamantem & ſilicẽ dedi faciem tuam. In Hebreo habetur ut uermem fortiorem rupe dedi faciẽ tuam. & per uermem ſecundum eoſ hic intelligitur ſanguiſ cuiuſdam uermiſ quo ſine ſonitu incidebantur lapideſ in edificio templi Salomoniſ ſicut dictũ fuit ibidem. cetera patẽt ex dictiſ uſq; ibi. & aſſumpſit me ſpirituſ id eſt raptuſ fui in ſpiritu ad percipiendum quod ſubditur. & audiui poſt me uocem commotioniſ magne etc. hoc fuit factum ad confirmãdum domini uerbum ſcilicet ꝙ daret Prophete cõſtantiam. Illa. n. cõmotio animalium & rotarum deſignabat magnitudinẽ diuine uirtutiſ ipſi prophete aſſiſtẽtiſ. ſpirituſ quoq; leuauit me id eſt dedit mihi uirtutem & conſtãtiam exequendi mãdatũ diuinum: Ideo ſubditur. & abii uolenſ obedire. amaruſ in indignatione ſpirituſ mei. propter duriciam & rebellionem populi mei a deo auditã: quia ſicut dictum eſt: licet uerbum diuinum dulce ſit audienti inquantum a deo procedit: tamen ratiõe alicuiuſ conſequentiſ poteſt eſſe cauſa amaritudiniſ. manuſ enim domini erat mecum confortãſ me quaſi. d. licet ſcirem me miſſum ad populum rebellem & incredulum: tamẽ uirtuſ domini aſſiſtenſ dabat mihi conſtantiam eundi. & ueni ad tranſmigrationem id eſt ad populum qui de Iudea trãſmigrauerat in Babylonem. ad aceruum nouarum frugum ſcd̃m Hebreoſ nomen ẽ loci ſeu territorii ſic uocati forſitan eo ꝙ frugeſ ibi uelociter matureſcebant. ſecundũ alioſ hic notaṫ tempuſ: quo Ezechiel uenit ad trãſmigratiõiſ

populum qa ſcd'm eoſ tūc erat tempuſ in quo fruges primitiue in aceruoſ cōgregant'. & ſedi ubi illi ſedebant id eſt manſi cum eiſ eo modo loquendi quo dicit' Deute. p̄mo. Sediſtis in Cadeſ Barne multo tēpore id eſt ibi manſiſtis & ſubdit' ratio huius māſionis & manſi ibi ſeptem diebuſ merens in medio eorum id eſt ſilens a reprehenſione eorum & merens pro malicia eorum. Cum autem Hic conſequenter arguitur Ezechieliſ ſilentium & primo arguitur & ſecundo punitur ibi. & facta eſt. Circa primū arguitur per ſimilitudinē ſpeculatoriſ qui ad hoc in alto loco conſtituit': ut denunciet ciuibuſ periculum uenienſ ſuper eoſ ut ſibi precaueant & ad excitādum eoſ ſi nimiſ pigreſcāt & dormiāt: ut ſic ſemper ſint parati ciuitatem defēdere & ſi omittat aliquid de officio ſibi impoſito dignuſ eſt punitione. Ezechiel autem erat conſtitutuſ a deo ſpeculator ſpiritaliſ & ideo ex officio tenebatur maloſ arguere de peccatiſ ut peniterent & bonoſ monere ut perſeuerarent in boniſ: ne offenſam dei incurrerent. & quia nimiſ tacuerat uidelicet per ſeptem dieſ Ideo oſtenditur ſibi pena taciturnitatiſ que debetur prelato ſeu ſuperiori ſi ſit negligenſ in argutione peccatorum cum ſubditur: ſanguinem autem eius de manu tua requiram. & liberationem ſui ſi fecerit quod in ſe eſt: cum ſubditur. Si aūt tu annūciaueriſ impio. & ſequit' poſtea tu aūt animā tuā liberaſti. & idē oñdit' ſibi de negligētia & diligētia in mouēdo iuſtoſ ut pſeuerent in bono: cū dicitur ſed & ſi cōuerſuſ iuſtuſ etc. & patet littera. Et facta eſt. Hic conſequenter ſilentiū p̄dictū punitur primo cum premittitur diuina apparitio ſibi facta cum dicitur: & facta eſt ibi ſuper me manuſ domini. & dixit ad me ſurgenſ egredere etc. q. d. illi cū quibuſ eſ nō ſunt digni uidere gloriam domini tibi apparentē cū rebelleſ ſint & increduli. & ſurgēſ egreſſuſ ſum in campum id eſt ad locum ſolitarium ſecundum dei mandatum. & ecce tibi gloria domini ſtabat etc. id eſt uiſio imaginaria ſimiliſ illi que deſcripta eſt p̄mo ca. de animalibuſ & rotiſ & firmamento & ſedente ſuper thronum ad repreſentādum gloriam diuine maieſtatiſ. & cecidi in faciem meam. ex humana fragilitate ad p̄ntiam diuinam. & ingreſſuſ eſt in me ſpiritus etc. id eſt contulit mihi ſubſiſtendi uirtutē: quā ex me non habebam: & ſubditur pena ſilentii predicti cum dicitur: Ingredere & in/cludere etc. ubi ponitur duplex pena una eſt recluſioniſ & ligatioiſ: Vnde ſubditur: data ſunt ſuper te uincula & ligabūt te in eiſ ſcilicet famuli tui. uolo enim q̄ ſic faciaſ te ligari. Secunda eſt ſubtractio locutioniſ cū dicit': & linguam tuam adherere faciam palato tuo etc. & ſicut nimiſ tacuerat propria uoluntate ſic mutuſ taceat ex diuina poteſtate. & iſta cauſa non exprimitur hic ſed ſupponitur ex predictiſ. Alia autem cauſa exp̄mit': cū ſubdit': quia domuſ exaſperanſ ē. ſcilicet populuſ tuuſ quaſi. d. una cauſa tue ligationiſ & ſubtractioniſ loquele eſt: ut per hoc oſtendat' q̄ nō ſunt digni tua ſocietate ingrediendo & conuerſando cum eiſ nec etiam digni tua doctrina & re/prebēſione. & ideo tua cobabitatio cum eiſ & allocutio tempore competenti non fiet eiſ ex eorum merito: ſed ex mea tantū gratia: ideo ſequitur. cum autem locutuſ fuero tibi: aperiam oſ tuum. dando tibi facultatem. & diceſ ad eoſ ſcilicet ea que iniungā tibi. Hec dicit dominuſ qui audit etc. ſecundum q̄ dicit Ra. Sa. iſtud non ponitur hic q̄ſi impoſitum Ezechieli ad docendum populo ſed poſtq̄ dominuſ dixerat ei: aperiā oſ tuum & diceſ ad eoſ ſcilicet ea que iniungā: dominuſ dixit Ezechieli cōditionē populi dicenſ qui audit: audiat. & qui quieſcit: quieſcat. id eſt aliqui de populo te audient uerbiſ tuiſ acquieſcendo & aliqui acgeſcent ab auditu uerba tua repellendo. & de iſtiſ ſubditur quia domuſ exaſperanſ eſt ſecundū alioſ uero uerbū eſt impoſitū Ezechieli dicendum populo in perſona dei qui audit etc. id eſt qui uult audire audiat: & q̄ non uult: dimittat. & eſt moduſ loquendi illiuſ qui grauiter & moleſte portat duritiam

audientium Ideo ſubditur: quia domuſ exaſperanſ eſt. .IIII.

ET tu fili hominiſ Poſtq̃ deſcripta eſt offitu impoſitio: Hic conſequenter ponit impoſiti executio Et diuidit in duaſ parteſ: qa primo ponitur ciuitatiſ & populi deſtructio. Secundo deſtructiõiſ ratio ca. xv. Prima adhuc in duaſ: qa p̃mo nũciat ciuitatiſ & populi exterminium. Secundo offertur remedium ca. xiiii. Prima adhuc in treſ qa primo dicta deſtructio predicit: Sc̃o multiplex abominatio in Heruſalẽ oſtenditur ca. viii. Tertio ſcriptura ad propoſitum reuertitur ca. ix. Prima adhuc diuiditur in quattuor qa primo deſcribit Hieruſalẽ obſidio. Secũdo populi ſui uaſtatio ca. v. Tertio terre depopulatio ca. vi. Quarto dicte deuaſtatiõiſ acceleratio. c. vii. Preſenſ autem capitulum in duaſ parteſ diuiditur: quia primo deſcribitur obſeſſio ciuitatiſ. Secundo ex hoc ſequenſ oppreſſio famiſ ibi. & tu ſume Prima adhuc in duaſ quia primo deſcribit obſidioniſ moduſ. Sc̃o captiuitatiſ uel iniqtatiſ tempuſ ibi: & tu dormieſ. Circa primum dicitur & tu fili hominiſ Iſte moduſ loquendi frequenter fit Ezechieli cuiuſ rationem aſſignant doctoreſ communiter ſcilicet ne ex eleuatione contemplationiſ obliuiſceretur humane fragilitatiſ. ſume tibi laterem ſcilicet crudũ ut poſſint ibi protrahi figure. & poneſ eum coram te ut uideaſ ibi diligẽter & attente. & deſcribeſ in eo id eſt in medio eiuſ ciuitatem Hieruſalem. & ordinabiſ id eſt deſcribeſ aduerſuſ eã obſidionẽ. in circuitu eiuſ & edificabiſ munitiõeſ id ẽ deſcribeſ ſimilitudineſ turrium lignearum ex quarum ſummitate uidẽtur ab extra illa que fiunt in ciuitate & comportabiſ aggerem id eſt deſcribeſ portatoreſ terre & lignorum ad implendum faſſata. & dabiſ contra eam caſtra id eſt deſcribeſ acieſ armatorum oppugnanteſ eam. & poneſ arieteſ id eſt deſcribeſ. ſunt autem arieteſ ligna oblonga. in capite ferrata cũ quibuſ impellitur muruſ ad cadendum. & ſic uidetur q̃ ille later erat ſatiſ magnuſ ut poſſent in eo deſcribi oĩa iſta: tamen in paruiſ figuriſ poſſunt multa deſcribi in ſatiſ paruo ſpatio. & tu ſume tibi ſartaginem ferream etc. per hoc deſignatur q̃ deuſ ad miniſtrandum non reſpiceret ciuitatem ſic obſeſſam. & obfirmabiſ faciem tuam ad eã. reſpiciendo eã q̃ſi facie torua & irata in ſignum q̃ deuſ eſt iratuſ implacabili ira ideo ſubditur: ſignum eſt domui Iſrael id eſt omnia que dicta ſunt tibi ſunt ſigna obſidiõiſ & deſtructioniſ Hieruſalem. Et tu dormieſ. Hic conſequenter ponitur captiuitatiſ tempuſ ſecundum Latinoſ & primo quantum ad captiuitatem decem Tribuum que uocantur hic domuſ Iſrael cum dicitur & tu dormieſ ſuper latuſ tuum ſiniſtrũ p̃ quod deſignat regnũ decẽ Tribuum q̃ a principio receſſit a cultu diuino ſub Hieroboam Rege primo qui fecit uituloſ aureoſ. iii. Regũ. xii. & poneſ iniquitateſ domuſ Iſrael ſuper eoſ. & per iniquitateſ intelliguntur hic pene pro iniquitatibuſ inflicte. numero dierum quibuſ dormieſ ſuper illud. ſ. ſuper latuſ ſiniſtrum & ſubditur numeruſ dierum ccc. & lxxxx. dieſ: ad deſignandũ q̃ tot anniſ domuſ Iſrael in captiuitate & afflictiõe eſſet pro iniq̃tatibuſ ſuiſ. tot enĩ anni ut dicunt doctoreſ iſti fluxerunt a captiuitate prima regni decem Tribuum quã fecit Thеglatphalaſar qui captiuauit duaſ Tribuſ cum dimidia exiſtenteſ ultra Iordanem & cum hoc aliquoſ de illiſ qui erant citra Iordanem uſq; ad annum aſſueri. xl. qui filioſ Iſrael a periculo mortiſ liberauit: Aman & filiuſ eiuſ ſuſpenſiſ ut habetur in libro Heſter. deductionem autem huiuſ numeri annorum per tempora Regum hic omitto ex cauſa que poſtea dicetur. Poſtea ſubdit tempuſ captiuitatiſ duarum Tribuum quod dicatur hic domuſ Iuda cum dicitur & cum compleueriſ hec dormieſ ſuper latuſ tuum dextrum per quod deſignatur regnũ Iuda quod firmiuſ adheſit domino ſicut parſ dextera eſt fortior & longe tardiuſ receſſit a cultu diuino q̃ regnum Iſrael ut patet. iii. Regum et. ii. Paral. et aſſumeſ iniquitatẽ

domuſ Iuda id eſt aſſignabiſ captiuitatem pro eiuſ iniquitate inducendam. xl. diebuſ quorum ſignificatio ſubditur cum dicitur diem pro anno id eſt quot diebuſ dormieſ ſuper latuſ tuum dextrum tot anniſ durabit captiuitaſ domuſ Iuda. tot enim anni ut dicunt doctoreſ p̄dicti fluxerunt a tranſmigratiõe Ioachin a q̄ incepit illa captiuitaſ uſq; ad primum annum Cyri qui dedit populo licentiá redeũdi. & dicitur hic biſ diem pro anno dedi tibi. propter captiuitatem duplicis regni. deductionẽ uero. xl. annoꝝ iſtius ſecunde captiuitatis per tempora Regum omitto ſicut & precedentiſ tum quia utraq; deductio ponitur diffuſe in gloſa Ezechieliſ ſuper illum locum ad quã quilibet poteſt recurrere: quia inuenitur quaſi ubiq; tamen quia utraq; deductio uidetur in aliquibuſ diſcordare a dictiſ rationibuſ Hebreorum & Latinorum. Prima in hoc q̄ dicit captiuitatem regni Iſrael terminatam tempore Aſſueri cum tamen oĩeſ Hebrei & Latini pro maiori parte dicunt q̄ illa captiuitaſ non eſt adhuc ſoluta: ſed ad horã fuerũt liberati a piculo mortiſ: nõ a iugo ſeruitutiſ. ſimiliter ſcđa que dicit q̄ a tranſmigratione Ioachin uſq; ad primum annum Cyri fluxerunt tantum .xl. anni cum tñ ſecundum Hebreoſ omneſ & ſecundum Latinoſ ſaltem pro maiori parte ad minuſ fluxerunt. lxx. anni unde & Hiere. xxix. dicitur cum ceperint impleri in Babylone lxx. anni uiſitabo ſuper uoſ uerbum bonum etc. Secundum Hebreoſ autem hic deſcribitur tempuſ iniqtatiſ ſicut ſonat littera utriuſq; domuſ Iſrael & Iuda propter quã utraq; meruit captiuari. & accipitur hic iniquitaſ notabiliſ que eſt per idolatria: & que reſpicit cõmunem populum & non tãtum perſonam ſingularem. Iniquitaſ autem iſta in domo Iſrael durauit anniſ. ccc. lxxxx. quorum. cc. xli. accipiuntur a primo anno Hieroboam qui pecauit & peccare fecit Iſrael in uituliſ aureiſ ut frequenter repetit̃ iii. Regum. xxiiii. uſq; ad nonum annũ Oſee qui cum populo Iſraeli tũc captiuatuſ fuit per Regem Aſſyriorum. quorum numeruſ ſic declarat̃ Hieroboam. n. regnauit anniſ. xxii. ut habetur. iii. Regum. xiiii. Poſt eum Nadab. ii. anniſ. iii. Regũ. xv. Baaſa. xxiiii. Hela. ii. Zamri modicum ſtetit Ideo tempuſ eiuſ computatur ſub Rege ſequente ſcilicet Amniri: qui regnauit. xii. anniſ. Achab. xii. Hec habentur. iii. Re. xvi. Ochoziaſ. ii. iii. Regum. xxii. Ioram. xii. iiii. Regum primo. Hieu. xxviii. quarto Regum. x. Ioathan. xvii. Ioaſ. xvi. quarto Regum. xiii. Hieroboam. xli. quarto Regum decimoquarto. Zachariaſ & Sellum ſex mẽſibuſ tantum Ideo tẽpuſ eorum computatur cum ſequenti ſcilicet Manahem qui regnauit decem anniſ. Facee ii. Facee. xx. Hec habentur quarto Regũ. xv. ca. & Oſee. ix. qui. ix. anno captuſ in Samaria cum populo ſuo captiuatuſ ductuſ eſt in Aſſyrioſ quarto Regum. xvii. & iſti anni ſimul iuncti faciunt numerum ſupradictum. Anni uero. c. xlix. q deficiũt de tali numero ſcilicet. ccc. lxxxx. annorum accipiuntur de tempore Iudicum. Dicit̃ enim Iudi. octauo q̄ Gedeon ex ornamentiſ aureiſ ſibi datiſ de uictoria habita de Madianitiſ fecit Ephoth id eſt ueſtẽ ſacerdotalẽ & ſubdit̃ ibi fornicatuſq; eſt omniſ Iſrael in eo & ſicut dictum fuit ibidem iſta fornicatio non fuit uiuente Gedeone quia non fecit Ephoth ad cultum idolatrie ſed ad dei cultum in domo propria ſicut dictũ fuit ibidem poſt mortem autem eiuſ omniſ Iſrael fornicatuſ eſt in illo Ephoth utẽdo eo in cultu idoloꝝ Baalim & Aſcaroth ſicut ibidem ſubdit̃. Et hec fornicatio durauit uſq; ad tẽpuſ Samuelis qui dixit populo p̄mo Regũ ſeptimo preparate corda ueſtra domino & ſeruite illi ſoli & ſubditur abſtulerunt ergo filii Iſrael Baalim & Aſcaroth & ſeruierunt domino ſoli. Numeruſ autem annorum ſic accipit̃ Moduſ tuo Gedeone Abimelech iudicauit populum tribuſ anniſ. Iudi. ix. Chela xxiii. Iair. xxii. Iudi. x. & ibi ſubditur q̄ populuſ Iſrael poſt mortem Iair afflictuſ fuit per filioſ Amnon &

Phyliſtiim. xviii. annis qui non poſſint computari in tempore Iudicis ſequẽtis ſcilicet Iepte qui iudicauit populum tantum ſex annis & ideo accipiuntur hic decem & octo anni in quibus populus fuit ſine Iudice poſt quos Iepte iudicauit ſex annis Abeſſam ſeptem Hailon decem. Iebdó octo. Et hec habentur Iudi. xii. Sampſon. xx. Iudi. xvi. Heli. xl. primo Regum quarto cui ſucceſſit Samuel. Iſti autẽ anni ſimul iũcti faciũt annos. c. lvii. & ſic habemus octo annos ſupfluos que ſic rationabiliter poſſunt reſcindi. licet enim ſcriptura dicat: q̃ omnis Iſrael fornicatus fuerit in Ephoth facto a Gedeone applicando illud ad cultum idolorum. tamen non dicit: q̃ hoc fuerit immediate poſt mortem Gedeonis ſed forte fluxerunt iſti octo anni ante uel aliq̃ pars eorũ. Item aliquando dimidius annus uel minor pars unius Iudicis pro anno integro computantur uel quando inſtituitur in medio anni uel poſt medium & ſic ſecundum plures Iudices poſſunt reſcindi ſecundum ueritatem iſti octo anni uel pars eorum a numero poſito in ſcriptura. nec tñ propter hoc ſcriptura continet falſum qa loquitur ſecundum cõmunmẽ modũ loquendi: ſicut ſi Rex Francie coronaretur in natiuitate domini diceret regnare illo anno ſcilicet anno domini tali in Paſcha ſequẽti incipet annus ſecundus ſue coronationis ſecundum communem modum loquendi. ꝓpter mutationem numerationis ſecundum annos domini. Numerus autem annorum iniqtatis domus Iuda incipit a tempore Manaſſe Regis Iuda qui horribiliter peccauit. & populum peccare fecit ponendo idola in templo domini quarto Regum. xxi. propter quod ſententia domini de futura captiuitate populi aſcribitur peccatis Manaſſe. iiii. Regum. xxiii. ubi dicitur ueruntamen non eſt auerſus dominis ab ira furoris ſui quo iratus eſt furor eius cõtra Iudã propter irritationes qbus ꝓuocauerat eum Manaſſes. dixit itaq; dominus eiciã Iudã. & auferam a facie mea. Veruntamen iſte Manaſſes penituit & poſtea fideliter regnauit & idolatriam abſtulit propter quod totum tẽpus ſuum non ponitur in peccato Iude ſed tantum. xvi. anni primi & duo qbus regnauit Ammon peſſimus. qbus ſucceſſit Ioſias de cuius tẽpore nihil ponit qa fuit ſãctiſſimus. cui ſucceſſerunt duo filii eius ualde mali Ioachim & Sedechias qlibet. xi. anni & iſti anni ſimul iuncti faciũt. xl. de tempore uero Ioathan & Iechonie nihil ponitur licet fuerint mali & idolatre quia quilibet eorum regnauit tantum tribus menſibus qui cõputãtur in tempore aliorum. Videtur tamen mihi quod utriq; expoſitioni predicte addendum ſit q̃. cccc. &. xxx. dies quibus Ezechiel iacuit ſup latus ſiniſtrũ & dextrũ fuit ſignum obſidionis Hieruſalem: quia in textu dicitur poſt p̃ceptũ de dicta iacẽtia & conuerta faciem tuam ad obſidionem Hieruſalẽ qđ ſic poteſt declarari. Hieruſalẽ fuit obſceſſa a Chaldeis anno Sedechie. ix. mẽſe. x. die. viii. mẽſis & capta fuit anno xi. Sedechie menſe. iiii. .ix. die menſis ut habetur Hieremie. lii. & ſic a principio obſidionis uſq; ad finem eius fluxit annus integer &. v. mẽſes &. xxviii. dies. Ezechiel autem dormiuit ſuper latus ſuũ ſiniſtrũ. ccc. lxxxx. diebus & ſuper latus ſuũ dextrũ xl. diebus qui ſimul iuncti faciunt. cccc. xxx. dies quorum. ccc. lxv. faciunt unum annum integrum. & remanent. lxv. dies qui faciunt duos mẽſes. & ſex dies & ſic tẽpus obſidionis Hieruſalem uſq; ad eius captionẽ non excedit tempus dormitiõis Prophete ſuper utrunq; latus niſi in tribus menſibus &. xxii. diebus. & rationabiliter poteſt dici q̃ tanto tẽpore fuit interrupta obſidio qa Chaldei audientes q̃ Egypti ueniebant in auxilium Iudeorum reliquerunt obſidionem: ut obuiarent eis: quibus fugatis ad obſidionem redierũt: ut habetur Hiere. xxxvii. & in tali receſſu ab obſidione & reditu tanti exercitus bene fluxerunt tres menſes. &. xxii. dies. & ſic habetur propoſitum. ſ. q̃ tempus obſidionis Hieruſalem ipſa ſtante & tempus dormitionis Prophete fuerũt

equalia. Conſequenter redit ſcriptura ad deſcribendum obſidionem Hieruſalem cum dicitur: & ad obſidionē Hieruſalē conuerteſ faciem tuam: quaſi uultu irato reſpiciēdo Hieruſalem & per hoc notando iram dei contra ipſam & brachium tuum erit erectū id eſt extenſum ad deſignādum comminationē uindicte dei ſuper eam. & ꝓphetabiſ aduerſuſ eam. pronunciando eiuſ ſubuerſionem. ecce circundedi te uinculiſ modo ſu/ pradicto. & non te conuerteſ etc. donec compleaſ dieſ obſidioniſ tue id eſt reduſiōiſ in domo tua. quorum numeruſ eſt ſuprapoſituſ. ſ. ccc. lxxxx. & iterum. xl. Et tu ſume Hic conſequenter deſcribitur oppreſſio famiſ ſecutam ex longa obſeſſiōe Hie/ ruſalem: ſicut habetur quarto Regū ultimo. & deſcribitur hic per quandā parabolam que primo ponitur Secundo exponitur ibi & dixit. Circa primum dicitur & tu ſume tibi frumentum etc. talibuſ enim ſolent muniri ciuitateſ contra obſidionē. & facieſ tibi paneſ numero dierum ſcilicet. ccc. lxxxx. paneſ cibuſ autem tuuſ quo ueſceriſ erit in pondere. ſic fit tempore obſidioniſ quando uictualia incipiunt deficere. xx. ſtateres in die. ſtater idem eſt ꝙ dimidia untia ut dicit Iſido. xiii. Etycorū a tempore uſq; ad tempuſ id eſt a principio. ccc. lxxxx. dierum uſq; ad finem qualibet die unum panem & aquam in menſura bibeſ ſextam partem Hyn id eſt ſextarii a tēpore uſq; ad tēpuſ bibeſ illud ſcilicet qualibet die ſextam partem uniuſ ſextarii. quātitaſ autem ſextarii uariātur ſecūdum tempora & prouintiaſ diuerſaſ immo etiam in eadem prouintia & in locis ꝓpinquis ſicut ſextariuſ uini minor eſt ſatis Pariſiuſ q̄ in uilla ſācti Dionyſii tamen ex circunſtantia littere ſatis patet ꝙ non erat tanta ꝙ ſufficeret ad cibum & potum cōuenientē ipſiuſ Ezechieliſ ſed magis erat ad tēperandum famē & ſitim eiuſ. taliſ enim portio datur quando uictualia incipiunt deficere in obſidione. & ſtercore quod egreditur de homine operieſ illud. In Hebreo habetur coqueſ illud. dictio enī Hebraica que hic ponitur equiuoca eſt: ad operire & coquere Hebrei tamē uidentē hic meliuſ dicere quia in aliquibuſ terriſ ubi eſt defectuſ lignorum: colligunt ſtercora boum deſiccata in campis & inde fit ignis. & idem poſſet fieri de ſtercoribuſ humaniſ. ſed eſſet nimiſ abominabile. ſic igitur hic ad deſignandum qualiter Iudei comederent cibum abominabilem in terriſ alieniſ ubi ducerentur captiui precepit deuſ Prophete ꝙ faceret ignem de ſtercoribuſ hominum deſiccatiſ & in camino calefacto illo igne coqueret panem ſuum ſed qa Prophēta hoc horruit. d. A A A. domine deuſ. & dicūt expoſitoreſ aliqui ꝙ triplicatur .A. ad denotandum horrorem triplicem. ſ. uilitatiſ materie & tranſgreſſioniſ legiſ diuine: & captiuitatiſ ſignificate: ſed hoc procedit ex ignorantia hebraici ſermoniſ in quo eſt hic una dictio tantum. & ſonat aha & eſt in/ teriectio admirantiſ ſeu conquerentiſ ſicut dictū fuit Hieremie primo ca. & morticinū & laceratū. a beſtia nō comedi. q.d. adhuc eēt inde grauiuſ ueſci pane ſic abominabili ecce dedi tibi etc. In hoc temperauit preceptū & facieſ panē in eo id eſt coqueſ modo predicto. Et dixit hic ponitur predicte parabole expoſitio ſeu applicatio exp̄mēdo famem in Hieruſalem futuram cum dicitur: ecce ego conteram baculum paniſ id eſt ſuſtentamētum cuiuſlibet cibi qui nomine paniſ intelligitur in ſcriptura. & comedent panem in pondere id eſt non ad ſaturitatem ſed ad famem aliqualiter temperandum. & in ſolitudine propter diminutionem uictualium & inuaſionem obſidentium ut defi/ cientibuſ pane & aqua id eſt finaliter oīniſ cibuſ & potuſ corruat unuſquiſq; ad fratrē ſuum non potenſ ſe ſuſtinere pre debilitate & timore. & contabeſcat id eſt deficiant in iniquitatibuſ ſuiſ id eſt propter iniquitateſ ſuaſ quaſ operati ſunt contra deum & proximum. etc.

.V.

ET tu fili hominis. Hic consequenter describitur populi Hierusalem destructio. & primo ad hoc parabola ponit̃. Secundo exponit̃ ibi hec dicit dñs. Parabola autem ista nō solum est uerbi sed facti: Ideo dicitur Prophete sume tibi gladiū acutū In Hebreo habetur rasorium & duces id est duci faciēs per caput tuum & barbam. non enim posset hoc facere Propheta manu propria sed fecit hoc per rasorē & idem intelligendum est de dictis ca. precedenti: ut de decoctione panis & huiusmodi quia propheta iacens super latus suum sinistrum immobiliter non poterat hoc facere manu propria. & assumes tibi stateram pōderis id est aptam ad ponderandum. & diuides eos scilicet pilos capitis tui & barbe in tres partes eq̃les & quia hoc non poterat bene fieri numerando: precipitur fieri ponderando. tertiam partem igni combures in medio ci/ uitatis scilicet Hierusalem descripte in latere ad designandum q̄ tertia pars populi Hierosolymitani moreretur fame & peste obsidionis tempore. & hec pena uocat̃ hic combustio ignis. In scriptura enim sacra frequēter nomine ignis intelligit̃ alia pena: & assumens tertiam partem concides gladio in circuitu eius. ad designandum q̄ pars magna populi Hierosolymitani occideretur a Chaldeis extra muros: quia aliquando exibant ad irruendum super obsidionem & ibi occidebantur saltem multi nō potēt̃es se retrahere intra ciuitatem. aliqui etiam occulte fugientes de ciuitate capiebantur a Chaldeis & occidebantur. Tertiam uero aliam in uentum disperges. hoc in parte dicit̃ pro fugitiuis in Egyptum post captionem ciuitatis ut habet̃ Hieremie. xlii. & gladiū nudabis post eos. quia Nabuc. postea intrauit Egyptū. & illos partim occidit. & ptim captiuauit sicut eis p̄dixerat Hieremias. & assumes inde. i. de ista tertia parte paruum numerū & ligabis eos etc. ad designandū illos q̄ postea ducti sunt in Babylonē captiui & in uita conseruati. & ex eis rursum tolles & proiicies eos in medio ignis ad designādū Achab & Sedechiam quos in igne frixit Rex Babylonis ut habetur Hiere. xxix. & ex eo hoc est ex illo igne seu combustione egredietur ignis in omnē terram domus Israel id est increpatio pene seu maledictiōis. ex punitiōe enim illoz duoz assumptus est modus cōmunis loquendi in populo Israel ut cum unus malediceret alteri dicebat: sic tibi contingat: sicut contigit Achab & Sedechie sicut dicitur Hieremie. xxix. sic exponit litteram istam Ra. Sa. Expositores autem Latini exponūt de pena reuer/ tentium de Babylone qui muros ciuitatis reparauerunt in angustia magna ut habetur libro Neemie. & de malicia quorundam qui tempore Mach. concitauerunt gentiles contra Iudeam ut habet̃ p̄mo & secundo Mach. sed p̄ma expositio planior & magis consona littere uidetur. Hec dicit. Hic cōsequenter ponit̃ expositio parabole p̄mo tamen ratio dicte destructionis assignatur. & secūdo parabola ad propositū applicat̃ ibi. tertia pars. Circa primum dicitur ista est Hierusalem id est ciuitas quam in latere descripsisti Hierusalem significat. In medio gentium posui eam. q̄a posita est in q̄rto climate terre habitabilis septem climatibus distincte. & cōtempsit iudicia mea: ut plus esset impia q̄ gētes duplici ratione scilicet q̄a gentes leges sibi traditas a suis maioribus seruauerūt. Iudei uero legem sibi datā reliquerunt. Vnde Hiere. ii. dicit̃ si mutauit gens deum suum id est non mutauerit. & subditur populus autem meus mutauit gloriā suam id est deum suum in idolum propter ingratitudinem beneficiorū a deo receptorū in legis datione. & manne celestis nutritiōe & similibus que nō fecerat deus alis gētibus secundū quod dicitur psal. c. xlvii. Non fecit taliter omni nationi etc. Ingratitudo uero aggrauat alia peccata: Ideo sequitur: quia superastis gentes scilicet in malicia & iuxta iudicia gentium id est minus iuste q̄ ipse uixistis. faciam in medio tui iudicia id ē uindictas iusticie mee. & faciā in te que non feci scilicet temporibus preteritis. & q̄bus

similia ultra non faciam. Istud ultra non significat perpetuitatem a parte post: sicut nec illud Esa. 11. non excercebunt ultra ad prelium nunc plenius fuit ibi dictum. sed important tempus longū uidelicet quousq; iterentur tales abominationes uel maiores quod impleuerunt Iudei in occisione Xpi. propter quod incurrerunt tanta mala uel maiora p Romanos: quanta incurrerant per Chaldeos Ideo subditur comedēt patres filios suos etc. Hoc enim in utraq; obsidione scilicet Chaldeorum & Romanorum fuit impletum. Idcirco uiuo ego dicit dominus id est sicut uerum est q̄ ego sum uita per essentiam ita uerum est q̄ inferam dictam penam. pro eo q̄ sanctum meum id est templum meo nomini consecratum uiolasti etc. scilicet ponendo ibi idola ut habeē. iiii. Regum. xxi. ego quoq; confringā id est te destruam sicut lagana in partes minimas confracta: & non parcet oculus meus. in effectu exteriori. & non miserebor. affectu interiori. Tertia pars. Hic consequēter parabola suprapositā ad ꝓpositū applicat & ex predictis apponendo litteram parabole patet littera usq; ibi & complebo furorē meum. loquitur de seipso ad modum hominis irati cuius ira quiescit inflicta uindicta. & cōsolabor. passiones enim irascibilis terminantē in passiones concupiscibilis uindicās enim malū sibi illatū ualde delectatur secundo Rhet. & q̄rto Ethi. dicit ira dulcior melle in pectoribus uirorum liquescit. & scient per experientiam pene a me illate: qa ego dominus potens uindictā facere: & dabo te in defectu que primū eras magnifice habitata & loquitur de Hierusalem destruenda & in obprobrium que ante fueras summe honorata. & blasphemie exemplū etc. ex hoc enī q̄ uidebat tanta destructio dicebatur: q̄ hoc contigerat ꝓpter horribilia mala que fuerant in ea. quando misero sagittas pessimas. Dicit enim Vegetius libro de re militari q̄ in ciuitatibus obsessis & aliquando in castris acerus pugnat fames q̄ gladius. conteram in uobis baculum panis id est omne sustentamentum cibi. & bestias pessimas serpentes & animalia uenenosa ad uos intoxicandum & interficiendum flatu & morsu. & pestilētia id est aer corruptus & sanguis id est gladius effundēs sanguinem transibit per te. & subditur ego dominus locutus sum cuius uerbum nō potest esse falsum. & sic pena dicta infallibiliter ueniet.

Et factus est Postq̄ descripta est huiusmodi .VI.

Hierusalem obsidio & populi eius destructio: hic cōsequenter describitur totius Iudee uastatio. Et diuiditur in duas partes quia p̄mo describitur hec uastatio. Scd̄o uastationis acceleratio ca. septimo presens autem capitulum in tres partes diuidit quia primo predicitur Iudee generalis uastatio. Secūdo aliquorum specialis reseruatio ibi: & reliquum. Tertio ceterorum finalis destructio ibi hec dicit. Circa primum dicitur fili hominis pone faciem tuam id est respice terram Israel uultu irato ad designandum iram domini contra ipsam. Hec dicit dominus de mōtibus & collibus. q. d. nullus locus remanebit indiscussus ab aduersariis discurrentibus ubiq; ad interficiendum homines latentes ad recipiendum sibi bona abscondita & comburendum edificia & disperdam excelsa uestra. ubi colebant idola. & deiciam interfectos uestros etc. quia corpora interfectorum ubiq; dimittentur insepulta. cetera patent in littera usq; ibi & scietis qa ego dominus per experientiam uindicte mee. Et reliquam hic cōsequenter describit aliquorum specialis reseruatio qui ad hoc sunt reseruati in uita: & ducti inter gētiles ut per penitentiam ad deum conuerterentur & a deo in periculis liberarentur. & ex tali liberatione mirabili multi gentiles conuerterentur ad fidem unius ueri dei sicut in libro Hester legitur esse factum liberato populo a persecutione Aman. & Dañ. iii. ubi dicitur q̄ liberatis tribus pueris de camino ignis Rex precepit per totum regnum suum reuereri deum celi & hoc est qd̄ dicitur: & relinquam in uobis eos qui fugerint

gladium ſcilicet Chaldeorum ad uitam reſeruati. & recordabuntur mei liberati ueſtri. ut patet in exemplis predictis: quia contriui cor eoꝝ uexatione dante eis intellectū. fornicans per idolatriam. & recedens a me latriam negligendo. Ex hoc uidetur ꝙ nō bene dicunt qui exponunt paſſum iſtum de Apoſtolis & aliis credentibus ex Iudeis: qa non fuit in eis penitentia de idolatrie peccatis: que hic tanguntur: quia illo tempore & ante per longum tempus ceſſauerat idolatria in Iudeis. & ſcient quia ego dominus nō fruſtra locutus ſum. ut facerem eis malū hoc ſcilicet pene. Dicit enim Philoſophus. v. Ethy. ꝙ pene ſunt quedam medicine ad peccati correctionem. & ideo ſicut medicina dicitur eſſe fruſtra quādo non inducit ſanitatem: ſic pena inflicta dicit̄ eſſe fruſtra: qñ non ſequitur correctio: ſicut dicitur Hiere. quarto fruſtra percuſſi filios ueſtros diſciplinam non receperunt. ſed quando ſequitur correctio ſicut in propoſito: tunc non eſt fruſtrata a fine ſuo. Hec dicit Hic conſequenter denunciatur ceterorum finalis deſtructio propter obſtinationem eorum in malo cum dicitur Prophete pcute manū tuam. percutiendo manus adinuicem ad modum dolentis & irati. & allide pedem tuum impingendo ad lapidem ad modum hominis turbati: qui non aduertit ubi pedē ſuum ponit. & dic heu ad omnes abominationes id eſt idolatrias propter penam ſequentem que ſubditur. qui gladio fame & peſte ruituri ſunt: ſicut declaratum eſt ſupra capitulo precedenti. qui longe eſt ſcilicet ab aduerſariis peſte morietur id eſt corruptiōe aeris & mortalitate qui autem prope ſcilicet aduerſarios gladio corruet aduerſariorum. & qui relictus fuerit obſeſſus confidens in fortitudine murorum fame morietur & ſcietis quia ego dominus per experiētiam uindicte mee cū fuerint interfecti ueſtri in medio idolorum ut ubi peccauerunt: ibi puniantur. & ſubtus omne lignum nemoroſum: In talibus enim locis exercebant idolatriam maxime Veneris & Priapi ibi in ueneratiōe eorum exercentes luxuriam ubi accenderunt thura redolentia que ſoli deo deberent offerri. extēdam manum meam ſuper eos id eſt poteſtatem iuſticie mee. & faciā terrā deſolatam id eſt uacuam hominibus. & deſtitutā. bonis fructibus. a deſerto de Blatha ad quod in una parte ſui terminatur Iudea. In omnibus tribulationibus eorum uſq; ad finem alterum: ita ꝙ nihil remaneat: ꝙ nō ſit deſertū. & ſcient quia ego dominus per experientiam mee punitionis.

.VII.

ET factus eſt Hic conſequenter ponitur dicte uaſtationis acceleratio circa quam primo ponitur acceleratio exterminii. Secūdo excluſio remedii ibi: canite tuba: Prima in duas: quia primo ponitur uaſtationis acceleratio. Secundo ipſius modus uel ratio ibi: floruit. Circa p̄mum dicitur finis uenit ſcilicet finalis uaſtatio appropinquat & replicat hoc ad maiorem aſſertionem ſuper quattuor plagas terre ſcilicet Iudee: ita ꝙ nulla pars remaneat: que non uaſtetur. & iudicabo te iuxta uias tuas id eſt ſecūdū opera mala que feciſti. & non parcet oculus meus. effectu. & non miſerebor affectu ſed uias tuas ponam ſuper te id eſt pondus pene tuis operibus debite. afflictio una uenit. totiens replicatur ad oſtendendum accelerationem. & non glorie montium id ē Iudee que eſt terra montoſa. cetera patent ex dictis quia idem frequenter repetitur ad maiorem exaggerationē. Floruit: Hic conſequenter ponitur modus acceleratiōis ſecundum Hebreos qui fuit per potentiam Regis Babylonis qui fuit inſtrum̄tum dei in hac punitione ut frequenter dictum eſt ſupra in Eſaia & Hiere. & ſic dicitur hic. floruit uirga id eſt Rex Babylonis: qui eſt uirga ad percutiendū Iudeā. germinauit ſuperbia. quia uictoriaſ q̄ſ habebat uirtute dei ex ſuperbia attribuebat ꝓprie uirtuti. Iniquitas ſurrexit in uiā impietatis qa ſupatos & captos crudeliter & impie tractabat:

ſecundum qđ dicitur de eo Eſa. xiiii. Contriuit dominuſ baculum impiorum uirgam dominātium cedentem populoſ in indignatione plaga inſanabili ſubiuciētē in furore genteſ perſequentem crudeliter. Secundum Hebreoſ uero hic ponitur tam ſiue ratio accelerationiſ que fuit ſuperbia Sedechie Regiſ ex qua Regi Babyloniſ rebellauit impie frangendo ſuum iuramentum ſecundo Paral. xxxvi. ſicut ergo dicitur floruit uirga id eſt ſceptrum Iuda ꝙ aliquā proſperitatem habuit ſub Sedechia. germinauit ſuperbia quia inde ſuperbiuit. iniquitaſ ſurrexit quia ex hoc iuramtum tranſgreſſuſ fuit. in uirga impietatiſ quia ſic regnū ſuum fuit impium & uaſtatione dignum. non erit ex eiſ: hoc eſt nó remanebit aliquiſ de domo Sedechie qa ipſe fuit exoculatuſ & in captiuitatē ductuſ. & filii eiuſ occiſi. nec ex populo: quia partim fuit captiuatuſ & partim occiſuſ. neq; ex ſonitu eorum. In Hebreo habetur neq; ex cetu eorum. & per hoc intelligitur Iohannam filiuſ Charee & ſocii eiuſ qui poſt mortē Godolie fugerūt in Egyptū: ubi poſtea per Regē Babyloniſ fuerunt partim occiſi & partim captiuati ut dictum eſt ſupra capit. quinto. Ideo ſubditur & non erit requieſ in eiſ. non enim inuenerunt requiem in Egypto ſicut credebant. Vnde dicebāt intrabimuſ Egyptū ubi clāgorē tube nó audiemuſ etc. Hiere. xlii. uenit tēpuſ deſtructióiſ. qui emit: nó lereē. qa cito perdet. & q uēdit: nō lugeat: qa cito pderet etiā ſi nó uēderet: & adhuc in uiuentibuſ uita eoꝝ. id eſt ſufficiat eiſ ſeruare uitā ſi poſſint. uiſio enim ad omnem multitudinē. i. uiſio facta Prophete de multitudiniſ captiuitate nō regrediē. i. non retractabit. ſed procedet in effectu. & uir in iniquitate uite ſue non confortabit. ſic ut poſſit euadere mortem uel captiuitatem. Canite: Poſtq̄ predicta eſt acceleratio exterminii Hic conſequenter ponitur excluſio remedii. primo ponitur hec excluſio Secundo finaliſ concluſio ibi: fac concluſionem. primum ſic oſtēdendo ꝙ non poſſint euadere nec ſe defendendo nec ſe redimēdo Ideo dicitur. Canite tuba uoſ qui habetiſ officium excitandi alioſ ad bellum & loquitur ironice q̄ſi. d. pro nihilo facietiſ. Ideo ſubditur: & non eſt qui uadat ad prelium. cuiuſ ratio ſubdit: ira enim mea. cui nulluſ poteſt reſiſtere: ſuper uniuerſum populū eiuſ ſcilicet Hieruſalem gladiuſ foriſ ſcilicet interficienſ eoſ qui inuenient extra ciuitatē. peſtiſ & fameſ intrinſecuſ: que frequēter acriuſ pugnāt q̄ gladiuſ ut dicit Vegetiuſ libro de re militari qui in agro etc. repetitio eſt eiuſdē ſentētie ad maiorē aſſertionē. & ſaluabunt q fugerint. ad loca inacceſſibilia & erunt in montibuſ quaſi columbe conuallium id eſt que priuſ habitabant in con/ uallibuſ ſecure. ſed quando inde auolant ad monteſ timore uolentium eaſ capere ſunt ualde trepide: & ſic iſti fugitiui erunt ibi in timore poſiti: unuſqſq; in iniqtate ſua id ē pro iniquitate ſua hoc patietur. omneſ manuſ diſſoluentur. timor enim magnuſ reddit membra exteriora trementia. & per conſequenſ ad ſe defendendum inualida. & oīa genua fluent aquiſ ſcilicet urine. timor enim diſſoluit ueſicam & facit fluere urinam. & accingent ſe ciliciſ. in ſignum triſticie & anxietatiſ. & uniuerſiſ capitibuſ eoꝝ cal/ uicium. quia pre dolore radent ſibi capilloſ. argentum eorum etc. Argentum & aurū non pluſ ualebit eiſ q̄ ſterquilinium quia inde non poterunt habere cibum propter totalem defectū uictualium. nec inde poterunt ſe redimere de manibuſ aduerſarioꝝ cuiuſ ratio ſubditur: quia ſcādalum iniquitatiſ eorum factum eſt. id eſt pro iniqtate ſua corruerūt abſq; reſurrectiōe. & ornamētum monilium ſuorum. id eſt qa de auro & argento fecerunt ornamēta ſibi in ſuperbiam & ſimulacra ad exercendū idolatriā. Ideo non ualebit eiſ in neceſſitate poſitiſ. ſed magiſ dabitur eorum aduerſariiſ. Ideo ſubditur: propter hoc dedi eiſ illud in immūdiciā id eſt non pluſ ualebit eiſ q̄ ſterqliniū & dabo illud in manibuſ alienorum id eſt Chaldeorum & auertam faciem meā ab eiſ.

ſubtrabendo eiſ omne auxilium meum & uiolabunt ſcilicet Chaldei arcanū meū id eſt templum & maxime ſāctum ſanctoꝝ qđ nullus debebat ingredi niſi ſummus ſacerdos ſemel in anno. & introibūt in illud emiſſarii id ē uiles pſone & ribaldi. Fac cōcluſionē Hic ponitur predicti negotii finalis concluſio ſignificando ꝙ illud quod dictum eſt: ſit determinatum a deo abſq; retractione. Ideo dicitur Prophete: fac concluſionem: In Hebreo autem habetur fac catbenam. q.d. iam cathene ſunt parate ad ligādum eos & ducendum in captiuitatem. quoniam terra plena eſt iudicio ſanguinum. quia in ea condemnati ſunt innocentes ad mortem per iniquos Iudices: ideo iuſtum eſt ut habitatores eius occidantur: uel captiuentur. & adducam peſſimos id eſt Chaldeos q erāt idolatre & crudeles ualde & quieſcere faciā ſuperbiā potentiū id eſt Regis. Principū & Sacerdotum. & poſſidebunt ſanctuaria eoꝝ ſcilicet aduerſarii anguſtiā ſupuenīēte requirent pacem. ab aduerſarius & non erit. Vnde Sedechias reddidiſſet ſe Chaldeis niſi timuiſſet illudi a Iudeis qui tranſfugerant ad Chaldeos ut habet Hiere. xxxviii. conturbatio ſup conturbationē uenīet id eſt multiplicabit una ſuper aliam. & auditus malorum rumorum. & requirent uiſionem de Propheta id eſt a Prophetis falſis & nō ualebit eis: uel de Propheta uero: qa Sedechias in atrio poſitus queſiuit ſermonē dñi a Hieremia Hiere. xxxviii. ſed eius cōſilio non acquieuit. & lex peribit a ſacerdote quia Chaldei combuſſerunt legē. & conſiliū a ſenioribus id eſt ab ordinariis Iudicibus quos interfecit Nabuc. eo ꝙ relaxauerant iuramentum Sedechie quod fecerat Regi Babylonis ut dicunt Hebrei. ideo ſubdit. Rex lugebit ſcilicet Sedechias exoculatus & in captiuitatem ductus. & Princeps indueť merore id eſt Principes Sedechie. ponit enim hic ſingulare pro plurali ſicut Exo. viii. uenit muſca grauiſſima id ē multitudo muſcarum. & manus populi terre id eſt uirtutes eoꝝ conturbabūtur: qa nō poterūt ſe defendere ſecūdum uiam eorum faciam eis reddendo penam debitam pro peccatis.

ET factum eſt. Superius denunciata eſt .VIII.
Hieruſalem & totius Iudee deſtructio: Hic conſequenter ponitur multiplex abominatio que fiebat in Hieruſalem & fuit in parte ſue deſtructionis ratio. Diuiditur ergo preſens capitulum in duas partes quia primo ponitur conditio reuelatiōis facte. Secundo multiplicatio abominatiōis rendate ibi: & dixit ad me. Prima in duas quia primo ponitur rendationis facte tempus. Secundo locus ibi & emiſſa. Circa p̄mū dicitur & factum eſt in anno ſexto ſcilicet tranſmigrationis Ioachin Regis Iude in ſexto menſe in quinta ſcilicet die mēſis & ex hoc patet ꝙ hec uiſio facta eſt poſt illā que ponitur ſupra primo capitulo per annum integrū. &. ii. mēſes quia illa fuit facta anno quinto tranſmigrationis Ioachim quarto menſe quinta die menſis ut habetur ibidem. ego ſedebam id eſt manebam. ſicut Deute. primo dicit Sediſtis in cadeſ multo tempore in domo mea recluſus & iacens ſuper latus dextrum adhuc quod declaratur ſic quia iſta uiſio eſt poſt primam per annū & duos menſes preciſe ut dictum ē annus autem habet. ccc. lxv. dies & duo menſes. lix. qui ſimul iūcti faciunt. ccc. xxiiii. dies preceptum autem fuit Ezechieli iacere p̄mo ſuper latus ſiniſtrū. ccc. lxxxx. diebus ut habetur ſupra. iii. capitulo & ſecūdo ſuper latus dextrū. xl. diebus qui ſimul iūcti faciunt. cccc. triginta dies. & ſic patet ꝙ Ezechiel a principio prime uiſionis iacere cepiſſet ſuper latus ſiniſtrum adhuc remanerent ſex dies ad minus qbus tenebat iacere ſuper latus ſuum dextrum quando hec uiſio fuit ſibi facta. Item non habuit p̄ceptum de iacendo ſuper latus ſuum ſiniſtrum a principio prime uiſionis. ſed per ſeptem dies poſt ut patet ſupra tertio & quarto ca. qui iuncti cum iſtis ſex faciunt. xiii. dies & ſic tenebatur adhuc iacere ſuper latus ſuum dextrum. xiii. diebus niſi forſitan dicatur ꝙ

terminus a deo fuit sibi breuiatus de iacentia p̄dicta q̄ non p̄tendit littera. sed magis
contrariū. & ideo cū dicit̄ hic: ego sedebā in domo mea. sedere hic accipit̄ p̄ manere
que mansio immediate potest accipi stādo uel iacēdo uel sedēdo & hic accipit̄ iacendo
ut declaratū est. & senel Iuda sedebāt corā me. hic accipit̄ sedere prop̄e uenerant. n.
ad cōsolandū Prophetā: qui tā diu iacebat ut lāguidus: ut dicūt aliq. Alii uero dicūt:
q̄ uenerāt ad interrogandū eū de statu Hierusalē. & hoc uidet̄ p̄babilius: qa statim
subdit̄ reuelatio Prophete facta de destructiōe Hierusalē futura p̄pter abomīatiōes
ibi factas. Ideo subdit̄: & cecidit ibi sup̄ me manus dñi eleuās me ad cōtuendū in spiritū
statū Hierusalē. & ecce similitudo. s. bois q̄si aspectus ignis ad designandum incendiū
ciuitatis futuz̄ & propter hoc sic apparebat in parte inferiori. s. a lūbis uiri & deorsū
& a lūbis eius & sursū q̄si aspectus splēdoris eius etc. ad designandū q̄ p̄pter ruinas &
clades que fiūt hic iferius: nulla fit diminutio seu mutatio in splēdore maiestatis diuine
Et emissa. Hic cōsequēter tangit̄ huius uisionis locus. s. templū Hierosolymitanū ad
cuius cōspectū fuit adductus p̄pheta nō in corpore sed spiritu. Sciendū tm̄ ad intel/
lectū sequentiū q̄ expositores dicūt q̄ templū fuit sibi ostensum nō in illa forma que
describit̄ tertio Regū de tēplo Salomōis: Sed in forma illa que describit̄ infra. xl. c.
& in hoc potest satis littera applicari. Alii uero dicūt q̄ sibi oñsum fuit in forma tēpli
Salomonis. & hoc uidet̄ mihi p̄babilius dictū qa ad hoc fuit sibi ostensum ut uideret
abominationes que fiebāt in Hierusalē de p̄nti & que facte erāt de p̄terito. templum
autē q̄ describit̄ infra. xl. c. nō fuit sibi ostēsum pro aliq̄ abominatione uidenda sed
magis ad uidendū restitutionē cultus dei p̄fectissimi tpe futuro: ut uidebit̄ ibidē dño
cōcedēte. In tēplo uero Salomōis posita fuerūt idola a tpe Manasse. & adhuc stabat
illud templū p̄pter qd̄ uidet̄ p̄babilius: q̄ Propbete fuerit ostensū. Sciendum tm̄ q̄
tēplum Salomōis circa se habuit tria atria. illud aūt qd̄ erat tēplo p̄pinqus dicebatur
atriū sacerdotū: ī quo erat altare holocaustoz̄. & in hoc atrio erat tm̄ unus ingressus
s. in parte orientali directe cōtra porticū tēpli. Scd̄m atriū dicebat̄ mūdoz̄ qm̄ ascen/
debant illuc causa oratiōis & etiā oblatiōis quam faciebāt sacerdotibus in porta atrii
sacerdotū. Tertium dicebat̄ immundoz̄ & in istis duobus atriis erat triplex ingressus
unus in parte aq̄lonari alius in parte orientali Tertius uero in parte australi secūdū
modum hic figuratum. Sciendum tm̄ q̄ in plano non possunt figurari nisi fundamēta
parietū. & ideo illud qd̄ erigebat̄ sursum oportet p̄ imaginationē inspiciētis suppleri.

His premissis sciendum q̄ Propheta primo fuit adductus intra atrium immundorum prope portam aquilonarem & ibi uidit idolum zeli. Secundo fuit adductus ad portā aquilonarem atrii mundoꝝ & ibi iuxta portam que clausa erat. uidit in muro fōramē quod perfodiens transiuit in atriū: & ibi uidit senes thurificantes idolis depictis. Tertio fuit adductus ad portā atrii sacerdotū que erat in orientali pte & ibi uidit mulieres plangentes Adonidem. Quarto fuit adductus intra atrium sacerdotum & uidit uiros adorantes Solem orientem. Primo igitur describitur Prophete adductio cum dicitur: & emissa similitudo manus scilicet dei uel angeli in specie hominis apparētis: ap̄hēdit me in cincinno id est in flocello capilloꝝ & eleuauit me spiritus inter celum & terram eleuatione scilicet imaginaria non reali. & adduxit me in Hierusalem in uisione dei. i. in uisione a deo facta. iuxta hostium scilicet atrii immūdoꝝ interius. ad significandū q̄ nō fuit positus extra atrium illud sed intra quod respiciebat ad aquilonē. ad differentiam aliorum duorum hostiorum eiusdem atrii scilicet oriētalis & australis ubi erat statutum idolum zeli. In Hebreo habetur accēsionis scilicet ire. illud enim erat idolū Baal in cuius cultu prouocabatur ira dei contra populū. Et ecce ibi gloria dei Israel etc. id est uisio dei gloriosa similis illi uisioni que describitur in principio huius libri. Et dixit Hic consequenter ponitur multiplex abominatio. & diuiditur in quattuor partes secūdum q̄ttuor abominationes prophete ostēsas & patebunt partes p̄sequēdo Prima igitur abominatio scilicet de idolo Baal ponitur cum dicitur: leua oculos tuos ad uiam aquilonis. id est uersus portam aquilonarem: & ecce ab aquilone porte altaris. Dicunt hic expositores communiter q̄ hoc erat altare holocaustoꝝ & dicebat̄ porta illa porta illius altaris non quia per partem illā erat ingressus ad altare holocaustoꝝ sed solum per partem orientalem ut predictum est: sed quia altare holocaustorum nō erat recte in medio atrii sacerdotū sed in parte aquilonari illius atrii. & sic respiciebat directe partem illam propter quod dicebatur porta altaris scilicet idoli zeli quod erat iuxta introitum porte & illi idolo erat ibi altare constitutum a quo denominabat̄ illa porta. cetera patent ex dictis usq; ibi abominationes magnas id est idolatrias ut p̄cul recedam a sanctuario meo non per loci mutationem cum deus de necessitate sit ubiq; per essentiā presentiā & potentiam sed per gratie & condescēsionis mee subtractionē Et adhuc. Hic ponitur secūda abominatio cum dicit̄ uidebis abominationes maiores duplici ratione quia predicta abominatio erat tantum respectu unius idoli hec autē respectu multorum. Item quia hec erat in loco sanctiori scilicet in atrio mundorum Ideo subditur: & introduxit me ad hostium atrii scilicet iudeorum. cetera patent usq; ibi: apparuit hostium unum quasi cuiusdā camere existentis intra atrium mundorum & ingressus dictam cameram uidi & ecce om̄is similitudo reptiliū etc. talia enī colebāt & adorabant secundum quod dicitur Esa. secundo ut adorarent talpas & uespertiliōes & .lxx. uiri de senioribus ex quo erat peccatum grauius ratione personarum. & Iechonias filius Saphan stabat in medio eoꝝ. Iste ut dicit R.a. Sa. erat homo notabilis & alios induxerat ad idolatriā. & ideo pre ceteris expresse nominatur. certe uidet̄ filii hominis que seniores domus Israel faciunt in tenebris unusquisq; in abscondito cubilis sui. propter quod ad significandum intrauit Propheta per foramen ad thalamum existentem ultra murum. dicunt enim id est facto ostēdunt: quasi deus eos nō uideat uel hoc dicitur: quia incederant in illum errorem scilicet q̄ diuina prouidentia non se extendat ad hec inferiora. secundum q̄ dicitur Iob. xxii. in persona taliter errantiū circa cardines celi perambulat. nec nostra cōsiderat. Et dixit Hic ponitur tertia abominatio que dicitur etiam maior precedentibus: quia erat in porta atrii sacerdotum: &

hoc eſt q̄ dicitur & introduxit me per hoſtium porte domuſ domini. dicebatur autem porta atri ſacerdotum porta domuſ domini ſiue templi quia erat recte oppoſita illi porte eo q̄ erat in parte orientali: q̄d reſpicit ad aquilonem. In illa enim parte que erat in parte orientali erant duo hoſtia que claudebantur in columna media ſicut cō/muniter fit in magnis eccleſiis & ſicut unum iſtorum hoſtiorum erat in parte aqlonari illiuſ colūne & uerſus aquilonē aperiebatur. Aliud uero in parte auſtrali. Propheta autem fuit introductuſ per hoſtium: quod aperiebatur uerſus aquilonem. & ecce ibi id eſt iuxta illud hoſtium: mulieres ſedebant plangentes Adonidem. dicunt enim expoſitores Latini q̄ iſte Adonides dicebatur amaſius Veneris cuius mortem mulieres plangebant. Ita q̄ ritus illius idoli erat in planctu & fletu mulierū. In Hebreo habet plangentes Chamum q̄d ſignificat incenſionem eo q̄ ſicut dicit R.a. Sa. idolum illud erat concauum: & fiebat ignis intra: cuius calor ſurſum aſcendens faciebat liquefieri oculos illius idoli qui erant plumbei & ſic uidebantur plorare propter quod mulieres in eius cultu flebant. Et introduxit me. Hic ponitur quarta abominatio cū dicitur: & introduxit me in atrium domuſ dñi interiuſ: per quod deſignatur atriū ſacerdotum quod uocabatur atrium interiuſ: eo q̄ erat templo propinquius. & ecce in hoſtio tēpli id eſt ante hoſtium inter ueſtibulum & altare id eſt inter porticū templi & altare holocauſtorum quod erat in eodem atrio ut predictū eſt: q̄ſi. xxv. uiri dorſa habētes cōtra templum ex quo abominatio illius idolatria dicebatur maior tamen q̄a oñdebāt in loco ſāctiori & in contēptum templi deo conſecrati uidebāt fieri eo q̄ idolatrantes habebant dorſa ad templum. & adorabant ad ortum ſolis adorantes ſolem tanq̄ deū. nunquid leue eſt hoc? q. d. non. immo ualde graue. & ecce applicant ramum ad nares ſuaſ quod exponunt doctores noſtri dicentes q̄ quia idola erant in alto eleuata ideo iſte idolatre eleuabant ramos ad tangendum ea & poſtea applicabant ad nares ſuaſ in reuerentiam idolorum. Hebrei dicunt q̄ hec eſt littera & ecce applicant fetorem ad nares ſuaſ. tamen etiam ſecundum Hebreos primo fuit ſcriptum ad naſum meum. ſed quia iſtud uidebāt contra dei reuerentiā: ideo ſcribe mutauerunt iſtud. & in pluribus locis aliis. & uocabatur apud Hebreos Tiquin Sopherin id eſt adaptatio ſcribarum hic ponendo ad nares ſuaſ ita q̄ fetor ad idolatras referatur agendo & ſuſcipiendo tñ in communi modo loquendi de peccato uili dicunt homines q̄ fetet in naribus dei: ſed ſecundum ueritatem fetet in naribus peccantium inquātum deteriorantur per ipſum & non ipſe deus. ergo & ego facio in furore id eſt in uindicta iuſticie mee reddēdo eis penam debitam pro abominationibus predictis. cetera patent. .IX.

ET clamauit. Hic cōſequenter Propheta reuertit ad deſcribendū deſtructionē ciuitatis & populi cuius in parte cauſa fuerūt abominationes p̄dicte. Et diuidit capitulum ſpecialiter. c. xi. Prima in duas quia primo deſcribitur deſtructio populi communiter. Secundo principalium ſpecialiter. c. x. Preſens autem capitulū diuidit in tres partes quia p̄mo ponit ciuitatis incēdium. c. x. Preſens autem capitulū diuidit in tres partes quia p̄mo ponit uiſionis modus. Secundo plebis interitus ibi & uocauit. Tertio Ezechielis luctus ibi: & cede completa. Circa primum dicit & clamauit ſcilicet ille qui oſtenderat Ezechieli abominationes: & perſonā dei repreſentabat ut predictum ē appropinquauerūt uiſitationes urbis ſcilicet Hieruſalem ad puniendum ipſam. & unuſquiſq; aduerſariorum eius uas interfectionis habet id eſt inſtrumentum ad interficiēdum. q̄ ſtatim deſignat per hoc q̄ ſubditur. & ecce ſex uiri id eſt angeli in ſpecie uiroꝝ utrū autē intelligātur angeli boni uel mali non habetur ex hoc. quia taleſ punitiones diuine aliquādo fiunt & ſignificantur fieri per bonos angelos: aliquando per malos. uenie bant de uia porte

ſuperioriſ. que reſpicit ad aquilonem: illa erat porta aquilonariſ atrii mundorum que
dicitur ſuperior reſpectu porte aquilonariſ atrii immundorum. Templum enim erat
in ſummitate montiſ & ideo illa tria precedebant uerſuſ templum aſcẽdendo & ex pte
aquilonari non erat aliqua porta atrii ſacerdotum que erat in parte orientali & uni/
uſcuiuſq; uaſ interituſ id eſt inſtrumẽtum uel lãcea uel gladiuſ uir quoq; unuſ ueſtituſ
lineiſ. ex hoc uidetur q̃ angeli in hac uiſione imaginaria oſtenſi erant angeli boni qa
ueſtiſ linea mundiciam deſignat. & ingreſſi ſunt atrium ſacerdotum: Ideo ſubditur: &
ſteterunt iuxta altare ereũ: quod erat ibi & gloria dñi Iſrael aſſumpta eſt de Cherub
etc. hic uocatur gloria domini effigieſ hominiſ ſedentiſ in throno ſuper firmamentum
apparenſ ſuper capita animalium que inferiuſ uocabantur Cherubin. & hic uocantur
Cherub accipiendo ſingulare pro plurali ſicut frequenter fit in ſcriptura. uidebaṫ igiṫ
iſta effigieſ repreſentanſ dei maieſtatem recedere de capitibuſ animalium: & tranſire
ad limen templi domini. & per hoc deſignabatur receſſuſ dei de propitiatorio qđ erat
intra ſanctum ſanctorum ſuper alaſ Cherubin non tñ per loci mutationem cum deuſ
ſit neceſſario ubiq; ſed per ſubtractionem ſue gratie ita q̃ nõ daret inde reſpõſa ſũmo
ſacerdoti ſicut faciebat ante. Et uocauit. Hic cõſequenter ponitur plebiſ interituſ
cuiuſ primo ponitur iniunctio cum dicitur: & uocauit uirum qui indutuſ erat etc. ad
ſignificandum illoſ quibuſ erat parcendum & illi erant in minori numero Ideo ſubdiṫ
ſigna Thau ſuper frontes Thau eſt ultima littera alphabeti Hebraici. & eſt prima
in hac dictione Thora que Hebraice legem ſignificat. Ideo ſcribebatur ſuper frontes
uirorum gementium & dolentiũ de tranſgeſſione legiſ & abominationibuſ ſupradictiſ.
& illiſ dixit ſcilicet ſex uiris habẽtibuſ uaſa interituſ in manibuſ ſuis. cetera patẽt uſq;
ibi: & a ſanctuario meo incipite interficiẽdo p̃mo Sacerdoteſ & Leuitaſ ibi miſtrãteſ.
Conſequenter ponitur interfectionis executio cũ dicit ceperũt ergo etc. cõtaminate
domum. Dicebatur autem aliquiſ locuſ contaminari propter caſum mortui Numeri
xix. & implete atria interfectiſ. iſta ſunt tria templi atria de quibuſ dictum eſt capi.
precedenti. egredimini ſcilicet de atriiſ templi cede completa ut exequamini p̃ceptum
per totã ciuitatem Ideo ſubditur & egreſſi ſunt etc. Et cede cõpleta: Hic cõſequẽter
ponitur Ezechieliſ luctuſ cum dicitur in perſona eiuſ remanſi ego quia non fuit in/
terfectuſ cum aliiſ ruiq; ſup faciem meã. pre timore & admiratione tanti exterminii:
Ideo ſubditur heu. & triplicatur ad maiorem exaggerationem. cetera patent uſq; ibi
& repleta eſt terra ſanguinibuſ ſcilicet innocentũ occiſorum in ea & maxime tempore
Manaſſe de quo dicitur quarto Regum. xxi. q̃ effudit ſanguinem innoxiũ multum
nimiſ & ciuitaſ repleta eſt auerſione ſcilicet a deo per multiplicem idolatriam ut dictũ
eſt capitulo precedenti. dixerunt enim dereliquit dñſ etc. hoc expoſitum eſt capitulo
precedenti & ecce uir qui indutuſ erat lineiſ. Dicit Ra. Sa. q̃ erat Gabriel angeluſ
in ſpecie uiri.

.X.

ET uidi. Hic conſequenter deſcribitur ciuitatiſ Hieruſalem futurum incendiũ.
Et diuiditur in duaſ parteſ quia p̃mo deſignatur iſta cõbuſtio. Secũdo applicaṫ
uiſio ibi & apparuit. Circa primum dicitur & uidi uiſione imaginaria & intellectuali
& ecce in firmamento etc. ſpecieſ enim glorie domini que receſſerat de loco ſup capita
Cherubin tranſferenſ ſe ad limen domuſ ut dictum eſt ca. precedenti redierat ad locũ
priſtinum ſuper firmamentum in capitibuſ animalium: & dixit ſcilicet ſedenſ in throno
dei maieſtatem repreſentanſ. Ingredere in medio rotarum etc. unde ſupra primo ca.
diciṫ ſimilitudo animaliũ & aſpectuſ eoz̃ quaſi carbonum igniſ ardentium. & effũde
ſuper ciuitatẽ ſcilicet Hieruſalem per quod deſignatur incendiũ eiuſ futuz̃ ſecundum

iudicium diuinū. Ingreſſuſq; eſt. ſ. uir indutus lineis in conſpectu meo id eſt me uidēte & eſt uerbum Prophete. Cherubin autē ſtabant a dextris domus id eſt ad partē tēpli dextram ñ in atrio ſacerdotum Ideo ſubditur. & nubes impleuit atrium interius. ad deſignandum dei preſentiā ſecundū qđ dicitur ſecūdo Paral. ſexto dominus pollicitus eſt: q̄ habitaret in nebula. & eleuata ē gloria dñi qa ſpecies repſentās dei maieſtatē tranſiuit de capitibus Cherubin ad limen domus. & ſignificat iſte tranſitus illud quod dictum eſt ca. p̄cedenti & atrium repletum eſt ſplendore. dei maieſtatē repſentante. & ſonitus alarum Cherubim. per talem motum alaꝝ intelligit promptitudo angelorū ad exequendum mandatum dñi. audiebatur uſq; ad atrium exterius. ſic ē in Hebreo & ideo aliqui male corrigunt dicentes interius. dicitur autem exterius atriū immūdoꝝ eo q̄ erat longe remotius a templo q̄ſi uox omnipotentis dei loquentis. q. d. ille ſonus alaꝝ erat magnificus & mirabilis ſcđm qđ dicit̄ pſal. xxix. Vox dñi in uirtute uox dñi in magnificentia. cūq; precepiſſet repetitio ē eius qđ dictum eſt ſupra. Ingredere in medio rotarū etc. Ingreſſus eſt ille. ſ. uir indutus lineis ſtetit iuxta rotas ut acciper ignē per miniſterium ñ Cherub Ideo ſubditur. & extendit Cherub etc. qui accipiens egreſſus eſt. ſ. ad effundendū ſup ciuitatē non ñ dicit̄ hic q̄ effuderit: ad deſignandū q̄ ciuitas tunc non fuit combuſta: ſed poſtea per. vi. annos. quia uiſio iſta fuit anno ſexto tranſmigrationis Ioachin. vi. menſe. v. die menſis ut habet̄ ſupra in principio octaui ca. ciuitas autem fuit combuſta anno. xi. Sedechie qui fuit annus undecimus a tranſmigratiōe Ioachin quia Sedechias ei ſucceſſit in regno. Et apparuit: Hic cōſequenter explicat̄ modus uiſionis qui in aliqbus licet paucis differt. a modo uiſionis poſito ſupra p̄mo ca. Tales enim uiſiones fiūt ad aliqd ſignificandū & ideo frequēter fit ibi mutatio ad aliquid de nouo ſignificandum. dicit igitur & apparuit in Cherubin illa enim q̄ttuor animalia primo ca. deſcripta uocātur hic Cherubin eo q̄ erant alata & preſidentiam angeloꝝ ſignificantia ut ibidem dictum fuit. Angeli uero ſūt ſcientia pleni & ſic interp̄tat̄ Cherubin plenitudo ſciētie. & ecce q̄ttuor rote iuxta Cherubin per hoc patet q̄ dictum eſt ſupra p̄mo. c. q̄ erāt ibi q̄ttuor rote & q̄ttuor animalia. ſpecies autē erat rotarū quaſi uiſio lapidis chryſolithi ſupra p̄mo. c. dicit̄ & aſpectus rotaꝝ quaſi uiſio maris. Chryſolithus aūt eſt lapis precioſus habens colorem aureum. Ideo dicitur a chryſos q̄ eſt aurū. & per hoc q̄ ponit̄ hic q̄ſi uiſio lapidis chryſolithi datur intelligi q̄ Propheta erat magis illuſtratus fulgore diuine ſapientie q̄ a principio & idē deſignat̄ p̄ hoc q̄ poſtea ſubdit̄ & oīe corpus eaꝝ & colla & manus & penne. autē. c. hoc tm̄ dicit̄ de rotis. per oculos autē p̄ſpicacitas intelligētie deſignat̄. Vnde & hoies ſapiētes & aſtuti ſcđm modū loquēdi cōmunē dicūt̄ oculati. & rotas iſtas uocauit uolubiles qa eq̄liter uolui poterāt ad q̄ttuor partes q̄ttuor aūt facies habebat unū. ſ. animal facies una id eſt p̄ma ſicut Ge. primo. Et facti ū eſt ueſpere & mane dies unus id eſt primus. facies Cherub. hic occurrit duplex dubium. primū quare hic dicit̄ facies Cherub. que primo. c. dicitur facies bouis. Secūdum quare dicitur hic prima ibi autē tertia. Ad primū dicunt aliqui q̄ facies bouis ſiue uituli eſt multū ſimilis facie Cherub & propter hoc ſic nominatur. Sed hoc dictum eſt cōtra Ioſephum dicentem & facies Cherub eſt facies cuiuſdā auis que nunq̄ uiſa eſt ab hominibus ſed eius ſimilitudo oīſa fuit Moyſi in monte ubi fuit ſibi oſtēſum exemplar omnium fiendoꝝ in tabernaculo ſecundum quod dicitur Exodi. xxv. Incipe & fac ſcđm exemplar qđ tibi in monte monſtratum eſt. Et contra dictum R a. Sa. & aliorum Hebreoꝝ qui dicunt q̄ facies Cherub eſt q̄ſi facies pueri gratioſi: ꝓpter qđ talis cōmuniter depingit̄. Hieronymus

dicit ꝙ facies bouis fuit mutata in faciem pueri cuius mutationis ratio potest assignari
quia sicut dictum est primo ca. facies bouis significat regnū Grecoꝝ propter populi
cōmunis petulantiā tunc tamen in Philosophis Grecie maxime uiguit sapiētia ꝓpter
quod ad hoc denotandū facies bouis q est aīal irrationabile uersa fuit in faciē hoīs q ē
aīal rationale & in faciē puerilē qa sapiētia nō senescit sed magis iuuenescit etiā in se/
nibus q sedatis passiōibus clarius uidēt scd'm ꝙ dicit. vii. Phys. sedando & quiescēdo
fit aīma sciēs & prudēs ꝓpter hoc dicit' sapi. vi. clara ē & que nūq̄ marcessit sapiētia.
Ad secundum dicēdum ꝙ propter hoc dicit' hic facies Cherubin p̄ma quia apparebat
directius uultui prophete q̄ alie sicut dictū est supra p̄mo ca. de facie hominis ipsum
autem animal id est quodlibet dictorum q̄ttuor animalium est illud idem qd' uideram
in prima uisione descripta supra in p̄mo ca. & egressa est gloria domini a lumine tēpli
& stetit super Cherubin rediens ad locum suum. & stetit in introitu porte domus dñi
orientalis. Dicit Ra. Sa. ꝙ hec est porta atrii sacerdotum que est in parte orientali
& dicitur porta domus domini siue templi. eo ꝙ in recta linea opponitur porte tēpli
ut dictū est supra. viii. ca. ipsum est animal id est quodlibet illorum quattuor quod
uidi subtus deum Israel qa firmamentū erat super capita animalium & desup effigies
dei sedentis in throno representans maiestatem. quattuor per q̄ttuor uultus uni id est
per singula quattuor animalia q̄ttuor facies erant cuilibet ipsoꝝ. & similitudo uultuū
eoꝝ ipsi uultus quos uideram iuxta flumen chobar. q. d. licet apparentia unius faciei
esset mutata ut predictū est: tamen erat idem animal. cetera autem que non sunt hic
exposita de animalibus & rotis exposita sunt plenius supra primo capit. ubi potest
haberi recursus.

.XI.

Et eleuauit. Suraposita est uastatio plebis communiter hic ponitur destructio
principalium specialiter & primo sacerdotum. Scd'o principum ca. xii. Tertio
falsorum Prophetarum ca. xiii. Circa primum sciēdum ꝙ Hieremias prophetauerat
bonum illis qui transmigrauerant: & malum illis qui in Hierusalem remanserant sub
metaphora ficuum bonaꝝ & malarum Hiere. xxiiii. Sacerdotes autē qui remāserāt
in Hierusalem contrarium asserebant. & ideo ostensio facta est Ezechieli consimilis
uisioni Hieremie & potissime quātum ad Sacerdotes. primo igitur describit' uastatio
illorum qui remanserant in Hierusalem. Secundo consolatio illoꝝ qui trāsmigrauerāt
in Babylonem ibi. factum est. Circa primum sciendum ꝙ Sacerdotes qui remāserant
in Hierusalem parabolice designabant suam prosperitatem & ideo primo eoꝝ ꝑabola
ponitur. & secūdo tollitur ibi idcirco. Circa primum premittitur modus uisionis cum
dicitur & eleuauit me spiritus id est deus uel angelus dei minister & introduxit me ad
portam domus domini orientalem id est ad portam atrii sacerdotum que sic nominat'
ut dictum est ca. precedenti. & uidi in medio eorum Iechoniā filium Asur. iste ē alius
ab illo Iechonia posito supra. viii. cap. quia ille dicitur filius Saphan & Phelotiā.
isti duo erant principales & alios traxerant ad errorem suū. Ideo expresse nominant
hi uiri qui cogitant iniquitatem etc. quia informabant populum ut secure manerent
in cultu idolorum non timentes Hieremie comminationes Ideo subditur nonne dudū
edificate sunt domus. q. d. sicut mansit ciuitas a tempore Salomonis qui eā ampliauit
& triplici muro clausit: sic secura ab aduersariis ꝑmanebit. hec est lebes. s. Hierusalē
nos autem carnes qd' exponunt aliqui dicentes ꝙ dicebant hoc isti derisorie & ꝑ con/
sequens negatiue eo ꝙ Hieremias prophetauerat primo capi. combustionem ciuitatis
sub metaphora olle succense & secundum hoc uerbum istud intelligitur negatiue sic.
hec ciuitas nō erit lebes. siue olla succēsa ut dicit Hieremias nec nos carnes bulite in ea.

Sed hec opinio non consonat littere sequenti ut uidebitur. & ideo Ra. Sa. exponit hoc uerbum hec est lebes etc. tanq̃ assertiue dictũ sicut carnes conseruantur in lebete usq; ad perfectam eoꝝ decoctionem sicut ipsi seruabunt in Hierusalẽ usq; ad maturã etatem. Assimilat autẽ prolongatio uite decoctioni quia q̃diu calor naturalis decoqt alimentum cõuertendo in membra: durat hominis uita. tam diu enim uiuũt animalia q̃ diu nutriuntur secundo de Anima. quando autem calor naturalis sic debilitatur: q̃ non potest hoc facere: deficit uita naturali morte. Idcirco Hic cõsequenter remouet hec parabola. & patet littera usq; ibi. plurimos occidisti in urbe hac. s. innocentes quos occidit Rex Manasses & alii reges mali ad persuasionem sacerdotũ. Vñ & Hieremiã uoluerũt sic occidere ut habet Hiere. xxvi. Interfecti uestri quos posuistis in medio eius. s. Hierusalẽ Hi sunt carnes. qa licet non fuerint ibi mortui morte naturali sed uiolenta. illa tñ mors fuit optima: scd̃m quod dicitur psal. c. xv. preciosa in cõspectu domini mors sanctoꝝ eius. & hec est lebes quia in Hierusalem fuerunt sepulti & educã uos extra Hierusalem in captiuitatem. gladium meruistis. s. Regis Babylonis quãdo pro auxilio ad Regem Egypti misistis. & gladium inducam super uos scilicet Regis Babylonis in finibus Israel id est in terra aliena finibus uestre terre iuncta iudicabo uos quia fuerunt adducti ad Regem Babylonis in terra Emach & ibi occisi eo q̃ re/ laxauerant iuramẽtum Sedechie quod fecerat Regi Babylonis ut dictum fuit Hiere. xxxix. Ideo subditur hec scilicet Hierusalem non erit uobis in lebetem manendo in ea usq; ad maturam etatẽ in finibus Israel etc. repetitio ẽ eius quod predictũ est ad maiorem affirmationem sed iuxta iudicia gentium imitando idolatriam eoꝝ. & factũ est cum prophetarem Pheltias filius Banaie mortuus est. dicunt aliqui q̃ non fuit tũc sic in re sed Propheta uidit in spiritu mortẽ sibi de ꝓpinquo imminere. Hebrei dicũt q̃ tunc mortuus fuit subito diuino iudicio. & hoc fuit scitum per nuncios qui fre/ quenter mittebantur de Hierusalem ad transmigratos in Babylonem qui interrogati ab illis quibus Ezechiel narrauerat suam uisionem ut habetur in fine huius capituli responderũt q̃ eodem tempore & eadem hora mortuus fuerat: sicut Ezechiel dixerat. & cecidi in faciem meam ad deprecandum dominum ne multiplicaretur exterminiũ. Et factum est Hic consequenter ponitur cõsolatio eorum qui transmigrauerant cum dicitur: fili hominis fratres tui id est Iudei tecum in Babylonem ducti uiri propinqui tui quia inter eos erant aliqui qui erant de genere sacerdotali: sicut & ipse Ezechiel & omnis domus Israel quia de regno. x. tribuum aliqui euadentes manus Salmanasar postea uenerunt in regnũ Iude ut dictum fuit. iii. Reg. quorum aliqui cũ Iechonia Rege fuerunt in Babylonem ducti. quibus dixerunt id est de quibus dixerunt: habi/ tatores Hierusalem. reputãtes eos miseros & se felices ut dictũ est in principio huius. longe recedite a domino reputabant enim eos a dño electos & derelictos. nobis data est terra in possessionem. quia credebant secure uiuere in Hierusalem ut p̃dictũ est. Propterea hec dicit dñs deus id est propter eoꝝ insultationẽ. ero uobis in cõsolationẽ Ideo subditur de transmigratis ero eis in sanctificationem modicam in terris ad quas uenerunt. qa per Danielẽ & sotios eius qui fuerunt positi sup negotia regni Babylõis ut habetur Dañ. secũdo Iudei ibi habitantes fuerunt sustentati in aliquo & consolati & postea per Mardocheum tempore Assueri ut habetur libro Hester. congregabo uos de populis tempore Cyri: qui dedit licẽtiam redeundi in Iudeam & auferẽt omnes offensiones id est idolatras. post reditũ captiuitatis Babylonice non legit ille populus idolatrasse nisi aliqui pauci tempore Antiochi qui ad hoc coegit Iudeos ꝑmo & scd̃o Macha. & dabo eis cor unũ. ad seruiendũ uni deo celi. & spiritum nouum. auferẽdo

ab eis uoluntatem patrum suorum qui fuerunt ad idolatriam proni. & auferam cor lapideum id est durum ad recipiendum disciplinam domini & Prophetarum. & dabo eis cor carneū id est tenerum & dispositum ad recipiēdum ut patet primo Esd. cuius doctrinam receperunt ualde deuote. quorum autem corpus offendicula id est paratū ad deum offendendum quale erat cor in Hierusalem habitantium ut patet p̄ p̄dicta: horum uiam in capite suo ponam. reddendo eis debitam penam. Et eleuauerunt. Hic ultimo ponitur uisionis huius relatio. premittitur tamen recessus diuine protectionis a Hierusalem cū dicit. & eleuauerunt Cherubin alas suas ad uolandum extra tēplum in quo erant: ut patet per predicta. & ascendit gloria domini de medio ciuitatis signi/ficans subtractionem diuine protectionis. stetitq; super montem. s. oliuarum qui uno miliari distat a Hierusalem ut habetur Act. p̄mo & spiritus leuauit me etc. uisione. n. imaginaria uidebat sibi de Hierusalem in Babylonem reduci. & sublata est a me uisio id est raptus mētis & sic uidit se esse cum senibus sedentibus coram eo ut habetur supra octauo ca. Ideo subditur: & locutus sum ad transmigrationem id est ad Iudeos trans/migratos in Chaldeam omnia uerba dñi que ostenderat mihi. retulit enim eis uisionem imaginariam p̄dictam & eius intellectū. & significationē.

XII.

ET factus est. Hic cōsequenter describitur punitio Principum. Et diuiditur in duas partes scilicet principalem & incidentalem. secūda ibi & factus est. Primum autem fit sub parabola facti. & ideo primo parabola ponitur. Secundo exponit ibi & factus est parabola uero facti est: quando fit aliquid ad significādum aliq̄d factū sicut parabola uerbi quando per unum uerbum intelligitur aliquid. primo ergo dicit fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas. quia plures eoq̄ nolebāt credere uerbis Hieremie de destructione Hierusalem futura. qui oculos habent scilicet carnis & non uiderunt id est non intelligunt oculis mentis. tu ergo fili hominis fac tibi ut per sensibile factum manu ducātur ad intelligēdum uasa transmigrationis id ē instrumēta transmigrantibus apta sicut baculum & peram & similia. & transmigrabis per diem: ut sic uideāt te transire de loco tuo ad alium. & efferes foras uasa tua. repetitio est eiusdē sentētie ad maiorem assertionem. tu autē egredieris uespere etc. per hoc enī designat fuga Sedechie & bellatorum eius de Hierusalem in ciuitatis captiōe ante oculos eoq̄ perfode tibi parietem etc. per hoc designabatur q̄ exierunt per locum absconditum: & per uiam subterraneam: ut dictum fuit Hiere. xxix. & quarto Regum ultimo. In humeris portaberis etc. per hoc designatur excecatio Sedechie qui exoculatus fuit & sic non poterat incedere: nisi appodiando se super humerum ducentis & ad idem facit q̄ subditur: faciem tuam uelabis etc. & subditur causa quia portentum dedi te. in signum futuri mali Sedechie. Consequenter ponitur obedientia Prophete cū dicitur: feci ergo sicut p̄ceperat mihi. & patet littera ex dictis. Et factus est. Hic cōsequēter ponitur parabola dicta eo modo quo iam dictum est quātum ad sententiam. aliqua tamen adduntur: que exponentur. nunquid non dixerunt. q. d. ita quesierunt a te. quid tu facis id est quid significat hoc factum tuum. dic ad eos huius facti intellectum super Ducem onus istud. i. super Sedechiam: & super omnem domum Israel etc. quia capta ciuitate & duce non poterat populo bene esse: cetera patent usq; ibi parietem perfodient: quia introitus uie subterranee erat obscurus uel quia inter illum introitū & Regem erat murus quem oportebat perforari anteq̄ possent illam uiā subterraneā ingredi. facies eius operietur etc. per hoc designat excecatio Sedechie. uel qa quādo fuit captus a Chaldeis uelauerunt oculos eius: sicut solet fieri hominibus morte dignis. & extendam rete meum super eum etc. id est exercitum Chaldeorum qui insequens

cepit eum & adducam eum in Babylonem uinctum & captiuum. & ipsam non uidebit quia ante fuerat excecatus q̃rto Reg. ultimo. ibiq; morietur. tamen fuit honorifice sepultus ut habetur Hiere. xxxiii. & oñes qui circa eũ sunt. Principes & bellatores dispergam. quia pro maiori parte fugerunt eum relinquentes & gladium euaginabo post eos. hoc dicit̃ propter Iohannam filiũ Charee & alios qui fugerunt in Egyptũ. contra consilium Hieremie ut habetur Hiere. xlii. & ibi fuerunt occisi per Chaldeos qui ceperunt Egyptum. relinquam ex eis uiros paucos etc. hoc dicitur propter illos qui in uita fuerunt reseruati & in Chaldeam ducti. ut narrarent omnia scelera eorũ facto & uerbo. ex eorum enim miseria apparebant q̃ deũ suũ offenderant. & multi eorum penitentia ducti hoc idem uerbo fatebantur. & scient quia ego dominus. per experientiam mee potestatis & uindicte. Et factus est. hec est pars incidẽtalis in qua post miseriã Regis & Principũ huius occasione ponit̃ miseria plebis & primo denũciat̃ hec afflictio. Secũdo eius acceleratio ibi: & factus est. Circa primũ dicit̃ fili hominis panem tuũ in conturbatione. s. mentis & corporis comede etc. per hoc enim designat̃ miseria populi Hierosolymitani futura in obsidione quia ꝓpter defectum uictualiũ unus rapiebat ab alio cibum. & cum hoc uix habebat tempus comedẽdi qa oportebat eos quasi continue defendere murũ. & ciuitates que nunc habitãtur. circa Hierusalẽ in Iudea: desolate erũt. habitatoribus uacue. terraq; deserta ꝓpter defectũ culture. Et factus est. Hic consequenter describitur predicte uastationis acceleratio eo q̃ ibi increduli dicebãt ꝓphetias Hieremie & Ezechielis nunq̃ impleri. & hoc est qđ dicit̃: quod est prouerbiũ istud id est uerbũ uulgariter dictũ: in longũ differentur dies id ẽ tempus impletionis non ueniet. Ideo sequitur: & peribit omnis uisio. frustrata effectu suo. Ideo dic ad eos asserendo contrarium: quiescere faciam prouerbiũ istud inducẽdo in eorũ oculis effectum. non enim erit ultra omnis uisio cassa. sic littera est ordinãda: omnis uisio non erit ultra cassa id est nulla uisio prophetica frustrabit̃ effectu intẽto quia negatio post posita signo uniuersali facit equipollere suo contrario. & sic omnis non & nullus equipollent neq; diuinatio id est denunciatio futuri ex reuelatione dei ambigua: quia cito implebitur effectu Ideo sequitur: non prolongabitur amplius sed in diebus uestris etc. ab hoc enim tempore nõ fluxerunt sex anni integri usq; ad des/ tructionem Hierusalem ut patet ex dictis supra in principio octaui ca. Et factus ẽ sermo dñi. Hic consequenter ostenditur acceleratio impletionis prophetie Ezechielis cuius prophetia erat cõformis prophetie Hieremie de destructione ciuitatis & populi captiuitate & patet sententia ex dictis.

.XIII.

ET factus est. Hic cõsequenter Ezechiel prophetizat contra falsos Prophetas & primo contra sexum uirilem. Secundo cõtra muliebrem ibi & tu fili hominis. Prima in duas quia primo ponit̃ Pseudo prophetaꝝ culpa. Scđo denũciatur eorum pena ibi propterea. Circa primũ dicit̃ uaticinare ad Prophetas. s. falsos Ideo subdit̃: & dices prophetantibus de corde suo id est de sua fictione non ex diuina reuelatione: Ideo subditur quasi uulpes in desertis etc. Est autem uulpes animal dolosum intendẽs deceptioni autum sic isti Prophete intendebant ad deceptionẽ simpliciũ. Ideo arguit eos. d. non ascendistis ex aduerso. populi peccata arguendo nec opposuistis uos murũ pro peccatoribus feruẽter orando: ut staretis in prelio. percussionem domini uestris meritis auertendo. uident uana. mutat modum loquendi de secunda pson ad tertiã. dicentes ait dominus. ut in modo loquendi cõformarẽt se ueris Prophetis ad facilius decipiendum. & perseuerauerunt cõfirmare sermonẽ. idem pluries & pluribus diebus repetendo. uel dictum suum falsum iuramento firmando, nunqd non uisionẽ cassam

uidistis? q. d. sic. Propterea Hic consequēter ponit pena. & primo sic ꝓphetantiū. Secundo eis credentiū ibi: & ipse. Circa primū dicit propterea id est ꝓpter mendacia Prophetarum ecce ego ad uos scilicet punitēdos & erit manus mea id est uindicte mee potentia super Prophetas. s. falsos in consilio populi mei non erunt id est in cetu reuertentiū de Babylone scilicet in personis suis nec in filiis ab eis ꝓcreatis. & in scr̄ptura domus Israel non scribentur. redeuntes enim de Babylone habuerunt genealogias suas descriptas ut sic singuli redirent ad hereditates patrum suorum ut habet. 1. Esd. nec in terra Israel ingredientur cū reuertentibus de Babylone sic exponit hec littera communiter. Sed quia redeuntes de Babylone in Iudeā fuerunt in magna afflictiōe & in seruitute ideo bonum redeuntium non uidetur fuisse tantū: q̄ illius boni ꝑuatio esset sufficiens istoꝝ falsorum Prophetarum punitio. Ideo uidetur mihi: q̄ sic debeat intelligi saltem principaliter: in cōsilio populi mei nō erunt. id est in societate supnoꝝ ciuium. & in scriptura domus Israel non scribentur id est in libro uite in quo scribunt electi. nec in terram Israel ingredientur id est in terram uiuētium per quā intelligit celestis habitatio ubi mors nō habet locū dicentes pax. sicut enim dicebant populo q̄ nullo modo habebant dubitare de aduentu Regis Babylonis super eum quod tamen erat falsum. Et ipse. Hic consequenter ponitur pena credentium falsis Prophetis cum dicitur: & ipse. s. populus meus edificabat parietē id est Hierusalem ut dicit Ra. Sa. in qua populus edificabat ita secure ac si deberet ibi semper manere. illi autem. s. Prophete falsi liniebant eum. id est uerbis adulatoris populo applaudebant. aliter exponit ut per parietē intelligat cōgeries peccatorum & maxime in cultu idolorum in quo falsi Prophete suis adulationibus nutriebant populū. & ideo denunciat casus edificii huius cum dicitur: erit enim hymber inundans id est exercitus Chaldeorū abundās in bellatoribus uiris sicut hymber ī guttis. & dabo lapides ꝑgrandes. 1. exercitus Principes & desuper irruentes id est fortiter incitantes cuneos suos ad destructionem murorum. & uentum procelle dissipātem id est Nabuc. Regem. siquidem ecce cecidit paries id est Hierusalem & altaria idolorum ibi edificata. nunquid non dicetur uobis improperando ubi est litura quā linistis? q. d. apparet falsitas in adulatiōibus uestris & erumpere faciam spiritum tempestatum id est Nabuc. quem prius uocauit uentum procelle & patent cetera ex dictis. est enim repetitio eiusdem sententie ad maiorem assertionem usq; ibi: reuelabitur fundamētum eius. Chaldei enim ruinauerunt muros Hierusalem in aliquibus locis ut sic facerent eos ruere. Et complebo indignationem meam id est effectum uindicte mee in pariete & patet ex dictis sententia. Et tu. Hic consequenter propbetizat contra falsas Prophetissas. & diuiditur in duas partes. quia primo ponitur earum culpa. & sc̄do pena ibi propter hoc. Circa primum dicitur fili hominis pone faciem tuam. ostendendo diuinam indignationem contra filias id est falsas Prophetissas que ꝓphetizāt de corde suo & nō spiritu diuino. Veh q cōsumit puluillos etc. hoc dupliciter exponitur: Vno modo ut per puluillos & ceruicalia intelligantur uerba adulatoria & mendacia que dicebant iste mulieres malis hominibus & idolatris. Alio modo intelligendo puluillos & ceruicalia ad litteram. prophete enī ueri non solum propberabant uerbis sed etiam factis & sensibilibus signis sicut Hieremias posuit carbenas in collo suo ad significandum captiuitatem futuram Hiere. xxvii. & eodem modo Prophete falsi faciebant eos imitantes sicut Sedechias fecit sibi cornua ferrea tertio Regum. xxii. & eodem modo false Prophetisse faciebant puluillos & ceruicalia facientes homines accumbere super ea dicentes sic potestis dormire secure & quiete non timentes in aliquo de aduentu Chaldeorum. sub capite uniuerse etatis id ē

hominum cuiuslibet etatis. ad capiendas animas id est decipiendas suis mendaciis: & uiolabunt me ad populum meum id est cogēt me ad puniendū ipm nec ē intelligendū q uiolentia seu coactio cadat in deo. sed hoc dicitur ad denotandum q nō uult per se malū pene sed per accidēs scilicet propter ordinem sue iusticie cum eius proprium sit misereri & parcere. ppter pugillum hordei id est propter uilem questū talia faciebāt ut interficerent animas que nō moriūtur. Iustis enī uiuentibus in domino & nihil eis dantibus prophetabant mortem & infortunia & ideo in iustis qui per peccatum sunt mortui prophetabant uitam & prospera propter eoꝝ dona. Propter hec Hic ponit earum pena cum dicitur ecce ego ad pulullos uestros id est ad facta uestra punienda quibus capitis id est decipitis animas uolātes id est animas que deberēt eleuari ad cognitionem diuinorum. & loquitur de eis ad modū uolatiliū que accedētia ad instrumēta aucupis in q̄bus sunt aliq̄ attrahentia ut grana & huiusmodi illic descendūt & capiunt retibus suis: sic isti attendētes ad uerba Prophetissaꝝ decipiebant ab eis. & erūpam eos de brachiis uestris id est taliter puniā uos qđ nō poteritis talia facere nec populū meum decipere & scietis quia ego dominus per experientiam mee uindicte. pro eo q merere fecistis cor iusti quantum in uobis fuit infortunia sibi propherando quē ego nō cōtristaui id est nō disposui talia inferre sibi. & cōfortastis manus impii ppbetādo sibi bona & non reuerteretur a uia sua mala: per hoc enim nutriebatur in malo suo ut uiueret scilicet si a peccatis suis peniteret. propterea uana non uidebitis: qa auferā uos de uita presenti ita q populū meū decipere nō poteritis. .XIIII.

ET uenerunt supra descripta est Hierosolymitarum uastatio: hic ponitur transmigratorum consolatio. Et diuiditur in duas partes quia primo ponitur utilis monitio. Et secundo subditur ipsa consolatio ibi: & factus est. Monitio autem utilis est q querant diuinum responsum a Prophetis falsis & ideo diuiditur in tres partes: qa primo ponitur impedimenti ostensio. Secundo subditur eius remotio ibi propterea. & tertio falsitatis punitio ibi. propheta. Impedimentum autē diuini responsi ē ipm querere ficticie utpote ad temptandū Prophete ueritatē: uel qa querit eius responsum ppter curiositatem & non propter uite proprie emendationē. & tales erant de quibus hic dicit & uenerunt ad me uiri etc. Ideo sequitur: uiri isti posuerunt in mundicias suas id est firmiter proposuerunt perseuerare in eis. & scādalum iniquitatis sue. id est iniquitatē suam que prebet aliis ruendi occasionem. statuerunt contra faciem suam. habētes eā in iugi memoria ad iterandum eam. nunquid interrogatus respondebo eis. q.d. non ad uotum suum quia indigni sunt: eo q non querūt intentione recta: sed peruersa. cetera patēt ex dictis usq; ibi: ego dominus respōdebo ei in multitudine immunditiaꝝ suarum id est secundum demeritum sue immūdicie. & illud meritum est q sibi nō respondeatur. aliquando enim ponitur affirmatio pro negatione sicut cum dicitur alicui male petenti Ironice ego faciam: quod petis. uel si respondeatur ei: respondebitur ita obscure: qđ nō intelliget. ut capiat domus Israel in corde suo etc. Istud ut non teneat causaliter quia deus non potest esse causa mali culpe: sed consecutiue ad hoc enim q deus respondet male petenti uel obscurū responsum dat ei sequit: q remanet in errore suo. Propterea Hic consequenter ponitur huius impedimenti remotio: cum subditur: conuertimini & recedite ab idolis uestris per ueram penitentiam & perfectam: & sic supple habebitis bonum & claꝝ responsum. quia homo id est quilibet homo de domo Israel inde natiuus & de Proselitis id est de gētilibus cōuersis ad Iudaismū si alienatus fuerit a me per idolatriam: & posuerit idola sua in corde suo. firmiter proponens ea colere: & uenerit ad Prophetam scilicet uerum: ego dominus respondebo ei pro me:

et non per Propheram. & iſta reſponſio erit ſue iniquitatiſ punitio. Ideo ſubditur: et ponam faciem meam ſuper hominē illum ad peccata ſua diiudicādum & ad puniendū Ideo ſequitur: & faciam eum in exercitū. ſ. terroriſ uidentibuſ eiuſ punitionem. & in prouerbium ita ꝙ in maledictione alicuiuſ dicetur cōmuniter. ſic faciat tibi dominuſ ſicut illi. Et Propheta. Hic conſequenter ponitur falſe prophetie punitio tam ex parte interrogantiſ q̄ ex parte reſpondentiſ: cum dicitur: & Propheta ſcilicet falſuſ cū errauerit a ſpiritu maligno ex ſuo demerito deceptuſ & locutuſ fuerit uerbum. ſ. falſū: ego dominuſ decepi Prophetam illum id eſt decipi permiſi: & extendam manum meā id eſt uirtutem meam: ſuper eum. ad ipſum puniendum. Ideo ſubditur: & delebo eum in perſona propria & poſteritate ſua. & portabunt iniquitatem ſuam. ſ. Propheta & interroganſ ipſum: Ideo ſubditur: iuxta iniquitatē interrogātiſ id eſt iniq̄taſ utriuſq; punietur. grauiuſ tñ iniquitaſ Prophete q̄a maior eſt ut nō erret ultra domuſ Iſrael per talem Prophetā decepta. ſed ſit mihi in populum cultum latrie exhibendo & ego ſim eiſ in deum in uiam ſalutiſ dirigendo. Et factuſ eſt Hic conſequenter ponitur tranſmigratorum conſolatio. Sciendum tñ ꝙ expoſitoreſ Latini cōmuniter exponūt reſiduū huiuſ capituli cōtra habitatoreſ Hieruſalē & Iudee dicenteſ qđ ibi excludiē ab eiſ remedium ſpatum eo ꝙ confidebant liberari a comminationibuſ Hieremie per merita antiquorum patrum. & hoc remoueē ab eiſ per hoc qđ dicit: ꝙ ſi Noe Daniel & Iob qui fuerunt ualde iuſti eſſent inter eoſ pro eiſ oranteſ: non liberarent eoſ: ſed tantum ſeipſoſ. Sed littera non uidetur ad hoc cōcordare in fi. c. ſed magiſ diſcordare propter quod Ra. Sa. aliter exponit. d. ꝙ deuſ hic diſtinguit inter punitionē gētiliū & Iudeorum. ſ. ꝙ ſi pro peccatiſ alicuiuſ terre uel ciuitatiſ gentilium deuſ inferat unā de quattuor plagiſ hic enumeratiſ ad eiuſ deſtructionem: ſi Noe Daniel & Iob eſſent ibi: non liberarent populum ſed ſeipſoſ tātum. & ciuitaſ uel terra funditus deſtrueret abſq; reparatione: ſicut habet Ge. xix. de ſubuerſione Sodome aqua fuerūt liberati tantum treſ iuſti. ſ. Loth cum duabuſ filiabuſ ſuiſ. Sed ſi omneſ quattuor plagaſ hic enumerataſ inducat ſuper Hieruſalem ad eiuſ deſtructionem aliqui tñ reſeruabunt in uita ad ciuitatiſ futuram reparationem. & ſic factum eſt: quia Zorobabel nepoſ Iechonie fuit Dux redeuntiū de Babylone ſub quo edificatum eſt templum & poſtea ciuitaſ ſub Neemia. & hoc dictum fuit ad magnam cōſolationem tranſmigratorum. Igitur applicando litteram ad hanc ſententiā reſiduū huiuſ. c. in duaſ parteſ diuiditur quia primo ponitur moduſ punitionis terre gentilium. Secundo Iudeoꝝ ibi quoniam hec dicit. Circa primum dicitur in perſona domini terra ſcilicet gentiliū. cū peccauerit mihi ut p̄uaricetur preuaricanſ. exaggerando peccata peccatiſ extendam manū meā ſup eam. ad ipſam puniendā. & conteram uirgā paniſ id eſt ſuſtentam̄tum cuiuſlibet cibi qui nomine paniſ intelligit in ſcriptura. & hec eſt prima plaga ſcilicet famis. Noe Daniel & Iob iſti treſ pre ceteriſ patribuſ hic nominantur: quia ſuiſ orationibuſ non ſaluauerunt aliоſ. Noe enim non liberauit orationibuſ ſuiſ orbē a diluuio. ſeptē autē perſone cum eo ſaluate fuerūt. propter iuſticiā ſuā & ut per eaſ multiplicaret genuſ humanum. ſimiliter Daniel ſuiſ orationibuſ non liberauit Hieruſalem a deſtructione nec Iob filioſ ſuoſ & filiaſ a morte. ipſi iuſticia ſua liberabunt animaſ ſuaſ tantum. Conſequenter ponitur plaga ſecunda cum dicitur: quod ſi beſtiaſ peſſimaſ ut leoneſ & ſerpenteſ & draconeſ a quibuſ nullo modo ſe poſſint hominеſ defendere. cetera patēt ex dictiſ. Conſequenter ponitur plaga tertia cum dicitur uel ſi gladium induxero ſuper terram illam ſcilicet gentilium & dixero gladio. i. bellatoribuſ utentibuſ gladio: cetera patent ex dictiſ. Conſequenter ponitur quarta plaga cum dicitur: ſi autē &

pestilentiam immisero id est generalem mortalitatem ex corruptione aeris & effudero indignationē meā. i. effectū uindicte mee in sāguine. i. in destructiōe uite generalis eo ꝙ uita cōsistit in sanguine scām ꝙ dicit Leuit. xvii. Anima oīs carnis in sāguine est. cetera patent ex predictis. Quoniam hec dicit. Hic consequēter ponit modus puniendi Hierusalem ꝙ & si quattuor iudicia pessima id est effectus uindicte mee p̄/ dictos ideo subditur gladio etc. immissus in Hierusalem. simul sicut & factum fuit in obsidione per Chaldeos ut dictum est supra. v. ca. tamen relinquetur in ea saluatio scilicet aliquorum quorum filii & filie reedificabunt ciuitatem. & eam inhabitabunt: sicut factū fuit sub Zorobabel Duce & Neemia ut predictū est & non fit hic mētio de patribus tribus predictis Noe Daniel & Iob. ad significādum ꝙ etiam sine meritis patrum deus hoc faceret: ut dicit Ra. Sa. eo ꝙ elegit ciuitatem illam ad suum cultū. Vnde licet bis fuerit euersa funditus. tamen fuit bis reedificata & adhuc stat. ecce ipsi egredientur ad uos id est illi qui reseruabunt̄ uiui destructa Hierusalem p̄ Chaldeos uenient ad uos transmigratos quia ducti fuerunt in Babylonem ut habetur. iiii. Re. ultimo & uidebitis uiam eorum & adinuentiones id est peccata per effectum pene a deo imposite. & consolabimini super malo qđ induxi in Hierusalem id est illud malū erit uobis occasio consolationis cōtra hoc ꝙ dolebatis uos tradidisse Chaldeis de cōsilio Hieremie qa per hoc uidebitis uos euasisse maius malū sine cō paratiōe. & cōsolabunt̄ uos dicentes uos fuisse beatos respectu eorū. & cognoscetis ꝙ non frustra fecerim etc. potio enim amara non dicitur esse frustra: quando ex hoc sequit̄ sanitas. similiter nec illa dura pena a deo inflicta super Hierusalem: quia hoc fuit ad declarationē diuine iusticie & ad correctionem populi. & qa hoc fecerunt prius transmigrati: Ideo fuerūt consolati.

.XV.

Et factus est: Superius descripta est ipsius Hierusalem & populi uastatio Hic consequenter ponitur dicte deuastatiōis ratio que est multiplicatio flagitiorum in Hierusalem & hoc describitur sub. x. metaphoris & secundum hoc diuidit̄ in nouē partes que patebunt litteram prosequendo. Prima aūt est de ligno uitis. Circa quod sciendum ꝙ multiplicatio peccatorum diminuit habilitatem liberi arbitrii ad bonum. & quando talis multiplicatio multū inualescit: uidetur homo totaliter habilis ad bonū secundum quod dicitur Prouer. xviii. Impius cum in profundum peccatorū ꝙ uenerit: contemnit. & hoc significatur fuisse in populo Iude per metaphoram ligni precisi de uite qđ non est ad aliquod opus utile. sed tantum ad incendiū. & secundū hoc patet littera huius ca. paucis exceptis que discurrentur. aut fabricabitur de ea paxillus id ē cauilla ad suspendendum uas etiam modici ponderis. q. d. non. diuiditur tñ hoc. c. in duas partes quia primo parabola prelibatur: Secundo ad propositum applicatur ibi propterea. Circa primum occurrit exponendū utranq; partem eius consumpsit ignis id est statim deponitur in igne & totum cōburitur. & medietas eius id est magna pars redacta est in fauillam. quia non remanēt etiam carbones nisi pauci & modici. nunqd utile erit ad opus? scilicet post combustionem. q. d. non. quia etiam ante non erat. sic exponunt aliqui. In Hebreo habetur sic: duas extremitates eius comedit ignis & sic patet illud quod dicitur in translatione nostra utranq; partem eius consumpsit ignis. per utranq; partem intelliguntur due extremitates qđ sic applicant ad propositum expositores Latini dicentes ꝙ per medium intelligitur populus melior & fortior qui cum Iechonia translatus fuit in Babylonem ut habetur Here. xxiii. per extrema uero residuum populi ꝙ remāsit sub Sedechia Rege qa isti & illi fuerūt in afflictiōe que per combustionem intelligitur sicut quodlibet penale seu afflictiuū nomine ignis

designatur. Ra. Sa. aliter applicat .d. ꝙ duo extrema intelliguntur illi qui primo fuerunt translati in Babylonem capto Ioacim filio Iosie. secundū qđ habetur Dañ. primo & illi qui postea fuerunt translati cum Iechonia eius filio qui proprie dicuntur transmigratio. per medium uero ligni quod fortius cōburitur q̄ extremitates eo ꝙ est in medio ignis intelligitur populus qui fuit sub Sedechia quia fuit grauius afflictus predictis: uidelicet fame gladio peste captiuitate ut patet per supradicta. & hec ap/plicatio rationabilior uidetur q̄ ꝑma. Propterea hic consequenter ponit̄ applicatio parabole ad propositū & ex dictis patet sententia usq; ibi: de igne egredient̄ & ignis consumet eos id est si euaserint unā penā incident in aliā. hoc dicit̄ propter Iohannā filium Charee & alios qui post destructionem ciuitatis fugerunt in Egyptum contra consiliū Hieremie & hoc timore gladi Regis Babylonis ut habetur Hieremie. xliii. & gladio Regis Babylonis consumpti fuerunt. cetera patent. .XVI.

ET factus est. Hec est secūda pars in qua flagitia populi Iude describuntur sub metaphora mulieris nate pauperrime & a uiro magno misericorditer educate & tandem ornate & sibi matrimonialiter desponsate que tamen omnīū ingrata exponit se omni adulterationi inuerecunde. Et secundum hoc presens ca. in tres partes diuidit̄ quia primo ponitur paupertas nascentis. Secundo pietas educantis & desponsantis ibi. transiens autem. Tertio ultitas adulterātis ibi. & habens fiduciam. Circa primū dicit̄ & notas fac Hierusalem id est populo regni Iuda abominatiōes suas subsequenti me/taphora. Radix tua & generatio de terra Chananea. qđ exponunt aliqui dicentes ꝙ terra Chananea dicitur terra Egypti quia Mesraim a quo denominatur Egyptus fuit filius Cham ut habetur Geñ. x. & in Hebreo Egyptus Mesraim nominat̄ ubiq; in ueteri testamēto. dicitur autem generatio populi Iude de Egypto: eo ꝙ pauci qui cum Iacob in Egyptum descenderunt illic in magna multitudine creuerunt: ut habet̄ Exo. primo. Sed huic expositioni non uidetur bene consonare quod subditur: pater tuus Ammorreus quia secundum precedentem expositionem deberet dici Egyptius. Et ideo Ra. Sa. aliter exponit uidelicet ꝙ hic ad litteram accipitur terra Chanaan in qua peregrinatus fuit Abraham pater huius populi. Vnde in Hebreo sic habetur mansiones tue ubi nos habemus radix tua: quia Abraham in terra Chanaā transiuit de loco ad locum. per diuersas mansiones sicut aduena & peregrinus ut patet in Geñ. in pluribus locis: Ideo subditur. Pater tuus Ammorreus id est Abraham qui dicit̄ Am/morreus non natione sed cohabitatiōe eo ꝙ habitabat Ammorreus in terra illa & in parte dominabatur. & mater tua Cethea id est Sarra eo ꝙ sepulta fuit in terra filiorū Heth qui erant de Cethei & quod dictum est de Abraham patre Iudeorū potest dici de Isaac & Iacob: qui similiter dicūtur patres eorum. & de uxoribus suis. s. Rebecca & Lya que sepulte fuerunt in spelunca duplici cum Sarra. Sed adhuc hec expositio non consonat ei: quod infra dicitur eo. c. sicut mater ita & filia. quod secundū oēs Hebreos & Latinos intelligit̄ de imitatiōe in idolatria. Sarra uero nō fuit idolatra. sed fidelis. & ideo dicendum ꝙ per patrem & matrē intelligit̄ populus qui ante filios Israel habitauit in terra Chanaan cui successit in hereditate sicut proles parentibus. modus tamen succedendi fuit uiolentus. imitatus etiam fuit Israel populum Chanaan in idolatria ut patet quarto Regum. In illo uero populo aliqui erant Ammorrei: & quantum ad hoc dicitur. pater tuus Ammorreus. & aliqui Cethei & sic dicitur mater tua Cethea. & dicitur pater ratione masculorum & mater ratione feminarū. & quādo nata es. tempus natiuitatis huius populi fuit in exitu de Egypto: quia tunc proprie incepit esse populus ante enim ingressum Egypti ita pauci fuerunt: ꝙ non poterant

conuenīēter dici populuſ. & poſt ingreſſum fuerūt in dura ſeruitute detēti ꝙ ſimiliter eſt contra rationem populi ab alio diſtincti eo ꝙ ſeruuſ eſt reſ dñi ſui. In exitu uero de Egypto fuit datuſ libertati: & data ē eis lex ſpecialis in monte Synai tanq̄ populo ab aliis diſtincto. non eſt preciſuſ umbilicuſ tuuſ etc. loquitur de illa gente per modū femine de nouo nate cuius primo preſcinditur umbilicuſ per quem fetuſ attrahit ali/mentum a matre q̄diu ē in utero eiuſ: & poſt lauat̄ a ſanguine & ſalit̄: ad deſiccationē & obturationem abſciſſionis & inuoluitur pannis quia pueri de nouo nati aliter non poſſint nutriri. Dicitur autem hic ꝙ talia non ſunt facta populo Iudaico predicto in ortu ſuo & per negationem preciſionis umbilici intelligitur ꝙ ille populuſ tunc nō fuit totaliter ab idolatria ſeparatuſ. qđ patet ex eo ꝙ cito poſt hoc uitulū cōflatilem adorauit. per negationem lotionis defectuſ uere contritionis de p̄teritis. p negationē ſalis defectuſ ſapientie ſalutaris nec inuoluta pannis ſcilicet uirtutum. non pepercit ſuper te oculuſ. quia Egyptii populum ualde dure tractauerunt in Egypto & poſt exitum perſecuti ſunt ad mortem Exodi. xiiii. ſed proiecta eſ ſup faciem terre quia ex una parte cōcluſi erant deſerto: ex altera mari: ut habet̄ ibidē. in abiectiōe anime ex hoc enim credebant Egyptii eoſ interficere & ita fuiſſet: niſi deuſ ſua miſericordia impediuiſſet. Tranſiens autem Hic conſequenter ponitur miſericordia dei educātis ornantis & deſponſantis primum ponitur cum dicitur tranſiens autem per te nō quia in deo fuerit motuſ: ſed quia ſcriptura loquitur de deo ad modum hominis tranſeūtis per uiam: & puero a matre derelicto compatientis ideo ſubditur. uidi te. oculo miſe/ricordie. conculcari in ſanguine tuo id eſt prope effuſionē ſanguinis tui modo p̄dicto. & dixi tibi cum eſſes in tali periculo: uiue: quia ſeruaui uitam tuam per mare Rubrū te educendo. dixi inq̄ etc. repetitio eſt eiuſdem ad maiorē expreſſionem. multiplicatā quaſi germen agri dedi te: multiplicando in diuitis in prole. & grandis effecta: loquit̄ enim de populo Iſrael ad modum puelle per nutritionem ad augmentum deducte. & ingreſſa eſ ſcilicet tēpuſ pubertatis & facta eſ nubilis & peruenisti ad mundū muliebrē id eſt ad tempuſ quo ſolent puelle nubiles ornari. ubera tua etc. tpe enim pubertatis intumeſcunt ubera & pili germinant. Et eras nuda. Hic ſecūdo ponit̄ pietas ornātis & deſpōſantis cuius ornatuſ oſtendit̄ p̄mo neceſſitas cū dicitur & eras nuda uirtutibus & per conſequens confuſione plena. turpiuſ eſt enim mulieribus nudas eſſe q̄ uiris. & tranſiui per te condeſcendendo nuditati tue. & ecce tempuſ tuum tempuſ amantium. quia oſtendi tibi dilectionem ſponſi ad ſpōſam. & expandi amictum meum ſuper te. ſcilicet nubem contra eſtum ſolis te protegentem. operui ignominiam tuam dādo tibi libertatem contra ignominiam ſeruitutis qua ſeruieras in Egypto. & iuraui tibi etc. id eſt accepi te in uxorē in Synai dādo tibi legē. & facta eſ mihi obligata & alligata pre ceteris populis. & laui te aqua etc. mundando te a peccato idolatrie erga uitulum conflatilem. & unxi te oculo gratie mee & ueſtiui te diſcoloribus etc. per iſta ornamēta intelligitur tabernaculum federis quod precepit ſibi fieri in ſignū recōciliationis poſt adorationē uituli cōflatilis. cortine uero tabernaculi erāt pluribus coloribus decorate. & calcaui te byacintho etc. per hoc intelliguntur ſummi ſacerdotis ornamenta qui erat inſtitutuſ ad orandum pro toto populo. & induite ſubtilibus: ornamenta enim pontificis fuerunt ualde ſubtiliter facta ut patet Exodi. xxviii. & dedi armillas in manibus tuis quia manus eiuſ fuerunt conſecrate & torquem circa collum tuum id eſt rationale iudicii quod erat in pectore ſummi ſacerdotis. & dedi inaurem ſuper os tuū id eſt ornamentum legis qđ debet eſſe in ore ſacerdotis: & circuloſ in auribus tuis id ē duoſ lapideſ onychinoſ in ſuperhumerali exiſtenteſ ſub auribus ſummi ſacerdotis ex

utraq; parte. & coronā decoriſ tui in capite tuo. i. mitram in capite ſummi ſacerdotiſ. & ornata eſ auro etc. oīa enim iſta erant in ornamentiſ & ueſtibuſ pontificiſ. ſimilā & mel etc. omnia enī iſta dedit deuſ populo in abundantia introducendo eoſ in terrā promiſſionis que dicit manāſ lacte & melle. Exo. iii. & decora facta eſ uehementer. ſuperatiſ Chananeis. & profeciſti in regnum tempore Dauid & Salomóiſ. & egreſſum eſt nomen tuum in genteſ. omneſ enim Regeſ terre deſiderabant uidere Salomonem & etuſ ſapientiam audire. quia perfecta eraſ in decore meo. q. d. iſta non habuiſti ex te uel ex meritiſ tuiſ ſed ex mera gratia mea. Et habenſ fiduciam. Hic conſequenter ponitur uilitaſ fornicantiſ. populuſ enim Iſrael ingratuſ de boniſ p̄dictiſ tanq̄ mulier fornicaria & adultera expoſuit ſe oībuſ idolatriis. Ideo diuidit in duaſ parteſ: quia primo ponitur idolatrie culpa abſolute. Secundo comparatiue ibi ecce omniſ. Prima in duaſ: quia primo ponitur culpa. Secundo pena ibi ecce ego. Circa primum dicitur & habēſ fiduciam in pulchritudine tua id eſt nimiſ cōfiſa & eleuata de boniſ p̄dictiſ a me tibi datiſ fornicata eſ in nomine tuo id eſt idolatrie expoſita ex tua malicia nō ex defectu meo & expoſuiſti fornicationē tuā omni tranſeunti. nullā idolatriā q̄cūcunq; uilem refutanſ ſed omnem amplectenſ & ſumenſ de ueſtimentiſ meiſ feciſti tibi excelſa. ornamenta diuino cultui deputata idolatrie applicando & non ſolum ornamenta ſed etiam uaſa ſacra: Ideo ſubditur: & tuliſti uaſa etc. imagineſ maſculinaſ. id eſt idola que uocantur hic imagineſ maſculine proſequendo parabolā de meretrice: que cū maſculiſ fornicat. Poteſt etiā hoc dici de idolo Priapi quod figurabat in imagine uiriliſ mēbri fuit enim quidā iuuenis de helleſponto habenſ mēbrū uirile ualde exceſſiuū reſpectu aliorū hominū propter quod a gētilibuſ fuit inter deoſ reputatuſ: qui omnia inſolita credebant aliquid habere numiniſ. & iſtud idolum colebatur in Hieruſalem. Vñ. iii. Reg. xv. dicitur: q̄ Rex Aſa matrem ſuam amouit ne eſſet p̄ncepſ in ſacriſ Priapi. & ſumpſiſti ueſtimēta tua multicoloria. ornando te in ueneratione idolorum. & oleum meum etc. id eſt illa que debebant mihi offerri: obtuliſti eiſ. oleum enim offerebatur in templo domini ad continuandum lucernaſ. & thymiama ad cremādum ſup altare incenſi & non ſolū ea que debebāt mihi offerri: ſed etiam illa. Vnde debebaſ nutriri: obtuliſti eiſ ſubtrahenſ ori tuo ex uehementi idolatrie deſiderio. Ideo ſubditur: ſimilā id eſt farinam tritici delicatiſſimam. quibuſ enutriui te id eſt que dedi ad nutrimentū tuum: poſuiſti in conſpectu eorum id eſt idolorum eiſ offerendo: in odorē ſuauitatiſ id eſt ut placareſ eoſ tibi. & tuliſti filioſ tuoſ: quod eſt grauiuſ p̄dictiſ quoſ generaſti mihi id eſt exiſtenſ mihi deſponſata: per legiſ ſuſceptionē. propter quod debuerunt deputari ad ſeruiendū mihi. & immolaſti eiſ id eſt idoliſ. ad deuorandū id eſt moriēdū pro ueneratione idolorum. hoc enim fiebat ſpecialiter idolo Moloch q̄d ſicut ſupra dictum eſt pluriēſ erat idolum ereum interiuſ concauum in cuiuſ concauitate fiebat ignis. & cum erat bene accenſum ponebatur puer in manibuſ idoli ubi cremabat. ſed tunc ſacerdoteſ percutiebant tympana: propter quod locuſ ille uocabatur Topheth quod in latino ſonat tympanum ne parenteſ puerorum offerenteſ audirēt clamorē pueri. & dolorem. ſed magiſ gauderēt credenteſ puerum ſine dolore ad felicem uitam tranſiſſe. nunq̄d parua eſt fornicatio tua. i. idolatria iſta. q. d. non. immo horribiliſ & maxima. ideo eā replicat. d. immolaſti filioſ etc. & poſt oīeſ abominatiōeſ p̄dictaſ non eſ recordata dierum adoleſcentie tue id eſt uilitatiſ & abiectioniſ in qua eraſ: quando a principio accepi te: ſicut expoſitum eſt ſupra eo. c. & accidit poſt omnem maliciam tuam ueh ueh tibi id eſt punitio ab Aſſyriis & iterum a Chaldeis. & edificaſti tibi lupanar id eſt templa pro idolatria in cunctiſ plateiſ etc. id eſt in locis cōmunibuſ

ubi poſſunt conuenire. & abominabilem feciſti decorem tuũ: qđ ante habebaſ. loquit enim de populo ſub metaphora meretricis que ex cõtinuatiõe & frequẽtia meretricii turpis redditur & abominabilis. & fornicata es cum filiis Egypti id est cum Egyptiis in idolatria communicando cum eis. magnarum carnium id est membroꝝ uirilium per quam magnitudinem metaphorice intelligitur idolatrie magnitudo. Ecce ego. posita idolatrie culpa Hic consequenter ponitur pena & diuiditur in tres partes quia p̃mo ponitur pena succincte. Secundo repetitur culpa idolatrie ibi & fornicata es. Tertio resumitur pena magis diffuse ibi: propterea. Circa primum dicitur. ecce ego extendã manum meam super te: ad te puniendum. & auferam iustificationẽ tuã id est templũ ubi offerebantur sacrificia pro peccatis iudeorum & per Chaldeos fuit incensum. iiii. Reg. ultimo. & dabo te in animã odiẽtium te. id est ad uoluntatem eorum. filiarum Palestinarum id est gentium de terra Phyliſtinoꝝ qui semper oderunt Iudeos. isti enim cum Chaldeis uenerunt ad destruendum Hierusalem. que erubescunt in uia tua scelerata id est erubescerent facere tã horribilia que feciſti. Et fornicata. hic resumit idolatrie culpa cum dicitur: & fornicata es in filiis Assyriorum cõmunicãdo idolatrie eorum de Rege Achaz. iiii. Regum. xvi. eo ꝙ nundum fueris expleta id est satiata idolatria. & multiplicaſti fornicationem tuam. id est idolatriam in terra Chanaan cũ Chaldeis eoꝝ idola colẽdo in Iudea. in quo mũdabo cor tuũ. q. d. tanta ẽ immũditia tua ꝙ non apparet uia mundandi te. quia fabricaſti lupanar id est templa pro cultu idolorum ut dictum est supra nec facta es q̃si meretrix fastidio frequentis cõcubitus augens p̃cium sui concubitus: sed q̃si mulier adultera que per legem es mihi despõsata que super uirum suum inducit alienos ad sui concubitum dando eis premium qđ est contra consuetudinem meretricum quod prouenit ex magna libidine adulterandi. sic populus Hierusalem & regni Iude dabat dona preciosa sacerdotibus afferẽtibus sibi idola gentium uaria. Propterea. hic resumitur pena magis diffuse cum dicitur: quia effusum est es tuũ. id est diuitie tue sunt consumpte in uitio idolatrie modis predictis. & reuelata ẽ ignominia tua. i. manifesta ẽ ulitas tua in idolatria & maxime in filiorũ immolatione ut dictũ est supra ecce ego congregabo oñes amatores tuos cum quibus commixta es communicando idolatriis eorum. cum uniuersis quos oderas: id est cum Phyliſteis qui semper fuerunt odiosi Iudeis & econuerso. & congregabo eos super te. in obsidione Hierusalem. & nudabo ignominiam tuam id est ulitatẽ culpe tue manifestabo per euidentiam uindicte. & iudicabo te iudiciis adulterarum etc. quibus scđm legẽ mors est infligenda. & dabo te in sanguinẽ id est in effusionẽ sanguinis passiuã. furoris & zeli id est procedẽtem ex furore ire mee & zelo iustitie mee. & denudabũt te uestimentis tuis etc. id est diuitiis tuis. & adducent super te multitudinem in exercitu Regis Babylonis. & lapidabũt te lapidibus. tũc enim multi de Iudeis fuerũt interfecti lapidibus machinarum & trucidabũt te gladiis suis. In captione enim ciuitatis multi fuerunt trucidati gladiis & comburẽt domos tuas ut habetur. iiii. Regũ. ultimo: ubi dicitur ꝙ Nabuzardan incendit domũ domini & domum Regis & domos Hierusalẽ per circuitum. & facient in te iudicia. penas iustitie inferendo. in oculos mulieris plurimarum id est plurimarum gentium que erant in illo exercitu & desines fornicari. i. idolatrare quia non uacabit tibi pre nimia tribulatione & mercedes ultra non dabis. sacerdotibus idolorum: quia non habebis unde & auferetur zelus meus: id est amor singularis qui ẽ uiri ad uxorẽ. a te sicut repudiata a me & quiescã nec irascar ãplius. loquitur scriptura de deo tanq̃ de homine qui non irascitur de quocunq; malo culpe uel pene supuenienti uxori repudiate & causa huius repudiationis subditur: eo ꝙ non

fueris recordata dierum adolescentie tue id est beneficiorum que tibi feci in adolescẽtia tua. prout est expositum supra. quapropter & ego uias tuas in capite tuo dedi. te puniendo tamen citra condignum ideo subditur: & non feci iuxta scelera tua. Ecce oms Hic arguitur malicia populi Iude sub nomine Hierusalem & hoc comparatiue scilicet ad populum Sodomoꝝ & ad populum.x. Tribuum. Et diuiditur in duas ptes quia primo arguitur culpa. Secundo subditur pena ibi: ergo tu. Circa p̃mum p̃mittit̃ populi Iude radix prima que hic accipitur pro gente in terra Iuda habitante anteq̃ filii Israel ingrederentur terram promissionis cum dicitur: Ecce omnis qui dicit uulgo prouerbium. ad derisionẽ alicuius in te assumet illud dicens sicut mater: ita & filia eius id est sicut gens que precessit in terra Iuda filios Israel fuit fornicatrix spiritaliter per idolatriam sic populus Iuda. filia matris tue es tu per imitationem que proiecit uirum suum scilicet deum per idolatriã. & soror sororum tuarum. s. Sodome & Samarie ut exp̃mitur infra per quas intelligitur populus Sodomorum & populus. x. Tribuum. mater uestra Cethea etc. exponatur ut supra. & soror tua maior Samaria. maior. n. fuit populus. x. Tribuũ q̃ populus regni Iude. & filie eius id est alie ciuitates & ville quaꝝ Samaria erat metropolis. que habitant ad sinistram tuã. sunt. n. in aquilonari parte respectu Hierusalem que pars aquilonaris uocat̃ hic sinistra eo q̃ ab aquilone uenerunt super Hierusalem mala multa Hiere. primo ab aquilone pandetur omne malũ. soror autẽ tua minor te. qa populus Sodome minor fuit q̃ Iude que habitat a dextris tuis quia declinat uersus meridiem iuxta Hierusalem & sic dicitur hic dextera sicut pars opposita sinistra. sed nec in uiis eoꝝ ambulasti sed in petoribus pusillũ minus pene scelera tua. feciſti illis q̃d exponit R.a. Sa. sic: si fecisses talia mala & nõ maiora parũ reputarem. aliter autẽ legit̃ interrogatiue. pusillũ minus etc. q. d. immo multo maiora mala feciſti. & hoc concordat littere sequenti cũ dicitur: ecce hec fuit iniqtas Sodome sororis tue superbia de se presumendo saturitas panis delitiose uiuẽdo nomie enim panis intelligit̃ omnis cibus in scriptura & abundantia diuitiaꝝ male acquisitaꝝ. & ocium a bonis operibus & manum egeno & pauperi non porrigebant. per defectũ misericordie non potentie ut patet ex p̃cedentibus & quia ista ducunt ad uitia carnis petiora ideo subdit̃: & fecerunt abominationes coram me. extendo uitiũ cõtra naturã quod est abominabile. & abstuli eas subuertendo ciuitates illas. Gen̄. xix. sicut uidisti & te exemplo eius non castigasti quod aggrauat peccatum. In Hebreo habetur sicut uidi scilicet iuste fiendum. Vnde Gen̄. xviii. dixit dominus de Sodoma & Gomorra descendam: & uidebo utrum clamorem qui uenit ad me: opere compleuerint: peccata autẽ Sodome hic enumerata nõ sunt ita grauia de genere sicut est idolatria que cum multis aliis uitiis uigebat in Hierusalem in terra Iuda & Samaria dimidiũ peccatorũ tuorum nec peccauit. quia populus habitans in Hierusalem coluit idola in domo dñi posita a Manasse q̃rto Reg. xxi. q̃d fuit grauissimum. Sicut turpissimum ẽ mulieri q̃ inducat adulterum ad lectum mariti. & iustificasti sorores tuas. non absolute sed in comparatione tua sicut pallidum comparatum ad nigrum dicitur album & secundum hoc dixit Iudas Gen̄. xxxvi. de Thamar iustior me est etc. Ergo. rep̃hensa malicia hic consequenter subditur pena & primo denunciatur comparatiue scd̃o absolute ibi: & faciam & in utraq; parte simul ponitur comminatio pene & sequẽs liberatio. Circa primum dicitur ergo & tu porta confusionẽ tuam id est penã confusibilẽ que uicisti sorores tuas in malis. ergo & tu confundere repetitio est eiusdem sententie ad maiorẽ affirmationẽ. & conuertã restituens eas etc. R.a. Sa. exponit hoc de tẽpore Messie quem expectant Iudei. d. q̃ tunc terra Sodomorum que subuersa igne & sulphure

legit Gen̄. xix. tunc saluabitur: & erit pulchra sicut a principio. & tamen de ea dicit xiii. ꝙ tunc irrigabatur sicut paradysus domini. Sed hec expositio fundatur super erroneum fundamentum scilicet ꝙ Xp̄s sit uenturus in mundum: propter quod dicit Hieronymus ꝙ scriptura loquitur metaphorice per cōuersionē Sodomoꝝ significās conuersionem gentilium ad Xp̄m & per reuersionē Samarie reuersionem hereticoꝝ ad unitatem ecclesiasticam a qua discesserant sicut. x. Tribus a regno Dauid. iii. Re. xii. per reuersionem uero Hierusalem conuersio Xpristianorum peccantium in fide tamen informi manentium ad bonum. Sed quia ista expositio uidet aliquibus magis mystica q̄ litteralis: ideo aliqui exponunt dicentes ꝙ per Sodomam intelligunt due tribus & dimidia existentes ultra Iordanem eo ꝙ erant prope Sodomā per Samariā alie septem Tribus cum dimidia. per Hierusalem regnum Iuda & hi dicunt ꝙ oīa ista. & conuertam restituens etc. impleta fuerunt in reditu de captiuitate Babylonica in q̄ due Tribus scilicet Iude & Beniamin & aliqui de. x. Tribubus qui effugientes manum Regis Assyriorum uenerunt ad habitandum in regno Iude & cum illis de regno illo captiuati fuerunt & cum redeuntibus redierunt. Sed hec expositio uidet in duobus deficere: p̄mo quia sors Iude fuit magis propinqua Sodome q̄ sortes ultra Iordanē existētes quia mare salis ubi antiqtus fuit terra Sodomoꝝ habitabilis claudit terminū sortis Iude a parte orientali & ptim a meridionali: qa est in angulo utriusq; lateris ut patet in descriptione terre p̄missionis. Secundo qa redeuntes de Babylone non recuperauerunt Samariam & ciuitates ei propinquas sed tenuerunt eas gentiles illic missi a Rege Assyriorum ut patet primo Esd̄. & Nee. secūdo. & in Euangelio & in Actibus Apostoloꝝ propter quod uidet mihi saluo meliori iudicio ꝙ hec littera potest aliter exponi magis litteraliter q̄ dicat Hieronymus & uitando errorē Ra. Sa. conuenio tamen cum utroq; inquantum dicunt hanc sententiam referri ad tēpus Xp̄i sed secundum expositionem meam per Sodomam intelligitur populus Ammon & Moab eo ꝙ Loth pater eoꝝ habitauit in Sodomis Gen̄. xiii. & filie Loth matres eorum ibi nate fuerunt. per Samariam uero gentiles ibi habitantes ut dictum est. & per Hierusalem populus Iudeorum. de omnibus istis aliqui fuerunt conuersi ad fidem Xp̄i per predicationem eius & Apostoloꝝ. similiter de Samaritanis quorum aliqui crediderunt ad predicationem Xp̄i Io. iiii. & postea ad predicationem Apostolorum Act. viii. & similiter de Ammonitis & Moabitis quorum terre erāt propinque Iudee. Vñ exierunt Xp̄i discipuli ad p̄dicandū fidem per orbem & sic primo predicauerunt in partibus propinquis. & secundum hoc patet littera ex dictis usq; ibi ut portes ig/ nominiam tuam li ut tenetur hic consecutiue. Ad conuersionem enim Iudeorum ad fidem secuta est eoꝝ erubescentia & confusio de peccatis preteritis & maxime in pro/ curatione & consensu mortis Xp̄i per ueram penitentiam ut patet Act. ii. c. in oībus que feciſti consolans eas quoddam enim solatium miseri est habere sotios in miseria. uel melius quia per mortem Xp̄i a Iudeis procuratam uenit consolatio gentilibus p̄ Apostolorum predicationem. Vnde Act. xiii. Paulus & Barnabas dixerunt Iudeis obstinatis qa uos indignos uite eterne iudicatis ecce cōuertimur ad gentes sicut p̄cepit nobis deus. & soror tua Sodoma & filie eius reuertentur ad antiquitatem suam scilicet ad fidē Loth uius ueri dei cultoris sicut edoctus fuit ab Abrahā cum quo diu mānsit. & sic habuit fidem Xp̄i Abrahe promissi Gen̄. xxii. In semine tuo benedicent oīnes gentes. & Samaria & filie eius reuertentur ad antiquitatem suam id est ad fidē Iosue & aliorum senum fidelium qui habitauerunt ibi in principio. ingressus filiorum Israel in terram illam qui habuerunt fidem de Xp̄o uenturo. & tu & filie tue reuertemini

qđ patet impletū in Apostolis & aliis de Iudeis ad fidē uocatis. non fuit autē Sodoma etc. id est q̄ diu fuisti in gloria potestatis tue ita despiciebas eam ꝙ dedignabaris de ea aliqd dicere uel audire anteq̄ reuelaretur malicia tua per manifestam dei uindictam sicut hoc tempore scilicet captiuitatis Sedechie & populi sui in obprobrium scilicet actuum filiarum Syrie etc. qa ciuitates Syrie & aliaꝝ terraꝝ circa Iudeā obprobria dicebant de populo Iude captiuato sceleꝝ tuum & ignominiam tuam tu portasti per uindictam dei. & loquitur Propheta de futuro per modum preteriti. quia Ezechiel ista ꝓphetauit ante destructionē ciuitatis Hierusalem. quia hec dicit dominus deus cuius uerbū non potest esse falsum. Et faciam Hic consequenter denunciatur pena absolute & cum hoc futura misericordia tempore Xpristi. dicit igitur in persona dei: & faciam tibi inferendo penam sicut despexisti iuramentum transgrediendo legem ad cuius obseruationē te obligasti in monte Synai Exo. xxiiii. omnia quecunq; locutus est dominus faciemus. & erimus obedientes. & recordabor ego pacti mei tūc. n. ꝓmisit deus se eis mittere xpristum secūdum quod dicitur Deute. xviii. Propheta suscitabo eis similem tui etc. in diebus adolescentie tue. quod fuit in exitu de Egypto & tēpore dationis legis. & suscitabo tibi pactum sempiternum id est pactum noue legis cui non succedet alia in futuꝝ. & recordaberis uiaꝝ tuaꝝ penitēdo de peccatis ꝑteritis ut dictū est: cum receperis sorores tuas tecum. id est alias gentes intra Ecclesiam que inchoata fuit in Iudeis. maiores te cū minoribus tuis. quia alique gētes ad fidem Christi cōuerse erant maiores gente Iudeorum. & alique minores. & dabo eas tibi in filias quia oīes sunt filii Ecclesie in Apostolis inchoate. sed nō ex pacto tuo hoc est ex uirtute legis ueteris: sed noue. Ideo subditur: & suscitabo ego pactum meum tecum. ꝙ dicit pactū nouum non secundum pactum in Oreb initum Iere. xxxi. & scies qa ego dominus per miracula diuinitatem Christi ostensiua. ut recorderis & confundaris. de peccatis tuis preteritis ut non sit tibi ultra aperire os. qa non poteris dicere ꝙ aliquid omiserim de beneficiis patribus ꝓmissis. cū placatus tibi fuero per carnis assumptionē in oībus que fecisti qa passio Christi in carne assumpta fuit deficiens ad delendū oīa peccata.

ET factum est. Hec est tertia pars in qua .XVII. Propheta arguit populi Iude flagitia sub metaphora cedri trāsplātate & uinee uento urenti desiccate. Et diuiditur in duas partes quia p̄mo ponitur flagitii punitio. Secundo remedii promissio ibi hec dicit dominus. Prima in duas quia p̄mo parabola ponitur. sc̄do exponitur ibi: & factum est. Prima diuiditur in tres partes quia p̄mo sub parabola describitur Iechonie transmigratio & Sedechie substitutio. sc̄do eiusdem rebellio ibi: & facta est. tertio eius captiuatio ibi dic. Circa primum dicitur propone enigma id est uerbum habens obscuritatem quia uelatum per parabolam. aqla grādis per aquilam que est Rex autem intelligit Nabuch. Rex Babylonis imperās multis terris & prouintis. Ideo dicitur grandis. longo membrorum ductu plena plumis & uarietate. i. diuitiis que erant de diuersis regnis superatis aggregate. uenit ad libanum id est ad templum qđ erat in Hierusalem quod in pluribus locis scripture uer. testa. Libanus dicitur eo ꝙ factū fuit de lignis libani ut habetur. iii. Reg. & tulit medullā cedri id est quicquid erat in Hierusalem pretiosum Iere. xxix. summitatē frōdium eius auulsit id est Iechoniam Regem Principes & personas notabiles cum qbus cepit preciosa que repperit. & transportauit eam in terram Chanaan id est in Babylonem Chanaan enim in Hebreo est nomen proprium & appellatiuum. pro ut est nomen ꝓprium significat Iudeam: eo ꝙ eam inhabitauerunt Chananei ante filios Israel. prout uero est nomen appellatiuum significat mercationem. & secundum hoc terra

Babylonis dicit̃ hic terra Chanaan eo ꝙ multi mercatores frequentabant eam ꝓpter diuitias terre & populi multitudinem. Ideo subditur in urbe negociatorum. In urbe ení Babylonica fuit positus Iechonias in custodia. & tulit de semine terre. s. Sedechiã qui natus erat de Iudea & de stirpe regia & posuit illud in terra. qa fecit eũ Regem in Iudea pro semine Iechonie nepotis sui & firmauit radicẽ sup aq̃s id est ut regnaret super multos homines quia non solum tradidit ei Iudeam ad custodiendum sed etiam aliquas alias terras prope eam. in superficie posuit illud: quia regnum Sedechie non fuit firmum sed parum durauit scilicet. xi. annis. cumq; germinasset id est regnare cepisset creuit in uineam latiorem. ꝓ sue potestatis dilatationem. humili statura qa erat sub Rege Babylonis. & reddens ei tributa respicientibus ramis eius ad eã. i. ad aqlam predictam. Sedechias enim & Principes eius seruiebant Regi Babylonis ut dictũ est. & radices eius sub illa erant. qa firmitas regni Sedechie depẽdebat a Rege Babylónis. facta est ergo uinea & fructificauit: qa regnũ Sedechie multiplicatũ fuit in diuitiis: & potestate q̃diu iuramentum factum Regi Babylonis seruauit. Et facta est. Hic consequẽter describit̃ ipsius Sedechie rebellio ex multiplicatione enim sue potestatis elatus uoluit negare tributum Regi Babylonis & ut hoc melius faceret: confederauit se Regi Egypti: qui erat aduersarius Regis Babylonis. & hoc est ꝙ dicitur: & facta est aquila altera id est Rex Egypti grandis in dominio magnis alis. i. exercitu multo Vnde acies exercitus ale nominatur. multis qa alius plumis id est diuitiis & ecce unica ista id est Sedechias cum sua gente mittens radices suas ad eam. ut posset stare contra Regem Babylonis per Egypti Regẽ palmites suos extendit ad illã. mittẽdo sollẽnes nuncios ad contrahendum fedus & amicitiam & irrigaret eã de areolis etc. ferendo sibi auxiliũ in bellatoribus suis. Est autẽ areola locus bene seminatus & per hoc intelligit̃ ꝙ in Egypto erant multe ciuitates plene uiris bellatoribus. ut faciat frõdes & portet fructum id est ut possit tenere & dilatare regnum suũ contra Nabucho. Dic. Hic consequenter describitur ipsius Sedechie captiuatio: cum dicitur in persona domini. Dic tu Ezechiel ergo ne prosperabitur scilicet Sedechias. q. d. non. ideo subdit̃ nóne radices eius euellet scilicet Nabuch. quasi. d. sic. potestatem eius totaliter auferẽdo. & fructum eius distringet sanguinem filiorum Sedechie effundendo sicut effundit̃ uinũ de uuis quando stringuntur. filios ení Sedechie occidit Rex Babylonis in oculis eius q̃rto Regũ ultimo & siccabit oẽs palmites eius id est Principes eius uirtute eneruãdi & arescet scilicet uinea predicta. per quam intelligitur Sedechie potestas regia & in brachio grandi etc. Sedechias enim fugiens a paucis Chaldeis insequẽtibus captus fuit bellatoribus suis hinc & inde fugientibus. iiii. Reg. ultimo. ecce plantata est potestas Sedechie per Nabuc. ut predictum est. ergo ne prosperabitur? q. d. non. nóne cum tetigerit eam uentus urens id est exercitus Chaldeoꝝ qui combussit ciuitatẽ & tẽplum siccabitur per totalem defectum sue uirtutis. q. d. sic. Et factum est. Hic parabola posita exponitur eo modo quo dictum est scilicet de transmigratiõe Iechonie & subtractione Sedechie & rebellione eius & iuramẽti fractione & eiusdẽ captione. & patet littera paucis exceptis que discurrentur. dic ad domum exasperantem id est ad regnũ Iuda deum suis preuaricationibus prouocantem. & assumet Regem. s. Iechoniam & tollet de semine regni scilicet Sedechiam. Feriet̃q; cum eo fedus. instituẽdo eũ Regẽ sub pacto iuramento firmato ꝙ seruiret ei fideliter sub tributo qui scilicet Sedechias recedens ab eo tributum denegando nunquid prosperabitur? q. d. non. in loco Regis Babylónis: ubi ductus fuit Sedechias exoculatus & ibidẽ mortuus: & non in exercitu grandi neq; in populo multo faciet cótra eum id est contra Regem

Babylonis Pharao Rex Egypti prelium in tactu aggeris id est impediẽdo obsidionẽ
Est autẽ agger aggeratio terre & lignoꝝ ad implendum fossata ut obsidentes possint
pugnare cum obsessis ad propugnacula & in extructione uallorum id est fossatorum
que fiunt exterius ante portas ne obsessi subito possint irruere sup exercitú obsidentẽ
in istis enim exercitus Chaldeorum non fuit impeditus a bellatoribus Pharaonis licet
enim exierint ut ferrent auxilium Sedechie tamen territi a Chaldeis eis occurrẽtibus
redierunt in Egyptum Hiere. xxxvii. cuius causa subditur spreuerat. n. iuramẽtum
scilicet Sedechias propter quod deus subtraxit ei omne presidium. & expãdam super
eum rete meum: rete suum & sagenam dicit exercitum Chaldeorum cõprehendentem
Sedechiam. Hec dicit post punitionem flagitii Hic consequenter ponitur ꝓmissio
remedii que impleta est in Xpristo ideo subditur & sumam ego de medulla cedri id ẽ
Regem Messiam secundum q̃ dicit Ra. Sa. & ideo expositores nostri qui exponũt
hunc passum de Zorobabel ad litterã magis iudaizãt in hoc q̃ Iudei. & dicit̃ medulla
cedri quia Xpristus secundum carnẽ fuit de semine Dauid. & ponã de uertice ramoꝝ
eius tenerum. quia Xpristus fuit pietate tenerrimus & plantabo super montem ex/
celsum id est montem Sion ubi oblatus fuit in templo. & postea pluries predicauit. &
multa miracula fecit. & spiritum sanctum super Apostolos misit. & erumpet in germẽ
per fidelium multiplicationẽ & erit in cedrum magnã. Vnde post suam resurrectionẽ
dixit Mat. ultimo: data ẽ mihi oĩs potestas in celo & in terra & habitabũt sup ea oẽs
uolucres etc. id est Principes potẽtes sicut uidemus impletũ maxime a tpe Constãtini
& scient omnia ligna regionis id est omnes gentes: quia ego dominus humiliaui lignum
sublime id est Romanum Imperium sub Xpristi seruitute. & exaltaui lignũ humile
id est Xp̃m qui dicit Matthei. xi. discite a me qa mitis sum & humilis corde & siccaui
lignum uiride id est populum Iudaicũ pro maiori parte manẽtem in sua infidelitate.
& frondere feci lignum aridum id est gentilẽ populum fructificare feci ꝑ susceptionẽ
fidei. quod prius erat lignum aridum ex carẽtia humoris gratie. Ra. Sa. illud ultimũ
exponit de Iechonia & Sedechia dicens q̃ lignũ uiride desiccatũ intelligit̃ Sedechias
propter multitudinem filiorum quos omnes occidit Nabuch. per lignum aridum frõ/
descens Iechonias qui carẽs liberis in Babylonem fuit ductus. & ibi genuit Zorobabel
de quo descendit secũdum carnem dñs noster Iesus Xpristus Matthei p̃mo capitulo.

ET factus est Hec est quarta pars in qua arguitur .XVIII.
malicia populi ex parabola uue acerbe. Et ad intellectum huius ca. sciendum
q̃ Iudei murmurabãt contra iusticiã dei dicentes q̃ iniuste eos puniebat pro peccatis
parẽtum q̃ in hoc. c. ostendit̃ esse falsum. pene enim sunt in duplici genere. qa alique
sunt corporales & alique spirituales. Item corporales alique sunt temporales tantũ alie
eterne sicut pene gebenne. Pene uero corporales & temporales sunt quedã medicine
uel eis qui puniunt̃ ut cũ aliqs flagellat̃ uel incarcerat̃ ad sui correctionẽ uel alius: ut
cũ aliqs pro malefactis suis occidit̃: ut alii terreant̃. hec uidẽtes sunt nihilominus tales
pene medicine illis q occidunt̃: si patiẽter sustineãt qa ualẽt ad bonũ anime sue ad qđ
bona corporis finaliter ordinantur. & talibus penis corporalibus & temporalibus bene
puniuntur a deo & ab homine filii pro parentibus: qa secũdum corpus sunt res ipsorũ
parentum. & sic deus pro peccato Dauid mori fecit filium suum de Bersabee natũ. ii.
Regum. xii. penis uero spiritalibus non puniunt̃ a deo filii pro parentibus. qa scđm
animam non sunt res parẽtum. quia anime immediate a deo per creationẽ infũdunt̃
& in hoc sensu loquitur istud. c. in parte. quia q̃ filii non puniantur pro patribus pro
ratione inducit dñs. d. ecce omnes anime mee sunt. qa sunt a me creãte & infũdente. &

quia pene eterne etiam corporales non inferuntur nisi pro peccato mortali. & ꝑprie: Ideo talibus penis non puniuntur filii pro peccatis parentum. Sciendum tamen ꝙ filii parentum malorum frequenter imitatores sunt paternorum scelerum eo ꝙ sunt inter eos nutriti. & facta parentum habent in autoritate maiori & sic frequenter puniunt & corporaliter & spiritaliter pro peccato parentum: occasionaliter tamen in quãtum accipiũt ab eis exemplum sed pro peccatis proprijs simpliciter. & hoc modo ꝓceditur in hoc. c. quia Iudei erant imitatores parentum in idolatria & aliis facinoribus. & sic iniuste contra deũ murmurabãt dicentes ꝙ puniebat eos tantũ pro peccatis parentũ. His premissis presens. c. in duas partes diuiditur quia primo malicia populi arguitur. Secundo ad penitentiam inducitur ibi: conuertimini. Prima in duas: quia ꝑmo ponit parabola tanq̃ falsa. Secundo declaratur per exempla ibi & uir. Circa primũ dicitur in persona domini quid est ꝙ inter uos parabolam uertitis in prouerbium? inter uos frequenter de mea iusticia murmurando. q. d. male loqmini dicẽtes patres comederũt uuam acerbam id est commiserunt peccata deum exacerbantia & dentes filiorum obſtupuerunt id est filii penã sustinuerunt. uiuo ego dicit dominus. etc. id est sicut uerꝝ est ꝙ ego uiuo: sic uerum est ꝙ hec parabola non erit a uobis rationabiliter dicta. & accipitur ibi si pro non cũ dicitur: si erit etc. ecce omnes anime etc. exponit ut supra anima que peccauerit: ipsa morietur morte culpe. & postea morte gehẽne si ꝑseueret in peccatis. Et uir Hic ad propositũ inducũtur exempla Et diuidit in duas partes quia primo ponuntur exempla de perseuerantibus ibi: si autem impius. Circa primum ponuntur tria exempla: & est primum de patre iusto in iusticia ꝑseuerante. & patet littera paucis exceptis. & uir si iustus fuerit in animo. & fecerit opera iusticie de facto in montibus non comederit. de sacrificijs idolorꝝ ad eorum reuerentiam. & oculos suos non leuauerit. sperando ab eis bona cõsequi: pignus debitori reddiderit: sibi necessariũ secundum quod precipitur Exo. xxii. ꝙ si accipiat pro pignore operimentũ pauperis & iudicium uerum fecerit inter uirum & uirum. quod pertinet ad iudices siue sint ordinarii siue arbitrarii uita uiuet non solum nature sed etiam gratie. qui si genuerit. Hic ponitur secundum exemplum de iniusto filio hominis iusti: & patet similiter littera paucis exceptis: & fecerit unum de istis id est de lege prohibitis. & hic quidẽ oĩa non facientem. id est omissitis aliqua de preceptis affirmatiuis. cetera patent in littera usq; ibi. cum uniuersa hec detestãda fecerit. li uniuersa non tenetur hic collectiue qa pro singulis incurrit mortẽ culpe. Quod si genuerit. Hic ponit tertiũ exemplum de filio iusto patris iniusti qui timore ductus paterna scelera non imitat: & patet littera ex supradictis usq; ibi: & dicitis. ubi ponit quedam questio & eius solutio circa ꝓdicta & patet littera. Si autem ipsius Hic consequenter ponũtur exempla de auertẽtibus se a suo proposito & ꝑmo de auertente se a malo. secundo de auertente se a bono ibi si autem. Circa primum dicitur si autẽ impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis quia non ualet nisi sit integra & custodierit omnia ꝓcepta mea. qa transgressio uniꝰ facit hominem iniustum omnium iniquitatum eius quas operatus est: non recordabor ad puniendum eternaliter. punientur tamen bene temporaliter. nunquid uoluntatis mee est mors impii? id est ut moriatur in impietate sua. q. d. non. impietas enim non potest esse a deo uolita. sed punitio impietatis bene ẽ ab eo uolita inquantũ est iusta. Si autem Hic ponitur exemplum de auertente se a iusticia. & patet littera usq; ibi: nunquid uiuet? q. d. non. uita gratie quia statim perditur per peccatum mortale. oẽs iusticie eius q̃s fecerat in gratia existens: non recordabunt. ad puniendũ eternaliter:

si perseueret in malo. si autem recuperet gratiam uiuificabūtur. & sic premiabuntur non solum temporaliter sed etiam eternaliter. & dixistis. erronee nō est equa uia dñi in sic puniendo. nunquid uia mea non est equa? q. d. immo. quia sum regula eqtatis. cum enim auerterit se iustus etc. in tali enim puncto in quali reperitur in morte iudicandus est Ideo finaliter concluditur. Idcirco unumquenq; iuxta uias suas iudicabo etc. Conuertimini Hic post reprebēsionem malicie ponitur monitio ad penitentiam cum dicitur. conuertimini ad deum & agite penitētiam. detestando peccatū ab oībus iniqtatibus uestris. qa non ualet penitentia: nisi sit integra. & nō erit uobis in ruinam id est in foueam gehenne iniquitas per penitentiam deleta. & facite uobis cor nouū. talis nouitas est per gratiam que a solo deo datur: tamen hoc facit inq̄tum p̄ liberum arbitrium cū dei adiutorio se ad hoc disponit: Ideo subditur reuertimini per penitētiā & uiuite p̄ gratiā que ducit ad uitā glorie sempiternam. .XIX.

ET tu. Hec est pars quinta in q̄ arguit Principū malicia sub metaphora leene & uinee euulse Et diuidit in tres p̄tes secūm tres filios Iosie cōtra quos loquitur. secunda ibi que cū uidisset. tertia ibi mater tua. Circa p̀mū dicit a dño & tu Ezechiel q̄ autē subdit in aliqbus libris fili hominis non est in Hebreo. nec in libris correctis. assume planctum super Principes. plangendo eorum culpam & penam sequentē q̄re mater tua id est domus regia leena id est crudelis facta est & rapax. cum tñ Dauid fuerit mitissimus inter leones cubauit id est consilio crudelium & impiorum acquieuit. in medio leunculorum enutriuit catulos suos id est pueros de semine regio. & eduxit eum de leunculis suis scilicet Ioathan filiū Iosie. & leo factus est id ē Rex institutus quarto Reg. xxiii. per leonem enim qui est Rex animalium intelligitur ip̄m regnum & didicit capere predam. per rapinas. hominesq; comedere per homicidia. & audierūt de eo gentes. quia eius malicia nota facta est gentibus in circuitu habitantibus & non absq; uulneribus suis ceperunt eum. quia in captione eius per Regem Egypti fuerūt hinc & inde plurimi uulnerati. In Hebreo tamen habetur sic in fossis eorum captus est. prosequendo parabolam leonis ad cuius captionem fiūt fouee & operiunt̄ pales in superficie. & leo desuper incedēs cadit & sic capit̄. & adduxerūt eum in cathenis in terrā Egypti. hoc habetur quarto Reg. xxiii. Que cū uidisset Hic consequēter agitur de Ioachin filio Iosie quem Rex Egypti substituit loco fratris sui ut ibidem habetur. que cū uidisset scilicet domus regia que infirmata est per captionē Ioathan & periit expectatio eius id est expectatio defensionis per eum. tulit unum de leūculis suis scilicet Ioachin. leonē constituit eum id est fecit Regem. licet enim Rex Egypti hoc fecerit: tamen fuit ad preces stirpis regie. qui incedebat inter leones habens secum homines impios & crudeles & factus est leo id est similis eis in crudelitate. & didicit p̄dā capere subditos spoliando ut uidelicet solueret tributum Regi Egypti. iii. Regum xxiii. & homines deuorare id est uicinas gentes occidere. cetera patent usq; ibi & conuenerunt aduersus eum gentes undiq; de prouintis id est exercitu Regis Babylonis & expanderunt super eum rete suum id est multitudinem bellantiū in uulneribus eaq; captus est. In Hebreo habetur in fossis earum captus est & exponatur utraq; littera ut supra & adduxerūt eum ad Regem Babylonis etc. Inceperunt enim Chaldei ip̄m ducere in Babylonem. sed in uia mutato consilio reduxerunt eum ante Hierusalem. & ipso interfecto proiecerunt cadauer eius extra portas Hierusalē ut habet Hiere. xxii. Mater tua. Hic agit̄ de tertio filio Iosie scilicet Sedechia quē Rex Babylonis exoculauit. & in Babylonē adduxit. & quantū ad hoc dicitur mater tua id ē domus regia q̄si unica in sanguine tuo. ex rebellione enim Sedechie cōtra Regē Babylonis

ſecuta eſt magna effuſio ſanguiniſ. In Hebreo habet quaſi uinea in ſimilitudine tua id eſt aſſimulata eſt uinee euulſe ut habetur infra ſuper aquam plantata id eſt ſuper populum Iuda fluidum ſicut aqua. fructuſ eiuſ & frō deſ eiuſ id eſt diuitie & filii eiuſ uenerunt ex aquiſ multiſ collectiſ. & facte ſunt ei uirge ſolide in ſceptra dominantiū Sedechiaſ enim confidens de ſua poteſtate & robore gentiſ ſue uoluit dominari abſq; iugo Regiſ Babyloniſ. & uidit altitudinē ſuam. conſideranſ ex ſuperbia ſua q; indecēſ erat ei ſubeſſe Regi Babyloniſ. & ſic rebellauit & iuramentum fregit propter cuiuſ fractionem dominuſ fuit iratuſ contra eum & contra populum ſuum. Ideo ſubditur: & euulſa eſt in ira ſcilicet dei. eiuſ enim electio & regni ſui fuit magiſ uirtute dei q̄ hominiſ. & uentuſ urenſ id eſt Rex Babyloniſ ſiccauit fructū eiuſ. quia occidit filioſ eiuſ. marcuerūt & arefacte ſunt uirge roboriſ eiuſ. qa fracta ciuitate uiri bellatoreſ eiuſ fugerunt. ignis comedit eam. quia Chaldei incenderunt domum Regiſ. templū & totam ciuitatem quarto Regum ultimo. & nunc tranſplantata eſt in deſerto. quia Sedechiaſ cum multiſ aliſ fuit ductuſ in Babylonem & ibi frequenter pungebantur uerbiſ & factiſ iniuriosiſ tanq̄ deſerti ſpiniſ. in terra inuia & ſitienti. quia ibi etiam patiebantur defectum ſufficientiſ alimenti. & egreſſuſ eſt ignis id eſt Iſmael de uirga ramoz eiuſ. qa fuit de ſemine regio qui fructū eiuſ comedit. quia Godoliā interfecit. & filiaſ Regiſ. & populum qui cum eo erat captiuauit. ut habetur Hieremie. xli. & non fuit in ea uirga fortiſ quia Iohannam filiuſ Charee & reliquuſ populuſ timore Chaldeorum concuſſi fugerunt in Egyptum cōtra uerbum dñi ad eoſ p Hieremiam dictum. xliii. planctuſ id eſt materia planctuſ eſt toti populo: qđ dictum eſt de filio Ioſie Regiſ Iuda ſancti & iuſti.

.XX.

ET factum eſt Hec eſt parſ ſexta in qua arguit̄ populi malicia ſub metaphora ſaltuſ comburendi. Et diuiditur in duaſ parteſ qa primo malicia populi arguit̄. Secūdo parabola inducitur ibi: & factuſ eſt. uerſuſ finem capituli. Prima in duaſ qa primo ponitur ſenum interrogatio. Secundo domini reſponſio ibi & factuſ eſt. Circa primum dicitur: & factum eſt in anno ſeptimo ſcilicet tranſmigrationiſ Iechonie in quinto. ſ. menſe propter quod in aliquibuſ libriſ menſe ponitur. ſed nō eſt in Hebreo nec in libriſ correctiſ. ſubintelligitur tamen. in decima ſcilicet die menſiſ uenerūt uiri de ſenioribuſ Iſrael. quia regebāt populum in terra Babyloniſ tranſlatum. & ideo in ipſiſ totuſ populuſ quaſi uirtualiter continebat̄. ut interrogarent dñm de agēdiſ per eoſ. Et dicit hic Ra. Sa. q; uenerant iſta intentione q; ſi nō haberēt a deo reſpōſum de negotiſ ſibi imminentibuſ: non curarent de obediētia ulteriori ad ip̄m. ſicut ſeruuſ a domino alteri uenditus uel uxor a uiro repudiata nō curant de eiſ ultra. ſed querūt ſibi commodum alibi ubi poſſunt. Et factuſ eſt: Hic conſequenter ponitur reſpōſio: & hoc per modum increpationiſ. Et diuiditur in duaſ: quia primo increpatur populi malignitaſ. ſecundo declaratur domini benignitaſ: ut oppoſita iuxta ſe poſita magiſ eluceſcant. ſecunda ibi: uiuo ego. Prima adhuc in treſ quia primo arguitur malicia querentium. ſecundo patrum precedentium ibi: ſi iudicaſ. tertio filiorum ſequentium ibi propterea dic. Circa primum patet littera uſq; ibi nunquid ad interrogandum me ueniſtiſ? q. d. non ueniſtiſ ad interrogandum me de ſalute animarum ueſtrarum: ſed de negotiſ ueſtriſ tēporalibuſ. & cū hoc intētione puerſa ſcilicet ut ſi negaret̄ uobiſ reſponſio: haberetiſ occaſionem ſeruiendi idoliſ: ut dictum eſt: & non mihi. uiuo ego: id eſt ſicut uerum eſt q; ego ſum uita per eſſentiam: Ita uerum eſt qđ ſequitur: quia non reſpōdebo uobiſ ſcilicet ad uotū ueſtrū: nec per hoc habebitiſ libertatē ſeruiēdi idoliſ ſicut queritiſ: ſed reſtringā uoſ ſub ſeruitute mea: ut habet̄ infra eodē capitulo.

Si iudicas. Hic consequenter arguitur malicia patrum precedentium. & hoc secundū tria tempora scilicet habitationis in Egypto in deserto & in promissionis solo. & scd'm hoc diuiditur in tres partes secunda ibi eieci ergo. tertia ibi quamobrem. Circa primū dicitur si iudicas. uidelicet senes Israel a te querentes. & accipitur hic iudicare pro rationabiliter arguere: sicut infra eo. capitulo. Iudicio cōtendi aduersus patres uestros in deserto etc. si pro quia eo q̄ ad Ezechielem pertinebat arguere populi uitia abominationes patrum eorum. id est peccata abominabilia ostende eis ut rationabilius communicantur in die qua elegisti Israel. hoc fuit quādo dominus apparuit denūciās ei de hac liberatione Exodi quarto & leua in manum meam id est potētiam meam ad percutiendū Egyptū & apparui eis in terra Egypti: & ista fuit reuelatio facta Aarō ut occurreret Moysi uenienti ut habetur Exodi q̄rto & tunc facta fuit sibi reuelatio de modo liberationis populi. & de sacerdotio sibi futuro ut habetur primo Regū. ii. hec dicit dominus nunquid non aperte locutus sum domui patris tui cum in Egypto etc. hoc enim dictū fuit Heli de Aaron descēdenti ut educerem eos de terra Egypti per signa & ostenta in terram quam prouiderā eis. tanq̄ pater filius fluentem lacte & melle. id est abundantem omnibus bonis que est egregia inter omnes terras. audiui ab illis qui fuerunt in Iudea & Egypto q̄ Egyptus est fertilior: & amenior & secundum hoc ista eminentia reducenda est ad Xpristum: qui erat inde nasciturus scd'm carnem & ibi operatus humanam salutem. & dixi ad eos per Moysen & Aarō unusquisq; offensiones oculorum suorum abiiciat per ueram penitentiam: & in idolis Egypti nolite pollui. ut sicut sum sanctus ita & uos sitis sancti. Ideo subdit' ego dominus deus uester cui debetis conformari. & irritauerunt me in malis perseuerando. & dixi ut effundam indignationem meam super eos. etc. fuerunt enim in populo illo multi mali & duri q̄ post uisionem signorum in plagis Egypti adhuc iste est sermo quem loquebamur in Egypto dicentes ad te recede a nobis ut seruiamus Egyptiis. ꝓpter quod deus uoluit eos occidere in Egypto ut dicit hic Prophetа spiritu dei loquēs. ꝓpter qd' tenendum est firmiter: q̄ sit uerū: licet in Exodo non sit scriptū. multa enim tunc facta fuerūt que non fuerunt tunc scripta: sicut & Io. ultimo dicitur de Xpristo. Multa enim & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorū suorū que non sunt scripta in libro hoc. & feci scilicet misericorditer cum eis mortem illam nō inferendo propter nomen meū: ut non uiolaretur id est uilificaretur: coram gentibus in quarum medio erant id ē corā Egyptiis: quia dixissent: ideo interfecit eos in terra nostra: quia non poterat eos inde educere. & inter q̄s apparui eis. per signa mee potestatis declaratiua in terra Egypti: ut educēs eos de terra Egypti post multas plagas Egyptiis illatas. Eieci ergo Hic consequenter arguit' malicia populi quantum ad tempus mansionis in deserto. & p̄mo malicia patrum. secundo filiorum ibi. dixit autem. Circa primum dicitur eieci de terra Egypti: tantum enim timorem incussit deus Egyptiis: q̄ cogebant filios Israel exire Exodi. xii. & duxi eos in desertū. diuidēdo eis mare Rubrum Exodi. xxiiii. & dedi eis precepta mea. in mōte Synai & dedit precepta quantū ad moralia & cerimonialia & iudicia mea quantum ad iudicialia que faciens homo uiuet in eis. quia nō inferetur sibi mors que inferenda est transgressoribus legis Insuper & sabbata mea dedi eis: ut quiescerent a seruilibus opibus sicut & ego sabbato quieui a nouis operibus cōdendis Gen̄. secundo ut esset signum scilicet specialis dilectionis inter me & eos. ut scilicet quiescerent in me ipso uocando dn̄s. & sabbata mea uiolauerunt. quia aliqui de populo contra Moysi preceptum exierūt ad colligendū manna in die sabbato Exodi. xvi. dixi ergo ut effunderem furorē meū etc. post fabricationē uituli & eius adorationē.

tunc enim dixit dominus Moysi dimitte me ut irascatur furor meus cōtra eos. & delea eos Exodi. xxxii. & feci scilicet misericordiā non inferendo penam istam ne uiolaret imponendo mihi falsum scilicet q̄ ad interficiendum eos eduxissem in desertum. Vnde tūc allegauit Moyses corā deo ne queso dicāt Egyptii: callide eduxit eos ut occideret eos in montibus. ego igitur leuaui manum meam id est uindictam meam super eos in deserto. hoc fuit quando territi uerbis exploratorum uoluerunt reuerti in Egyptū Numeri. xxiii. ne inducemur eos in terram scilicet promissionis. nullus enim de illis intrauit nisi Caleph & Iosue & Leuite ut dictum fuit ibi quia non fuerunt cū aliis numerati. precipuam omnium terrarum: exponatur hec eminentia sicut supra. quia iudicia mea proiecerunt scilicet legem datam transgrediēdo. post idola enim cor eorū egrediebatur. erant enim ad idolatriam proni: ut patet in adoratiōe uituli. & pepcit oculus meus super eos. quia tunc non fuerunt mortui licet meruissent: nisi decem exploratores qui populum terruerant. mors autem illorū dilata est. tamen omnes mortui fuerunt in deserto. sed huic uidet contrariū: q̄d subdit: nec consumpsi eos in deserto. Ad quod dicendum q̄ consumptio proprie importat deletionem hominum in se: & in posteris suis remanserunt autem eorum filii. & sic non fuerunt consumpti. Dixi aūt. Hic consequenter arguitur malicia filiorum cum dicitur: dixi autem ad filios eorum. per Moysen & Aaron in preceptis patrum uestrorum nolite incedere. docebāt enim filios suos consimiliter eis uiuere. in p̄ceptis meis ambulate. que sunt sancta. & iudicia mea custodite que sunt equa: & sabbata mea sanctificate. diuino cultui applicando uos: ut sit signum scilicet dilectionis per hoc enim apparebit q̄ me diligitis: & exacerbauerunt me filii. in peccato Phegor: ut habetur Numeri. xxv. Illud enim cōtigit post mortē patrum ut dicit Ra. Sa. & idem uidetur q̄a immediate populus numeratē Numeri. xxvi. & in fine concluditur hic est numerus filiorum Israel qui descripti sunt a Moyse & Eleazaro sacerdote & subditur inter quos nullus eorū fuit qui ante numerati sunt a Moyse & Aaron in deserto Synai. & comminatus sum ut effunderem furorem meū quia pro peccato Phegor meruerant aliqui mortē: & reliqui dispsionē: ita q̄ nō intrarent promissionis terram. auerti autem manum meam licet enim aliqui tunc fuerunt mortui: tñ reliqui non fuerunt ab ingressu terre impediti. & feci ꝓpter nomen meū ne Egyptii reputassent me falsū in animo adimplendo filius Israel ꝓmissū factum de introductione in terram Chananeorum. Iterum leuaui manum meam ad testificandū per Moysen ut dispgerē illos in nationes etc. nō tunc sed post ingressum terre promissionis & post declinationem ad idola: ut patet in libris Iudi. & Regū. & hoc predixit Moyses Deutero. xxxi. Congregate ad me oīnes maiores: & subditur: & conuocabo contra eos celum & terram. Noui enim q̄ post mortem meam inique agetis: & declinabitis cito de uia quā precepi uobis. & occurrēt uobis mala in extremo tempore. eo q̄ iudicia mea non fecissent. Istud refertur ad tempus Reg. & Iudi. q̄d pro tunc erat futurum. tamen denunciatur hic per modum preteriti. tñ quia scptura maxime Prophetarum frequenter loquit̄ de futuro per modū preteriti: ut frequēter dictum est supra: tamen quia istud erat dictum a Moyse de preterito ut dictum est: ad quam prenuntiationem ista littera refertur in parte. & concluditur in fine. ergo & ego dedi eis precepta non bona. q̄d exponit Ra. Sa. dicens q̄ licet essent bona in se: eo q̄ erant contentiua iusticie tamen non erant bona transgressoribus qui punīēdi erant grauius post agnitam domini uoluntatem. Vnde Lu. xii. dicitur. Seruus qui cognouit uoluntatem domini sui: & non facit: uapulabit plagis multis. seruus autem qui nesciuit: & fecit digna plagis: uapulabit paucis. & iudicia in quibus non uiuent

id est morientē precepta enim iudicialia in pluribus casibus dicebant mortē inferendā transgressoribus. & pollui eos in muneribus suis id est pollui permisi. inquantū illa que debebant deo offerri offerebant idolis. Aliter exponit Thomas de Aquino in prima Secunde dicens q̄ scriptura loquit̄ de preceptis cerimonialibus que dicunt̄ hic p̄cepta non bona: quia non conferebant gratiam mundantem a peccato. & tamen homines per oblationem sacrificiorum ostendebant se peccatores. Ideo subditur: & pollui eos in muneribus suis id est pollutos ostendi cum offerrent omne quod aperit uuluam id est primogenita animalium propter delicta sua: que tamen non auferebantur per ista sacrificia quantum est ex se. auferebant̄ tamen per contritionē & fidē offerentiū inquantum homines uere contriti talia offerebant habentes fidem X̄pi uenturi quem huiusmodi sacrificia figurabāt. Quāobrem. Hic arguitur malicia eorū post ingressum terre promissionis cum subditur In hoc blasphemauerunt me patres uestri cum spre/ uissent me prius in deserto ut predictum est. & induxissem eos in terram. s. Chanaan super quam leuaui manum meam. Iurando ipsi Abraham Geñ. xxii. per memetip̄m iuraui dicit dominus & subditur: possidebit semen tuum portas inimicorum suorū etc. uiderūt omnem collem excelsum etc. id est loca idolorum cultui apta secundū modum gentilium & immolauerunt ibi uictimas suas ea colendo. & dederunt ibi irritationem idolatria enim est dei irritatiua & prouocatiua. posuerunt ibi odorem suauitatis sue. offerēdo thymiama suaue q̄d soli deo debebat offerri & dixi ad eos per Samuelem & alios Prophetas quid est excelsum? q. d. nihil. inquātum ibi colitur idolum. q̄d scd̄m ueritatem nihil est. & uocatū est nomē eius excelsum. Vnde in libro Reg. frequēter dicitur Adhuc populus immolabat in excelsis. Propterea post maliciam patrum pre/ cedentium Hic cōsequēter arguit̄ malicia filiorū sequentiū tpe Ezechielis existentiū cum dicitur certe in uia patrum uestrorum uos polluimini scilicet per idolatriā & alia uitia & traducitis filios uestros per ignē que traductio potest dupliciter intelligi. Vno modo q̄ offerebantur idolo Moloch & cremabantur per modum frequenter dictum superius. Alio modo per transitum inter ignes purgari estimabant̄ quo modo adhuc Tartari dicuntur uti: qui per ignē credunt omnia purgari. & ego respondebo uobis domus Israel scilicet ad uotum uestrum sicut quesiuisti in principio. c. q. d. non. Viuo ego. post q̄ reprehensa est malicia populi Hic consequenter declarat̄ benignitas dei que aliquādo non permittit peccatores pro suo libito male agere sed per flagella eos castigat. & quodā modo cogit eos ad se redire. & hoc est quod dicitur hic: nō rñdebo uobis ad uotum uestrum seu prosperitatem temporalem quam queritis. neq; cogitatio mentis uestre fiet. quia sicut dictum est prius intendebant seruire idolis libere tanquā dimissi a seruitute dei si non haberent ab eo responsum ad uotum: Ideo sequitur: di/ centium erimus sicut gentes liberi ab obseruatione legis dei q̄d excluditur cū subdit̄: in manu forti: cui non poteritis resistere. regnabo super uos. cogens uos per flagella ad seruitutem meam. per talem modum loquendi dicitur Ozee secundo in persona populi Israel. Reuertar ad uirum meum priorem. quia melius erat mihi tūc q̄ nunc. & adducam uos in desertum populorum. quia post afflictiones multas in Babylone reduxit populum in Iudeam in quo itinere transierunt per deserta. & iudicabor uo/ biscum facie ad faciē id est per bona que uobis faciā manifeste uidebitis: q̄ nō afflixi uos ex odio: sed magis ex amore: ut reducemur uos ad bonum. sicut iudicio. contendi aduersus patres uestros in deserto terre Egypti. p beneficia enim ibi diuinitus collata manifeste apparuit: q̄ afflictio populi que precesserat in Egypto p̄missa fuerit iusto dei iudicio. & subiuciā uos sceptro meo id est dominio meo post reditū enī captiuitatis

babylonice non legitur populus idolis seruiuisse nisi aliqui pauci tempore Antiochi ut habetur primo Machabe. Et cū hoc magis timore q̄ idolatrandi uoluntate q̄rum ad multos: Ideo subdit: & inducā uos in uinculis federis id est ad obseruantiā legis: que dicitur fedus in pluribus locis ue. tes. & eligam de uobis transgressores. sicut eliguntur lapilli de granis. de terra incolatus eor̄. i. de Iudea: inducā eos in captiuitatē & terrā Israel non ingredientē. sed in captiuitate morientē. & scient quia ego dñs deus faciens misericordiā cū penitētibus. & iustitiā de obstinatis de q̄bus subdit. singuli post idola uestra ambulate etc. loquit ad modū hominis irati cōtra seruū impiū eiciens eū a sua seruitute. q̄ si & in hoc non audieritis me etc. qa aliqui uolebāt seruire idolis in tēplo dñi exēplo Manasse q in tēplo dñi posuit idola. iiii. Re. xxi. & subintelligit grauius puniemini qa grauius est idolatrare in tēplo dñi q̄ alibi. & hic est modus loquēdi qui apud Hebreos dicitur detruncatus ad cuius intellectū oportet aliq̄d supplere. sicut. ii. Reg. v. ppositerat Dauid in die illa p̄miū ei sed subintelligit q̄d fieret p̄ncips militie sicut exp̄mit p̄mo Paral. Ratio autē q̄re hic utit tali mō loquēdi ē: qa sicut dictū est: loquit ad modū hominis irati qui pre ira solet truncare uerba sua. & subditur de penitentibus ibi seruiet mihi domus Israel. q̄ impletū fuit in redeuntibus de Babylone qui reedificauerunt templū in mōte Moria. ibi dño seruiētes. & ibi queram primitias uestras etc. ad sustentationē sacerdotū & Leuitar̄ ut patet Nee. x. c. In odorē suauitatis suscipiam uos. uestras oblationes acceptādo: & sanctificabor in uobis. i. sāctus apparebo in liberatione uestra. & recordabimini ibi uiar̄ uestrar̄ uere penitētes de peccatis p̄teritis. & scietis qa ego dñs. p̄ expientiā beneficior̄ meor̄. ppter nomē meū id ē ex mea misericordia. & nō ex uestra iustitia. Et factus est. Hic cōsequēter post reprehensionē malitie ponit applicatio parabole ad ostēdendū dicte malitie punitionē cū dicit. pone faciē tuā contra uiā austri. i. regnū Iuda q̄d est in parte australi terre promissionis. & stilla. i. penā futurā denūcia ad africū. i. ad Iude regnū. est. n. africus uētus flans ex parte meridiei. & Propheta ad saltū. i. ad tēplum q̄d in pluribus locis saltus dicitur: eo q̄ fuit factū de lignis saltus Libani. ecce ego succendā in te ignē qa succēsum fuit p̄ Nabuzardan. iiii. Reg. ultimo. & cōburam in te oīne lignū uiride. i. illud q̄d nō est bene aptū cōbustioni. tantus. n. fuit ille ignis q̄ cōburebantur etiam lapides duri. nō extinguetur flāma succēsiōis. s. per studiū hominis sed solū p̄ defectū materie cōbustibilis. & cōburetur in ea oīs facies refugientium illuc pro tuitione. & uidebit uniuersa caro. oībus enī apparebit manifeste q̄ illud factū fuit magis ex dei uindicta q̄ hominū potentia. & dixi. a. a. a. dñe deus. In Hebreo est una dictio que sonat aha. & ē interiectio dolētis seu admirātis. & se excusantis. uolebat. n. Propheta se excusare de tali p̄nuntiatiōe: ne a populo derideret. Ideo subditur. ipsi dicunt de me. me deridendo: nunquid nō per parabolas. i. per uerba obscura loqtur iste in hoc designabāt q̄ sicut loquebatur q̄ nec a se nec ab alius intelligebatur. & per cōsequēs uerba sua non essent apprecianda.

.XXI.

ET factus est Hec est pars sexta in q̄ arguitur malitia sub parabola gladii acuti p̄ quē intelligit Nabuc. Iudeorū malitiā punituros. Et diuidit in duas p̄tes. s. in partē p̄ncipalē & incidentalē scd̄a ibi & tu. Prima adhuc in duas: qa p̄mo describit occisio plebis. Scd̄o detectio p̄ncipis ibi: tu aūt. Prima adhuc in duas: qa p̄mo denūciatur plebis occisio. scd̄o excitatur Prophete cōpassio ibi: & tu. Circa primū dicatur Ezechieli pone faciē tuā ad Hierusalē ita q̄ ex modo ponendi faciē tuā designetur futura punitio ad irām sup eā & stilla ad sanctuaria. i. destructiones eor̄ denuncia. Vnde dicit hic Ra. Sa. q̄ dicit hic sāctuaria in plurali ad designandū destructionē

primi templi per Chaldeos. & secúdi per Romanos etiam gladiú meú. i. Chaldeoꝝ exercitú qui dicit hic gladius dñi eo ꝙ erat executor sue iusticie ī peccatoꝝ punitióe de uagina sua educendo eum de Chaldea. & occidam in te iustú & impium. etiã iustis temporaliter non parcendo multo minus parcam aliis gentibus idolatrie deditis quorú multe ualde sunt occise per exercitú Regis Babylónis Ideo subditur: Idcirco egredieé etc. ut sciat omnis caro per effectú mirabilẽ qa ego dñs eduxi gladiú etc. omnes enim poterant uidere manifeste ꝙ Nabuc. non poterat tantã stragem hominú facere nisi diuina uirtute. Et tu fili. Hic cósequẽter excitatur Prophete cópassio cú dicit: & tu. s. Ezechiel ingemisce pre dolore cordis in cótritione lúboꝝ. homines. n. multú amaricati deficiunt in robore. qui defectus per contritionẽ lumboꝝ designat. cetera patent usq; ibi pro auditu. s. gladii Nabuc. uentis sup populú Iude. & tabescet oñe cor. i. deficiet pre timore. & dissoluentur uniuerse manus. qa corde deficiente a quo procedit ad mẽbra exteriora sensus & motus: reddúntur mẽbra trem̃tia & a sua uirtute dissoluta. & per cuncta genua fluent aque. i. urine qa timor facit dissolutionẽ uesice. cetera patent usq; ibi. gladius exacutus est. & limatus qđ statim exponitur: cú dicit: ut cedat uictimas id est homines ad mortem. exacutus est. in quo designatur tanta uirtus in exercitu Chaldeorum: ꝙ non poterit ei resisti: ut splendeat limatus est. per hoc intelligitur terror huius exercitus stupefaciens homines. tunc dirigitur sermo dñi ad Nabuc. cú dicitur qui mouet. i. amouet sceptrum filii mei. i. regnú Iude succidisti omne lignú. i. omnẽ hominẽ iuuenẽ & senem. & dedi eum ad leuigandú. i. forbiendú forbitur ení gladius in p̃paratione belli. & ista forbitio intelligitur Nabuc. p̃paratio ad bellum. ut teneatur manu. s. diuina que p̃ncipaliter fecit stragem ex sua iusticia. clama & ulula. cópatiendo populo tuo qui figurant gladium Regis Assyrioꝝ gladio traditi sunt. s. Chaldeoꝝ. & loquitur de aliqbus regni. x. Tribuú qui effugerũt manú Regis Assyrioꝝ & postea habitauerũt in regno Iude tẽpore Ezechie & sic cum illis de regno Iude puniti fuerũt per Nabuc. Idcirco plaude sup femur. i. percute. quod est signú doloris quia probatus est. i. approbatus a me gladius Rex Babylónis. & hoc cum sceptrú subuerterit. s. Iudeoꝝ & non erit qa post Sedechiá nó habuerũt Regẽ proprie loquẽdo usq; ad X p̃m. licet enim Iohánes Hyrcanus a Machabeis descẽdens imposuerit sibi diadema: tñ ipse & aliqui alii post eum non fuerunt Reges proprie: qa non fuerunt instituti per diuinã electionẽ. & sacram unctionẽ. & excitatur iterú Prophete cópassio cú dicitur: tu ergo etc. & duplicetur gladius ac tripliceť. i. a te denuncietur duplicádus ad designandú multitudinẽ interficiendoꝝ. In omnibus portis eoꝝ dedi cóturbationẽ gladii acuti. ita ení Chaldei obseruauerunt portas Hierusalẽ ꝙ nullus absq; morte imminente poterat egredi. uade ad dextram siue ad sinistram tu Nabuc. quia pro uoluntate tua ubiq; habebis uictoriã. quin & ego plaudam manu ad manum. lugendo populi mei destructionẽ. dicitur autẽ deus plangere quãdo facit alios plangentes & maxime iustos qui sunt eius membra: sicut faciebat de Ezechiele. & per talem modú loquendi dicit Geñ. xxii. ad Abraham. Nunc cognoui ꝙ timeas deum. i. alios cognoscere feci per tuã obedientiam. Et factus est. Hic consequenter ponitur occasio qua Nabuc. uenit directe contra Hierusalem. Ad cuius intellectum sciendum ꝙ Rex Babylonis & suus exercitus uenerũt ad quoddã biuiú cuius una uia ducebat ad terram Ammonitaꝝ alia uero ad Hierusalem & quia Chaldei utebantur diuinatióibus & sortilegiis: Ideo per diuinationẽ uoluit uidere que uia esset sibi magis eligenda pro uictoria futura: quia utranq; terram impugnare intendebat non tamen simul sed successiue. & diuinatio illa cecidit ad uiam que ducit in Hierusalem. & illam

tenuit. & hoc est ꝙ dicitur pone tibi id est pone considerando duas uias concurrentes in uno biuio ut ueniat gladius Regis Babylonis. per istam uiã uel per illam de terra una id est Chaldea: egredientur ambo. s. Nabuc. & eius exercitus qui erit unicus ut ad unum locum ueniat & manu capiet coniecturam que uia sit eligẽda in capite uie ciuitatis id est ciuitatum biuium enim erat caput uie procedendi ad ciuitatem metro/ polin Ammonitarum Rabbach & ad ciuitatẽ metropolin Iude. s. Hierusalem stetit enim Rex Babylonis in biuio quousq; cõpleta esset sua diuinatio: cõmiscens sagittas: dicũt enĩ aliqui ꝙ in una sagitta scripsit nomen Rabbach & in alia nomẽ Hierusalẽ & protecit simul in altum accipiens pro coniectura ꝙ deberet ire ad ciuitatem cuius primo caderet sagitta quod contigit de illa: in qua erat scriptum nomen Hierusalem interrogauit idola. que secum portauit in exercitu immolati. In talibus enim diuini gentilium coniecturabant. ad dexteram eius facta est diuinatio. isti enim tres modi coniecturandi conuenerunt in hoc: ꝙ declinaret in Hierusalem que erat ad dexteram uenientium de Chaldea. & Rabbach ad sinistram. ut ponat arietes. ad concussionem muroꝝ. ut aperiat os in cede. precipiendo suis bellatoribus cedem Iudeoꝝ. ut eleuet uocem in ululatu. s. pugne ad bellatores suos exhortandum: ut ponat arietes contra portas ad frangendum eas. ut comportet aggerem ad implendum fossata. ut edificet munitiones. i. ligneas turres unde ĩteriora ciuitatis uideri possint: & impugnari eritq; quasi consulens frustra oraculum in oculis eoꝝ. i. Sedechie & suorum bellatorũ quia tantũ confidebãt in sua fortitudine & etiã murorũ ciuitatis ꝙ uidebãt eis ꝑ Nabuc. inexpugnabilis & sic frustra consuluisset idola & diuinationes quesisset modo p̃dicto. & sabbatorum otium mutãs dabat enim Rex Nabuc. insultum ciuitati Hierusalem & sic mutabat otium diei sabbati. quia Iudei sumebãt arma ad defendendũ ciuitatem sed Sedechias & sui reputabant hoc frustra fieri a Nabuc: estimãtes ꝙ nec sic ciuitas posset ab eo capi. alii dicunt: ꝙ hec est littera. sabbatorum otium imitans. sicut nihil operis fiebat in sabbato: sic Sedechias & sui estimabant Nabuc. nihil ꝓficere in suo conatu. & de tali frustra conante dicitur cõmuniter ꝙ nihil facit. & in hoc imitatur otium sabbati quantũ ad hoc. in Hebreo habetur. septies septem. cui p̃mittit frustra cõsulẽs oraculũ. ꝙ exponit Ra. Sa. d. ꝙ Nabuc. xlviii. uicibus quesiuit diuinatiões pro captione Hierusalem que faciũt septẽ septenas Ipse autẽ recordabitur iniqtatis ad capiendũ. Nabuc. n. memor iniqtatis Sedechie eo ꝙ fregerat iuramentũ: sperabat capere ciuitatem. & populum. & sic fuit factũ. & quia propter hoc peccatũ cũ alius supadditis fuit causa destructionis ciuitatis: Ideo subditur. pro eo ꝙ recordati estis. tu Sedechia & populus tuus iniquitatis uestre. peccata uestra reiterãdo. & reuelastis preuaricationes uestras publice & inuerecũde peccãdo. & apparuerũt peccata uestra in omnibus cogitationibus uestris. i. que p̃mo latebãt in cordibus uestris. manu capi/ emini id est potentia Regis Babylonis. Tu autẽ. Hic cõsequẽter arguit specialiter malicia Sedechie cũ dicitur: tu autem propbane erga deũ. impie erga homines. cuius uenit dies punitionis tue a deo: aufer cydarim. tolle coronam. i. propter maliciã tuam auferetur sacerdotium & regnum. Cydaris enim est mitra summi põtificis & sic accidit ꝙ Iosedech summus Pontifex cum Sedechia fuit captiuatus. nonne hec est. s. manus Nabuc. de qua predictum est manu capiemini. que humilem subleuauit. s. Godoliam quem p̃fecit terre q̃uis non esset de regio semine. & sublimẽ humiliauit. qa Sedechiã de regno eiecit. sic exponũt Iudei hanc litteram. uidetur tñ mihi aliter dicendũ scd̃m litteram immediate precedentem & subsequentem: quia immediate premittitur: tolle coronam scilicet regni Iuda: ut dictum est. de qua subdit. nonne hec est que humilem

ſubleuauit. ſcilicet ipſum Dauid. & ſublimē humiliauit. ſ. Sedechiam propter maliciā ſuam: ideo ſubditur. iniquitatem & ponitur ter. quia Sedechiaſ inique egit erga deū populū ſuū & erga Regē Babyloniorū. ponam eam. i. coronam regni Iude deponā pro hac triplici iniquitate. & hoc non eſt factum donec ueniat cuiuſ eſt iudiciū id eſt Nabuc. qui locutuſ fuit iudicia ad Sedechiā filioſ eiuſ interficiēdo. & ip̄m exoculādo q̄rto Reg. ultimo & tradam ei Sedechiam & eiuſ populum. Et tu. Hec eſt parſ in/ cidentaliſ in qua agit̄ de deſtructione Ammonitarū & Chaldeorū. quia ſupra dixerat Regem Babyloniſ ſtetiſſe in biuio ad querendum diuinationē ueniēdi cōtra Iudeoſ uel Ammonitaſ. Primo ergo agitur de deſtructione Ammonitarū: cū dicitur ad filioſ Ammon & ad obprobrium eorū fuerant enim in exercitu cum Rege Aſſyriorum in deſtructione Samarie & ex illa uictoria dicebāt de Iudeiſ obprobria mucro id ē tu Nabuc. & ponitur biſ ad maiorē affirmationē. uel quia biſ debellauit Ammonitaſ ut dicunt aliqui. euaginare. i. egredere de terra tua. ſ. Chaldea ad occidendum ſcilicet Ammonitaſ. limare ut fulgeaſ ad terrendū eoſ. fulgor enī armorū terret aduerſarioſ. cum tibi uiderentur bona etc. Nabuc. enim procedendo contra Ammonitaſ queſiuit conſilium ab idoliſ. & diuiniſ ſicut fecerat ueniendo contra Hieruſalem. & reſponſum ſibi fuit q̄ ſecure procederet quia haberet uictoriā. & q̄tum adhoc non fuit mēdaciū nec falſum: quia ſic contigit de facto. uerū tamen ſacerdoteſ idolorū & diuini dicebāt ſibi: q̄ hoc fieret uirtute idolorū & ſortilegiorū. & ſic credidit Nabuc. & ſc̄d̄m hoc erāt mendacia & falſa: quia uictoria illa proceſſit ex dei ſententia ad punitionem malorū. ut daretiſ ſup colla uulneratorū impiorū. ſ. Ammonitarū quorū ueniet dieſ. ſ. punitioiſ iuſte. in tempore iniquitatiſ p̄finita. in diuina ſententia & nō in idolorū & ſortilegiorū potentia. Reuertere Hic conſequenter agitur de Chaldeorū deſtructione cū dicit̄: reuertere ad uaginam tuam. i. in Chaldeam poſt multarum gentiū ſtragem in terra natiuitatiſ tue. i. in Babylōe. & iudicabo te. & hoc fuit impletū in Nabuc. q̄n uerſuſ in amentiam inter feraſ fuit electuſ. & quantū ad poſteritatem eiuſ & regnū tempore Balthaſar nepotiſſui qui interfectuſ fuit a Mediſ & Perſiſ in Babylone & ciuitaſ ſuc/ cenſa. Ideo ſubditur. in igne furoriſ mei etc. daboq; te in manuſ hominum inſipientiū. propter hoc enim Perſe & Medi in illa uictoria fuerunt inſipienteſ reputati q̄a con/ temnebant aurū & argentū ut intenderent interfectioni hominum: ut habetur Eſa. xiii. Ideo ſubdit̄: & fabricantiū interitū. uel dicebant̄ inſipienteſ reſpectu Chaldeorū eo q̄ in Chaldea uigebat aſtrologia & arſ Magica obliuioni traderiſ quia ciuitaſ illa facta eſt inhabitabiliſ Eſa. xiii.

.XXII.

ET factum eſt Hec eſt parſ ſeptima in qua exprimitur populi Iude malicia ſub metaphora multiplicis metalli conflati punienda. Et diuiditur in duaſ parteſ q̄a primo malicia exprimitur. & ſecūdo parabola ſubditur. ibi & factum eſt. Circa p̄mū exprimitur primo crimen crudelitatiſ cum dicitur: ciuitaſ effundenſ ſanguinē ſcilicet innocentum ut ueniat tempuſ eiuſ id eſt deſtructioniſ eiuſ. Secundo crimen idolatrie cum dicitur: & que fecit idola contra ſemetipſam id eſt ad malum ſuum in ſanguine tuo etc. Pro iſtiſ enim duobuſ uitiis cū aliis ſequentibuſ ſecuta eſt deſtructio ciuitatiſ propterea dedi te obprobriū gētibuſ etc. iſta. n. deſtructio fuit tāta q̄ ad deriſionē Iudeorum fuit procul núciata. ſordida ex multo crimine. nobiliſ ex origine. q̄a p̄mo fuit fundata a Melchiſedech. & poſtea renouata & ampliata a Dauid. & Salomone grandiſ interitu id eſt paratuſ eſt tibi grādiſ interituſ. poſtea ſubdit̄ crimen contēptuſ parentum. quod eſt contra legē naturalem & diuinā: cū dicitur patrem & matrē etc. & crimen oppreſſioniſ pauperum: cum dicitur: aduenam calumniati ſunt etc. ſubditur

contemptuſ ipſiuſ dei cum dicitur: ſanctuaria mea ſpreuiſtiſ: ponendo ibi idola. & ſabbata mea polluiſtiſ operando nepharia diebuſ ſacriſ. uiri detractoreſ innocenteſ mendaciter accuſando. ut morerentur ſicut de Hieremia dicebant: iudicium mortiſ eſt uiro huic Hiere. xxvi. Conſequenter exprimitur crimen nephande luxurie cū dicitur: ſceluſ operati ſunt. i. ſcelera que magiſ exprimuntur cū ſubditur: uerecūdiora patriſ diſcooperuerūt. nouercaſ ſuaſ carnaliter cognoſcēdo. & ad mulieres mēſtruataſ accedendo. & adulteria indifferenter cōmittendo. Ideo ſubditur: & unuſquiſq; etc. Conſequenter reſumitur uitium cupiditatiſ & crudelitatiſ cum ſubditur: munera acceperunt etc. Interficere enī lucri cupiditate enormiuſ ē: q̄ ex ſurreptione ire. uſurā & ſupabundantiā accepiſti. etiam a fratribuſ tuiſ Iudeiſ & auare proximoſ tuoſ calumniabariſ ad extorquendum peccuniam precepta mea contemnendo ecce cōplauſi manuſ meaſ etc. q̄re nō dolore afflictuſ ꝑpter uitia tua nunqd ſuſtinebit cor tuū? penā quā intendo inferre. q. d. non immo deficiet pre timore. & per cōſequēſ manuſ & alia membra que habent ſenſum & motum a corde. ego locutuſ ſum & faciam. q. d. non eſt propbetia cōminationiſ tantum: que aliquando retractatur. ſed cum hoc p̄/ deſtinationiſ: que ſemper impletur. & deficere faciam. immundiciā tuam a me: multoſ peccatoreſ occidendo. & aliоſ inter genteſ taliter affligendo q̄ uexatione intellectum dante cogentur per penitentiam redire ad me. Ideo ſubditur: & poſſidebo te etc. Et factum eſt Hic conſequenter ſub metaphora metalli conflati deſcribitur punitio populi & primo hec punitio exprimit̄. ſecundo ſcriptura ad ſcribendū uitia reuertit̄ ibi: & facta. Circa primū dicitur uerſa eſt mihi domuſ Iſrael in ſcoriam. i. de mūdicia in immundiciam iſto modo dicitur Eſa. p̄mo. Argentum tuum uerſum eſt in ſcoriam omneſ iſti eſ. habenteſ ſimilitudinem auri. & ſtagnum habenſ ſimilitudinem argenti. & tamen non ſunt. & per hoc deſignantur bypocrite quoꝝ aliqui habebant maiorē apparētiam ſanctitatiſ. & aliqui minorē primi per eſ. ſecundi per ſtagnū intelligunt & ferrum. i. in uitiiſ indurati. & plumbum carnaleſ & laſciui. quia plumbum ſtatim ad colorem igniſ liquefit in medio fornaciſ id eſt diuine argutionis per Prophetaſ ſcoria argenti facti ſunt: non recipienteſ correctionem ſed peiorationem. & ſequitur pena correſpondēſ cū dicit̄: eo q̄ uerſi eſtiſ etc. ſequit̄ congregabo uoſ in medio Hieruſalē ut defendatiſ eam a Nabuc. ſecundum intentionem ueſtram. ſed contrarium euenit̄: Ideo ſubditur. cōgregatione eriſ & argēti etc. in medio fornaciſ ga capta Hieruſalē & ſuccenſa aliqui iuſti temporaliter perierūt cum iniuſtiſ ut dictum eſt. c. precedenti qui per argentum hic intelliguntur de ſignificatione eriſ & ferri ſtagni & plumbi dñi eſt. & reqeſcam loquitur deuſ de ſe ipſo ad modū hominiſ irati cuiuſ ira per punitionē quieſcit. & ſcietiſ quia ego dominuſ per experientiam mee poteſtatiſ. Et factum eſt Hic repetuntur populi uitia q̄tum ad diuerſoſ ſtatuſ: cum dicitur primo generaliter tu eſ terra immunda. ex peccatiſ preteritiſ. & non compluta. i. careniſ operibuſ boniſ ſicut terra non cōpluta caret fructibuſ & conſequenter ſubditur crimen Prophetaꝝ cum dicit: coniuratio Prophetaꝝ ſcilicet falſoꝝ ſicut leo rugienſ etc. qa ꝑſequebātur ad mortem Prophetaſ domini & rapiebant eorum bona. uiduaſ eiuſ multiplicauerūt occidēdo Prophetaſ ueroſ eaꝝ maritoſ. & ſubdit̄. crimē ſacerdotū cū dicit̄ ſacerdoteſ eiuſ contēpſerūt legē meam de eiuſ obſeruantia non curando. & polluerūt ſāctuaria mea idolatriam ibi exercendo. inter ſānctum & ꝑphanum non habuerunt diſtantiā. indifferenter immolanteſ animalia munda & immunda. & a ſabbatiſ meiſ auerterunt oculoſ ſuoſ cultum meum negligendo & ad terrena lucra ſe conuertēdo. Conſequēter ponitur crimen Principum cum dicitur Principeſ eiuſ in medio eiuſ q̄ſi lupi innocēteſ

iugulantes & bona eoꝝ rapientes & auare sectãdo lucra. subuertendo iusticiã ꝓpter
munera. Prophete autem eius scilicet falsi timebant eos absq; temperam̃to. i. indecẽter
commendantes uitia principũ que debebant arguere colorantes ea pallio false iustitie
dicentes hec dicit dominus deus quia mutabant̃ Prophetas domini in modo ut facilius
deciperent. Consequenter tangitur crimen populi cõmunis cum dicitur: populi terre
calumniabantur scilicet simplices calũnia id est sine causa. & rapiebant uiolenter eoꝝ
bona. egenum & pauperem affligebant etc. id est illos qui se defendere non ualebãt.
& quesiui de eis. i. de omnibus p̃dictis Prophetis sacerdotibus Principibus uulgaribus
uirum qui interponeret sepem id est precem efficacem & staret oppositus contra me.
id est ad impediendum rigorem iustitie mee & non inueni saltem unum ut exponunt
aliqui. Sed hoc non uidetur bene dictum quia ibi erant Hieremias & Baruch q̃ erant
iusti & orabant pro salute populi: & sicut dictum est supra in captione Hierusalem
plures iusti cum impiis fuerunt occisi: de quibus non est uerisimile quin deum pro libe/
ratione sua orarent & totius populi & ideo cum dicitur & quesiui de eis uirum id est
uiros in numero sufficienti ut pro illis deberet parcere toti ciuitati. Vnde & Abrahã
Gene. xviii. cum quesiuisset a domino si parceret ciuitati Sodomorum pro. x. iustis
non fuit ausus de minori numero querere ulterius & ideo subdit: & non inueni scilicet
uiros iustos in numero sufficienti. Iniquitas enim ciuitatis erat nimis grauis ex multi/
plicitate enormitatũ & diuturnitate ut patet ex predictis & diffusius quarto Regum &
secundo Paral. per talem modum dicitur communiter non est uir in ciuitate quando
sunt ibi pauci uiriles & animosi. Ideo subditur cum dicitur: & effudi super eos indig/
nationem meam & patet littera. .XXIII.

ET factus est Hec ẽ octaua pars in qua describit̃ malicia populi sub metaphora
duarum sororum turpiter fornicantiũ minor post maiorẽ per quas intelligunt̃
Samaria & Hierusalem ut exprimitur in littera & per consequens regnum Israel &
regnum Iuda quoꝝ fuerunt Metropoles que fornicate sunt enormiter per idolatriã
ut patet ex decursu tertii & quarti Regum & secundi Paral. Igitur presens capitulũ
in tres partes diuidit̃: qa p̃mo sub dicta metaphora de utroq; regno agit̃ coniunctim
secundo diuisim ibi fornicata est. tertio iterum coniunctim ibi & ait dominus. Circa
primum dicitur due mulieres id est duo regna predicta que dicuntur mulieres quia
erant ad omne bonum effeminata. matris unius fuerunt quia tempore Dauid & Sa/
lomonis regnum fuit unum sed duricia uerborum Roboam in duo diuisa. iii. Regum
duodecimo & fornicate sunt in Egypto. non potest hoc intelligi de duobus regnis in
seipsis qa ista diuisio regni per q̃ngentos annos facta fuit post egressum de Egypto.
& ideo exponatur uno modo inquantum fuerũt originaliter in patribus in Egypto
existentibus: & ad idolatriam Egyptiorum declinantibus. Alio modo dicit Ra. Sa.
ꝙ intelligitur per imitationẽ quia ista duo regna ad modum patrum in Egypto ex/
istentium declinauerunt ad idolatriam in adolescentia sua fornicate sunt: quia statim
in principio regni diuisionis Hieroboam Rex Israel fecit uitulos aureos a populo suo
coli. iii. Reg. xii. & postea regnum Iuda ad idolatriam declinauit: ibi subacta sunt
ubera earum. Prosequitur metaphoram designando idolatrandi actum per carnalem
concubitum & fracte sunt mamme pubertatis earum. In defloratione enim iuuencule
mollificantur mamme. nomina autem earum Colla maior id est Samaria siue regnũ
Israel ut exprimitur infra que dicit̃ maior: eo ꝙ regnũ illud continebat. x. Tribus.
regnũ aũt Iuda duas. & nominat̃ Oola quod in Hebreo sonat tabernaculum quia
postea fuit ibi templum Baal q̃rto Regum decimo. Regnum uero Iuda ooliba quod

interpretatur tabernaculum meum quia ibi fuit templum domini in Hierusalem. & pepererunt filios & filias. multiplicādo populum in utroq; regno. fornicata est. Hic consequenter agitur de utroq; regno diuisim. & primo de regno Israel. Secundo de regno Iuda ibi quod cum uidisset. Circa primum dicitur fornicata est igitur sup me id est in iniuriā meā quia sum uir eius oola id est regnum Israel sub nomine Samarie statim a tempore Hieroboam ut dictum est colendo uitulos aureos idolatrauit & insanuit in amatores suos: in Assyrios. appropinquantes id est sibi propinquos in situ quesiuit enim regnum Israel cum Assyrius fedus & amicitiam & ex cōsequenti recepit ipsorum idolatriam ut dicit Ra. Sa. hoc fuit impletū tēpore Manaben Regis Israel qui per Regē Assyrios quesiuit fulciri in regno suo propter quod dabat ei singulis annis magnum tributū. iiii. Regum. xv. Principes & Magistratus etc. cum istis enim qui erant maiores post Regē quesiuit Manaben ex causa p̄dicta amicitiā. & secutus est postea idolatriam. Insuper & fornicationes suas quas habuit in Egypto nō reliqt quia cum hoc colebat uitulos aureos ad modum patrum qui fuerant in Egypto: ut patet Exodi xxxii. de adoratione uituli conflatilis. Ra. Sa. aliter exponit q̄ istud fuit impletū tempore Osee Regis Israel qui nitēs rebellare Regi Assyrios: quesiuit amicitias Regis Egypti. iiii. Reg. xvii. & sic cōmunicauit idolatrijs eius. ut maiorem fauorem inueniret apud eum. propterea tradidi eam in manus amatorum suorum. & qui sint illi subditur: in manus filios Assur. isti fuerunt amatores tempore Manaben ut dictū est & tempore Osee & Salmanasar Rex Assyrios cepit Osee Regē Israel & Samariā & populū captiuauit ut habetur ibidem. ipsi discooperuerunt ignominiā illius regem & populum capiendo & partim occidendo & partim captiuando. & facte sunt famose mulieres id est diffamate per orbem. & secundū hoc loquitur de Samaria & Hierusalem coniunctim sed non concordat qđ subditur. & iudicia perpetrauerūt in ea. propter quod uidetur translatio in aliquo deficere. quia in Hebreo sic habetur & facta est famosa id est diffamata mulieribus. i. aliis ciuitatibus & gentibus ad quas deuenit confusio captionis dicte & iudicia perpetrauerunt in ea. s. Assyrii eo q̄ Osee & populus eius fregerunt pacta cum eis inita. Quod cum uidisset. Hic agitur diuisim de Hierusalē seu regno Iude & p̄mo exprimit̄ eius malicia. Secundo subdit̄ pena ibi propterea. Prima adhuc in tres: quia primo exprimitur eius idolatria cum Assyrijs. Secundo cum Chaldeis ibi cumq; uidisset. Tertio cum Egyptijs ibi: & multiplicauit. Circa primum dicitur q̄ cum uidisset soror eius Ooliba id est Hierusalem siue regnū Iuda punitionem regni Israel propter confederationē sui cū gentilibus ex diffidētia diuini adiutorii ex q̄ confederatione secuta est cōmunicatio idolatrie debuisset regnū Iuda a talibus cauisse quod non fecit. sed peius operatum est quia idola fuerūt posita in templo domini tempore Manasse. iiii. Regum. xxi. quod fuit grauissimum sicut plus q̄ illa insaniuit libidine. ad filios Assyriorum prebuit imprudenter. & hoc tēpore Achaz ut dicit Ra. Sa. qui quesiuit familiaritatē Theglachphalasar Regis Assyrios mittens ei nuncios & munera ut preberet ei auxilium. iiii. Regum. xvi. & in fauorē eius abstulit cultum dei de domo domini ponēs ibi altare peregrinum ut habet̄ ibidē. ducibus & magistratibus Isti erant principales in exercitu Regis Assyrios de quibus magis confidebat Achaz q̄ de auxilio diuino. & auxit fornicationes suas. peius faciēs q̄ regnū Israel. Cumq; uidisset. Hic consequenter exprimit̄ eius malicia cū Chaldeis quorum audiens uictorias quesiuit cum eis amicitiam ex parua confidētia in deum & nimia in hominem & hoc est q̄ dicitur cumq; uidisset muros depictos in pariete: quia

facta probitatis cito solent depingi in diuersis locis. & accinctos baltheis. i. militaribus cingulis in signū ꝓbitatis & tiaras in signū nobilitatis insaniuit super eos cōcupiscētia oculorum suorum querendo eorum amicitiam. & misit nuncios ad eos in Chaldeam de ustis nuncius habetur si referatur ad tempus Sedechie quia Nabuch. Rex institutus mittebat singulis annis nuncios deferentes ei tributū & munera usq; ad rebellionis sue tempus. cumq; uenissent ad eam filii Babylonis etc. Ra. Sa. hoc exponit de nuncius Regis Babylonis qui uenerunt ad Ezechiam. in quoꝝ aduentu nimis gloriatus oñdit eis omnia secreta regni. Vnde dominus iratus fuit contra eum ut patet. iii. Reg. xx. Sed quia hic sequitur polluerūt eam stupris suis. quod proprie dicitur de idolatriis q̄s Ezechias nō recepit: immo eas que ante erant in regno suo extirpauit: Ideo uidetur melius exponendū de Babylonis tempore Ioacim filii Iosie & tempore Sedechie uentibus quia uterq; Rex multis annis seruiuit Babylonis. & sic Babylonii uenerūt in regnum Iude ad querendum tributa. & uerisimile est q̄ Iudei communicabant eis in idolatria ad captandum eorum benuolentiam maxime cum proni essent ad omnē idolatriam. & recessit anima mea id est dilectio mea ab ea sicut ipsa decesserat a cultu meo. Multiplicauit. Hic cōsequenter describitur eius malicia cum Egyptiis cū dicit: multiplicauit enim fornicationes suas id est idolatrias recordans dies adolescentie tue. quibus fornicata est terra Egypti q̄d intelligitur originaliter in patribus uel per eoꝝ imitationem ut dictum est supra & insaniuit libidine super concubitum eorum. & hoc fuit tempore Sedechie qui ut liberaretur a tributo Regis Babylonis cōtra iuramentum suum amicitiam cum Rege Egypti contraxit munera ei mittens. & eius idolatrie cōmunicans. quorum carnes sunt ut carnes Assyriorū etc. per hoc designat magnitudo idolatrie & multitudo tunc uigentis in Egypto sicut hec animalia sunt excessiue luxuriosa. & uisitasti scelus adolescentie tue. exponatur sicut supra. Propterea. Hic consequenter subditur correspōdens pena cum dicit in persona dñi ecce ego suscitabo omnes amatores tuos id est illos cum quibus communicasti amicicia & idolatria. contra te ut per eos puniam te. de q̄bus saciata est anima tua. Sedechias enim rebellās Regi Babylonis in hoc ostendit se saciatum amicicia eius & etiā attediatū. nobiles tyrannos etc. id est potentes. & uoluntarios ad te destruendum. & nominatos ascensores equoꝝ id est famatos equites. & uenient super te instructi curru id est curribus ad portādum exercitui necessaria. & etiā ad pugnandū. quia antiqtus aliqui pugnabāt in curribus & dabo coram eis iudicium etc. id est faciam eos executores iusticie mee in te. & ponā zelum meum in te id est zelum iusticie mee quantum ad effectum Ideo subditur: quē exercent tecum. in furore nasum tuum & aures tuas precident & deformabunt te. & hoc fuit potissime in exoculatione Regis Sedechie & nobilium occisione. iiii. Regum ultimo & nouissimum tuum deuorabitur igni. quia finaliter ciuitatem & templū cōbusserunt Chaldei sublatis prius inde omnibus preciosis. Ideo subditur: & denudabūt te uestimentis etc. & requiescere faciā scelus tuū de te. q̄a non uacabit tibi idolatrare. & fornicationem tuam de terra Egypti id est cōmunicationē in idolatria. & amicicia. neq; leuabis oculos tuos ad eos sperando ab eis auxilium. ex tali spe uana rebellauit Sedechias. & destructa fuit ciuitas. ecce ego tradam te in manus eorum quos odisti. i. Chaldeorum quibus rebellasti. cetera patent ex dictis usq; ibi. in uia fratris tue. id est Samarie ambulasti multipliciter idolatrando. & dabo calicem eius in manu tua id est puniam te consimili pena que in scriptura nomine calicis designatur. bibes profūdum & latum id est magnā penam intensiue & extensiue sustinebis. que est capacissima. i. afflictionis & ignominie dignissima. & potabis usq; ad feces etc. & loquit̄ metaphorice

quasi de homine qui potat nimis auide & sic non solum bibit feces que sunt in fundo: sed etiam uidet: q uelit quodāmodo cyphum deglutire. per hoc designat magnitudo pene. & ubera tua lacerabis pre dolore sicut boues in magna tristicia existētes trabūt capillos suos & lacerant se unguibus. precisti me post corpus tuū loquit de Hierusalē per modū adultere inuerecūde que a corpore suo elongat uirū & currit ad adulteriū sicut populus Hierusalem elongauit se a deo & idola coluit. Et ait Hic iterū agit de regno Iude & Samarie coniunctim & primo ponitur culpa. secundo pena ibi uiri ergo. Circa primum exprimitur culpa coniunctim cum dicitur nunqd uitas Oolam & Oolibam. q. d. ad te pertinet iudicium condemnationis eorum nunciare. quia adulterate sunt idolatria & sanguis in manibus earum. per homicidia. Insuper & filios suos quos genuerunt mihi id est quos debuerunt applicare meo cultui: obtulerunt eis id est idolis ad deuorandum id est comburēdum per modum superius frequēter dictū de pueris oblatis idolo Moloch. polluerunt sanctuarium meum in die illa id ē tēpore Manasse quo in templo posita fuerunt idola quarto Regum. xxi. cumq; immolarēt filios suos etc. quia post talia nephanda eadem die uolebant intrare templum & deo seruire & minus malum esset a sacro loco se subtrahere. miserunt ad uiros uenientes de longe etc. loquitur de populo ad modum mulieris libidine ardentis que aliquando mittit longe cum laboribus & sumptibus magnis pro adulteris aduocandis & in aduētu eorum lauat se & ornat ut eis placeat: sic Iudei mittebāt lōge & cū sumptibus magnis ad adducendum sacerdotes idolatrie de nouo ab eis audite & illis idolis offerebāt bona que debebant deo offerri & sic patet littera usq; ibi & mensa ornata est ante te id est altare idoli ornatum est ornamētis templi mei. Ideo subditur: thymiama meū. de quo precipitur Exodi. xxx. q mihi soli offeratur: & unguentum meum id est quo uasa cultus mei debent inungi posuisti sup eam id est applicasti ad idolatriam. & uox multitudinis exultātis ad laudem idolorum. & in uiris qui de multitudine hominū adducebantur id est sacerdotibus idolorum posuerunt armillas in manibus eoy etc. ornando eas ornamentis sacerdotum domini. & ingressi sunt ad eam. polluendo per idolatriam. Viri ergo iusti sunt. Hic cōsequenter ponitur pena cum dicitur: uiri ergo iusti sunt id est aliqui uiriles & potentes qui in comparatione Iudeorum sunt iusti & per istos intelliguntur Assyrii: qui destruxerunt Samariam & Chaldei & alii qui cū eis fuerūt in exercitu contra Hierusalem. ipsi enim non receperant legem domini sicut Iudei: & ideo quanuis essent idolatre: tamen in hoc minus peccabant q̄ Iudei. Hi iudicabunt eas id est erunt executores iusticie mee iudicio adulterarum etc. que secundum legem condemnant ad mortem. & hoc modo Chaldei iudicauerunt regnum Iuda: & Assyrii regnum Israel ut frequenter dictum est supra. Ideo subdit adduc ad eas multitudinē scilicet exercituum ad eos totaliter disperdendum. & patet littera usq; ibi & auferam scelus de terra per captiuitatem utriusq; regni. & discent omnes mulieres id ē alie gētes ne faciant secundum scelus eay. s. rumpēdo iuramentum quod fecit Sedechias Regi Babylonis qui adiurauerat eum per dominum. ii. Paral. ultimo. & Osee Rex Israel Regi Assyriorum.

.XXIIII.

ET factum est. Hec est pars nona in qua propter maliciam populi describitur eius tribulatio sub metaphora duplici sub una describit populi afflictio. sub scda afflictionis aggrauatio ibi: & factum est. Prima in duas quia primo parabola ponit: & secundo exponitur ibi propterea. Circa primum premittitur tempus: cum dicitur: In anno nono scilicet trāsmigratiōis Ioachin & idem fuit ānus nonus regni Sedechie qui ei successit. & eodem anno Nabuch. Hierusalem obsedit mense decimo decima die

menſis ut habetur quarto Regum ultimo. Ideo ſubditur in qua confirmatus ē Rex
Babylonis id eſt obfirmatus aduerſus Hieruſalem ad eā deſtruendā & dicēs puerbiū
id eſt parabolam que ſequitur cum dicitur: pone ollam id eſt diſpone ad ignem & per
ollam intelligitur Hieruſalem ut exponitur infra quia populus fuit cōgregatus in ea
pro refugio. & defenſione ciuitatis & templi. cōtra Chaldeos in aliquibus libris ſubdit
eream tamen non eſt in Hebreo ſed ſubintelligitur ut patet per ea que infra ſequunt
& propter hoc additum fuit ab aliquo expoſitore uel forte a tranſlatore qui nō ſemp
tranſtulit uerbū ex uerbo ſed aliquando ſenſum ex ſenſu. pinguiſſimum pecus aſſume
Iſtud in Hebreo nō eſt in hoc loco ſed poſtea congere fruſta eius id eſt pinguiſſimi
pecoris de quo poſtea ſubdit per hec fruſta intelliguntur partes populi in Hieruſalem
congregati ad eius defenſionem contra Nabuch. omnem partem ueſtram id eſt omnes
fortes bellatores electa & oſſibus plena id eſt omnes uiros fortes qui concurrerunt ibi
undiq; pinguiſſimū pecus aſſume. id eſt id quod melius eſt in hominibus de toto regno
compone quoq; ſtrues oſſium ſub ea id eſt facies ignē deſubtus de oſſibus: q ē fortior
q̄ de ligni. Ita exponunt aliqui. ſed hoc non uidetur bene dictum: quia infra ubi de
iſto igne loquitur ubi tranſlatio noſtra ſic habet: congere oſſa que igni ſuccendam.
In Hebreo habetur multiplica ligna accende ignē propter qd̄ Ra. Sa. ſic exponit.
compone ſtrues oſſium ſub ea id eſt ſic diſpone fruſta in illa q; partes magis oſſee ſint
deſubtus quaſi aliaſ ſuſtentantes: per quod deſignabatur diſpoſitio bellatorum inter
Hieruſalem per talem modū q; fortiores preſtarēt debilioribus fulcimentū. efforbuit
coctio eius id eſt inſultus boſtium inualuit in tātum: q; etiā fortiores bellatores intra
Hieruſalem exiſtentes qui per oſſa intelliguntur fuerunt quaſi diſſoluti uirtute ideo
fugerunt fracta ciuitate. iiii. Regum ultimo. Propterea. Hic conſequenter dicta
parabola exponitur & ad ſenſum iam dictum. ſed aliqua ſuperadduntur cum dicit.
ueh ciuitati ſanguinum id eſt Hieruſalem que effudit Prophetarum & Iuſtoꝝ multū
ſanguinem. olle ſic ſupra nominata eſt Hieruſalem ut dictum eſt: cuius rubigo id eſt
malicia indurata in ea eſt per partes & partes eice eam. quia in lōga obſidione aliqui
de induratis in malis perierunt fame & alii peſtilentia ſeu aeris corruptione & in eius
captione aliqui ſunt gladiati & reliqui captiuati. non cecidit ſuper eam ſors quādo eni
ponitur ſors ad oſtendendum qui debeant mori: uel dimitti: ſors parcit pluribus. ſicut
Ionas fuit forte deprehenſus ceteris dimiſſis. fuit in mare proiectus. ſed hic omnes capti
ſunt modis predictis: & ſi aliqui euaſerunt ut Iſmael & aliqui alii: fuerunt ita pauci
comparatiue: q; quaſi pro nihilo computandi erant. qui tamen poſtea fugientes in
Egyptum cum Iohanna filio Charee perierūt ſaltem pro maiore parte Hiere. xliii.
ſanguis enim eius id eſt peccatū ſuper lympidiſſimam petram effundo illum. id eſt ita
publicum eſt & manifeſtum omnibus q; non poteſt aliqua tergiuerſatione celari. ſed
iuſticia diuina ipſum exigit ſtatim puniri: Ideo ſubditur: Veh ciuitati ſanguinū id ē
Hieruſalem cuius grandē ego faciā pyram id eſt ignitionem a pix q; eſt ignis cōgere
oſſa: In Hebreo habetur ligna conſumentur carnes id eſt fame & peſte morientur
debiliores & torquet uniuerſa cōpoſitio id eſt tota congregatio populi in Hieruſalē
ſupra modum affligetur. & oſſa tabeſcent quia etiam illi qui ſunt fortiores deficient.
Pone quoq; eam ſuper prunas uacuam. quia poſt euacuationem ciuitatis a populo &
diuitus finaliter incenſa fuit a Chaldeis: ut incaleſcat & liqueſiat es eius id eſt materia
edifitiorum. & conſumatur rubigo eius. ut ſic locus incendat in deteſtationem malicie
in eo diu perpetrate. multo labore ſudatū eſt. ad amotionē dicte rubiginis per Hie/
remiā & alios Prophetas populi maliciā arguētes. & ob hoc multas iniurias ſuſtinētes.

neq; exiuit de ea rubigo eius neq; per ignem. ſ. tribulationis que frequenter contigit illi populo ante eius deſtructionē immundicia tua execrabilis. quia mūdare te uolui: modis facilioribus: ut per Prophetaꝝ correctiones & particulares afflictiones & non es mūdata: talibus modis. ſed nec mūdaberis priuſ donec quieſcere facia indignationē meam in te. totaliter deſtruēdo ſicut indignatio hominis irati quieſcit in deſtructiōe ſui aduerſarii. Et factum eſt. Hic ponitur ſecunda parabola ad oſtendendū doloris augmentum: & primo parabola ponitur. ſecundo exponitur ibi. & dixit: Circa p̄mū ſciendum q̄ dolor cordis alleuiatur per fletum & planctum ſecundum q̄ dicit Philoſophus. ii. Rheto. quia q̄diu tenetur clauſus in corde magis pungit. ſed per fletum & planctū euaporat & euaneſcit & dolor apoſtematis q̄ diu ē integrū & clauſum magis affligit. mitigatur autem quando rumpit̄ & ſanies fluere incipit. Ezechieli uero data fuit materia doloris de morte uxoris. & prohibitus fuit eam flere. & lugere. & hoc eſt qđ dicitur ecce ego tollo a te deſiderabile oculorum tuorum id eſt uxorem tuam que eſt magis diligibilis q̄ aurum & argentum ingemiſce tacens ita q̄ non appareat ſignū doloris exterius: ſed cōtineat̄ interius corona tua id eſt mitra ſeu cucuſa. circūligata ſit tibi. ad compoſitionem capilloꝝ tuorum q̄ eſt contra modū lugentium. nec amictu ora uelabis. trahendo caputium ante oculos: ſicut ſolent facere lugentes. nec cibos lugentium comedes id eſt non uiues auſtere ſicut ſolent lugentes facere. locutus ſum ergo mane ad populum. nunciando iſta a dño mihi predicta. mortua eſt uxor mea ueſpere eiuſdem diei ad uerificationem dicti feciq; mane diei ſequentis ſicut preceperat mihi continēdo a luctu. Et dixit Hic conſequenter parabola exponit̄. per hoc enim deſignabatur q̄ Iudei qui tranſmigrati fuerant cum Iechonia in Babylonē: haberēt materiam doloris de deſtructione Hieruſalem & templi. & de deſtructione populi in quo erant eorum amici. & conſanguinei. & tamen non auderent lugere exiſtentes in Chaldea ne uiderentur dolere de Regis Babylonis uictoria. & ſic durius tractarent̄. & ſecundum hoc patet littera pro magna parte. Hec dicit dominus deus: qui mentiri non poteſt. ecce ego polluam id eſt pollui permittam ſanctuarium meū id eſt templū per Chaldeos deſtruendum. ſuperbiam id eſt gloriam imperii ueſtri ſcilicet Hieruſalē que erat metropolis in regno Iude. Vnde tranſlati fuerant iſti & deſiderabile oculoꝝ ueſtrorum id eſt omne illud quod deſideratis uidere redeundo in Iudeam. & de cuius deſtructiōe timetis. & facietis ſicut feci. cōtinēdo uos a luctu & gemitu ratiōe p̄dicta eritq; Ezechiel uobis in portentum id eſt in ſignum facti ueſtri futuri quia ſicut non luxit mortem uxoris: ita nec uos audebitis lugere deſtructionem templi & ciuitatis. ecce in die qua tollam ab eis fortitudinem eorum id eſt uiros bellatores de Hieruſalē & gaudium dignitatis id eſt regnum & ſacerdotium & deſiderium oculorum eoꝝ id ē templum & alia que deſiderant iterum uidere. aperietur os tuum id eſt tunc poteris ſecure loqui de illa deſtructione que tūc patebit per effectum de qua populus tuus nō uult modo tibi credere. & ſcietis quia ego dominus per experientiam uindicte mee.

ET factum eſt. In precedentibus a ſecundo capitulo uſq; huc prophetauit Ezechiel contra Iudeos pauca de aliis gentibus .XXV. interſerendo. Hic incipit prophetare contra extraneos. Et diuiditur in tres partes. quia primo prophetat de gentibus extraneis. Scđo interſerit aliq̄ de Iudeis. xxxiii. ca. Tertio reſumit de extraneis ca. xxxviii. Prima in duas quia primo prophetat contra q̄ttuor populos ſuccincte. Secundo contra duos alios diffuſe ca. xxvi. Prima adhuc in tres. quia primo prophetat contra Ammonitas. Secundo contra Idumeos & Moabitas ibi: hec dicit. Tertio contra Phyliſteos ibi hec dicit. Circa primum dicitur:

pone faciem tuam contra filios Ammon id est contra terram eorum ut non solum ex modo loquendi sed etiam stando ostendas te contra eos loqui: pro eo q̄ dixisti: euge euge. interiectio est gaudentis super sanctuarium meum id est templum. quia pollutū est id est destructum per Chaldeos: idcirco tradam te filiis orientalibus id est Chaldeis quorum terra uergit ad orientem respectu terre Ammonitarū. Illi enim Ammonite descenderunt de Loth nepote Abrahe propter quod tristari debebant de Iudeorum afflictione. & ipsi gaudebant odio & inuidia moti. propter quod meruerunt destrui. & captiuari. & collocabunt caulas suas in te id est ita destruent edificia ciuitatum q̄ ponētur ibi caule pecor̄. daboq; Rabach. metropolin terre Ammon in habitaculum camelor̄ id est sic destruet̄: q̄ cameli pascentur ibi. & resumitur causa cū dicitur: pro eo q̄ plausisti manu etc. id est oñdisti signa leticie pro Hierusalē & templi destructiōe extendam manum meam super te id est uindictam meam. Hec dicit Hic cōsequēter prophetat cōtra Moabitas & Idumeos cū dicitur: pro eo q̄ dixerunt Moab & Seyr id est Moabite & Idumei Idumea ent & Seyr sunt nomina synonima: ecce sicut oēs gentes domus Iuda id est regnum Iuda est destructum & captiuatum sicut alia regna hoc dicebant insultando & gaudendo cum tamen deberent cōpati & condolere: eo q̄ Moabite descēderūt de Loth nepote Abrahe & Idumei de Esau fratre Iacob. Idcirco ecce ego aperiam humerum Moab id est fortalicia & munitiones fortes que sustinent pondus aduersariorum que nominantur cum subditur Bethiesimoth etc. filiis orientis id est Chaldeis ut dictum est supra ut non sit memoria ultra filior̄ Ammon id est non sint in reputatiōe usq; ad tempus magnum & in Moab faciam iudicia id est uindictas pro eo q̄ fecit Idumea ultionem prosequendo odiose filios Iuda quasi in ultionē benedictionis paterne quā obtinuit Iacob ante Esau primogenitū. propter quod Esau prosequebatur fratrē suum. & similiter posteri Esau posteros Iacob. que tñ p̄secutio erat iniusta: tū qa hoc factū fuerat ex ordinatione diuina: tum qa Esau uendiderat Iacob sua primogenita. & faciam eam desertam ab austro id est a Iudeis qui sunt in parte australi respectu Idumee ideo sequitur. per manum populi mei Israel. hoc fuit tempore Machabeorum qui Idumeos impugnauerunt primo Macha. v. Hec dicit. Hic prophetat contra Phylisteos qui semper fuerunt inimici Iudeorum ut patet ex libris Ios. Iudi. ii. Regum & ulti se sunt toto animo interficiendo Iudeos ex maxima libidine interficiēdi. & implentes inimicicias uetereś id est addendo ad inimicicias quas habuerunt Phylistei cōtra Iudeos a principio ingressus eorum in terram promissiōis & perdam reliquias maritime regionis id est regionis Phylistinorum quesita est super mare mediterraneum.

.XXVI.

ET factum est. Hic consequenter prophetat contra duos populos diffuse scilicet Tyrios & Egyptios qui multas molestias Iudeis intulerūt qa Tyrus erāt p̄pinq Iudeis a parte aquilonis Egyptii uero a parte austri. Sic igit̄ diuiditur in duas p̄tes quia primo prophetat contra Tyrum secundo contra Egyptum capi. xxix. Prima diuiditur in tres secundum tres causas destructionis Tyri. quia primo ponitur causa demeritoria. sc̄do effectiua ibi quia hec dicit. Circa primū sciendū q̄ ciuitas Hierusalē fuit ualde nobilis & famosa ut patet ex. iii. Regum quia Salomon eam nobilissime edificauit. & ideo postea habitatores Tyri contra Iudeam fuerunt inuidia moti & de destructione ciuitatis gauisi. ꝓpter quod meruerūt a deo puniri maxime qa Salomon & Hyram Rex Tyri fuerunt adinuicem ualde amici. iii. Regum. v. Primo igitur ponitur tempus huius reuelationis cum dicitur: & factū est in undecimo anno scilicet transmigrationis Ioachin p̄ma mēsis. i. p̄ma die pro eo q̄ dixit Tyrus. i. habitatores

Tyri de Hierusalē destructa per Chaldeos euge interiectio est gaudentis. cōfracte
sunt porte populorum id est porte Hierusalem ad quam declinabant populi tā mer/
cationis & negotiationis conuersa est ad me scilicet mercatorum multitudo implebor
scilicet mercatiōibus & lucris eo ꝙ Hierusalem destructa est. ecce ego super te Tyre
ad te destruendum. & patet usq; ibi: & radam puluerē eius de ea etc. id est sic destruā
oīa edificia ꝙ uentus tollet puluerē & remanebūt soli lapides. siccatio sagenaꝝ erit
in medio maris. hoc dicit qa Tyrus erat undiq; circunclusa mari: ideo ipsa destructa
piscatores siccabant ibi retia sua. Filie quoq; eius id est ciuitates & ille ei subdite: que
sunt in agro id est in arida site & non in mari sicut Tyrus gladio cadent interfectis
earum habitatoribus. Quia hec dicit. Hic cōsequenter ponitur destructionis causa
effectiua que est duplex una p̄ncipalis scilicet deus. alia instrumentalis scilicet Rex
Babylonis. qui in hoc fuit flagellum dei. & utraq; tangitur: cū dicitur: in persona dei.
ecce ego adducam ad Tyrum Nabuch. Regem Babylonis ab aquilone per illā partē
adduxit exercitū ad Tyrum Regem Regum qa multos Reges habuit tributarios.
cetera patent usq; ibi & cōportabit aggerē uoluit enim a littore maris usq; ad Tyrū
ponere tantam congeriem lignoꝝ terre & lapidum ꝙ haberet uiam usq; ad ciuitatem
sed complere non potuit: propter quod per nauigium eam cepit. & eleuabit contra te
clipeum id est clipeos bellatorum suorum ad te inuadendum. & uineas & arietes tem/
perabit id est in debita proportione collocabit ad deiciendum muros tuos. Est autē
uinea instrumentum bellicum ad destruendū murum. & in libro qui Catholicon dicit
uocat cattus alio nomine & dicit uinea quia iungit muro & desubtus latent homines
murum perforantes sicut uinea adheret muro & sub ea obumbrantur homines. inun/
datione equorum eius id est ex maxima multitudine eorum. operiet te puluis eorum
id est tantus puluis eleuabitur: ꝙ ciuitas ab existentibus extra aliquantulum a longe
non uidebitur. a sonitu equitum & rotarum & curruum mouebuntur muri tui id est
uidebuntur moueri. cetera patent usq; ibi & statue tue nobiles. i. idola tua uel dicunt
hic statue nobiles imagines notabilium personarum que aliquando in ciuitatibus erī/
gebantur ad honorem ipsarum. & puluerem tuā in medio aquarum ponēt. qa uētus
eleuans puluereſ de ruinis proiciebat eos in mare. Ibi etiā fuit proiecta magna pars
lapidum & lignorum que fuerunt in edificiis & quiescere faciam multitudinē cāticoꝝ
tuorum. quia non habebis materiā cantandi sed magis lugēdi cetera patēt ex p̄dictis
usq; ibi: nec edificaberis ultra id est usq; ad magnum tempus post quod tamen fuit re/
edificata. & postea a xpristianis capta Anno dñi. M. c. xxv. ut habet in chronica
Helmandi. Hec dicit Hic cōsequēter describit stupor admirationis de destructiōe
tante ciuitatis cum dicit nunquid a sonitu ruine tue etc. i. auditis rumoribus ruine tue
commouebuntur insule id est habitatores insularum qui solebant frequentare portū
tuum. quasi. d. sic pre admiratione & stupore. & descendent de sedibus suis in signum
tristicie & humiliationis omnes principes maris id est nauigiorum: qui frequentabant
portum tuum: dicent tibi cōpatiendo quomodo periisti etc. q. d. non uidebat possibile
fieri uirtute humana & sine dubio ita fuit: quia uictoria illa fuit principaliter uirtute
diuina ut predictū est. & nunc stupebūt naues id est portātes mercimonia in naubus
eo ꝙ nullus egrediatur ex te. qui eos recipiat & merces eorum emat. & adduxero sup
te abyssum. i. omnimodā destructionē. & destruxero te cū illis qui descēderūt in lacū
id ē in mortē uel infernū ad populū sempiternū qa a morte & inferno nō ē regressus
ad presentis uite statum. porro cum dedero gloriam electis in iudicio dicendo uenite
benedicti patris mei etc. in nihilum redigam te: quia cessabit status mortalis uite.

Et factum est. Hic ponitur secunda causa destructionis Tyri que fuit nimia opulentia. Vnde Tyrii fuerunt deo ingrati. & in superbiam elati. Et diuiditur in duas partes: quia primo describitur hec opulentia. Secundo opposita miseria ibi: in aquis multis: ut oppositа iuxta se posita magis eluceścant. Prima in tres secundum q̄ hec opulentia in tribus ostenditur: p̄mo in apparatu nautico. Secundo in exercitu bellico. Tertio in excessu mercatiuo. scd̄a ibi. Perse & Lydi. tertia ibi Carthaginenses. Circa primum dicitur assume sup Tyrū lamentum id est assume miseriā lamētabilem sibi superuenturam eo q̄ abusa est opulentia bonorum & dices Tyro qui habitat in introitu maris: quia sicut dictum est erat undiq; clausa mari. sed in una parte erat propinqua littori negociationi populorum qui ex diuersis partibus uenicbant ad portum o Tyre tu dixisti. te iactando perfecti decoris ego sum. in diuitiis bellatoribus & edificiis. finitimi tui id est Sydonii in finibus tuis habitantes: qui te edificauerunt apportantes ad edificationem tui ligna & lapides abietibus de Sanir. nomen est montis in quo crescunt abietes magne & pulchre cum omnibus tabulis maris. quia de illis abietibus non solum fiebant edificia sed etiā tabule pro nauiū constructione cedrū de Libano tulerūt. Libanus mons est in quo crescūt cedri alte: & per consequens malis nauiū apte. Quercus de Basan dolauerūt in remos tuos: Ibi enim crescunt quercus fortes & leues & sic apti pro remis faciendis transtra tua id est sedes remigum que ponuntur ex transuerso nauis ex utraq; parte fecerunt tibi ex ebore Indico id est de India apportato & p̄toriola id est domunculas paruas que fuit in nauibus ad reponendum necessaria de insulis Italie id est de lignis inde apportatis. & dicunt hic insule Italie que sunt in mari mediterraneo ꝓpinque littori Italie ut Corsica & Cicilia & huiusmodi. & byssus uaria de Egypto texta est tibi in uelum. Est autem byssus genus lini candidissimi de quo fiebant tele ad faciendū uela nauium. Hyacinthus & purpura de insulis Elisa id est maris Ionii. de purpura enim hyacintho crescente in illis insulis fiebant panni ad faciendum inde operimenta nauiū contra calorem solis & intemperiem aeris. tamen super ista operimenta preciosa que erant ad decorem habitationis in naui: erant alia de materia uili exposita uentis & pluuiis sicut in tabernaculo Moysi super operimentum de cortinis opere uario cōtextis erant alia operimenta de pellibus & sagis. habitatores Sidonis. que erat ciuitas sub dominio Tyri & Aradii sic nominati ab arado insula propinqui fuerunt remiges tui id est ducentes Vnde uersus.

Est remex ducens: est remus ductus in amne?

Et ideo melius sciebant facere sapientes tui Tyre id est ualde experti in mare facti gubernatores tui. quia ex istis dependet salus nauium & qui sint isti: subditur. senes Biblii. a Biblo insula dicti qui experientiam longam habebant nauigandi scientiam habuerunt nautas ad ministeriū. qui gubernabāt naues paruas in qbus mercimonia portabantur ad littus de magnis nauibus que non possunt tantum appropinquare terre. omnes naues maris etc. hyperbole est: ad designandum multitudinem nauium & nautarum portum Tyri frequentantium. Perse. Hic consequenter ostenditur opulentia Tyri in exercitu bellico. Ciuitates enim & regna diu durare non possent: nisi haberent ualidos bellatores: qui inuadentibus resisterent. Ideo dicitur: Perse & Libyes Isti erant optimi sagittatores. clipeū & galeā suspenderūt in te. ut in próptu possent se armare. pro ornatu tuo hoc enim erat ad gloriam ciuitatis & terrorem aduersariorum filii Aradii id est homines de Arado insula. sed & Pygmei homines sunt cubitalis magnitudinis. dicūt tamen hic expositores aliqui q̄ erant optimi sagittatores

licet essent parui. & ideo ad defensionem ciuitatis in turribus ponebantur. Sed hoc non est uerisimile q̄ in tam paruo corpore esset uirtus ad efficanter sagittandum: qa de eis dicitur q̄ pugnant contra gruel & uix se possunt ab eis defendere: Ideo melius dicitur q̄ ibi ponebantur ad declarationem fortitudinis. quasi diceretur: si non essent ibi alii pugnatores. possent tamen resistere aduersariis sicut secundo Regum ceci & claudi supra portas Hierusalem fuerunt positi ad insultandum Dauid ac si diceretur isti soli possent defendere ciuitatem cōtra te secundum unā opinionem Ideo subdit̄: ipsi compulerunt pulchritudinem tuam id est completam ostenderunt in fortitudine. Carthaginenses. Hic ostenditur opulentia Tyri in excessu mercatiuo. Circa quod sciendū q̄ mercatores illa que abundant in una terra & uili emunt deportant ad aliā ubi care uendunt. & sic intelligendum est de terris inferius nominatis q̄ bona ibi abundantia portabantur ad nundinas Tyri ubi mercatores ex diuersis nationibus concurrebant. Ideo dicit̄: Carthaginenses negociatores tui portantes diuersa metalla ad nundinas Tyri. Erat autem Carthago ciuitas magna Africe capitanea Grecia & Iubal id est Hispania & Mosoch Cappadocia ipsi id est homines de istis terris uecti institores tui id est mercatores sic dicti quia instant mercibus uendendis & emendis mancipiā id est seruos & ancillas uenales de domo Cogorma id est de Phrygia equos & equites ut essent ibi stipendiarii filii Dedan ciuitas est Idumee ut dictum est supra uicesimoquinto dentes eburneos id est dentes elephantorum de quibus fiunt opera eburnea & hebeninos. Est autem hebenus arbor que cesa duresc̄it in modum lapidis & habet lignum nigrum & ideo frequenter coniungitur in operibus curiosis cū ebore ut album iuxta nigrum magis appareat & econuerso. dicuntur autē dentes hebenini portiones ligni dicto modo indurati. Syrus negociator tuus id est ad utilitatem tuam propter multitudinem operum tuorum id est in te fiendorum. guttam id est tinctur̄ & sericum & Godchod nomen est Hebraicum. & dicūt Hebrei qđ est nomen lapidis precios̄i quis tamen sit: non dicunt in speciali. in frumento primo id est optimo quod cresc̄it in Iudea. cetera patent usq; ibi. in uino pingui. in lana coloris optimi. In hebreo habet̄ in uino albo & lana alba. uinū enī albū assimulat̄ pinguedini in colore. color enim albus tenet supremū gradū in coloribus. Dan & Grecia & Mozel. nomina sunt orientalium regionum ut dicunt aliqui. proposuerunt ferrum sobre factum id ē formatum in diuersa instrumēta. scacten id ē gutta myrrhe. & calamus species aromatica que cresc̄it iuxta Libanū. cetera patēt usq; ibi. cū uniuersis p̄mis aromatibus id est precipuis. Aram & Chenne nomina sunt regionum unde uenebant mercatores ad Tyrum in uolucris id est fardellis hyacinthi & polymitorum quia in eis precios̄i panni hyacinthini coloris & pānī multicoloris qui dicūtur hic polymiti a polys q̄ est pluralitas. mitos gutta. cedros quoq; etc. qa ad nundinas Tyri non im̄ apportabant̄ per mare panni & cetera supradicta sed etiā ligna cedrina & repleta es multis diuitis & glorificata nimis in corde maris id est eleuata in superbiam propter situm difficilem & q̄si expugnabilem. In aquis multis Hic consequenter ponitur ipsius Tyri sequēs miseria. Et diuiditur in duas partes quia primo ponitur ipsius Tyri destructio. Sc̄do aliorum cōpassio ibi a sonitu. Circa primū describit̄ destructio Tyri sub metaphora maris existentis & tempestate surgente conteritur & diuitie ibi existentes perduntur. & homines submerguntur. & hoc est q̄ dicitur: in aquis multis id est in tribulatiōibus magnis adduxerunt te remiges tui id est rectores tui per ingratitudinē eor̄ & superbiā

ut dictum fuit in principio capituli uentus austri id est exercitus Chaldeorum qui comparat̃ austro. eo q̃ uentus est tẽpestuosus: contriuit te id est conteret te loquẽdo de futuro per modum preteriti propter certitudinẽ prophetie. in corde maris diuitie tue etc. quia Chaldei quicquid pretiosum erat ibi: absorbuerunt rapientes sibi. naute tui id est gubernatores populi qui tenebant supellectilem id est ciuitatis regimen. uiri quoq; bellatores tui qui erant ad tui defensionem: cadent in corde maris. absorpti a Chaldeis. A sonitu Hic consequenter describitur aliorũ compassio. multi. n. populi audientes destructionem Tyri dolebant. tum quia lucrabantur ibi per mercationes ut dictum est: tum quia timebant sibi similia uel maiora pati a Chaldeis ideo dicitur: a sonitu clamoris gubernatorũ tuorum id est a rumoribus auditis de detectiõe maiorũ tuorum. conturbabuntur classes id est alie ciuitates & descendent de manibus suis id ẽ humiliabuntur & timebunt omnes qui tenebunt remum id est ciuitatum gubernaculũ naute & uniuersi etc. id est alii minores presidentes sub maioribus eiulabunt super te id est pro tua destructione ratiõibus predictis. & superiacient puluerem. capitibus suis in signum tristicie & humiliationis & radẽt super te id est propter te caluiciũ capillos proprios tondendo. sicut dicitur de Iob in amaritudine posito & tonso capite corruit in terram. cetera patẽt usq; ibi. que est ut Tyrus. i. similis ei in diuitiis & fortitudine que obmutuit in medio maris. non potẽs resistere Chaldeis. que in exitu negociationũ tuarum etc. id est de bonis apportatis in te per mare & ibi uenditis diuersis gentibus & sic de te exeuntibus impleuisti populos multos. eorum indigentias supplendo. tunc contrita es a mari id est a Nabuchodonosor qui comparatur mari propter eius tempestuositatẽ uel hoc dicit̃: quia per nauigium cepit ciuitatem. Vniuersi habitatores insularum obstupuerunt super te id est pro tua destructione. & Reges earum omnes tempestate pcussi. timentes ne simile contingeret sibi. mutauerunt uultus pre tristicia & timore negociatores populorum sibilauerũt super te. sicut super rem proditã solẽt homines sibilare in signum totalis destructionis. .XXVIII.

ET factus est: Hic ponit̃ tertia causa destructionis Tyri que fuit nimia superbia. Et diuiditur in duas partes quia primo describitur Tyri delectio. Secundo Israelis erectio ibi. & nõ erit ultra sicut enim dictũ est supra una causa destructiõis Tyri fuit qa gaudebat de destructione Hierusalẽ. Ideo ecõuerso post destructionẽ Tyri ponitur subleuatio populi Israelitici. Prima in duas. quia primo describitur destructio Tyri metropolis. Secundo sibi subdite Sidonis ibi. & factus est. Prima in tres: quia primo circa Tyrum ponitur excessus elationis. Secundo casus destructiõis ibi propterea. Tertio modus lamentationis ibi & factus est. Circa primum sciendum q̃ aliqui capitulum istud exponunt de casu diaboli. sed hec expositio uidetur magis mystica. q̃ litteralis. Ideo alii exponunt ad litteram de Rege Tyri: cui dicitur eo q̃ eleuatum est cor tuum. per nimium superbie excessum. & dixisti deus ego sum id est potens in terra sicut deus in celo. & est hyperbole sicut communiter dicitur de aliquo multum potente in aliqua patria uel ciuitate talis est deus talis ciuitatis uel patrie uel forte hoc dicitur quia Rex Tyri ex nimia elatione faciebat sibi exhiberi diuinos honores sicut Ioas Rex Iuda secũdo Paral. uicesimoquarto. Et Nabuchodonosor Danielis tertio. & Caius Imperator cum sis homo fragilis & mortalis. Vnde deberes humiliari. ecce sapiẽtior es tu Daniele etc. secũdũ estimationem tuã presumptuosam. uel hoc dicit̃ derisorie. in sapientia & prudentia. terrena. animali. & diabolica. fecisti tibi fortitudinem aggregando tibi bellatorum multitudinem. cetera patent in littera.

Propterea. Hic consequenter ponitur casus detectionis qui iuste infertur excessui elationis: Ideo subditur ego adducam super te alienos id est Chaldeos quorum linguā non intelliges. robustissimos gentium. & ideo non poteris resistere. & tunc cognosces fragilitatem tuam. Ideo subditur nunquid dicens loqueris deus ego sum? etc. quasi. d. non. quia deiicietur superbia tua. morte incircuncisoꝝ morieris id est non solū morte corporali. sed etiam eterna. & loquitur hic scriptura de incircuncisis idolatrie deditis. qđ tunc erat commune per orbem. Incircuncisi tamen qui non tenebantur ad legem Moysi & erant cultores unius ueri dei: sicut Iob & plures alii moriebātur in statu salu/uandorum. Et factus est. Hic consequenter ponitur lamentationis modus cū dicit: leua planctum etc. & quia sicut dicit Boetius primo de consolatione. Infelicissimum infortunii genus est fuisse felicem Ideo in hoc planctu primo recolitur felicitas regis Tyri preterita cum dicitur: tu signaculum similitudinis scilicet dei. bona enim a deo data etiam naturalia ut claritas ingenii. potentia. & huiusmodi sunt quedā imp̄ssiōes diuine bonitatis: que multū abundāter fuerūt Regi Tyri & suis Principibus cōcesse. Ideo subditur. plenus sapientia id est claritate ingenii. per quam acquiritur sapiēcia de facili si applicetur ad diuina. sed ista fuit magis applicata ad curiosa. & terrena. Ideo subdit perfectus decore. in domibus & uestibus curiosis & thesauris & iocalibus preciosis in delitis paradysi dei fuisti. byperbole est ad designandum multitudinem & magnitudinem delitiarum in quibus uiuebant Tyrii. per talem modum dicitur Gen̄. xiii. de regione circa Iordanem q̄ irrigabatur sicut paradysus domini. omnis lapis pretiosus operimentum tuum. in uestibus enim suis habebant lapides pretiosos ad ornamentum insertos. quorum nominantur aliqui: cū dicitur: Sardius Thopacius etc. per quos intelliguntur alii non nominati. aurum opus decoris tui & foramen etc. qa gemme iste erant auro incluse ex una parte & ideo in auro fiebant quedam fosse que dicuntur hic foramina ut ibi gemme includerentur ex parte una. tu Cherub extētus etc. Cherubin existentes in templo extendebant alas ita Rex Tyri extendebat potentiam suam & gloriam ad regiones alias per fame diffusionem. & posui te in monte sancto id est in honore regio firmo. sanctum enim in una significatione est idem q̄ firmum. dei quia omnis potestas a deo est. in medio lapidum ignitorum id est ad modū ignis radiantium ambulasti talibus ornatus ut dictum est. perfectus in uiis tuis id est prospere incedens in bonis temporalibus donec inuenta est iniquitas in te. per quam demeruisti deici a dignitate. in multitudine negociationis tue repleta sunt interiora tua iniqtate. fraudulēter acqrendo. & eieci te de monte dei id est de sublimitate regni a me tibi dati. cetera patent ex dictis usq; ibi: perdidisti sapientiam tuā in decore tuo. ex decore enim potentiarum & diuitiarum eleuatus fuit in superbiam que obnubilat intellectum & sic destruit sapientiam ante faciem Regum dedi te id est in exemplum ut caueant a malis tuis polluisti sanctificationem tuam id est regni tui firmitatē. prolatenter euntes ad Regem Babylonis. & incitauerunt eum ut ueniret contra Tyrum ad eā incēdendā. omnes qui uiderunt te in gentibus obstupescent. ex tuo casu repētino nihili factus es. ciuitas enim fuit ita destructa q̄ quasi nihilum est reputanda. & non eris imperpetuum scilicet reedificata usq; ad tempus magnum. Vnde in hebreo habet & non eris in seculum. q̄ non importat perpetuitatem simpliciter. Et factus est Hic consequenter describitur destructio Sidonis que erat in regno Tyri cum dicitur ecce ego ad te Sidon id est ad te puniendam & glorificabor in medio tui id est gloriosus apparebo per effectum mee potestatis cum fecero in ea iudicia. puniendo eam sc̄m

sua demerita. & sanctificatus fuero in ea. quia dicar sanctus pro eius punitiõe iusta. & immittam ei pestilentiam id est mortalitatem ex longa obsidione & sanguinẽ id est effusionem multi sanguinis in eius captione. Et nõ erit Hic post detectionem Tyri & Sidonis que multa mala intulerant Iudeis ponitur eorum consolatio cum dicitur: & non erit ultra domui Israel offendiculum amaritudinis. per Syros & Sidonios spoliantes Israel bonis suis & spina dolorem inferens. quia nõ solum bonis suis filios Israel spoliabant sed etiam in corporibus ledebant uulnerando & occidendo. & scient qa ego dominus deus. per experientiam bonorum que ego conferam eis & hoc fuit impletum in reditu babylonice captiuitatis. Ideo subditur. quando congregauero etc. sanctificabor in eis id est sanctus apparebo in eorum liberatione materiali. & habitabunt in ea securi. reedificabo Hierusalẽ per Neemiam. tunc enim Samaritani & alii eorũ aduersarii cessauerunt eos molestare. & reedificabunt domos. quia post reedificationẽ murorum edificauerunt domos intra ad habitandũ. cum fecero iudicia id ẽ punitiões debitas. in omnibus qui aduersantur ei per circuitum. ante enim tempus reuersionis de Babylone Tyrii & Egyptii & Assyrii & ceteri qui molestauerunt Iudeos fuerunt captiuati per Regem Babylonis & postea Babylonii per Tyrum & Darium. & post hoc per duos annos quibus regnauit Darius Tyrus ei succedens dedit populo Iudeorũ licentiã redeundi in Iudeam: ut habeť primo Esď primo. .XXIX.

IN anno. Hic Ezechiel prophetizat contra Egyptum. Et diuiditur in duas partes. quia primo destructionem Egypti denũciat. secundo super hoc carmẽ lugubre decãtat capitulo tricesimosecũdo. Prima in duas qa primo hãc destructionẽ predicit. secundo ad similitudinem inducit capitulo. xxxi. Prima adhuc in duas quia primo prophetizat contra Regem Egypti & eius bellatores. Secundo contra eorum auxiliatores capitulo tricesimo. Prima in duas: quia primo denunciatur Egypti destructio. Secundo populi Iudaici reductio ibi: in die illa. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur causa destructionis demeritoria. secundo effectiua ibi: & factum est. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur Egypti destructio. Secundo eiusdem reparatio ibi: qa hec dicit. Prima adhuc in duas secundũ duplicẽ causam destructionis Egypti. Secunda ponitur ibi pro eo. Prima autem causa fuit nimia superbia. Cui tamen premittitur tempus reuelationis huius destructionis cum dicit: In anno decimo scilicet transmigrationis Ioachin Regis Iuda una die mensis id est prima dies mensis sicut Geñ primo dicitur. Factum est uespere & mane dies unus id est primus. pone faciem tuam contra Pharaonem. ad pronunciandum miseriã ei & populo suo futurã. ecce ego ad te scilicet destruendum draco propter dolositatem. magne propter potestatem. qui cubas id est secure habitas secundũ tuam estimationem in medio fluminũ tuorum id est in Egypto qui Nilo irrigatur. & Nilus propter eius magnitudinem & terre fecundationem in pluribus alueis diuiditur. & dicis pre nimia superbia meus est fluuius id est dominatio in Egypto. nec superiorem aliquem aliqualiter recognosco. & ponam frenum in maxillis tuis id est instinctum exeundi in prelium contra Regẽ Babylonis. & agglutinabo pisces fluminum tuorum id est omnes bellatores Egypti in hoc assentient tibi. & extrahan te. etc. quia iuit obuiam Regi Babylonis usq; ad finẽ regni Egypti & proiciam te in desertum. quia ibi fuit interfectus. & maior pars sui exercitus. & eorum cadauera remanserunt insepulta. Pro eo Hic ponitur secunda causa demeritoria que fuit falsa confidentia quã dedit Sedechie Regi Iude ꝓmittẽs ei auxilium contra Regem Babylonis. exquo Sedechias fuit motus ad rebellandum Regi Babylonis a quo tñ postea fuit captus & captiuatus Rege Egypti nõ ꝓstante

et auxilium: ut habetur Hieremie uicesimoseptimo. & hoc est q̄ dicit̄ pro eo q̄ fuisti baculus arundineus. domui Israel falsam confidentiā et p̄bendo quando apprehēderūt te manu. confidentes de tuo auxilio & cōfractus es. eis deficiendo. & laceraſti omnem humerum eorum id est fuisti occasio occisionis & destructionis eorum. & subdit̄ pena cum dicitur: propterea etc. & patet littera ex predictis usq; ibi. a turre Syenes. que ē in uno termino Egypti: usq; ad terminos Ethiopie qui sunt in opposita parte. nec pertransibit eam pes hominis etc. id est ita pauci erunt ibi q̄ quasi pro nihilo erunt computandi. sicut dicit̄ cōmuniter nullus est in foro quādo sunt ibi pauci cōparatiue respectu numeri qui solet ibi eē. cetera patēt usq; ibi. & dispergā Egyptios in natiōes quia plures eorum fuerunt in captiuitatem ducti. & multi in seruitutem uenditi gentibus & nationibus diuersis. Quia hec dicit. Hic consequenter describitur Egypti reparatio cum dicitur: post finem. xl. annorum cōgregabo Egyptum de populis etc. & collocabo eos in terram Phatures. que est in optimo Egypti loco. & erunt ibi in regnum humile. ita q̄ non reuertentur ad pristinā pompam. & superbiam. neq; erūt ultra domui Israel in cōfidentia scilicet falsa sicut fuerant tempore Sedechie. docētes iniquitatem. induxerunt enim Sedechiam ad frangendum iuramentum quod fecerat Regi Babylonis ideo subdit̄ q̄ fugiant de dominio Nabuch. & sequantur eos scilicet Egyptios de eis confidendo. & scient quia ego dominus per experientiam potestatis & uindicte mee. Et factum est Hic ponitur destructionis Egypti causa effectiua que est duplex. Vna principalis scilicet deus. & alia instrum̄talis. s. Rex Babylonis & eius exercitus. & utraq; tangitur in hac parte premittitur tamen tēpus reuelatiōis Ezechieli facte cum dicit̄ & factum est in. xx. &. vii. anno transmigratiōis Ioachin Regis Iude in primo scilicet mense in una mensis id est prima die mensis ut supra expositum est. Nabuch. Rex Babylonis seruire fecit exercitum suum in executione iusticie mee aduersus Tyrum qui propter suam superbiam destrui meruerat secundū diuinam iusticiam. omne caput in exercitu Nabuch. decaluatum ex deportatiōe baquibus Nabuch. uoluit facere uiam usq; ad Tyrum ut predictum est. & merces non cinetti ferrei uel galee & om̄is humerus depilatus ē ex deportatione lignoꝝ & lapidū est reddita ei. nec exercitui eius de Tyro. ga habitatores Tyri uidētes appropinq̄re eius captionem omnia preciosa q̄tum potuerunt: miserunt ad insulas longe p̄ nauigiū & residuum absconderunt in terra. uel proiecerunt in mare ne aliquid inde haberent Chaldei. Propterea etc. dabo Nabucho. Regem Babylonis in terra Egypti. id est faciam eum habere uictoriam. depredabit̄ manubias id est quecunq; p̄ciosa & dicunt̄ manubie quasi manu capte. cetera patēt ex dictis. Sed queritur hic quomodo bona Egypti data fuerint a deo Nabuch. & eius exercitui pro destructiōe Tyri. Ad quod sciendum q̄ si Nabuch. fecit hoc intuitu iusticie ut pote propter maliciā habitātium in Tyro bene meruit ex hoc retributionē temporalem q̄uis esset idolatra. & infidelis Si autem non fecit hoc intuitu iusticie sed dominationis & cupiditatis libidine sicut uidetur textus sonare ex precedentibus: sic non meruit inde mercedem aliquam etiam temporalē. & secūdū hoc scriptura loquit̄ hic de deo sicut & in multis aliis locis more humano apud homines enim ille cuius aduersarius ab aliquo debellatur: gratus est debellanti: q̄uis non fecerit hoc intuitu eius sicut dicit̄ secundo Regum. viii. q̄ Thou Rex Emach misit iocalia preciosa Dauid eo q̄ percusserat Adadazer Regem Syrie eius inimicum. licet non fecisset aliqualiter propter ipsum. In die Hic consequenter describitur populi Iudaici reductio in Iudeam: cum dicitur In die id est a tempore a deo preuiso pullulabit cornu domus Israel q̄ fuit impletum tempore Tyri qui sub

Zorobabel duce dedit Iudeis licentiam redeundi & tibi dabo apertum os. quia omnibus apparebit ꝙ tua propheta fuerit impleta. & sic poteris constanter dicere ꝙ hec habuisti ex diuina reuelatione sicut enim Mardocheus & Daniel post reditū captiuitatis uix erunt per aliquod tempus ut patet ex libris Hester & Danielis quia Assueri cū quo fuit Mardocheus regnauit post reditum captiuitatis Babylonice Mardocheus autem & Ezechiel ducti fuerūt in Babylone simul cum Iechonia Rege & sic potuit tantum uiuere sicut Mardocheus.

.XXX.

ET factū est Hic cōsequēter Ezechiel prophetizat non solū cōtra Egyptios. sed etiam contra eorum aduersarios. Et diuiditur in duas partes: quia primo prophetizat contra utrosq; coniunctim. Secundo cōtra Egyptios separatim ibi. hec dicit. Circa primum dicitur ululate pre dolore. Veh ueh diei scilicet destructionis Egypti que propinqua est. Ideo subditur: & ueniet gladius scilicet Chaldeorum in Egyptum & etiam super auxiliatores eorum Ideo subditur & erit pauor in Ethiopia que erat Egypto confederata. & destructa fundamenta ciuitatū & fortalicioꝝ Egypti & Chub id est Arabia Egypto confederata. & filii terre federis id est Iudei qui post mortem Godolie fugerunt in Egyptum & ibi cum eis fuerunt partim occisi & partim captiuati a Chaldeis ut habetur Hieremie. xliii. dicitur autē hic Iudea terra federis quia ꝓmissa fuit Abrahe & semini eius in federe qđ iniit cum eo dominus Gen̄. xv. a turre Syenes que est in uno termino terre Egypti gladio cadent. & in hoc innuitē destructio totius terre cetera patent usq; ibi in die illa egredientur nuncii a facie mea id est Chaldei procedēres ex ordinatione mea in trieribus id est in nauibus habētibus tres ordines remorum. ad conterendam Ethiopie confidentiam: post destructionem Egypti uerunt illuc Chaldei per mare & erit pauor in eis id est in Ethiopibus in die Egypti id est tēpore quo destruetur Egyptus. qa absq; dubio ueniet scilicet utriusq; terre destructio & cessare faciam multitudinem Egypti etc. quia non poterit resistere Nabuch. Regi. & faciam alueos fluminum aridos sicut dictū est supra Nilus trāsīēs per Egyptū in plures alueos diuidit̄ qui tamen per Chaldeos adhuc fuerūt subduisi ut equites & pedites transire possent faciliter per totam terram Egypti. Hec dicit. Hic prophetizat contra Egyptios separatim & primo contra multitudinē plebis principaliter. secundo cōtra personam regis ibi & factum est. Circa primū dicit̄ & dispdā simulacra quia Chaldei accipiebant inde aurum & argentum & destruebant residuum de Mēphis ciuitas est Egypti que nunc dicitur Damiata & dux id est Rex de terra Egypti non erit ampliꝰ id est usq; ad magnum tempus quia post finem. xl. annorū in Egypto fuit regnum humile tamen ut habetur capitulo precedenti. cetera ubi nominantur diuerse ciuitates Egypti patent usq; ibi Iuuenes Heliopoleos & Bubasti id ē homines apti ad prelium de istis ciuitatibus gladio cadent in prelio. & ipse. s. ciuitates captiue ducentur id est reliquus populus in eis habitans & in Thaphnis nigrescet dies metaphorica est locutio ad designandum tribulationis superuenture magnitudinem. cetera patent in littera. Et factum est: Hic consequēter prophetizat principaliter contra personam Regis & primo ponitur tempus huius reuelationis cum dicitur: & factum est in. xi. anno. transmigrationis Ioachin. sic enim computat Ezechiel q fuit de transmigratis cū eo ut dictū est: fili hominis brachium Pharaonis id est potestatem eius confregi id est de propinquo confringam. & ecce non est obuolutum. s. pānis & ligaturis eo ꝙ fractura est insanabilis. cetera patent usq; ibi & dispergam Egyptū in gentibus captiuādo populū eius in diuersis terris et nationibus. et confortabo brachia Regis Babylonis. id est uirtutem eius & bellatorum suorum daboq; gladium meum in

manu eius hoc dicitur ad insinuādum ꝙ victoria quam habuit in Egypto fuit magis uirtute diuina q̄ humana. cetera patent.

.XXXI.

ET factū est: Post q̄ Ezechiel prophetauit cōtra Egyptū: Hic ad hoc adducit exemplum quod primo declarat. scd̄o ad propositū adaptat ibi cui assimulatus es. Circa primum sciendum ꝙ exemplū ponitur hic de Rege Assyriorum qui fuerat potentior Rege Egypti & tñ debellatus fuerat ex ordine diuine iusticie a Nabuch. propter quod Rex Egypti non debebat confidere se posse ei resistere. Igitur pars ista in duas diuiditur: quia p̄mo ponitur Regis Assyriorꝝ sublimatio. secūdo eiusdem deiectio ibi: preterea. Circa primum ponitur tempus huius reuelationis: cum dicitur: & factum est in. xi. anno. s. transmigrationis Ioachin tertio. s. mense una mensis id ē prima die mensis: & sic patet ꝙ hec reuelatio facta est post precedentem post duos menses: sed sex diebus minus. dic Pharaoni Regi Egypti & populo eius. eos conūgit in prophetia qa coniungendi erant in pena. cui simulis factus es. q. d. quantūcunq; sis potens adhuc nō ascendisti ad potentiam Regis Assur. Ideo subditur: ecce Assur q̄si cedrus in Libano. i. altior ceteris Regibus sicut cedrus aliis arboribus. pulcher ramis in pulchritudine prolis. & frondibus nemorosis. id ē Principibus & militibus copiosus. excelsusq; altitudine potestatis regie. & inter condensas frōdes id est per multitudinem principum & bellatorum suorum eleuatum est cacumen eius id est dominium eius sub ꝙ quā habuit fortes bellatores ex diuersis nationibus collectos. Ideo subdit. ꝓpterea eleuata est etc. cumq; extendisset umbram suam: per potentie sue dilationem. in ramis eius fecerunt nidos omnia uolatilia celi id est reges magni acquieuerunt subiici sibi. & sub frondibus eius genuerunt omnes bestie: sal tuum id est homines qui uidebantur indomabiles fuerunt subiecti per eū. cetera patent usq; ibi cedri non fuerunt altiores illo in paradyso dei id est alii Reges in terra quātuncunq; bona & amena non erant ei equales in potentia. neq; in multitudine bellatorum. & platani non fuerunt eque in frondibus illius. omne lignum id est omne regnum quantuncuq; pulchrū & amenū in diuitiis & potentia non fuit ei adequatum. & emulata sunt eum omnia ligna id est omnes Reges inuidebant ei propter eius excellentiā que erāt in paradyso dei. Reges enim solent deliciose uiuere. & ideo dicūtur esse in regnis suis quasi in paradyso. dicit̄ tamen paradysus dei quia omnis dignitas regia a deo cōceditur Prouer. viii. per me Reges regnant etc. Propterea Hic consequenter describitur Regis Assur deiectio cum dicit̄: propterea etc. quia ꝓpter potestatem a deo sibi concessam eleuatus est in superbiam. tradidi eum in manibus fortissimi gētium id est Nabuch. iuxta impietatē eius eieci eum. Impietas est proprie peccatum cōtra deum. sic pietas est cultus diuinus: Rex autem Assyriorꝝ ex nimia supbia proruperat in diuinā blasphemiā & contēptū dicens. iiii. Reg. xix. scribens Ezechie non te seducat deus tuus in quo habes fiduciā etc. & ideo meruit deici a regno. & succident eū alieni id est Chaldei. & proicient eum sup montes id est in montibus & uallibus debellabūt eum Chaldei interficiēdo populū eius. & recedent de umbraculo eius id est de dominio ipsius oīes populi terre quos sibi subiecerat annorum uirtute. in ruina eius quia comparauerat Regē Assur cedro: ideo deiectionē eius designat sub similitudine casus cedri. habitauerūt omnia uolatilia etc. id est in cedro illa anteq̄ rueret. habitauerunt uolatilia etc. & bestie & exponatur ut supra. quamobrem non eleuabuntur in altitudine etc. id est illi qui remanebunt de Assyrius non ascendent de cetero ad consimilem potestatem & subditur causa cū dicit̄: quia omnes traditi sunt ad mortem corporalem ad terram ultimam id est ad infernum

quantum ad animam. qui a doctoribus dicitur esse in profundis terre. & eodē modo intelligitur: quod subditur: ad eos qui descendunt in lacum id est qui ante mortē eius descendebant in gehennā: prout exponit Ra. Sa, in die quādo descendit ad inferos induxi luctum. amicis eius operui eum abysso id est absorbui eū exercitu Chaldeoꝝ. & prohibui flumina eius etc. id est diuitie eius & potentia non potuerunt eū liberare. contristatus est super eum libanus id est regnū Assyrioꝝ. & omnia ligna agri cōcussa sunt id est uinitores & agricole a sonitu ruine eius commoui gentes pre stupore & admiratione tanti Regis. cum deducerem ad infernum. quātum ad animam & consolata sunt in terra infima id est in inferno: qui dicitur esse in terre profundo. quia illi qui prius ibi descenderant: receperunt consolationem aliquam de eius descensu. Solatium enim est misero habere socium in pena. & maxime illorū qui occisi fuerant p Reges Assyriorum per talem modum dicitur Esaie .xiii. de Rege Babylonis uniuersi respondebūt. & dicent tibi. & tu uulneratus es: sicut & nos. nostri similis effectus es: sicut ibidem fuit expositum. omnia ligna uoluptatis id est Reges potentes in hoc mundo qui in hoc mundo deliciose uixerunt. nam & ipsi cum eo descenderunt id est ad eundē locum & brachium uniuscuiusq; id est fortitudo eius ad infernū deducta. sedebit sub umbraculo eius id est habebit aliquam consolationem in eius descensu modo predicto sicut umbraculum facit consolationē calefacto. Cui assimulatus es: Hic cōsequenter exercitum de Rege Assur positum applicatur ad propositum scilicet Regem Egypti de quo supra dicitur in p̄ncipio capituli cui simili factus es etc. & subdit̄: ecce Assur & eodem modo hic intelligitur. cui assimulatus es: quasi. d. Regi Assur in detectione licet non fueris ei equalis in potestate ut supra dictum est tamen fuisti ualde magnus inter alios Reges. ecce deductus es cū lignis uoluptatis id est cū Regibus iā defūctis. ad terram ultimam id est gehennā. in medio incircūcisoꝝ. qui cum hoc erant idolatrie dediti. Ipse est Pharao. Istud ponitur ultimo ad denotandum q̄ ea que dicta sunt in hoc capitulo dicta sunt propter eius detectionem. .XXXII.

ET factum est Post q̄ Propheta denunciauit Regis Egypti detectionem: Hic consequenter super hoc assumit lamentationem Et diuiditur in duas partes: qa primo planctus incipitur. secundo iterū resumitur sicut solet fieri in carmine lugubri. secunda ibi & factum est. Prima in duas: quia primo recolit̄ eius precedēs sublimitas Secundo ponitur sequens calamitas. qa infelissimum infortunii genus est: fuisse felicē primo de consolatione. secunda ibi propterea. Circa primum premittitur tēpus consolationis cum dicitur: & factum est duodecimo anno transmigratiōis Ioachin. cetera patent usq; ibi. leoni gentium assimulatus es. in fortitudine & crudelitate. & draconi id est cete. Vnde Geñ. p̄mo ubi trāslatio nostra habet cete grandia In hebreo habet dracones magnos. & uentilabas cornu id est potestate tua eleuatus in fluminibus tuis. hoc dicitur quia terra Egypti est fluuialis ex dispositione Nili ut supra dictum est. & conturbabas aquas pedibus tuis. tyrannice regendo. Propterea: Hic consequenter ponitur eius calamitas & primo describitur hec miseria. secundo eius causa effectiua ibi: quia hec dicit. Circa primum dicitur in persona dei: propterea quia abusus es potestate a me tibi concessa: expandam super te rete meum id est exercitū Chaldeoꝝ & extrahā te de loco presentis uite super faciem agri etc. quia cadauera sua & suoꝝ bellatorum remanserunt insepulta bestiis & auibus laceranda. & implebo colles etc. i. in quocunq; loco fugeris: occisus eris. & operiam cum extinctus fueris celos etc. hoc dicitur ad designādum magnitudinem cladis Egyptiorum. que designari solet p tēpus obscurum & tenebrosum. Vnde primo de consolatione dicit̄ tēpora si fuerint nubila:

soluſ eriſ. ſolem nube tegam id eſt Regem calamitate deiciam. & luna id eſt regina non dabit lumen ſuũ id eſt non incedet ornata. ſed magiſ captiuata. omnia luminaria celi id eſt ſapienteſ Egypti tunc enim uigebat ibi ſapientia ut habetur primo Mete. merere faciã. ꝓpter Regiſ & Regine deiectionẽ. & irritabo id eſt cõtra te ꝓuocabo cum induxero contritionẽ tuã in gentibuſ id eſt cũ populũ tuum contritũ captiuabo inter genteſ extraneaſ & longinquaſ & ſtupeſcere faciam ſuper te id eſt propter tui & populi tui tantam deiectionem & Regeſ eorum etc. id eſt non ſolum uulgareſ ſed etiã Regeſ & potenteſ timebunt ne ſimile eiſ accidat. cũ uolare ceperit gladiuſ meuſ id eſt uindicta iuſticie mee ſuper facieſ eorum. Videnteſ appropinquare Chaldeorum exercitum qui dicitur hic gladiuſ dñi. eo ꝙ erat executor diuine iuſticie. & hoc modo Rex Húnorum dixit ſancto Lupo Epiſcopo Cretacenſi ſe eſſe flagellum dei. Quia hec dicit: Hic conſequenter deſcribitur cauſa effectiua dicte deiectioniſ inſtrumẽtaliſ tamen: quia Rex Babyloniſ in hoc erat inſtrumẽtum dei ut dictum eſt. Ideo dicitur gladiuſ Regiſ Babylõiſ ueniet tibi id eſt ad deſtructionẽ tuam inexpugnabileſ omneſ genteſ he. exiſtenteſ cum Rege Babyloniſ. & perdam omnia iumenta. quia Chaldei non ſolum interficient homineſ ſed etiam predabuntur animalia. qui erant ſup aquaſ plurimaſ terra enim Egypti paſcualiſ eſt propter irrigationẽ Nili & nó cõturbabit eaſ pes hominiſ etc. ita pauci erũt homineſ & animalia in terra Egypti ꝙ ex tranſitu eorum: non turbabuntur aque ſed erunt puriſſime. & plangent eũ filie gentium id ẽ mulieres in diuerſis terriſ cantabunt ſuper eum carmen lugubre magiſ ad deriſionẽ q̃ ad compaſſionem. Et factũ eſt: Hic reſumitur carmen lugubre ex noua reuelatiõe. Et diuiditur in duaſ: quia primo ponitur miſeria Egyptiorum abſolute. Secũdo cõparatiue ibi: loquuntur ei. Circa primum premittitur tempuſ huiuſ reuelationiſ cum dicitur: & factũ eſt in. xii. anno ſcilicet tranſmigratiõiſ Ioachin. & ſic facta eſt eodẽ anno quo & precedẽſ & eodem menſe. tamen alio die quia precedens facta fuit prima die menſiſ. hec aũt. xv. ut patet in littera. Cane carmen lugubre. magiſ ad deriſionẽ Egypti q̃ ad compaſſionem. & detrahe eam id eſt dic eam detrahendam in gehennam & filiaſ gentium id eſt genteſ uenienteſ in eiuſ auxiliũ: quo pulchrior eſ in poteſtate & diuitiſ deſcende ad profundiorem locum inferni. quia quanto graduſ altior tanto caſuſ grauior. gladiuſ datuſ eſt Regi Babyloniſ ad te interficiẽdum. & populũ tuum. Loquentur ei Hic conſequentur deſcribitur miſeria Egypti comparatiue. Et primo ponitur duplex dampnatorum graduſ. Secũdo oſtendit in quo Pharao ſit ponẽduſ ibi. & tu ergo. Prima diuiditur in duaſ ſcm duoſ graduſ. Secunda ibi & nó dormiẽt Primuſ autem graduſ eſt illorum qui deſcendunt ad infernum morte uiolenta: cum dicitur: loquentur ei potentiſſimi robuſtorum. de medio inferni inſultando ei ꝙ ſic deiectuſ ẽ in infernũ morte uiolenta: ſicut & ipſi. Ibi Aſſur etc. qui debellatuſ fuerat ante Regem Egypti: ut dictum eſt ſupra capitulo. xxxi. in circuitu illiuſ ſepulchra eiuſ id eſt interfectorum cum eo ita ꝙ ſicut fuerũt ſoti in morte ita & etiam in pena gehenne. & pene iſtorum dicuntur hic ſepulchra eo modo loquendi quo dicit Luc. xvi. mortuuſ eſt diues & ſepultuſ in inferno: qui dederant quondam formidinem in terra uiuentium id eſt in Iudeam ut dicit Rabbi Sa. Illam enim afflixerunt Regeſ Aſſyriorum ut patet quarto Regum poteſt tamen hoc intelligi de aliiſ terriſ multiſ quibuſ formidabileſ fuerũt Regeſ Aſſyriorum ut patet. iii. Regum. xix. ibi Helam id eſt Helamite qui ſimiliter per gladium deſcenderant ad infernum. ex dictiſ patet littera uſq; ibi. Moſoch id eſt cappadoceſ. & Tubal id eſt Hiberi qui ſimiliter morte uiolenta deſcenderũt ad infernũ. Ideo concludit omneſ hi incircunciſi interfectiq; etc.

Et non dormient Hic ponitur secundus gradus damnatorꝝ morte naturali morientiū seu corruptione aeris & non uiolentia gladii a quibus separantur predicti cum dicit: & non dormient: uidelicet supradicti cū fortibus cadentibusq; id est morientibus p se sine gladio qui descēderunt ad infernum cum armis suis. antiquitus enim in sepulchris talium ponebātur eorum gladii ad caput sepulchri in signum q̄ non fuerant in bello deuicti. Ita exponit Ra. Sa. & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorꝝ id est q̄ uis non fuerunt puniti morte corporali: tñ pro iniqtatibus suis puniti sunt pena gehēne que est latens uiuentibus sicut ossa sub carne. Et tu ergo. Hic consequenter ostendit in quo gradu sunt Egyptii reponendi. s. in primo cum illis qui per gladiū descēderūt ad infernum. Ideo dicitur & tu. s. Pharao cum exercitu tuo dormies cum interfectis gladio. & consequenter subditur de pluribus aliis sicut ibi idumea etc. & patet littera usq; ibi uniuersi uenatores id est homicide & tyranni eo modo loquendi quo dicitur Ge. x. quasi nēroth uenator robustus coram deo & portauerunt confusionem suam. in gehenna que est ualde confusibilis pena. uidit eos Pharao. i. pena gehenne & cō/ solatus est super uniuersa multitudine sua uidens q̄ alii Reges cum exercitibus suis erant in simili pena quoddam enim solatium miseri est habere sotiū in pena ut p̄dictū est. cetera patent ex predictis. Sed contra dicta de hac consolatione uidetur esse q̄ in Euangelio Lu. dicitur de diuite epulatione qui in inferno positus petebat Lazarum mitti ad fratres suos uiuentes ne uenirent in locum tormentorum. Ad quod dicendum q̄ sicut in demonibus remanserunt naturalia integra secundum Dionysium Ita in damnatis hominibus. Ideo diues iste ex pietate naturali poterat ei compati. Item quia suo malo exemplo & forte uerbo induxerat eos ad peccandum sciebat penam suam aggrauandam ex damnatione eorum & timore huius mali petebat Lazarum mitti. Iste uero cause non sunt in proposito. qa hec consolatio procedebat ex consortio in pena respectu extraneorꝝ q nō attinebāt sic Pharaōi nec fuerat eis occasio deliquēdi.

ET factum est. Postq̄ Ezechiel prophetauit XXXIII.

de extraneis Hic iterū prophetizat de Iudeis qbus p̄mo prophetizat aduersa: Secundo prospera. xxxvi. ca. Prima adhuc in duas quia primo prophetizat cōtra Iudeos generaliter. Secūdo contra pastores eorꝝ specialiter ca. xxxiii. Prima adhuc in tres: qa primo p̄phetizat de Iudeis existentibus in Chaldea. Scd̄o de existētibus in Iudea ibi. & factū est. Tertio iterū de existētibus in Chaldea ibi & tu fili hominis. Prima adhuc in duas quia primo ponitur populi monitio. Secūdo eiusdem obstinatio ibi. tu ergo. Circa primum premittitur parabola de speculatore cum dicitur terra cū induxero super eā gladium. i. exercitum cū Chaldeis ad puniendum iniquitates inha/ bitantiū. & tulerit populus terre uirū unū de nouissimis suis etc. i. de inferiori populo ut dicunt expositores aliqui. sed hoc non uidetur bene dictum: qa hec parabola spe/ culatoris applicat̄ ad Ezechielē: qui erat de excellentioribus nō solū ratiōe p̄phetice cognitionis sed etiam sanguinis quia fuit de tribu sacerdotali: ut patet in prologo que commixta erat regie & ideo cum dicitur: hic de nouissimis suis. intelligendum est. i. de excellentioribus. Ita enim potest accipi nouissimum uel ultimum in ascendendo uel in descendendo & hoc modo dicitur Geñ. xlviii. q̄ Ioseph extremos fratrū suorꝝ quinq; uiros statuit coram Rege & ad hoc concordat: quod subditur hic: & constituerunt eū super se speculatorem li super importat eminentiā. & cecinerit buccina. nihil omittēs de p̄mentibus ad offitiū sibi impositū. cetera patent usq; ibi. & nō insonuerit buccina omittendo de hoc q̄d̄ spectat ad eius offitiū: ideo sibi imputat̄ homicidiū. Cōsequēter parabola ad propositum applicatur: cū dicitur: & tu fili hominis etc. & patet sentētia

ex supradictis. iii. c. ubi ponuntur quasi eadem uerba. Tu ergo Hic consequenter ostenditur populi obstinatio & hoc ex duobus. scdm ponitur ibi & dixerũt. Secundũ autẽ est desperatio que est causa obstinationis in peccato. qñ enim homines desperant consequi uentam non agunt penitentiam. & sic erat de Iudeis q̃tum ad multos qui erãt cum Ezechiele in Chaldea. Ideo dicitur hic Tu ergo fili hominis dic ad domum Israel id est ad Iudeos tecum existentes sic locuti estis dicentes unus ad alterum iniquitates nostre erga proximũ & peccata nostra erga deum sup nos sunt. i. tam grauia: ꝙ non possumus expiare ea: & in peccatis nos tabescimus. desperati posse in Iudeam reuerti qũo ergo uiuere poterimus: uita gratie dic ad eos errorẽ istum improbãdo noie meo. uiuo ego. i. sicut uerũ est: ꝙ sum ego uita ꝑ essentiã: ita uerũ est: quod sequit. nolo mortẽ impii etc. exponat sicut supra. xviii. c. hoc excepto quod subditur: si dixero iusto: ꝙ uita uiuat etc. quia talis conditio dei intelligitur sub conditione scilicet si in iusticia ꝑseueret. Et dixerunt: Hic ponitur scdm ad ostẽdendũ obstinationẽ populi & est iniusta murmuratio cõtra deũ. & est effectus obstinationis. ex hoc enim ꝙ homines sunt in malis obstinati prorumpere solent in blasphemiam dei: & sic erat de istis. Ideo subditur & dixerunt filii populi tui. q. d. iam non sunt de populo meo scdm meritum non est equi ponderis uia dñi. i. iusta qd est impossibile: cũ sit regula iusticie. cetera patent ex dictis supra. xviii. c. Et factũ est: Hic ꝓphetizat de Iudeis existẽtibus in Iudea & ꝑmo ponitur destructio Hierusalẽ cũ dicitur. Et factũ est. xii. anno. s. transmigrationis Ioachin. in. x. mẽse & sic patet ꝙ hoc fuit post reuelationes positas ꝑcedẽti. c. fere per. x. mẽses qa ille facte sunt. xii. anno ꝑmo mense. manus autẽ dñi id ẽ eius potentia opata fuerat in me. reuelando quod factũ fuerat in Hierusalẽ añq̃ hoc nũciaret ille qui fugerat. aperuitq; os meum dãdo cõstantiã loquẽdi de impletiõe prophetie mee de destructiõe Hierusalẽ quã ipsi reputabãt ante friuolã. Cõsequẽter ponitur ꝓphetia de remanẽtibus in terra post destructionẽ Hierusalẽ: cũ dicit: qui habitat in ruinosis. i. in Iudea plena ruinis unus erat Abrahã etc. i. si ille q erat unus tm̃ habuit ꝓmissionẽ terre pro semie suo nos qui multi sumus multo fortius debemus eã possidere. Ra. Sa. aliter exponit: & melius ut uidetur. dicẽs unus erat Abrahã. i. in uno precepto deo cõfederatus. s. in ꝑcepto circũcisionis Ge. xvii. nos autem multi sumus. i. deo confederati in multis ꝑceptis ut patet in datione legis que cõtinet multa ꝑcepta moralia. & ideo melius debetur nobis terra. sic enim inter se loquebantur. sed hic error tollitur: cũ dicitur: qui in sanguine comeditis. i. ututis de alieno per rapinã & homicidiũ rapto. & oculos uestros lauatis ad immũdicias uestras. i. ad idolatriã uel sodomiã ut exponit Ra. Sa. & sãguinẽ fũditis innocentẽ. ut patet de Ismaele & sotiis eius qui interfecerũt Godoliã & plures alios innocẽtes: ut habet Hiere. xli. nunquid terram hereditate possidebitis. q. d. non. qa non estis filii Abrahe ꝑ imitationẽ uite. stetistis in gladius uestris. parati ad homicidia. fecistis abominationes. i. turpia uitia. & unusquisq; uxorẽ ꝓximi sui polluit ꝑ adulteria: Ideo subditur pena cũ dicitur. qui in ruinosis habitãt: gladio cadẽt. quia Godolias & plures alii post ruinã ciuitatis fuerunt in Iudea occisi ut dictũ ẽ. & post mortẽ eius alii fugerũt in egyptũ timore Chaldeoꝝ & ibi cũ Egyptus fuerũt occisi a Chaldeis. & qui in agro est insidiãs trãseũtibus bestiis tradet ad deuorandũ: q autẽ in ꝑsidiis & spelũcis sunt: pro sua tutione peste morient id ẽ corrupto aere & fame & dabo terrã. s. Iudee in solitudine per defectũ habitãtiũ & cultoꝝ & scient qa ego dñs per experientiã mee potestatis & uindicte. Et tu. Hic iterum resumitur ꝓphetia de Iudeis existentibus in Chaldea cũ Ezechiele cũ dicitur: filii populi tui q loquũtur ad te derisorie iuxta muros & in hostiis domoꝝ. In talibus

enim locis solent conuenire homines ad confabulandum. & dicunt derisorie uenite ad Ezechielē & audiamus qs sit sermo egrediens a dño etc. ac si uenirent ad te ex uerbi dei desiderio & deuotione quod tamen est falsum: Ideo subditur: & audiunt sermōes tuos & non faciunt: cuius causa subditur: quia in canticum oris sui uertunt illos sicut cantilenas fabulosas ogeri. & auaritiam suam sequitur cor eorum. ponendo ibi totam cordis sui attentionem & est eis quasi carmen musicum. s. uerbum tuum modo predicto quod suaui dulciq; sono canitur id est ad aliquā delectationē & nō ad edificationem & cum uenerit. malum a te predictum ecce enim uenit. s. de propinquo tunc scient q; Propheta fuerit inter eos. qa uidebūt ꝓphetiā tuā impletā. .XXXIIII.

ET factū est. Hic prophetizat specialiter cōtra pastores Israel & p̄mo declarat maliciam illorum. secundo denunciat consolationem subditis eorū ibi propterea. Circa primū dicitur ueh pastoribus Israel. i. principibus & falsis Prophetis q pascebāt semetipsos in terra carnalibus delitiis & non curantes de suis subditis. Lac comedebatis etc. bona eorum rapiendo ad uictū uestrū & uestitum quod crassum erat: occidebatis diuitibus capitalia crimina imponendo. & sic haberetis bona eoꝝ: ut patet de Naboth tertio Regum. xxi. & simile creditur de pluribus aliis esse factum. gregem autē meū non pascebatis. exemplo bone uite & uerbo sane doctrine. quod infirmum fuit non consolidastis pronos ad uitia impediendo. & quod egrotum nō sanastis. assuetos malis reuocando. quod confractum est. per impatientiam non alligastis: benigne consolādo & qđ abiectum erat de cultu diuino per idolatriam non reduxistis ad lateram. & qđ perierat: per desperationem. non quesistis: promittendo eis ex dei misericordia uentā sed cū austeritate imperabatis eis. imponētes eis grauia onera & importabilia & dispse sunt oues mee per diuersa uitia: propter defectū boni regiminis & doctrine. & facte sunt in deuorationem omnium bestiaꝝ id est demonum uel aduersariorum crudelium scilicet Assyriorum & Chaldeorum ut patet per predicta in pluribus locis: errauerūt greges mei in cunctis montibus etc. id est in locis omnibus ubi colebātur diuersa idola. Propterea. Hic consequēter promittitur subditis consolatio. & diuiditur in tres ptes quia primo ponitur necessitas huius consolationis Secūdo consolationis actus ibi: hec dicit. Tertio modus ibi saluabo. Circa p̄mum dicitur propterea pastores id ē propter defectum regiminis audite uerbum domini compatientis miserie populi sui pro eo q; facti sunt greges mei. in rapinam modis predictis eo q; non esset pastor scilicet bonus sed magis in lupum mutatus: Ideo subditur: neq; ante quesierunt etc. & patet littera ex dictis. Hec dicit. Hic consequenter promittitur consolationis actus cum dicitur in persona dei: requiram gregem meum de manu eorum id est malorū pastorū auferēdo. & hoc fuit impletum tempore Xpristi ut magis patebit infra tunc enim Sacerdotes & Scribe imponebāt aliis onera grauia & importabilia ut habetur Mat. xxiii. de quibus liberati sunt fideles per libertatem Euangelii. secundum quod declarat Apostolus in epistola. Ad Gal. diffuse. ecce ego ipse requiram oues meas. & uisitabo eas p assumptionem carnis humane sicut uisitat pastor gregem suum. misericorditer & benigne. & liberabo eas de omnibus locis. congregando eas in unitate fidei & caritatis. & inducam eas in terrā suā id est in Ecclesiam militantē & postea in triumphātem que est terra uiuentiū. & pascā eas in mōtibus Israel. i. in Ecclesia militante p dona gratie & triumphante p dona glorie. que designant hic p pascua uberrima. & cetera corporalia. qa spiritalia sub similitudinibus corporaliū in scp̄tura ueteris ac noui testamēti frequēter designantur: ut secundum quod dicit Gregorius ome. xxxvii. surgat animus ex his que nouit: ad ea que nō nouit. ac p hoc quod nouit diligere: discat incognita amare.

ꝙ perierat propter defectum regiminis requiram te ducendo ad me per gratiam & ꝙ abiectum erat per pastorum tyrannidem: reducam per benignam consolationem. & quod infirmum fuerat per pronitatem ad malum exemplo malo4 pasto4 cõsolidabo firmando in bono & quod pingue & forte custodiam. in statu suo. In Hebreo autem habet & quod pingue & forte consumã id est diuites & potentes qui inique oppꝫserũt pauperes puniam. Ideo subditur & pascam illas in iudicio iuste secundũ demerita pu/niendo eo modo quo dicitur tertio Regũ ultimo tollite Micheam etc. & subdit uirũ istũ in carcerẽ & sustentate eũ pane tribulationis. & aqua angustie & huic expositiõi magis concordat littera sequens ut uidebitur. ecce ego iudico id est distinguo quantum ad penam & premium inter pecus mãsuetum & pecus ferox id est inter simplices boues & feroces: Ideo subditur: arietum & hircorum id est bono4 & malorum. & hoc modo dicitur Matt. xxv. statuet oues a dextris hedos autem a sinistris. nonne satis uobis erat id est sufficere debebat uos potentibus pascua bona depasci id ẽ melioribus bonis in presenti uita uti. Insuper & reliquias pascuarum uestrarum conculcastis: id est illa unde deberẽt pauperes uiuere dedistis satellitibus uestris. & eodẽ modo est exponendũ quod dicitur: & cum purissimam aquam etc. Propterea id est propter talem iniuriam simplicibus illatam: & ecce ego ipse iudico etc. exponatur ut supra pro eo ꝙ humeris & lateribus impingebatis. Fortitudine uestra & potẽtia simplices impugnãdo. Saluabo Hic incipit uersus in hebreo ubi ostẽditur per quem fieri debeat ista salus ouium. s. per pastorem Xp̃m cum subditur. & suscitabo super ea pastorem unum. s. Xpristum secundum ꝙ ipse met dicit Io. x. & fiet unum ouile & unus pastor. seruũ meũ Dauid id est Regem de semine Dauid ut dicit Ra. Sa. per quem intelligit messiam uenturũ secundum errorem suum. nos autem Xpristum qui iam uenit in mundum factus ex semine Dauid secũdum carnem ut patet Mat. primo ipse pascet ea uerbo Euãgelico. & uirtutis exemplo. ego autem dominus ero eis in deum. per Xpristiane religionis cultum. & seruus meus Dauid id est Xpristus qui dicit seruus dei ratione humanitatis assumpte in qua minor est patre secũdum ꝙ dicitur Io. xiiii. pater maior me est. & faciam cum eis pactũ pacis id est legem Euangelicã que est lex amoris. & ꝑ cõsequẽs pacis. & cessare faciam bestias pessimas. diminuendo demonum potentias que ꝑ mortẽ Xpristi sunt diminute. & qui habitant in deserto securi dormient. a perturbatione demonũ in saltibus id est in locis religiosis separatis a secularibus. & ponã eos in circuitu collis mei id est Ecclesie militantis. benedictionem id est benedictiones pre ceteris. & deducã hymbrẽ gratie in tempore suo. hoc potissime fuit in p̃mitiua Ecclesia quãdo spiritus sanctus descendit sup Apostolos in signo uisibili Act. secũdo & postea dabat aliis per impositionem manuum Apostolorum Act. viii. & dedit lignum agri fructũ suum etc. quia ad hoc sequebatur multiplicatio bonorũ in Ecclesia. Et erunt in terra sua absq; timore etc. quia in contumeliis hominum gaudebant & demonibus impabant ut patet in Actibus Apostolorum in pluribus locis. & suscitabo eis germen nominatũ id est Xpristum de semine Dauid nasciturum in lege & Prophetis p̃figuratũ & apte nunciatum. & nõ erunt ultra immuniti fame scilicet spirituali ex defectu uerbi diuini. neq; portabunt amplius obprobria gentiũ. quia gentiles ad fidẽ conuersi nõ inferũt obprobria Xpristi discipulis. sed magis honorem. & scient quia ego dominus deus eo4 cũ eis. per experientiã bonitatis mee in benefitiis sibi collatis. XXXV.

ET factus est. Hec est pars incidentalis in qua post conclusionẽ fidelium recolit destructionem Idumeorum qui semper fuerunt infesti Iudeis colentibus deum. Et diuiditur in duas partes secundum duas causas huius destructionis. Secunda ibi eo

q̄ dixerit. Prima causa est fraternū odium quia sicut Esau odio habuit Iacob fratrē suum uterinum: ut habetur Gene. xxvii. sic Idumei descendentes ab Esau Iudeos a Iacob descendentes. & hoc est quod dicitur in persona dñi ecce ego ad te mons Seyr id est Idumea que est montosa. & extendam manū meam id est potestatem. super te ad te destruendam. eo q̄ fuerit inimicus sempiternus. populi Israel & concluserit filios Israel. fuerūt enim Idumei in obsidione Hierusalē cū Chaldeis in tempore afflictiōis eorū id est destructionis ciuitatis & templi. de quo fuerunt summe afflicti. in tēpore iniquitatis extreme id est extreme punitionis Iudeoz̄ pro suis iniquitatibus & accipiē hic extremum pro maximo propter destructionem ciuitatis & templi ut dictum est. sanguini tradam te id est filiis Israel tibi consanguineis. & hoc fuit tempore Mach. quando Iudas expugnauit filios Esau primo Mach. v. & cum sanguine odoris id est quia odio habuisti Iudeos tibi consanguineos sanguis persequitur te id est Iudaicus populus tibi cōsanguineus cetera patēt usq; ibi. insolitudines sempiternas id est lōgas tradam te quia postea terra illa fuit habitata: sed non ita cito. aliter exponitur ista littera ut per sanguinē hic intelligatur homicidium. ut sit sensus: q̄ sicut Idumei crudeliter occiderunt Iudeos ut dictum est supra. Ita propter hoc peccatum offensus est crudeliter sanguis eorum a Chaldeis & terra eorum destructa usq; ad longū tempus & hec expositio magis consonat precedentibus. Eo q̄ dixerit. Hic ponitur causa secūda destructionis Idumeoz̄ que est cupiditas ambitiosa. cupiebant enī hereditare terram Iudee que erat eis propinq̄ & ideo iuuerunt Chaldeos in obsidione Hierusalē & per hoc sperantes obtinere terram & hoc est quod dicitur: eo q̄ dixerit due gentes etc. id est duo regna scilicet Iuda & Israel erunt in ea cū dominus esset ibi. qa in Hierusalem colebatur in templo in quo erat propiciatorium quod dicebatur sedes dei: ut dictum fuit diffuse Exo. xxv. quia faciam iuxta iram tuam id est debite te punīēdo de ira & inimicicia contra Iudeos & notus efficiar per eos in eorum liberatione de Babylonica captiuitate te in captiuitate remanente. audiui uniuersa obprobria tua. de destructione Iudee deserti scilicet sunt mōtes Israel. nobis ad deuorandū dati sunt. qa comedemus bona ibi crescētia & insurrexistis sup̄ me ore uestro dicentes q̄ nō poterā defendere Iudeos a Rege Babylonis. uerba uestra ego audiui. i. blasphemias uestras punire disposui. letāte uniuersa terra. s. Israel: in solitudinē te redigā. qa post reditū Iudeorum de Babylone Idumei remanserunt in captiuitate. & sic Idumea remansit desolata propter defectum culture.

.XXXVI.

TV autem. superius Ezechiel prophetauit Iudeis aspera. adiunxit tamē in fine ca. xxxiiii. consolationem de liberatione eoz̄ per Xp̄m fienda. Hic p̄phetizat eis prospera. Et primo facit hoc simplici sermone. Scd̄o prophetica uisione capitulo xxxvii. Circa primū agitur de liberatione populi Iudaici. Et diuiditur in duas p̄tes secundum duas causas huius liberationis. Secunda ponitur ibi & peperci. Prima autem causa est releuatio populi a miseria. & diuiditur in duas partes quia primo ponit̄ aduersantium detectio. Secundo populi Iudaici erectio ibi uos autem. Circa p̄mū dicit̄ propheta sup̄ montes Israel p̄spera nunciādo eo q̄ dixerit inimicus de uobis gaudēdo de uestra destructione euge interiectio est gaudentis. altitudines sempiterne. i. terra Iudee montosa In hereditatem date sunt nobis sic enim dicebant Idumei: ut dictum est capitulo precedenti & ascendistis super labium lingue. quia extranei loquuntur de uobis derisorie & improperando. cetera patent usq; ibi. p̄pterea id est propter talia improperia & uituperia quoniā in igne zeli mei id est in effectu uindicte mee locutus sum de reliquis gentibus finaliter ea z̄ punitionem determinando: que dederūt terram

meam ſibi id eſt Iudeã que dicebatur ſpecialiter terra dei eo ꝙ in Hieruſalẽ uigebat cultuſ dei cũ gaudio. aliqui libri habent cũ gladio ſed in Hebreo & in libris correctis eſt cum gaudio. quia cum magna libidine occiderunt populũ Iudaicũ & captiuauerũt & terram uaſtauerunt. cetera patent ex dictis uſq; ibi: idcirco id eſt ꝓpter cõfuſionẽ quam uos Iudei ſuſtinuiſtis ego leuaui manum meam id eſt potentiam meam ad faciendum uindictam ut gentes que in circuitu uestro ſunt: que ex odio erga uos Regẽ Babylonis ſup uos adduxerunt. & cũ eo in uestra deſtructione fuerũt: ipſi cõfuſionẽ ſuam portent: quia partim occidentur: partim captiuabuntur. Vos autem. Hic conſequenter ponitur populi Iudaici erectio. Circa quod ſciendum ꝙ iſta erectio incepit in reditu captiuitatis Babylonice qui fuit figura liberationis per Xpriſtum fiende. propter hoc quantum uidetur mihi littera ſequens de uno tempore tranſit in aliud: ſicut Eſaie. xiiii. loquendo de Rege Babylonis qui fuit figura demonis: tranſit ad loquendum de Lucifero. dicit ergo uos autem montes Iſrael ramos uestros germinetis redeunte enim populo in Iudeam terra cepit melius fructificare propter aduentum colentium. prope enim eſt ut ueniat ſcilicet populus de Babylone qui intẽdet culture ſue & ruinoſa inſtaurabuntur. quia Zorobabel & alii cum eo inſtauraverunt tẽplũ. & Neemias & qui cum eo erant: muros ciuitatis & ſimiliter populus habitationes ſuas in diuerſis locis. & habitare uos faciam ſicut a principio quãdo populus intrauit terrã ſub Ioſue duce bonisq; donabo maioribus q̃ habuiſtis ab initio. In Hebreo habetur ante & iſtud mihi uidet debere referri ad tempus Xpriſti in quo maxima bona data ſunt credentibus quoꝝ primi fuerunt Iudei. In toto enim tẽpore a reditu captiuitatis de Babylone uſq; ad tempus Xpriſti nõ legitur populus Iudaicus fuiſſe in tanta ꝓſperitate de multo ſicut fuerat ante captiuitatem Babylonicam & adducam ſuper uos o montes Iſrael homines uos colentes. & eris eis tu terra Iſrael montoſa in hereditatem & non addes ultra ut abſq; eis ſis. id eſt non captiuabuntur ultra de te. Et quia poſtea fuerunt capti a Romanis. Dicunt expoſitores aliqui ꝙ hoc eſt referẽdum ad terram uiuẽtium: figuratam per terram Iſrael: de qua nullus elicitur: qui intrauerit ad eam. Poteſt tamen exponi de terra Iſrael ad litteram quia per li ultra non importat ſemp duratio perpetua a parte poſt: ſed aliquando etiam non multũ longa ſicut declaratũ fuit diffuſius Eſaie ſecundo ſuper illud uerbum & non exercebuntur ultra ad prelium. poſt aduentum enim Xpriſti facta ſunt multa prelia in terra. pro eo ꝙ dicitur uobis ſcilicet montibus Iſrael uituperando deuoratrix hominum es. quia in Iudea fuerunt multe occiſiones per Reges Aſſyriorum & Babylonis & plures alios: Ideo dicebant gentiles improperando ꝙ illa terra deuorabat habitatores ſuos. propterea homines non comedes ampliꝰ etc. id eſt taliꝰ occiſio non erit in te ultra. nec auditam faciam ampliꝰ in te confuſionem gentium id eſt improperium predictum contra te a gentibus. Et factum eſt. Hic ponitur ſecunda cauſa liberationis Iudeorum ſcilicet ut per hoc tollatur blaſphemia contra nomen diuinum: & diuiditur in duas partes: quia primo huius blaſphemie ponitur modus. Secundo tollitur ibi. & peperci. Circa primũ ſciendum ꝙ ad captiuitatem Iudeorum inter gentiles ſecuta eſt blaſphemia nominis diuini: quia aliqui eorum erant ualde mali. quam maliciam gentiles retorquebant in deum improperando ei ꝙ haberet ita malum populum: Alii autem erant ualde boni de quibus dicebant etiam gentiles ꝙ deus eorum nõ potuerat eos ſaluare: licet uiuerẽt iuſte. premittitur tamen hic malicia populi propter quam fuit electus de terra Iuda. cum dicitur: domus Iſrael habitauerunt in humo ſua id eſt in Iudea. & polluerũt eam

in uris suis id est peccatis idolatrie & luxurie & effusionē sanguinis innocentis ut patet ex supradictis in studiis suis. Exquo patet q̄ talia faciebant ex magna libidine pec/ candi: quia ad hoc studiose intendebant . & effudi indignationem meam super eos. punitēdo pro peccatis. & dispersi eos ingentes captiuādo in diuersis terris. & polluerūt nomen sanctum meum. inquantum occasione eorum dicte sunt blasphemie contra eum modis predictis: Ideo subditur: cum diceretur de eis. a gentilibus. populus domini est & ideo ex malicia aliquorum dicebatur dominus malus & ex bonitate aliorum impotens ut predictum est. Ideo quantum ad malos dicitur derisorie populus domini est iste. & de bonis quod subditur. de terra eius egressi sunt. quasi dicatur: non potuit eos ibi seruare. Et peperci. Hic consequenter ponitur ablatio huius blasphemie per reductionem populi de Babylone & sic ablata fuit gētilibus occasio dicte blasphemie & hoc est quod dicitur in persona dei & peperci nomini sancto meo. occasionē dicte blasphemie subtrahendo. non propter uos ego faciam. id est propter iusticiam uestrā. sed propter nominis mei reuerentiam. & sanctificabo nomen meum id est sanctum ostendam in liberatione uestra mirabili. Ideo subditur: tollam quippe uos de gentibus etc. per Cyrum. & effundam super uos aquam mundam. id est peccata uestra p̄terita remittam. Doctores autem nostri exponunt litteram istam de reductione populi ad fidem Xpristi & de ablutione baptismali: qua tollitur culpa & pena. & huic etiam ex/ positioni concordat: quod dicitur in quodam libro Hebraico apud Iudeos autentico qui dicitur Ionia Hierosolymitanum: quemadmodum pelagus mundat pollutos: Ita deus sanctus & benedictus erit mundans in futuro Israel. & sic est dicens Ezechielis triceſimosexto. Aspergam super uos aquas mūdas etc. quod autem dicitur in futuro in originalibus & glosis Hebreorum semper refertur ad tempus Messie. & dabo eis cor nouum. & spiritum nouum id est uoluntatem benefaciendi. & hoc referendo ad tēpus reditus de Babylone: quia postea melius uixerunt q̄m ante. melius tamen exponitur referendo ad tempus Xpristi de datione spiritus sancti Apostolis & credentibus alis. & auferam cor lapideum id est in peccatis obstinatis dando ueram contritionē de pec/ catis & habitabitis in terra quam dedi patribus uestris id est in Iudeam referendo ad populum de Babylone redeuntem uel in Ecclesia militante & triumphante referendo ad populū in Xpristo credentem. & uocabo frumentum etc. quod intelligitur ad lit/ teram de multiplicatione terre nascentium post reditum de Babylone . uel per ista metaphorice intelliguntur bona spiritalia tempore Xpristi data ut Eucharistia que conficitur de frumento & alia Xpristi dona que frequenter in scriptura significātur per corporalia. non propter uos ego faciam etc. quia reditus de Babylone & aduētus Xpristi processerunt ex mera bonitate diuina. confundimini & erubescite super uiis uestris. scilicet malis preteritis. cetera patent usq; ibi terra illa inculta etc. referendo ad reditum captiuitatis Babylonice intelligit̄ de terra Iudee que tempore captiuitatis fuit deserta propter cultorum absentiam sed in reditu captiuitatis fuit fructifera. & amena per cultorum presentiam. & diligentiam. Referendo autem ad tempus Christi intelligitur de gentilitate que ante aduentum Xpristi fuit quasi terra inculta: quia non habuit doctores legis diuine nec Prophetas qui eam extolerent ad fecundationē bonorum operum sed post aduentum Christi per predicationē Apostolorum & aliorū discipulorum facta est fructifera & amena per susceptionem fidei & morum. Et huic expositioni consonat quod subditur: postea multiplicabo eos sicut gregem hominum quantum ad bonos mores qui prius erant bestialiter uiuentes. ut gregē sanctum. per

suſceptionem fidei iuſtificantis ut gregem Hieruſalem in ſollemnitabus eius in quo
deſignatur multitudo credẽtium de gentilibus ſicut in ſollemnitatibus maxime Paſche
Penthecoſtes & tabernaculorum conueniebat in Hieruſalem populus multus.
Facta eſt. Hic conſequenter .XXXVII.
deſcribitur liberatio populi imaginaria & prophetica uiſione. Et diuidit in duas
partes: quia primo deſcribitur liberatio populi captiuati. Secundo unio diſperſi ibi.
& factus eſt. Prima in duas quia primo ponitur imaginaria uiſio. Secundo eius ex/
poſitio ibi & dixit. Circa primum dicitur facta eſt ſuper me manus dñi etc. uidebatur
enim Prophete imaginaria uiſione q̃ per manum cuiuſdã effigiei deum repreſentãtis
portaretur in campum plenum oſſibus mortuorum. & circunduxit me per ea in gyro.
Ita q̃ non intrabat intra oſſa. ſed circuibat extra. Erat enim Ezechiel Sacerdos qui
non debebat contaminari ex tactu oſſium alicuius mortui. ſiccaq; uehementer quaſi
hominum iam diu defunctorum. domine deus tu noſti: qui habes ſcientiam non ſolum
preteritorum & preſentium ſed etiam futurorum. oſſa arida audite uerbum domini.
qui poteſt imperare uobis ſicut uiuentibus creaturis. ecce ego mittam in uos ſpiritum
licet hoc ponitur p̃mo: tamen fuit ultimũ: quia preceſſit oſſium ad iuncturas debitas
reuerſio: & extenſio neruorum & carnium & cutis deſuper ut poſtea ſubditur. & dabo
ſuper uos neruos etc. & ultimo ponitur & dabo uobis ſpiritum & uiuetis. factus ẽ aũt
ſonitus etc. quia ex commotione oſſium ad ſuas iuncturas appropinquantium uide/
batur imaginarie ſonitus procedere. cetera patent ex dictis uſq; ibi a quattuor uẽtis
id eſt a quattuor mundi plagis unde flant quattuor uenti principales nõ quia habeãt
uirtutem uiuificandi ſed q̃a flantibus illis uidebatur imaginarie a deo dari eis ſpiritus
uite. Et dixit: Hic ponitur huius uiſionis intellectio. Et dicunt aliqui q̃ uiſio iſta
intelligenda eſt de reſurrectione generali tempore iudicii. Sed ſaluo meliori iudicio
non uidetur hoc mihi q̃a ſtatim exponendo dicitur oſſa hec uniuerſa domus Iſrael eſt
reſurrectio autem generalis non ſolum erit filiorum Iſrael ſed omnium generaliter.
Item quia ſubditur ipſi dicũt quia aruerunt oſſa ueſtra & perit ſpes noſtra. ſi autem
intelligent de reſurrectione generali iſtud dictum ita ſe extenderet ad priuſ defũctos
ſicut ad uiuentes. Iuſti autem defuncti a principio mundi uſq; ad tempus Ezechielis
& uſq; ad reſurrectionem Xpristi habebant certã ſpem reſurgendi in parte electorũ.
Impii etiam exiſtentes in inferno ſciunt ſe reſurrecturos ad augmentum ſue pene q̃a
tunc punientur in anima & corpore. & ideo uidetur q̃ hec uiſio intelligenda ſit ad
litteram de liberatione populi Iſrael a Babylonica ſeruitute. que ẽ mors ciuilis. & ideo
talis liberatio conuenienter dicitur uiuificatio & loca in quibus detinebantur ſerui:
eorum ſepulchra & tumuli. Sic igit̃ exponenda eſt hec littera. ipſi dicunt ſcilicet Iudei
in captiuitate detenti aruerunt oſſa noſtra id eſt uirtus noſtra defecit: que per oſſa
deſignatur in quibus conſiſtit robur corporis. & perit ſpes noſtra ſcilicet redeundi in
Iudeã & abſciſi ſumus a terra natiuitatis noſtre. Propterea uaticinare. ad auferendũ
ab eis hanc deſperationem. ecce ego aperiam tumulos ueſtros id eſt loca in quibus eſtis
ſerui & careres in quibus aliqui erant ligati. & educam uos. per licentiã Regis Cyri
qui dedit licentiam populo redeundi Eſdre primo & dedero ſpiritum meum in uobis
id eſt conſtantiam redeundi in Iudeam & propoſitum meliorandi uitam ueſtram. Et
factus eſt. Hic cõſequenter deſcribitur unio populi diſperſi. & diuiditur in duas ptes
quia primo ſignum ſenſibile ponitur. Secundo exponitur ibi cum autem dixerint:
Circa primum ſciendum q̃ Prophete ad magis mouẽdum corda audientium aliquãdo

prophetabant non solum uerbis sed etiam sensibilibus signis sicut fuit Esaias nudus & discalciatus Esaie uicesimo. & Hieremias portauit cathenas ligneas in collo suo Hieremie uicesimoseptimo & eodem modo precipitur hic Ezechieli sume tibi lignū unum & scribe super illud Iude. In Hebreo li Iude est dativi casus & filius Israel sortis eius id est Tribui Beniamin que in divisione regni adhesit Roboam sicut & Tribus Iuda propter quod illud regnum dicebatur duarum Tribuum. Tribus enim Leuitica fuit illi adiuncta eo ꝙ Hieroboam primus Rex Israel cultor uitulorum aureorum Sacerdotes & Leuitas domini eiecit de regno suo. & sic uenerunt in regnū Iuda & tolle lignum alterum & scribe super illud. Ioseph lignum Effraim quia primus Rex Hieroboam fuit de Tribu Effraim filii Ioseph & cuncte domus Israel sortiorum eius id ē aliarum Tribuum. & adiunge illa unum ad alterum. contiguatione ita ꝙ uideantur lignum unum. Cum autem dixerint. Hic consequenter ponit̄ expositio dicti signi cum dicitur ecce ego assumam lignum Ioseph etc. per hoc enim designabat futurum ꝙ regnum Israel erat coniungendum regno Iude sub uno Rege Xpristo. non enim potest exponi ad litteram de Zorobabel seu quocunq; alio usq; ad Xpristum: quia de semine Dauid non fuit aliquis Rex usq; ad ipsum. Ideo subditur postea & seruus meus Dauid Rex super eos per quem intelligitur Messias siue Xpristus in lege & Propheris promissus sicut fuit declaratum diffusius Hieremie tricesimo & Osee tertio etiam secundum doctores Hebreorum. & pastor unus erit omnium eorum scilicet Xpristus secundum quod dicitur Iohannis decimo & fiet unum ouile & unus pastor. Et sciendum ꝙ per regnum Israel non solum intelliguntur hic decem Tribus sed etiā omnes uocati ad fidem de gentilibus qui colebant idola ante susceptionem fidei sicut regnum Israel coluit a principio regni sub Hieroboam ut habetur tertio Regum duodecimo. Vnde & conuersi de gentibus nomen Israel assequuntur secundum quod dicitur Esaie quadragesimoquarto & in iudicijs meis ambulabunt. seruando legem Euangelicam. & habitabunt super terram scilicet uiuentium quam dedi seruo meo Iacob id est datuꝝ promisi. Iudea enim non fuit terra principaliter promissa Abrahā Isaac. & Iacob. quia premium a deo datum principaliter non est minus bonum q̄m meritum. sed maius. opera autem uirtutum ꝓpter que facta fuit promissio patribus sunt maiora bona: q̄ quecunq; materialis terra. & ideo in promissione materialis terre intelligebatur principaliter promissio terre uiuentium ut dictum fuit diffusius Gene. quintodecimo & sic intellexerunt Patriarche: secundum quod declarat Apostolus Hebreorum undecimo dicens de ipsis nunc autem meliorem acceperūt scilicet patriā: & subditur celestem in q̄ habitauerunt patres uestri mente pfidem eo modo loquendi quo dicit̄ Phil. iii. uestra aūt cōuersatio in celis ē & habitatio corporalis ipsoꝝ in terra materiali erat huius habitatiōis figura. Vel pōt dici in q̄ habitauerūt patres uestri. i. habitabūt loquēdo de futuro p modū p̄teriti ꝓpter certitudinē ꝓphetie & tali modo loquēdi utunt̄ frequēter Prophete ut supra usū ē in multis locis. Ideo subdit̄: & dauid seruus meus p̄ncepsoꝝ imppetuū. ꝙ non pōt intelligi de psona Dauid nec de aliquo de semine eius nisi de Xpō cuius regnum est eternū. & pcutiam illis fedus pacis. ꝙ hic incboatur in obseruantia legis Euangelice que est lex amoris & perficitur in patria ubi pax & amor consummatur & dabo sanctificationem meam. i. factā eos sanctos & erit tabernaculū meū in eis id est habitabo cum eis in p̄senti in terra per gratiam & in celo per gloriam & scient gentes qa ego dominus sanctificator Israel id est cuiuslibet fidelis: qui nomine Israel nominatur ut supra dictum est: et cetera.

ET factus est: Postq̃ Propbetauit prospera & aduersa de Iudeis: reuertit hic ad prophetandũ de extraneis scilicet contra Gog & Ma/ gog. Circa quod sciendum ꝙ Hebrei dicunt quot sunt gentes que uenture sunt ad pugnandum contra Hierusalem & debellabunt per Regem Messiã quem expectãt adhuc uenturum. Sed hoc dictum est erraneum. quia aduentus Christi iam transiit in preteritum. Ideo aliqui doctores nostri dicunt ꝙ Gog & Magog non est aliqua gens determinata sed generaliter significat persecutores ecclesie. sed hec expositio ui/ detur nimis mystica. propter quod saluo meliori iudicio uidetur mihi per Gog intelligi Antexp̃m dicitur enim Gog. a Gag quod significat tectũ In Hebreo quia licet An/ texp̃us sit futurus homo inhabitabit tamen totaliter a diabolo & erit quasi eius tegu/ mentum sub specie humana. Magog autem significat de tecto per quod intelliguñ adherentes tanq̃ de eius familia seu populo. Huic autẽ sententie concordat quod dicit Apo. secundo. Soluetur Sathanas de carcere suo & exibit seducere gentes sup quat/ tuor angulos terre Gog & Magog etc. quod exponit de persecutione Antixp̃i quẽ diabolus primo seducet. & postea alios ad adherendum sibi. huic etiam dicto consonat dictum Apostoli. si referatur ad secundum aduentum Xp̃i. & Thess. secundo. quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui & destruet illustratiõe aduẽtus sui. Similiter & dictum aliorum expositorum inquantũ tempore Antixp̃i erit magna persecutio & secundum hanc sententiam primo agitur de persecutione Ecclesie ab Antexp̃o. Se/ cundo de Antexp̃i destructione cum exercitu suo ibi. conuocabo: Prima in duas qa primo ponitur huius persecutionis preparatio. Secundo eius executio ibi. Post dies: Circa primum dicitur. pone faciem tuam contra Gog: id est dispone te ad ꝓphetandũ de aduentu Antexp̃i & de eius destructione. principem capitis Mosoch & Iubal. quia isti Reges subiacientur ei scilicet Cappadocie & Hiberie. & circũagam te: id est dis/ currere permittam ad fideliũ impugnationem. & ponam frenum in maxillis tuis: quia Antexp̃us nihil poterit facere nisi quantũ deus pmittet. Vestitos loricis: id est armis ad sustinendum & etiam ad inuadendum. Ideo sequitur. hastam & clipeum arripientium etc. Gomor & Tagorma: nomina sunt populorum Antexp̃o adherentium. prepara & instrue te: id est preparabis te ad uastationem Ecclesie. & esto eis in preceptum: id est multitudo tibi coaceruanda tibi obediet ad nutum. Post dies: hic consequenter ponit executio. Secundo eiusdem prenuntiatio ibi. Hec dicit. Circa primum premittit tem/ ꝓus cum dicitur: post dies multos uisitaberis: id est punieris quia finaliter Antexp̃us a deo fulminabitur ut infra dicetur. in nouissimo annorum ueniet: id est circa finẽ mũdi. ad terram que reuersa est a gladio: id est ad Ecclesiam dissipandam que primo fuit sub gladio Iudeorum & tyrannorum. sed a tempore Constantini habuit pacem & sic re/ uersa est a gladio. & congregata est de populis multis: quia de omnibus gentibus aliq; crediderunt Xp̃o. ad montes Israel: id est ad Iudeam montuosam. licet enim ueniat ad uastandum ubiq; Ecclesiam tamen spiritualiter uenit in Hierusalem ut in templo dei sedeat tanq̃ sit deus ut dicitur primo Thess. ii. qui fuerunt deserti iugiter frequenter quia primo per Chaldeos & postea per Antiochum Nobilem & iterum per Romanos postea per Sarracenos. Hec de populis educta est etc. quia ante aduentum Antexp̃i Xp̃iani de pluribus terris uenient in Iudeam & capient eam. & ibi pacifice habitabũt ad tempus. & postea quasi subito uenit Antexp̃us. Ideo subditur. ascendens autem quasi tempestas uenies: id est subito & magna multitudine ita ꝙ fideles non poterunt tibi resistere. In die illa ascendent sermones super cor tuum etc. quia extolletur supra omne id quod dicitur deus: aut quod colitur secunda Thessal. secundo. & dices: p̃mitta

.XXXIII.

elatione: aſcendam ad terram abſq; muro etcet: id eſt ita faciliter capiam ac ſi non eſſet ibi muruſ. uel munitio uel aliqua belli ſuſpitio. ut diripiaſ ſpolia Xp̃o credentiú ut inferaſ manum tuam ſuper eoſ qui deſerti fuerunt & poſtea reſtituti: quia ſicut dictum eſt tempore tyrannorum fideleſ uidebanť a deo deſerti & tempore pacis ſecute reſtituti uel quia fideleſ electi de terra promiſſionis per Sarracenoſ ibi reſtituentur añ aduentum Antexp̃i ut dictum eſt. qui poſſidere cepit & eſſe habitator umbilici terre: id eſt Hieruſalem & terre promiſſionis que eſt in medio terre habitabiliſ: quia eſt in quarto climate. Sabba & Dedan etc. nomina ſunt gentium Antexp̃o adherentium. & omneſ leoneſ eiuſ: id eſt feroceſ cõtra Xp̃ianoſ. dicent tibi: adulando & cõtra fideleſ incitando nũquid ad ſumenda ſpolia tu ueniſ: q. d. ſic & ideo ad hoc eſt intendendum cetera patent in littera uſq; ibi. nũquid non in die illo cum habitauerit populuſ meuſ Iſrael: id eſt uniuerſitaſ fideliú. cõfidenter: recuperata terra promiſſionis ab eiſ ut predictum eſt. ſcieſ & ueniеſ tunc ad ipſam inuadendum cum ſatellitibuſ tuiſ. & aſcendeſ ſuper populum meum Iſrael quaſi nubeſ: id eſt ſubito ſicut nubeſ aliquando ex inſperato inſurgunt. ut operiaſ terram: multitudine tibi adherentium. & adducam te ſuper terram meam: id eſt ſuper terram promiſſionis que dicitur dei modo ſpiritali quia ibi operatuſ eſt ſalutem in medio terre aſſumpta pro nobiſ humanitate. ut ſtant omneſ genteſ mee cum ſanctificatuſ fuero in te: id eſt ſanctuſ apparuero te ibi interficiendo cum exercitu tuo ut poſtea dicitur. Hec dicit: hic conſequenter ponitur dicte perſecutionis prenuntiatio: cum dicitur in perſona dei: tu ergo ille es: de quo locutuſ ſum: etc. quia Eſaiaſ & Hieremiaſ & alii Propbete locuti ſunt de hac perſecutiõe ut patet hic & in pluribuſ aliiſ locis ad electoſ purgandum & puniendú reproboſ. Ideo ſubdit. aſcendet indignatio mea etc: id eſt uindicta. quia in illa die erit cõmotio magna ſup terram Iſrael: quia multi fideleſ erunt uacillanteſ ita ut in errorem. inducantur ſi fieri poteſt etiam electi. Math. xxiiii. & cõmouebuntur a facie mea: id eſt uacillabunt in fide. piſceſ mariſ: etc. id eſt exiſtenteſ in Eccleſia in quolibet ſtatu quorum aliqui ſunt uoluptuoſi: ideo comparantur piſcibuſ exiſtentibuſ in mari. & aliqui ſuperbi alta petentеſ ut uolucreſ celi. & aliqui ſimpliceſ ut beſtie agri. & aliqui cupidi ſuper terram reptanteſ & aliqui hominеſ rationabiliter uiuenteſ. & ſubuertenť monteſ. id eſt multi de prelatiſ & principibuſ. & cadẽt ſepeſ: id eſt multi de religioſiſ & doctoribuſ uel per monteſ & ſepeſ & muroſ intelliguntur fortalicia in montibuſ ſita. & muriſ & clauſuriſ munita. que non poterunt reſiſtere potentie Antexp̃i. .XXXIX.

ET conuocabo: Hic incipit capitulum In Hebreo in quo agitur de deſtructione Antexp̃i & ſui exercituſ & primo circa hoc ponitur Antexp̃i detectio. Secúdo detecti ſpoliatio ibi. Hec eſt dieſ. Tertio ſpoliati tumulatio ibi. & erit. Quarto concluditur intenta concluſio ibi. & ponam. Circa primum dicitur. & conuocabo aduerſuſ eum: id eſt Antexp̃m & eiuſ exercitú. in cunctiſ montibuſ meiſ: id eſt in Iudea que eſt montoſa. gladium: ad interficiendum eum. gladiuſ uniuſcuiuſq; in fratrem ſuum: quia fulminato Antexp̃o in monte Oliueti & magna parte exercituſ ſui erit diſſenſio inter reſiduum imponẽteſ adinuicem q̃ incitauerunt eoſ ad ſequendú Antexp̃m & ſic inter eoſ erit bellum & tunc. iudicabo eum peſte. quia aliqui de eiuſ exercitu morientur peſtilentia aliqui gladio & aliqui tempeſtatibuſ deſcendentibuſ de celo. & magnificabor & ſanctificabor: id eſt magnuſ & ſanctuſ apparebo in detectione mirabili ſuperbi & exercituſ ſui. Conſequenter reſumitur moduſ eiuſ ueniẽdi cum dicitur: ecce ego ſup te Gog: q. d. nibil poteſ facere niſi quantũ tibi permittam. principem capitiſ Moſoch etc. exponatur ut ſupra. Conſequenter reſumitur detectio ſua cum dicitur: & pcutiá

arcum tuum in manu sinistra tua etc. id est deiciã sagittarios tui exercitus Ita ꝙ non poterunt tenere arcum cum sinistra manu. nec sagittam in dextra. ferís & auibus etc. per aliquod tempus remanebunt cadauera scilicet multorũ in sepulta. & emittam ignẽ in Magog: quia magna pars exercitus Antexpi fulminabitur & in iis qui habitant in insulis confidenter sub Antexpi confidentia confidentes de eius potentia. & scietis qa ego dominus: per experientiam uindicte mee. & nomen sanctum meum notũ faciã in medio populi mei Israel: id est Xpiani qui nomine Israel nominantur ut supra dictum est. & non polluam nomen sanctum meum amplius: id est pollui permittam per Antexpi blasphemias. & sibi adherentium: ecce uenit & factum est. q. d. ita certum est de futuro ac si iam transisset in preteritum. Hec est dies: Hic consequenter describitur exercitus Antexpi spoliatio cum dicitur: Hec est dies: scilicet destructionis Antexpi & exercitus sui de qua locutus sum per Prophetas ut dictũ est ca. precedenti. & egredientur habitatores de ciuitatibus Israel ad colligendum spolia. Expositores aũt nostri dicunt cõmuniter: ꝙ habitatores de ciuitatibus Israel intelliguntur ciues celestes in diuersis mansionibus habitantes secundum illud. Io. xiiii. In domo patris mei mansiones multe sunt id est diuersi gradus beatitudinis: qui cum Xpo egredientur ad iudicium. & cum eo iudicabunt impios approbando eius iudicium & maxime de Antechristo & damnandis cum eo de quibus subditur. & succedent: & comburent arma clipeum etc. id est Antexpm & eius exercitum condemnabũt ad ignem eternum modo dicto qui uocantur hic arma eo ꝙ armis impugnauerunt fideles eos crudeliter occidendo: quod erit causa damnationis eorum & succendent eam igni. vii. ãnis: id est eternaliter ꝙ per. vii annos intelligitur: eo ꝙ uniuersitas temporis septenario designatur. & non portabunt ligna de regionibus: id est non condemnabunt iustos fructum pietatis facientes sicut ligna regionum. neq; succident de saltibus: id est non condemnabunt eos qui habitant in saltu penitentie. quoniam. m arma succendent igne: id est condemnabunt ad ignem eternum impios tantũmodo & non iustos. Sed hec expositio uidetur magis mystica q̃ litteralis Ideo absq; preiudicio potest aliter dici: ꝙ interfecto Antexpo & eius exercitu egredientur Xpiani qui remanebunt uiui de locis ubi erant absconditi ad colligendũ spolia & ea que erũt apta ad incendiũ: ut clipei haste & huiusmodi applicabũt igni. Ideo dicitur: & succendent etc. & aliqui eorum tantum congregabũt: ꝙ sufficiet eis ad magnum tempus: quod exprimitur hic per septem annos. & ideo non erit eis necesse aliunde ligna colligere. & depredabuntur eos quibus prede fuerunt: arma & spolia eorum colligendo. Sed hoc dictum uidetur esse illud quod dicitur cõmuniter a doctoribus ꝙ post mortem Antexpi dabuntur. xxxxv. dies ante iudiciũ ut decepti ab eo habeant locum penitendi. & accipitur de Daniele: xii. ca. ubi sic dicitur. Beatus qui expectat & peruenit usq; ad dies mille tricentos. xxxv. Iste ent numerus excedit numerum ibidem supra positũ de regno Antexpi in. xxxxv. diebus & sic inter mortẽ Antexpi & iudicium spacium septem annorum non erit. Ad quod dicendum est ꝙ licet hoc dictum sit satis cõmune: tamen non est omnino certum quia non determinatur per scripturam utrum illi dies sint usuales scilicet continentes tantũ unam diem: & unã noctem: uel annales sicut dicitur supra. quarto. ca. diem pro anno dedi tibi. & ideo de illis. xxxxv. diebus post mortem Antexpi non habetur certũ utrum sint. xxxxv. dies naturales uel .xxxxv. anni & dato ꝙ esset determinatum de diebus usualibus: tamen non est determinatum utrum statim post illos quadraginta quinq; dies ímediate sequatur iudicium Immo uidetur ꝙ sit magis spatium emporis intermediũ illud quod dicit. Matb. uicesimoquarto. de aduẽtu Christi ad iudiciũ. sicut ent erant in diebus

Noe ante diluuium comedentes & bibentes nubentes & nuptui tradentes usq; in eum diem quo intrauit Noe in arcam :& non cognouerunt donec uenit diluuium :& tulit omnes. Ita erit & aduentus filii hominis. & istud referunt aliqui doctores nostri ad tempus quod erit inter mortem Antexpi & diem iudicii talis autem pax & securitas in qua cõuiuia & cõnubia absq; timore exercentur: non uidet esse tam parui temporis sicut .xxxxv. dierum sed magni. Et erit: Hic consequenter agitur de sepultura Antexpi & suorum & primo ponitur propositum. Secundo remouetur dubium ibi: tu autem: Circa primum sciendum q̃ sicut pars immediate precedens exponitur a doctoribus cõmuniter de sanctis qui cum Xpo adiudicabunt impios igni gebenne: ita & hic de sepultura eorum in inferno eo modo loquendi quo dicitur Lu.xvi. Mortuus est diues & sepultus in inferno qui uocatur hic uallis uiatorum: quia lata est uia que ducit ad perditionem. & multi ingrediuntur per eam. Math.xxvii. & dicitur hec sepultura fieri septem mensibus quia eternaliter erunt ibi sicut supra dictum est de .vii. annis q̃ autem ibi dicitur de ossibus remanentibus supra terram q̃ statuent iuxta illa titulum donec sepeliant: per hoc intelligitur q̃ si post mortem Antexpi inuenientur aliqui de secta sua obstinati ab alijs per excõmunicationem separabuntur: donec per mortem sepeliant cum alijs in inferno. Sed quia hec expositio sicut & precedens uidet multum mystica: Ideo potest exponi de sepultura corporali: non propter Antexpi & suorum honorem: sed ad terre purgationem: ut dicitur in littera. sic ergo exponitur. & erit in die illa. scilicet notabili propter detectionem Antexpi. dabo Gog: id est Antexpo & eius exercitui locum: scilicet sepulture nominatum id est famosum ex tanta multitudine ibi sepulta. uallem uiatorũ: qa ibi erit strata publica. ad orientem maris: id est uersus mare mortuum que est in parte orientali Iudee. que obstupescere facit pretereuntes: id est admirari ex tali & tanta detectione Antexpi & suorum ibidem sepultorum: ut mundent terram a cadaueribus. septem mensibus: tantum enim tempus apponent illi qui ad hoc statuent. & erit eis nominata dies: id est celebris: in qua. glorificatus sum: interficiendo Antexpm & eius exercitum. Dies enim uictorie solent haberi celebres. & uiros iugiter constituent: qui sint diligentes ad hoc opus perficiendum cunq; uiderint os hominis statuent iuxta illos titulum: id est notabile signum ut de facili possit inueniri: ut sic multa ossa sic inuenta simul per singula de facili colligantur. & sepeliantur. pollicis ores: id est cadauerũ curatores nomen autem ciuitatis: id est loci ubi fiet sepultura. Amona: id est populosa secundum proprietatem Hebraici sermonis propter multitudinem populi ibi sepulti: Tu autem Hic remouetur dubium quia hic actum est de sepultura cadauerum ideo posset aliquis credere q̃ non fuissẽt ab auibus & bestijs corrosa quod est contra illud quod dictum est supra breuiter omni uolatile & bestijs terre dedi te ad deuorandum. Ideo de ista deuoratione hic plenius dicitur: cum dicitur: Dic omni uolucri: etc. conuenite ꝓperate concurrite undiq; ad uictimam meã q̃ ego Immolo uobis: id est ad corrodẽdum cadauera Immolatorum a me in exercitu Antexpi. anteq̃ enim sepelirentur cadauera aues & bestie fuerunt de eis saturate. arietes & agnorum etc. id est ita comedetis principium carnes & bibetis sanguinẽ ac si esset etũ agnorum arietes & agni pingues occisi. Et saturabimini super mensam :id est super locum a me uobis paratum. Et ponam: Hic ponitur intenta conclusio ad hoc enim fiet Antexpi & sui exercitus detectio ut deus glorificetur. & de eius oppressione populus Christianus liberetur: & hoc est quod dicit in persona dei. & ponam gloriã meam in gẽtibus: quia omnes gentes remanentes uidebunt in hoc potentiam meam gloriosam. & scient domus Israel: id est populus Xpianus. quia ego dominus eorũ: per specialẽ ꝓtectionẽ

a die illa & deincepſ: quia poſt mortem Antexp̃i non habebit tribulationem & ſcient
genteſ quoniam in iniquitate ſua capta ſit domuſ Iſrael id eſt populuſ Xp̃ianuſ fuerit
oppreſſuſ ab Antexp̃o pro ſuiſ iniquitatibuſ quia ſecundum quod dicit Saluator ante
tempuſ Antexp̃i abundabit iniquitaſ: & refrigeſcet caritaſ multorum in Eccleſia dei a
qua iniquitate purgabitur per tribulationem Antexp̃i. & abſconderim faciem meam
ab eiſ etc. tempore tribulationiſ. ſicut homo auertit faciem ab illo quẽ non uult a mi/
ſeria releuare ſed quia tempuſ illiuſ perſecutioniſ erit breue ut dicit̃ Math. xxiiii. ideo
ſubditur. nunc: id eſt in breui reducam captiuitatem Iacob. id eſt populum Xp̃ianũ
eum liberando ab oppreſſione Antexp̃i. & aſſumam zelum: ſcilicet uindicte mee cõtra
Antexp̃m. pro nomine meo ſancto: q̃ ipſe blaſphemabit & portabũt cõfuſionem ſuã
ſcilicet Xp̃iani poſt mortem Antexp̃i in ſeipſiſ erunt cõfuſi de peccatiſ p̃teritiſ: p̃pter
que traditi fuerunt per ſecutionibuſ Antexp̃i. & reduxero eoſ de populiſ. id eſt de er/
roribuſ populorum quibuſ aſſerant decepti ab Antexp̃o & ſibi aſſerentibuſ quia ſicut
dictum eſt dabitur eiſ penitendi tempuſ: & congregauero de terriſ inimicorũ ſuorum:
ad unionem uere fidei & caritatiſ. & ſcient quia ego dominuſ deuſ eorum: per experi/
entiam uindicte mee in Antexp̃i perſecutione. Ideo ſubditur: eo q̃ tranſtulerim eoſ
in nationeſ ſubiiciendo eoſ oppreſſioni: & ſeruituti Antexp̃i & ſuorum qui erunt di/
uerſarũ nationũ ut dictũ ẽ ſupra & p̃ expiẽtiã gratie mee Ideo ſnbdit̃. & cõgregaue/
ri eoſ ſup terrã ſuã: id ẽ i terrã p̃miſſioniſ que eſt terra fideliũ a qua timore Antexp̃i
aliqui fuerunt fugitiui & aliqui in captiuitate ducti qui eo mortuo ibi fuerũt reuerſi.
uel ſuper terram ſuam: id eſt in Eccleſia militante per gratiam & triũphante per glo/
riam que eſt terra uiuentium. & non derelinquerim quenquam ex eiſ: id eſt ex dep̃/
deſtinatiſ. non abſcondam ultra faciem meam ab eiſ: qa in patria ueſtra facie ad faciẽ
eo q̃ effuderim ſpiritum meum: id eſt plenitudinem gratie in Eccleſia militante &
glorie triumphante.

.XL.

IN uiceſimo etc. Hec eſt ultima parſ principaliſ huiuſ libri in qua agitur de re/
muneratione bonorum uſq; ad finem libri. Hec tamen remuneratio ſecundum
aliquoſ intelligitur de boniſ temporalibuſ ſeu fortune. ſecundum aliоſ de boniſ gratie
prout in fine libri magiſ uidebitur domino concedente. Sciendum tamen q̃ in hac
parte ultima eſt aliud in quo cõueniunt Iudei & Xp̃iani uidelicet q̃ illa que dicunt̃
hic uſq; ad finem libri fuerunt oſtenſa Ezechieli in Imaginariam uiſione cuiuſ tamen
ſignificationem intellexit. aliter non eſſet uiſio prophetica. Et eſt ibi aliquid in quo
diſſentiunt: uidelicet in ſignificatione huiuſ uiſioniſ. Primo igitur exponatur littera:
uſq; ad finẽ libri quantum ad primum. Et quia hec uiſio Imaginaria ponitur hic ſatiſ
obſcure Ideo circa deſcriptionem Imaginarie uiſioniſ & eiuſ expoſitionem non ſolum
uariant Hebrei & Latini ſed etiam Hebrei adinuicem quia Ra. Moyſeſ & Ra. Sa.
ipſam uarie deſcribunt & exponunt ſimiliter Latini. quia Magiſter Ricarduſ de ſan/
cto Victore & dominuſ Hugo Cardinaliſ de ordine Predicatorum & frater Gerar/
duſ de Pruuino de ordine fratrum Minorũ circa dictam deſcriptionẽ & expoſitionẽ
multipliciter uariant: nec eſt mirũ de dictiſ uariationibuſ quia deſcriptio huiuſ edificii
ualde obſcure traditur in textu. & etiam tranſlatio noſtra in multiſ diſcrepare uidet̃
ab Hebraica ueritate. Omnia uero eorum dicta repetere: & ubi deficere uidentur:
improbare eſſet negotium ualde prolixum. & per conſeqnanſ legentibuſ tedioſum ma/
xime quia in deſcriptione Imaginaria & expoſitione non conſiſtit principaliter utili/
taſ Prophetice uiſioniſ. ſed in intellectu eiuſ quod peruiſionem Imaginariam deſignat̃
ſicut patet ex dictiſ in principio huiuſ libri quia in deſcriptiõe Imaginaria quattuor

animalium & rotarum non consistit principaliter utilitas uisionis illius: sed in intellectu illius quod per rotas & animalia designatur. quod fuit reuolutio quattuor regnorú. que populum Israel successiue afflixerunt. sicut ibidem plenius fuit dictum. Obmissis igitur descriptionibus predictis intendo ponere modum unum qui uester mihi magis consonus littere & descriptionem R.a. Sa. in pluribus conuenire. dicta etiam aliorum que a ueritate magis discrepare uidentur: exponendo litteram improbare. Secundum hoc igitur residuum huius libri in duas partes diuiditur: quia Primo premittit quedá breuis prefatio. Secundo subditur uisionis Imaginarie descriptio ibi. & mensus est. Prima in tres quia primo ponitur huius diuisionis tempus. Secundo locus ibi. & adduxit me. Tertio fructus ibi. & locutus est. Circa primam partem sciendum q̄ transmigratio Babylonis incipit proprie a Ioachim Rege Iuda qui ductus est etiã Iechonias & tunc transmigrauit Ezechiel & Mardocheus & post istam transmigrationem regnauit Sedechias. xi. annis & in. xi. eius anno destructa fuit ciuitas Hierusalem & templum: ut habet tertio. Reg. xxv. & xiii. ãno post destructionẽ uidit Ezechiel hanc uisionem: ut habetur hic in littera. & sic patet q̄ a tempore transmigrationis usq; ad tempus huius uisionis fluxerunt anni. xxiii. completi & in principio. xxv. anni. facta est hec uisio & hoc est q̄ dicitur in. xx. & quinto anno etcet. & ex dictis patet littera paucis exceptis que sequũtur. decima: scilicet die. mensis: primi. facta est sup me manus domini: id est uirtus eius eleuans me ad uisionem sequentium. Et adduxit me: Hic consequenter ponitur huius uisionis locus que est duplex. Vnus subiectiue q̄ tangitur cum dicitur. & adduxit me illuc in uisionibus dei: non enim Ezechiel fuit eductus de Babylone corporaliter. sed tantum in uisione Prophetica que est in uidẽte subiectiue. & ideo locus huius uisionis subiectiue fuit in Babylonia in q̃ erat Ezechiel Alius est locus obiectiue qui tangitur: cum subditur. & eduxit me in terram Israel: quã Immaginarie uidebat Propheta & dimisit me super montem excelsum nimis sic Imaginarie uidebatur Prophete. super quem erat edificium quasi ciuitatis. & dicitur. quasi quia non erat edificium reale sed similitudo representans. uergentis ad austrum: dicunt autem expositores nostri cõmuniter q̄ nomine ciuitatis & edificii idem importabatur: nam templum cuius edificium infra describitur: habebat multas mansiones sicut ciuitas & muri eius erant cum propugnaculis ad modum ciuitatis. mons tamen in quo erat edificium templi aliqãntulum erat demissus in parte australi magis q̃ aquilonari. Ideo dicitur. uergentis ad austrum: sed q̄ isti dicunt de ꝓpugnaculis non habetur. nam in tota destructione tẽpli sequente nulla fit mentio de ꝓpugnaculis tamen est satis probabile q̄ propugnacula faciunt ad decorem & fortitudinem edificiorum sed q̄ debent nomine ciuitatis & edificii templi idem significari: non uidetur uerum: nam in fine libri describitur ciuitas separatim a templo. Et ideo Hebrei dicunt & melius q̄ Propheta duo uidit scilicet ciuitatem & templum & q̄ templum erat in parte aquilonari. ciuitas autem in parte australi. & per edificium templum. & nomine ciuitatis ciuitatem uergentem ad austrum. Et ad hoc reducuntur doctores nostri predicti in fine libri in descriptione terre Tribubus Israel diuidende saltem aliqui situantes templum in parte aquilonari illius terre & ciuitatẽ in parte australi ut ibi uidebit̃ melius dñoconcedẽte Et ecce uir: Hic consequenter ponitur uisionis fructus qui cõsistit in hoc: q̄ angelus ostendit Ezechieli descriptionem & mensuram eorum que sequuntur: ut anuntiaret filius Israel per quos uniuersitas fidelium intelligitur. ut studiosi per orationem & exercitiũ studii quererent intellectum uisionis sibi aperiri sicut dictum fuit Danie. xii. Tu autem Daniel claude sermonẽ. & signa librũ usq; ad tempus statutũ ꝑtranslibũt

plurimi & multiplex erit scientia .& sic intellectum est de aliis uisionibus propheticis quarum intellectus per Prophetam non aperitur. ponitur tamen aliquid unde habeť aliqualis uia studiosis ad intelligendum sicut dixi in Apoc. quantum spectat ad librum illum:& in fine huius uisionis similiter dicam quantum ad ista domino concedente. dicit igitur & ecce uir:id est angelus in specie uiri. cuius erat species eris:id est similitudo eris. Es enim durabile est & sonabile & per durabilitatem significat immortabilitatem spiritus angelici. & personalitatem promptitudinem eius ad resonandū laudes diuinas: secundum illud Iob. xxxviii. ubi eras cum me laudarent astra matutina. & iubilarent omnes filii dei & ad reuelandum hominibus secreta dei. & funiculus lineus in manu eius In edificiis enim recte erigendis funiculus meus extremitate pendet plumbum deseruit & calamus mensure. id est aptus ad mensurandum per ista duo designabatur edificiorū sequentium quantitas. & rectitudo:stabat autem in porta:muri exterioris. & locutus est ad me:& patet ex dicti sententia usq; ibi:& in manu uiri:id est angeli. calamus mensure sex cubitorum: Hebrei dicunt. sex ulnarum:sed eadem est sententia. Nam ulna illa erat parua habens quasi longitudinē cubitalem ut postea uidebiť. Et palmo dicunt autem expositores nostri communiter ꝙ palmus erat pars calami qua tenebat eum angelus & residuo calami quod continebat sex cubitas siue ulnas mensurabat. & erant isti cubiti sex signati distincte sicut in ulnis quibus mensurantur panni signantť distincte medietates & quarte. Ideo angelus mensurabat secundum partem calami. s. secundum unū cubitum tantum uel duos uel tres. Hoc autem ultimū dictum de significatione cubitorū uel ulnarum in calamo satis apparet uerum. Primum autem scilicet ꝙ non mensurabat secundum quantitatem palmi non uidetur uerum. quia mēsurātes pannos cum ulna breui uel longaita mensurant secundum quantitatem ulne quam tenent in manu:sicut secundum alias eius partes. Ideo ad intellectum huius partis sciēdū ꝙ apud Hebreos pondera & mensure sanctuarii maiores erant q̄ in aliis rebus cōmunibus sicut manifeste habeť i libro Exo. Leuit. Numeri & Deut. & similiter erat de ulna que maior erat in sanctuario qua mensurabať tele ex quibus fiebant uestes sacerdotum & Leuitarum. & cetera similimodo mensurabilia. Vlna enim cōmunis cōtinebat. v. palmis ulna uero sanctuarii sex palmas. Et accipiť hic Palmus nō secūdū quantitatem manus extense sed clause ita ꝙ continet quantitatem quattuor digitorū extransuerso. & uocať hec quantitas gallice Dour Hebraice Tophat. & sic ulna uel cubitus sanctuarii continet unum palmum ultra cōmunem. quinq; uero palmi dicto modo accepti faciunt quasi magnitudinem cubitalem Ideo dixiꝙ ulna communis Hebraica & cubitus sunt quasi eadem mensura:& sic patet ꝙ ulna uel cubitus sanctuarii continebat cubitum siue ulnam cōmunem & palmū. & hoc probať per illud quod dicitur infra xiii. ca. Iste autem mensure altaris in cubito uerissimo habebant cubitū & palmum uerissimum cubitum siue ulnam uerissimam uocat ulnam uel cubitum sanctuarii:& licet ultra unam ulnam cōmunem uel cubitum unū palmum predicto modo acceptum. Est igitur sensus huius littere. & in manu uiri calamus mensure sex cubitorum & palmo:id est sex cūbitorū cōmunium & palmo scilicet addito cuilibet sex cubitorū tales enim sunt cubiti sanctuarii ut dictum est secundum quod angelus mensurabat: & hoc clarius apparet in littera Hebraica que talis est. & in manu uiri calamus mensure sex ulnarum in ulna & palmo:id est loquendo de ulnis que continent ulnam cōmunem & palmum. ita ꝙ hoc. & palmo: non referť ad partem calami qua angelus calamum tenebat:sed est determinatio ꝙ sex cubiti debent intelligi de cubitis uel ulnis sanctuarii. Et mensus est:posita prefatione Hic consequenter describitur ipsa uisio

Et diuidit in treſ parteſ. quia primo deſcribitur templū. & edificia ad ipſum ptinentia Secundo terra populo diuidenda ca. xxxxv. Tertio ciuitaſ edificanda ultimo cap. ibi. & hi egreſſuſ. Prima adhuc in duaſ quia Primo deſcribitur templum & ptinentia ad ipſum. Secundo legeſ miniſtrantium. xxxxviii. capit. ibi. & adduxit me. Prima adhuc in duaſ quia primo ponit deſcriptio templi. Secundo altariſ holocauſti. xliii. cap. ibi. Iſte autem menſure altariſ. Ad intellectum prime partiſ notandum: q̄ totū templi edificium erat ſitum in ſpacio quadrato. cuiuſ unum latuſ erat directe ad orientem. & oppoſitum latuſ ad occidentem. Alia duo unum ad aquilonem alterum ad meridiem. & in hoc ſpatio erat triplex muruſ. Vnuſ exterior. Secunduſ mediuſ. & Tertiuſ interior. & ſpatium cotentum inter murum interiorem . & medium dicitur atrium exteriuſ. & ſpatium contentum inter murum medium & exteriorem dicitur ab aliquibuſ uulgi locuſ hac forſan ratione quia gentileſ ex deuotione ad templum uenirebant ad orandum illuc ut habetur tertio. Reg. viii. &. Io. xii. Sciendum tamen q̄ iſtud ſpatium quadratum partim erat in ſūmitate montiſ in plano. partim in montiſ pendulo: ut magiſ uidebit infra & hec gibboſitaſ ſpatii ſeu inequalitaſ quantum ad altitudinem ſituſ: non poteſt in plano figurari propter quod debet per Imaginationem ſuppleri . Ad maiorem autem dictorum & dicendorum intelligentiam poſui hic figuram ſequentem. Sciendum tamen q̄ hec figura & alii ſequenteſ non ſemper ſunt protracte preciſe in illa ꝓportione que dicitur hic: qa hoc eſt difficile fieri. ſed ſupponant ſic eſſe ſicut ad intelligendum concluſioneſ geometricaſ protrahuntur aliquē que non ſemper ſunt facte in illa ꝓportione que a doctore dicitur. ſed ab ipſo & auditoribuſ ſic facte ſupponunt. Item qui uult intelligere ea que dicunt hic de edificio Ezechieliſ nō negligat habere dictaſ figuraſ & inſpicere nam aliter parū poſſet intelligere niſi cum tedio & capitiſ ſui fractione. Prima parſ in duaſ diuidit. qa primo deſcribit parſ anterior totiuſ edifitii. Secūdo poſterior. Et dicit hic pſ anterior: que incipit a latere orientali muri exterioriſ & protendit uſq; ad murū occidentalē atrii interioriſ ita q̄ linea Imaginarie protracta a finibuſ illiuſ muri uerſuſ aquilonem & uerſuſ auſtrum diuidit partem anteriorem a poſteriore quia poſterior eſt uerſuſ occidentem. Secunda parſ incipit in fine . iiii. capi ibi & adduxit me. Prima adhuc diuidit in treſ parteſ quia primo deſcribunt porte muri exterioriſ. Secundo porte medii ibi. & uenit ad portam. Tertio porte muri interioriſ ibi. & introduxit in atriū interiuſ. Circa primum ſciendum q̄ in orientali parte muri exterioriſ in medio eiuſ erat quedā aptura. x. cubitorum latitudiniſ in qua erat porta & ſimiliter in ſecūdo & tertio muro directe ſe reſpicientеſ. Quātū igitur ad primū murū dicit & mēſuſ eſt latitudinē edificii calamo uno. altitudinem quoq; calamo uno: & ſecundum Hebreoſ edificium hoc uocatur muruſ exterior cuiuſ ſpiſſitudo dicitur hic latitudo & ſic eſt equaliſ altitudini. Sed hoc non uidetur conuenienter dictum. Nam intentio Prophete eſt deſcribere edifitium decenter diſpoſitum: non eſt autem diſpoſitio decens muri cuiuſ ſpiſſitudo eſt equaliſ altitudini. Et ideo meliuſ uidentur dicere expoſitoreſ alii dicenteſ q̄ nomine edifitii hic accipitur quedam domuncula ſuper portam edificata cuiuſ latitudo eſt uniuſ calami ſecundum ſpiſſitudinem muri. Iſta autē menſura uniuſ calami accipiēda eſt intra parieteſ domuncule ſicut infra dicetur de thalamiſ & porticibuſ & ſimiliter altitudo. longitudo autem eiuſ ſecundum latitudinem porte ſcilicet decem cubitorum. ſed nō fit hic mentio de iſta longitudine qa treſ porte predicte ſe reſpicienteſ ab omnibuſ ponuntur eiuſdem latitudiniſ. Porte autem muri medii & interioriſ deſcribuntur infra decem cubitorum latitudiniſ. & per conſequens iſta. Item ſecundum Hebreoſ

in muro exteriori describitur una porta tantum scilicet in latere orientali. & tamen in muro medio & interiori ponunt duas portas. scilicet in latere aquilonari. & similiter in australi que uidentur pro nihilo poni ubi in muro exteriori sint porte correspon/ dentes ad introeundum. propter quod alii uidentur melius dicere dicentes. q̄ in latere muri exterioris aquilonari. & australi sunt due porte consimiles porte orientali. Ad capiendum uero faciliusque dicta sunt ponitur hic talis figura.

Et uenit ad portam: Hic consequenter describūt porte muri medii & diuidit in tres partes. quia primo describit porta orientalis. Secundo aquilonaris ibi. portā quoq; : Tertio australis ibi. & eduxit me: Prima adhuc ī duas qa p̄mo describit orientalis por/ ta. Secundo quedam extra illam portam existentia ibi. & eduxit me ad atrium. Ad intellectum prime partis considerandum q̄ hec porta describit habere uestibulū por/ticum frontes thalamos & gradus. Gradus autem propter decliuitatem montis. & ideo a loco uulgi erat ascensus ad portam istam per septem gradus. Vestibulum autem est spatium quodda ante aperturam muri medii quinq; cubitorū in latus scilicet ab oriēte in occidentem &. xxv. in longum ab aquilone in austrum. Porticus autem est edifi/ cium situ super aperturam muri medii. & ex parte interiori ipsius muri transiens ultra medium murum per. viii. cubitos intra atrium exterius. & a terra usq; ad sūmitatem huius porticus sunt cubiti. xlx. & iuxta postes hostii due turres quarum altitudo de/ scribitur. xlxx. cubitorum sicut in portis castrorum & notabilium edificiorū fiunt due turres. Vna ex una parte hostii altera ex altera & dicunt frontes: qa sūt ad decorē porte & ad eius defensionem sicut fortalitia in extremitatibus terrarum dicunt fron/ tarie. & in sūmitatibus istarum turrium erant pomelli & super pomellos rami palmarū celati sicut cōmuniter uidemus in pomellis turrium: q̄ habent desuper folia celata. uel ramos arborū. & iste turres erant edificate in spissitudine muri. tamen excedebant illā spissitudinem aliquantulum ex utraq; parte iuxta turres istas describunt sex thalami pro portarius. tres iuxta unam. & tres iuxta aliam. qui in Hebreo uocant appendicia

quia deſcribũt adherẽteſ muro medio ab exteriori tñ pte eiuſ. & hoſtia thalamorũ de/
ſcribũt ad ueſtibulũ porte. Ita ꝙ hoſtia thalamorũ ex una pte ſũt directe cõtra ho/
ſtia exiſtẽtium in alia pte per modum hic figuratũ. ꝑut poteſt in plano figurari. ſ.
ſecũdũ ſitum fundamentorũ & ante thalamoſ ex utraq; parte hoſtii deſcribit quoddã
ſedile latitudiniſ uniuſ cubiti quod in textu uocatur margo. Item ſciendum ꝙ porta
accipitur hic dupliciter. Vno modo large pro apertura hoſtii & edifitiorum in lateri/
buſ porte & deſuper exiſtentiũ ſicut dicimuſ ꝙ porta ciuitatiſ eſt bene turrita. & ſup
bene edificata. Alio modo ſtricte pro iſto hoſtio ſicut dicimuſ ꝙ porta ciuitatiſ eſt
clauſa quando hoſtium eſt clauſum & aperta quando eſt apertum. Item ſciendum ꝙ
licet ueſtibulum ꝓprie ſit ante portam muri & porticuſ poſt: tamen utrũq; ſpatium. ſ.
anteriuſ & poſteriuſ aliquando ueſtibulum aliquando porticuſ nominatur. Item iſte
iſte treſ porte ſunt omnino ſimileſ. & ideo quod in deſcriptione uniuſ omittitur. & in
deſcriptione alteriuſ exprimitur: intelligendum eſt eſſe in omnibuſ. Et idem dicendũ
de tribuſ portiſ tertii muri ex ceptiſ illiſ in quibuſ differunt a portiſ muri medii que
inferiuſ exprimentur. Hoc autem dico propter ueſtibulum quinq; cubitorum latitu/
diniſ qđ non ſolũ exprimit in deſcriptione porte auſtraliſ tertii muri: quod ſimiliter
intelligendum eſt eſſe in aliiſ. Ad magiſ intelligendũ que dicta ſunt: poſui hic duaſ
figuraſ quarum prima repreſentat ſitum porte porticuſ & ueſtibuli frontium. &
& thalamorum ſecundum lineaſ fundamentaleſ. tamen intelligendum ꝙ fundamẽta
frontium non incipiunt a terra ne impediant ſpatium inter thalamoſ. ſed quaſi per de/
cem cubitoſ in altitudine muri: prout exprimitur in ſecunda figura. Secunda uero
figura repreſentat altitudinem porte porticuſ & frontium ſecundũ aſpectum a parte
orientali thalami uero non poſſunt ſic conuenienter figurari: ſecundum altitudinem
ſuam: propter murum ſecundum: cui iugitur. ſed de facili poſſunt Imaginari tanquam
eleuate ſuper ſua fundamenta iuxta fronteſ quanta tamen ſit eleuatio non habetur
ex textu. Hic Inferiuſ eſt figura aſpectuſ altitudiniſ porte orientaliſ atrii exteri/
oriſ uenientibuſ ad ipſam a porta muri exterioriſ. & idem eſt intelligendum de aliiſ
quinq; portiſ nam in hoc ſimileſ ſunt omnino.

His premissis ad expositionem littere reuertamur. & uenit ad portam que respiciebat uiam orientalem. Hec est porta secundi muri ad quam uenit de porta orientali ꝑmi muri siue exterioris. & ascendit per graduſ eiuſ etc. Ex hoc patet qđ graduſ isti erāt extra portam in loco uulgi. quia priuſ ascendit dictoſ graduſ: & postea occurrit sibi limen porte mensurandum. si enim essent isti graduſ intra portam: ut dicit Magister Ricarduſ de sancto Victore uel in spissitudine muri porte ut dicūt aliqui. Propheta dixisset mensuſ est limen porte & ascendit per graduſ eiuſ. quia limen priuſ occurrisset mensuranti q̄ graduſ ascensuſ. Et mensuſ est limen porte calamo uno latitudinem secundum muri medii spissitudinē. tamen in Hebreo sic habet. & mensuſ est postē porte: & dicitur postis hostii pars muri ascendens sursum secundū altitudinem hostii ex una parte cuiuſ latitudo est secundum spissitudinem muri sicut & liminis. id est limen unū: Hic uidetur littera corrupta per scriptoreſ ponentes .id est pro & nam in Hebreo si habetur. & postem unum etc. nam hostium qđ hic dicitur porta: habet duoſ posteſ scilicet dextrum & sinistrum & equaliſ mensure. & similiter duplex limen scilicet supiuſ & inferiuſ. & eiuſdem mensure. propter quod non uariatur mensura: si dicatur limen secundum translationem nostram uel postem secundum Hebreoſ. & thalamum: idest quemlibet sex thalamorum. quia frequenter hic accipitur singulare pro plurali. uno calamo in longum & uno calamo in latuſ: Istud spatium quadratum est intelligendum intra parieteſ thalamorū. Ita ꝙ muri claudenteſ & diuidenteſ thalamoſ sint extra mē/ suram istam. Ideo subditur. & inter thalamoſ quinq; cubitoſ: Dicunt hic cōmuniter expositoreſ ꝙ quilibet murorum diuidentium inter thalamoſ habebat quinq; cubitoſ i spissitudine cuiuſ mēsura ponit hic nā spissitudo diuidit iter thalamū & thalamū Sed nō est uerisimile ꝙ spissitudo muri diuidētis esset tāta: tū spatiū cuiuslibet thalami sit tantum sex cubitorum in quadrum: ut dictū est & ideo meliuſ uidetur ꝙ per hoc qđ dicitur hic. & inter thalamoſ quinq; cubitoſ: intelliguntē duo muri diuidenteſ treſ tha/ lamoſ ex parte una. & spissitudo cuiuslibet sit duorum cubitorum & dimidii. & idem intelligendum est de tribuſ thalamis ex parte altera. & limen porte. sic habetur In Hebreo ex quo patet ꝙ supra non mensurant duo limina: quod est falsum: sed men/ surantur ibi duo posteſ ut dictum est. Hic autem limina. & accipitur hic singulare pro plurali. nam mensurato uno limine habetur mensura alteriuſ: quia sunt eiuſdem mensure ut predictum est. iuxta uestibulum porte intrinsecuſ: quia porticuſ est intra portam in atrio exteriori Vestibulum autem extra in loco uulgi: ut supra dictū est. calamo uno: hec est mensura liminis cuiuſ latitudo est secundum spissitudinem muri medii. & mensuſ est uestibulum porte: Hebreuſ sic habet: & mensuſ est porticū porte: octo. cubitorum: tunc enim occupabat de atrio exteriori ultra portam proce/ dendo de oriente in occidentem: & frontem eiuſ duobuſ cubitis: de frontibuſ porte di/ cit Ra. Sa ꝙ sunt pilarii rotundi adherenteſ muro medio a parte exteriori unuſ ad textram porte: aliuſ ad sinistram: eleuati sursum ultra totum porte edifitium & spissi/ tudo cuiuslibet sui diametri est duorum cubitorū & sic exponit ꝙ hic dicitur: & frō/ hoc non uidetur uerum. nam infra dicitur: ꝙ in frontibuſ erant feneſtre oblique ad dandum lumen interiuſ ꝙ non esset concauitaſ aliqua: in qua saltem fieret ascensuſ sursum per choleam que Gallice dicitur Viz. Hoc autē non potest esse intra circulū cuiuſ diameter est duorum cubitorum tantum: & ideo meliuſ dicitur ꝙ monteſ sunt due turelle ex utraq; parte porte ut predictum est tante latitudinis ꝙ intra cōcauitatē sit ascensuſ per modum choclee & muruſ circūdans spissuſ duobuſ cubitis. In talibus

auté turellis fiunt feneſtre oblique id eſt ſtricte exterius & late interius ad diffuſionē luminis & Gallice uocantur Archieres & ſic dicitur frontem eius id eſt quālibet duaꝝ frontium. duobus cubitis: in ſpiſſitudine muri modo dicto. De iſtis uero frontibus dicūt expoſitores Catholici irrationabilius & prolixius & magis cōfuſe q̄ Hebrei. ꝓpter quod propter prolixitatem repetere & improbare hic omitto. Veſtibulum aút porte Hebreus ſic habet. Porticus aút porte erat intríſecus: id eſt intra portā in atrio exteriori ut ſupra dictum eſt. porro thalami porte: Hebreus habet. appendicia ad uiá orientalem: In illa enim parte menſurabat ut predictum eſt. treſ hinc & treſ inde. ſ. treſ ex una parte porte treſ ex altera. menſura una trium: quia quelibet eſt ſex cubitorum & menſura uno facto tantum quia murus cuiuslibet eſt ſpiſſitudinis duorum cubitorū. ex utraq; parte: ſcilicet hoſtii porte & menſus eſt latitudinem liminis porte ſupra menſurata eſt ſpiſſitudo liminis que eſt procedēdo ab oriente in occidentem. hic autem menſuratur eius latitudo que eſt ab aquilone in auſtrum cum dicit. x. cubitoꝝ & tanta eſt apertura hoſtii inter duos poſtes. & longitudinem porte: id eſt altitudinē hoſtii porte que uocatur hic longitudo eo ꝙ eſt maior dimenſio eius. xiii. cubitorum: & tanta eſt altitudo poſtium hoſtii. & marginem ante thalamos cubiti unius: id eſt ſedile pro portarius. & cubitus unus finis utriuſq;: nam illud ſedile non eſt ante hoſtium thalamorū quia impediret ingreſſum ſed ex utraq; parte hoſtii procedens uſq; ad finē muri. thalami autem etc. hoc patet ex predictis. & menſus eſt portam thalami a tecto uſq; ad tectum eius longitudinem .xv. cubitorum: tantū eſt enim ſpatium a tecto thalami primi exiſtentis ex una parte porte uſq; ad tectum thalami exiſtentis & altera parte porte: ita ꝙ apertura porte tenet. x. cubitos & ſpatium inter aperturam & thalamum. ſeptem cubitos cum dimidio: & tantum ex altera parte: qui ſimul iuncti ſunt. xxv. cubiti & notabiliter dicit: a tecto thalami etc. nam a pede thalami uſq; ad pedem oppoſiti thalami ſunt tantum xxiii. cubiti nam margo ſiue ſedile ante thalamū occupat unum cubitum ex parte una & alterum cubitum ex parte altera. ab hoſtio tamen uniuſ thalami uſq; ad hoſtium alteriuſ ſunt. xxv. cubiti. quia non eſt ibi ſedile ut predictum eſt. hoſtium contra hoſtium: ſicut eſt diſpoſitū hoſtium thalami ex una parte quod ſecundum lineam rectam opponit hoſtio thalami ex altera. & fecit fronteſ: id eſt menſurauit. per ſexaginta cubitos: tantū enim ſunt eleuate a terra. ad frontem: id eſt ante frontem a parte tamen interiori muri medii. atriū porte: & hoc eſt atrium exteriuſ: & eſt quedam platea quadrata. & ante faciem porte. In Hebreo habet. & ſuper faciem porte: & eſt eadem ſententia dum tamen li. ante deſignet locū eminentiorem. que pertingebat uſq; ad faciem ueſtibuli porte interioris. In Hebreo habetur uſq; ad faciem porticus: & ſic patet ꝙ in tranſlatione noſtra ueſtibulum ponit pro porticu. Ad huius littere intellectum ſciendum quod porticus eſt edificium ſupra portam edificatum tamen tranſiens ultra portam in atrio exteriori ut ſupra dictum eſt. & habet duas manſiones ſcilicet ſuperiorem & inferiorem. & inferior incipit a pede porte. & inde uſq; ad ſūmitatem ſuperioris manſionis ſunt. xlx. cubiti dicitur autē hic porta iterior reſpectu porte claudētis ueſtibulū: que ē i loco uulgi ut dictū eſt ſupra & feneſtras obliquas etc. nam in thalamis ſunt feneſtre magis ſtricte exterius & magis late interius ratione ſupra dicta. & in frontibus eorum: ſimiliter feneſtre oblique & dicuntur hic fronteſ porte & fronteſ thalamorū: nam habebant portam ex uno latere & thalamos ex alia ut patet in figura. que: ſcilicet feneſtre. ſunt iuxta portam undiq; per circuitum: nam ſunt in edificiis adherentibus porte undiq;. ſimiliter autem erant in ueſtibulis: Hebreus habet. & i porticibus per gyrū: qa ſicut ſūt feneſtre in porticu

orientalis porte: sic sunt in porticibus portarū aquilonaris & australis. & ante frōtes pictura palmarum. In Hebreo habetur. & in frontibus palme: nam in superiori pte frontium que tendit in acutum est similitudo .celata: ut dictum est supra & eandem sententiam continet translatio nostra cum dicitur: & ante frontes etc. si li ante denotet eminentiam sicut dicitur. Io. primo. Qui post me uenit: ante me factus est id est superior mihi uel prelatus. Et eduxit me: Hic consequenter describunt aliqua que sūt ultra portam secundi muri cum dicitur. & eduxit me ad atriū exterius: quod est inter murum medium & tertiū. & ecce gazophylacia: Hebreus habet. cameras & pauimētū stratum lapide: est enim quedam platea sub duo pauimentata. tamen. xxx. gazophylacia in circuitu pauimenti. excepto tamen spatio a porticu porte atrii exterioris occupato & similiter spatio occupato a porticu & uestibulo & thalamis porte atrii interioris: que omnia sunt situata in atrio exteriori: ut uidebit infra de longitudine uero & latitudine istorum gazophylaciorū nihil dicitur ex textu: nec de eorum equalitate uel inequalitate. sed de eorum situ dicit ꝙ sunt in circuitu pauimenti: non tamen accipitur circuitus pro toto eius ambitu in descriptione huius edificii ut infra uidebitur. Debent igitur hic gazophylatia situari circa pauimentum orientale decentiori modo quo potest fieri saluis tamen debitis situationibus aliorum que in textu exprimuntur que uidetur mihi talis esse scilicet ꝙ ad latus aquilonare pauimenti ponantur. x. que occupant. c. cubitos unum iuxta aliud. & ad latus australe similiter. x. Ad latus autem orientale. viii. quattuor ex una parte porte exterioris & quattuor ex alia parte eiusdem porte que cū ipa occupant. c. cubitos duo uero residua gazophylacia ponūt iuxta thalamos porte orientalis atrii interioris unum ex una parte alterum ex altera parte que cum ipsa & eius thalamis occupant. c. cubitos per modum inferius figuratū. & ad maiorem distinctionem a thalamis gazophilacia sunt rubei coloris. Sciendum etiā ꝙ in angulis circa pauimētū nō ponunt aliqua gazophylacia quia non possent habere hostia super pauimentum ꝙ tamen oportet esse. & pauimentū in fronte portarum. In Hebreo habetur ad latus portarū. & ponitur singulare pro plurali scilicet latus pro latera. secundum longitudinem portarum: id est in recta distantia eorum ab oriente in occidentem. q. d. non solum est pauimentum ad latera portarum declinando ad austrum. & aquilonem: sed etiā inter duas portas recte procedendo ab oriente in occidentem. erat inferius. Hoc additur ad ostendendum ꝙ non loquitur de pauimento alicuius superis mansionis uel solarii & quanta sit dimensio pauimēti inter duas portas predictas ostenditur cum subdit. & mensus est latitudinem a facie porte inferioris: id est porte atrii exterioris. usq; ad frontem etc. In Hebreo habet. usq; ad faciem atrii interioris. id est porte atrii interioris. Dicunt autem hic facies portarum parietes ipsarum ex opposito se mutuo respicientes. extrinsecus centum cubitos: per quod ostenditur ꝙ quantitas portarum non includitur in istis. c. cubitis. sed excludit. ad orientem procedendo ab oriente in occidentem sunt. c. cubiti duas portas. & aquilonem: id est procedendo ab aquilone in austrum per pauimentum sunt. c. cubiti. similiter & dicit. a facie porte inferioris usq; ad frontem: ad designandū ꝙ in lateribus portarum maior est dimensio pauimenti ab oriente in occidentem q̄ inter duas portas scilicet quantum porta atrii interioris plus intrat atriū exterius q̄ eius thalami quod est per septem cubitos uel circiter. Porta quoq;: Hic consequenter describitur porta aquilonaris que similis est omnino porte orientali propter quod ex dictis in descriptione illius patet hec littera usq; ibi. xlx. cubitorū longitudinē eius: id est altitudinē que dicitur hic lōgitudo eo ꝙ est maior dimensio a pede enim porte usq; ad sūmitatē

edificii ſupra ipſam ſunt. xlx. cubiti ſicut dictum eſt de porta orientali. & latitudinē xxv. cubitorum: que hic accipiē a tecto thalami ex una parte uſq; ad tectum thalami ex altera: quod ſpatium eſt. xxv. cubitorum. tantum enim ſpatium occupabat porta cum frōtibuſ ſuis ab oriente in occidentem. & ſeptem graduū erit aſcenſuſ eiuſ. & idem numeruſ graduū intelligenduſ eſt in porta orientali priuſ deſcripta de qbuſ loquitur ibi ſcriptura. ſed non exprimitur ibi. numeruſ. & porta atrii interioriſ cōtra portam aquilonis & orientalem: Hec littera apud Hebreoſ uocatur decurtata id eſt indigens ſuppletionē: ſicut eſt in multis locis ſacre ſcripture & eſt ſenſuſ. & porta: .ſ. aquilonaris. atrii interioris: & per quam intratur atrium interius. cōtra portam aquilonis: id eſt contra portam aquilonarem atrii exterioris. & orientalem: id eſt ſimiliter in parte orientali porta atrii interioris eſt contra portam orientalem atrii exterioris. Iſte enim porte ſecūdum lineam rectam ſunt oppoſite in parte orientali & aquilonari & auſtrali ſicut dictum fuit in principio huius edificii. & menſuſ eſt a porta uſq; ad portam. c. cubitoſ: Hec eſt menſura pauimenti ab aquilone in auſtrū inter duas portas. In lateribuſ autem iſtarum portarum eſt maior dimenſio pauimenti ab aquilone in auſtrum q̄ in lateribuſ portarum orientalium eo q̄ circa iſtud pauimentum non ponuntur aliqua gazophylacia ut dicitur infra menſura autem huius pauimenti ab oriente in occidentem hic tacetur: quia ſupponitur eſſe centum cubitorum. ſicut eſt dimenſio pauimenti orientaliſ ab aquilone in auſtrū. Et eduxit me ad uiam auſtralem. Hic conſequenter deſcribit̄ porta auſtraliſ atrii exterioris que eſt ſimiliſ aliis duabuſ predictis propter quod ex dictis patet littera paucis exceptis. & ueſtibulum eiuſ: id eſt porticuſ in plurali q̄ dicit̄ eo q̄ tota porta habet duas māſiones .ſ. ſuperiorē & inferiorem ut dictum eſt ſupra de porticu porte orientaliſ. & ueſtibulū ante foreſ eiuſ: hic accipitur proprie ueſtibulum pro ſpacio uacuo q̄ eſt ante portam inter thalamoſ ex una parte & thalamoſ ex altera: ut dictum eſt ſupra. in fronte eiuſ: id eſt in utraq; frontium quia ſuper utranq; celata eſt ſimilitudo palme ut predictū eſt. & porta atrii interioris in uia auſtrali: id eſt porta atrii interioris auſtraliſ ē directe oppoſita porte auſtrali atrii exterioris. & menſuſ eſt a porta: Hec eſt menſura pauimenti auſtraliſ ab auſtro in aquilonem. Et introduxit me: poſtq̄ deſcripte ſunt porte muri medii cingentiſ atrium exterius. Hic conſequenter deſcribunt̄ porte tertii muri cingentiſ atriū interius. Et diuiditur in treſ parteſ ſecundum treſ portaſ. parteſ patebūt proſequēdo Circa primum dicitur. & introduxit me: ſcilicet angeluſ menſuranſ edificiū. in atrium interius ad portam auſtralem: menſurando enim portaſ atrii exterioris ultimo menſurauerat portam auſtralem: ut patet in parte immediate precedēti. & ideo mēſurādo portaſ atrii interioris incipit a porta auſtrali que directe reſpicit portā auſtralē atrii exterioris ut dictum eſt. & menſuſ eſt portam iuxta menſuraſ ſuperioreſ. nam porte atrii interioris ſunt omnino ſimileſ portis atrii exterioris exceptis aliquibuſ que infra exprimuntur. thalamum eiuſ: id eſt thalamoſ. & frontem eiuſ: id eſt fronteſ. & ueſtibulum eiuſ: id eſt porticum. xlx. cubitoſ longitudinis: id eſt altitudinis que dicitur hic longitudo eo q̄ eſt maior dimenſio. tot enim cubiti ſunt a pede porte uſq; ad ſūmitatē porticuſ ſue ut ſupra dictum eſt de aliis portis. & latitudinis. xxv. cubitoſ: & accipit̄ hic latitudo a termino frontis porte a parte orientali uſq; ad terminū frontis porte a parte occidentali. & ueſtibulum: hic accipitur proprie ueſtibulū pro ſpatio uacuo: quod eſt ante portam cuius longitudo eſt. xxv. cubitorum accipiendo longitudinem ab boſtio porte thalami ex una parte uſq; ad boſtiū porte thalami ex parte oppoſita: quod eſt. xxv. cubitorum. eo q̄ boſtia thalamorum non habent margineſ ſeu

ſedilia ante ſe occupantia duoſ cubitoſ hinc & inde. & ideo equaliſ eſt diſtantia inter
hoſtia ſicut inter tecta que ſupra dicta eſt. xxv. cubitorum. & accipitur hic longi/
tudo ab oriente in occidentem. & ueſtibulū eiuſ: id eſt porticuſ. ad atrium exteriuſ: id
eſt in atrio exteriori & hoc eſt unum in quo differunt porte atrii interioriſ quia non
eſt in atrio interiori ut predictum eſt. & palmaſ eiuſ in frōte. id eſt in frōtibuſ ſupra
dicto modo. & octo graduſ erant quibuſ aſcendebat̄ per eam: & hoc eſt ſecundum in
quo differunt porte atrii interioriſ a portiſ atrii exterioriſ nam iſte habēt octo gra/
duſ. Ille uero ſeptem tantū ut predictū eſt. ſunt enī edificia in pendulo mōtiſ. & ideo
de loco inferiori ad ſuperiorem deſcribitur aſcenſuſ per graduſ. Et introduxit me: hec
eſt ſecunda parſ in qua deſcribitur porta orientaliſ atrii interioriſ & patet littera ex
dictiſ in deſcriptione portarum precedentium uſq; ibi. & ueſtibulū eiuſ: id ē atrii exte/
rioriſ. In Hebreo habet̄ ſic: & porticum eiuſ ad atrium exteriuſ: ſcilicet uergenſ quia
ponitur in atrio exteriori ſicut dictum eſt de porticu aquilonari in parte immediate
precedenti. Et ideo littera noſtra uidetur hic eſſe corrupta per ſcriptoreſ uel ignaroſ
correctoreſ. nam in porta auſtrali iam deſcripta & aquilonari immediate poſt deſcri/
benda non ponitur: & ueſtibulum eiuſ: id eſt atrii exterioriſ: ſed ſic. & ueſtibulū eiuſ
ad atrium exteriuſ: ut patet ex textu & accipitur hic ueſtibulū pro porticu. poteſt
tamen littera ſic exponi: licet aliquantulum extorte: & ueſtibulum eiuſ: id eſt porti/
cuſ porte orientaliſ. id eſt atrii exterioriſ: q. d. cuiuſ ſituſ eſt in parte atrii interioriſ.
cetera patent ex dictiſ in deſcriptione aliarum portarum. Et introduxit me: Hec ē
tertia parſ in qua deſcribit̄ porta aquilonariſ interioriſ atrii & patet littera ex dictiſ
in parte precedenti. Et per ſingula gazophylacia etc: occaſione huiuſ littere Magi/
ſter Ricarduſ de ſancto Victore & dominuſ Hugo Cardinaliſ dicunt: q̄ ſicut in pte
orientali ſunt gazophylacia ſic in parte aquilonari iungenteſ hanc litteram littere
immediate precedenti & ſimiliter in parte auſtrali. Ad hoc etiam uidetur facere quod
ſupra dixi: ſcilicet q̄ ad illud quod exprimitur in deſcriptione uniuſ porte intelligēdū
eſt eſſe in aliiſ portiſ exceptiſ iiſ que per textum excludunt̄ ſicut eſt numeruſ graduū
qui eſt aliuſ in portiſ atrii interioriſ & exterioriſ & ſituſ porticuū ut ſupra dictum eſt
Ra. Sa. Hebreuſ non ponit gazophylacia niſi in parte orientali: nam ſi eſſent in
parte aquilonari & auſtrali ſicut in orientali deſcribendo portaſ aq̄lonareſ & auſtra/
leſ fieret aliqua mentio de gazophylaciiſ ſaltem breuiter tangendo. ſicut fit de porti/
cibuſ ueſtibuliſ frōtibuſ & thalamiſ & feneſtriſ: que omnia ſimul iūcta & multomagiſ
quodlibet eorum per ſe ſumptum ſunt quid ſatiſ minuſ q̄ gazophylacia quorū. xv.
cubiti ſimul iuncti ſecundū longitudineſ ſuaſ occupāt. c. cubitoſ in longitudine. & alia
doctoreſ. q̄ autem in deſcriptione portarum auſtralium: & aquilonarium fiat repli/
catio de minimiſ reſpectiue modo predicto & non fieret de multo maioribuſ ſcilicet
de gazophylaciiſ ſi eſſent ibi: non eſt ueriſimile nec rationabile uidetur: q̄ autem ad
oppoſitum inducitur de ſimilitudine portarum non ualet: quia illud intelligitur de
pertinentibuſ ad portaſ ſicut ſunt porticuſ fronteſ & huiuſmodi gazophylacia uero
non ſunt huiuſmodi cum porte ſint propter gazophylacia magiſ q̄ ecōuerſo: & etiā
ſeparata in ſitu in deſcriptione dictorum doctorum. Item ipſi non obſeruant in hoc
ſimilitudinem quam pro ratione inducunt: nam in parte orientali ponunt. xxx. ga/
zophylacia. ccc. xv. ex una parte pauimenti &. xv. ex altera. In parte uero aq/
lonari ponunt. xv. tantum ex una parte pauimenti: & ſimiliter in auſtrali q̄ autem
obiicitur de textu cum dicit̄ & per ſingula gazophylacia hoſtiū in frontibuſ portaq̄

non ualet. nam in Hebreo sic habetur. & gazophylacium & hostium eius in frótibus portarum: quod exponit Ra. Sa. sic. & gazophylacium: erat ibi. scilicet in atrio interiori ut patet ex sequentibus. & hostium eius in frontibus portarum: id est uersus fronteſ illius porte que fronteſ aliquantulum transeunt in atrium interius ut supra dictum est. Porticus autē illius porte est ex altera parte muri interioris in atrio exteriori ut supra dictum est. & ideo hostium dicti gazophylacii non respicit porticum sed frontem porte aquilonaris que ponitur hic in plurali: cum dicitur. in frótibus portarú: nam in illa porta large sumpta sũt tria hostia scilicet muri interioris & porticus & uestibuli que hostia porte dicuntur: stricte capiendo portam ut dictum est supra. Potest etiam iste passus exponi secundum translationem nostram cum dicitur: & per singula gazophylacia hostium in frontibus portarú: nam in atrio interiori sũt plura gazophylacia ut patet ex littera sequẽti & hostia eorum non possunt respicere porticus portarum que porticus sunt in atrio exteriori sed respicere possunt fronteſ non solum porte aquilonaris sed etiam aliarum quarum fronteſ sunt partim in atrio interiori modo supra dicto. Et ideo melius dicitur q̃ in hac parte describuntur aliqua que sunt in atrio interiori: sicut dictum est in diuisione. Dicit igitur. & per singula gazophylacia: intra atrium interius existentia. hostium in frontibus portarum: diuersarum ut magis uidebitur. & ibi laudabant holocaustum: id est carneſ cremandaſ in altari holocaustorum quod ab omnibus expositoribus ponitur in atrio interiori. Et in uestibulo: Hic interseritur de mensis quarú aliqua sunt in atrio exteriori: que deseruiunt Immolationi uictime holocausti eo q̃ immediate locutus est de holocausto dicit igitur. & in uestibulo porte: scilicet aquilonaris & accipitur hic uestibulum pro porticu que est in atrio exteriori ut frequenter dictum est. due mense hinc: id est in uno latere. & due mense inde. s. in altero ut. immoletur super eaſ holocaustum: id est in uictima totaliter cremanda: & pro peccato & pro delicto: id est uictima p̃ peccato cõmissionis & pro peccato omissionis quod dicitur delictum quasi derelictum. ad latus exterius: id est extra porticum iuxta tamen eius parietem quod ascendit ad hostium porte etc. Vnde ascenditur ad hostium porte aquilonaris existentis in muro interiori. nam ad illã est ascensus per octo gradus ut patet ex precedentibus & illi gradus sunt ante porticum. cetera patent ex predictis usq; ibi: super quaſ Immolabant. id est Immolationem disponebant: nam quattuor sunt pro ipse Immolatione. & quattuor pro uasis Immolationis de quibus subditur. Quattuor autem mẽse etc. quarú materia & forma describitur cum dicit̃: de lapidibus quadris: & trina dimensio cum subditur: longitudine cubiti uniuſ etc. super quaſ ponant uasa in quibus Immolantur: id est instrumẽta Immolationem deseruientia secundum enim modum loquendi Hebraicum instrumenta cuiuslibet artis uocantur uasa cõmuniter. Vnde Gen. xxvii. ubi dicit̃ sume arma tua pharetrã etc. In Hebreo habetur sume uasa tua & labia earum palmi uniuſ: hic accipitur palmus non secundũ longitudinem manus: secundũ latitudinem & uocatur Gallice Dour. & est dimensio quattuor digitorũ extransuerso. reflexa intrinsecus per circuitũ: uersus partẽ superiorẽ sicut est in scacariis. & sũt ad hoc labia & uasa super mensaſ posita. s. cutellibatim. ad recipiendum sanguinem. & huiusmodi ibi melius reponant̃. super mensaſ aut carneſ oblationis: id est offerende in altari holocaustorú. Et extra portã: Hic reuertit̃ ad pleniuſ describendũ gazophylacia p̃dicta in atrio interiori existentia. d. & extra portam interiorem: id est atrii interioris gazophylacia cantorum in atrio interiori: Ex hoc & sequentibus uidetur manifeste q̃ Ricarduſ de sancto Victore & Hugo Cardinaliſ & alii sequẽteſ eos non dicũt bene:

dicentes q̄ nullum edificium nisi solum altare holocaustorū est in atrio interiori nam gazophylacia cantorum dicuntur hic esse ibi. non contra hoc est: q̄ dicit̄ hic. & extra portam etc. nam illud quod est ultra portam uel citra potuit dici extra eam. licet cōmuniter dicatur de eo est citra. propter quod excludendum hunc intellectū: subdit̄. in atrio interiori: & ad ostendendum in qua parte atrii sunt: subdit̄. quod erat in latere porte respicientis ad aquilonē: id ē porte aquilonaris. & facies eorū: id est hostia contra uiam australem: id est contra austrum ut melius apparebit in figura sequenti. una ex latere porte orientalis que respiciebat etc. Hec littera uidetur falsificata per scriptores uel imperitos correctores. nam sic debet esse. unum ex latere porte orientalis: Ibi enim est unum gazophylaciū. quod respiciebat etc. & sic habemus quattuor gazophylacia in atrio interiori existentia: duo pro cantoribus & unū suprapositum: secūdum litteram Hebraicā & hic alterum. & pro quibus sint ista duo subditur. Hoc gazophylacium quod respicit uiam meridianam: scilicet extransuerso. sacerdotū: supple est. qui excubant in custodiis templi: ne aliquid indecens fiat ibi. porro gazophylacium quod respicit ad uiam aquilonis. id est fronteis porte aquilonaris ut dictum est supra: que porta est uia intrandi atrium interius ab aquilone: sicut meridiana ab austro. sacerdotum erit qui excubant ad ministerium altaris: id est ad hoc uigilant: sicut enim habetur id est per alias. xxiiii. Dauid amplians cultum diuinū instituit. xxiiii. sacerdotes maiores alii tamen sub summo Pontifice qui ministrarent per hebdomadas successiue & ideo proporcionabiliter fuit ordinatū de minoribus sacerdotibus ꝓpter quod in atrio interiori ponuntur quattuor gazophylacia duo pro cantoribus & duo pro sacerdotibus: ut manerent ibi tempore hebdomade sue ministrationis uel aliter potest dici q̄ non manebant ibi de nocte nec comedebant. sed sacerdotes manebant & comedebant in edificiis aquilonari & australi existentibus in lateribus templi. ut infra dicetur. Cantores autem cum aliis Leuitis in gazophylaciis existentibus in atrio exteriori in parte orientali. dicebantur tamen dicta quattuor gazophylacia cantorum & sacerdotum quia conseruabātur instrumenta eorū ministerio necessaria ut Cithare & cymbala & huiusmodi pro cantoribus. acetabula uero phialas thuribula & huiusmodi pro sacerdotibus ne bis in die pro sacrificio uespertino & matutino oporteret talia exportare & reportare sicut in ecclesiis nostris remanent frequenter calices libri & uestimenta & ministri in aliis locis comedunt: & tacent. Isti sunt filii Sadoch etc. Hoc dicitur quia Salomon tertio. Reg. secundo abiecto Abiathar de summo sacerdocio instituit loco eius Sadoch & sic summum sacerdotium fuit reductum ad ꝓgeniē Eleazari filii Aaron sicut dictum fuit plenius ibidem. Consequenter ponitur mensura atrii interioris cum dicitur: & mensus est atrium etc. & patet littera. Et in hoc terminatur descriptio partis anterioris edificiorum templi que incipit ab exteriori muro orientali & terminatur in latere occidentali atrii interioris. & linea exinde Imaginarie protracta usq; ad muros exteriores aquilonarem & australem. Ad predicta uero facilius capiendum posui hic figuram predicta representantem quantum ad lineas fundamentales.

Et introduxit me: descripta parte anteriori edificiorum templi. Hic consequenter describitur posterior in qua secundum doctores Latinos sunt quinq; edificia principalia scilicet porticus templi ipsum templum edificium aquilonare ex uno latere tẽpli & edificium australe ex altero & edificium separatũ ab occidentali parte templi. Hebrei uero non ponunt istud ultimum edificium dicentes q̃ edificium in textu dictum separatum est ipsum templum cum sua porticu quod rationabiliter potest dici nam accipiendo sic templum cum sua porticu: inter ipsum & alia edificia est spacium & sic est ab eis sepatum in situ similiter in altitudine: nam a terra insursum excedit alia edificia in. xlxx. cubitis. uel circiter: similiter dignitate quia dignius est ceteris edificus. Sic igitur in tres partes diuiditur quia primo describitur porticus templi. Secũdo templũ in principio. xli. ca. Tertio aquilonare & australe edificium. ca. xlii. Ad maiorem intelligentiam dicendorum sciendum q̃ accipiendo templum cum porticu: templũ habet tres partes. Prima est porticus habens. xi. cubitos in latitudine: que accipitur ab oriente in occidentem & .xx. cubitos in longitudine secundum latitudinem templi. ab austro in aquilonem. Secunda est sanctum. uel sancta. habens. xx. cubitos in latitudine. s. ab austro in aquilonem & .xxxx. in longitudine. s. ab oriente in occidentem. Tertia pars templi est sanctum sanctorum habens. xx. cubitos in longitudine & .xx in latitudine, & accipiuntur iste mensure intra parietes per modum hic figuratum.

His premissis ad litteram accedamus. Et introduxit me in uestibulum templi: id est in eius porticum: ita q̃ accipitur hic uestibulum pro porticu. & similiter in littera sequẽti & mensus est uestibulum quinq; cubitis hinc: id est partem uestibuli ex una parte hostii. & hostium est latitudinis. x. cubitorum. sicut dictum est de aliis portis atriorum. & hec est longitudo porticus iuxta latitudinẽ templi: ut predictum est. & latitudinem porte trium cubitorum etc. hic accipit̃ porta pro postibus existentibus ex utraq; parte hostii in quibus sunt quedam celature & similiter in limine superiori. & quelibet celatura est trium cubitorũ latitudinis p modũ in margine figuratum. Longitudinem autem uestibuli etc. hoc patet ex predictis. & octo gradibus accedebatur ad eam: li octo non est de textu quia non est in Hebreo ubi sic habetur: & gradibus ascendebatur ad eam: templum enim cum sua porticu est in sũmitate montis. & ideo de atrio interiori est ascensus per gradus ad porticum tẽpli: sed numerus graduum non ponitur hic. sed probabiliter potest dici. xv. sicut in tẽplo Salomonis. & colũne erant in frontibus etc. Frontes enim hic dicuntur due partes

parietiſ exiſtẽteſ ex utraq; parte hoſtii quarũ quelibet dicit ſuperiuſ .v. cubitorũ. & ante illoſ parieteſ in porticu erant due olũne una hinc altera inde: ſicut fuit in templo Salomoniſ ut habetur .iii. Reg. ſeptimo. .XLI.

ET introduxit me: Hic conſequenter deſcribitur ipſum templum & primo q̃tum ad partem que dicitur Sanctum uel ſancta. Secundo quantum ad illam que dicitur ſancta ſãctorum ibi. & introgreſſuſ: Tertio quantum ad aliqua templo adiũcta ibi. & menſuſ eſt: Circa primum dicitur. & introduxit me in templum: ex hoc q̃ dicit introduxit: patet q̃ iſte menſure accipiuntur intra parieteſ ut predictum eſt: ita q̃ ſpiſſitudo parietum non includitur. & menſuſ eſt fronteſ: id eſt exterioreſ ſuperficieſ parietum exiſtentium ex utraq; parte aperture hoſtii: que fronteſ nominantur eo q̃ uenientibuſ ad hoſtium ſtatim patent. interioreſ autem ſuperficieſ latent. ſex cubitoſ latitudiniſ hic: quantum ad unam frontem. & ſex cubitoſ latitudiniſ inde: q̃tũ ad lateram. Aliqui libri hic habent altitudiniſ & male: nam Hebrei & libri bene correcti habent. latitudiniſ latitudinem tabernaculi: id eſt templum quod frequenter in ſcriptura uocatur tabernaculum. q.d. due fronteſ dicte cum appertura muri pro ingreſſu a parte exteriori continent preciſe latitudinem templi. Sed hoc uidetur falſum per hoc q̃ ſtatim ſubditur: & latitudo porte .x. cubitorum erat. decem autem & bis ſex faciunt .xxii. cubitoſ latitudo uero tẽpli intra muroſ ẽ. xx. cubitorũ: ut dictũ eſt ſupra. Ad hoc dicendum eſt: q̃ porta hic accipitur pro hoſtio. hoſtii uero latitudo excedit aperture ingreſſuſ tantum quanta eſt ſpiſſitudo hoſtii ut patet ad ſenſum in hoſtiiſ domorum. & per hoc inſinuatur q̃ ſpiſſitudo iſtiuſ hoſtii eſt unius cubiti: & ſic latitudo eiuſ excedit latitudinem huiuſ aperture uno cubito hinc & altero inde. & ſic apertura exterior in muro eſt tantum .viii. cubitorum qui cum .xii. cubitiſ frontium faciũt .xx. cubitoſ p̃ciſe & q̃ iſte ſit intellectuſ: patet ex littera ſequẽti: cum dicit̃: & latera porte .v. cubitiſ hic & .v. cubitiſ inde: nã ab extremitate latitudiniſ hoſtii uſq; ad parietem templi ſunt tantũ quinq; cubiti ex una parte & quinq; ex altera: ut patet ex dictiſ. nec mirandum q̃ ſpiſſitudo hoſtii. dicta eſt unius cubiti: quia de porta templi per Romanoſ combuſti Dicit Ioſephuſ ſeptimo libro de Iudaico bello. q̃ erat tanti ponderiſ: q̃ uix a .xx. uiriſ claudebatur & menſuſ eſt longitudinem eiuſ: ſcilicet templi: quantum ad illam partem que dicitur Sanctum uel ſancta .xl. cubitorum etc. hoc patet ex predictiſ. Et introgreſſuſ: Hic conſequenter deſcribitur parſ templi que dicitur Sanctum ſanctorum cum dicitur. & introgreſſuſ intrinſecuſ: id eſt Sanctum ſanctorum q̃ dicitur interiuſ templum ſicut in tabernaculo Moyſi dicebat̃ interiuſ tabernaculũ. menſuſ eſt in fronte porte: id eſt in pariete ex utraq; parte hoſtii exiſtente. duoſ cubitoſ: Hec eſt ſpiſſitudo parietiſ ſiue frontiſ. pariеſ enim iſte non eſt multum altuſ nec ſuſtinet ſuper ſe aliud ponduſ. quia ſolum diuidit inter Sanctũ & Sanctum ſanctorum in inferiori manſione templi: & ideo non deſcribitur tante ſpiſſitudiniſ ſicut alii parieteſ templi. propter quod Doctoreſ noſtri uidentur male dicere: qui dicunt eiuſ ſpiſſitudinem ſex cubitorum ſicut alii parieteſ. claudenteſ templum & portam: id eſt aperturam ingreſſuſ exteriorem. ſex cubitorum in latitudine & latitudinem porte: id eſt hoſtii. ſeptem cubitoſ: nam eiuſ latitudo excedit latitudinẽ aperture dicto dimidio cubito hinc: & dimidio inde: ſicut dictum eſt de cubito integro in deſcriptione porte immediate precedentiſ & menſuſ eſt longitudinem etc. hoc patet ex dictiſ ſupra: ubi deſcribitur Sanctum ſanctorum quadrum equilaterum. ante faciem templi: id eſt partiſ anterioriſ templi. & dixit ad me: ſcilicet angeluſ hoc oſtendens. hoc eſt Sactum ſanctorum: ſcilicet q̃ eſt ultimo deſcriptum. Et menſuſ eſt: Hic

conſequenter deſcribuntur quedam adiuncta templo. Etiã diuiditur in parteſ. xiiii. ſecundum numerum adiunctorum que patebunt proſequendo. Circa primum ſciendũ q templum ſtricte & proprie accipitur pro ſpatio inter parieteſ incluſo. & ſecundum hoc parieteſ ſunt quedam adiuncta de quibuſ agitur Primo cum dicitur. & menſuſ eſt parietem domuſ: id eſt parieteſ tẽpli accipiendo ſingulare pro plurali ſicut frequenter fit in deſcriptione huiuſ edificii. ſex cubitorũ: ſcilicet in ſpiſſitudine. non enim poteſt aliter intelligi. nam longitudo parietum templi eſt .c. cubitorum & altitudo. cxx. cubitorum ut plenius infra dicetur & dicit. parietem domuſ: id eſt templi quia parſ anterior porticuſ ſecundum Hebreoſ non eſt tante ſpiſſitudiniſ ut inferiuſ dicetur. Et latitudinem lateriſ. Hec eſt ſecunda parſ in qua deſcribuntur quedam adiuncta templo que uocantur hic latera de quibuſ dicit Ricarduſ de ſancto Victore q ſunt deambulatoria & infra debent biſ. xxxiii. id eſt. xlxxvi. ſecundũ ipſum & aliоſ doctoreſ Latinoſ quorum ſex ponit inter murum in inferiori manſione templi per ſex cubitoſ ſecundum per. xii. & tertium per. xviii. & hoc eſt in una parte templi & ſimiliter in altera. Sed hoc dictum eſt irrationabile: quia ſic impediret illuminationem templi per feneſtraſ & aſpectum pulchritudiniſ parietum templi qui deſcribuntur interius deauratı cum pulchritudiniſ colaturiſ. Item contradicit ſibi ipſi quantum ad latera que ponit extra templum ſcilicet. xxx. in uno latere & .xxx. in altero. nam inferiuſ latuſ ſiue deambulatorium diſtat a terra per ſex cubitoſ. & ſecundum a primo per alioſ ſex cubitoſ & ſic conſequenter in aliuſ in latitudine muri ex quo ſequitur q hec altitudo habet triceſieſ ſex cubitoſ. uel ſexieſ. xxx. quod idem eſt & ſic altitudo murorum templi eſt. c. xlxxxx. cubitorum. Ipſe uero dicit q eſt tantum. c. xx. cubitorum. ſicut de templo Salomoniſ dicitur. & Paral. tertio. cui aſſimulat iſtud templum propter quod dominuſ Hugo Cardinaliſ dicit q iſta latera ſunt ſedilia iuxta latera templi interiuſ tamen poſita pro ſacerdotibuſ diuinaſ laudeſ cantantibuſ. & quia quodlibet latuſ dicitur eſſe quattuor cubitorum iſtam latitudinem ponit procedendo a parietibuſ templi uerſuſ medium. Secundum autem diuiſionem aliam ſcilicet procedendo ſecundum longitudinem parietum templi quodlibet latuſ ſiue ſedile habet duoſ cubitoſ tantum. Ex quo ſequitur q. xx. latera implent longitudinem anteriorıſ ptiſ templi ex una parte que eſt. xx. cubitorũ. & ſimiliter. xx. latera eſt ex parte oppoſita decem autem latera implent ſimiliter Sanctum ſanctorum ex una parte & decẽ ex altera. nam eiuſ longitudo eſt uiginti cubitorum Sex uero latera que remanent. collocat ex utraq; parte boſtii templi per modum figuratum in altera colũna. Licet autem hoc dictum habeat apparentiam prima facie: non tamen uidetur poſſe ſtare. Primo qa Sãctũ ſanctorũ ingredi ſoluſ Pontifex ſũmuſ. & ſemel in anno ut patet ex no. & ueteri teſtamento & ſic ibi non ſunt ponenda ſedilia pro ſacerdotibuſ. nam hoc eſſet fruſtra. q non eſt dicendũ. Item dimenſio ſedilıũ ſecũdũ quã homineſ ſedẽt lateraliter iuxta longitudinem parietiſ non eſt minor ſed maior cõmuniter q̃ illa dimenſio que procedit a parte parietiſ uerſuſ medium chori uel templi ipſe uero ponit eam minorem de medietate ut patet ex dictiſ: & ſic dicta ſedilia reddit inutilia & ſepta ad ſedendum: ut de facili poteſt Imaginarı. Item contradicit ſibi ipſi quia ponit in anteriori parte templi. xl. ſedilia totam eiuſ longitudinem ex utroq; latere complẽtia & tamen cum hoc ponit unum boſtium ad orationem in quolibet latere & per conſequens contra aperturam illorum boſtiorum non poteſt aliquod ſedile poni nam impediret tranſitum maxime cum quodlibet ſedile iuxta parietem templi aſcendat per. vi cubitoſ ſecundũ ipſum propter quod non ſolum impediret tranſitũ ſed etiam toraliter

obturaret. oportet etiam dicere q̄ adminus quodlibet hostium sit latitudinis duorum cubitorum. & sic tollitur unum sedile ex uno latere & unum ex altero. propter quod non remanent nisi. xxxviii. ad plus & sic secundū eius dicta sūt. xl. & non xl. Plura etiam alia incōuenientia ad eius dictum sequūtur que propter prolixitatem omitto. propter quod dico cum Hebreis q̄ ista latera sunt appendenda lateribus templi exterius adherentia propter quod latera nominantur: sicut tertio. Reg. vi. circa tēplū Salomonis fuerunt appendicia secūdum Hebreos prout plenius ibi dixi: latera uero de quibus hic loquimur ponenda sunt in tribus lateribus huius templi. In latere nanq̄ occidentali quod est breuius ponuntur sex appendicia siue latera. In orientali uero non sunt ponenda eo q̄ ex illa parte est ingressus templi. In latere uero aquilonari quod est multo longius: ponuntur. xxx. Et similiter in australi quod est equalis longitudinis & sic habetur numerus laterum siue appendicionū scilicet. xlxxvi. figura.

Modus aūt ponēdi talis est in tēplo nāq̄ isto describūt̄ iferius pilarii p̄minētes extra pietes ad ipos fortificādū: sicut fit cōmuniter inotabilibus & arduis edificiis. Igit̄ i pte occidētali ipius tēpli ponūt̄ tres pilarii duo i eius extremitatibus & unus i medio eius. nā ex pte occidētis nō ē aliqs ingressus. & dicti pilarii p̄minēt extra pietē tēpli. v. cubitis. & hec p̄minētia pilariorq̄ pforat̄ i tribus locis uno sup aliū. & i illis foraminibus figūt̄ trabes de pilario ad pilariū sup qua sternuāt̄ ligna que gallice dicunt̄ Soluer ex una pte. & ex altera pte figūt̄ iste Soluer i piete claudēte appēdicia i piete exteriori ad prandū tria tabulata unū sup aliud ita q̄ unū tabulatū tectū ē appēdicius iferioribus. & pauimētū mediis & secūdū ē tectū mediis & pauimētū supioribus. Tertiū uero tectū ē tm̄ supioribus. nā hec tecta ponūt̄ plana & sūt hec tabulata sic dispositā: q̄ p̄mū distat a terra p. vi. cubitos & secūdū a p̄mo p alios. vi. & similit̄ tertiū a secūdo & sic patet q̄ ascēdūt iuxta murū tēpli p. xviii. cubitos. nō cōputata spissitudine tabulatorq̄ que ponat̄ duorū cubitorū. & sic appēdicia usq; ad. xx. cubitū inclusiue pietū tēpli. & tāta ē altitudo pietis claudētis appēdicia exterius & qa iferior māsio tēpli usq;

Ad primum tabulatum seu cenaculum ponenda est. xxx. cubitorum sicut in templo Salomonis tertio. Regu. sexto. Ideo super appendicia remanent parietes templi sine obstaculo per decem. cubitos ad recipiendum lumen per fenestras ad sufficientem illuminationem inferioris mansionis templi. si uero mansionis huius ponatur altitudo. xl. cubitorum sicut dicunt aliqui: sic adhuc erit conuenientior illuminatio. & quia mihi uidetur hec dispositio decentior quia per hoc seruatur uniformitas trium mansionum Ideo sic inferius figuratur. Ex dictis sequitur q̄ in latere occidētali templi sunt. vi. latera seu appendicia duo prope terram distincta per pilarium medium & protensa usq; ad pilarios in extremitatibus existentes & cum spacium totum inter duos extremos pilarios sit. uiginti cubitorum secundum latitudinem templi sequitur q̄ quodlibet appendicium sit decem cubitorum ab aquilone in austrum comprehensa tamen spissitudine pilarii medii. & super duo appendicia inferiora sunt duo alia media & super illa duo superiora in omnibus similia. Et similiter dicendum est de appendiciis in latere aquilonis existentibus. nam ibi ponuntur undecim pilarii in longitudine parietis aquilonaris qui cum muro claudente appendicia in parte orientali faciunt decem. interstapedines in quibus ponuntur decem appendicia inferiora. & similiter illa decem mediatalibus. Licet autem appendicium unum triplicatum: tamen secundum infimum & medium & supremum: modo dicto claudatur ex una parte pariete occidentali claudente appendicia occidentalia: & ex altera parte claudatur pariete aquilonari claudente appendicia aquilonaria & sic computari posset cum istis appendiciis & cum illis. tamen ne idem bis computetur: hic tantum computatur cum aquilonaribus: & eodem modo dicendum de angulari appendicio in parte australi. Item a dicto appendicio angulari inclusiue. usq; ad nouem cubitum in fine opposito parietis aquilonaris templi exclusiue ut magis uidebitur: sunt centum cubiti & sic decem appendicia in hac longitudine collocata occupant centum cubitos & per consequens quodlibet eorum est decem cubitorum ab occidente in orientem incluso cum spissitudine pilariorum inter ipsa diuidentiū. & spissitudine claudentis parietis exterius a parte occidentali. In nouem aūt cubitis remanentibus de aquilonari longitudine templi diuiditur cholea ad ascendendum sursum in cenaculum templi. Primum & secundum & similiter ad appendicia media & superiora. Nam ibi ponuntur hostia de una parte ad ingressum appendiciorū & ex altera ad ingressum cenaculorum : propter quod hec choclea ascendit usq; ad summitatem templi: ut per eam fit ingressus ad templi tectum quod ab omnibus expositoribus ponitur planum. quod autem dictum est: de appendiciis & choclea in aquilonari parte templi: idem per omnia intelligendum est in eius latere australi: & si dicatur: quod una choclea sufficit ad predicta. & per cōsequens alia superfluit: dicēdū est: q̄ non: nam hec dupplicatio ualet ad securitatem. ut si immicant periculum ignis: uel aliud: per plura loca fit ascensus sursum. propter quod in ecclesiis magnis fiunt tales choclee communiter in earum frontibus ex utraq; parte. Circa uero duo latera templi scilicet aquilonare: & australe ab omnibus expositoribus ponuntur duo edificia a muris templi per uiginti cubitos distantia. & quodlibet duorum edificiorum est longitudinis centum cubitorum. De altitudine uero non fit mentio in textu. Probabile tamen est: q̄ est. xlxxxv. cubitorum. ita q̄ quelibet trium mansionum que ponunē ibi una super aliam: sit uigintiquinq; cubitorum sicut dictum est supra. De masionibus

porticuum. uerũtamen quia latitudo iſtorum edificiorum ponitur in pendulo montiſ: ideo due ſuperioreſ manſioneſ tantum eleuate ſunt ſuper terram ad terram uero deſcenditur per graduſ ſicut in cellariſ. propter quod eorum hoſtia deſcribuntur in lateribu ſ eorum uerſuſ uulgi locum. reliqua uero circa templum & edificia iſta dicenda. dicam litteram exponendo. Ad capiendum uero faciliuſ que dicta ſunt: & dicenda: ponuntur hic due figure: Prima repreſentat ſecundum lineaſ fundamentaleſ poſteriorem partem tociuſ edificii: que incipit a latere occidentali atrii interioriſ. & protenditur uerſuſ occidentem: uſq; ad murum claudentem exteriuſ uulgi locum. In qua pre eſt ipſum templum cum ſuiſ appendiciſ predictiſ. & duo edificia unum quod uocatur aquilonare: eo q; eſt ſituatum in parte aquilonari: reſpectu templi. & aliud auſtrale: eadem ratione, ſcilicet quia ſituatum eſt in parte auſtrali reſpectu templi. Secunda repreſentat altitudinem templi & choclearum & edificiorum circa ipſum eo modo quo poſſunt in plano figurari. nam oportet per Imaginationem multa ſuppleri.

His premissis ad expositionē littere reuertamur. In latitudinē lateris: id est appendicii quattuor cubitorum: cum manifestum sit per supradicta ꝙ hic accipitur cubitus humanus: & non geometricus: patet ꝙ si altitudo eius appendicii esset quattuor cubitorum tantum: nulla posset ibi esse conuenies habitatio: quod non est dicendum: cum describeratur hic ualde decens edificium. & ideo dicendum: ꝙ loquitur hic scriptura de spatio existente inter terminos pilariorum: & parietem exteriꝰ claudentem appendicia. in quo ponitur quidam murus a termino cuiuslibet pilarii usq; ad parietem exteriꝰ claudentē. appendicia cuiuslibet: cuius longitudo est. quattuor cubitorū. & latitudo eadē cum spissitudine pilarii: qui potest poni duorum cubitorū uel trium ad plus. nam tales pilarii in altis edificiis sicut est in proposito sunt minus spissi de medietate uel circiter q̄ lati accipiendo latitudinem pro eorum progressu extra parietem templi. cum igitur progressus sit. v. cubitorū ut supra dictum est: & murus ei coniunctus quattuor sequitur ꝙ spacium quod est inter murum templi cui adherent appendicia & murū ipsa claudentem: ipsa sit. ix. cubitorum. Alia uero dimensio appendiciorū est. x. cubitorū ut supra dictum est comprehensa tamen pilariorum & murorū diuidentiū appendicia spissitudine. In tali enim spacio potest esse habitatio conuenies. per circuitum domus id est templi. & quia in parte orientali non sunt appendicia: patet ꝙ circuitus non accipitur hic pro ambitu ex omni parte. sed ex tribus paribus tantum nec tamen adhuc integre. nam appendicia aquilonaria & australia non procedunt usq; ad terminum orientalem murorum templi sed remanent nouem cubiti pro chocleis ut predictum est nec mirum de tali acceptione circuitus. nam alibi in hoc edificio accipitur circuitus pro ambitu ex duabus partibus tantum. Latera autem latus ad latus: id est appendicia sic sunt dispositi ꝙ unum est coniunctum alteri ut dictum est supra. & patet in figura. & erant eminentia etc: iungatur sic littera. & erant eminentia: id est pilarii eminentes ultra murum templi: per parietem domus: id est dispositi proportionabiliter secūdum longitudinem parietis templi. que egrederentur: spatium ultra murum templi. in lateribus: id est pro latericius seu appendicius sustinendis mō supradicto. & iste est modus loquendi quo ponitur hec prepositio in pro ista prepositione pro. satis frequenter in Hebreo. ut continerent: id est ut pilarii sustinerent appendicia media & superiora: per trabes in eis positas modo supradicto. & non attingerē parietes templi: id est ligna dictorum appendiciorum non figerent in pariete tēpli: sicut ex opposita parte figuntur in parte claudente exteriꝰ appendicia. Vnde in Hebreo hic habetur. & non tenerent in pariete templi. Ex quo patet ꝙ non attingere hic accipitur pro nō infigi. Et platea: Hec est tertia pars: in qua describit chocleas templi cum dicitur. & platea erat in rotunditate: id est quedam uacuitas rotunda inter quadraturam murorum in qua tamen ponuntur gradus circulariter ascendendo: que Gallice dicitur Viz. & in cenaculum templi: id est in primum solarium & secundum. Nam templū ponit habere tres mansiones sicut & templum Salomonis. deferebat per gyrum. id est per circularē ascensum. Idcirco laciuꝰ erat templum etc. quia in templo ponitur duplex solarium. s. unum super aliud: ut dictum est. Idcirco templum dicitur laciuꝰ in duabus superioribus mansionibus: q̄ in inferiori. nam immediate post tabulatum primum restringūt parietes a parte interiori sicut apparet in edificiis habētibus solaria. & sic secūda mansio est lacior q̄ prima: quia parietes magis distant. & similiter. tercia mansio est lacior q̄ secunda. Et uidi. Hec est quarta pars in qua reuertitur ad describendū aliqua dicti appēdicii que dimiserat. d: & uidi in domo: id est in latere tēpli. altitudinem per circuitum fundata latera: id est appendicia. ad mensuram calamis cubitorum: tantum

enim distabat tabulatum q̄ est tectum inferiorum appendiciorum a terra & similiter tabulatum secundum quod est tectum mediorum appendiciorū & pauimentū supioꝝ tantum distat a primo tabulato & similiter tectum superiorum a tabulato secundo. & latitudinem per parietem lateris forinsecus quinq; cubitorum: tante enim spissitudinis describit̄ paries claudens appendicia in parte exteriori. ex opposita uero parte clau/ duntur muro templi. & erat interior domus: id est templum: in lateribus domus: id est circúdatum appendicius in tribus partibus ut supra dictum est. Et inter gazophylacia Hec est pars quinta in qua describitur distantia inter murum templi & edificium au/ strale ex altera: que est. xx. cubitorū hinc: &. xx. cubitorū inde. Hec autem edificia uocāt̄ hic gazophylacia sicut plenius exprimit̄. c. se. ubi pricipaliter agit̄ de istis duo/ bus edificius hic aūt nō agit̄ de eis nisi ratiōe distātie a tēplo. i circuitu domus ūdiq; id ē ex duobus lateribus. sicut enī supra dictū est circuitus nō semp dicit totalē ambitū in descriptiōe huius edificii nec etiā in cōmuni mō loquēdi. Et hostiū: hec est sexta pars in qua agitur de loco orationis in quo secundum omnes expositores orabant illi qui templum ingredi non debebant. & ideo cum dicitur . & hostiū lateris ad orationem: nō potest intelligi q̄ istud hostiū sit in muro templi ut aliqui exponūt: quia sic nō possent ingredi locum orationis nisi prius ingrederentur templum. & sic sequeret̄ contradictio scilicet q̄ ingrederentur: ut patet ex dictis. Lateris igitur: hic accipitur pro appen/ dicius sicut in precedentibus. & accipitur singulare pro plurali id est laterum suum ap/ pendiciorum & est sensus. & hostium lateris ad orationem: id est idem est hostium per quod intratur in locum orationis & uersus appendicia quibus imediate conīūgit̄ locus orationis. Hostium unum ad uiam aquilonis etc. ab angulo enim orientali ipsius tēpli protenditur unus murus usq; ad angulum orientalem edificii. & eodem modo ex alia parte templi usq; ad australe edificium. Ideo subdit̄. & hostiū unū ad uiam australem: id est ad partem austri: & latitudinem loci ad orationem: quinq; cubitorum. & hec la/ titudo intelligitur sub diuo. in circuitu: id est circa tres partes templi & eius edificia. Iste enim locus circuit totum templū & eius edificia parte orientali excepta. Et edificium Hec est pars septima partem istam expositores Latini cōmuniter exponunt de quo/ dam edificio q̄ dicunt esse situatum inter occidentalem partem templi & locum uulgi. Hebrei uero ponunt hoc edificium ut dictum est supra & merito: ut uidetur: nam in textu non dicitur de quo deseruiat: cum tamen de aliis edificiis hoc dicatur. propter quod cum ipsis exponam textum de templo. & aliquibus sibi adiunctis. & describitur hic latitudo templi cum suis appendiciis & loco orationis in latere occidentali cum dicit̄ & edificium quod erat separatum secundum quod dicit Ra. Sa. per edificium hic in/ telliguntur illa: que sunt templo adiuncta. & per separatum ipsum templum ratione supradicta. c. xl. & hoc patet per litteram Hebraicam: que sic habet. & edificium qđ erat coram Hagnisera uersus mare: & dicit q̄ hagnisera significat edificium ualde no/ tabile: propter quod dicit̄ q̄ intelligit̄ de templo. & potest etiam dici separatū: ꝓpter eius eminentiam respectu aliorum edificiorum. & ideo sic debet habere nostra trāslatio & edificiū quod erat separato: id est adiunctū ipsi templo. nomina enim Hebrea sūt in declinabilia sicut cornu & gelu propter qđ in transferēdo positus fuit nominatiuus casus pro datiuo: uel forte factum fuit scriptoris uitio. uersūq; ad uiam respicientem ad mare: id est ad occidentem quia mare mediterraneum claudit Iudeam ab occidēte in qua describit̄ situs huius tēpli: ut patet supra. in principio. xl. c. latitudinis. xlxxx cubitorum: in quibus includitur: qđ subditur. paries autem edificii. v. cubitorum etc. & similiter. v. cubiti de loco orationis supra dicti. numerus autē iste intelligit̄ latitudo

templi intra parietes. xx. cubitorū. duo parietes. xii. cubitorū. ut patet ex supradictis in textu pro eminentia pilariorum ultra parietes hinc & inde. x. cubitis. latitudo appendiciorum hinc & inde. viii. cubitorum. paries claudens appendicia hinc & inde. x. cubitorum. & latitudo loci orationis similiter. x. cubitorū ut patet ex dictis ex textu. Isti uero numeri simul iuncti faciunt. xlxxx. & longitudo eius. xlxxxxx. cubitorū. qa sicut supra dictū est a termino occidentali appendiciorū procedendo uersus orientē usq; ad locum choclee ubi terminantē appendicia sunt. c. cubiti. de quibus rescinduntē hic. x. scilicet appēdiciorum angularium clausorum ex una parte pariete occidētali ex altera pariete aquilonari propter quod illud spacium potest computari ex utraq; pte ut supra dictum est. Hic autem computatur in parte occidentali. & ideo rescindendū est a parte aquilonari. aliter idem bis computaretē: & idem dicendum de angularibus appendicius in parte australi. & mensus est domus. id est templi. longitudinem. c. cubitorum: & qualiter istud sit accipiendum exponitur: cum subditur. & quod separatum erat: & proidest quod separatum est edificium etc. templum quod dicitur separatū cum edificio appendiciorum. & parietes eius: scilicet edificii appendiciorum. longitudinis. c. cubitorum: tot enim sunt cubiti ab illo loco templi ubi incipiūt appendicia uersus orientem usq; ad eorum terminum in occidente & sic non mensuratur hic tota longitudo templi. sed remanent. ix. cubiti uersus orientem a quibus exclusiue incipiunt appendicia. Latitudo autem: Hec est pars octaua in qua describitē quedam platea existēs intra templum: & atrium interius. Ad cuius intellectum sciendum q̄ platea dicitur a plates q̄ est latus uel latitudo. & latitudo ponitē pro platea aliquando. & econuerso. & sic est in Hebreo. & adhuc magis. nam dictio Hebraica que ponitur hic est equiuoca ad latitudinem & platea: & hic ponitur pro platea & similiter latitudo cum dicitē Latitudo autem ante faciem domus: & que sit ista domus subditur. & eius etc. & prout id est. i. eius quod erat separatum: per quod significatē templum ut supra dictum est. contra orientem: id est contra atriū interius quod est in orientali parte respectu tēpli centum cubitorum: scilicet longitudinis. secundum longitudinem atrii interioris inter parietes que supra. xl. ca. dicitur centum cubitorum. & hec longitudo platee accipitur ab aquilone in austrum. spaciū autem eius ab oriente in occidentem scilicet inter atriū interius & templum. x. cubitorum ut magis uidebitē. ca. sequenti. & isti. x. cubiti. a termino pilariorum orientalium templi usq; ad murum occidentalem atrii interioris accipiuntur. Et mensus est: Hec est pars nona in qua describitur mensura templi tota secundum longitudinem. & precise scilicet sine appendiciis sicut supra posita est partialiter tamen cum appendiciis. dicit igitur. & mensus est longitudinem etc. sequitē hecthecas etc. Ad intellectū huius partis sciendum q̄ expositores Latini dicūt q̄ hecthece sunt ante solaria. sed hec significatio non habetur ex aliqua deriuatione Greca nec Latina propter quod uidetur simpliciter ficta & maxime quia dictio Hebraica hic posita significat pilarios qui inseruntur parietibus magnorum edificiorū ad ipsa fortificanda. sicut dicit. Ra. Sa. in glosa super locum istum cui quantum ad hoc uidetur esse credendum: cum peritissimus fuerit in Hebreo. dicit igitur Propheta. & mensus est longitudinem edificii contra faciem eius. quod erat separatū ad dorsum: qa separatū edificium intelligitur templum: ut dictum est supra per faciem eius pars prima. & per dorsum ultima. Est igitur sensus q̄ angelus mensurauit in longitudine templi a principio usq; ad finem & ne aliquis crederet q̄ pilarii orientales & occidentales non includerentur in hac longitudine eo q̄ perminent ultra numeros claudentes ab oriente in occidentē. ideo remanet hoc. d· hecthecas ex utraq; parte: id est pilarios pminētes

ex parte orientis & ex parte occidentis simul includendo. centum cubitorum. hic autē
numerus colligitur sic proeminentia pilariorum a parte orientis. v. cubitorū paries
daudens longitudinem porticus templi. v. cubitorū. porticus enim non tantū ascēdit
in altum q̄tum ipsum templum: propter quod paries iste ab Hebreis ponitur minoris
spissitudinis uno cubito q̄ paries templi. latitudo uero porticus. xi. cubitorum ut habet
supra in fine. xl. ca. paries orientalis templi. vi. cubitorum ut patet supra circa prin/
cipium huius ca. Longitudo templi quantum ad partem que dicitur Sanctū & San/
ctum sanctorum duorum cubitorū. paries enim iste ascendit in altū per. xx. cubitos
tantum nec portat aliquod pondus: propter quod minoris spissitudinis est ponendus.
longitudo Sancti sanctorum. xx. cubit. ut patet supra circa principium huius capit.
Paries occidentalis templi. vi. cubit. prominentia pilariorum ultra parietem. v. cubit.
qui simul iuncti faciunt. c. cubitos. Et templi hec est pars decima in qua supplet ali/
qua superius dimissa. nam superius non fecerat mentionē de hecthecis siue pilariis que
tamen sunt in aliquibus aliis edificiis a templo ideo dicit. & templum: ibi est punctus:
propter quod per templum hic significatur pars anterior templi: que etiam alibi no/
minatur templum exterius. interius: id est Sanctum sanctorum: quod dicitur tēplum
interius. & uestibula atrii: id est porticus atriorum. nam hic accipitur singulare pro
plurali. limina & fenestras obliquas & hecthecas. q. d. sicut dictum est supra q̄ hec tria
habent limina & fenestras obliquas sic similiter habent hecthecas siue pilarios edificia
ista fortificantes. per tres partes: in Hebreo habetur. bis tribus: id est templo interiori
& exteriori & porticibus atriorum insunt pilarii sicut limina & fenestre oblique & ad
eundem sensum trahenda est littera ista. per tres partes: id est per tria edificia dicta
dispositi sunt pilarii sicut limina & fenestre. Contra unius cuiusq; hec est ps undecima
in qua describitur ornatus parietum templi a parte interiori. Circa quod sciendum q̄
parietes templi Salomonis fuerunt interius aperti ligneis: ut habetur tercio Reg. vi.
ad hoc ut celature & picture auree melius fierent & conseruarēt in ligno q̄ in lapide
& idem dicitur hic de isto templo licet inuolute. nam translatio nostra uidetur in plu/
ribus defectiua. Dicit igitur. cōtra uniuscuiusq; limen: li uniuscuiusq; non est de textu
Hec est. n. littera Hebraica. contra limen: scilicet tēpli. asser ligni: id est asseres ligner:
coopientes undiq; parietes templi ratione premissa quod exprimit ulterius magis per
partes cum dicitur. terra autem usq; ad fenestras: id est a terra usq; ad fenestras erat
talis cooptura lignea: & tali modo loquendi frequenter utuntur Hebrei & Latini. s.
sub intelligendo banc prepositionē a. & fenestre clause: In Hebreo sic est. & fenestre
operte: scilicet asseribus ligneis. q. d. non solum parietes usq; ad fenestras erant operti
asseribus ligneis sed etiam aperture parietum per fenestras erant sic operte in circuitu
fenestrarum. super hostia: similiter erant celature: & picture infra scripte ut sic uni/
formitas hostiorum & parietum. usq; ad domum interiorem: id est in sancto sanctorū
erat talis ornatus. & forinsecus: id est in alia parte que dicitur templum interius. per
omnem partem in circuitu: scilicet ante & retro & a dextris & sinistris intrinsecus ex
hoc dicunt aliqui expositores Latini q̄ iste ornatus Cherubin & palmarum non solū
erat in templo a parte interiori sed etiā exteriori. sed non est uerisimile q̄ talis ornatus
sit exterius aduentum & ad pluuiam. nec habetur ad hoc simile de tabernaculo Moysi
nam exterius fuit opertum de pellibus arietū. & sagis silicinis. Interius autem fuerit
ornatum cortinis diuersorū colorum. & tabulis deauratis. similiter templū Salomonis
habuit talem ornatum interius tantum. Ideo sic dicunt Hebrei & melius ut uidetur.
intrinsecus & forinsecus: intelliguntur de Sancto sanctorū & de alia parte que dicit

Sancta ſicut dictum eſt ante immediate .ad menſuram: id eſt eque proportionaliter factuſ eſt taliſ ornatuſ in anteriori parte tẽpli que dicitur templum exteriuſ ſicut in Sancto ſanctorum. & fabre ſancta: id eſt artificialiter facta duaſq; facieſ habebat Cherubin. In uiſione uero que deſcribitur in prícipio huiuſlibri Cherubin dicuntur habere quattuor facieſ cetera patent uſq; ibi. de terra uſq; ad ſuperiorem partem. Ex hoc dicunt aliqui expoſitoreſ noſtri q̃ taliſ ornatuſ non ſolum erat in manſione inferiori ipſiuſ templi: ſed etiam in media & ſuperiori. Sed hoc non uidetur eſſe uerum: quia taliſ ornatuſ eſt pro reuerentia cultuſ diuini ad quam deputat̃ tantum interior manſio. media uero & ſuperior ad reponendum cortinaſ & alia utenſilia & localia ad templum pertinentia. & ideo cum dicitur. de terra uſq; ad ſuperiorem partem: intelligendum eſt inferioriſ manſionis. Et ſic Hebrei exponunt. Limen quadrangulum: In Hebreo habetur .poſtiſ: accipiendo ſingulare pro plurali ſicut frequenter fit in deſcriptione huiuſ edificii. Et ſic fuit in templo Salomonis ſicut dicitur tertio. Reg. VI. Fecit in introitu templi poſteſ de lignis oliuarum quadrangulatoſ. Et facieſ: Hec eſt duodecima parſ in qua breuiter ſecundum Hebreoſ deſcribit̃ una uiſio Prophete facta & ſecundum hoc tranſlatio noſtra uidetur eſſe corrupta cum dicitur. & facieſ aſpectuſ ſanctuarii contra aſpectum altariſ lignei: nam littera Hebraica taliſ eſt. & facieſ ſanctuarii uiſio ſicut uiſio: Et eſt ſenſuſ q̃ Propheta uidit in ſanctuario uiſionem ſimilem illi quam uiderat ſuper flumen Chobar: que deſcribit̃ in principio huiuſ libri. & hic terminatur uerſuſ in Hebreo & ſequẽſ immediate ſic incipit. altare ligneũ trium cubitorum altitudo eiuſ etc: ubi deſcribitur menſa propoſitionis. Vnde poſtea ſubditur: & locutuſ eſt ad me: ſcilicet angeluſ. Hec eſt menſa coram domino: poteſt aũt tranſlatio noſtra ſic exponi. & facieſ aſpectuſ ſanctuarii contra aſpectum altariſ. ſ. incenſi ſecundum expoſitoreſ Latinoſ quod altare deſcribitur ſituatum ante parietem Sancti ſanctorum ut patet in Exo. & tertio. Reg. & ſic ex oppoſito mutuo ſe reſpiciunt. Ligneı: contrarium uidetur. nam Exo. xxx. ca. & in pluribuſ aliſ locis uocat̃ altare aureum. dicendum q̃ menſa propoſitionis de qua loquitur hic ſcriptura ſecũdũ Hebreoſ & altare incenſi de quo loquitur hic ſecundum Latinoſ utrunq; dicitur in Exo. ligneum interiuſ & aureum exteriuſ. ſed de auro hic tacetur. nam alibi ſatiſ exprimitur. Et duo boſtia: Hec eſt parſ Tredecima in qua deſcribitur forma boſtiorũ templi cum dicitur. & duo boſtia erant in templo: ſcilicet exteriori. & in ſanctuario: id eſt in tẽplo interiori. non ſic intelligendo q̃ in quolibet eſſent due aperture ſed una tantum & per conſequenſ unum boſtiorum tantum: tamen quodlibet habebat duaſ portioneſ. Ideo ſubditur. & in duobuſ boſtiis: ſcilicet in principibuſ. ex utraq; parte .ſ. templi quarum una dicit̃ Sanctum alia Sanctum ſanctorum. bina erant boſtiola: ſic adinuicem copulata quod unum poteſt claudi & aperiri ſine alio ſicut apparet in boſtiuſ que dicuntur fracta & ſimiliter in feneſtriſ. bina enim boſtia erant ex utraq; parte boſtiorum: quod exponit̃ dupliciter. Vno modo q̃ in quolibet boſtio principali ſint due ualue que clauduntur in medio aperture: & quelibet ualua ſit fracta modo dicto Alio modo q̃ una ualua claudat totam aperturam: ſed una claudat a parte interiori parietiſ Altera uero a parte exteriori: ita q̃ quando clauſe ſunt ualue iſte appareat pariet̃ uniformiſ exteriuſ & interiuſ. & quaſi continuuſ. quia ſimiliſ pictura dicitur in boſtiuſ ſicut in parietibuſ. Vnde ſubdit̃. & celata erant in boſtiis templi Cherubin etc. tamen iſte ualue intelligẽde ſunt fracte ſicut dictum eſt. q̃obrem erant groſſiora ligna inueſtibuli: id eſt porticuſ. fronte foriſecuſ: quod exponunt aliqui Latini dicentes q̃ in fronte porticuſ erant celature maioreſ & magiſ prominenteſ q̃ in templo. ad quod

requirebatur maior grossicies lignorum. sed hoc non uidetur esse uerum: quia sicut dictum est supra talis ornatus non erat in templo exterius. & multominus in fronte porticus exterius. hic autem dicitur. erant grossiora ligna inuestibuli fronte foris secus & dato ꝙ essent ibi non tamen est aliquo modo uerisimile ꝙ essent magis prominentes celature & per consequens magis notabiles q̄ in tēplo: propter quod translatio nostra uidetur hic corrupta nam in Hebreo non habetur q̄obrem & ideo littera sequens nō continuat̄ littere precedenti de celaturis. sed incipit alia sententia cuius est talis littera in Hebreo. & spissum lignum super faciem porticus extrinsecus & feneſtre oblique & palme hinc & inde in humerulis porticus & lateribus domus est trabibus. Dcendū igit̄ ꝙ hec est pars Quartadecima in qua post descriptionem ornatus templi q̄tū ad Sanctum & Sanctum sanctorum. Hic describitur ornatus q̄tum ad templi porticum p̄mittitur tamen unum de fortitudine huius edificii cum dicitur. & spissum lignum id est grossum super faciem porticus exterius: ad retinendum edificium fortius extrāsuerso parietum. sic enim solet fieri in frontibus edificiorū & subditur de ornatu. & feneſtre oblique. sepe sunt scilicet in porticu ad illuminationē sicut intemplo. & palme: scilicet celate. hinc & inde: in ipso porticu ex parte tamen interiori. in humerulis porticus & lateribus domus: Dicuntur autem humeruli claudentes porticū ex utraq; parte hostii & nominantur humeruli quia sunt breuiores q̄ alii scilicet. v. cubitorum ut dictum est supra in fine. c. xl. Latera uero dicuntur muri claudentes porticum ab oriente in occidentem qui sunt. xi. cubit. secundum latitudinem porticus sicut dictum est in fine. xl. ca. dicuntur etiam latera domus quia continuantur muris claudentibus longitudinem templi. & in trabibus: scilicet interioribus sunt similiter palme celate ad ornatum licet autem littera discrepet ab Hebraica potest tamen exponi secundum eandem sententiam sic. q̄obrem: que scilicet subintelligitur licet non exprimatur: & illa est fortificatio edificii. & sic est similis modus loquendi. ii. Reg. v. Qui percusserit Iebuseum: subintelligitur fiet Magister militie: licet ibi non exprimatur: sicut plenius fuit declaratum ibidem. erant grossiora ligna etc. ex causa dicta: super que feneſtre oblique: qa sunt in altiori situ q̄ hec ligna: & similitudo palmarum hinc atq; inde in humerulis uestibuli: id est porticus hec littera exponitur sicut prius & similiter sequens. sed latera domus. q. d. similiter parietes porticus contiguati parietibus templi lateralibus sunt similiter ornati.

.XLII.

ET eduxit me: post descriptionē templi q̄tum ad tres partes eius. scilicet Porticū Sanctum & Sanctum sanctorū & q̄tum ad appendicia sibi adiuncta Hic cōsequenter describuntur duo edificia a muris templi per. xx. cubitos distantia unum in parte aquilonari alterum in australi. Et diuiditur in duas quia primo describitur hoc duplex edificium. Secundo scriptura reuertitur ad murum exteriorem totius edificii describendum ibi. cunq; cōpleſſet: Prima in tres quia primo describitur edificium aquilonare. Secundo australe ibi. & erant: Tertio usus utriusq; ibi. & dixit ad me: Circa primum primo describitur situs cum dicit̄. & eduxit me in atrium exterius: sicut dictū est supra & patet ex textu. templum & edificium aquilonare & australe sunt in atrio exteriori. Igitur quomodo potest dici ꝙ Propheta sit eductus de templo ad atrium exterius. dicendum ꝙ frequenter circa Ecclesias nostras est cemiterium. & tñ aliquis dicitur exire de Ecclesia in cemiterium. & econuerso ita similiter est in proposito. & induxit me in gazophylacium. edificium enim aquilonare secundum totalitatē suā habet. c. cubitos in longitudine ab oriēte in occidētē. & scd̄m hoc dicit̄ gazophylatiū in singulari. est tamen diuisū per pietes interiores extransuerso totius edificii trāseūtes

& ſecundū hoc inferiuſ dicit gazophylacia in plurali per pluresſ diuiſioneſ. & qđlibet gazophylacium eſt longitudiniſ. xlx. cubitorū. ſecundum latitudinem totiuſ edificii. quod erat contra edificium ſeparatum: id eſt contra templū. & contra edem: id eſt cōtra appendiciorum edificationem. uergentem ad aquilonem: latuſ enim aquilonare tēpli: & appendiciorum ſibi adherentium ſunt cōtra latuſ auſtrale aqlonariſ edificii. in facie longitudiniſ. c. cubitorum: tantum enim protenditur longitudo edificii totaliſ. Hoſtii aquilonariſ: q. d. q̄uiſ latuſ auſtrale huiuſ edificii ſit contra templum: tamen eiuſ hoſtia ſunt in eiuſ latere aquilonari. Vnde in Hebreo ponitur hoſtium in nominatiuo & ponitur etiam ſingulare pro plurali. nam ibi ſunt hoſtia plura ut exprimitur infra. & latitudiniſ. xlx. cubitorum includendo non ſolum ſpatium inter parieteſ: ſed etiam parieteſ & pilarioſ. nam cap. precedenti. dicunt eſſe in porticibuſ atriorum que ſunt edificia multo minora. contra. xx. cubitoſ atrii interioriſ etc. id eſt una parſ iſtorum. xlx. cubitorum eſt ſita ex oppoſito. xx. cubitorum atrii interioriſ. & reliqua parſ cō/ tra pauimentum aquilonare atrii exterioriſ. & ſic patet q̄ illa parſ que eſt cōtra atriū interiuſ: eſt. xx. cubit. nā. xx. cubit. tuntuſ correſpōdent. xx. cubit. alteriuſ. & reliq̄ pſ eiuſ eſt. xxx. cubitorū. Sciendum eſt: q̄ in iſtiſ. xx. cubitiſ atrii interioriſ includit ſpiſſitudo muri claudentiſ atrium interiuſ a parte aquiloniſ: que ſpiſſitudo eſt. ſex. cubitorum. ubi erat porticuſ iuncta porticui triplici: ſecundū Hebreoſ hec eſt littera. exedra contra exedram in triplicibuſ: eſt autem exedra idem quod camera uel gazo/ phylacium. igitur ſicut diuiſioneſ edificii aquilonariſ dicunt gazophylacia ita exedre Eſt igitur ſenſuſ: exedra cōtra exedram: id eſt diuiſioneſ edificii aquilonariſ & diuiſio/ neſ edificii auſtraliſ que per omnia ſunt ſimileſ: mutuo correſpondent: & exoppoſito ſi/ tuantur: templo tamen intermedio in triplicibuſ dicunt autē edificium aquilonare & auſtrale triplicia. & ſimiliter eorum diuiſioneſ eo q̄ ſunt ibi treſ manſioneſ una ſup aliā Et ante gazophylacia: Hic ſecundo deſcribitur quedam uia exiſtens inter iſta ga/ zophylacia per. xx. cubitoſ & inter atrium interiuſ protenſa ad oppoſitam partem uſq; ad. xx. cubitoſ edificii anſtraliſ cum dicitur. & ante gazophylacia: id eſt a parte orientali. deambulatio: id eſt uia. x. cubit. latitudiniſ: & hec uia. c. precedenti dicta ē platea. c. cubitorum latitudiniſ: & ad interiora reſpicienſ: id eſt uerſuſ templum. uie cubiti uniuſ: Secundum enim Richardum de ſancto Victore & Hug. Cardinalem ibi ponitur quedam uia latitudiniſ uniuſ cubiti per quam ſacerdoteſ uadunt ad templū ſed hoc non uidetur uerum: nam ſecundum ipſoſ oportet dicere q̄ uia ſit longitudiniſ. xxx. cubitorum adminuſ. taliſ autem uia deſeruiens tranſitui ſacerdotū debet eſſe ſic lata q̄ duo hominеſ adminuſ ſibimet obuianteſ poſſint tranſire unuſ iuxta alium. hoc autem eſt ipoſſibile i uia uniuſ cubiti latitudiniſ. nam hic accipitur cubituſ humanuſ: ut patet ex precedentibuſ in cuiuſ latitudine non poteſt tranſire unuſ homo groſſuſ. nec etiam ſatiſ tenuiſ per tantam uie longitudinem. Ideo dicendum q̄ uia uniuſ cubiti dicitur hic quidam introituſ ſtrictuſ de atrio interiori ad uiam. x. cubitorum dictam extranſuerſo & inde intratur porticuſ templi ante quam tranſit iſta. x. cubitorū. uia & per talem modum oblato ſacrificio in altari holacauſtorum quod eſt in atrio in/ teriori procedit ſacerdoſ ad conſūmandum ſacrificium in templo per oblationem incēſi Dicitur autem dictuſ introituſ ita ſtrictuſ: ut ea que ſunt in templo minuſ paterent exiſtentibuſ in atrio exteriori. propter quod etiam poſt tranſitū ſacerdotiſ ille introi/ tuſ eſt claudenduſ. Sciendū etiam q̄ iſte introituſ ex parte templi eſt uniuſ cubiti: ſed ex parte atrii interiori eſt maioriſ latitudiniſ ut expeditior ſit tranſituſ ſacerdotiſ ſicut uidemuſ in feneſtriſ turrium que uocantur Gallice Arcbereſ quod ex parte exteriori

habent latitudinem quasi unius palmi. & ex parte interiori duorū uel trium pedum. Ex dictis patet quod uia cubit. x. procedēdo de gazophylacio aquilonaribus uersus templum recte uenit ad introitum unius cubiti. & eodem modo procedendo ex parte opposita scilicet de gazphylacio australibus ad templum. Et hostia. Hec est pars tertia ubi agitur de situ hostiorum & de altitudine gazophilaciorum cum dicitur. & hostia eorum: scilicet gazophylaciorū aquilonarium. ad aquilonem: se. respicientia Dicunt autem doctores Latini ꝙ ex parte altera istorum gazophylaciorū sunt etiā hostia uersus templum: quod est in australi parte. respectu aquilonarium gazophylaciorum. Sed hoc non uidetur uerum: tum quia scriptura de hoc nullam facit mentionem: tum quia uersus templum non possunt esse sic conuenies hostia. Item per illa hostia esset ingressus ad locum orationis & sic ingetaret a transeuntibus ꝙ hostia illa: cum tamen debebat esse quietus: propter quod sicut dicit scriptura in parte aquilonari tantum sunt hec hostia ponenda. quot autem sint ibi hostia precise non habet ex scriptura: sed habetur ꝙ sunt plura ex hoc quod dicitur hostia. & secundum Hebreos sunt duo quia cōmuniter plurale positum sine additione significat numerum binarium & scd̄m hoc totum edificiū aquilonare diuidit in duas portiones extrāsuerso. & quelibet portio est. xlx. cubitorum longitudinis. &. xlx. cubit. latitudinis comprehensa tamen spissitudine parietū ubi erant gazophylacia in superioribus mansionibus humiliora. In Hebreo habetur strictiora id est minus spissa & est eadem sentētia cum translatione nostra. quia sicut superbus dicitur grossus ita humilis potest dici strictus & subditur causa cum dicitur .quia supportabant porticus: id est inferiores mansiones gazophylaciorum que dicuntur hic porticus. quia per illas est ingressus ad superiores sicut per porticum est ingressus ad domum. que ex illis eminebant: scilicet mediās & superiores mansiones: Ideo subditur de inferioribus & de medius edificii aquilonaris stega enim erant: id est habentes tres mansiones unam super aliam. & non habebāt colūnas: sustentantes. sicut erat colúne atriorum: id est gazophylaciorum in atrius existentium: sicut enim dictū est supra. xl. ca. in atrio exteriori in parte orientali sūt xxx: gazophylacia & in atrio interiori sunt gazophylacia sacerdorum & cantorum bebdomadariorum. & in illis sunt colúne sustentantes in istis gazophylacius que sunt maioris altitudinis & ponderis non ponunt tales colúne sustentantes sed murus spissus & fortis cum bonis pilarus. iste tamen murus est spissior in inferioribus mansionibus q̄ in medius: & in medius q̄ in superioribus secundū magnitudinem maioris ponderis supportati: & propter hoc dicitur supra. ꝙ gazophylacia sunt in superioribus humiliora id est strictiora quia murus mediarū mansionū est minus spissus qa retractus est a pte exteriori & per consequens est strictior q̄ inferior mansio & eodem modo dicendum est de superiori respectu medie. propterea eminebant: superiores mansiones de inferioribus & medius a terra cubit. xlx. id est quia murus inferiorū mansionū est ita fortis ideo mansiones superiores potest tantum eleuare. Et piboluſ. Hec est pars Quarta in qua describitur murus claudens edificium aquilonare ab orientali parte secundum quod dicit. Rab. Sa. quia ex illa parte est uia ueniendi ad gazophylacia in edificio aquilonari contenta. Dicit igitur .& peribolus: id est murus claudens a parte oriētis & dicitur a peri ꝙ est circum & ambulatio quia iuxta murum illum est deambulatio siue uia per quam sacerdotes de templo & atrio ueniunt ad gazadbylacia aqlonaria & econuerso. exterior: hic dicitur ad differentiā muri diuidentis totū edificiū australe per medium extransuerso propter quod interior murus & ex parte occidentis habet tria similiter ex parte orientis. secundū gazophylacia. id est protensus est iste piboluſ

ſecundū lōgitudinē huiuſmodi gazophylaciorū que accipiē extrāſuerſo totiuſ edificii aglonariſ que erāt in uia: id ē iuxta uiā ſacerdotū p̄dictā atrii exterioriſ: ſicut dictū eſt ſupra templum. & iſta gazophylacia ſunt in atrio exteriori & per conſequens iſta uia .ante gazophylacia: id eſt ex parte orientali que eſt anterior reſpectu iſtorum gazophylaciorum ſicut & tociuſ edificii parſ orientaliſ dicitur anterior & parſ occidē/ taliſ poſterior ut dictum eſt ſupra .c. xl. Longitudo eiuſ: id eſt dicti periboli .xlx. cubitorum: & ſubditur ratio. quia longitudo erat gazophylaciorum: in edificio aglo/ nari contentorum .xlx. cubitorum: quia tanta eſt longitudo totiuſ edificii aquilonariſ ſecundum q̄ accipitur: longitudo iſtorum gazophylaciorum eo q̄ eorum hoſtia ſunt in latere aquilonari totiuſ edificii ut dictū eſt ſupra. dicūtur etiam iſta gazophylacia atrii exterioriſ eo q̄ ſunt in ipſo ſita ut dictum eſt. & longitudo ante faciem templi. c cubit. Iſta eſt platea que ſupra .xli. ca. dicitur latitudo. c. cubit. de qua fit hic itez/ mentio quia per illam eſt uia ſacerdotum de templo. ad iſta gazophylacia per magnā partem. & erat ſubter gazophylacia hec introitus: nam eorum hoſtia ſunt in inferi/ oribuſ manſionibuſ & in parte aquilonari ubi terra eſt demiſſior propter pendulum montiſ. ab oriente ingredientium in ea: licet enim uenientes de templo ad hec gazo/ phylacia irent recte contra aquilonem uſq; ad angulum edificii aquilonariſ clauſum muro orientali & aquilonari: tamen ex illo angulo ad hoſtia gazophylaciorum eſt proceſſus ab oriente in occidentem ut in figura patet. & de facili ſine figura poteſt Im/ maginari & propter hoc nō dixit Prophetа ab oriente uenientiū ad ea. ſed ab oriēte ingredientium in ea de atrio exteriori: ſimiliſ moduſ loquēdi eſt cum dicitur apud noſ aliquis in Eccleſiam ingredi de cemiterio q̄uis ipſa ſit cemiterium: ut dictum eſt ſupra. Et in latitudine: poſt deſcriptionem aquilonariſ edificii hic conſequenter deſcribitur edificium auſtrale: quod eſt per omnia aquilonari ſimile. & quia deſcriptionē p̄dictā terminauit in uia ueniendi & introeundi gazophylacia in edificio aquilonari contēta Ideo deſcribendo gazophylacia auſtralia quaſi continuans ſe ad precedentia incipit a uia ueniendi de atrio interiori ad ipſa que eſt eadem cum uia ueniendi de templo ad ipſa: eo q̄ hec uia cōtinetur ex una parte inter templum & atrium interius ex altera parte. Dicit igit̄. & in latitudine periboli: id eſt in ſpiſſitudine muri. atrii: ſcilicet inte/ rioriſ: quod dicitur atrium anteroam ſite propter altare holocauſtorū ubi offerebāt ſacrificia. quod erat contra uiam orientalem: reſpectu templi Ideo ſubditur. in faciem edificii ſeparati: id eſt templi cuiuſ ingreſſuſ qui dicitur hic facieſ eſt uerſus orientem & ſupplendum eſt q̄ in peribolo atrii eſt hoſtium per quod eſt exitus ad uiam ducentem ad gazophylacia auſtralia & iſtud hoſtium ſupra dicitur uia unius cubiti. & erant aīi edificium. In Hebreo habet̄. ante templum: Ideo per edificium hic intelligitur tem/ plū .gazophylacia: ſcilicet auſtralia ſicut dictū eſt de aquilonaribuſ ex parte altera. & uia: ueniendi ad gazophylacia. ante faciem eorū: id ē ante murum orientalē ipōz. iuxta ſimilitudinem gazophylaciorum: nam in omnibuſ ſunt ſimilia propter quod ex dictiſ ſupra. patet littera uſq; ibi. & hoſtia eorum ſecundum hoſtia gazophylaciorum que erant in uia reſpiciente ad notum etc: id eſt ad auſtrum. uidetur q̄ deberet dicere. ad aquilonem quia loquitur de ſimilitudine gazophylaciorum auſtralium ad aquilo/ naria dicendum: q̄ hec ſimilitudo eſt mutua. & ad hoc exprimendum loquitur hic de hoſtiiſ gazophylaciorum auſtralium. ac ſi dicat: ſicut auſtralia ſunt ſimilia aquilona/ ribuſ: ſic econuerſo. poteſt etiam aliter exponi de hoſtiiſ gazophylaciorum auſtralium ſic. & hoſtia eorum: ſcilicet gazophylaciorū auſtraliū. ſecundū hoſtia gazophylaciorū & ſupplendum eſt aquilonarium eo q̄ de ipſis ſupra locutus eſt. & q̄ ſubditur. que: ſ.

hostia :refertur ad hostia gazophylaciorum australium. erant in uia respiciente ad notum: id est sicut hostia gazophylaciorum aquilonarium respiciunt ad aquilonem: sic hostia gazophylaciorum australium respiciunt ad austrum. Hostium in capite uie: sepe est qa supra dictū est ꝙ in spissitudine muri occidentalis est introitus strictus propter quod dicitur uia unius cubiti . & non est supra in textu expressum ꝙ ibi sit hostium: ideo hic exprimitur: cum dicitur. & hostium in capite uie dicit̄ autem caput uie locus unde est processus ad diuersa loca: sicut dicitur Ezech. xxi. Stetit Rex Babylonis in capite duarum uiarum a loco uero qui est inter hostium istud & porticum templi incipit progressus uersus gazophylacia australia ex una parte & uersus aquilonaria ex altera. Ideo uocatur caput uie: que uia erat ante uestibulum separatū. In Hebreo habetur. ante clausuram organizationis: & redit in eandem sententiā tamē per alium modum. Sciendum ꝙ sicut supra dictum est ab atrio interiori est ascensus per. xxv. graduſ: sicut in templo Salomonis in quibus stabant. cātores tempore Salomonis. propter quod & .xv. psalmi uocātur Cantica graduū. ad huius similitudinē ponuntur gradus in hoc edificio in sūmitate uero horum graduū. est hostium latitudinis cubiti uniuſ predictū & uocat̄ clausura organizationis quia claudit inter gradus ubi est organizatio cantorum & uiam: que inter ipsum est. & templi porticum. ppter quod ista eadem uia est ante templi porticum ex una parte: & ante clausuram organizationis ex altera. Verūtamen quia hec clausura organizationis est a parte orientali huius uie: Ideo subdit̄. ꝑ uiā orientalē ingredientibus. Et dixit: post descriptionē gazophylaciorum aquilonarium & australium: Hic consequenter describit̄ usus eorū cum dicitur: & dixit ad me: angelus hec ostendēs. gazophylacia aquilonaris & gazophylacia austri: prescripta. que sunt ante edificium separatum: id est ex utraq; parte templi sita: hec sunt gazophylacia sancta: id est sanctis usibus deputata. in quibus uescuntur sacerdotes qui appropinquant ad dominū in Sancta sanctorum: ad ministrandum ibi. in gazophylacus dictis. ponent: scilicet sacerdotes. sancta sanctorū id ē ea que sunt necessaria ad ministerium in Sāncta sanctorum. oblationem pro peccato & pro delicto: id est partes de istis oblationibus que cedunt in usum sacerdotum. nam secundum legem comedi debent in loco sancto. cum autem ingressi fuerint sacerdotes: gazophylacia dicta. non egredientur de Sanctis in atrium exterius: atrium exterius hic non potest accipi generaliter. nam sic accipiendo gazophylacia ista sunt in atrio exteriori: sicut frequenter dictum est supra. sed accipitur partialiter pro illis locis ad que mittebatur populus ut magis patet ex sequētibus. & ibi: id est in dictis gazophylacius. reponent uestimenta sua in quibus ministrant domino. uescienturq; uestimētis aliis & sic procedent ad populum: scilicet ad loca atrii exteriorīs ad que mittit̄ populus. Cūq; complesset: superius descripte sunt interiorū mensure: Hic cōsequēter describūt exteriorū mensure. Sciendum tamen ꝙ expositores Latini dicūt: ꝙ hic describitur mensura muri medii: que diuidit inter atrium exterius. & locum uulgi. & mensura cuiuslibet lateris eius est. ccccc. cubitorum quod patet per hoc quod ponit̄ in fine huius c. ꝑ. iiii. uētos mēsus est ē murus eius undiq; ꝑ circuitū longitudinē. ccccc. cubit. & latitudinē ccccc. cubit diuidentē inter sanctū & uulgi locū Sed contra hoc est quod premittit̄ de mensura eiusdem muri expressus & magis diffuse. quod enim fine. ca. dicit̄. per quattuor uentos mensus est etc. est recapitulatio breuis sententie precedentis. Dequa dicitur mensus est autem contra uentum orientalem calamo mensure. ccccc. calamos etc. calamus uero continet. vi. cubitos ut dictum est supra ca. xl. quinquies uero ex faciunt. xxx. & sic latas orietale muri qui mensurat̄ hic: habet tricies. c. cubitos:

qui faciunt tria milia cubitorú. Ad hoc autem reſpondent ꝙ ſicut quelibet parſ panis eſt panis: Ita quelibet parſ calami eſt calamus. & ſic quantitas unius calami in calamo figurata dicitur hic calamus. Ad hoc etiam probandum inducunt: quod dicit̃ in textu. in calamo menſure: q.d. non in tali calamo ſed in una eius parte: que continet cubiti quantitatem. Dicunt enim & uerum eſt q̃tum ad hoc: ꝙ ſex cubiti ſunt diſtincte ſig/ nati in calamo totali. nam menſure ſupra. deſcripte alique dicuntur unius cubiti & alie quinq;. & alie ſex. Sed dictum eorum ſcilicet ꝙ cubitus dicatur calamus: non poteſt ſtare cum Hebraica ueritate: ut magis patebit in fine huius ca. ubi tranſlatio noſtra eſt corrupta. nec etiam poteſt ſtare cum ratione. nam hoc nomen calamus equiuocũ eſt ad ſignificandum rem nature & ad ſignificandũ quantitatem menſure que eſt ſex. cubit. & hoc ſecundo modo accipit̃ calamus in tota iſta deſcriptione: ut patet ex ſupra/ dictis. xl. c. nunc autẽ ita eſt: ꝙ licet quelibet parſ calami ſit calamus inquãtũ calamus eſt reſ nature: non tamen ſic eſt: ut ſignificat quantitatẽ. ad hoc autem eſt exemplum ſenſibile. In Normãnia ulna uocat̃ uirga & ſic uirga equiuoce dicit̃ de re naturale: & de ulna & licet quelibet parſ uirge ſit uirga: prout dicitur de re naturali: non tamẽ quelibet parſ uirge eſt uirga ut eſt nomen ulne: ſed ſolum ulna integra dicitur uirga. & medietas eius dimidia uirga. & quarta parſ unum quarterium quod autem inducũt illud quod ſequit̃. In calamo menſure: non eſt pro eis: ſed magis contra. nam per hoc oſtẽdit manifeſte ꝙ calamus non accipitur hic prout eſt reſ nature: ſed prout eſt de/ terminata quantitas menſure ſcilicet ſex cubitorum. & ſic patet propoſitum. ſcilicet ꝙ calamus non poteſt dici unus cubitus nec econuerſo. Item ſi ſic acciperet̃. eo ꝙ que/ libet parſ calami potuit dici calamus ut dicunt: eadem ratione poſſet dici de dimidio cubito & de duobus cubitis & de tribus. & de quattuor & de quinq; & ſic i tota deſcrip/ tione huius edificii ubicunq; exprimitur menſura nomine calami nihil eſſet certum: eo ꝙ indifferenter poſſet accipi ꝑ toto calamo. & ſingulis eius partibus. & per cõſequẽs dictam iſtorum deſtruit ipſorum dicta ſuperiora pro magna parte. Ad textum aũt quem pro ſe inducunt de fine huius ca. dicetur ibi. Dico igitur cum. Ra Sa. ꝙ hic de/ ſcribitur menſura muri exterioris totum edificium claudentis. & hoc patet ex modo loquendi: cum dicitur. cunq; compleſſet: ſcilicet angelus in ſpecie uiri: menſuras domus interioris: ex quo uidetur ꝙ includit omnia prius menſurata inter que continẽt plura extra murũ mediũ exiſtentia. ſ. thalami portarũ atrii exterioris. & ueſtibula. earum. & domũcule edificate ſuper portas muri exteriori: pro excubiis ſicut ex precedẽtibus patet. eduxit me: extra totum edificium: per uiam porte etc. id eſt per portam orien/ talem primam. & menſus eſt eam undiq;: ſ. ſpacium latitudinis porte & muri oriẽtalis ex utraq; eius parte. per circuitum: id eſt a parte exteriori que longior eſt interiori xii. cubitis. propter ſpiſſitudinem murorum que eſt ſex. cubit. & ſic parſ interior re/ ſtringit̃. ſex. cubit. in qualibet eius extremitate. menſus eſt autem contra uentũ ori/ entalem: quattuor autem uenti principales frequẽter accipiuntur in ſcriptura & etiam in cõmuni modo loquendi pro quattuor partibus mundi ſcilicet oriente occidente aq/ lone & auſtro. Quingentos calamos: qui faciunt tria milia cubitos ut dictum eſt ſupra & hoc modo exponatur littera de tribus aliis partibus ſequentibus uſq; ibi. per q̃ttuor uentos: ubi ponitur recapitulatio breuis dictorum. longitudinem. ccccc. cubit. & lati/ tudinem. ccccc. cubit. latera enim muri exteriori ſunt equalia. ex hoc autem ꝙ ponit̃ hic. cubitorum: in aliquibus libris: arguũt expoſitores Latini cõmuniter ꝙ ꝑ calamos predictos intelliguntur cubiti ut predictum eſt. & male. nam In Hebreo non ponit̃. cubitorum: ſed abſolute ponitur longitudinem quingentorũ. & latitudinem quigẽtorũ

Ex quo patet q̄ iſte numeruſ referē ad calamoſ p̄dictoſ propter quod Hieronymuſ ſuper Ezechi. retractat q̄tum ad hoc tranſlationem. d. q̄ ex celeritate tranſferendi male poſuit hic. cubitorum propter quod libri Latini bene correcti non habent cubitorum: diuidentem inter ſanctuariū & uulgi locum In Hebreo ſic habetur diuidētē inter Sanctum & uile: quicquid autem eſt intra murum exteriorem dicitur Sanctā etiam ſpatium inter murum exteriorem & medium contentū quia diuino cultui deputatum nam ibi eſt ordinis locuſ ut ſupra dictum eſt. ca. xl. propter quod dominuſ de illo loco eiecit uendenteſ & ementeſ. Io. & tanq̄ de loco ſancto. quod autem eſt extra murum exteriorem dicit uile: qa non eſt dñi uſibuſ applicatū. Notandū q̄ magiſter Richa. de ſancto Victore quicquid nititur probare de menſuriſ atriorū & muroꝝ ipſorum fuerat ſuper hoc q̄ mediuſ muruſ ſit. cccc. cubitorum in quadro prout dicitur hic ſecundum ſuam opinionem que uidetur falſa: ut dictum eſt. propter quod non uidetur ualere q̄ dicit de dictiſ menſuriſ: excepta menſura atrii interioriſ que dicitur in textu. c. cubitorum per quadrum.

.XLIII.

ET eduxit me: Poſtq̄ deſcripta eſt edificiorū menſuratio hic ponitur Prophete quedam ſpecialiſ uiſio & Secundo Prophete informator ibi. & audiui. Circa p̄mum dicitur. & adduxit me ad portam etc. Hec eſt porta orientaliſ atrii interioriſ. & ecce gloria dei Iſrael: id eſt Cherubin & rote & cetera in primo. c. deſcripta maieſtatem dei repreſentantia. ingrediebat̄ per uiam orientalem. atrium interiuſ. & uox erat quaſi uox aquarum multarum: ſignificanſ diuineu irtutiſ magnitudinem. & terra ſplendebat a maieſtate eiuſ: uidebatur enim Prophete Imaginaria uiſione: q̄ illuminabat totam terram. & uidi uiſionem ſecundum ſpeciem: id eſt ſimilem illi uiſioni. quā uideram quando uenit ut diſperderet ciuitatē: Hec uiſio deſcripta eſt ſupra. x. c. & xi. & ſpecieſ ſecundum aſpectum quem uideram etc: que uiſio deſcribitur ſupra. i. c. & cecidit ſuper faciem meam: ex humana fragilitate iuxta apparitionem maieſtatiſ diuine & maieſtaſ domini ingreſſa eſt templum: de atrio interiori: & leuauit me ſpirituſ id eſt angeluſ quia Prophete ceciderat ut dictum eſt. & introduxit me in atrium interiuſ. de porta eiuſ: & ecce repleta erat gloria domini domuſ: id eſt templum de atrio enim interiori uidebat in templo per boſtiū exiſtenſ in ſpiſſitudine muri contra boſtiū tēpli Notandum autem q̄ ſicut ſupra. x. & xi. ca. ubi deſcribitur deſtructio ciuitatiſ & tēpli Propheta uidit gloriam domini exeuntem de templo & atrio per portam oriētalē & poſtea de ciuitate tota in qua deſignabatur receſſuſ protectioniſ diuine a templo. ciuitate: ita hic per portam oriētalem uidit Propheta gloriā domini intrantem atriū & inde templum ad ſignificandum aſſiſtentiam diuine uirtutiſ ad protegendum templum & ciuitatem que ibi deſcribuntur. Vnde in fine libri dicitur: & nomen ciuitatiſ ex illa die dominuſ ibidem. Et audiui: Hic conſequenter ponit̄ Prophete inſtructio de domo deſcripta cum dicitur. & audiui loquentē ad me de domo. Dicunt aliqui expoſitoreſ. q̄ de domo: ſignificat terminum a quo procedebat iſta locutio. & ſic loquēſ intelligitur eſſe in domo quem audiebat Propheta exiſtenſ in atrio & per conſequenſ iſte loquenſ eſt aliuſ ab āgelo ſtāte iuxta Prophetam in atrio Hebrei uero dicūt & melius ut uidetur q̄ li de. tenet̄ ibi materialiter & eſt ſenſuſ. & audiui loquentē ad me de domo: id eſt inſtruentē me de cōditionibuſ domuſ. & ſecundū hoc iſte loquenſ eſt angeluſ ſtāſ cū Propheta & hoc patet per hoc q̄ ſubdit̄. & uir id eſt āgeluſ in ſpecie uiri: qui ſtabat iuxta me dixit ad me: inſtruēdo me de conditionibuſ domuſ predicte. ideo ſubditur fili hominiſ locuſ ſolii mei etc. Dicitur autem templum deſcriptum locuſ ſeſſioniſ & habitatioīſ diuine uirtutiſ & gratie. & non polluēt ultra domuſ Iſrael nomē

ſanctum meum: per Idolatriã ſicut & ipſi Regeſ eorũ fecerunt multipliciter ut patet tertio. Reg. &. iiii. In fornicationibuſ ſuiſ: dicit autem Idolatria fornicatio ſpiritaliſ eo ꝙ anima ibi fornicatur cum diabolo. Dicitur etiam fornicatio corporaliſ eo ꝙ in aliquibuſ Idolatriſ exercebat fornicatio corpaliſ ſcilicet in Idolatriſ Veneriſ & Priapi. quia fabricati ſunt limen ſuum iuxta limen meum: quod exponunt aliqui de Regibuſ habitantibuſ iuxta templũ: ſicut dicit de Salomone tertio. Reg. ii. de Athalia. quarto. Reg. ſed quoniam ſancti Regeſ leguntur ibi inhabitaſſe ut Dauid Ezechiaſ & Ioſiaſ & illud quod dicitur hic fabricati ſunt limen etc. dicitur tanq̃ quid illicitum: & pertinenſ ad Idolatriam: Ideo meliuſ dicitur limen ſuum etc. li ſuum refertur ad Idolum nam aliqui Regeſ. iii. Reg. leguntur poſuiſſe Idola iuxta templum. & aliq etiam in atriſ templi: ut dicitur de Manaſſe quaro. Reg. & muruſ erat inter me & eoſ: id eſt deoſ alienoſ: qui per parietem modicum erant diuiſi a Sancto ſanctorũ ubi erat propitiatorium tanq̃ ſedeſ dei. propter quod conſumpſi eoſ: per Regem Babyloniſ. cetera patent uſq; ibi. tu autem fili hominiſ oſtẽde domui Iſrael templum: id eſt formam templi ſupra deſcripti per me edificandi. & confundantur ab iniquitatibuſ ſuiſ propter quaſ templum Salomoniſ eſt deſtructũ cetera patẽt uſq; ibi. & uniuerſa precepta eiuſ: ſcilicet qualiter cuſtodiri debeat. & officiari. cunctũq; ordinem eiuſ: id eſt ordinem ſacerdotũ Leuitarũ & Ianitorũ. & omneſ legeſ eiuſ: id eſt cerimoniaſ diuini cultuſ. cetera patent uſq; ibi. oĩſ fineſ eiuſ ĩ circuitu: id ẽ omnia edificia circa templũ exiſtentia uſq; ad murum exteriorem incluſiue que dicunt Sancta ratione Sancti ſanctorũ quod eſt in templo: & ideo ſupradictum eſt ꝙ muruſ exterior diuidit inter ſanctum & uile. Iſte autem menſure: poſt deſcriptionem templi: Hic conſequenter ponit deſcriptio altariſ holocauſti. & diuidit in treſ parteſ. nam primo deſcribit eiuſ dimenſio. Secundo eiuſdem dedicatio ibi. & dixit ad me: Tertio offerentium in illo uaria conditio in principio. xliii. ca. Ad intelligentiã prime partiſ ſciendum ꝙ altare holocauſtorũ deſcribit hic quadrum equilaterũ & ex partibuſ. ix. compoſitum. Prima parſ iuxta terrã uocatur ſinuſ: ſiue fundamentum & eleuatur ſuper terram per cubitum unum. Secunda crepido minor. nam ibi incipit diſcrepare edificium altariſ a fundamento. reſtringendo a latitudine fundamentum per unum cubitum. & aſcendit ſurſum per duoſ cubitoſ. Tertia crepido maior: nam iterum reſtringitur edificiũ altariſ per unum cubitum modo dicto: & eleuatur ſurſum per quattuor cubitoſ. propter quod dicitur maior reſpectu precedentiſ: que aſcendit per duoſ cubitoſ tantum. Quarta uero ariel. & aſcendit ſurſum per quattuor cubitoſ. & eiuſ ſuperficieſ ſuperior eſt locuſ ubi crematur holocauſtum. & ſic altitudo altariſ ſuper terram eſt. xi. cubit. & ſuper altare in quattuor eiuſ ãguliſ quattuor cornua de quorum altitudine non fit mentio in textu nec in gloſa. Sciendum ꝙ iſta quattuor cornua diſtant ab extremitatibuſ altariſ facientibuſ eiuſ anguloſ & locuſ crematioñiſ holocauſti: & ſic circa locum crematioñiſ unuſ cubituſ additur in circuitu. Ex quo ſequitur ꝙ tota ſuperficieſ ſuperior altariſ habeat in quadro. xiii. cubitoſ quia locuſ crematioñiſ eſt eſt duodecim cubitorũ in quadro. Item in extremitatibuſ altariſ eſt quedam erectura ſurſum eleuata per unum palmum ſicut fit in ſcacariſ & illa uocatur labium altariſ ſicut deſcribitur in figura. Sciendum tamen ꝙ cum altare ſit quadratum equilaterũ non poteſt totum figurari in plano ſed unum latuſ tantum. alia uero tria ſunt per Imaginationem inſpicientiſ ſupplendam.

His ita uisis ꝑma pars in duas diuidit quia primo describit altaris dimēsio generaliter. Secundo particulariter ibi. hoc quoq;. Circa primum dicitur. Iste autem mensure altaris: sepe sūt que inferius describūt. in cubito ueriſſimo id est cubito sanctuarii. qui habebat cubitum & palmum: nam ultra communem cubitum continet unum palmum. sicut dictum est supra. xl. ca. in sinu eius: Hebrei dicunt. in fundamento eius: potest tamen fundamentum dici sinus ſimilitudinarie: quia recepit ea que supponuntur: sicut sinus ea que in ipso reponuntur. erat cubitus: quia per unum cubitū ascēdit sup̄ terrā & cubitus in latitudine: tantum enim excedit fundamentum siue sinus edificiū altaris ꝙ supponitur. & definitio: id est altaris terminati. Vnde in Hebreo ponitur. & ter/minus usq; ad labiū: id est altitudo altaris terminat in superiori superficie que habet labium: ut predictum est: & subditur quantitas huius labii cum dicitur: & in circuitu palmus unus: sursum ascendendo. & sic habetur dimensio altaris in generali: quia de/scripta est pars inferior & superior. Hoc quoq;: hic consequenter describit altaris dimensio particulariter cum dicitur. hec quoq; erat fossa altaris: Sciendum ꝙ dictio Hebraica hic posita aliquando accipitur pro fossa uel profunditate: aliquando pro eleuatione sursum sicut in latino hoc nomen altitudo licet cōmuniter accipiatur pro eleuatione sursum: tamen aliquando accipit pro ꝓfunditate per oppositū sicut psal. xlxxviii. ueni in altitudinem maris id est improfundum. Ideo subditur & tempestas demersit me. & Io. iiii. puteus altus est id est profundus. & ideo ubi translatio nostra habet. fossa: debet dici altitudo & hoc patet per literam sequentem cum dicitur. & de sinu terre: id est de fundamento altaris quod immediate adheret terre. usq; ad crepi/dinem nouissimam. In Hebreo habetur. paruam: & hoc patet per litteram sequentē ubi uocat crepido minor. duo cubiti: scilicet altitudinis huius crepidinis. & sic omittit hic unus cubitus altitudinis fundamenti sed in fine resumitur. & latitudo cubiti uniuſ. & accipitur hic latitudo spatium secundum quod extenditur ultra edificium imediate suprapositum ab eo ꝙ supponitur. & eodem modo exponendum est: quod subditur. a crepidine minore: id est ab eius superiori parte. usq; ad crepidinē maiorem: id est usq; ad terminum eius superiorem, quattuor cubiti: propter quod dicitur maior cre/pido quia ascendit per quattuor cubitos alia per duos tantum. ipse autem Ariel: id ē superior pars altaris que uocat Ariel eo ꝙ superior superficies est locus cremationis holocaustorum ut supra. dictum est. & sic deuorat illas carnes. Ariel autem leo fortis interpretatur. quattuor cubitorum: ascendendo sursum. & ab Ariel id est ab eius an/gulis. & Ariel. xii. cubit. per quadrum. & crepido: scilicet ipsius Ariel. xxiiii. cubit. scilicet per quadrum quia unus cubitus in quattuor lateribus altaris protendit ultra cornua ut predictum est. & sic tota superficies superior altaris est. xiiii. cubitorū. in quadrū & uocat ille cubitus crepido altaris. qa ibi discrepat altare ab eo ꝙ est inferius

per unum cubitum ultra se extendens: & spissitudo illius crepidinis est dimidii cubiti. Ideo subditur: & corona in circuitu etc. In Hebreo habetur. & crepido potest tamē dici corona quia superiorem partem altaris circūdat. & sinus eius: id est fundamentū altaris. unius cubiti: super terram & sic resumitur altitudo fundamenti que supra fuit omissa ut predictum est. gradus autem eius: scilicet altaris uersi. ad orientem: id est positi in parte orientali altaris ut sic sacerdos offerēs super altare habeat faciem uersam ad templum quod est in parte occidentali. Et dixit ad me: Hic consequenter describit dedicatio altaris per sacrificia septem diebus. & .viii. die. & deinceps fient ibi sacrificia. & oblationes rite. & patet littera paucis exceptis que discurrentur. & dabis sacerdotibus: id est dandum in futuro denunciabis. qui sunt de semine Sadoch: expo/natur sicut supra in fine. xl. ca. & mundabis illud: id est aptabis ad faciendum ibi ob/lationes. & cōbures eum in separato loco domus etc. id est ultra clausuram totius edificii tamen extra atrium interius & templum. septem diebus facies bircū: id est offeres illū: & cetera animalia. & implebunt manus eius: id est locum cremationis dictis sacrificiis. & dicitur manus eo ꝙ capit super posita sacrificia. cetera patent ex supradictis.

ET conuertit: Post descriptionem dedicationis altaris. .XLIIII.

Hic agitur de oblationibus ibi fiendis. & diuiditur in duas partes: quia primo de hoc agit ꝯtum ad principes. Secundo ꝯtum ad ministros & sacerdotes. ibi. & eduxit me: Circa primum sciendū ꝙ princeps est uicarius dei in temporalibus. & ideo descri/bitur hic habere prerogatiuam in modo ueniendi ad offerendum. tamen per manus sacerdotum. & etiam ꝯtum ad comedendum. nam de oblatione pacifica una pars cedit in usum offerentium. quam debēt comedere coram domino. ut diffuse dictum fuit in Leuit. quantum igitur ad primum scilicet uiam ueniendi ad offerendum dicitur. & conuertit me: scilicet angelus me deducens. ad uiam porte sanctuarii exterioris: id est atrii interioris: quod dicitur hic sanctuarium exterius. Nam ibi offerebatur sacrificiū sub diuo in altari holocaustorum. sed consumebat̄ per oblationem incensi intra tem/plum. cetera patēt usq; ibi: & uir non transiet per eam: id est homo de cōmuni populo & subditur ratio: quoniam deus Israel ingressus est per eam: propter quod debet esse maioris reuerentie & minus communis ꝙ alie. de hoc autem ingressu domini per eam habetur. supra in principio. xliii. ca. eritq; clausa: Hic est finis uersus in Hebreo. & est sensus ꝙ erit clausa cōmuni populo. & sequitur principiū sequentis uersus: Prin/cipem: & subintelligitur excipio sicut. secundo. Reg. quinto. dicitur qui percusserit Iebuseum: & subintelligitur: erit Princeps militie sicut ibidem fuit declaratum: & sic est impropositio: Ideo subditur. Princeps ipse sedebit in ea: id est non solum poterit ibi intrare: sed ibi sedere: & ad quid subditur. ut comedat panem: id est hostie sue partē. nam nomine panis intelligitur in scriptura omnis cibus ut frequenter supra dictū est. per uiam porte uestibuli: id est porticus orientalis interioris atrii. ingredietur: ad offe/rendum. & per uiam eius egredietur: & in hoc quedam prerogatiua Principis tangit̄. nam infra. xlvi. ca. dicitur ꝙ populus ingrediens per uiam aquilonarem egrediatur per australem: & econuerso: ad dictam sententiam inducit̄ per expositores Latinos translatio nostra ubi dicitur: & erit clausa Principi: id est pro reuerentia Principis p eam ingredientis sicut si diceret̄ hoc cellariū est sigillatū ori Regis id est appropriatū usui eius. Et adduxit me: hic consequenter agitur de oblationibus ꝯtum ad ministros & sacerdotes: Et diuiditur in duas partes: quia primo agit̄ de malis ministris. Secūdo de bonis ibi. Sacerdotes aut Leuite Prima adhuc in duas: qa ꝑmo arguit̄ extraneorum institutio. Secūdo intraneorum destitutio ibi. sed & Leuite: Prima pars patet paucis

exceptis que discurrentur. in conspectu domus: id est templi. & ecce impleuit gloria domini: sicut supra expositum est in principio. xliii. ca. de uniuersis cerimoniis: id est oblationibus & sacrificiis. & de cunctis legibus eius: id est de modis uiuendi ministrorū & sacerdotum. & ponet cor tuum in uiis templi: id est ad retinendū in corde sicut supra sunt descripte. sufficiant uobis omnia scelera uestra: id est āmodo debetis cessare ab eis & erubescere. eo q̄ inducitis: id est induxistis: dum adhuc: staret templū Salomonis. Dicit tamen inducitis de presenti: nam aliq habebant uoluntatē hoc faciendi si possēt filios alienos in circūcisos etc. aliqui enim Reges & Sacerdotes non solum posuerunt Idola in Hierusalem sed etiam in atriis templi. & ad cultum illorum admittebant sacerdotes gētiles cultum Idolorum scientes. & cum eis sacrificabant Iudeorū sacerdotes & postea offerebant sacrificia domini. Ideo subditur. & offertis panes meos etc. & posuistis custodes obseruationum mearum in sanctuario meo: id est in atriis meis & tēplo uobismetipsis: ad questum uestrum. & non ad honorem meum. & subditur sententia domini omnis alienigena incircūcisus corde. q̄tū ad Iudeos malos. & in circūcisus carne quantum ad gentiles. Sed & Leuite: hic consequenter describitur intraneorum destitutio a sacerdotis officio. & reductio ad officia uilia & minora. Dicit ergo. sed & Leuite: id est sacerdotes Leuitici generis. qui longe recesserunt a me: per Idolatriam. in errore filiorum Israel: sequentes in hoc Reges & populum. & portauerūt iniquitatem suam: custodes & seruitores in edibus scilicet aliis a templo & interioribus gazophylacis a quibus excluduntur: ut patebit infra. & ideo sanctuarium accipitur hic large prout se extendit ad loca intra murum exteriorem inclusa. & ministri domus. in officiis minoribus. Ideo subditur. ipsi mactabant holocausta etc. interficere enim animalia & excoriare & lauare intestina a fecibus scopare domos & consimilia ista sunt uilia: quibus isti deputantur. ipsi stabant in conspectu eorum: scilicet sacerdotum & Leuitarū officia maiora facientium. ut ministrent eis: in officiis uilibus predictis sicut serui dominis suis & subditur ratio huius cum dicitur: pro eo q̄ ministrauerūt illis: id est Idolatris de quibus supra dictum est. & facti sunt domui Israel in offendiculū iniq̄tatis: licet enim Sacerdotes assensserint primo Regibus & maioribus de populo ut predictū est: tamen multi q̄ horrebant Idolatriam uidentes Sacerdotes Idolatrare tracti fuerunt exemplo eorum ad Idolatrandum. Idcirco leuaui manum meam. id est uirtutē iustitie mee. super eos: puniendo ipsos per Regem Babylonis. & portauerunt iniquitatem suam: id est iniquitatis sue penam. & non appropinquabunt ad me etc: tanq̄ degradati a dignitate pristina. neq; accedent ad omne sanctuarium iuxta Sanctum sanctorum: ex hoc patet q̄ per sanctuarium hic intelliguntur gazophylacia sacerdotum que sunt a dextris & sinistris templi. & atrium interius quod est in facie eius. cetera patent ex dictis. Sacerdotes autem: Hic consequenter agitur de sacerdotibus Leuite: id est generis leuitici. filii Sadoch: hoc dicit̄ quia tempore Salomonis Sadoch fuit positus in sacerdocio summo ab Iathar inde deiecto: ut habetur. tertio. Reg. iii. qui custodierunt cerimonias sanctuarii mei: id est debitū cultum templi. ipsi accedēt ad me ut ministrent mihi: in interiori atrio & in templo: Ideo subditur. & stabunt in conspectu meo ut offerant mihi ad ipse etc. ista enim offerebantur in atrio interiori in altari holocaustorum. ipsi ingredientur sanctuarium meum: id est templū. & ip̄i accedent ad mensuram meam: ad ponendum ibi panes propositionis uel per mensam

hic intelligitur altare incensi ut dictum est supra. xli. c. in quo sacerdotes cōsūmabāt sacrificia offerendo thymiama. Cunq; Hic secundo describitur eorum inductio cū dicitur: cunq; ingrederentur portas atrii interioris: ad ministrandum uestibus lineis in/duentur: intelligitur de uestibus exterioribus non de interioribus ut dicunt aliqui. Sed illud uidetur excludi per hoc quod subditur. neq; ascendet super eos quicq̄ laneū nec ualet argumentum eorum scilicet q̄ Sacerdotes aliter affligerent nimis frigore. nam de lino possunt fieri uestes contra frigus sufficientes. uitte linee erūt in capitibus eorum: debent enim sacerdotes uti etiam minores ut habetur. Exo. xxviii. mitris de byssо que est genus lini candidissimi. & non attingentur in sudore: id est sub asellis in quibus homines sudant de facili. sed in loco demissiori ut exponunt Hebrei. & non sanctificabunt populum: alloquēdo eum in atrio exteriori. in uestibus suis in quibus ministrauerant domino. Caput autem: Hec est tertia pars in qua describitur eorum conuersatio. cum dicitur: caput autem suum non radent: nam hoc faciebant aliqui sacerdotes Idolorum. neq; comam nutrient: sicut per oppositū faciebant aliqui sacer/dotes aliorum Idolorum dimittentes crescere capillos suos sicut mulieres. diuersorum enim Idolorum erat uarius cultus & aliquando cōtrarius sicut in sacris Veneris colētes erant nudi & in sacris Martis erant armati. sed tondentes attondent capita sua: & sic capita non radent nec comam nutrient. & uinum non bibet: ut discretius se habeat in ministerio domini. & uiduam etc. excipitur tamen uidua a sacerdote relicta. scilicet quando moriebatur sine berede. tunc enim frater suus tenebatur: accipere eam: ad suscitandum beredem defuncti. Et populū meum: Hec est pars quarta in qua agit de sacerdotum doctrina cum dicitur. & populum meum docebūt quid sit inter san/ctum & pollutum: unum ad tenendum: aliud ad uitandum. & cum fuerit cōtrouersia: inter iudices urbium longinquarum. stabunt in iudicijs meis & iudicabunt: id est de/terminabunt controuersiam illam. dicitur enim Deutro. xvii. q̄ de aliis ciuitatibus & uillis debent uenire ad sacerdotes in ciuitate electa ad cultū dei ut per eos determinēt dubia. & firmiter teneatur eorum sententia. cetera patent. Et ad mortuum: Hec est pars Quinta in qua describitur eorum mundatio ratione mortui: cum dicitur. & ad mortuum hominem non ingredientur: sicut ceteri homines. ne polluantur: & per cō/sequens sint inhabiles ad ministrandū coram domino excipiūtur tamen alique persone ratione propinquitatis cum dicitur. nisi ad patrem & matrem etc. in quibus contami/nabuntur: id est poterunt ingredi ad plangendum: & sepeliendum: & tamen ex hoc contrahent immundiciam ab ingressu sanctuarii retardātem: Ideo subditur. & postq̄ fuerit emundatus: per aquam expiationis: de qua habetur Numeri. xix. septem dies numerabuntur ei: anteq̄ possit sanctuarium ingredi. cetera patent usq; ibi. offeret pro peccato suo: oblationem determinatam in Leuitico. Non erit etc. Hec est sexta pars in qua describitur eorum sustentatio cum dicitur: non erit autem ei hereditas: sicut aliis Tribubus: tamen assignanda sunt eis loca pro habitationibus & pro peco/ribus alendis ut habetur Iosue. xxi. & etiam infra ultimo. ca. In quibus debent suc/cedere heredes eorum: & propter hoc dictum est supra. q̄ sacerdos tenebatur accipe uxorem fratris defuncti sine berede. ego hereditas eorum: id est de bonis mihi obla/tis erit sustentatio eorum. Ideo subditur. victimam: scilicet pacificam cuius una pars erat Sacerdotum. & alia offerentium. pro peccato: scilicet commissionis. & p̄ delicto: id est peccato omissionis. ipsi comedēt: in quibus offerentes nihil habent. & omne uo/tum: id est promissum uoluntarie deo factum. & omnia libamenta: iste sunt obla/tiones de liquidis ut uino & oleo. & primitiua ciborum uestrorum: ut frugum uestra-

terre naſcentium de quibuſ fiunt tibi homni. & reponat benedictionem: id eſt domuſ babundāſ. domui ſue. i. q̄ ſufficiat ad ſuſtentationē ſui & familie ſue oīe morticiuū: id eſt animal quod languore moriē. & captū a beſtia: ſicut ſūt carneſ ouiſ a lupo ſtrangulate. & cōſimileſ carneſ non debent ſacerdoteſ comedere. .XLV.

QVmq; ceperitiſ: Superiuſ poſita eſt templi & altariſ deſcriptio: Hic cōſequēter deſcribiē terre poſſidēde diuiſio. Ad cuiuſ euidentiā conſiderandū q̄ hec diuiſio differt a diuiſiōe que facta fuit tēpore Ioſue. nam de illa fuit preceptum q̄ pluribuſ daretur portio maior & paucioribuſ minor. Hec aūt diuiſio fit p̄ portioneſ equaleſ inter. xii. Tribuſ. Itē q̄tū ad ſitū: nam Tribuſ Iuda que fuit bellicoſior: accepit ſortē in termino terre uerſuſ auſtrū. & Tribuſ Effraim que poſt illā fuit bellicoſior uerſuſ aquilonē: ut ſic reſiſterēt meliuſ aduerſariuſ uolētibuſ ingredi terrā p̄miſſioniſ. hic aūt fit aliter ut ex ſequētibuſ apparebit. Itē ſciendū q̄ lōgitudo terre p̄miſſioniſ accipiē ab aq̄lone in auſtrū. latitudo uero ab oriēte in occidentē. ſed in portiōibuſ aſſignādiſ diuerſiſ Tribubuſ & populiſ fit ecōuerſo: qa lōgitudo accipiē ab oriēte in occidentē & latitudo ab aq̄lone in auſtrū. Deſcribiē ergo hec diuiſio p̄mo i treſ p̄teſ: quarū una eſt uerſuſ aq̄lonē. & diuidiē in. vii. portiōeſ ſcipiēteſ ab oriēte. & terminātē i occidētē p̄. vii. Tribubuſ. alia p̄ eſt uerſuſ auſtrū. Et diuidiē ſimiliter in. v. portioneſ pro. v Tribubuſ reſiduiſ. Tertia uero p̄ que eſt media inter iſtaſ diuidiē in q̄ttuor portiōeſ. Prima uerſuſ aquilonē ē portio ſacerdotū: in q̄ ſituatū eſt tēplū. Secūda uero eſt Leuitarū: & quelibet iſtarū eſt lōgitudiniſ. xxv. miliū calamorū. & latitudiniſ. x. miliū calamorū. Tertia uero ē portio ciuitatiſ habēſ. xxv. milia calamorū in lōgitudine & v. miliū calamorū in latitudine. & ſic patet q̄ iſte treſ p̄teſ ſimul iūcte faciūt q̄dratū eq̄laterū. xxv. miliū calamorū. licet aūt lōgitudineſ iſtarū triū p̄tiū dictarū accipiantē ſcdm dimenſionē ab oriēte in occidentē: ſicut alie p̄dicte: nō tñ tm̄ extenduntur uerſuſ orientē & uerſuſ occidētē q̄tū ille. nā ſupradicto incipiūt a termio oriētali totiuſ terre & terminant ad mare mediterraneū: qđ eſt eiuſ terminuſ occidētaliſ. Terra uero p̄miſſioniſ a termio oriētali uſq; ad terminū occidētalē multū pluſ extēdiē: q̄ ſint xxv. milia calamorū. & ideo iuxta treſ portiōeſ ultimo dictaſ ab oriētali p̄te uſq; ad terminū occidentalē terre remanet magna portio terre & ſimiliter uerſuſ occidentem] cuiuſ latitudo ab aquilone in auſtrum eſt. xxv. milium calamorum ſicut & latitudiniſ ſimul ſumpte ſunt. xxv. milium calamorum. & hec portio terre ad orientem & occidentem dicitur portio principiſ. Ad quod faciliuſ intelligendum ponit hic figura.

His premissis ad litteram reuertamur. Cunq; ceperitis etc. Circa terre diuisionem sic
proceditur. quia primo descriptio huius diuisionis inchoatur. Secundo quedam inci/
dentia interponuntur ibi. Statera iusta. Tertio descriptio dicte diuisionis resumitur
& consũmatur. ca. xlvii. ibi. Hec dicit dominus. Prima in duas: qa primo describũt
portiones Sacerdotum & Leuitarũ. Secundo ciuitatis & Principis ibi. & possessionẽ
ciuitatis: Prima adhuc in duas: quia primo describitur portio sacerdotum & Leuitarꝝ
Secundo quid in eis debeat fieri: ibi & in ipsa. Circa primum agitur primo de portiõe
sacerdotum cum dicitur. Cũq; ceperitis terram diuidetur sortito: id est mensurabiliter
non enim potest hic accipi. sortito. pro fortuitu: euentu quia tertius modus diuidendi
prefigitur in sequentibus. separate primitias domino: portio enim Sacerdotum dicitur
specialiter quid sanctificatum. & primitie domino: eo ꝙ principaliter seruiant domino:
longitudine. xxv. M. scilicet calamorum ut dictum est. & patet in figura. sanctifi/
catũ erit in omni termĩo etc. id est tota portio sacerdotum dicit̃ sancta. & erit ex hoc
sanctificatũ. id est ex portione sacerdotum accipietur una portio que sanctior dicit̃
eo ꝙ est pro edificatione templi: Ideo subditur. quingentos per quingẽtos. s. calamos.
murus enim exterior est quingentorum calamorum in quolibet latere: sicut dictũ est
diffuse in fine. xlii. ca. & ideo male dicunt illi qui dicunt ꝙ hic describit̃ mensura cuius
quodlibet latus est quingentorum cubitorũ. ut dicunt. sed fundant se super falsum fũ/
damentum: prout. xlii. ca. fuit dictum: &. xlx. cubitis in suburbana eius: ex primo
errore dicunt hic consequenter ꝙ isti. xlx. cubiti sunt spatiũ inter murũ exteriorem:
& medium contentum: quod est falsum: quia secundũ eos dicitur locus uulgi & sic plu/
res persone conueniunt ad locum istum: q̃ ad atrium exterius. & sic inconueniens ui/
detur: ꝙ sit ita parue latitudinis respectu atrii interioris cuius atrium inter secundum
murum & tertium est secundum eos quadringẽtorum cubitorum. Item iste locus dicit̃
suburbium uel suburbana quod nomen non dicitur in uet. test. de aliquo loco clauso.
nec etiam secundũ cõmunem modũ loquendi. Vnde & Ra. Sa. dicit hic ꝙ hec dictio
Hebraica hic posita significat locum distoopertũ id ẽ non clausum nec edificatum. &
ideo isti. xlx. cubiti accipiendi sunt extra murum exteriorem circa quem in omni la/
tere est spatium. xlx. cubitorum latitudinis sic dimissum propter reuerentiã edificiorꝝ
& templi & apparentiam. Et a mensura: Hic consequenter describit̃ portio Leuitarꝝ
cum dicitur. & mensura: id est iuxta portionem sacerdotum mensuratam. mensurabis
longitudinem. xxv. milium: scilicet calamorum. hec est portio Leuitarum ut patet
ex premissis. Et in ipso: hic ostenditur quid in ipsis portionibus sit agendum: & primo
in portione sacerdotum: cum dicitur. & in ipso: scilicet spatio sacerdotibus deputato.
erit templum: quantum ad primam partem templi. sanctũq; sanctorum: quantũ ad
secundam partem & per ista duo que sunt principalia: intelliguntur omnia alia edi/
ficia etiam murus exterior. sanctificatum de terra erit sacerdotibus: q. d. ratione tẽpli
terra sacerdotum dicitur sancta eo ꝙ ad templi ministerium sunt deputati. & erit eis
in domos: ex quo patet ꝙ excluditur spatium. xlx. cubitorũ predictum ubi non est
edificandum. & in sanctuarium sanctitatis: q. d. Ideo terra sacerdotum dicitur sancta
eo ꝙ ministrant in sanctuario. & est repetitio sententie p̃dicte ad maiorẽ exp̃ssionẽ.
Consequenter agit de portione Leuitarum. d. xx. autem. v. milia longitudinis &. x
milia latitudinis: supra mensurata iuxta portionem sacerdotum. erunt: scilicet Leui/
tarum. Vnde sudditur. Leuite qui ministrant domui: id est templo. ipsi possidebunt.
xx. gazophylacia: in sua portione construenda: ut exponunt aliqui. uidetur au/
em mihi ꝙ melius exponitur de. xxx. gazophylaciis existentibus in atrio exteriori:

quorum. xx. deputãtur hic Leuitiſ pro tempore ſue miniſtrationiſ. Vnde & ꝑmittit Leuite qui miniſtrant domui etc. Et poſſeſſionem: Hic conſequenter deſcribitur portio ciuitatiſ cum dicitur. & poſſeſſionem ciuitatiſ: id eſt pro loco ad ciuitatem edi/ ficandam & ſeruientibuſ ciuitati ut habetur infra. cap. xlviii. quinq; milia latitudiniſ etc. hoc patet ex premiſſiſ & figura. ſecundũ ſeparationem ſanctuarii: id eſt ſicut por/ tio ſacerdotum in qua eſt ſanctuarium habet. xxv. milia calamorum in longitudine: ſic & iſta. omni domui Iſrael. q. diceret portio iſta cedit in bonum totiuſ populi Iſrael. Principi quoq; Hic conſequenter deſcribitur portio Principiſ cum dicitur. Principi quoq; hinc & inde: id eſt ad orientalem & occidentalem partem trium portionum pre/ dictarum ſupple dabitiſ potionem: ideo ſubditur. in ſeparationem ſanctuarii: id eſt iuxta portionem ſacerdotum & Leuitarum ſanctuario deſeruientiũ. & in poſſeſſionẽ ciuitatiſ: id eſt iuxta poſſeſſionem ciuitatiſ. & contra faciem: faciеſ hic nominatur la/ tuſ occidentale trium portionum predictarum ſcilicet portioniſ ſacerdotũ & portióiſ Leuitarum que nomine ſanctuarii intelliguntur: cum dicitur: ſeparationeſ ſanctuarii nam iſte due portioneſ diſtincte ſunt ab aliiſ pro miniſtriſ ſanctuarii & portioniſ urbiſ: Ideo ſubditur. & contra faciem etc. a latere mariſ: id eſt a latere occidentali trium portionum predictarum. uſq; ad mare: quod eſt terminuſ occidentaliſ totiuſ terre: ſupple erit de poſſeſſione Principiſ. & a latere orientiſ: id eſt a latere orientali trium dictarum portionum uſq; ad terminum orientalem totiuſ terre erit ſimiliter de Prin/ cipiſ portione. longitudinem autem: ſcilicet portioniſ Principiſ. iuxta unãquanq; partium: incluſiſ tribuſ portionibuſ dictiſ. a termino occidentali: totiuſ terre uſq; ad terminum orientalem ſimiliter totiuſ terre & hec patent in figura: & ſubditur cauſa portioniſ Principiſ cum dicitur. & non depopulabuntur ultra etc. id eſt Principiſ nó ſpoliabunt populum ſuũ bonis ſuis & hereditate ſua. ſed erunt contenti portione pro/ pria: Ideo ſubditur. ſufficiat uobiſ Principeſ Iſrael: ſupple portio ueſtra. iniquitatem & rapinaſ intermittite: aliter non eſſent Principeſ ſed tyranni. & iudicium & iuſticiam facite in populo: ad hoc enim tenentur ex officio ſuo. ſeparate confinia ueſtra a po/ pulo meo: i. non tranſcendatiſ limiteſ poſſeſſionis ueſtre aliorum hereditatẽ defalcãdo Statera iuſta: Inchoata diuiſione terre hic interponuntur quedam incidentia anteq̃ dicta diuiſio terminetur. Primum eſt de legalibuſ menſuriſ quibuſ uti debet populuſ: cum dicitur. ſtatera iuſta: que eſt inſtrumentum ponderandi. & ideo debet eſſe iuſta. & ephi iuſtum: eſt aũt ephi menſura aridorũ: ut hordei: tritici. farine. & ſimilium. & Bachuſ qui eſt menſura liquidorum ut uini. olei. & ſimilium. equalia & unius menſure erunt: id eſt equaliter capient Ephi in aridiſ: & Bachuſ in liquiſ. & quantũ capient determinate ſubditur ut capiãt decem partem Chori Bachuſ. Eſt autem Choruſ no/ men menſure in liquidiſ & aridiſ ſicut apud noſ hoc nomen ſextariuſ: dicimuſ eſſe ſex/ tarium uini. & ſextarium bladi. & capit Choruſ triginta modioſ. & per conſequens Bachuſ qui eſt decima parſ Chori continet treſ modioſ in liquidiſ. & ſimiliter Ephi in aridiſ. Iſti tamen modii ſunt parui. probabile enim eſt ꝙ ſcriptura loquitur hic ſicut in aliiſ libriſ uet. teſt. Ruth uero tertio, capitulo dicitur ꝙ ipſa portauit ſex modioſ hordei ſimul & ſemel de area Booz uſq; ad domum ſocruſ ſue. Et quoniam moneta eſt medium. & menſura rerum uenalium. ideo de eiuſ quantitate ſubditur. ſiclus autem genuſ: eſt monete uiginti obolos habebit. ſicut determinatur in Exo. & Leuit. porro uiginti ſicli. & uigintiquinq; ſiccli &. xv. ſicli qui faciunt ſexaginta ſicloſ ſimul iuncti. mnam faciunt: quod eſt genuſ fortioriſ monete. Dicunt autem aliqui qui diligentius

uiderunt dicta Iſide. & Papie. de monetis ꝙ obolus tantum ualet de argento quantū unus paruus thuronenſis. & ſecundum hoc ſiclus ualet uiginti thuronenſes paruos. Mna uero. c. ſolidos thuronenſium paruorum. Sed melius uidetur dicendum ꝙ ualor istorum est nobis incertus quia ualor monetarum mutatur. non solum secundum differentiam nature ut auri: argenti. & similium sed etiam secundum uarietatem terrarum. Et he sunt primitie: hic ponitur secundum incidens scilicet de primitiis summo sacerdoti reddendis. & diuiditur in duas partes: quia primo describitur primitiarum redditio. Secundo redditionis ratio ibi. in sacrificium. Circa primum sciendum ꝙ sicut in lege precipiātur sibi dari primitie: tamen ibi non determinatur quota pars debeat dari. Hic autem determinatur ne Sacerdotes ex cupiditate plus exigant. & populus ex auaricia & in deuotione det minus. & hoc est: quod dicitur. He sunt primitie quas tolletis: id est separabitis ab eo quod remanebit uobis. sextam partem Ephi de Choro frumenti: & hec est sexagesima pars Chori & eodem modo dicendum est de aliis aridis: & similiter de liquidis: Ideo subdit̄. & sextam partem Ephi etc. & patet ex dictis littera usq; ibi. arietem unum: ubi taxatur quota primitiarum de animalibus cum dicitur & arietem unum de grege ducentorū: id est de ducentis arietibus danduś est unus Summo sacerdoti. pro primitis. de iis que nutriuit Israel id est similis portio datur de aliis animalibus nutritis a populo Israel. Si autem queratur quare minor portio dat̄ de animalibus scilicet ducentesima q̄ de terre nascentibus de quibus datur sexagesima: Responderi potest ꝙ nutritio animalium fit cum maioribus laboribus curis & sumptibus. & ideo maior pars debet remanere nutritoribus animalium q̄ cultoribus terre nascentium. In sacrificium: Hic ponitur ratio redditionis primitiarū scilicet ut Princeps Sacerdotum de istis offerat deo pro se & pro populo. Et diuitur in tres partes nam primo agitur de oblationibus Principis in spiritalibus. Secundo huius occasione de oblatione Principis in temporalibus. xlvi. capitulo. Tertio de oblatione tugis sacrificii ibi. & agnum: Prima adhuc i duas: quia primo describitur hec oblatio in generali. Secundo magis in speciali ibi. hec dicit. Circa primum dicitur. in sacrificium etc. quasi diceret ad hoc dantur primitie predicte ut inde fiat sacrificium quod partim comburitur ad honorem dei: & partim comeditur a sacerdotibus. & in pacifica: hodie uero pacifice una pars comburitur & alia a sacerdotibus comeditur. & tertia ab offerentibus. ad expiandum pro eis: id est pro filiis Israel. omnis populus terre tenebitur primitiis his: soluendis Principi in Israel id est Summo sacerdoti qui est Princeps in spiritalibus. & super Principem erūt holocausta etc. debet enim ea facere: de his que accepit a populo. & a libamina: que sunt oblationes de liquidis ut uino & oleo. in solemnitatibus: que semel fiunt in anno. ut Pasche Pentbecostes & Tabernaculorum. & in Kalendis: id est Neomenis que fiunt in principio cuiuslibet lunationis. & in Sabbatis que fiunt in qualibet bebdomada. cetera patent. Hec dicit: Hic consequenter describitur oblatio Principis sacerdotum magis in speciali & primo describitē eius oblatio fienda primo mense. Secundo fienda mense septimo ibi. septimo mense. Circa primum dicitur: in primo mense: qui incipit apud Hebreos in prima lunatione propinquiori equinoctio uernali siue sit ante siue post: siue in ipso equinoctio sicut diffusius fuit dictum. Exodi. xii. Vna mensis: id est prima die mensis sicut. Gen. ꝑmo dicitur factum est uespere & mane dies unus id est primus. sumes uitulum: id est sumendum a Summo sacerdote describes: Ideo subditur. & tollet Sacerdos de sanguine quod erit: pro peccato & de ſanguine animalis oblati ꝓ peccato. & ponet in postibus

domuſ: id eſt templi. & in quattuor angulis etc. iſta loca ſunt ſuperiuſ deſcripta. & ſic faciet in ſeptima menſis: ſicut dictum eſt de prima id eſt faciēdum deſcribeſ. & iſta duo ſacrificia non ſunt in lege poſita. ſed illud quod ſequitur: ibi ponitur. In primo menſe. xiiii. die menſis: A ueſpera enim huius diei incipit apud Hebreoſ ſollemnitaſ paſchalis ut habetur Exo. xii. &. xiii. & faciet Princepſ: id eſt offeret. uitulum pro peccato: ſuo & populi. & in ſeptem dierum ſollemnitate: id eſt in ſollemnitate paſchali que durat per ſeptem dieſ. faciet holocauſtum: id eſt offerret. & olei Hyn geminuſ eſt menſure & eſt tertia parſ Bachi cuiuſ quantitaſ eſt ſuperiuſ deſcripta eodem capitulo. per ſingula Ephi: ſimile que eſt farina de tritico delicatiſſima. ad hoc enim offerebatur oleum ut cum iſta farina miſceretur. Septimo menſe: Hic ponitur oblatio fienda. ſeptimo menſe de ſumptibuſ Summi Sacerdotiſ cum dicitur: xv. die menſis etc. tunc enim a ueſpera precedentis diei incipiebat ſollemnitaſ Tabernaculorum & durabat per ſeptem dieſ in quibuſ fiebant ſimileſ oblationeſ ſicut ni ſollemnitate Paſchali predictum eſt & ſecundum hoc patet littera. :XLVI.

HEc dicit dominuſ deuſ: Postq̄ deſcripta eſt oblatio Principiſ in ſpiritalibuſ. Hic conſequenter deſcribitur oblatio Principiſ in temporalibuſ. Et diuiditur in duaſ parteſ nam circa oblationem Principiſ Primo deſcribitur moduſ ueniendi. Secundo actuſ offerendi ibi. holocauſtum autem. Circa primum dicitur. Porta atri interioriſ etc. & patet littera ex predictiſ uſq; ibi. & intrabit Princepſ per uiam ueſtibuli: id eſt porte de foriſ. tota enim porta illa eſt extra atrium interiuſ ut ſupra deſcriptum eſt. & ſtabit in limine porte: ita q̄ non intrabit atrium interiuſ. & facient Sacerdoteſ id eſt offerēt. & adorabit: ipſe Princepſ. & egredietur: per eandem uiam per quam uenit facta priuſ oratione. porta autem non claudetur uſq; ad ueſperum. & ſubditur cauſa cum dicitur: & adorabit populuſ terre etcetera ex quo patet illud quod dictum eſt ſupra. xliii. cap. q̄ hec porta appropriat̄ Principi ad offerendum & comedendum ſed ad eam admittitur populuſ ad adorandum in Sabbatiſ & Kalendiſ. holocauſtum: Hic conſequenter deſcribitur actuſ offerendi. & primo quantum ad oblationem obligatoriam. Secundo quantum ad uoluntariam: ibi. cum autem. Circa primum dicitur. holocauſtum autem: q̄ totum accenditur ad honorem diuinum. ſex agnoſ inmaculatoſ: id eſt ſine defectu alicuiuſ membri: nam macula non accipitur hic pro pelliſ uarietate. ſed pro alicuiuſ membri defectibilitate. & ſacrificium Ephi per arietem: id eſt cum ariete offerſ Ephi ſimile. in agniſ autem etc. id eſt cum ſex agniſ dictiſ offeret de ſimila quantum ſibi uidebitur: ſcilicet unum Ephi: aut plura. ita tamen q̄ quot Ephi ſimile offeret: tot Hyn olei offeret: ad cōmiſcendum cum ſimila. Conſequenter agitur de oblatione Principiſ in Kalendiſ cum dicitur. in die autem Kalendarum etc. & ex dictiſ patet littera uſq; ibi. & arieteſ: ſcilicet duo. In Hebreo nanq; nomen plurale ſine additione poſitū ſignificat binariū. cetera patēt ex dictiſ uſq; ibi. cūq; ingreſſuruſ eſt: ubi deſcribitur differentia inter Principem & populum in modo ueniendi ad orationem & redeundi. & patet littera uſq; ibi: Principeſ autem in medio eorum. Nam uia porte orientaliſ per quam ingreditur. & egreditur Princepſ media eſt inter uiam porte aquilonariſ & uiam porte auſtraliſ. cum ingredientibuſ ingredietur etcetera. id eſt ſimul tempore. nam eiuſ ingreſſuſ & egreſſuſ non impediunt ingreſſum. & egreſſum populi eo q̄ ſunt per diuerſaſ uiaſ. & in nūdiniſ: i. feſtiuitatibuſ in quibuſ cōgregat̄ populuſ ad ſacrificandū ſicut in nūdiniſ ad mercandū. Vnde in Hebreo hic habet̄

in festiuitatibus sacrificium Ephi per uitulum: id est cum quolibet uitulo offeretur Ephi simile. & similiter cum quolibet ariete. in agnis autem erit sacrificium: silicet si/mile cum ipsis oblate sicut inuenerit manus eius: id est pro sua uoluntate sicut dictum est supra. Cum autem: Hic consequenter describitur oblatio Principis uoluntaria & patet littera usq; ibi. & faciet holocaustum suum: id est offeret non tamen per se sed per manus Sacerdotum ad quorum spectat officium. sicut fieri solet in die Sab/bati: modo supradicto. & egredietur: scilicet Princeps eius oblatione facta claudet q̄ porta postq̄ exiret: In hoc differt oblatio Principis spontanea ab eius oblatio ne in Sabbatis & Kalendis quia non dimittitur porta aperta ut populus ueniat ad ado/randum sicut dictum est in oblatione Principis in Sabbatis & Kalendis. Et agnú. Istam litteram continuat Hieronymus & eum sequentes ad litteram immediate pre/cedentem in qua loquitur scriptura de sacrificio Principis spontaneo. & non dicitur ibi de quo debeat fieri. propter quod Hic consequenter exprimitur q̄ fiat de agno anniculo immaculato cum certa mensura olei & uini. & secundum hoc patet littera. Sed hoc non uidetur mihi benedictum propter duo: Primum est quia oblatio non est simpliciter spōtanea in qua determinatur offerenti materia. & ideo sicut offerre est in eius uoluntate: ita uidetur de animali scilicet q̄ offerat sicut placet sibi: dum tamen est animal Immolatitium. plura uero animalia sunt Immolaticia preter ag/num sicut bircus bos capra & plura alia animalia. Secundum est quia sacrificium spontaneum potest interrumpi & omnino pretermitti. De isto uero dicitur: q̄ fiat cottidie & q̄ est sacrificium domino legittimum iuge atq; perpetuum. & ideo dico sicut diuidendo. supra dixi q̄ post oblationem Sacerdotis summi & Principis populi. Hic consequenter agitur de oblatione iugis sacrificii que in lege precipitur omni die fieri. & hoc est quod dicitur. & agnum eiusdem anni: id est natum eodem anno. qua sumitur ad Immolandum. faciet: scilicet Sacerdos hebdomadarius. holocaustum do/mino: id est totum incensum ad honorem diuinum. & dicitur ab holos Grece quod est totum latine & cauma quod est incendium. quotidie quia nulla dies poterat transire absq; oblatione iugis sacrificii. semper mane faciet illud: quia nullum sacrificium poterat fieri ante illud. & faciet sacrificium super eo: id est cum eo uel consequen/ter ad ipsum. Catamane: est autem Cata prepositio Greca & aliquando accipitur pro trans ut catagrapho id est transscribo: aliquando pro per ut catantiphrasin id est per antiphrasin & hoc modo accipitur hic catamane id est permane. sextam partē Ephi: scilicet simile. cetera patent ex dictis. faciet agnum etcetera. repetitio est ei/usdem sententie ad maiorem assertionem. Notandum autem hic q̄ iuge sacrificiū, uete. leg. precipitur fieri bis in die scilicet uespere & mane & per hoc innuitur q̄ hic Prophęta loquens de futuro. Loquitur principaliter de iugi sacrificio noue legis scilicet Eucharistia. in quo offertur cottidie agnus immaculatus scilicet Iesus Cri/stus. nec offertur in uespere: quia tunc non celebratur missa nisi ex aliqua necessi/tate ut cum in ordinibus & maxime Sabbato sancto propter protractionem officii & aliorum agendorum transit hora nona ante consecrationem hostie. & similiter in natali domini celebrat̄ missa de nocte eo q̄ tūc dominus fuit natus de uirgine. Sed contra istud dictum uidetur esse q̄ dicitur supra. agnum eiusdem anni etcet: Xp̄us autem non fuit Immolatus primo anno. Ad quod dicendum q̄ ueritas Hebraica non habet. eiusdem anni: sed sic habet. agnum anni sui: omnis autem ānus est ipsius Cristi sicut & omne tempus Hebre. xiii. Iesus Cristus heri & hodie ipse est in secula

maxime tempus gratie cuius anni dicuntur anni Xpi. Hec dicit: Hic ponitur tertium incidens quod est de donationibus Principis quia si dederit portionem sue hereditatis uni de filiis suis: remanebit illi filio & heredibus suis: si autem det alteri: durabit donatio usq; ad annum Iubileum & non ultra. De possessionibus uero populi sibi subiecti non poterit accipe & filius suis dare & his dictis patet littera: cum dicitur: si dederit Princeps etc. Et introduxit me: Hic ponitur Quartum incidens q̄ est de coquinis pro Sacerdotibus cum dicitur: & introduxit me: scilicet angelus apparens in specie uiri. per ingressum qui erat in latere porte etc. sicut supra descriptum est: cum ageret de gazophylacus australibus & aquilonaribus habitationi Sacerdotum deputatis. & erat ibi locus uergens ad occidentem: in quo erant coquine pro Sacerdotibus: Ideo subditur. ubi coquent sacerdotes pro peccato & pro delicto Istorum enim sacrificiorum una pars erat domini scilicet adeps: qui in altari bolocaustorum comburebatur. & sanguis qui ad crepidinem altaris effundebatur: carnes uero cedunt in usum Sacerdotum: ideo sancte dicuntur. ut non offerant in atrium exterius: id est ad loca ubi admittuntur laici. & sanctificetur populus: id est tangat rem sanctam uel cōmunicet cum sanctis id est Sacerdotibus quod non debet facere: & sic sanctificetur: magis hic accipitur per oppositum. Consequenter agitur de coquinis pro popularibus cum dicitur. & eduxit me in atrium exterius: cuius figura descripta est superius. & ecce atriolum etcetera: id est quoddam spatium quadratum erat in quolibet angulo exterioris atrii: ita q̄ murus medius cingens atrium exterius claudebat quodlibet atriolum in duobus lateribus. & murus bassus alia duo latera quadraginta cubitorum per longum. & triginta per latus: & ideo ista atriola quadrata sunt non equilatera sicut atrium interius describitur equilaterum. & murus exterior totius edificii ut patuit ex precedentibus. sed de muro medio cingente atrium exterius non habetur aliqua certitudo ex textu. nec ponunt Hebrei ipsum equilaterum. & culine: id est coquine secundum Latinos. secundum Hebreos uero culine sunt furuelli super quos ponuntur chaldarie. & desubtus ignis. & sic in idem redit. subter porticus: scilicet atrii interioris. nam porticus iste sunt fabricate in superiori parte atrii exterioris. Iste uero culine in interiori eius parte. per gyrum: id est in quattuor angulis. Ex quo uidetur q̄ expositores Latini ponentes istas culinas in lateribus porticuum male dicunt. sic enim ponuntur in equali situ montis cum porticibus. Hic autem dicuntur expresse esse subter porticus. Item thalami porticuum orientalium secundum descriptionem eorum lumen habere non possunt sicut & ipsimet concedunt: nisi ex parte in qua secundum eos ponuntur coquine. & sicut si super coquinas sit edificiū: dicti thalami nullo modo lumē habere possunt. Si autem dicatur: q̄ sint sub diuo: tamen fumus & fetor ascendentes de coquinis reddunt habitationem thalamorum ineptam propter quod dicendum q̄ coquine siue culine ponende sunt in atriolis propter quod immediate post atriola loquitur de coquinis quod etiam exprimitur: cum subditur: Hec est domus: id est locus. culinarum in qua coquent ministri domus domini: id est Leuite ad hoc dispositi & instituti. uictimas populi: id est illam partem uictimarum pacificarum que cedit in usum offerentium. pars autem que cedebat in usum Sacerdotum coquebatur in gazophylacus Sacerdotum: ut supra dictum est.

ET conuertit me: Hic ponitur Quintum incidens: quod est de aquis egredientibus de templo. Et diuiditur in tres partes. nam primo describitur earum ortus. Secundo progressus ibi. & conuertit me: Tertio ornatus & effectus ibi: & eduxit me: Circa primum. & conuertit me ad portam domus: id est templi. & ecce aque egrediebantur: per modum fonticuli staturientis. subter limen domus ad orientem: id est fluentes inde uersus orientem. facies enim domus: id est hostium templi. Dicunt autem Expositores Latini ꝙ limen unde dicuntur hic aque oriri est limen porticus templi. sed textus sequens uidetur contradicere: cum dicitur. aque autem descendebant in latus dextrũ templi: Hoc autem esse non potest si dicuntur oriri subter limen porticus templi: quia fluunt ad orientem ut dictum est. templum autem est ad orientem respectu porticus: & ideo dico cum Hebreis quod limen unde dicuntur egredi: est limen Sancti sanctorum. Vnde infra dicitur de istis aquis: ꝙ egredinntur de sanctuario: quod proprie dicitur Sanctum sanctorum. & inde transibant per templum declinando aliquantulum ad latus dexterum. & inde ad porticum templi. & post ad atrium interius fluendo semper uersus orientem inter altare holocausti & latus meridionale atrii. & ideo subditur. ad meridiem altaris. Dicitur autem hic pars meridionalis dextera quia fluxus istarum aquarum est ab occidente in orientem: ut patet ex dictis. homo uero procedens ab occidente in orientem habet partem meridionalem ad partem dexteram ut patet ad sensum. Et conuertit me: Hic describitur istarum aquarum progressus. Circa quod sciendum ꝙ Expositores Latini dicunt ꝙ iste aque ãte suũ egressũ de atrio interiori diuidũt in q̃tuor riuulos quorũ unus uadit ad cognas porticuũ australiũ alius ad cognas porticuũ aqlonariũ. Alii duo ad duo latera porticuũ orientaliũ ubi similiter scd̃m eos ponunt coquine. & isti quattuor riuuli post eorum ingressum de porta orientali exterioris muri reflectuntur: & conueniunt in unum. Sed hec diuisio uidetur contraria textui: cum dicitur. & conuertit me ad uiam foras portam exteriorem etcetera: quia sequitur. & ecce aque redundantes: id est egredientes. a latere dextero: scilicet porte orientalis exterioris muri. Si autem esset ista diuisio aquarum sicut ipsi dicunt: ita egrederentur a latere sinistro. sicut a dextro nam secundum eos egrediũtur per quattuor loca. quorum duo sunt ad dexteram porte. & duo ad sinistram. Item ponunt dictam diuisionem propter dupplicem causam: Vna est ut aqua seruiat coquinis porticuum. & hoc est nulla. nam coquine non sunt ibi ponende ut ostensum est supra. Alia causa ut Leuite lauent ibi hostias: & hec similiter uidetur nulla: quia sicut patet ex textu sequenti aque iste quanto plus protenduntur uersus orientem sunt maiores. & sicut dicitur in textu post egressum earum de muro exteriori mensurantur mille cubiti: & tamen adhuc aqua ista est ita parua. ꝙ attingit solum usq; ad talos. seu cauillas pedum secundum Hebreos. & oportet ulterius dicere. ꝙ sunt multo minores prope locum originis scilicet in atrio interiori. si ibi diuidantur in quattuor partes non apparet qualiter in istis possint hostie lauari. Item ista causa magis est ad oppositum: quia non diuisa melius deseruiret dicte lotioni q̃ diuisa propter que dicta diuisio uidetur fictitia maxime quia textus: hoc non dixit sed magis contrarium ideo dico: cum Hebreis ꝙ aque iste per unum riuum procedunt de loco originis: usq; ad exitum de muro exteriori. & adhuc iste riuus secundum Hebreos est ualde

paruuluſ. nam ubi tranſlatio noſtra habet. & ecce aque redundãteſ a latere dextro. In Hebreo habetur. & ecce aque phialanteſ etcetera: id eſt ita tenueſ ſicut aqua exienſ de ore phiale ut exponunt Hebrei. & menſuſ eſt mille cubitoſ etcetera: deſcribitur hic aque progreſſuſ ſecundum eiuſ augmentationem: & patet ex di/ ctiſ littera uſq; ibi. & dixit ad me: ſcilicet angeluſ. certe uidiſti: id eſt ſicut uidiſti ſic certitudinaliter fiat: ſecundum tamen ſanum Prophete intellectum de quo di/ cetur in fine. Et eduxit me: Hic conſequenter deſcribitur ornatuſ fluminiſ. & effectuſ. & primo tangitur ornatuſ: cum dicitur. ecce in ripa torrentiſ ligna mul/ ta nimiſ: id eſt arboreſ fructifere & pulchre. Conſequenter tangitur effectuſ cum dicitur. aque iſte que egrediuntur ad tumuloſ ſabuli orientaliſ: id eſt ad Ior/ danem qui eſt in parte orientali terre ſancte. & curſu ſuo trahit arenam. & ſic fa/ cit tumuloſ ſabuli in alueo ſuo ꝑ loca. In Hebreo habeť. ad terminũ orientalem. & redit in eandem ſententiam. nam Iordaniſ fluuiuſ eſt terminuſ orientaliſ terre promiſſioniſ ꝙ enim filii Iſrael habuerunt poſſeſſionem ultra hoc fuit per accidenſ: eo ꝙ habitatoreſ illiuſ terre noluerunt eiſ concedere tranſitum pacifice. Sed mo/ uerunt contra eoſ bellum quibuſ deuictiſ filii Iſrael iure belli poſſiderunt terram eorum. intrabunt mare: ſcilicet Mortuum ſiue ſaliſ. & exibunt: nam Iordaniſ fluuiuſ tranſit per illud mare. ſicut Rhodamuſ per lacũ Lauſanne. & ſanabuntur aque: a ſalſedine & amaritudine. & omniſ anima uiuenſ: id eſt omne animal. que ſerpit: ſerpere dicuntur animalia que mouentur ſine pedibuſ: inter que ſunt piſceſ quocunq; uenerit torrenſ: uiuet. illud enim mare dicitur mortuum: eo ꝙ animal nullum ibi uiuit: ut dicitur. ſecundo. Meterorum. ſed per aquaſ iſtaſ ibi deſcen/ denteſ dulcorabitur illud mare: & uiuent ibi piſceſ in magna multitudine. & ſic patet littera uſq; ibi. ab Engaddi uſq; ad Eugalin: duo ſunt loca ſuper que piſca/ toreſ ſiccabunt retia ſua. In littoribuſ autem eiuſ: ubi creſcunt canne. & in pa/ luſtribuſ: ubi aque egredienteſ de ripiſ ſtant per modum ſtagni. non ſanabuntur: a ſalſedine & ſubditur cauſa. quia in ſalinaſ dabuntur: pro condimento ciborum & pulmentorum. Conſequenter reſumitur ornatuſ fluminiſ cum dicitur. & ſuper torrentem etcetera. & patet littera uſq; ibi. per ſingulos menſeſ offeret primitiua: id eſt fructuſ ſufficienter maturoſ ad eſum: cetera patent. Et quoniam comple/ ta ſunt omnia ad diſpoſitionem templi. & edificiorum pertinentia hic ponenda eſt figura repreſentanſ ſimul totum edificium quod per parteſ eſt ſuperius figuratum. Iſta tamen repreſentatio erit ſecundum lineaſ fundamentaleſ tantum.

Sequitur Figura.

Hec dicit dñs: Superius a principio. xlv. ca. inchoata fuit descriptio terre diuidende & descriptis quibusdam incidentibus interpositis hic scriptura reuertit ad describēdū dictam diuisionem priuś inchoatam: & primo ponunt huius terre terminū. Secūdus modus diuidēdi ibi. & diuidetis: Prima in quattuor secundū quattuor terminos huius terre & primo describit terminus aquilonaris. Secundo terminus orientalis ibi. porro plaga orientalis. Tertio australis ibi plaga autem australis. Quarto occidentalis ibi. & plaga mari. Circa partes istas quattuor considerandum. q̄ ciuitates hic nominate & loca non semper attingunt fines terminorū: sed sunt propinque sicut si diceretur: q̄ uilla Vernonensis est terminus Normanie uersus Parisius eo q̄ inter ipsum & riuū diuidentem a Frantia Normoniā non est aliquis locus notabilis nec spatiū magnum terre sed quasi dimidia leuca. & patet littera paucis exceptis que discurrent. quia Ioseph duplicem funiculū habet: & hoc fuit ex ordinatione Iacob: qui adoptauit in filios Manasses & Effraim filios Ioseph Gen. xlviii. ut essent capita duarū Tribuum & haberent possessiones in terra sicut alie Tribus. super quam leuaui manum meam. per modū iurandi. ut darē Patribus uestris: q̄ patet de Abrahā. Gen. xxii. per memetipsum iurauī dicit dominus etc. hic est terminus terre. ad plagā septētrionalem: id est determinante latus aquilonare & erit terminus a mari: id est incipiens a mari mediterraneo uersus occidentem. usq; ad atriū Ennon: id est procedens uersus orientem usq; ad locum istum. terminus Damasci: id est de terminis huius ciuitatis. Emath enim & istud atrium sunt in confinio Damasci: & sub dominio ideo quasi pro eadem determinatione accipiunt. & ab aquilone usq; ad aquilonē: non intelligit per hoc descēsio uersus aquilonem ultra terminū predictū sed terminatio lateris aquilonaris qui habet duos terminos ut dictū est: & uterq; nominat hic aquilo. Porro plaga orientalis de medio: Amran & de medio Damasci & sic incipit plaga orientalis a loco in quo terminatur septentrionalis cum dicit. de medio Amran & de medio Damasci: id est de confinio utriusq; quod est idem. & de medio Galaad: qa latus orientale transit p cōfinia terre Galaad q̄tū ad terram acquisitam modo supradicto. & de medio terre Israel: id est promisse Israel. Iordanis determinās: latus oriētale. ad mare orientale: id est procedens ad mare mortuū siue salis quod est in termino plage oriētalis terre p̄missionis & torrens: qui dicitur torrēs Egypti. ii. Paralyp. vii. usq; ad mare magnum. Latus enim australe terre promissionis incipit a ciuitate Thamar & procedit usq; ad torrētē Egypti: & ad mare mediterraneum terminatur. & plaga maris: id est occidētalis nam mare mediterraneū claudit totum latus occidentale terre promissionis. & dicitur mare magnum respectu maris mortui: quod est quidam lacus & quia coniungit oceano in termino occidentali terre habitabilis. donec ueniat Emach: Ista Emach est alia a supradicta: que longe est a mari mediterraneo. ista uero iuxta mare. aliter enim non terminaret latus occidentale illius terre. Et diuidetis: Hic consequenter describitur modus diuidendi terram dicto modo determinatam. & primo quantum ad extraneos. Secundo quantum ad intraneos in principio. xlviii. ca. Circa primum dicitur. & uidetis terram istam uobis: sequitur. & aduenis qui accesserint ad uos: de gentilitate conuersis ad Iudaismum. qui genuerint filios in medio uestrum: post suam cōuersionē & sic ad eos pertinet hereditas patrū: & erunt uobis sicut indigene inter filios Israel: & habendo hereditatem sicut ipsi: in quacunq; autem Tribu fiunt aduene. id est quecūq; Tribus conuerterit gentilem ad Iudaismum dabit illi possessionem in sorte sua ut sic nutriat eum in cultu uniuś dei sicut adduxit eum ad cultum diuinum.

ET hec nomina: Hic deſcribitur terre diuiſio: quantū ad intraneoſ. XLVIII. & diuidit in treſ parteſ: quia primo deſcribunt ſorteſ ſeptem Tribuū: Secundo ſorteſ Sacerdotū Leuitarū ciuitatiſ & Principiſ ibi. & ſuper terminū Iuda. Tertio deſcribuntur ſorteſ. v. Tribuū ibi. & reliquiſ Tribubuſ, Circa primum ſciendum q̄ ſicut ſupradictum eſt: ſorteſ Tribuū incipiunt a termino orientali totiuſ & terminant ad mare mediterraneū: quod eſt terminuſ occidentaliſ. Inter autē iſtoſ duoſ terminoſ accipitur longitudo cuiuſlibet ſortiſ: & latitudo ab aquilone uerſuſ auſtrum procedendo & prima ſorſ incipiendo a parte aquilonari eſt ipſiuſ Dan. Secunda Aſer. Tertia Neptalim. Quarta Manaſſe. Sexta Ruben. Septima Iude. ſecundū modū ſuperiuſ figuratū. ca. xlv. & hoc eſt q̄ dicitur. a finibuſ aquiloniſ. incipiendo latitudineſ ſortium. iuxta uiam Epthalon per gentibuſ Emach etc. iſte ciuitateſ ſunt in termino aquilonari totiuſ terre ut patet ex predictiſ. & erit ei plaga orientaliſ mare Dan una: id eſt ſorſ Dan ſecundum ſuam longitudinem continebatur inter orientalē terminum totiuſ terre & mare mediterraneū quod eſt terminuſ occidentaliſ terre. a termino Dan: iuxta terminū Dan. a plaga orientali: terre uſq; ad occidentalem etiuſ terminū cōtinebatur longitudo ſortiſ Aſer. & ſic exponat̄ littera de aliiſ ſortibuſ. Et ſuper terminū Iuda: Hic conſequenter deſcribunt̄ quattuor portioneſ. Et diuiditur in quattuor pteſ ſecundū quattuor portioneſ que patebūt p̄ſequendo. Notandum autem q̄ conſideratiſ huiſ que predicta ſunt ſupra. xlv. ca. & inſpecta figura patent pro magna parte ea que dicunt̄ hic de iſtiſ quattuor portiōibuſ: Primo ergo determinatur eorum ſpatium cum dicitur: & ſuper terminū Iuda: id eſt iuxta ſortem etiuſ a plaga orientali uſq; ad plagam mariſ: id eſt a termino orientali uſq; ad occidentalē: non tamen totiuſ terre ſed triū portionū ſcilicet Sacerdotū Leuitarū & ciuitatiſ erūt primitie quia in iſtiſ eſt templum. quaſ ſeparabitiſ: a portionibuſ aliiſ. xxv. milibuſ calamiſ longitudiniſ & latitudiniſ: treſ enim portioneſ dicte ſimul iuncte faciunt ſpatium quadratum equilaterū cuiuſ quodlibet latuſ eſt. xxv. milium calamorum. ſicuti ſingule parteſ etc. id eſt ſicut portioneſ Tribuum incipiunt ab oriente & terminantur in occidentem ſecundum longitudinem ſuam ita & iſte treſ adinuicē diuiſe. ſed in hoc eſt differentia quia ſorteſ Tribuū incipiunt a termino orientali totiuſ terre & in etiuſ occidentalem terminū finiuntur. Iſte uero treſ portioneſ non ſic: niſi cum eiſ ponat̄ portio principiſ uerſuſ orientem. & occidentem: ut patet in figura ſupra poſita. xlv. ca. Conſequenter deſcribit portionem ſacerdotum. d. & erit ſanctuarium in medio etiuſ: id eſt templum in portione ſacerdotum: ut patet ex ſequentibuſ. primitie quaſ ſeparabitiſ domino id eſt ſacerdotibuſ miniſtriſ domini. lōgitudo. xxv. milibuſ: ſcilicet calamiſ ab oriente in occidentem. & latitudo. decem milibuſ: ab aquilone in auſtrum. Conſequenter deſcribit quattuor latera huiuſmodi ſacerdotū. d. ad aquilonem: id eſt latuſ aquilonare. longitudiniſ. xxv. milium quia menſurat longitudinem huiuſ portioniſ. & idem eſt de latere meridionali quod ex oppoſito ſimiliter menſurat lōgitudinem. latuſ autem occidentale quod eſt uerſuſ mare: eſt tantum. x. milium calamorū & ſimiliter orientale quia mēſurauit ex oppoſito latitudinē huiuſ portioniſ & ſic patet littera uſq; ibi. de filiiſ Sadoch etc. q. d. Sacerdoteſ miniſtranteſ in hoc ſanctuario erunt iuſti & mūdi ab Idolatria. Sed & Leuitiſ: hec eſt ſecūda parſ in qua deſcribit̄ portio Leuitarum que ſimiliſ eſt omnino in longitudine & latitudine portioni ſacerdotum. & ſic patet littera. Quinq; milia: Hic conſequēter agit̄ de portione ciuitatiſ cuiuſ longitudo eſt. xxv. milium calamorum. & latitudo. quinq;. miliū. & hoc eſt q̄ dicitur. Quinq; autem milia que ſuper ſunt in latitudine: ſcilicet totiuſ ſpatii trium

portionū dictaruū ꝙ latitudo eſt .xxv. miliū calamorū ut dictū ē ſupra. Huiuſ aūt latitudiniſ portio ſacerdotum capit decem milia & portio Leuitarum decem milia. & ſic non reſtant niſi quinq; milia que faciunt longitudinē portionis ciuitatis .p.xxv milia prophana erunt urbis etc. id eſt quīq; milia latitudinis dicta ꝓtenſa per .xxv. milia longitudinis faciunt portionem ciuitatis que diuiditur in treſ parteſ ſcilicet in ciuitatem. & eius ſuburbana. & agros pro ſeruientibus ciuitati: ut patet in figura ſu/ praposita. ca. xlv. ꝙ autem iſte parteſ dicuntur hic prophana hoc eſt large accipi/ endo ſcilicet prophanum pro cōmuni uel laico quia deputantur uſibus laicorum. Con/ ſequenter deſcribitur menſura iſtarum trium partium & primo ciuitatis cum dicitur. & he menſure etc. ubi deſcribit̄ hec ciuitas in quadro equilatero cuius quodlibet latus continet quattuor milia calamorū & quingentos. & ſunt quattuor latera cōtra quat/ tuor parteſ orbis & patet littera. Conſequenter deſcribuntur ſuburbana cum dicit̄. erunt autem ſuburbana ciuitatis: & ſicut dicit hic. Ra. Sa. ſuburbana dicuntur loca incircuitu ciuitatis in quibus non poſſunt domus edificari nec cultura fieri uinearū uel ſegetum. & huiuſmodi ſed ſunt ad recreationem ciuiū quorum longitudo iuxta murū ciuitatis deſcribitur cum dicitur. ad aquilonem. cc. quinquaginta: ſcilicet calami & ſi/ militer ad alias treſ parteſ. & patet. Conſequenter deſcribitur portio ſeruientium ciuitati: cum dicitur. quod autem reliquū fuerit: in longitudine quia ciuitas cum ſuis ſuburbaniſ occupat quinq; milia calamos in quadrum ut patet ex predictis. & ſic de longitudine totius portionis nihil remanet uerſus aquilonem. & uerſus auſtrum. ſed de longitudine eius uerſus orientem remanent. x. miliū calamorū. & tantum uerſus occidentem de quibus ſubditur. & erunt fruges eius: quia colebantur. in panes: id eſt pro panibus faciendis. iis qui ſeruiunt ciuitati: dicit hic gloſa Hebraica ꝙ iſti ſunt Gabaonite quos Ioſue deputauit ad ſeruitutem cōmunitatis Ioſue. nono. ſed hoc non uidetur uerum quia Ioſue non deputauit eos niſi ad ſeruiendum de aquis & lignis in domo domini ut patet ibidem. Ciuitas autem deſcribitur hic ſeparata a templo per to/ tam portionem Leuitarum. cuius latitudo eſt decem. milium calamorum. & iterum per magnam partem latitudinis portionis Sacerdotum ut patet ex predictis. Item de iſtis ſeruientibus ſtatim ſubditur. ſeruentes autem ciuitati operabuntur in diuerſis offitiis ciuitatē cuſtodiendo malefactores puniendo. & pacem inter ciues conſeruando & huiuſmodi. ex omnibus Tribubus Iſrael: id eſt homines ad hoc apti aſſumentur ex omnibus Tribubus Iſrael indifferenter & ſine acceptione. de quibus Tribubus. non ſunt Gabaonite etc. omnes primitie etc. recapitulatio eſt menſure ſpatii continentis portionem ſacerdotum Leuitarum & ciuitatis que eſt .xxv. milium calamorum in quadrum. Quod autem: Hic conſequenter deſcribit̄ portio Principis cuius latitudo eſt. xxv. milium calamorum ſicut & ſpatium trium portionum predictarum uſq; ad terminum orientalem totius terre ſupra determinate. & ſimiliter a latere occidentali earundem uſq; ad terminū occidentalem eiuſdem terre & hoc eſt: quod dicitur. quod autem reliquum fuerit Principis erit ex omni parte. In Hebreo habetur. hinc & inde: quia in parte orientali & occidentali tantum reſpectu portionum trium predi/ ctarum eſt portio Prīcipis: Ideo ſubditur. primitiarum ſanctuarii. In iſtis primitiis intelligitur portio Sacerdotum & etiam Leuitarum & ſimiliter ciuitatis. Ideo ſubdit̄. & poſſeſſionis ciuitatis e regione. xxv. milium primitiarum: treſ enim portiones pre/ dicte lateraliter iuncte faciunt .xxv. milia calamos per quadrum ut ſupradictum eſt. uſq; ad terminum orientalem. id eſt a latere orientali dictarum primitiarū qđ uocatur hic mare eo ꝙ eſt uerſus mare mediterraneum. uſq; ad terminū mare: id eſt

usq; ad littus maris totam terram terminantis. similiter in partibus Principis erit. id est de possessione eius. & erunt primitie sanctuarii. & sanctuarium templi in medio eius: id est possessionis Principis. nam ab oriente & occidente includit dictas primitias ut dictum est. Consequenter ostenditur quid sit a latere australi & aquilonari: cum dicitur. de possessione autem Leuitarum etc. Hec prepositio de uno modo intelligitur materialiter: & sic exponit Hugo Cardinalis ut sit sensus illud quod pertinet ad possessionem Leuitarum sub quo nomine intelligũt hic Sacerdotes eo q; sunt de Tribu Leui. & de possessione ciuitatis: id est illud quod pertinet ad possessionem ciuitatis. in medio partium Principis. scilicet existens. nam una pars Principis includit predicta ab oriẽte. altera ab occidẽte. erit inter terminũ Iuda: ab aquilone. & inter terminũ Beniamin: ab austro. & sic littera ista loquitur de limitatione portionum Sacerdotum & ciuitatis a parte aquilonari & australi. Sed hec expositio uidetur esse contraria littere immediate precedenti que loquitur de limitatione portionis Principis & similiter littere immediate sequenti: cum dicitur. ad Principem pertinebit: quod ipse exponit extorte sit. id est ad portionem attinget principis nam ad ipsam terminatur ab oriente & occidente. Item hec expositio non est solum extorta: sed etiam falsa. nam ubi translatio nostra habet. ad Principem pertinebit: In Hebreo habetur. & Principis erit: ex quo patet manifeste q; loquitur de Principis portione. Dicendum igitur q; hec prepositio de aliquando tenetur localiter terminatiue ut cum dicit: talis recessit de Parisius li de. significat terminum a quo recessit. & sic tenetur hic cum dicit de possessione autem Leuitarum etc: id est de termino istarum possessionũ ab oriẽte. & occidente procedit possessio Principis usq; ad terminum orientalem. & occidentalem totius terre & terminatur ad sortem Iuda ex parte aquilonis & ad sortem Beniamin ex parte austri. & eodem modo terminantur tres portiones predicte ut patet in figura. sed scriptura loquitur hic de possessione Principis. Et reliquis Tribubus: Hic consequenter describuntur sorte. v. Tribuũ existentes a parte australi terre. ita q; sors Beniamin secundum suam longitudinem situatur iuxta portionem Principis. & ciuitatis & consequenter alie. quattuor procedendo uersus austrum. & sors Gad est in fine australi totius terre sicut describitur in figura supra posita ca. xlv. qua diligenter inspecta. patet littera paucis exceptis. & contra terminum Beniamin. id est iuxta sortem eius. & erit finis: id est terminus. sortis Gad: & per consequens terminus australis totius terre. de Thamar: nomen est ciuitatis existentis in termino australi terre inter terminos terre orientalem & occidentalem: Ideo subditur. usq; ad aquas contradictionis Cades: de quibus aquis habetur Numeri. uicesimo. & sunt uersus orientem. & hereditas contra magnum mare: id est sors Gad protenditur uersus occidentem usq; ad mare mediterraneum quod dicitur hic mare magnum respectu maris mortui. Consequenter ponitur recapitulatio breuis dicte diuisionis: cum dicitur. Hec est terra etc. & patet. Et hi egressus: Hec est ultima pars in qua describitur ciuitas edificanda in quadro equilatere cuius latera sunt disposita uersus quattuor partes orbis principalis & quodlibet latus habet in longitudine calamos quattuor milia. ccccc. & tres portas a tribus Tribubus denominatas. dicit igit̃. Et hi egressus ciuitatis: id est lattera & porte. per quas fit egressus. cetera patent inspecta figura hic posita in sequenti columna. usq; ibi. & nomen etc. Sequitur Figura.

Et nomen ciuitatis: supple erit. ex illa die qua erit edificata. dominus ibidē: non solū per essentiam potentiam. & presentiam sicut est in aliis locis. sed etiam per specialem suorum beneficiorum influentiam. Amen: id est sic fiat.

Completa uisionis Imaginarie expositione procedendum est ad incōuenientiam quid per dictam uisionem imaginariā designatur. nam intellectus est principalis utilitas Prophetie sicut ostensum fuit supra in principio ca. xl. Sciendum igitur ꝙ circa hoc uarie dixerunt doctores Hebrei similiter & Latini. Antiqui uero Hebrei dixerunt ꝙ Imaginaria uisio edificationis templi & ciuitatis que predicta est significat reedificationem templi post reditum captiuitatis Babylonice per Zorobabel & sotios eius & reedificationē ciuitatis Hierosolymitane per Neemiam & populū Israel ad hoc adiuuantem. dixerunt tñ ꝙ reedificatio non fuit completa tempore Zorobabel & Neemie. sed plures Reges Persarum deuoti addiderunt ad edifitia ista potissime circa tēplū ut satis haberi potest primo. Esd. &. ii. Mach. dicit etiā Iosephus antiquitatis Iudaice libro. xv. ꝙ Herodes Ascalonita Rex Iude cuius tēpore natus fuit X̄pus fecit edificia magna & sumptuosa ad fortificationem ciuitatis. & decorem templi. dicit etiam ꝙ ad altitudinem templi addidit. xlxx. cubitos. nam Zorobabel & alii adiutores eleuauerunt ipsum per. xlxx. cubitos tantum. & ipse addidit. xlxx. ut sic esset eiusdem altitudinis sicut fuerat templum Salomonis per Chaldeos destructū. & tanta descripta est supra. altitudo huius templi Imaginarie uisi. Ad hoc autem inducunt argumentum ex principio uisionis. ca. xl. ubi fit mentio de destructione ciuitatis per Chaldeos cum dicitur. xiii. anno postq̄ percussa est ciuitas: facta est sup me manus domini etc. & consequenter describit edificationem ciuitatis. & templi usq; ad finem libri. ex quo uidetur ꝙ ad consolationem populi adhuc in captiuitate detenti: Propheta loquatur de materiali reedificatione ciuitatis & templi quam dicunt completam modo predicto. Sed hoc dictum stare non potest quod ostendo primo de ciuitate & templo simul. Secundo de quolibet per se. De templo nanq; per Zorobabel inchoato patet. primo. Esd. tertio. quod fuit edificatum in eodem loco in quo fuerat templum Salomonis. Et similiter de reedificatione ciuitatis per Neemiam patet Nee. secundo. ꝙ fuit in eodem loco in quo prius fuerat. nam reedificata fuit reparando interruptionem & ruinas murorum per loca dissipata. Certū est autem Ex. tertio. &

quarto. Reg. q̄ templum Salomonis edificatum fuit in ciuitate Hierusalem & per consequens templum reedificatum per Zorobabel. & in hoc conueniunt omnes Historiographi Iudei & Latini templum autem & ciuitas que Imaginarie supra. describuntur: distant abinuicem per. xxviii. miliaria. & plus ergo impossibile est ut uidet̄ q̄ uisio Imaginaria de edificatione ciuitatis & templi post reditum de Babylone intelligatur. q̄ autem tantum distent declarat̄ sic. nam inter ciuitat̄ supra. descript̄a. cum suburbanis suis & inter templum cum omnibus edificiis sibi adiunctis est tota latitudo portionis Leuitarū continens. x. milium calamorū. & de latitudine portionis sacerdotum quattuor. M. calamorū & plus. sed illud plus dimitto. Ista uero. xiiii. M. calamorum faciunt. xxviii. miliaria. quod sic declaratur. nam quinq; pedes faciunt unum passum. passus. c. xxv. unum stadium. viii. uero stadia faciunt unum miliare sic nominatū quia continet mille passus q̄ patet ex dictis nam octies. c. xxv. faciūt mille. Vnde uersus.

Quinq; pedes passum faciunt. passus quoq; centum
Vigintiquinq; stadium: si des miliare
Octo facis stadia. duplicatum sit tibi leuca.

Hoc igitur suppositio uidendum est ad quantitat̄ calamorū. Ex dictis autem supra xl. ca. patet q̄ unus calamus continet sex cubitos de cubitis sanctuarii quorū quilibet continet unū cubitum usualem & palmū ut ibidem fuit ostensum. cubitus autem usualis cōtinet pedem & dimidiū. & sic calamus continet. ix. pedes & cum hoc. vi. palmos qui faciunt unum pedem & plus. sed illud plus dimitto. Et sic patet q̄ calamus unus continet duos passus. Igitur cum mille passus faciunt unum miliare ut predictum est: sequitur q̄ mille calami faciunt duo miliaria. & per consequens. xiiii. milia calamorū faciunt. xxviii. miliaria. & sic patet propositum. Secundo separatim ostenditur de templo & ciuitate inchoatis per Zorobabel & Neemiā. & p̄mo de templo quod supra describitur murus exterior lōgitudinis quingentorū calamorū in quolibet quattuor laterum suorum. quingenti uero calami faciūt unum miliare. & sic circuitus muri est quattuor miliaria circuitus aūt tēpli p Zorobabel inchoati nūq̄ fuit tante cōtinēt̄ie Immo nec etiam cum tota ciuitate Hierusalem in qua fuit ergo etc. Item Propheta uidit aquas egredientes de templo & procedentes usq; ad mare mortuum. ad sanandū illud de sua amaritudine ut possent pisces ibi uiuere: ut habetur supra. xlvii. capitu. Certum est autem q̄ in templo per Zorobabel inchoato & postea per Romanos destructo nūquam fuerunt tales aque nec mare mortuum factum est dulce. Item id̄ potest argui de lignis fructiferis super dictas aquas existentibus & primitiua facientibus quolibet mense quia nunquā ita factum est: ergo etc. propter hec & alia multa in uisione Ezechi. prescripta que uerificari non possunt de templo post captiuitatem reedificato patet falsitas opinionis predicte. Item idem ostenditur de ciuitate per se quia supra. ultimo. ca. describitur in quadro equilatero cuius quodlibet latus continet calamos quattuor milia. & quingentos. que faciūt. ix. miliaria ut patet ex dictis supra. & circuitus ciuitatis ubi describit̄. xviii. milium calamorū qui faciunt. xxxvi. miliaria. Ciuitas autem inchoata per Neemiam nunquā habuit tantam capacitatem. nec etiam decimam partem propter quod opinio dicta reprobatur modo non solum a Latinis sed etiam ab Hebreis. Dicunt igitur Hebrei moderni q̄ hec ultima uisio Ezechielis est intelligēda de edificiis ciuitatis. & tēpli in aduentu Messie construēdis quem expectant uenturum tanq̄ hominem purum. Propphetam tamen sanctissimū. & etiam Moyse sanctiorem. Dicunt etiam quod regnabit temporaliter super omnes

gentes quas sibi subiiciet & Iudeis & edificabit ciuitatem & templum materialiter. sicut hic describitur ab Ezechiele Propheta hunc autem errorem quantum ad hoc ꝙ negant Xp̃m in lege & Prophetis promissum esse deum: & quantū ad hoc ꝙ dicūt eius aduentum adhuc uenturum: ego satis diffuse improbaui per scripturas uet. testa. in quadam questiõe de quolibet annis pluribus iam elapsis tamen adhuc repetam pauca de illis. Et primo ad ostẽdendū ꝙ Xp̃us in lege & Propheti promissus sit uerus homo & uerus deus dicitur enim Esa. ix. de ipso. paruulus natus est nobis & filius datus est nobis: in quo describitur manifeste eius humanitas. per hoc autem quod subditur. & uocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi. princeps pacis: exprimitur eius diuinitas. Item Hiere. xxiii. Ecce dies uenient dicit dominus & suscitabo Dauid germen iustum. ubi translatio Chaldaica apud Hebreos autentica habet. Statuã Dauid messiam iustum & regnabit Rex & sapiens erit & faciet iudiciũ & iustitiam in terra: sequitur. & hoc est nomen quod uocabunt eum dominus iustus noster: per hoc quod dicitur. suscitabo Dauid germen iustũ: apparet eius humanitas. per hoc autem quod sequitur. & hoc est nomen quod uocabunt eum dñs iustus noster. exprimit̃ eius diuinitas. nam pro hoc nomine. dominus: Hebraica ueritas habet nomen domini Tetragrammaton: quod secundum Hebreos est proprium nomen summi dei creatoris omniũ. Vnde dicit. Ra. Moy. in libro directionis dubiorum parte ꝑma ca. xlxx. ꝙ hoc nomen domini Tetragrammaton significat diuinam essentiam significatione perfecta & immixta. cetera uero nomina uidentur deriuata ab operibus diuinis ut creator dominus saluator & huiusmodi. Item Michee. v. dicitur. Et tu Bethleem effrata puulus es ī milibus Iuda ex te mihi egredie̅: qui sit dominator in Israel & egressus eius ab initio eternitatis: ꝙ autem hec auctoritas etiam secundum Hebreos intelligat̃ de Xp̃o patet. Math. secundo. quia sapientes Iudeorum eam allegauerũt coram Herode querente natiuitatis Cristi locum. & per egressum eius de Bethleem exprimitur eius natiuitas temporalis in humana natura. per egressum autem eius ab initio eternitatis exprimitur eius natiuitas eternalis in natura diuina. Quod autem secundo dicitur Xp̃m uenturum: est falsum: quia Danie. ix. scribitur tempus aduentus ipsius sub certo numero annorũ. scilicet sub. vii. hebdomadibus annorum que faciũt quadrigẽtos nonaginta annos. iste numerus uero annorũ completus fuit tẽpore passionis Christi sicut diffuse declaraui scribendo super Danielem propter quod hic causa breuitatis omitto. Item Daniel. secundo. de tempore aduentus Christi dicitur. In diebus regnorum illorum suscitabit deus regnum quod ineternum non dissipabit̃. quod secundum Hebreos intelligit̃ de regno Messie. & sicut patet ibi loquitur Prophera de quattuor regnis sibi succedentibus scilicet Babyloniorum. Persarum Grecoꝝ & Romanorum. & ideo regnum Xp̃i incepit tempore quo ultimum scilicet regnum Romanorum fuit in sua potestate ꝙ maxime fuit tempore Augusti Cesaris quo tempore Christus de uirgine fuit natus ut patet Luc. secundo. Exiit edictum a Cesare Augusto etc. Item aggeꝰ. secundo. Adhuc unum modicum etc. sequitur & ueniet desideratus cunctis gentibus. & implebo domum istam gloria dicit dominus exercituum. sequitur adhuc magna erit gloria domus istius nouissime plusq̃ prime. Per hoc autem ꝙ dicit ueniet desideratus cunctis gentibus: intelligitur aduentus Xp̃i etiam secũdum Hebreos. Per hoc autem ꝙ premittit̃. adhuc unum modicum est: apparet ꝙ est preteritus nam a tempore quo aggeus hoc dixit usq; nunc scilicet ad annum domini. M. ccc. xxxii. In quo hoc scripsi: fluxerũt plusq̃ Mille & sexcenti anni que non uidentur posse dici rationabiliter unum modicum. Item certum est ꝙ Aggeus loquebatur

de templo per Zorobabel inchoato. d. ueniet desideratus cunctis gentibus & implebo domũ istam gloria: ex quo patet ꝙ stante illo templo Xp̃us uenit. & ipsum impleuit gloria. quoniam ibi oblatus fuit. propter quod sanctus Simeon tunc exclamauit. Lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tue Israel: hoc etiam patet ꝑ hoc quod subditur. magna erit gloria huius domus nouissime plusq̃ prime. Prima nanq; dicitur templum Salomonis quod fuerat destructum. nó potest autem dici ꝙ templũ per Zorobabel & suos sequaces reedificatum quod respectu templi Salomonis fuit quasi nullius reputationis in edificijs & ornatibus & cõsimilibus fuerit magis glorificatũ in aliquo nisi per presentiam Xp̃i qui oblatus ibidem fuit. & in eo pluries predicauit. & plura miracula fecit: ut habetur in Euangelio. Illud enim templum stetit usq; ad. xlii. annum post passionem Xp̃i in quo destructum fuit per Romanos. Quod aũt tertio dicũt Iudei Xp̃m in primo aduentu suo uenturum ad regnandũ temporaliter in potestate magna patet falsum per illud quod dicitur Zach. ix. Exulta satis filia Sion. iubila filia Hierusalem ecce Rex tuus uenit tibi iustus & saluator. ipse pauper & sedens super asinam & pullum filium asine : quod exponitur etiam a doctoribus Hebreis de aduentu Messie ut declaratum fuit ibidem & sic patet ꝙ eius aduentus primus predicitur a Prophета futurus in paupertate & simplicitate & non in terrena gloria seu potestate. Item Esaie .lii. de Xp̃o dicitur. Ecce intelliget seruus meus etc. quod intelligitur de Xp̃o etiam secundum Hebreos antiquos & etiam totum ca. sequens sicut ibidem. fuit dictũ. & ibi subditẽ de ipso. in gloria erit inter uiros aspectus eius: & ibidem subditur. & desideraumus eum despectum & nouissimum uirorum. uirũ dolorũ & scientem infirmitatẽ & quasi absconditus uultus eius & despectus: & postea. sicut ouis ad occisionem ducetur etc. Ex quibus patet ꝙ primus aduentus Messie non fuit prenunciatus futurus in potestate & gloria. sed humilitate & paupertate magna nec ad temporaliter regnandum sed ad patiendum: & per suam passionem nos miseri/ corditer redimẽdum. Vnde ibidem dicitur. ipse autem uulneratus est propter iniqui/ tates nostras attritus est propter scelera nostra. disciplina pacis nostre super eum. & liuore eius sanati sumus. Quod autem dicũt Iudei quod Messias in aduentu suo edi/ ficabit eis templum materiale sicut predicitur ab Ezech. & ex hoc sumũt argumentũ contra nos ad probandum ꝙ Iesus Nazarenus non fuit Messias uerus: quia non edi/ ficauit templũ sicut per Prophetas fuerat promissum: nõ ualet quia Prophete magis dicunt contrarium. Nam Aggei secundo. in autoritate superius allegata dicitur de templo per Zorobabel inchoato. magna erit gloria domus istius nouissime: ex quo patet ꝙ non est alia materialiter edificanda per Messiam. nam ista de qua loquitur Prophета non esset nouissima. Item Hiere. tertio. dicitur: de aduentu Xp̃i primo. assumam uos unum de ciuitate & duos de cognatione & introducam uos. in Sion: In quo predixit Prophета paucos ualde de Iudeis respectiue ad fidem Catholicam con/ uertendos. & subditur ibidem. In diebus illis ait dominus non dicent ultra arca testa/ menti domini nec ascendet super cor. nec recordabuntur illius. nec uisitabitur. nec fiet ultra: nunc autem ita est: ꝙ tabernaculum Moysi fuit factum ad reponendum arcam testamẽti domini. ut patet Exo. xxv. & similiter templum Salomonis ad hoc fuit factum ut patet in pluribus locis. ii. &. tertio. Reg. &. secundo. Paralyp. & ideo si arca ultra non fiet: per consequens nec templũ. propter quod Iudei ut consequẽter dicant : sicut dicunt ꝙ Messias in aduentu suo edicabit eis materialiter templum sic restituet eis arcam testamenti propitiatorium . & cetera pertinentia ad ueteris legis cultum. cum igitur Hieremias Prophета dicat ꝙ arca materialis testamenti non fiet

ultra nec erit in recordatione uel memoria scilicet ad construendum & per consequēs predixit templum materiale ulterius non reedificandum. Item ad hoc potest induci ꝙ dicitur Hiere. septimo. nolite cōfidere in uerbis mendacii dicentes templum domini templum domini. templum domini est. In Hebreo habetur. templum domini templū domini templum domini ipsa: in plurali. q. d. mendacium est dicere ꝙ tria templa sint successiue. & ideo post templum Salomonis quod fuit primum & templū per Zorobabel inchoatum & per Romanos destructum quod fuit secundum non reedificabūt Iudei tertium. Argumentum autem de Iesu Nazareno non ualet: quia templū per ipsum edificandū est Ecclesia siue congregatio fidelium in fide caritate formata que est spiritale templum de cuius edificatione dicit. Math. xvi. super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Cauillationes Iudeorum per quas nituntur scripturas uete. testamenti preallegatas peruertere propter prolixitatem uitandam hic omitto. & qa illas posui diffuse in quadam questione de quolibet de qua supra. mentionem feci. & quia cauillationes illas exponendo libros uete. testamenti replicaui saltem pro magna parte in locis in quibus exponuntur autoritates predicte. Expositionem autem ultime uisionis Ezechiel. ex causa exponendam reseruaui post expositionem librorum omnium ueteris ac noui testamenti.

Reprobatis dictis Hebreorū secundum gratiam a domino mihi datā consequēter uidendū est quid de uisione predicta dixerunt Doctores Catholici. Et sunt tres modi dicendi. nam aliqui ut beatus Hieronymus & beatus Gregorius dixerunt peruisionem Ezechiel. imaginariam edificationem Ecclesie in sacramentis & moribus esse signatam & hunc sensum exponēdo secuti sunt expositionem imaginarie uisionis, ut superius est descripta quasi totaliter dimittentes cum tamen ab illa sit inchoandum sicut dictum fuit supra in princi. xl. c. Dicit etiā ulterius beatus Gregorius homelia. i. super hanc uisionem ꝙ ille spiritus uisionis Imaginarie est totaliter relinquendus eo ꝙ uisio illa continet impossibilia quod arguit ex eo quod dicitur supra. xl. ca. & mensus est latitudinem edificii calamo uno per hoc autem ꝙ dicitur edificii. absolute loquitur de toto edificio secundum Gregoriū & postea subditur: & mensus est portam a tecto thalami usq; ad tectum eius latitudinem. xxv. cubitorum. & fecit frontes per. lxx. cubitos. ex quibus sic arguit frontes sunt in porta & porta in edificio. & sic maius cōtinetur in minori scilicet. lxx. cubiti in. xxv. &. xxv. in. i. hoc autem est impossibile ergo etc. Dicit etiam ꝙ hoc factum est ex ordinatione diuina ut legentes dictā uisionem relicto sensu Imaginario tanquam nullo. mysticum quererent intellectū. Sed Magister Richardus de sancto Victore reputans in hoc dictum beati Gregorii minus uerum procedit quasi uia opposita declarans in expositione sua possibilitate totius edificii superius descripti. de sensu autem nihil dicendo. si autem alibi de hoc aliquid dicit: ignoro. Soluit autem argumentum Beati Gregorii. per hoc ꝙ omnia edificia templi simul sumpta dicuntur unum edificium sicut totum manerium Regis Parisius dicit domus Regis. & tamen sunt ibi multe domus. s. palatium. camera cauarum. capella. & sic de aliis. & ideo cum dicitur supra. xl. ca. & mensus est latitudinē edificii calamo uno etc. edificium ibi accipitur pro muro exteriori secundum aliquos: uel pro domuncula supra portam edificata secundum alios: ut dictum fuit ibidem. Dominus Hugo Cardinalis processit quasi media uia declarans possibilitatem edificii imaginarie uisi. & tamen hoc de edificio Ecclesie per aliqua loca immiscuit. Hoc tamē fecit incomplete. & etiam metrice. eandem etiam sententiam sub diuersis similitudinibus pluries repetendo. & propter eandem causam. Expositio beati Grego. uidetur

minui apta. nam per montem supra. quem Propheta dicitur dimissus supra. xl. capit. dicitur significari Xp̃m. Item per uirum mensurantem edificium. Item per portam & etiam alia plura. licet autem dicta beati Grego. non intendā in aliquo reprobare tamen aliquibus uidentur conuenientiús exponi uisio predicta si per diuersas partes & similitudines significarentur diuersa. Item beatus Grego. de dicta uisione exposuit tantum primum cap. scilicet. xl. & adhuc incomplete. nam illo tempore obsessa fuit Romana ciuitas. & multum afflicta. propter quod se excusat de ulteriori prosecutione ibi terminans dicte uisionis expositionem. x. tamen homel. continentem.

Si igitur premissis intendo dicere. quid mihi uidetur de significato uisionis Imaginarie. non tamen ad satisfaciendum mihi uel alius. cum respectu precedentium doctorum nullius sim momenti. sed ad excitandum animos studiosorum & deuotorum. ut per exercitum studii & orationis querant dicte uisionis intellectum. ab eo qui sua mysteria reuelat humilibus & deuotis. & abscondit prudentibus & sapientibus in oculis suis. Credo nanq; ꝙ nullus possit dictā uisionem sufficienter exponere: nisi hoc habuerit ex diuina reuelatione. Dico igitur ꝙ significatum suprascripte uisionis potest dupliciter accipi. Vno modo ut per illam significetur reedificatio templi materialis post reditum Babylonice captiuitatis: non tamen illo modo quo dixerunt antiqui Iudei quem supra. reprobaui. Alio modo ꝙ per illam significetur edificium Ecclesie per Xp̃m Saluatorem nostrum sicut cōmuniter dicunt doctores Catholici. Ad euidentiam primi modi considerandum ꝙ frequenter in scriptura sacra & maxime uetere. testamenti promissiones diuine de bonis futuris: & comminationes de penis infligendis intelliguntur sub conditione: licet scribantur absolute. de promissionibus patet. p̃mo Reg. ii. cap. ubi dicitur uenit autem uir dei ad Heli & ait ad eum hec dicit dominus: nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui cum esset in Egypto in domo Pharaonis. & elegi eum ex omnibus Tribubus Israel mihi Sacerdotem scilicet sūmū: ut patet per litteram sequentem. & postea subdit: propterea ait dominus deus Israel: loquens locutus sum: ut domus tua. & domus patris tui ministrarent in conspectu meo usq; in sempiternum. nunc autem dicit dominus absit hoc a me. sed quicunq; honorificauerit me: glorificabo eum. qui autem contemnunt me: erunt ignobiles. Ex his patet: ꝙ promissio absolute facta de Summo sacerdotio ante egressum filiorum Israel de Egypto postea per quadringentos annos uel circiter scilicet tempore Heli ostendit dominus. ꝙ illa promissio intelligenda erat sub conditione: scilicet si sacerdotes summi debite ministrarent. aliter non. Similiter idem patet de cōminationibus penarum Ione tertio. ubi de precepto domini dixit Ionas absolute. Adhuc. xl. dies & Niniue subuertetur. & tamen eius subuersio non fuit tunc secuta. & hoc quia Ninuite penitentiam egerunt de malis suis ad uerbum Ione. ut exprimitur ibidem. Ex quo patet: ꝙ cōminatio subuersionis Niniue. que prolata fuerat absolute intelligenda erat sub conditione: scilicet si Ninuite in malis suis persisterent obdurati. aliter non. Item de promissionibus & cōminationibus simul patet Hierem. xviii. ubi dicitur ex persona domini: Repente loquar aduersus gentem. & aduersus regnum: ut eradicem: & destruam: & disperdam illud: si penitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum aduersus eam: agam & ego penitentiam super malo: quod cogitaui: ut facerem ei. Ex quo patet manifeste. quod in cōminatione absolute intelligitur cōditio si illi quibus fit: pseuerent in malo: & statim idem subdit de p̃missionibus & subito loquar de gente. & de regno ut edificem. & plantem illud: si fecerit malum in oculis meis: ut non audiat uocem meā: penitentiā agam super bono quod locutus

sum: ut facerem ei. Ex quo patet ꝙ in promissione de bono offerendo intelligitur hec conditio scilicet si illi quibus fit: steterint in bono. Ad hoc est etiam ratio naturalis quia si aliquis Rex uel Princeps promitteret alicui militi equum uel arma. & ante completionem promissionis miles auerteret se a Rege uel Principe ad eius inimicos se conuertendo nunquā tenentur ad implendum promissum·quia non fuit eius intētio nec debet esse: quod ei daret equū. & arma ad impugnandum se. sed magis ad seruiendum. In omni enim peccato mortali homo a deo auertitur. & ad demonem cōuertitur. ergo etc. Item ad hoc potest induci exemplū de filiis Israel quibus multe terre & alia multa bona promissa fuerunt: que nunquā obtinuerunt. eo ꝙ erga deum suum debitum non fecerunt: sicut patet in libro Iosue ꝙ filii Israel in suis sortibus cupiditate ducti dimiserunt gentes Idolatras habitare cum eis sub tributo contra preceptum domini: propter quod illi succedentes non solum partem tenuerunt: sed etiam populū Israel multipliciter afflixerunt. Similiter in proposito potest dici rationabiliter ꝙ per uisionem imaginariam Ezechieli significata fuit edificatio ciuitatis & templi materialiter per reditum captiuitatis futura secundum formam superius descriptam: & sic in re factum fuisset: si populus Israel suum debitum fecisset. nam hec conditio intelligebatur in promisso. sed non fecit. propter quod templum & ciuitas non fuerunt tunc edificate secundum modum Ezechieli ostensum. Tamen propter aliquos bonos de filiis Israel fuit ciuitas reedificata & templum. minoris tamen capacitatis & nobilitatis q̄ fuerat promissum: propter quod Ezechiel in fine dicte uisionis uidetur dixisse supra .xlviii.ca. Amen. q.d. utinam sic fiat: & non impediatur per peccata uestra. ꝙ autem filii Israel non fecerunt debitum suum ad obtinendum integre dictū promissum patet: quia data generali licētia per Cyrum ꝙ omnes Iudei de regno suo possent in Iudeam libere reuerti. & ibi deo seruire multi tamen capti amore uxorum. quas ibi acceperant: & filiorum quos ibi genuerant: & possessionum quas ibi acquisierant: noluerunt inde reuerti. sed magis elegerūt inter Idolatras cōmorari. Similiter illi qui de captiuitate redierunt in Iudeam uxores suas Hebreas legitimas contempserunt: & alienigenas contra preceptum domini duxerunt. & non uulgares solum de populo fecerunt hoc. sed etiam maiores scilicet Principes. & sacerdotes ut habetur .1. Esd. nono. Item postea tempore Mach. multi de populo Israel & sacerdotibus ad uitium contra naturam & Idolotriā se conuerterunt edificantes in Hierusalē Ephebium id est prostibulum iuuenum & palestram id est scholam ad docendū ritus & leges gentilium ut dictum fuit. secundo. Mach. 5. Similiter postea uerum Xp̄m ei⁹ promissum ex inuidia. & malignitate contempserunt. & ipsum coram Pilato negantes peccata fuerant: per Romanos destructa fuerunt: sicut predixerat Xp̄us Luc. xix. uidens Iesus ciuitatem Hierusalem fleuit super illam etc. sic igit̄ patet una expositio: quantum ad signatum uisionis Imaginarie superius descripte. Sed contra dictam expositionem posset argui. Primo de aquis egredientibus de templo saluantibus mare mortuū a sua salsedine & amaritudine. Secundo de lignis super ripam fluminis facientibus nouos fructus singulis mensibus. Hec enim uidentur aliquibus impossibilia. & per consequens si Iudei redeuntes de Babylone fecissent erga deum debitum suū: non tamen ista fuissent eis facta cum fuissent impossibilia: ut aliquibus uidetur. & secūdū hoc expositio dicta non uidetur uera. Ad ista dicendum ꝙ aliqua sunt possibilia nature scilicet illa que naturali cursu peragunt̄. & aliqua sunt impossibilia nature possibilia tamen deo: & ista sunt in duplici gradu. nam aliqua sunt supra naturam quātum

ad ſuum principium non tamen quantum ad ſequenſ exercitium ſicut ꝙ cecuſ uideat. nam eiuſ illuminatio eſt ſupra naturam. ſed exercitium oculi dati per miraculum. eſt naturale. ſicut oculi dati per generationem naturalem. Aliqua uero ſunt ſupra natu/ ram utroq; modo: ſicut conuerſio paniſ in corpuſ Xp̄i. & permanẽtia eiuſdem corpiſ ſub ſpecie paniſ. Poſſet igitur dici ut uidetur: ꝙ dulcoratio mariſ mortui ſit poſſibiliſ ſecundum naturam. nam aque mariſ collate per uenaſ terre fiunt potabileſ. & hoc modo de aquiſ procedentibuſ a mari oriuntur alibi fonteſ dulceſ. & ideo non uidetur incõuenienſ ꝙ aque egrediẽteſ de tẽplo haberẽt uirtutẽ naturalẽ dulcorandi aquaſ mariſ predicti. nam in diuerſiſ partibuſ mũdi oriuntur fonteſ diuerſaſ uirtuteſ & mi/ rabileſ habenteſ. Hoc etiam confirmatur per ſcripturam dicitur enim Exo. xxv. ꝙ aque Marath in dulcedinem uerſe ſunt per immiſſionem ligni. quod uidetur ad hoc habuiſſe uirtutẽ naturalẽ ut dictũ fuit ibidẽ. Similiter dicẽdũ de lignis quolibet menſe fructificantibuſ. uidemuſ enim ꝙ aliqua ligna & terre naſcentia fructificant biſ in anno. & forte pluribuſ uicibuſ in aliquibuſ terriſ. & ſic forte poſſet dici de fructifica/ one quolibet menſe. & dato ꝙ non ſit aliqua taliſ arbor non eſt tamen negandum quin deuſ poſſet facere. Ita ꝙ productio arboriſ eſſet ſupernaturaliſ. tamen fructi/ ficatio ſequenſ naturaliſ eſſet. & ſi hoc ab aliquo negetur: non tamen negari poteſt. quin deuſ poſſet etiam de qualibet arbore fructum producere quolibet menſe mira/ culoſe. & ideo ſi predicte uie non ſufficiũt: poteſt dici ꝙ hoc beneficiũ diuinũ fuiſſet Iudeiſ continuatum: ſi erga deum ſuum debitum feciſſent: ſicut per. xl. annoſ pauit eoſ manna in deſerto. & Chriſtianiſ per orbem qualibet die dat corpuſ ſuum. & ſuum ſanguinem in ſacramento Euchariſtie.

ALia uero expoſitio poteſt accipi ut per uiſionem imaginariam ſupradictam nõ intelligatur aliqua edificatio materialiſ ſed ſolum edificatio ſpiritaliſ Eccleſie in moribuſ fide & ſacramentiſ. In eccleſia uero que eſt congregatio fidelium duplex eſt regnum unum quantum ad ſpiritalia. & hoc deſignatur pe edifitium templi. Aliud autem quantum ad temporalia. & hoc deſignatur per diuiſionem terre & edificium ciuitatiſ circa finem libri. utrunq; tamen negotium eſt a deo. Igitur dico cum beato Gregorio q̃tum ad hoc ꝙ per montem in quo Propheta dicitur dimiſſuſ uel poſituſ ſupra. xl. ca. intelligitur Xp̄uſ de quo ſcribitur Daniel. ſecundo. lapiſ qui percuſſerat ſtatuam factuſ eſt monſ magnuſ. Et impleuit uniuerſam terram. quod exponitur de Chriſto a doctoribuſ Hebraicis & Latiniſ & ſuper iſtum montem fundatur Eccleſia: ſicut ipſe dicit. Math. xvi. ſuper hãc petram edificabo Eccleſiam meam id eſt ſuper me. & hoc quantum ad duplex Eccleſie regnum predictum. & ſicut patet ex prece/ dentibuſ primo agendum eſt de edifitio in ſpiritalibuſ: quia primo deſcribitur in pre/ cedentibuſ ipſum templum circa cuiuſ edifitium deſcribitur triplex muruſ ſcilicet ex/ terior mediuſ & interior per exteriorem uero qui circundat omnia edificia intelligitur protectio ſiue cuſtodia diuina omnia complectenſ: de quo muro dicitur Eſaie. xvi urbſ fortitudiniſ noſtre Sion Saluator ponetur in ea muruſ etc. per murum uero. medium intelligitur cuſtodia ſeu protectio angelica. que includitur ſub diuina. Vnde dicit̃ Pſal. c. xxxiii. monteſ in circuitu eiuſ id eſt angeli. ut dicit gloſa. Augu. qui ſunt in circuitu Eccleſie per modum muri. per murum autem interiorem qui eſt minoriſ ambituſ intelligitur protectio ſeu cuſtodia humana per prelatoſ Eccleſie & eorum miniſtroſ que minoriſ efficacie eſt q̃ angelica. De hoc autem muro contra maloſ Prelatoſ dicitur Ezechiel. xiii. non oppoſuiſtiſ uoſ murum pro domo domini. Intra muroſ iſtoſ eſt ingreſſuſ ex tribuſ partibuſ per quaſ intelliguntur treſ parteſ

terre habitabilis scilicet Asia Africa & Europa ex quibus ingressi sunt Ecclesiã multi per susceptionem fidei. & sanctorum & ingrediuntur de presenti. & ingredientur de futuro. De istis uero tribus partibus terre dicitur Hiere. xxvii. terra. terra. terra. audi uerbũ domini. de quibus tribus terre partibus plures audierunt sermonem Apostolorum aliorũq; Christi discipulorum cum effectu credẽdi. Ex qualibet autem predictarum partium dictarum sunt tres porte in tribus muris ex opposito se respicientes: per quas significantur tres status uel gradus uenientium ad fidem scilicet incipientiũ. qui designantur per portam exteriorem siue primam proficientium qui designantur per mediam uel secundam. perfectorum qui designantur per tertiam. uel interiorem de portis istis dicitur Psalmo. lxxxvi. Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob: per tabernacula Iacob intelliguntẽ status uel gradus fideliũ tẽpore legis Mosaice per portas Sion status uel gradus fideliũ tempore legis Euangelice que dicitur lex amoris. Lex autem uetus lex timoris. propter quod porte Sion benedicuntur predilecte. In portis autem exterioribus non sunt edificia magna. sed quedã domuncule super eas edificate. ut supra dictum est: per quod designatur ꝙ status incipientium est adhuc notabiliter imperfectus. In portis autem medus & interioribus sunt edificia pulchra. ad designandum ꝙ proficientes. & perfecti habent maiorem perfectionem. perfecti iam actu. Proficientes impotentia iam actui propinqua. ad quod designandum ad portas medias est ascensus per septem gradus tantum. Ad interiores uero seu tertias est ascensus per octo gradus. Habet autem quelibet sex. portarum uestibulum porticum duas frontes & sex thalamos per uestibulum precedens porticum intelligitur gratia preueniens de qua dicitur Psal. lviii. misericordia eius preueniet me. misericordia nanq; dei & eius gratia sunt idem. per porticũ uero gratia sub sequens de qua dicitur Psalm. xii. misericordia eius subsequetur me. Vel aliter potest dici: ꝙ per uestibulũ & porticum designantur uoluntas bona. & operatio sancta de quibus dicit. Augustinus super Io. precedat uelle. subsequetur proficere per duas frontes que sunt ad decorem. & fortitudinem portarum propter quod facte sũt ad modum duarum turrellarum. ex utraq; parte cuiuslibet porte designatur paciẽtia in aduersis que stabilit hominem ne per impacientiam frangatur. & modestia in prosperis que tenet hominem. ne per superbiam eleuetur. de istis duabus turrellis dicitur. Psalm. cxxi. fiat pax in uirtute tua. & abundantia in turribus tuis. nam per pacientiam in aduersis. & modestiam in prosperis. acquiritur & conseruatur abundantia omnium beneficiorum diuinorum in uobis. Per thalamos autem in quibus homines dormiunt & quiescunt intelligitur pax. Vnde Psalm. iiii. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Est autem duplex pax scilicet materna & fraterna Ideo dicuntur thalami esse hinc & inde ex utraq; parte porte. & tres ex una parte quia pacem maternã tria faciunt. Primum est conscientia munda. Ecclesiast. xliii. Homines diuites in uirtute pulchritudinis studiũ habentes pacificantes in domibus suis id est in cõscientiis propriis. Secundum est amicitia diuina. Augustinus libro. Confes. Inquietum est domine cor meum donec requiescat in te. & Psalm. c. xviii. pax multa diligentibus legẽ tuam. que est lex diuini amoris. Tertium est sufficientia siue modestia per quam aliquis est contentus iis que habet. & sit in se pacificatus. De quo potest exponi quod dicitur Math. v. Beati pacifici quoniam filii dei uocabuntur. tales enim ut filii quomodo deo assimilantẽ: qui non indiget aliquo extra se. sed est sibi sufficientissimus. Similiter ex altera parte porte sunt tres thalami quia tria faciunt pacem fraternam: Primum est humilitas uera que in tantum pacifica est: ꝙ facit pacifice habitare cum

ſuo contrario. & eſt hoc ſpeciale in hac uirtute nam caſtus non habitat pacifice cum luxurioſo: nec iuſtus cum iniquo. ſed humilis habitat pacifice cum ſuperbo. quia ſicut ſuperbus uult dominari ita uere humilis ſubiici: & ſic uterq; habet quod querit & per conſequens quieſcit ideo dicitur Pſalm. c. xix. Cum iis qui oderunt pacem: eram pacificus id eſt cum ſuperbis: de quibus dicitur Prouerbiorū. xiii. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. Secundum eſt equitas iuſta ſine qua nulla ſotietas poteſt eſſe pacifica. ſicut patet de ſotietate latronum: qui ſunt aduerſarii iuſtitie: niſi enim inter ſe iuſte diuiderent ſpolia: ſtatim inter eos oriretur diſcordia. Ideo dicitur. Eſa. xxxii. Erit opus iuſtitie pax. Tertium eſt taciturnitas debita que tenet os clauſum ne prorūpat in uerba diſcordie ſeminatiua. Vnde per oppoſitum dicitur Eccleſi. xxviii. Suſurro & bilinguis maledictus. turbauit enim pacem habentes. De quolibet autem dictorū thalamorum poteſt dici ꝙ ſcribitur Deutero. xxxii. amantiſſimus domini confidēter habitabit in eo. quaſi in thalamo morabitur tota die: qui enim deum uere diligit in dictis thalamis iugiter commoratur. Poſt expoſitionem portarum procedendum eſt ad expoſitionem gazophylaciorum que ſupra deſcribuntur eſſe circa pauimentum orientale. & dicuntur eſſe. xxx. per que deſignatur impletio. x. mandatorum tribus temporibus neceſſaria. ſ. tpe legis nature. & tēpore legis moſaice. & tpe legis Euāgelice. Denarius aūt numerus multiplicatus per trinariū conſurgit in triceſimū. & bene dicuntur gazophylacia a gazo & philaxe ꝙ eſt ſeruare. nam per impletionem decem preceptorum conſeruantur diuitie uirtutum. Poſt expoſitionem gazophylaciorum ſequitur expoſitio menſarum que ſupradicte ſunt. viii. per quas deſignanē quattuor partes ueteris teſtamenti. & quattuor noui de quibus tanq̄ de menſis ſpiritalibus refitcitur totus populus Chriſtianus: ſecundū qđ dicitur Deut. viii. non in ſolo pane uiuit homo: ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Quod autem uetus teſtamentum in quattuor partes diuidatur dixi plenius in principio Gēn. Diuiditur enim in libros legales. hiſtoriales. prophetales. & ſapientiales. Et conſimiliter diuiditur nouum teſtamentum nam libris legalibus correſpondent Euangelia hiſtorialibus Actus Apoſtolorum. ſapientialibus Epiſtole Pauli & Epiſtole Canonice Prophetalibus autem Appocalypſis. De qualibet autem menſurarū dictarū poteſt dici quod ſcribitur Prouerb. nono. Sapientia edificauit ſibi domum. excidit colūnas ſeptem immolauit uictimas ſuas miſcuit uinum. & propoſuit mēſam ſuam. ſcriptura nanq; ſacra eſt ſapiētie menſa. Poſt expoſitionem menſurarum ſequitur expoſitio atri interioris in quo ſecundum Hebreos quattuor ponuntur: ſcilicet altare holocauſtorum: gazophylacia ſacerdotum hebdomadariorum. & gazophylacia cantorū ſimiliter hebdomadariorū. & tranſitus aquarum a latere altaris. & quoniam edificatio Eccleſie ſpiritalis non ſolum conſiſtit in moribus & refectione de mēſa ſacre ſcripture ſed etiam in ſacramētis: Ideo ꝑ altare holocauſtorū intelligitur Euchariſtie ſacramentum in quo cottidie Immolatur agnus qui tollit peccata mundi. Vnde dicit Auguſtinus in libro ſententiarum Proſperi. ſemel immolatus eſt Xp̄us in ſemetipſo. & tamen quottidie īmolat in ſacramento inquantum per hoc ſacramentū efficimur quottidie participes fructus dominice paſſionis. Vnde & in quadam dominicali oratione ſecreta dicitur: quotiens huius hoſtie cōmemoratio celebratur: opus noſtre redemptionis exercetur: de hoc aūt altari dicit Heb. xiii. habemus altare de quo non habent edere poteſtatem ii qui tabernaculo deſeruiunt: id eſt cerimonias legis ueteris obſeruantes. & quoniam Euchariſtie ſacramentum cum diuinis laudibus eſt conficiendum. ideo prope altare ſcilicet in atrio interiori. ponunt gazophylacia ſacerdotum hebdamadariorū & ſimiliter

centorum per que designantur merita celebrantiū & eis ministrantiū. per aquas uero egredientes de templo & transeuntes ad latus altaris signatur sacramentum baptismi. de quo dicitur Ioelis tertio. Fons egredietur de domo domini & irrigabit torrentem spinarum: Dicuntur autem aque iste egredientes de templo per quod templum significantur duo principales nostre fidei articuli scilicet articulus sancte trinitatis & articulus incarnationis ut postea plenius dicetur: quia baptismus secūdum cōmunem usum Ecclesie confertur In nomine sancte trinitatis secundum quod dicitur. Math. ultimo Euntes docete oēs gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. & quia in primitiua Ecclesia fuit collatus in nomine Christi ut habetur in Actibus Apostolorum in pluribus locis q̄ est nomen suppositi in quo uniuntur natura diuina & humana de duobus autem istis sacramentis loquitur spiritaliter Ezechiel Propheta quia sunt specialis modo sacramenta noue legis inquantum Xp̄us per se ea instituit & eis usus fuit in se ipso & hoc patet de sacramento baptismi in quattuor Euangeliis q̄tū ad utrunq; institutionem & usum. Et similiter de sacramento Eucharistie quantum ad eius institutionem. quantum autem ad usum non habetur in Euangeliis expresse. sed hoc tenet communitas Ecclesie quod dicitur Actu. i. cepit Iesus facere & docere. & ideo sicut prius baptizari uoluit: & post baptismum alius imposuit: sic in cena corpus suum & sanguinem sumpsit. & post discipulis sumendū tradidit. Vnde dicit Hieronymus ad Iespiam dominus Iesus Christus conuiua & conuiuium ipse comedens & qui comeditur. Vnde uersus.

Rex sedet in cena turba cinctus duodena
Se tenet in manibus se cibat ipse cibus.

Per hec autem duo sacramenta alia subintelliguntur. Post expositionem atrii interioris: procedendum est ad expositionem templi. Et quoniam edificatio Ecclesie spiritalis non solum consistit in moribus & refectione per sacramenta scripturam & sacramentis: sed etiam in fidei articulis: Ideo per templum significantur. quod diuiditur in tres partes. scilicet Porticum. Sanctum. & Sanctum sanctorum. Per porticum autem est ingressus ad alias partes. & ideo per ipsam intelligitur articulus unitatis diuine essentie. & articulus sue prouidentie quantū ad premiationē boni. & punitionē malis. fides enim istorum articulorum semper fuit necessaria ad salutem. & est prima ad aliorum credulitatem. Vnde dicitur Hebreorum. xi. Credere enim oportet accedentem ad deum: quia est. & inquirentibus se remunerator sit. per Sanctum sanctorum intelligitur articulus sancte trinitatis per tres māsiones una super aliam ibidē existentes licet autem non sit ibi superioritas nec inferioritas proprie tamen filius est a patre & spiritus sanctus ab utroq;. Et secundum hoc dixit Hilarius q̄ autoritas est in patre. & subautoritas in filio. per partem templi que dicitur sanctum intelligitur articulus incarnationis benedicte per quem tres nature in suppositō filii sunt unite. s. natura diuina. anima rationalis. & caro Christi purissima. que signantur per tres māsiones unam super aliam existentes. Diuina nanq; natura superior est ad animam. & anima ad carnem. De istis uero duabus templi partibus potest accipi quod dicitur Apoc. xxi. & templum non uidi in ea: scilicet materiale quia secundum istum ultimū exponendi modum per uisionem Ezechiel. non intelligitur aliqua edificatio materialis. sed tantum spiritalis: Ideo sequitur ibidē: dominus deus omnipotens trinus in personis templum eius est q̄tum ad Sanctum sanctorum. agnus id est filius incarnatus quantū ad illam templi partem que dicitur Sanctum. per pilarios autem templi significantur miracula confirmatiua fidem Xp̄i. Vnde dicitur. Math. ulti. Illi autem

profecti predicauerunt ubiq; domino cooperante & ſe. con ſe. ſi. Per cohcleaſ uero quibuſ aſcenditur ſurſum poſſunt intelligi notitie creaturarum quibuſ aſcendimuſ in cognitionem diuinorum ſecundum quod dicitur Ro. 1. Inuiſibilia ipſiuſ id eſt dei a creatura dei. 1. ab homine per ea que facta ſunt: intellecta conſpiciũtur ſempiterna quoq; uirtuſ eiuſ & diuinitaſ per appendẽcia uero circa templum exiſtentia intelligũt alia omnia ad fidem pertinentia eo q̃ ad predictoſ articuloſ annectuntur. Et quo/niam fideſ informationiſ mortua eſt niſi fuerit caritate formata: Ideo ex una parte templi ponitur edifitium auſtrale ex qua parte prouenit eſtuſ caloriſ. ideo edifitiũ auſtrale ſignificat feruorem dilectioniſ. ex altera uero parte edifitium aquilonare: ſignificat donum timoriſ filialiſ. timor enim cantimuſ eſt infrigidationiſ & tremoriſ ut patet ad ſenſum. Dictum eſt autem ſupra q̃ in hiſ duobuſ ſacrificiſ eſt habitatio ſa/cerdotum quia ſacerdoteſ eſſe debent in continuo timore ne deum offendant. & in ti/more dilectioniſ: ut ei deuote ſeruiant. De iſtiſ edificiſ aquilonari & auſtrali poteſt accipi quod ſubditur Cant. quarto Surge aquilo & ueni auſter perfla hortum meũ. & fluant aromata illiuſ per ſpiritum enim timoriſ & dilectioniſ fluunt aromata cha/riſmatum in horto Eccleſie militantiſ. per quattuor autem atriola poſſunt intelligi. quattuor uirtuteſ cardinaleſ de quibuſ atriuſ dicitur Pſalm. lxxxiii. Melior eſt dieſ una in atriiſ tuiſ ſuper milia. nam commorari in exercitio uirtutum cardinalium eſt optimum. Per culinaſ uero ſeu coquinaſ poſſunt intelligi doctoreſ ſacre ſcripture de/uoti qui ſuiſ meditationibuſ decoquũt cibum ſacre ſcripture ut alii poſſint inde refici: ſecundũ illud Pſal. xxxviii. Concaluit cor meum intra me. & in meditatione mea exardeſcet igniſ. Iſte uero coquine ſunt in atriolis ſituate: quia doctoreſ ſacri elo/qui debent priuſ in quattuor uirtutibuſ cardinalibuſ exerceri. Dicitur enim. 1. Ethi/corum quod moraliſ Ppiloſophie non eſt conueniens auditor ille qui eſt ſecutor paſſi/onũ. & multominuſ eſt conueniens auditor theologie. & adhuc multominuſ cõueniens eiuſ doctor. propter quod in ſacre ſcripture doctoribuſ preexigitur exercitium in uirtutibuſ moralibuſ. Vnde dicit Philoſophuſ ſeptem Phyſic. q̃ ſedando & quieſcẽdo fiat anima ſapiens & prudens: quia ſedando turbationeſ paſſionum. & quieſcendo ab impulſionibuſ earum. quod fit per uirtutum moralium exercitium accipitur noticia ſanctarum ſcripturarum. Poſt expoſitionem templi & edificiorum circa ipſum di/cendum quid ſignificetur per ſacerdoteſ in ipſo miniſtranteſ: circa quoſ. v. ſuperiuſ ſunt deſcripta. ſcilicet eorum genuſ habituſ moduſ uictuſ & actuſ. Circa primũ dicit̃ q̃ ſint filii Sadoch: qui interpretatur iuſtuſ. & per hoc deſignatur q̃ Eccleſie mini/ſtri debent eſſe per imitationem ſpecialem filii Xp̃i qui dicitur Antononice iuſtuſ. Eſa. xlv. Rorate celi deſuper. & nubeſ pluant iuſtum. aperiatur terra. & germinet Saluatorem. Vnde Iohanneſ Apoſtoluſ de ſe & ſimilibuſ dicit. 1. ca. tertio. capitulo. Videte qualem caritatem dedit nobiſ pater ut filii dei nominemur. & ſimuſ. Quantũ ad ſecundum dicitur q̃ habeant ueſteſ lineaſ per quaſ in miniſtriſ Eccleſie deſignat̃ mentiſ & corporiſ puritaſ. & ſubditur q̃ feminalia linea operiant turpitudinem carniſ ſue per quod ſignificatur q̃ in miniſtriſ Eccleſie nihil turpitudiniſ aut diſſolutioniſ in uerbo geſtu uel facto debeat apparere. Vnde dicitur Exo. xix. Sacerdoteſ qui ac/cedunt ad me ſanctificentur: ne percutiam eoſ. Dicitur etiam ſupra de ſacerdotibuſ quod in aliiſ ueſtibuſ miniſtrent in templo: & in aliiſ habitent cum populo. quod im/pletum uidetur in nouo legiſ ſacerdocio. Quantum ad tertium dicitur q̃ ſacerdoteſ coma non nutriant. ſed attendenteſ radantur. per quod ſignificat̃ tonſura clericaliſ in miniſtriſ noue legiſ. Quantum ad quartum uero dicitur q̃ ſacerdoteſ nõ comedãt

captum a bestia nec per se mortuum . per quod designatur ꝙ ministri Ecclesie non debent de rapina uel alio illicito uiuere. Item de sacerdotibus dicitur: ꝙ uinum non bibant: quando ingressuri sunt templum : per quod intelligitur quod in ministris ecclesie esse debet sobrietas . & potissime quando debent celebrare . tunc enim in eis requiritur non solum ieiunium Ecclesie sed etiam nature. Quantum ad quintum dicitur ꝙ celebrent diuinum officium. & quod populum doceant quid sit mundum & immundum. & ꝙ in dubiis determinent quid sit tenendum: per quod designatur ꝙ in ministris Ecclesie debet esse deuotio ad debite celebrandum diuina. & sacre scripture cognitio ad docendum populo que sunt licita: & que illicita. & ad determinandū que in dubiis sint tenenda. Ista tamen cognitio maior requiritur secundum ꝙ aliquis in Ecclesie gradu maiori constituitur propter quod de ignorantibus dicitur Osee. iiii: Quia repulisti scientiam: repellam te: ne officio fungaris mihi etc.

Postq̄ dictum est de spirituali edificatione Ecclesie quantum ad spirituale regimen: Hic consequēter agitur de eodem edificio prout spectat ad regimen tēporale seu statum laicalem. Circa quod tria superius sunt descripta. s. diuisio terre: conditio Principis. & ciuitatis edificande. Ad intellectum istorū sciendū quod nulla communitas populi potest conuenienter stare sine obseruatione iustitie. Est autem duplex iustitia ut dicitur. v. Ethicorum scilicet cōmutatiua & distributiua. Prima proprie est inter populares in emptionibus & uenditionibus & aliis iustis cōmutationibus. & hec iustitia locum habet in bonis immobilibus. & etiam in bonis mobilibus. Quantum autem ad immobilia dictum est supra. ꝙ debet Tribubus. xii. diuidi terra per equalia per quod intelligitur quod populi Christiani debēt adinuicem uti iustitia cōmutatiua: cuius medium attenditur secundum equalitatem quantitatis ut habetur. quinto. Ethicorum & hoc fit in bonis immobilibus: quando quilibet hereditate propria est contentus: & non accipit per uiolentiam seu fraudem de possessione alterius. Vnde dicitur Deutero. xxvii. maledictus qui transfert terminos proximi sui. & dicet omnis populus Amen. Similiter in bonis mobilibus debet uti iustitia cōmutatiua populus Christianus & quantum ad hoc dicit̄ supra. xlv. ca. Statera iusta & Ephi iustum & Bachus iustus erit uobis etc. De Principibus autem dicitur ꝙ sint cōtenti terminis sue possessionis: per quod intelligitur ꝙ Principes Christiani debent esse cōtenti suis redditibus. & nullo modo grauare populum exactionibus indebitis. Vnde dicitur Deutero. xvii. de Rege. Cūq; fuerit constitutus non multiplicabit sibi equos nec habebit uxores plurimas que allitiant animum eius neq; auri & argenti in mensa pondera. per grauamen scilicet populi congregata. propter quod de facientibus contrarium dicitur Esa. i. Principes tui infideles socii furum. omnes diligunt munera sequuntur retributiones. pupillo non iudicant . & causa uidue non ingreditur ad eos Principes igitur utuntur iustitia cōmutatiua quando sunt contenti propriis redditibus. & similiter regni sui limitibus ita ꝙ non usurpent indebite sibi aliorum regna in toto uel in parte. Iustitia uero distributiua proprie pertinet ad superiores qui sunt honorum & onerum debitorum subditi impositores. & hec iustitia non attenditur secundum equalitatem quantitatis. sed proportionis. ut quilibet honoretur plus uel minus sicut ualet. & puniatur plus uel minus sicut debet. & de ista iustitia quantum ad sacerdotes qui sunt superiores in spiritalibus iam dictum est : ꝙ debent determinare dubia. & ꝙ teneatur eorum sententia : per quam una pars iustificatur : & alia condemnatur. quantum ad Principes autem dicitur in textu ꝙ faciant iudicium & iustitiam in populo. per quod designatur ꝙ ad hoc tenentur Principes Christiani plus q̄

Principes tempore ueteris testamēti quia totus ille status fuit figuralis respectu noui sicut dicitur. 1. Corinth. x. omnia in figura contingebant illis. Figura autem deficit a profectione illius rei cuius est figura. propter quod Principes Christiani debent esse multo profectiores q̄ Principes Iudeorum tempore ueteris testamenti. Circa tertium scilicet edificium ciuitatis patet ex fine libri Ezechielis q̄ in quadro describitur per ci/uitatem uero que dicitur ciuium unitas intelligitur unitas populi Christiani in fide & sacramentis Ecclesie. Vnde dicitur Ephe. quarto. unus deus. una fides. unum baptis/ma. Per hoc autem quod in quadro describitur: significatur q̄ populus Christianus exerceri debet in quattuor uirtutibus cardinalibus. dicitur enim. x. Ethi. q̄ intentio legis lateris est ciues facere bonos seu uirtuosos. In quolibet autem latere ciuitatis de/scribunt. tres porte & a. xii. Tribubus nominate. & ad quattuor orbis partes equa/liter respicientes per quod intelligitur q̄ ad Principem Christianum ad cuius officium spectat preesse communitati ciuium omnes Christiani sibi subditi tam maiores q̄ mino/res ex qualibet parte regni sui liberum ad eum habeant accessum tanq̄ ad conserua/torem & defensorem omnium. & quoniam in hoc sunt ministri dei. & eius uicarii. secundum quod dicitur. Ro. xiii. Principes non sunt timori boni operis sed mali & subditur: ministri enim dei sunt in hoc ipsum seruientes. Ideo subditur in fine libri: & nomen ciuitatis dominus ibidem quia ciuitas non nominatur a uicario. sed a principali domino. & sic communitas populi Christiani denominatur a Christo. Circa uero predicta scilicet edificium templi diuisionem terre. & edificium ciuitatis descripti sunt multi numeri determinati cubitorum. & calamorum de quibus probabiliter potest dici in generali: q̄ per ipsos intelligitur certa quantitas murorum secundum conditiones & opera personarum. sed quoniam ista certa quantitas soli deo nota est quantum ad omnia: alius uero quantum ad aliqua quibus & quantum sibi placuit reuelare: Ideo extra expositionem dictorum numerorum in speciali & particulari uolui descendere. sed hoc alius relinquere: quibus reuelare uoluerit ille de quo dicit Danielis. secundo. Ipse reuelat profunda & abscondita. & nouit in tenebris cōstituta. & lux cum eo est. Cui laus sit honor & gloria per infinita secula seculorum. Amen.

Incipit Daniel.

Anieli autem dedit dominus intelligentiā omniū uisionum: Dan. primo. In uerbo proposito tanguntur quattuor cause huius libri Danielis quem pre manibus habemus. scilicet causa Subiectiua. effectiua. finalis. & formalis. Ad cuius intellectum sciendum q̄ tres istarum causarum in idem concurrunt in tota sacra scriptura & in partialibus eius libris. Sub alia tamen ratione. Sicut enim in Phylosophia naturali corpus mobile est subiectum sub ratione absoluta. & in partialibus libris sub rationibus contractis: ut in libro de generatione. corpus mobile ad formam. & in libro celi & mundi: corpus mobile ad situm: & sic de de alius libris partialibus consequēter: sic in tota sacra scriptura deus sub ratione deitatis absoluta est subiectū. Vnde theologia dicitur quasi sermo de deo: & sub cōtractis rationibus est subiectum in partibus sacre scripture: ut in ueteri testamento subiectū est ut rerum creator & gubernator. & in nouo ut humani generis redemptor. & glorificator. & sic procedendo magis contracte in partialibus libris utriusq; testamenti.

Similiter idem deus est causa effectiua sacre scripture generaliter . quia tota sacra scriptura procedit per eius reuelationem . & in libris partialibus est causa effectiua ut reuelator notitie in quolibet libro specialiter contente . & similiter est causa finalis. totius sacre scripture loquendo de ultimo fine: quia tota sacra scriptura ordinatur finaliter ad supernaturalem beatitudinem consequendam: que cõsistit in deo obiectiue & in partialibus libris sub contracta ratione. Igitur in libro Danielis deus est causa subiectiua effectiua & finalis sub rationibus contractis. quod notatur in uerbo prelassumpto cum dicitur. dedit deus: quod ex principio clausule resumitur: Deus enim ut Rex supereminens est hic subiectum quia ut patebit ex processu libri in eo declaratur supereminentia regni dei ad regna terrena de quo dicitur Psalmo. lxxxiii. Deus magnus dominus & Rex magnus super omnẽ terram Est etiá causa effectiua in hoc libro prout reuelauit Danieli noticiam huius regni . Vnde dicitur Apoc. v. capitulo fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes. & regnabimus super terram. Causa uero instrumentalis effectiua tangitur in uerbo proposito cum dicitur. Daniel: Vnde dicitur infra . x. capitulo. Daniel uir desideriorum intellige uerba que ego loquor ad te. Intellexit enim Daniel ea que scripsit in hoc libro. Vnde infra . xii capitulo . dicitur . Tu autem Daniel claude sermones & signa librum etc. Causa uero formalis huius libri tangitur cum dicitur: Intelligẽtiá omnium uisionum. Circa quod sciendum ꝙ duplex est forma libri scilicet forma tractatus & forma tractandi. Forma tractatus est diuisio huius libri qui diuiditur secundum decem uisiones ut patebit prosequendo Due uero historie que ponuntur in fine libri: non sunt de eius integritate . quia nec apud Hebreos habentur. Forma uero tractandi est modus agendi qui in libro isto est uisionum intellectio . quia uisio non est Prophetica nisi sit intellecta & hoc siue in somno siue in uigilia sicut Pharao uidit spicas. Geñ. xli. & Balthasar uidit manum scribentem in pariete Dan. v . ille dormiens iste uigilans neuter tamen fuit Propheta quia non intellexit. sed Ioseph fuit Propheta qui intellexit uisionem Pharaonis. & Daniel similiter qui uisionem Balthasar intellexit. Vnde dicitur. Dan. decimo. Intelligentia opus est in uisione: scilicet ad hoc ꝙ Prophetica dicaẽ . Sciendũ tamẽ ꝙ hec uisio dicitur triplex: scilicet sensibilis. Imaginaria . & intellectualis. Sensibilis uisio est quando aliquid uidetur exterius. & intelligitur significatum ipsius sicut Daniel uidit scriptum in pariete Regis Manethetbel Phares. Dan. v. Imaginaria uero uisio est quando in uirtute Imaginatiua formantur Imagines uirtute diuina: ad aliquid occultum significandum sicut Daniel uidit quattuor bestias ascendentes de mari significantes quattuor regna. hoc intellexit. Dan. septimo. Visio uero intellectualis est quando sine aliquibus Imaginibus siue figuris menti Prophete ueritas reuelatur: sicut Danieli cogitatio Nabuch. fuit reuelata Danielis. secundo. Tu Rex cogitare cepisti in stratu tuo quid esset futurum post hoc etcet. licet enim somnium Nabuch. fuit Danieli reuelatum uisione Imaginaria: quia somniũ Regis uidit somnio suo ut infra dicitur: tamẽ cogitatio Regis non potuit sic reuelari: sed sola uisione intellectuali. Itẽ in talibus uisiõibus aliquãdo appet aliq̃ ꝑsona docens: & sic frequẽter legitur Gabriel angelus apparuisse ad docendum Danielem ut infra prosequendo uidebitur. Item uisiones Prophetice aliquando fiunt in somno aliquando in uigilia sicut dictum fuit in principio libri Psalmorum diffusius in Propheticis uisionibus. propter quod plura circa uisiones huiusmodi alias a me dicta a principio huius libri ad presens omitto : quia posita sunt in principio libri Psalmorum ubi melius habent locum cum sit primus liber Prophetalis secundum doctores Latinos & utroq; modo

ſcilicet in uigilia. & in ſomno facte ſunt uiſiones Danieli. ut tam in parte patet ex
predictis & magis in ſequentibus apparebit. & ideo meliuſ dicitur in uerbo preaſſum/
pto Danieli autem dedit deus intelligentiam omnium uiſionum. propter quod in eo
fuit impletum: quod dicit dominus Oſee. xii. Ego uiſionem multiplicaui ſcilicet in
Daniele: cui dedi intelligentiam omnis uiſionis Prophetice modo predicto. & tandem
a deo data eſt ſibi uiſio clara diuine eſſentie in patria. Ad quam uos perducat qui cum
patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen. Cap. I.

IN anno tertio Ioacim etc. liber Danielis diuiditur in duas partes In partem pro/
hemialē & partem principalem in principio ſecundi ca. In anno ſecundo. Circa
primum deſcribitur ſapientia collata diuinitus autori huius libri ſcilicet Danieli ubi
ſic proceditur: quia premittuntur quedam ad ſapientiam diſponentia. Secundo de/
ſcribitur collata ei ſapientia ibi: pueris autem bis: Tertio ponuntur quedam ad hec
ſequentia ibi. fuit autem Daniel. Prima adhuc in tres ſecundum q̄ & in Daniele
deſcribuntur tria ad ſapientiam diſponentia. Primum eſt humilitas ſtatus. Secundū
nobilitas ortus ibi. & ait Rex Aphanez. Tertium ſobrietas uictus ibi. propoſuit aūt
Daniel: Circa primum notandum q̄ dicitur Prouerb. xii. ubi humilitas: ibi ſapientia
Ideo dominus qui preuiderat Danielem diuina ſapientia decorari: permiſit eum p̄us
humiliari. quia cum eſſet de ſemine regio ut dicetur infra p̄miſit tamen eū captiuari:
per Regem Babylonis qui uenit contra Hieruſalē. & ſpoliauit eam. & hoc eſt quod
dicitur hic. anno tertio etc. & patet uſq; ibi. & partem uaſorum domus dei: ex quo
patet q̄ iſte Nabuch. fecit reuerentiam deo celi qui colebatur in Hieruſalem. quia
non abſtulit inde omnia uaſa miniſterii ſed aliqua reliquit ad cultū dei. Item quia illa
que aſportauit non applicauit humanis uſibus ſicut fecit Balthaſar nepos ſuus: ꝓpter
quod fuit ſeruitus a domino: ut dicetur infra. v. cap. ſed poſuit ea in loco ſacro ſe/
cundum ſuam eſtimationem ſcilicet in templo dei ſui. & hoc eſt: quod dicitur: & aſ/
portauit ea in terram Sennaar: id eſt in Babylonem que primo uocata eſt Sennaar
& poſtea dicta eſt Babylonia a turre ibi edificata a filius Noe ut habetur Geñ. xi.
in domum dei ſui etc. & patet. Circa iſtam partem tria ſunt hic dubia. Primo quis
fuerit iſte Nabuch. quia plures leguntur ſic fuiſſe nominati. Secundo quis iſte Ioa/
acim eadem ratione. Tertio quare Nabuc. uenit contra eum in prelium. Ad primum
dicendum: q̄ iſte fuit Nabuch. Magnus & dicitur Magnus a magnitudine operum.
quia regnum Chaldeorum quod ante ipſum erat paruū: ualde ampliauit. & monarc/
hiam fecit. ſicut Karolus Magnus dicitur ſic a magnitudine operum quia primus de
Regibus Francorum adeptus eſt Romanum Imperium. Dicitur autem in aliquibus
hiſtoriis q̄ Nabuch. iſte primus uocatus eſt hoc nomine. & hoc ab euētu: quia quādo
de nouo fuit natus fuit in ſiluam proiectus & dimiſſus. ſed ex diuina ordinatiōe uenit
capra ſilueſtris puerum lactans: quia ſcriptum eſt in Pſalm. Cuſtodiens paruulos do/
minus. bubo etiam aduolauit ſuper arborem iuxta puerum quem leproſus per nemus
tranſiens uidit & cepit admirari quia illa quis parum apparet in die. propter quod di/
ligentius attendens uidit capram lactantem puerū ſub arbore. quem aſſumens nutriri
fecit. & eum Nabuchodonoſor ab euentu uocauit Nabuch. enim bubo dicitur in illa
lingua. Chado. capra. Noſor leproſus. & patet q̄ non fuit ille Nabuchod. ſub quo
hiſtoria Iudith dicitur fuiſſe: quia ille fuit poſt iſtum per magnum tempus. & cōmuni/
ter dicitur q̄ fuit filius Cyri. quia hiſtoria Iudith fuit poſt reditum captiuitatis Baby/
lonice ut patet ibidem. Ad ſecundum dicendum q̄ iſte Ioacim filius fuit Ioſie Regis
Iuda qui captiuato fratre eius Ioathan per Regē Egypti cōſtitutus eſt Rex Iuda

mutato nomine ipſius quia prius Heliachim uocabatur ut patet quarto Reg. xxiii. & regnauit iſte. xi. annis. cui ſucceſſit filius eius Ioachin per. n. ſcriptus in fine & uterq; captus eſt a Nabuch. Rege Babylonis. & eodem anno ut uidebitur propter quod dubium eſt de quo ſcriptura hic loquatur. Sed patet ſolutio in Hebreo quia primus ſcribitur per Coph & Men quibus in Latino correſpondent c & m. Secúdus ſcribit̃ per Caph & Ium quibus in Latino correſpondent K & V. Iſte aũt Ioacim de quo loquit̃ hic Daniel ſcribit̃ in Hebraico per c. & Men. & apud nos debet ſcribi per c & m. ex quo patet q̃ iſte eſt Ioacim filius Ioſie. Secundo hoc patet quia ſecúdus Ioakin qui fuit nepos Ioſie regnauit ſolum per tres menſes ut habetur quarto. Reg. xxiiii. De iſto aut̃ Ioacim dicit̃. hic anno tertio Ioacim etc. Sed iſtud dictum uidet̃ repugnare predictis quia dictum eſt q̃ filius Ioſie regnauit. xii. annis hic autem dicit̃ captus anno tertio. regni ſui. Ad quod dicendum q̃ non accipitur hic tertius annus regni Ioacim abſolute. ſed ab illo tempore quo ceperat eſſe tributarius Regi Babylonis. & iſte fuit undecimus annus regni ſui. Ad tertium dicendum q̃ cauſa huius belli habuit initium a tempore Ezechie Regis Iuda quando oſtendit omnia ſecreta domus ſue nuntiis Regis Babylonis. & tunc predixit ſibi Eſaias: ut habetur Eſaie. xxxvi. Ecce dies ueniunt in quibus theſauri domus tue portabuntur in Babylonem. & de filiis tuis erunt Eunuchi in aula Regis Babylonis. quod tempore Ioachim filii Ioſie impletum eſt. Rex enim cõſtituerat eum Regem amoto fratre eius Ioachan ut uiſum eſt. & ideo fauebat Regi Egypti contra Nabuch. Regem Babylonis: qui habebat bellum contra Regem Egypti propter quod Nabuch. Rex Babylonis uenit contra Ioacim & fecit eum tributarium & ſibi fidelitatem iurauit cõtra Regem Egypti. Iſte tamen Ioacim tertio anno poſt rebellans a Rege Babylonis captus eſt: ut dictum eſt. & uaſa deportata. & pueri de ſemine regio ſunt ducti in Babylonem. & interfectus eſt iſte Ioacim. & proiectum cadauer eius extra muros Hieruſalem & impletum eſt quod de eo Hieremias dixerat Hiere. xxii. Sepultura aſini ſepelietur. & conſtitutus eſt filius eius Ioachin per n ſcriptus Rex Iude per Regem Babylonis qui poſt tres menſes miſſo exercitu contra eum tradidit ſe cum matre & aliis conſilio Hieremie. & hec proprie dicitur tranſmigratio Babylonis. & iſte ductus eſt in Babylonem. & incarceratus. xxxvii. annis uſq; ad regnum Euilmoradach qui eum amouit de carcere. & fecit ſibi cõmenſalem ut dicitur quarto. Reg. ultimo. Sic igitur patet. tertiũ ſcilicet cauſa belli Regis Babylonis contra Ioacim Regem Iuda. ſed hec cauſa accipitur ex parte Regis debellantis eum. Cauſa autem ex parte dei fuit: quia Reges Iuda. & populus erant peſſimi. & Idolatrie dediti: ut habet̃. iiii. Regu. & u. Paral. propter quod dominus permittebat eos talia facere. Vnde Rex Egypti & Rex Babylonis mouerunt bellum contra eos ſucceſſiue. Et ait Rex: Hic ponitur ſecundum diſpoſitionem Danielem ad ſapientiam diuinam ſcilicet nobilitas ortus quia ſecundum q̃ dicit Boetius ſecũdo de conſolatione. Nobilitas generis eſt quedam laus prouenies homini de bonitate parentum. & ideo ut ibidem ipſe dicit in nobilitate generis hoc bonum eſt: quia per ipſam quedam neceſſitas ipſis nobilibus imponitur ne a maiorum ſuorũ probitate degenerent. homines autem bene morigerati ſunt diſpoſiti ad ſapientiam. quia ſedatis paſſionibus fit anima ſciens & prudens ut dicitur. ſeptimo Phyſicorũ propter quod hi introducitur nobilis Danielis quia nobilitas exiſtens genere nobilior fuit moribus: & ideo dicit̃ hic iter nobiles poſitus edoctus & nutritus & nomine regio decoratus. q̃ impoſitũ eſt ei nomen Balthaſar quod eſt nomen regiũ ut patet infra. v. ca.

hoc eſt igitur quod dicit: & ait Rex: ſcilicet Nabuc. Aphanez Prepoſito eunuchoꝝ: id eſt magiſtro ſeruiẽtium in domo Regiſ. antiquitus enim illi qui in domo regie ſeruiebant ad interiora domuſ caſtrabantur: propter ſecuritatem a mulieribuſ ut dicunt aliqui. Alii uero dicunt: q̃ dicebantur eunuchi propter caſtitatẽ. & morum honeſtatẽ quod uerius uidetur. homineſ enim inboneſti non permittebantur ſeruire in domibuſ Regum. & inde eſt q̃ ſeruitoreſ generaliter dicti ſunt poſtea eunuchi. Vnde & in Actibuſ Apoſtolorum. viii. ca. uocatur eunuchuſ ille uir qui erat ſuper gazaſ Regine Ethyopum ſequitur. ut introduceret de filiiſ Iſrael & de ſemine regio: & pro id eſt q̃a uolebat habere in aula ſua aliquoſ de ſemine Dauid. & tyrannorum: id eſt nobilium qui uirtute armorum erant magnificati. hoc faciebat Nabucho. ad magnificentiam ſuam. & memoriam ſue victorie q̃ taleſ nobileſ captiuauerat. ſequit̃. pueroſ in q̃buſ nulla eſt macula: id eſt defectuſ membrorum. Vnde etiam in lege dicitur animal ſine macula. & imolaticium quod non eſt cecum uel claudum uel huiuſmodi non propter pulchritudinem pelliſ. & ex hoc patet q̃ Daniel & eiuſ ſotii non dicuntur hic eunuchi quia fuiſſent caſtrati per abſciſionem membrorum genitalium: ut arbitrantur aliqui Iudei: quia non fuiſſent ſine defectu membrorum. nec pulcher aſpectuſ. quia taliter caſtrati ſunt cõmuniter male gratioſi etiam in facie. decoroſ forma: propter pulchritudinem coloriſ & aſpectuſ. Vnde & in Hebreo dicitur bone uiſioniſ. eruditoſ omni ſapientia. quantum ad Philoſophiam naturalem. cautoſ ſcientia: quantum ad ſcientiam rationalẽ. cuiuſmodi eſt Gramatica. Logica. Rethorica. doctoſ diſciplina: q̃tũ ad Philoſophiam moralem ſeu quantum ad morum honeſtatem. qui poſſent ſtare id eſt miniſtrare. in palatio Regiſ: hoc dicitur quantum ad robur corporiſ & agibilitatem membrorum. ut doceret eoſ litteraſ & linguam Chaldeorum: uolebat enim Nabuch. habere in palatio ſuo aliquoſ de qualibet lingua qui cum lingua materna ſcirent linguam Chaldaicam ut poſſent ſibi legere & interpretari litteraſ omniũ gentium. patet etiam ex hoc q̃ Philo Iudeuſ deceptuſ fuit credens eandem linguam eſſe Iudeorum & Chaldeorum q̃ ipſe credebat ex hoc q̃ Abraham fuit oriundus de Chaldea q̃ non ualet. quia non eſt inconueniens immo multum probabile Abraham plureſ linguaſ ſciuiſſe. ſequitur. & conſtituit eiſ Rex Annonam etc. ut ex bona nutritione eſſent magiſ gratioſi & apti in corpore. & in mente. quia bona diſpoſitio corporiſ bene facit ad bonam diſpoſitionẽ mentiſ quantum eſt de ſe. & maxime quando cum hoc eſt bona diſciplina: ſicut fuit in iſtiſ iuuenibuſ: ut patet in littera. fuerunt enim inter eoſ: id eſt inter iuueneſ electoſ de diuerſiſ nationibuſ. de filiiſ Iuda Daniel etc. & impoſuit eiſ Prepoſituſ eunuchorum nomina etc. quia nomina Hebraica erant Babyloniſ abominabilia. & male nota. quod eſt inconueniens in illiſ qui ſtabant in palatio Regiſ. Propoſuit autem: Hic ponitur tertium diſponens Danielem ad ſapientiam ſcilicet ſobrietaſ uictuſ ſecundum q̃ dicitur Eccleſiaſt. ſecundo. & propoſui a uino abſtrahere carnem meam ut animum meum transferrem ad ſapientiam. ſic fecit iſte Daniel cum ſotiiſ ſuiſ. & hoc eſt: quod dicitur hic: propoſuit autem Daniel in corde ſuo ne pollueretur de menſa Regiſ etc. hoc eſt de cibiſ & potibuſ eiuſ. fuit enim conſuetudo antiquorum q̃ de imolatiſ Idoliſ ponebatur aliqua portio in menſa magnorum ſimiliter ibi erant aliqua lege Moyſi prohibita Iudeiſ extraditionibuſ paterniſ ſicut modo eſt prohibitum uinum preſſum a Chriſtianiſ licet in lege non ſit eiſ prohibitum. Et quia a talibuſ uoluit abſtinere Daniel ne polluereturaliquo peccato contra predicta faciendo: ideo uoluit abſtinere a cibiſ & potibuſ regiſ. hoc modo fecit Iudith q̃diu fuit

cum Holoferne nolenſ comedere de cibiſ eiuſ: ſed tantū de iſ que ſecum attulerat: ut habetur Iudith. xii. ſequitur. dedit autem deuſ Danieli gratiam & miſericordiam. in conſpectu Principiſ eunuchorum etc. q. d. licet Princepſ eunuchorum multum diligeret Danielem tamen noluit acquieſcere timenſne in corpore detrimentum patereť & per conſequenſ Prepoſituſ puniretur a Rege tanq̄ agenſ contra mandatum eiuſ & patet littera & ſequitur: & dixit Daniel Malaſar etc. ꝙ enim non poteſt impetrare a maiori querit impetrare a minori qui erat cōſtitutuſ ad miniſtrandum eiſ neceſſaria ſpecialiter tempta uoſ obſecro ſeruoſ tuoſ diebuſ decem: conuenietſ ſpatium probationem petit: quia nec nimiſ lōgum. ut defacili poſſit illud impetrare: nec nimiſ breue ita ꝙ poſſit ueritaſ apparere. & dentur nobiſ legumina etc. Iſta nunq̄ fuerunt prohibita Iudeiſ nec ante legem nec ſub lege nec paterniſ traditionibuſ nec Idoliſ fiebat oblatio de talibuſ. propter quod poterat Daniel eiſ uti ſine aliqua ſuſpitione peccati. propter quod dicit Apoſtoluſ Ro. xiiii. qui infirmuſ eſt oluſ māducet. & non loquiť ibi de infirmitate corporiſ ſed de infirmitate conſcientie illorum qui timebant peccare comedendo Idolatica ut ibidem patet ſequitur. poſt dieſ autem decem. apparuerunt uultuſ eorū melioreſ: id ē magiſ uiuidi in colore & corpulēcioreſ: id eſt magiſ carnoſi pre omnibuſ pueriſ qui ueſcebantur cibo regio. hoc autem factum eſt diuina uirtute propter iuuenū deuotionem. porro Malaſar tollebat cibaria etc. id eſt occulte portabat pro ſe & familia ſua ne ab aliiſ perciperetur: & puniretur. Pueriſ: Hec eſt ſecunda parſ principaliſ huiuſ capituli in qua poſita multiplici diſpoſitione ad ſapientiam ut uiſum eſt: Hic conſequenter ponitur eminentia ſapientie. collate Danieli. & ſotiiſ eiuſ. & primo quantum ad ſapientie habitum. Secundo quantum ad eloquentiam ſeu experimentum ibi. completiſ: Prima adhuc in duaſ. quia primo oſtenditur ſapientia collata omnibuſ generaliter. Secundo Danieli ſpecialiter ibi. Danieli autē Dicit igitur primo ſic. Pueriſ biſ: id eſt Danieli & ſotiiſ eiuſ. dedit deuſ ſcientiam etc. ex hoc patet: ꝙ non habuit ſciētiam ſolū per humanam inueſtigationem & doctrinā ſed etiam per diuinam infuſionem. & dicit ſcientiam: quo ad ſpeculabilia. & diſciplinā quo ad moralia. in omni libro: diſcendo ſcilicet in omni libro. & ſapientia diſcenda uel exponenda. Danieli: hic oſtenditur quid collatum ſit Danieli in ſpeciali & hoc eſt ꝙ dicit. Danieli autem dedit: ſupple dominuſ. intelligentiam omnium uiſionum: id eſt occultorum quantum ad ea que in uigilia uidentur ſicut Balthaſar uidit manum ſcribentem quod Daniel intellexit ut habetur infra. v. ca. per hoc etiam intelligiť cognitio illorum que uidentur auerſiſ ſenſibuſ ut in raptu & extaſi. & conſimilibuſ quoꝝ noticiam habuit Daniel. ſomniorum: quantū ad ea que uidentur in ſomno ſicut patet infra ꝙ intellexit ſomnium Nabuch. de ſtatua magna & lapide ipſam conterente. ii. ca. & ſomnium eiuſ de arbore magna & uigili. ſancto precipiente cauſa incidi. iiii. ca. Vtrum autem taliſ intelligentia occultorum fuerit collata ipſi Danieli per aliquem habitum ſibi infuſum eſt dubium: & dicunt aliqui ꝙ ſic: quia non eſt dubium: ꝙ ſcientia data ſibi & aliiſ fuit habituſ. & eadem ratione uidetur de iſta intelligentia occulatorum: que fuit data ſpecialiter ipſi Danieli: quia utrunq; eodem modo dicatur hic datum a deo: niſi ꝙ unum. fuit datum generaliter tribuſ: aliud ſpecialiter uni tantū. Item ſecūdo Ethycorum dicit Philoſophuſ ꝙ in anima non ſunt niſi tria potentie. paſſioneſ. & habituſ. Taliſ autem intelligentia occultorum non poteſt dici potentia. quia ineſſet omnibuſ. nec paſſio. quia paſſioneſ proprie dicte ſunt in parte ſenſitiua: in qua non poteſt eſſe taliſ intelligentia. paſſioneſ autem large dicte ſic intelligere &

uelle ſunt actuſ: que tranſeunt: & ſic non diceretur aliquiſ Propheta quãdo dormit. ergo uidetur ꝙ taliſ intelligentia ſit habituſ. Et confirmatur ratio quia Daniel poſitiſ ſibi ſomniſ uel aluſ occultiſ ſtatim intelligebat: ꝙ non uidetur eſſe niſi habentiſ habitum. Alii dicunt contrarium ꝙ non eſt per aliquod lumen habituale impreſſum menti Prophete. ſed per quandam illuſtrationem ad modum paſſioniſ tranſeuntiſ qđ probant ex dicto Grego. in prologo ſuper Ezechielem ubi dicit ꝙ ſpirituſ ꝓphecie aliquando Prophetiſ deeſt nec ſemper eorum menti preſto eſt. habituſ autem ineſt ſemper quia eſt qualitaſ de difficili mobiliſ. Ad hoc etiã inducit illud. quarto Reg. iii. de Heliſeo qui non potuit dare reſponſum Regi niſi priuſ uocato Pſalte: & cum caneret Pſaltes factuſ eſt ſpirituſ domini ſuper eum etc. quia per melodiam diuine laudiſ quam Pſaltes canebat: excitata eſt menſ Heliſei ad deuotionem. & ſic menſ eiuſ fuit diſpoſita ad recipiendum illuſtrationem diuinam. Conſiderandum tamen ꝙ lumẽ Prophetticum non ſit habituſ ſecundum iſtam opinionẽ. eſt tamen gratia gratiſ data. ſicut eſt gracia miraculorum: de qua certum eſt: ꝙ non dicit aliquid manenſ in ipſo homine ſed diuinam aſſiſtentiã ad agendum miracula ad preceſ hominiſ. & a tali gratia dicitur Propheta. Per hoc patet ſolutio ad argumenta que ſunt pro alia opinióe. Si quiſ autem uult tenere aliam opinionem poteſt defacili ſoluere illaſ auctoritateſ inductaſ: quia duo requiruntur in cognitione actuali: & unum eſt ſpecieſ rei cognoſcibiliſ. alterum lumen intellectuſ agentiſ. & ſpecieſ abſtracta a phantaſmatibuſ. poteſt igitur dici ꝙ lumen propheticum eſt aliquid permanenſ per modum habituſ datum tamen a deo: ad hoc tamen ꝙ Propheta per hoc lumen actualiter aliquid ſupernaturale cognoſcat requiritur cum ipſo ſpeciei acceptio per aliquam uiſionem Imaginariam in ſe uel in aliquo alio ſicut eſt in cognitione prophetica ſine tali uiſione Imaginaria: quia tũc taliſ ſpecieſ intelligibiliſ fit immediate a deo in intellectu Prophete: & quantum ad hoc dicit Gregoriuſ ꝙ ſpirituſ prophecie aliquando deeſt Prophetiſ quia non ſemper habent talem ſpeciem. ſed oportet ꝙ de nouo fiat propheticã actu. & per hoc patet illud de Heliſeo. Completiſ: Hic oſtenditur ſapientia collata Danieli & ſotiſ eiuſ quantum ad experientiam & eloquentiam: cum dicitur. completiſ itaq; diebuſ: ſcilicet trium annorum. poſt quoq; dixerat Rex ut introducerentur in conſpectu ſuo: ſcilicet ut ibi probarentur: Vnde ſequitur poſtea: cunq; locutuſ eſt fuiſſet Rex: temptando in diuerſis queſtionibuſ ſapientiam eorum, non ſunt inuenti taleſ de uniuerſis pueriſ: ſcilicet qui edocti fuerant cum eis ſequitur. & omne uerbum ſapientie: reſpectu diuinorum. & intellectuſ reſpectu humanorum: uel aliter dicẽ. intellectuſ: quantum ad apprehenſionem bonam ſapientie quantum ad iudiciũ certũ: quod ſciſcitatuſ eſt Rex ab eis inuenit in eis decuplum: hic accipitur numeruſ determinatuſ pro indeterminato id eſt multo pluſ. ſuper cunctoſ Ariolos: Iſti ſunt qui uaticinantur de occultis per ſacrifitia in aris Idolorum Immolata. & Magos: Iſti ſunt Aſtrologi qui per conſtellationeſ iudicant de futuris & occultis. Vnde & illi qui uiſa ſtella uenerunt adorare Xp̃m: dicti ſunt Magi: ut habetur Math. ſecundo. qui erãt in uniuerſo regno eius: quia taleſ arteſ diuinandi tunc uigebant in Chaldea. Fuit autem: hec eſt ultima parſ in qua ponunt quedam conſequentia ad ſapientiã collatã Danieli que ſunt honor & gloria ipſius Danieliſ in regno Chaldeorum & Perſarum. Vnde dicitur Sapien. viii. propter hanc id eſt ſapiẽtiam habebo claritatem ad turbaſ & honorem ad ſenioreſ, iuuenis & acutuſ inueniar in iudicio. & in conſpectu potentum admirabiliſ ero. & facieſ Principum admirabuntur me. Hec autem omnia

fuerunt in Daniele propter sapientiam a deo sibi collatam. & hoc est q̄ dicitur hic: Fuit autem Daniel: in honore scilicet & gloria in Chaldea Media & Parside ut patebit ex libri prosecutione a tempore Nabuch. Magni usq; ad tempus Cyri. hic destruxit regnum Chaldeorum propter hoc sequitur. usq; ad annū primū Cyri Regis ex hoc patet defectus eorum qui litteram istam exponunt de tempore uite Danielis sic exponentes. Fuit autem Daniel usq; ad annum primum Cyri: id est tantum uixit & non plus. quia decima uisio Danielis facta est sibi tertio anno Cyri: ut habet infra decimo capitulo. ex quo patet q̄ terminus uite Danielis non potest accipi primo anno Cyri Ideo expone ut prius.

.II.

IN anno secundo: Hic ponitur secunda pars principalis huius libri in qua intendit autor ostendere potentiam regni Xp̄i per comparationem ad regnum mundi uel diaboli & hoc per decem uisiones hic consequenter positas. Et diuiditur in duas partes quia primo ponuntur. v. uisiones ad primum aduentum Christi principaliter pertinentes. Secundo alie. v. principaliter pertinentes ad secundum aduentum Xp̄i licet tam in illis q̄ in istis fiat aliquando mentio de utroq;. Secunda incipit ca. vii. anno primo Balthasar. Prima diuiditur in quinq; partes secundum. v. uisiones. Prima uisio est de lapide abscisso sine manibus statuam grandē conterente in qua prefigurata est Christi conceptio diabolum conterentis. Secunda de angelo filio dei assimilato in fornace descendente in qua figurata est natiuitas Xp̄i in nostram penalitatē descendentis. Tertia de uigili sancto clamante precisionē arboris in qua figurata est predicatio Christi uitia discindentis. Quarta de manu scribente in pariete terminationem regni Balthasar in qua figurata est passio Christi regnum diaboli exterminantis. & chirographum decreti cruci affigentis. Quinta de inclusione Danielis in lacū & liberationem eius per angelum in qua figurata est resurrectio Xp̄i spoliantis inferum. partes patebunt in quinq; capitulis per ordinem sequentibus. Circa primum aduertendum q̄ causa effectiua principalis huius uisionis est spiritus sanctus causa impetratiua est oratio Danielis & sociorum eius. Causa finalis est ut dei potentia panderet & Daniel exaltaretur. & Rex superbus humiliaretur. Causa autem materialis est continentia huius uisionis: que ostendit discursum & mutationē mundi per quattuor regna principalia sibi succedenda usq; ad tempus Christi omnia regna terrena sibi subiugantis. Causa autem formalis est diuisio huius ca. Notandum q̄ in qualibet uisione ponuntur he quattuor cause ut posite sunt in ista: quia quelibet uisio est quasi quidam specialis tractatus. Igitur circa causam formalem huius capituli. ostenditur p̄mo reuelatio somnii. Secūdo inquisitio uisi: ibi precepit ergo: Tertio reseruatio mysterii ibi. tunc Danieli: Quarto magnificatio dei ibi: tunc Rex Nabuch. Circa primum considerandum quis fuit iste Nabuch. quia enim dicitur hic. In anno secundo regni Nabuch. Ideo dicunt aliqui q̄ fuit Nabuch Iunior & filius Magni Nabuch. & q̄ regnauit ante fratrem suum Euilmoradach immediate post patrem. & ex ordinatione patris propter maliciā Euilmoradach qui erat primogenitus Magnus enim Nabuch. tam regnauerat per septem annos integre quādo Daniel de Iudea in Babylonē fuit ductus & iterum per tres annos fuit Daniel nutritus & edoctus anteq̄ ei presentaretur ut uisum supra. ca. precedenti. Cum ergo in hoc capitulo dicatur q̄ Daniel ut alius sapientior exposuit somniū Nabuch. & cum hoc dicatur q̄ hoc somnium uidit secundo anno regni sui. Ideo concluditur q̄ non potest intelligi de magno Nabucho. propter quod dicunt alium fuisse Nabucho. filium predicti qui Nabucho. secundus

regnauit post patrem & secundo anno regni eius facta sunt ista que hic narrantur. Sed Hebrei & Berosus Historiographus Chaldeorum quibus magis credendum est: dicũt Euilmoradach immediate regnasse post patrem & hoc est ꝙ dicit quedam glosa: que sic incipit non filius: que infra ponitur super principium. v. cap. hoc etiam uideẽ per dictum Hieremie. xxvii. cap. ubi ponitur uerbũ domini loquentis sic dedi Regi Babylonis terras istas. sequitur & seruient ei & filio eius & filio filii eius. & non ponũt plures. certum est autem secundum omnes ꝙ Euilmoradach fuit filius Nabuchodo. Magni. & Balthasar filius filii sui. scilicet Euilmoradach & non dicitur ꝙ fuerit ibi alius intermedius qui uocatus fuerit Nabucho. Historiographi tamen aliqui ponunt duos filios inter Euilmoradach & Balthasar: scilicet Regular & Labozardach. Sed quia autoritas Hieremie uidetur discordare & annales Hebreorum posset dici ꝙ isti duo sunt idem in numero. cũ Euilmoradach. alio nomine dictus est Regular & Balthasar Labozardach. Item expositio illorum qui dicunt ꝙ Nabuchodo. de quo hic agitur: fuit filius Magni Nabuc. & regnauit post mortem eius includit cõtradictionẽ quia secundum eos illa uisio que ponitur c. se. exponitur de Magno Nabuchod. qui uersus est in amentiam. & electus ab hominibus septem annis. & ibi dicitur ꝙ Daniel erat familiaris ei. & collega & famosissimus in reseruando occulta & secreta diuina. In hoc autem cap. dicitur: ꝙ per expositionem huius somnii Daniel fuit primo cognitus esse tante sapientie. & a Rege primo promotus & sotii sui ad eius petitionẽ. ergo istud factũ non potuit esse post mortẽ magni Nabuc. Et ideo dicendũ est ꝙ iste Nabuc. q hic somniũ uidit fuit magnus Nabuc. & ꝙ dicit hic. In ãno scdo regni Nabuc. etc. nõ accipit hic ãnus scdus regni sui simpliciter qñ factus est rex Chaldeorũ: sed accipit annus secundus regni sui postq̃ factus est Monarcha. quia multa regna acquisiuit & potissime post unum annum subiectionis Egyptiorum. Vnde & Iosephus dicit post unum annum Egyptiace captiuitatis uidit Nabuch. somnium hoc etiam apparet per uisionem istam ubi significatus est per caput aureum: in quo designatur regnum eius secundum inter quattuor regna maxima hoc est igitur ꝙ dicitur hic. In ãno secũdo regni: id est Monarchie. Nabuch. uidit somnium: specialis enim dei prouidentia est circa Principes magnos inquantũ ab eis dependet Respublica. & propter hoc aliqua ostenduntur eis magis q̃ alius quibuscunq; sicut Pharaoni fames futura & abundantia. fuit tamen eius uisio exposita per Ioseph. sicut uisio Nabuch. per Danielem. & contristatus est spiritus eius: ex insolita uisione. & somnium fugit ab eo: obliuio enim causatur ex motione humorum. propter hoc enim pueri & multum senes sunt ímemores secundum Philosophum in libro Memo. & Remi. terror autem facit magnam humorum cõmotionem: & ideo causauit somnii obliuionem hoc autem factum est ex diuina ordinatione ut occasione huius obliuionis uocaretur Daniel ad dei gloriam & populi Israhelitici reuelationem per ipsius Danielis sublimationem sicut patebit infra eodem. ca. Precepit ergo: Hec est secunda pars in qua describitur inquisitio uisi. Et diuiditur in duas partes quia primo coniectores uocantur. Secundo interrogantur ibi. qui cum uenissent. Circa primum aduertendum ꝙ homines antiquitus multum inmitebantur auguriis somniorum sicut patet de Pharaone Geñ. xl. cap. & de ministris eius incarceratis cũ Ioseph. xl. c. & infra de isto Rege. iii. c. propter qd̃ fuit sollicitus de inquisitione somnii secundum quod dicitur hic. precepit ergo Rex ut cõuocarent Ariolos: qui in hostiis de animalibus ímolatis diuinãt. Magi qui arcanis incãtationibus utunt̃: ut habetur Exo. vii. Malefici: qui auertũt sensus humanos per aliquid factũ

uel dictum circa eos & sic auersis sensibus aliqua occulta eis reuelantur a demonibus sicut illi qui dormiebant in Sardos insula ut dicit expositor Thomas super quarto Physicorum ca. de tempore Chaldei autem per considerationem astrorum diuinant. Vnde.n.tēpore Ezechie Rex Babylonis que est in Chaldea misit litteras & munera Ezechie ad inquirendū de illa solis retrocessione que facta est tempore suo ut habet quarto Reg. xx.ca.ut iudicarent Regi somnia sua per artes suas predictas. Sed hic queritur: quare non fuit uocatus Daniel & socius eius quia supradictum est ꝙ erāt sapientiores Ariolis & Magis. dicendum ꝙ hoc fuit ex inuidia quia cum essent Iudei dolebant Chaldei ꝙ magis appciarentur a Rege. similiter ex cupiditate quia per expositionem credebant dona & honorem consequi sicut patet ex Regis promissione ad eos facta si somnium & eius interpretationem possent dicere. Et licet fuissent inuēti sapientiores Ariolis & Magis in uerbis sapientie & intellectus quando probati sunt a Rege ut dictum est supra cap°. i. non tamen erat adhuc cognitus Daniel quantum ad donum Prophetie. & intelligentiam uisionum. de quo erat hic questio. & ideo alii qui erat iam famosi in arte diuinandi fuerunt magis uocati. Qui cum uenissent: Hic coniectores de somnio interrogantur. & ponitur hic triplex interrogatio. Prima est cum simplici denuntiatione. Secunda cum forti cōminatione & premii promissione ibi. & respondit Rex & dixit: Tertio cum falsi impositione & suspitione ibi. respōdit Rex: & cuilibet intergationi additur sua responsio. Igitē primo dicitē sic. qui cum uenissent steterunt coram Rege: quasi parati ad respondendum. dixit ad eos uidi somnium menteq; confusus ignoro quid uiderim: ex terrore enim insolite uisionis phantasmata sunt confusa. & sic non remansit memoria uisionis distincta que fit per hoc ꝙ Imagines distincte remanent in memoria. recordabatē tamen in confuso sicut aliqñ contingit etiam in actibus humanis ꝙ aliquis recolit in cōmuni comedisse optima cibaria in aliquo festo uel uidisse pulchra spectacula & tamē uescit determinate dicere respondērūt Chaldei: Isti erant principales inter Cōiectores quia cōiecturatio eorū erat aliquo modo per uiam rationis scilicet per considerationem astrorū. Aliorum aūt diuinatio erat per modū superstitionis ut uisum est: & ideo isti principaliter inter oēs respondērūt. Syriace: hoc additur quia ab isto loco Chaldaice siue Syriace ꝙ est idē Idioma q̄tum ad litteratos licet uulgare aliquo mō discordet: liber iste scriptus est usq; ad. viii. ca. Hebraicis tamen litteris que non distinguūtur a Chaldaicis in sono: sed tantū in charactere ut dicit Hieronymus in prologo sup libros Regū. Rex in sempiternū uiue. Hoc dicūt ad captandum eius benuolentiā. & quia credebāt homines uirtuosos post uitā istam transferri ad uitā deorū eternā: ut habet. ii. Mach. xi. ubi dicitē sic patre nostro inter deos translato: & sunt uerba Antiochi adolescentis loquētis de Antiocho patre suo mortuo. Dic sōniū seruis tuis & interp̄tationē eius iudicabimus. rationabiliter respondēt: qa per artem nō potuit aliter somniū interp̄tari. dicit enim Philosophus libro. de som. & ui. Ille est artificiosus iudex sōniorꝝ q similitudines uisas scit ꝑpendere & ꝓtes adinuicē compare & etiā per compationē ad dispositionē celi & passiones & sollicitudines somniātis & mores eius & cōplexionē. oīa enī ibi attēdēda sūt ut ibidē dicit cōmētator Albertus. talis aūt interp̄trator sōnii supponit sōniū p̄stitū. Et respōdit Rex: hic ponitē scda interrogatio & fit cū adiūctiōe pene p̄mii & hoc ē qđ dicitē hic. nisi iudicaueritis mihi somniū: p̄us. s. & postea. cōiecturā eius pibitis uos: id ē moriemini. & domus uestre. i. possessiōes & bona. publicabūtē. s. fisco uel burse regie lum cū cōminatiōe pene & p̄mii ꝓmissiōe sed etiā cū falsi suspitiōe seu impositione &

hoc est quod dicit hic. certe scio q tempus redimitis. i. detinetis in uerbis uel sic tempus redimitis. i. spatiū uite uestre uultis redimere. p ambages uerborū. & subdit causam. scientes q a me recesserit sermo: ꝓpter qđ non possum uobis somniū indicare. si ergo somniū nō indicaueritis mihi: una est de uobis sentētia. s. firma & irreuocabilis de morte uestra. q interp̄tationē quoq; fallacē etc. q. d. eodē mō ꝓbitis si talē fallaciā feceritis. & est hic trūcatio sentētie sicut solent irati facere in loquēdo & ideo qđ dictū est: est supplendū. ad hāc uero fallaciā remouēdā subdit: somniū itaq; dicite mihi: integre & pfecte. ut sciā: p hoc supple. q interp̄tationē uerā loq̄mini & nō confictā. respondentes ergo Chaldei corā Rege dixerūt: nō est homo rex sup terra: hoc dicunt quia ponebāt animā a corpe separatā esse maioris intelligitē & maxime diuī cōiūctā sicut dicit ii. Mach. xi. patre uestro inter deos trāslato. Ideo dixerūt. nō est homo sup terram id est in p̄ncti uita. qui sermonē tuū possit implere: quia nō potest fieri p artē humanā ut iam uisū est. declarāt etiā hoc p facta Regū p̄cedentiū dicētes. sed neq; Regū q̄slibet magnus & potēs. i. q̄tūcunq; fuerit magnus & potēs. uerbū huiuscemodi sciscitat: de p̄terito. s. ab omni Ariolo etc. i. a quocūq; diuinatore. q. d. per cōsequens nec tu debes querere cuius causa subdit sermo quē tu queris rex grauis est. i. excedēs uirtutem intellectus humani. nec repit quisq; q indicet illū in cōspectu regis exceptis diis quoꝝ non est cū hominibus cōuersatio: posuerūt enim aliqui Platonici q demones habent corpa aerea ut patet p dictū Apulei discipuli Platonis dicētis q demones sūt animalia corpe aerea mēte rationabilia tpe eterna aīo passiua & sic p consequēs quodā mō cōuersāt cū hominibus. Vnde & scd̄m doctores Catholicos habitāt hic nobiscū in hoc aere caliginoso usq; ad iudiciū & ab istis p artes magicas p̄nt aliqua queri. sed diis quoꝝ non est cū hominibus cōuersatio uocant hic ab istis Chaldeis substātie totaliter separate quarum scientiam dixerunt Platonici & etiam alii Philosophi maiorē q̄ sit scientia demonū. sed ars Magica uel diuinatiua quecūq; non se extendit ad aliquid requirendum ab eis. quo audito Rex in furore: q dicitur: quia irrationabiliter mouebat. cū se excusarent sufficienter: precepit ut p̄irent omnes sapientes Babylonis: id est studētes Philosophie & cognitioni occultorum. ille enim dicitur sapiens qui ultra cōmunē cognitionē hominū transcendit. & egressa sentētia a Rege: irrationabiliter sapiētes interficiebant: id est de eorum interfectiōe disponebat. quia non fuerūt interfecti. ut dicet infra. querebatq; Daniel etc qa eidē sententie subiacebat cum sotiis suis. Sed querit hic quare tam durā sentētiā dedit Rex cōtra sapiētes Babylonis. dicendum q uacātes philosophie & cōiecturis futuoꝝ & similibus habebāt a rege uictū & uestitū & sūptus magnos ut supra dictū est de Daniele & sotiis eius & Geñ. xlvii. dicit: q sacerdotes Egypti non sūt cōpulsiuēdere terrā suā sicut alii tpe famis qa ip̄i recipiebāt uictū ex horreis regis. & ip̄lp̄mo uocauerūt philosophie ut habet. i. metaphisice. Igit qa rex Babylōis multa expēderat p sustētatiōe sapiētū fuit nimis iratus qñ nō respōderūt scd̄m eius uolūtatē. extali ira dedit sentētiā tā durā & irrationabilē. Tūc Daniel: hec est tertia ps huius. c. ubi ponit reseratio misterii & diuidit i duas ptes: qa primo ponit reuelatio facta danieli. Scd̄o interp̄tatio facta regi ibi. post hec Daniel. Circa p̄mū daniel p̄mo querit regis definitionē scd̄o petit dilationē ibi cū ergo. tertio recurrit ad mētis deuotionē ibi: & ingressus ē q̄rto respicit diuinā inspirationē ibi: tūc daniel quīto assurgit ad gratiarū actionē ibi & bñdixit. Circa p̄mū dicit sic tūc daniel quesiuit de lege atq; sentētia questio eni Regis fuerit sibi celata ab aliis ex iuidia & cupiditate ut dictū ē supra & ideo ignorabat casū sētētie regis seqt & iterrogauit eū q a rege ptātē accepat: exequēdi sentētiā regis de interfectiōe sapientū cetera patent.

Cum ergo. Hec est scđa pars ubi Daniel petit dilationē ad soluendum questionē Regis: & per hoc executio sententie Regis de sapientum interfectione dilata est. & patet littera. Et ingressus est. Hic Daniel recurrit ad mentis deuotionem ut possit scire somnum Regis & eius interpretationem. Vnde patet ꝙ hic non quesiuit tempus ad soluendum confidens de proprio ingenio: nec per uiam superstitionis sicut augura/ tores & diuinatores: quod est illicitum: & lege diuina prohibitum: sed confidens de ad/ utorio diuino: & hoc est qđ dicitur: Et ingressus est domum suam: ut sic sequestratus ab exteriori tumultu uacaret orationi & contēplationi. Ananie & Misaeli & Azarie socii suis indicauit negocium ut quererent misericordiam a facie dei celi. adiungit enim sibi sotios in orando: quia oratio multorum & maxime bonoꝝ est multum exaudibilis. Super sacramento isto: id est secreto sacro: quia ibi fit mentio de regno Xp̃i ꝑ lapidē abscisum de monte sine manibus ut uidebitur. Et nó perirent Daniel & socii eius cum ceteris sapientibus: id est ipsi & ceteri sapientes: in quo apparet oratio eorū caritatiua: quia non solum erant pro uita sua conseruanda: sed etiam pro uita aliorum sapientū: qui eis inuidebant: ut uisum est. Tunc Danieli. Hic describitur Danielis inspiratio: & hoc est quod dicitur: Tunc Danieli mysterium: id est somnū Regis occultum & eius interpretatio. Per uisionem nocte reualatum est: a deo scilicet: non dicitur hic qualis fuerit ista reuelatio: utrum in somno uel in uigilia: sed probabiliter uidetur ꝙ uidit in somnis consimilem uisionem uisioni Regis & ultra hoc intellectum ipsius: & hoc etiam dicit glosa ꝙ somnium Regis didicit somnio suo: hoc etiam uidetur per id quod dicitur nocte: quia tales reuelationes magis nate sunt fieri quietatis sensibus ab exterioribus tumultibus. Vnde dicitur Iob. xxxiii. per somnium in uisione nocturna quia irruit sopor sup homines & dormūt in lectulo tunc aperit aures uirorū & erudiens instruit disciplina. Et benedixit. Hic pro predicto ponitur gratiarum actio. Iste enim erat mos antiquoꝝ in beneficiis perceptis laudare deum sicut grati. hoc autem fecit Daniel hic propter quod dicitur: Et benedixit Daniel deum celi: id est laudauit. Et ait: Sit nomen domini benedictum a seculo usq; in seculum: id est ineternum: quia ubicūq; hoc nomen duplicat in ueteri testamento importat eternitatem cōmuniter: quia sapiēcia ad disponendum & ordinandum de creaturis: quia opus sapientis est ordinare: ut dicit Primo Metaphisice. Et fortitudo ad exequendum quod disponit: quia nullus potest impedire. eius sunt: quia dispositio & executio effectus in oīibus alius dependet ab ipo & potest per ipsum impediri. ipse mutat tempora: quia ipse est primus motor celestiū corporum quorum motum sequitur tempus ut habetur. iii. Physicorum. & etates: id ē periodos rerum mutabilium & corruptibilium & maxime hominum. maior enim fuit periodus uite humane ante diluuium q̃ post: ut patet in Ge. Transfert regna: & hoc frequenter cōtingit propter peccata hominum sicut patet Ge. xv. ubi dicitur ꝙ filii Israel acceperunt regnum Chananeorum propter peccata eorum: similiter Romani acceperunt regnum Iudeorū post mortem Xp̃i. Atq; constituit. quia aliquando etiā malos homines in regnum eleuat ad punitionem peccatorum: sicut patet de Cyro qui ex ordinatione diuina eleuatus est in regnum ad destructionem Chaldeorum. & libe/ rationem Iudeorum: secundum quod dicitur Esa. xlv. Hec dicit dominus deus Xp̃o meo Cyro cuius apprehendi dexteram etc. & hoc fit aliquando ad exercitum & fla/ gellationem sanctorum. Exemplum habemus de Attila Rege Himmorum qui dixit sancto Lupo Trecacensi cum obsideret eius ciuitatem interrogatus a sancto Lupo quis esset? Respondit ego sum flagellum dei. cui ergo respōdit: & ego sum Lupus qui debeo flagellari: & precepit ciuitatem aperiri. Dat sapientiam sapientibus id ē noticiā

de diuinis: illis quorum mentes eleuantur ad celestia: quia tales sunt proprie sapientes dicti a sapore. & scientiam intelligentibus disciplinam: id est noticiam de humanis hominibus bene morigenatis. Vnde Primo Ethicorū dicitur q̄ passionum secutor est inanis auditor politice. ipse reuelat profunda & abscōdita. ad que intellectus creatus non pōt attingere propria uirtute. & nouit in tenebris constituta: scilicet ignorantie respectu aliorū ab ipso. uel aliter: in tenebris constituta: id est peccata quantumcūq; occulte facta ipse nouit. & lux cum eo est: quia ipse est lux p̄prie: ut habetur infra Iohannis Primo: Deus lux est & tenebre non sunt in eo ulle. Et hoc est intelligendū secundum q̄ nomen lucis extensum est ad significandum manifestationem: quia deus est lux uera que illuminat omnem hominem: ut dicitur Io. primo. Tibi deus patrum nostrorum confiteor: facit mentionem in oratione de Abraham & aliis patribus quia ex merito eorum multa facta sunt filiis Israel & reuelationes Prophetis. teq; laudo. & causam subdit: quia sapientiā ad intelligendum: & fortitudinem ad p̄nunciandum: dedisti mihi etc. Vnde sequitur: quia sermonē Regis misericorditer reuelando. Post hec Daniel. Hic consequenter ponitur interpretatio facta Regi: & primo Daniel reprimit Regis indignationē. Secundo excitat ad mētis attentionē ibi: Et respōdens Daniel. Tertio aperit Regi uisionem ibi: somnium tuum. Primum facit pro hoc q̄ impedit Magistrum militie ab executione sententie Regis dicens: Sapientes Babylōis ne p̄das. pro hoc q̄ paratus est Regi satisfacere. d. Introduc me in conspectu Regis etc. tunc Arioth festinus introduxit Danielem ad Regem. sciebat enim Regem esse in desiderio sciendi: propter quod festinauit introducere Danielem ad eum sciens hoc Regi esse placitum. & dixit ei: scilicet Arioth Regi. Inueni hominem de filiis transmi/grationis Iude. in qua scilicet terra solent esse Prophete: propter hoc sequitur: Qui solutionē Regi annunciet: id est potens sit annúciare cum sit de illis inter quos solent esse Prophete. & nota cum dicitur: Inueni hominē etc. ipse mentit̄ quia nō quesierat Danielem nec inuenerat sed se obtulerat: sed hic ē modus illoū qui assistunt Regibus fingere illa se fecisse que sciunt eis placere. qd̄ autem sequitur patet in littera. Re/spondens. Hic consequenter Daniel excitat Regis attentionem ostendens rei queste difficultatem. d. mysterium id est occultum q̄ Rex interrogat sapiētes Magi Arioli: exponantur hec nomina sicut prius. & Aruspices id est ararum inspectores: & p̄ talia diuinant de futuro. nequeunt iudicare Regi: id ē nō possunt dissoluere quantumcūq; arte humana uel Magica sed a deo solo. & hoc est quod subditur: sed est deus in celo reuelans mysteria: quia ipse solus habet scientiam futurorū contingentium cuiusmodi erant contenta in illa reuelatione: que iudicauit tibi. diuina enī p̄uidentia ē p̄ncipa/liter erga rectorē multitudinis: quia ab ipso dependet directio multitudinis sicut bona dispositio corporis a capite. que uentura sunt in nouissimis temporibus: quia in illa re/uelatione fit mentio de regno Christi: qd̄ est ultimum regnorū. Vnde & infra Io. ii. dicitur de tempore Christi: Filioli nouissima hora est. Somnium tuum. Hic con/sequenter aperit Daniel Regi uisionem. & diuiditur in duas partes: quia primo eam repetit. Secundo eius expositionem subiungit: hoc enim petierat Rex a cōiectoribus ut patuit supra. Secunda ibi: interpretationem quoq; eius. Circa primum sic procedit quia repetit causam uisionis que fuit cogitatio Regis de futuris. & ex hoc apparet reuelatio mirabilior: quia non solum reuelata est Danieli uisio Regis sed etiam cogi/tatio Regis precedens que soli deo nota erat. & hoc est quod dicit: tu Rex cepisti in stratu tuo cogitare. Ex hoc etiā patet q̄ sollicitudo precedens in uigilia bene ē causa somniorum sequentium in somno. Sed hoc est dupliciter. Vno modo naturaliter q̄

phantaſmata que fuerunt in uigilia reuertuntur in ſomno: uel ſimilia eiſ. ſed hoc nō fuit hic: quia talia non ſunt ſigna futurorum ſed magiſ precedentium. Alio modo ſup/ naturaliter quando ex ſollitudine circa aliquid futurum diſponit̄ homo: ut de talibuſ fiat ſibi aliqua oſtenſio a deo in ſequenti ſomno. quia talia cōuenientiuſ fiunt in ſōno q̄ in uigilia: ut ſupra dictum eſt. cetera patēt uſq; ibi: Tu Rex uidebaſ. ubi ſecundo repetit ipſam uiſionem. d. & ecce ſtatua una grandiſ in longitudine ſcilicet & latitudine ſtabat contra te. ſic enim erat diſpoſita in ſitu reſpectu Regiſ quaſi aſpiceret Regem & ipſe eam. & intuituſ eiuſ terribiliſ: quia ſignificabat mutationē regnoꝝ: ut uidebit̄. que mutatio per bella & occiſiōeſ fit. & ad hoc denotandum terribile erat uidere illā ſtatuam. Vnde ut ſupra dictum eſt: Rex territuſ oblituſ eſt ſomnium. huiuſ ſtatue caput ex auro etc. iſta nō oportet hic exponere: quia exponuntur in parte ſequēti. Interpretationem. Hic ponitur expoſitio dicte uiſioniſ. & hoc eſt quod dicit Daniel: Tu ſcilicet Nabuc. Rex regum eſ. quia multoſ Regeſ deuicerat. & tributariоſ habe/ bat. & quia maior Rex erat de toto mundo ſuo tempore: ſed unde uenerat ſibi tanta magnitudo ſubditur: Sed deuſ celi regnum ſcilicet Chaldeorum p̄mo: & fortitudinē ad debellandum inimicoſ & Regeſ alioſ. & imperium: id eſt Monarchiam dedit tibi: quia de infimo ſtatu p̄ diuinam diſpoſitionem eleuatuſ eſt ad omnia iſta ut uiſum ē p̄mo. c. & omnia in quibuſ habitant filii hominum. hoc dicit quantum ad ciuitateſ. & beſtie agri: quantum ad loca campeſtria. & uolucreſ celi: quantū ad ſiluaſ ubi habitāt aueſ cōmuniter. dedit in manu tua etc. hoc eſt ſub poteſtate tua. & accipitur hic parſ pro toto per ſynodochen: quia non omniſ terra habitabiliſ fuit et ſubiecta: ſed magna p̄ſ ipſiuſ. Eſt etiam ibi alia figura q̄ dicitur hyperbole: id ē ſermo multum expreſſiuuſ ad expreſſionem exceſſiuam magnitudiniſ ſue. ex quo concludit: tu eſ ergo caput au/ reum: hoc eſt regnum tuū ſignificatur in ſtatua illa que tibi apparuit p̄ caput aureū. & hoc ſignificatur per aurum propter maximaſ diuitiaſ illiuſ Regiſ quaſ congrega/ uerat de uniuerſiſ regniſ ab eo ſubiugatiſ in Babylone. & poſt te conſurget regnum aliud minuſ: hoc fuit regnum Medorum & Perſarū quod ſucceſſit regno Chaldeoꝝ: ut habetur infra. v. ca. ſignificatum eſt autem illud regnum per argentum: quia in illo regno multum uacabant ſapientie & eloquētie que ſignificātur p̄ clamorē argēti & eiuſ ſonoritatem: quia regnum Medorum & Perſarum primo fuerunt duo regna & in uno regnabat Dariuſ: in alio Tyruſ. ideo ſignificata ſunt per duo brachia. ueꝝ tamen quia fuerunt coniuncta ſimul tempore Tyri mortuo Dario eiuſ auunculo cui in honore ſucceſſit Cyruſ ut dicetur infra. vi. capi. Ideo illa brachia erant iuncta in pectore uno. Ideo de illa ſtatua dictum ē q̄ habebat brachia & pectuſ de argento. Et Tertium regnum aliud ereum. hoc fuit regnum Alexandri magni & Grecorum quod ſucceſſit regno Perſarum. & dicitur ereum propter ſonoritatē Grece eloquētie: quia eſ inter alia metalla ē magni ſoniſ. q̄d impabit uniuerſe terre: quia Alexāder fere ab omnibuſ regniſ recepit tributa: & munera. multi enim Regeſ audiētеſ crebraſ & maximaſ eiuſ uictoriaſ ex timore ne ueniret ſuper eoſ miſerunt ſibi munera. Et Quartum regnum erit ferreum. Iſtud fuit regnum Romanorum: & cum ſubditur: quomodo ferrum cōminuit & domat omnia: ita regnum Romanorum ſubiugauit ſibi omnia predicta. & hoc ex tribuſ per que Romani deuicerunt totum orbem: ſcilicet ſapientia: exercicio armorum: & bono regimine. omnem enim hominem undecunq; ueniret ad eoſ honorauerunt ſecundum ualorem ſuum: ſiue in militia: ſiue in ſcientia: ſiue in arte mechanica: ſeu quacunq; excellentia alia. & propter hoc excellenteſ uiri de omnibuſ partibuſ pro magna parte iungebant ſe eorum policie: quia tamē regnū

fuit diuiſum in Imperium Conſtantinopolitanũ & Romanorum ideo hoc ſignificatũ
eſt in ſtatua per duas tibias ferreas uel alia ratione ſcilicet ille qui erat principalis Im/
parator accepit unum ſocium ad miniſtrandum imperium : ſicut patet de Auguſto &
Antonio: & de Diocletiano & Maximiano: & pluribus aliis. Porro quia uidiſti pedũ
& digitorum partem teſteam. per hoc ſignificatur fortitudo illius regni in principio:
& poſtea debilitas ipſius per diuiſiones intraneas ꝓpter ambitiones ex quibus regnũ
Romanum quaſi ad nihilum deductum eſt: ut patet ad ſenſum. quod tamen de plan/
tario ferri orietur. ſic enim erant pedes illius ſtatue diſpoſite ꝙ planta pedis erat tota
de ferro: digiti autem exeuntes de planta erant partim toſtei & partim ferrei. & per
hoc ſignificatur ꝙ diuiſiones ille que orte ſunt in Romanis proceſſerunt ex robore
diuitiarum & potentie ſecularis. ꝙ autem ſequitur: Commiſcebuntur quidam humano
ſemine. ſignificat ꝙ ad tollendum iſtas diuiſiones regnum Romanorum debilitantes
facta ſunt multa cõnubia. ſed non adherebunt ſibi: quia per talia non poſſunt amo/
neri diuiſiones animorum. Aliter exponunt quidam doctores Hebreorũ ab illo loco:
porro quia uidiſti etc. de ſocietate Iudeorum & Romanorũ que ĩcepit tempore Iude
Machabei: ut habetur ꝑmo Mach. viii. & renouata eſt tempore Ionathe & Simõis
fratrum ſuorum ꝑmo Mach. xii. & Iudeorũ debilitas ſignificata eſt per teſtam. for/
titudo autem Romanorũ per ferrum. ꝙ autem cõmiſcebuntur qdam humano ſemĩe
exponunt de Herode Aſtalonita cui regnum Iudeorum datum eſt a Romanis. & cũ
non eſſet Iudeus natione uoluit ſibi puellam de genere Machabeorum copulare: ut
filius eius teneret regnum: ſed illa pre dolore ſe interfecit. Herodes autem ꝓpter ſuã
luxuriam & puelle pulchritudinem ea mortua abuſus eſt: ut dicunt. & hoc eſt quod
dicitur hic: Commiſcebuntur humano ſemine. non dicit femineo. ſed non adherebunt
ſibi: quia Herodes nunq̃ dilexit Iudeos: nec ipſi eum. In diebus autem regnorũ illorũ:
id eſt quando Romanum Imperium in ſua fortitudine erit: qđ dicitur regna in plu/
rali: quia multa regna continebat ſub ſe. ſuſtitabit deus celi regnum quod ĩeternum
non diſſoluetur. iſtud eſt regnum Chriſti: ſcđm qđ dicitur Lu. ꝑmo. Regni eius non
erit finis: quia regnum Chriſti inchoatum eſt regno Romanorũ exiſtente in maxĩa
fortitudine ſua. quia de ſubiectis omnibus nationibus deſcriptus eſt orbis de mandato
Auguſti Imparatoris: quo tempore natus eſt Chriſtus ut patet Luc. ii. Sequitur. Et
regnum eius populo alteri non tradetur: quia regnũ Chriſti potiſſime eſt in celo ubi
ciues ſunt immortales. cõminuet & conſumet omnia regna hec: quia in iudicio finali oĩs
poteſtas terrena auferetur. & omnis creatura perfecte Chriſto ſubiugabitur. & tam
multa regna terrena ſuppoſuerunt iuge Chriſtiane fidei colla. Sequitur. ſcđm quod
uidiſti ꝙ de monte abſciſus ẽ lapis ſine manibus. In hoc oſtenditᷣ modus naſcendi ipſius
Chriſti qui natus eſt de uirgine qui per montem ſignificatur propter excellentiã utte
de hoc monte abſciſus eſt lapis id eſt Chriſtus formatus qui per lapidem ſignificatur:
ut patet in Pſal. Lapidem quem reprobauerunt etc. ſine manibus id eſt ſine humano
opere. ſed ſpiritus ſancti uirtute. & cõminuit teſtam etc. quia omnia regna mundi ꝑ
magna parte ſubiecta ſunt Chriſto per fidem : & perfectiſſime ſubiicientur tempore
iudicii: ut dictum eſt. Tunc Rex. Hic pro predictis ponitur magnificatio dei: Et
diuiditur in tres partes: quia primo ſuperbia Regis reprimitur. Secundo potentia dei
panditur ibi: loquens ergo Rex. Tertio Danielis ſapientia erigitur ibi: tunc Daniel.
Primum patet per hoc qđ dicitur: tunc Rex Nabuc. cecidit in faciem ſuam ſe humi/
liando & adorauit Danielem et reuerentiam exhibendo. & hoſtias & incenſum ꝑcepit
ut ſacrificarentur ei. ex hoc loco Porphyrius arguit hũc librum eẽ confictum: quia

non est uerisimile : ut dicit : ꝙ Rex tam magnus & superbus adoraret Danielem in captiuitate detentum : & multo minus est credendum ꝙ cultum diuinum uellet sibi impendere: ut hic dicitur. & dato ꝙ uellet facere non est credibile ꝙ Daniel ꝑmisisset hoc. Vnde Act. ix. dicitur ꝙ Paulus & Barnabas non permiserunt se adorari a Lycaonitis sed sciderunt uestes suas in signum doloris. dicendum est ad ista ꝙ adoratio ibi accipitur pro reuerentia : sicut de Nathan Prophete dicitur. iii. Reg. i. ꝙ adorauit Regem Dauid pronus in terra: nec est mirandum Regem prius superbum hoc facere ex admiratione diuine sapientie quam in eo percepit. ꝙ autem arguit de hostus & incenso Danieli offerendis dicēdum ꝙ bene dicitur ꝙ Rex precepit hoc: sed nō dicit ꝙ fuerit factum: & ideo credendum ē ꝙ Daniel impediuit fieri: uel ꝙ induxit Regē ad hoc ꝙ ista offerrētur ad honorem dei qui mysteriū reuelauerat ei. & hoc patet ex parte sequenti in qua panditur potentia dei: cum dicitur : loquens ergo Rex ait Danieli. Vere deus uester quem colitis: & non dii nostri deus deorum est etc. & causa subditur: quoniam potuisti aperire sacramentum hoc: id est sacrum secretum ꝑ ipsius reuelationem. & sic patet ꝙ Nab. honorem predictum impēdebat deo principaliter. Tunc Rex. Hec est tertia pars in qua Daniel sapientia erigitur ad dei gloriā & populus Israel qui captiuus erat in regno Babylonis releuatur. & hoc est quod dicit hic: tunc Danielem Rex in sublime extulit: id ē in magna potestate posuit: ut statim patebit. & munera multa & magna dedit ei. que accepit Daniel nō ex cupiditate sed ut de illis posset filius Israel pauperibus bene facere. patet etiā ex hoc ꝙ licet nō sit licitū accipere ex pacto pro spiritalibus: tamē licitum est ab eis quibus spiritalia ministrata sunt dona: tēporalia accipere: sicut Daniel hic accepit a Rege cui secreta diuina reuelauerat per spiritum prophetie. & constituit eum super omnes prouintias Babylónis Principem ad iusticiam exercēdam. & Prefectum ad causas magnas determinandū. & Magistrū ad facta ardua ordinandum. sup cunctos sapientes Babylonis: ut talia sine eius consilio non agerent: & ei rationē redderent. Daniel aūt postulauit a Rege. In hoc ergo ostendit fidelitatem suam: quia promotus ad honorem non dedit obliuiói socios suos. sed de eorum promotione fideliter cogitauit. & hoc fecit non solum ꝓpter eos: sed propter consolationem filiorum Israel: qui erant per prouintias dispersi. & qa sciebat socios suos ad tale officium aptos: quia erant sapientes: & fideles. Ipse autem Daniel erat in foribus Regis: ut enim Regem teneret manitua: ideo non recedebat de latere eius: ne aliqui inuidi in eius absentia seminarent odium. Ex hoc etiam loco Porphyrius arguit contra istum librum. d. ꝙ Daniel sanctus non accepisset talem honorem a Rege infideli. Ad quod dicendum ꝙ Porphyrius ignoranter loquit: quia Ioseph sanctus similia accepit a Pharaone Gen. xl. & Mardocheus ab Assuero: ut habetur Hester. viii. Considerandum etiam ꝙ talem accepit honorem Daniel & isti alii: hic dicti a Regibus infidelibus non ex ambitione honoris: sed ad consolationem populi sui: & ad honorem dei uidentes ꝙ per hoc regna melius regerent scd̄m deum & iusticiam. Circa istud ca. moraliter exponendo potest dici ꝙ per statuam intelligit uita simulata in qua caput est aureum: id ē opatio de genere bono. pectus de argēto quia locutio sancta uenter & femora ex ere: id ē simulatio ficta que predicta sunt ad apparentiam. es enim componitur ex auricalco quod est auro simile & stangno qđ est simile argento. tibie ferree sunt obduratio fixa: quia quod talis cōcipit corde uult omnino tenere. pedes ferrei & fictiles sunt petulantia delectationis. & pertinacia excusationis. hanc autem simulationē nequeūt indicare Arioli id est sapientes simoniaci: Magi: id est philosophi uani malefici: id est iurisperiti: quia sua scientia communiter

uuntur ad malefaciendum. Sed Daniel: id est confidentia ueritatis. Sydrac: id est continentia puritatis. Misac id ē consistentia pbitatis. Abdenago conscientia puitatis seu humilitatis merentur fictionem cognoscere ac etiam euitare etc. .III.

NAbuchadonosor Rex fecit. Hic ponitur secunda uisio consequenter se habens ad primam. Quia sicut per primam Babylonii sunt inducti ad cognoscendū dei potentiam omnia regna continentem: ita p istam inducunt agnoscere q̄ metu mortis non est aliud nisi deus adorandus per latriam. Considerandum etiam q̄ licet hec uisio sit historica: tamē est propbetica propter euius finem scilicet p̄pter apparitionē angeli filio dei assimulati pueros de fornace liberantis: in quo hec uisio tangit personam Xp̄i tanq̄ Regis eminentis liberantis caues suos de manu cuiuscunq; temporaliter potentis. Circa hoc considerandum q̄ materia huius uisionis ē de statua aurea facta & de puerorū constantia: & de fornace candente: & de angelo pueros liberante. Causa finalis est ut Christi incarnatio panderetur: cultus dei ampliaret̄: & populus dei consolaret̄: ut patet in fine. Causa efficiens est scilicet habitus ex puerorū humilitate & patiētia & tribulatione. Causa formalis est modus scribendi banc uisionem que describitur ad modum cuiusdam iudicialis sententie inique: & ideo habet tres partes: quia p̄mo ponit̄ puerorum condemnatio indigna. Secundo eorum liberatio benigna ib: ambulabant. Tertio eorum exaltatio condigna ibi: tunc Nab. obstupuit. Circa primum tria tanguntur. Primum est causa litigii inter Regem & pueros. Secundum est forma iudicii ibi: statimq; in ipso tēpore. Tertiū pena supplicii ibi: Nabuc. repletus furore. Circa primū scilicet causam litigii que fuit ex hoc q̄ tres pueri nō adorabant statuā Regis duo tanguntur. Primum est statue constitutio. Scd'm eius dedicatio ibi: itaq; Nab. Circa primum considerandum q̄ Nabuc. per superbiam propter Monarchie adeptionem uoluit sibi usurpare bonorem diuinum: & ideo fecit statuam auream magnā in qua adoraret̄. Simile legitur de Caio Imparatore Romano qui ut dicit Iosephus libro antiquitatum. xviii. misit statuam suam per totum Imperium suū ut in ea adoraretur. Ad faciendum autem talia credibile est q̄ homines inducebantur per aliqua responsa demonum: & promissa qui nituntur homines inducere ad Idolatriam. Dicit igitur Nab. Rex fecit statuam auream. exterius tantum erat aurea: quia non est credibile q̄ ibi esset tanta moles auri: uel forte erat interius concaua. altitudine cubitorum. lx. In hac altitudine computatur altitudo basis supra quam erat posita: aliter non correspondere t latitudo: quia dicitur esse. vi. cubitorum. cetera patent. Si autē queratur quare Daniel qui erat Regi familiaris ut uisum est non prohibuit eum a tali insania: dicendum q̄ forte erat absens in extremis finibus regni p̄pter magna negocia super que erat positus ut uisum est: uel infirmitate fuit impeditus: uel aliqua alia cōsimili causa: quod uidetur ex hoc q̄ non accusatur cum suis socius & tamen certū est q̄ non adorasset si ibi fuisset. Vel dicendum q̄ uidit Regem obstinatum in malicia sua. & ideo tacuit uidens se nibil proficere in reprehensione sed magis Regem ad peiora excitare. & hoc uidetur glo. interlinearis dicere infra eo. ca. super illum locum: Prepit ut adducerent Sydrach etc. ubi dicitur sic de Daniele: nō fit mentio: quia Regi assistebat qui propriam statuam non adorabat. Itaq;. Hic consequenter describitur statue dedicatio. uoluit enim Nab. q̄ prima adoratio sue statue que uocatur hic dedicatio fieret cum magna sollemnitate: p̄pter magnitudinem sue superbie. & hoc est quod dicitur hic. Itaq; Nabuc. misit nuncios sollemnes scilicet ad congregandum Satrapes id est nobiles Barones. & dicuntur Satrape quasi satis rapientes: quia solent bona inferiorum rapere. Magistratus id est consiliarios Iudices qui sunt constituti

ad audiendum cauſas. Duces ſcilicet exercituſ. Tyrannoſ id eſt exactoreſ tributorū regalium. optimateſ id eſt optimoſ exiſtenteſ: Iſti ſunt honorabilioreſ poſt Regem. Prefectoſ id eſt prepoſitoſ & Principeſ regionum ſicut ſunt Baliui qui habent plureſ prepoſitoſ ſub ſe. Iſti igit̄ predicti p̀mo ſunt uocati ad adorandum ſtatuam ut Regi conſentienteſ ceteri timore mortiſ & exemplo maiorū faciliuſ inducantur ad faciendū Regiſ uoluntatem. cetera patent uſq; ibi: uobiſ dicitur populiſ. non q̄ omneſ populi poſſent in campo Duram collocari : ſed quia in principalibuſ qui ſunt capita aliorum intelligunt̄ oīneſ adorare. Tribubuſ & linguiſ: quia ibi erant hoīeſ diuerſaq; nationū & linguarum. In quacūq; hora audieritiſ ſonitū tube. Forma huiuſ inſtrumenti nota eſt & cōmuniter ea utuntur in belliſ hominеſ & in feſtiſ & in populi congregatione: ut habetur libro Numerorum. Fiſtule inſtrumētum eſt de ligno habenſ multa foramina per que emittitur ſonuſ & ea utuntur paſtoreſ. Citbare inſtrumentum eſt figure triangulariſ ad modum dimidii ſcuti: & tangitur digitiſ. Sambuce que fit de arundine perforata : & dicitur ſambuca a ſam quod eſt ſol & buca quod ē parua buccina: quod ſolum poteſt fieri in eſtate: ut dicit Hieronimuſ in epiſtola ad Dardanum de inſtrumentiſ muſiciſ que in ſacra ſcriptura reperiuntur. Pſalterii inſtrumentum notum eſt: & tangitur cum penna. Symphonie aliquando accipitur pro melodia in cōmuni: ſed hic accipitur ſymphonia pro inſtrumento determinato oblongo quod ſolent portare ceci & digituſ tangere. & uniuerſi generiſ muſicorum. hoc additur quia multa alia erāt ibi inſtrumenta que non exprimunt̄ hic. talibuſ autē utebantur in adoratione ſtatue ad excitandum hominеſ: quia ex diuerſiſ melodiiſ excitant̄ in hominibuſ diuerſe paſſiōeſ: ut patet ad ſenſum: & habetur. viii. Politicorum. cadenteſ adorate ſtatuā id eſt humiliter & reuerenter. quam conſtituit Nab. ut in ipſa adoraretur. Si quiſ aūt etc. hic pena denunciatur non obedientibuſ. cetera patent ex predictiſ. Statim. Hec eſt ſecunda parſ principaliſ huiuſ ca. ubi ponitur forma iudicii circa quam primo ponitur Chaldeorum accuſatio. Secundo puerorum citatio ibi: tunc Nabuc. Tertio citatorū inqueſitio ibi: pronuncianſ. & Quarto inqueſitorum reſponſio ibi: non oportet noſ. In prima parte dicitur ſic: Statim in ipſo tempore: dedicationiſ ſtatue. accedenteſ uiri Chaldei ad Regem accuſauerunt Iudeoſ moti inuidia ex hoc q̄ Iudei erant eiſ prepoſiti in negociiſ regni: ut patet in fine precedentiſ ca. dixeruntq; Nab. Regi Rex ineternum uiue. hoc dicunt ad captandam eiuſ benuolentiā ut meliuſ impetrent uoluntatem ſuam. Tu Rex poſuiſti decretum. quod ē lex firma & irreuocabiliſ & ideo non eſt licitum illud preterire. ut omniſ homo qui audiuerit ſonitum tube etc. q̄ſi. d. nullum hominem excepiſti ab hac lege. hoc autem dicebant ut non pateret moduſ liberationiſ puerorum. hoc autem ſic p̄poſito formauerunt accuſationem ſuam dicēteſ: Sunt ergo uiri Iudei. q. d. captiui ſunt & ſerui ex conditione propter quod & humiliоreſ deberent eſſe. quoſ conſtituiſti ſuper omnia opera regioniſ Babylonie. & ideo deberent eſſe tibi grati pro beneficiiſ acceptiſ: & per conſequenſ cōtemptuſ eorum eſt grauior. uiri iſti contempſerunt Rex decretum tuū. q. d. ex predictiſ patet q̄ nullo modo eſt eiſ parcendum. deoſ tuoſ non colunt. ſcribit autē Daniel hic more Iudeorū qui unum Idoſum uocant deoſ in plurali : ut habetur Exo. xxxii. de uitulo aureo: hi ſunt dii tui Iſrael qui duxerunt te de terra Egypti. dicuntur autem hi dii Nabuc. nō quia ipſe m ſtatuam adoraret: ut dictum eſt: ſed quia illam fecerat ut in ipſa adoraretur. Tunc Nab. Hic ponitur puerorum citatio: cum dicitur: Tunc Nabuc. in furore & ira ex contemptu ſibi facto ſecundum ſuam eſtimationem non tamē ſcd̄m ueritatem & ſic irrationabiliter. Ideo dicitur : In furore & ira precepit illiſ peſſimiſ

accuſatoribuſ:ut adducerent cum eo Sydrach etc. de Daniele nó fit mentio:& cauſa ſupradicta eſt. Pronunciansq;. Hic ponitur citatorum inquiſitio.& patet littera ex dictis hoc excepto.deos meos non colitis & ſtatuam:& pro id eſt. ſtatuam aureā quā conſtituit:quam uocat Nabuc.deum ſuum non quia ipſam adoraret:ut dictum ē: ſed quia ipſum repreſentabat cui diuinos honores exhiberi uolebat. & quis ē deus qui uos eripiat. hec eſt mira excecatio:quia ipſum deum Hebreorum omnipotentē uocauerat in precedenti capi. quia ſuperbia mirabiliter excecat hominem. Reſpondenteſ. Hic ponitur inquiſitorum reſponſio. unde dicunt: noſ non oportet de hac re reſpondere tibi.q.d. queſtio tua eſt ita irrationabiliſ q̄ non eſt digna reſponſione:quia euidens eſt:q̄ eſt dare unum principium infinite potentie. & ſic poteſt noſ liberare:quia ip̄m colimuſ. & hoc eſt quod ſubditur:ecce deuſ noſter quem colimuſ etc. Sequitur.quod ſi noluerit: quia aliquando deuſ non liberat ſeruos ſuos temporaliter: ut meliuſ ſaluet eos inuiſibiliter eos ad requiē tranſferendo:ut dicit Aug.in quodam ſermone ſanctorum martirum.vii.fratrum:notum ſit tibi quia deos tuos non colimuſ. ex quo patet q̄ illud factum ē tribuſ pueris materia fortitudinis q̄ ab impiis credebatur eē cauſa terroris. Tunc Nabuc. Hic deſcribit̄ pena ſupplicii:ubi p̄mo ponit̄ Regis indignatio cum dicitur: Repletus eſt furore. & Secundo indignationis manifeſta oſtenſio:Ideo ſubditur.& aſpectus facies illius immutatus eſt:quia paſſiones cordis citius apparent in oculis q̄ in aliis partibus corporis. Tertio ſententie p̄nunciatio ibi: & precepit ut ſuccenderetur fornax etc. Quarto ſententie executio ibi:& confeſtim uiri illi id eſt tres pueri:uincti:ut nullo modo poſſent euadere.cum brachis & tiaris:ſecundum aliquos tiara eſt pallium quo per ſe utuntur.ſc̄m alios eſt mitra que in capite ponitur.unde dicit̄ Exo.xxix.de Aaron ponēs tiaram in capite eius. & inde trahit̄ ad ſignificandū genus pillei quod portabant nobiles: ſc̄m q̄ dicitur Eze.xxiii. Cum uidiſſet uiros depictos & tiaras in capitibus eorum. Quinto ponitur dei uindicatio ibi: Porro uiros illos que miſerunt Sydrach. Miſac.& Abdenago.interfecit flamma ignis. Sciendum tamen q̄ hoc dicitur hic per anticipationem:quia dicitur infra eo.capi.q̄ uiri illi qui miſerant pueros in fornace ſuccendebāt eam. & ideo interfectio iſtorum per flammā ignis intelligenda eſt facta quando angelus domini cum pueris poſt orationē Azarie deſcendit & excuſſit flammam de fornace & combuſſit eos qui erāt extra:ut ſic Rex non ſolum de miraculo uiſo miraretur:ſed etiam per combuſtionem fortiſſimoz̄ uiroz̄ de ſuo exercitu puniretur:ut hic dicitur. Et ambulabant. Hec eſt tertia parſ principalis huius ca. Sciendum tamen q̄ non eſt in Hebreo: tamen eam expoſui: quia ē in medio ca. Igitur. Hic ponitur liberatio puerum condigna:ubi tria notant̄ que ſolent accidere in tribulatione iuſtorum: ſcilicet cōmendatio ſuperne equitatis.condeſcenſio diuine bonitatis ibi: Et non ceſſabant. Collaudatio diuine maieſtatis ibi:tunc bi tres. Circa primum aduertendum q̄ primo ponitur commnedatio ab iſtis tribus pueris in generali. & patet. Secundo ipſius Azarie in ſpeciali ibi: ſtans Azarias. ubi primo cōmendat diuinam iuſticiam. Secundo implorat eius clementiam ibi:ne quis. Tertio allegat conſueram miſericordiam ibi:& nūc ſequimur te. Quarto inuocat eius liberatricē potentiam ibi: & erue noſ. Circa primum in cōmendatione diuine equitatis Azarias attribuit deo iuſticiam & ſibi ipſis culpam.d.Benedictus es domine deus patrū noſtrorum.& facit mentionem de antiquis patribus & merito ipſorū:ut eius oratio ſit magis exaudibilis.& hoc modo facit Moyſes in oratione ad placandam iram domini contra populum de uituli fabricatione.& gloriosum nomen tuū. Gloria enī eſt clara noticia cum laude.unde importat quandam diffuſionem laudis propter hoc dicitur nomē dei

glorioſum: quia debet laudari ubiq; terrarum & in omni differentia temporum. Ideo ſubditur: in ſecuſa: quia iuſtuſ eſ: reddenſ penam pro peccatiſ. & hoc eſt qđ ſubditur: In omnibuſ que feciſti nobiſ: permittẽdo noſ ſic tribulari. & uniuerſa opera tua uera: quia conformia ſunt diuine ſapientie que falli non poteſt. & uie tue recte id eſt proceſſuſ tui in mundi gubernatione. & omnia iudicia tua. Dicit iudicia in plurali: quia unum eſt eiuſ iudicium occultum in preſenti: de quo dicitur Io. xii. Nunc iudicium ẽ mundi: aliud erit aptum in futuro. cetera patent uſq; ibi: Induxiſti omnia hec ꝓpter peccata noſtra. ubi conſiderandum ꝙ peccatum populi Iſrael uocauit ſuum: quia erat parſ illiuſ populi. Daniel enim & eiuſ ſocii erant innocẽteſ & ſancti: & maxime quãdo de Hieruſalem fuerunt tranſlati: & ideo non fecerunt illa peccata propter que deſtructa eſt Hieruſalem ciuitaſ de qua fit mentio. Peccauimuſ: cõtra proximũ. iniquegimuſ: contra deum. & hoc dupliciter culpa cõmiſſioniſ: quod notatur cum dicitur: recedenteſ a te etc. & peccato omiſſioniſ: cum ſubditur: & precepta tua nõ audiuimuſ nec fecimuſ ſicut ꝑcepiſti nobiſ ut bñ eẽt nobiſ. ex decurſu. n. ue. te. patet ꝙ filii Iſrael fuerunt in proſperitate q̃ diu fuerunt obedienteſ deo. & tradidiſti noſ in manibuſ inimicorum etc. quia aliquando deuſ punit bonoſ per maloſ. ut dictum ẽ ca. pretedẽti. Vnde & demoneſ ſunt executoreſ diuine iuſticie in inferno. & Regi iniquo ſcilicet Nabuc. qui occidebat innocenteſ: ut hic patet. & peſſimo: quia cogebat homineſ Idolatrare uſurpando ſibi diuinoſ honoreſ. Vltra omnẽ terram id ẽ ſupra oñeſ terrenoſ: quia propter magnitudinem ſue poteſtatiſ malicia eiuſ habebit maiorem effectum: & euidentiam. confeſſio & obprobrium ſeruiſ tuiſ etc. quia eiſ infertur pro obprobrio miſeria noſtra cum eodem ritu colamuſ te ſicut & ipſi. Ne queſumuſ. Hic Azariaſ implorat dei clementiam alleganſ ꝓmiſſionem factam patribuſ. d. ne queſumuſ tradaſ noſ hoſtibuſ. imperpetuum: tenet ad tempuſ puniamur pro peccatiſ noſtriſ. propter nomen tuum. q. d. licet hoc non mereamur noſtra iuſticia fiat tamen hoc ad gloriam nominiſ tui: ut nomen tuum glorificetur in liberatiõe noſtra. & ne diſſipeſ teſtamentũ tuum id eſt legem: que diſſipatur: quando tenenteſ eam occiduntur. neq; auferaſ miſericordiam tuam a nobiſ propter Abraham dilectum tuum: quia fuit primo a deo electuſ ex Idolatriſ. & primo facte ſunt ei promiſſioneſ aperte de Chriſto: propter quod dicitur hic ſpecialiter dilectuſ. & Yſaac ſeruum tuum. & dicit̃ ſeruuſ: quia fuit uere obedienſ ut patet cum pater uoluit eum immolare: quia erat. xxx. annorum. & per conſequenſ fortiſ. pater autem eiuſ erat ſenex & debiliſ: noluit tamen reſiſtere ſed ad immolationẽ uoluntarie acceſſit: ut dicit Ioſephuſ libro ꝑmo antiquitatũ. & Iſrael ſanctum tuum id eſt Iacob qui dicitur ſanctuſ hic ſpecialiter: quia ſpeciali cultu ſe uoluit colere deum: ut dicitur Gen. xxviii. erit mihi dominuſ in deum etc. Illud autẽ ſanctum proprie dicitur ꝙ applicatur diuino cultui. quibuſ locutuſ eſ polliceniſ etc. id eſt promittenſ & ideo nõ poteſt fruſtrari promiſſio tua: quia multiplicareſ ſemẽ eoꝝ ſicut ſtellaſ etc. promiſſum eſt hoc Abrahe Gen. xx. quia imminuti ſumuſ: quia multi de filiiſ Iſrael fuerunt occiſi per bella: & multi captiuati. ſumuſq; humileſ id eſt uileſ reſpectu aliorum. in uniuerſa terra etc. quia tam diſperſi erant in multiſ terriſ ꝑ captiuitatem Aſſyriorum Chaldeorum & Egyptioꝝ. & non eſt in tẽpore hoc Princepſ ſuꝑ filioſ Iſrael qui poſſit eoſ defendere: quia Sedechiaſ iam erat captuſ. & Prophetaqui denunciet futuram conſolationẽ. & Dux ex populo noſtro. q. d. uirtute humana non poſſumuſ liberari de manibuſ inimicorũ. ſimiliter nõ erat eiſ uia ad placandũ deũ ꝑ uiam ſacrificiorũ. & hoc eſt qđ dicit: neq; holocauſtũ. que erat oblatio tota incẽſa ad honorem diuinũ. neq; ſacrificium: quod partim incendebatur: & partim ad uſum

ſacerdotum reſeruabatur. neq; oblatio: que offertur ex deuotióe. neq; incenſum: hoc eſt thymiama odoriſ ſuauiſſimi: quod offerebatur ſup altare thymiamatiſ ad conſúp/tionem ſacrificii: ut habetur Hebre. ix. Ratio omnium iſtorum eſt: quia non erat eis licitum talia offerre niſi in Hieruſalem que iam erat deſtructa. & hoc eſt quod dicit: neq; locuſ primiciaꝝ corā te: quia iam erat deſtructuſ ut uiſú ē. ut poſſimuſ inuenire miſericordiam ſupple per talia ſacrificia & oblationeſ. ſed in anima contrita etc. q. d. loco ſacrificiorum ſuſcipiaſ illud: quod poſſumuſ tibi offerre ſcilicet cor contritú & hu/miliatum. Pſal. l. ſcribitur. Sacrificium deo ſpirituſ contribulatuſ. Vnde ſuper illud Gen. xxv. Iſaac amabat Eſau. Dicit Rab. Moyſeſ. Dilecte ſút magiſ tribulatióeſ q̄ ſacrificia quippe quia ſacrificia fiúnt de diuitiſ hominiſ. tribulationeſ uero de corpe ipſiuſ quod eſt magiſ carum ſibi: ſcd̄m quod dicitur Iob. ii. pellem pro pelle & cuncta que habet dabit homo pro anima ſua. & ſicut in militibuſ agnorum pinguium etc. quia tribulatio in qua erant iſti propter deum: eſt magiſ accepta deo q̄ ſacrificia: ut dictum eſt. quoniam non eſt confuſio confidentibuſ in te. quod eſt uerum de confuſione uera que eſt apud deum per peccatum in conſciantia mala: licet ſancti bene ſuſtineant có/fuſionem coram hominibuſ. ſed iſta non eſt uera confuſio. Vnde dicit Chryſoſtomuſ ſuper Matthеum: leuiſ enim conſolatio ſi homo in ſe ipſo confuſuſ ſit: non tamen co/ram hominibuſ. Per contrarium: leuiſ eſt confuſio id ē modica uel nulla ſi tm̄ cōfuſuſ coram hominibuſ eſt: & non coram deo. Et nunc ſequimur. Hic Azariaſ allegat có/ſequenter in ſua oratione conſuetam dei miſericordiam quam inuenerant reuertenteſ ad ipſum. & hoc eſt q̄ allegat. & nunc ſequimur te in toto corde etc. qualitercúq; añ peccauerimuſ. ne confundaſ noſ id eſt confuſibileſ in conſpectu hominum dimittaſ. ſed fac nobiſcum iuxta manſuetudinē tuam etc. quia miſericordia tua ē miſereri & p̄cere. Et erue noſ. Hic conſequenter Azariaſ inuocat liberatricem dei potentiam que ſolet aſſiſtere in caſibuſ deſperatiſ ſcd̄m uiam humanam. & hoc eſt quod dicit: & erue noſ in mirabilibuſ tuiſ. hoc eſt per opera ſupra uirtutem nature fienda: quod eſt factum in liberatione eorum de fornace. & da gloriam nomini tuo: ut infideleſ uidenteſ potentiā tuam mirabilem glorificent nomen tuum. confundantúr omneſ qui oſtendunt ſeruiſ tuiſ mala. & loquitur hic de confuſióe per penitentiam qua homo confunditur coram deo de peccato perpetrato. & hoc ē quod ſubditur: & ſciant: quia tu eſ ſoluſ deuſ etc. hoc factum eſt per hoc q̄ Nabuc. uiſo miraculo glorificauit deum per totum regnú ſuú. Et non ceſſabant. Deſcripta cómendatione diuine equitatiſ: hic conſequenter ponit condeſcenſio ſue bonitatiſ incendens noxioſ & liberans innocenteſ. Circa quod quat/tuor tanguntur. Primum eſt fornaciſ incendium: cú dicitur: & nó ceſſabant miniſtri Regiſ qui miſerant eoſ in fornacem ſcilicet & iſti erant fortiſſimi de exercitu Regiſ: ut dictum eſt ſupra. ſuccendere fornacem napta: qd̄ eſt genuſ bituminiſ inuentú circa Babylonem & maxime nutrit ignem: ut dicit Saluſtiuſ. ſcd̄m aliоſ ſunt oſſa oliuarum arefacta cum amutata & ſtuppa & pice & malleoliſ id eſt ſarmentiſ. Secundo ſubdit Chaldeorum excidium: cum dicitur: & effundebatur flamma. & patet littera. Tertio angelicum preſidium: cum dicitur: angeluſ autem domini deſcendit cum Azaria etc. & patet littera. Sed queritur hic quomodo iſti pueri non ſunt leſi in fornace. & dicút aliqui q̄ hoc factum eſt per hoc q̄ angeluſ excuſſit flammam de fornace: ut hic dicit & appoſuit aliqua refrigeratiua interiuſ: ut dicitur hic. q̄ fecit medium fornaciſ q̄ſi uentum roriſ. & tunc ſcd̄m hanc uiam oportet dicere q̄ non erat ardor in fornace: neq; ſcd̄m effectum: neq; ſcd̄m rem uel actum primum. ſed hoc non uidetur uerum: quia ſupra dictum eſt q̄ fuerunt poſiti in fornace ligati & tamen ignis conſumſit eorú

uincula : quia ambulabant in camino & non consumpsit eorum corpora .& sic patet ꝙ pueris existentibus in fornace erat ibi ardor ignis non solummodo secundum rem uel actum primum : sed etiam quantum ad effectum uel actum secundum : quod est comburere ex quo combussit eorum uincula. Item infra eodem ca. dicitur ꝙ ambulabant in medio ignis ardentis. Dicendum igitur ꝙ salus puerorū facta est diuina uirtute suspēdente actum secundum ipsius ignis id est effectum manente actu primo: qa cum creatura obediat creatori in omnibus possibilibus fieri: potest uirtute diuina obseruari ardor ignis in actu primo uel secundo: quia ꝑmus potest absolui a posteriori: & sicut potest uirtus diuina suspendere actum ignis simpliciter: ita potuit suspendere circa unū obiectum absq; hoc ꝙ suspenderet circa aliud: & sic suspendit actum ignis circa corpora puerorum: & non circa uincula eorum: nec circa eos qui fornacē incendebant. Sed contra predicta potest sic argui: quia administratio rerum & cōseruatio sunt idem realiter secundum aliquos. administratio autem importat applicationē rei ad effectum: ergo conseruari nō potest in actu primo ignis quin exeat in secundum actum apposito combustibili. Item calefacere per se inest igni. illud autem qđ per se inest alicui nō potest ab eo separari: ergo impossibile est ꝙ maneat ignis in actu ꝑmo & non comburat apposito combustibili. Ad Primum dicendum ꝙ administratio rerum & conseruatio possunt dupliciter accipi. Vno modo ex parte cause inquantum sunt actiones dei in ipso manentes: & sic sūt idem realiter: quia in deo nō est nisi una actio intrinseca: que est idem quod sua substantia. Alio modo ex parte effectus qui est in creatura. & sic differt administratio a conseruatiōe: sicut enī in artificialibus uidemus ꝙ aliud est instrumentū constituere in esse: & aliud ipso constituto uti: ut patet de securi: ita intelligendum est in proposito: quia creature sunt artificiata. & ideo aliud est creaturam in esse producere seu tenere quod est conseruare : & aliud ipsam ad operationem applicare quod est administrare. & hoc est posterius ad ipsam conseruare: ut patet. licet autem posterius non posset esse sine priori: tamē prius potest esse sine posteriori. & ideo potest ignis conseruari absq; hoc ꝙ agat: non tamen econuerso. & eadē ratione potest sic conseruari ꝙ agat in unum & non in aliud: ut dictum est. Ad Secundum dicendum ꝙ calefacere inest per se igni: sed hoc est in tertio modo ꝓdicatis. & tale potest separari. Illud autem quod per se inest ꝑmo modo non potest ab aliquo separari etiam uirtute diuina: quia ponitur in eius definitione: & ideo nō ualet argumentum. Quod autem dicitur ꝙ angelus fecit medium fornacis quasi uentum etc. dicendum est ꝙ licet miracula fiant sola uirtute diuina principaliter: tamē angeli habēt aliquando circa hoc aliquod ministerium sicut hic. ꝙ flamma effusa est extra fornacē fuit factum uirtute angeli. sed ꝙ pueri intra fornacem existentes non sunt lesi : hoc factum est diuina uirtute: igitur propter tale ministeriū predictum dicit scriptura hoc fecisse angelum. Tunc hi tres. Posita condescensiōe diuine bonitatis circa pueros: cōsequenter ponitur collaudatio diuine maiestatis ab ipsis. & diuiditur in duas partes: qa Primo isti pueri deum laudant. Secundo ad laudem dei creaturas inuitant ibi: Benedicite omnia opera. Prima ad huc in Sex. quia Primo laudant deum in se. Secundo in appropriato sibi nomine: & benedictum nomen glorie. Tertio in assumpta humanitate: Benedictus es in templo. Quarto in beata uirgine: Benedictus es in throno. Quinto in angelorū distinctione: Benedictus es qui intueris. Sexto in celo empyreo omnia continente: Benedictus es in firmamento. Et nota ꝙ in omnibus istis quattuor modis cōmuniter utitur: quia deus benedictus dicitur ratione creationis: laudabilis ratione conseruationis: gloriosus ratione consumate fruitionis: Superexaltatus ratione

incomprehenſe perfectionis. quia excedit omne qđ de ipſo dicimus: & cogitamus. Vel aliter ſic: Benedictus ratione bonitatis. Glorioſus ratione ſapientie. Vñ dicit Ambro. ꝙ gloria eſt clara noticia. Superexaltatus ratione potentie. Laudabilis inquantum ex iſtis deriuatur perfectio in creaturis. Dicit igitur ṕmo: Benedictus es domine deus patrum noſtrorum. de patribus fit mentio: quia ex meritis patrum procedebat eorũ liberatio. Sequit̃. Et benedictum nomẽ & hoc ẽ nomẽ dñi Tetragrammaton: qđ eſt deo appropriatũ: & nulli alii attributum. quia ſcđm ꝙ dicit Rab. Moy. illud nomẽ ſignificat diuinam proprietatem intrinſecam oĩibus aliis ſeparatis. Alia autem nomia diuina imponũtur ab operibus diuinis: ſicut patet de hoc nomine Heloim in Hebreo uel deus in Latino quod imponitur a generali prouidentia: & per hoc cõmunicantur aliis per quandam participationem: unde & Iudices dicuntur Heloim uel dii: ut habet̃ Exo. xx. Si latet fur domus domus applicabit̃ ad deos id ẽ ad Iudices etc. multo magis alia nomina diuina hoc mõ cõmunicantur. nomen autem domini Tetragrammaton nulli alii cõmunicatur: ſed de ſolo deo dicitur. Benedictus es in templo. Iſtud templum eſt humanitas Chriſti: quia in Chriſto habitat plenitudo diuinitatis corporaliter: ut dicit Apoſ. Col. ii. propter hoc dicit Apo. xx. de celeſti Hieruſalem: templũ enim non uidi in ea: domus domus ipſe eſt templũ eius & agnus. Benedictus es in throno etc. hoc eſt in beata uirgine que ſpeciali mõ cõiuncta eſt deo ratione maternitatis: & dicitur proprie ipſius thronus: quia in gremio eius ſedit qñ recepit munera a Regibus: ut habetur Mat. ii. Benedictus es qui intueris abyſſos id eſt angelos damnatos de celo derectos. & ſedes ſuper Cherubin. preſidens angelis ſanctis. Benedictus es in firmamento etc. accipitur hic firmamentũ ꝑ empyreo qđ deſcribit̃ immobile a ſanctis: quia eſt locus proprius beatorum: ideo dicitur firmamentũ. Conſiderandum eſt etiam ꝙ in iſtis creaturis predictis dicitur deus ſpecialiter benedici & glorificari: quia iunct̃ deo ſpeciali coniunctione: ut patet ex predictis. Benedicite omnia opera. Hic conſequenter tres pueri inuitant creaturas ad laudandum deum celi. & ṕmo creaturas in generali dicentes. Benedicite omnia opera. Conſiderandum ꝙ in omnibus iſtis ſequentibus utuntur iſtis uerbis benedicite laudate & ſuperexaltate eadem ratiõe qua uſi ſunt in precedentibus nominibus his benedictus laudabilis & ſuperexaltatus. Benedicite angeli. Hic inuitat creaturas in ſpeciali. & ṕmo creaturas pure ſpiritales. Scđo corporales ibi. Benedicite celi. Tertio creaturam cõpoſitam ex ſpiritu & corpore ibi. Benedicite filii hominum. Dicit igitur ṕmo. Benedicite angeli etc. Primo enĩ inuitat creaturam angelicam tanq̃ deo propinquiorem. Vnde dicit Auguſ. libro. xi. Confeſ. Duo feciſti domine. Vnũ ꝓpe te ſcilicet naturam angelicam. Aliud ꝓpe nihil ſcilicet materiam primam. Benedicite celi. Hic inuitant res ſpiritales. & primo corporales. Secundo ea que pertinent ad elementa ibi. Benedicite hymber. Circa primũ dicit̃ ſic. Benedicite celi etc. ubi inuitant celum ſyderium cum ſpheris. vii. planetarũ. Scđo celum cryſtallinum. ideo dicitur. Benedicite aque etc. Illud enim celum dicit̃ aqueum ꝓpter quandam ſimilitudinem: quia cõuenit cum aqua in dyaphaneitate. Tertio inuitant angelos inquantũ mouent orbes: quia ex motu eos cognoſcimus & ex tali motione miniſtrant. & hoc eſt quod dicitur. Benedicite uirtutes etc. Quarto inuitant ea que faciunt ad ornamentum celi ſcilicet ſolem & lunam & alia luminaria: cum dicitur. Benedicite ſol etc. patent in littera predicta. Benedicite hymber. Hic inuitant ea que pertinent ad elementa. & primo inuitant ipſa elementa. Secundo ea que faciunt ad ornamentum eorum ibi. Benedicite cete. Prima in duas: quia Primo inuitant elemẽta ſuperiora. Secũdo inferiora ibi. Benedicat terra. Conſiderandum in omnibus iſtis ꝙ iſta

inanimata & ratione carentia dicuntur benedicere deū & laudare per quandam similitudinem inquantum perficiunt ea ad que ordinant̄ a deo. & iterum quantū ex consideratione talium creature rationales consurgunt ad benedicendum & laudandum deū. Primo igitur inuitant elementum aeris tangendo tres impressiones que fiunt in aere multum utiles ad uitam hominū & fructificationem terre nascentiū que sunt bimber & ros & spiritus id est uentus & hoc est quod dicitur. Benedicite bymber etc. Secūdo tangitur elementū ignis & eius effectus qui est estus cum dicitur. Benedicite ignis etc. Tertio tangit̄ alteratio tēporis causata ex motu solis in obliquo circulo: scilicet hyemem & estatē: quia sole existente in signis australibus causat̄ hyems. eo aūt existente in signis septentrionalibus causatur estas. & hoc est quod dicitur. Benedicite frigus id ē hyems etc. Quarto inuitant impressiones que fiunt in oppositis temporibus scilicet in uere & autumno: cum dicit̄. Benedicite rores etc. quia ros plurimū fit in uere: pruina in autumno: ut dicit Philosophus. ii. Meteororū. Quinto inuitant impressiones que fiunt in hyeme ibi. Benedicite gelu. Sexto inuitant ea que fiūt ex motu solis diurno ex duobus hemispheriis que sunt nox & dies lux & tenebre: quia sole existente in hemispherio nostro causatur dies & lux. Quando aūt ē in hemispherio opposito causat̄ nox & tenebra. & hoc est quod dicitur. Benedicite noctes etc. Septimo inuitant duas impressiones notabiles que sunt fulgur & densitas nubium ibi. Benedicite fulgura. Bñdicite terra. Hic inuitant elementa inferiora scilicet terram & aquam. & Primo inuitant terram secundum se. Benedicat terra etc. Secundo quantum ad partes eius ibi. Benedicite montes & colles. Tertio quantū ad ea que germinātur ex terra & adherēt ei: propter quod pertinent proprie ad ornatum terre ibi. Benedicite uniuersa germinantia etc. Consequenter inuitant elementum aque. & primo quantum ad originem fluminum: cum dicitur. Benedicite fontes. Secundo quantum ad id quod est terminus fluminum que flumina in mari cōgregantur ibi. Benedicite maria etc. Benedicite cete. Hic inuitant ea que pertinent ad ornatum elementorum cuiusmodi sunt animalia in elementis uiuentia & mouentia se ipsa. & primo que pertinent ad elementū aque cuiusmodi sunt pisces. & hoc est quod dicitur. Benedicite cete etc. & exprimunt̄ hic cete: quia sunt pisces marini & mirabiles multum inter creaturas dei. Secundo inuitant ea que pertinent ad ornatum aeris cum dicitur. Benedicite omnes uolucres celi. & accipit̄ hic celum improprie pro celo aerio. Tertio inuitant ea que ptinent ad ornatū terre: cum dicitur. Benedicite oīnes bestie: quantū ad animalia siluestria. unde dicunt̄ bestie quasi uastie. & pecora quantum ad animalia domestica. Benedicite filii hominū. Hic inuitant creaturam compositam ex spirituali & corporali scilicet naturam humanam. & primo generaliter: cum dicitur. Benedicite filii hominum. Secundo populum Israel specialiter: cum dicitur. Benedicat Israel etc. & hoc est: quia ille populus speciali cultu dicebatur petuliaris deo. Tertio adhuc specialius Sacerdotes cum dicitur. Benedicite sacerdotes etc. & hoc quia debent pollere speciali sanctitate in populo. Quarto ministros sacerdotibus adiunctos ibi. Benedicite serui domini etc. & quia laus nō ē accepta deo nisi fiat ex spiritu & sanctitate & humilitate. Ideo subdit̄. Benedicite spiritus etc. Vltimo terminat̄ laudem istam in seipsis sicut a seipsis inchoauerant: cū dicit̄. Bñdicite etc. & hoc est: quia specialem rationem laudendi habebant: que tangitur: cum subdit̄: Qui eruis nos de inferno etc. quia illic descendissent anime eorū nisi preseruati fuissent de incendio uirtute diuina. Benedicite omnes religiosi etc. Istud ultimum addit̄: quia nō solum in populo Israel sed etiā in aliis personis erant aliq qui speciali cultu colebāt dominum sicut fuit Iob & Melchesedech & consimiles qui dicūtur hic religiosi. Tunc

Nabuc. Hec est Tertia pars principalis huius ca. in qua ponitur puerorũ exaltatio condigna. ubi scriptura notat quattuor. Primum est apparitio angeli: quia apparuit quartus cum tribus pueris. & hoc est quod dicitur. Tunc Nabuc. Rex obstupuit: ex combustione subita robustissimorum uirorum sui exercitus: ut predictum est. & de saluatione puerorum in fornace. & surrexit prope: ad uidendum miraculum. & ait optimatibus suis id est ꝑmis principibus post Regem. Nonne tres uiros tantũ scilicet & non plures. misimus in medio ignis compeditos. q. d. sic. & idem affirmant ꝑncipes. & patet. Respõdit Rex & ait: ecce uideo uiros quattuor: & ideo admirabat̃ de q̃rto. solutos: quia admirabatur ꝙ ignis combussisset eorum uincula: & non corpora. & hoc est quod dicitur: & ambulantes in medio ignis etc. & species quarti similis est filio dei: quia propter irradiationẽ uultus in corpore assumpto bene apparebat ꝙ angelus nõ erat filius hominis sed magis aliqd supra hominẽ: & quid diuinũ. Scd̃m qd̃ ponit̃ ibi ẽ approbatio miraculi: cum dicitur. Tunc Nabuc. accessit ad hostium fornacis. ex quo patet eius deuotio: quia non mittit nuncium. & ait Sydrac Misac etc. serui dei excelsi: non Idolorum mutorũ que coluntur in terra. egredimini de fornace scilicet & uenite ad me. Sequit̃. & satrape congregati etc. qui dicuntur satrape & huiusmodi supra est expositum. contemplabatur uiros illos admirantes de miraculo: quod probatur per id quod subditur: quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corpore eorũ: & ꝙ plus est & capillus capitis eorum non esset adustus qui tamen defacile incenditur. & saraballa id est brache estiuales & breues. non fuissent immutate: quia non solum non erant adusta sed nec fumo denigrata. & odor ignis nõ transisset per eos. quia non erant im/ moderate calefacti. Tertium ꝙ ponitur hic est acclamatio dei: cum dicitur. Tunc erumpens Nab. in laudem dei scilicet ait. Benedictus deus etc. qui misit angelum suũ. per hoc enim ꝙ erat alius dissimilis: & qd̃ subito disparuit alius egredientibus de fornace cognouit ꝙ fuerat angelus. Sequitur. Et uerbum Regis immutauerunt: obediendo deo: & non Regi. & quia nõ solum Nabuc. in se sed in toto regno suo uoluit laudare deum. Ideo subditur. A me ergo positum est hoc decretum id est lex firma. & patet. Quartum quod hic ponitur est exaltatio populi Israelitici per puerorum ꝑmotionẽ. & hoc est quod dicitur. Tunc Rex ꝑmouit Sydrach etc. amplius q̃ ante: quia ꝑmo erant Prefecti operum: sed fecit eos iudices prouinciarum. & patet littera. Et in isto capi. potest quadruplex moralitas assignari: quia in statua est nota simulationis. In adorantibus emulationis. In instrumentis adolationis. In fornace temptatiõis. Statua igitur notat simulationem potentie scientie seu cuiuscunq; excellentie. hec statua est ficta: quia uita simulata habet meram falsitatẽ. aurea: quia habet falsam honestatẽ. alta: qa habet falsam dignitatẽ. lata: ꝑpter falsam pietatẽ. sita: ꝑpter falsã ptãtem. dedicata: ꝑpter falsam fame celeritatẽ. adorata: ꝑpter falsã maiestatẽ. hec oĩa simul concurrẽtia facit̃ simulatorẽ statuã nõ hoiem. In adorãtibus enim nota emulatiõis adorãt ꝑmo satrape id est nobiles aspirantes ad nobilitatẽ generis. Magistratus id est consiliarii asprãtes ad familiaritatẽ Principis. Iudices aspirantes ad autoritatẽ. Duces scilicet exercitus aspirantes ad nominis celebritatem. Tyranni aspirantes ad potestatẽ. Optimates aspirantes ad regiam dignitatem. hi omnes adorant seculi dignitatem ne potentiã honores uel diuitias ꝑdant quorũ exemplo subditi faciliter inducunt̃ impulsi a maioribus ꝑ potentiã. a doctoribus ꝑ falsam doctrinam. a religiosis ꝑ falsam uitã. In instrumentis notatur adulatio. quidam enim adulantur superiores ratione timoris & hoc significatur per tubam: quia terret. quidam ratione consequendi honoris ut ambitiosi & hoc significatur per fistulam. quidam ratione fauoris habendi in causis &

hoc significatur per citharam. quidam ratione ualoris temporalis ut pauperes: & hoc significatur per sambucam. quidam ratione affectus carnalis amoris sicut sunt ꝓpria diligentes & hoc significatur per psalterium. quedam ratione liuoris ut sic per supe/riores possint se uindicare de alios. & hoc significatur : per omne genus musicorum. quia tales per omnem uiam querunt adimplere suum propositum. Quarto in fornace & pueris notatur tẽptatio & tribulatio: in fornace actiue: in pueris passiue. fornax enim tribulationis septuplum accenditur cõtra iustos anteq̃ liberentur ꝑ aduersitatẽ insidiis hostilibus. per asperitatem in afflictionibus corporis exterioribus. per anxie/tatem in conflictibus mentis interioribus. per arduitatem in operibus difficilibus. per autoritatem in preceptis fortioribus. per austeritatem in uictu & aliis necessitatibus corporalibus. per calamitatem in infirmitatibus & languoribus. Fornax aũt tempta/tionis similiter septuplum succenditur: quia septem sunt differentie temptationis: quia quedam est temptatio dubia. quedam occulta. quedam fraudulenta sub specie boni. quedam subita & periculosa : quia in repentinis difficile est se bene habere. quedam importuna sicut est temptatio carnis: quia impugnat omnibus horis. quedam ꝑplexa quedam uiolenta ex intentatiõe ꝑiculi uel mortis. he temptationes succendunt: napta id est concupiscentia peccati originalis. stuppa id ẽ concupiscentia superbie & uanitatis. pice id est concupiscentia luxurie carnalis. malleolis id est concupiscentia mundane cupiditatis que desiccat auarum hominem sicut malleoli sunt sarmenta desiccata. Ex hac fornace eripiuntur pueri id est innocentes. uincula consumunt id est difficultas ad bonum & pronitas ad malum. seruantur autem illesa saraballa id est bona que ho/nestant: quia tegũt membra pudibunda. tiare id ẽ bona que delectant: quia ponunt in capite. calciamenta id est bona que sustentant. uestes id est bona que conseruant. Flamma autem que diffunditur per cubitos. xlix. & quinquagesimum non attingit significat penam inferni que nunq̃ consequet remissionem Iubilei id est requiẽ eternã que ꝑ remissionẽ Iubilei significat in scriptura. quia in inferno nulla est remissio etc.

Nabuchodonosor etc. Hec est tertia uisio significans Christi .IIII. predicationem contra humanam prosperitatem. Materia autem huius uisionis est factum Nabuc. qui propter offensam dei septem annos uersus fuit in amentiam herbarum radicibus inter animalia nutritus. & post dei misericordiã ad regnũ resti/tutus. & sic humiliatus Regem celi laudare cepit. In quo ostendit mysteriũ dominice resurrectionis predicationis scilicet humane ꝓsperitatis finem laudabilem ostendẽtis. Causa finalis est pronũciatio Christi predicantis: trepidatio dei omnipotentis: humili/atio Regis superbientis. exaltatio Danielis interpretantis: consolatio populi seruiẽtis. Causa efficiens est spiritus sancti instinctus quem habuit Daniel tanq̃ uir sobrius & modestus: humilis & deuotus: & uisionum interpretationibus assuetus. Causa aũt for/malis consistit in modo scribendi hanc uisionẽ que scribitur per modum epistole: quia est epistola Regis Nabuc. missa per totum regnum suum ad laudem dei in memoriã huius facti que a Daniele posita est in serie huius libri. Et ideo diuiditur per modum epistole : in qua Primo ponitur salutatio. Secundo subiungitur narratio ibi: signa. Tertio infertur conclusio: ibi. nunc ergo. In salutatione autem preponitur persona salutans: quia est maior: cum dicitur. Nabuc. Rex. postea subduntur persone salu/tate: cum dicitur. omnibus populis etc. quia erat monarcha orientis: ut dictum est. Tertio describitur bona optatio personis saluatis: cum dicitur: pax uobis multiplicet. quia bonum pacis debet Princeps optare subditis: quia ad hoc eis preponitur. Signa & mirabilia. Hic ponitur consequenter epistole narratio. & primo ponit in generali.

Secundo in ſpeciali ibi. Ego Nabuc. Circa primum conſiderandum ꝙ hic in generali narratur factum Nabuc. quomó propter ſuam ſuperbiam in amentiam uerſus eſt & humiliatus & per conſequens a deo in regnum reſtitus: propter qđ fuit motus ad deũ laudandum: & per epiſtolam ad laudem dei ſuos ſubditos inuitandum. & hoc eſt quod dicitur hic. ſigna id eſt opera diuinitatiſ facta ad inducendum homines ad dei reuerentiam. & mirabilia: quia excedunt intellectus humani facultatem. fecit apud me id eſt in perſona mea. & ſunt uerba Nabuc. deus excelſus. hoc dicit ad differentiam illorum qui in templis colebantur. placuit ergo mihi predicare id eſt ſollemniter per epiſtolam diuulgare. ſigna eius id eſt opera ſupra naturam facta: quia magna ſunt id eſt talia ꝙ nullus potuit facere ſimilia. & mirabilia eius quia fortia: cum nullus poſſit reſiſtere: uel etiam impedire. & regnum eius ſempiternum id eſt ſine fine. & poteſtas eius in generatione & generationem id eſt in omnem nationem. Ego Nabuc. Hic deſcribitur narratio epiſtole in ſpeciali: ubi premittitur quoddam exordium reſpectu ſequẽtium in quo generaliter tangitur perſona uidens & perſona interpretans & ſtatus utriuſq;. Secundo autem ponitur proſecutio iſtarum determinate ibi. uiſio capitis mei. Primo ergo deſcribitᵉ perſona uidens cum dicitur. Ego Nabuc. Monarcha orientis quietus ſcilicet a preliis. ſubiugato mihi oriente. in domo mea id eſt Babylone quã fecerat caput ſue Monarchie: ut dicitur infra eodem ca. & florens in palatio meo. quia omnia ſucceſſerant ſibi ad libitũ. Fortuna enim ꝓſpera dicitur floritio metaphorice. ſomniũ uidi diuinitus mihi immiſſum. qđ ꝓterruit me etc. diuina uirtute hoc faciẽte. Sequitᵉ: Et pro me propoſitum eſt decretum. Hic incipit tangere perſonam interpretantem: ut introducerentur in conſpectu meo cuncti ſapientes Babyloniſ ut ſolutionẽ ſomnii indicarent mihi: tunc ingrediebantur Arioli etc. ſupra eſt expoſitum qui dicebantur Arioli: & ceteri hic nominati. & ſolutionem nó indicauerunt mihi: quia hoc eſt ſoluus dei. ex quo patet eos falſum reſpondiſſe: in prima uiſione quando dixerunt: Rex dicat ſomnium ſeruis ſuis & ſolutionem indicabimus: quia hic dicitur expreſſe: ꝙ Rex narrauit ſomnium ſuum in conſpectu eorum & tamen neſcierunt interpretari: donec collega id eſt familiaris ingreſſus eſt in conſpectu meo. Queritur ergo quare nó fuit primo uocatus cum alius & maxime cum alias ei ſomniũ expoſuerat: ut dictum eſt ca. ꝑmo. Dicendum ꝙ erat abſens ꝑ aliquo alio regni negotio: propter qđ Rex nó fecit interfici ſapientes ſicut ꝑmo preceperat in ſimili caſu: quia expectabat Danielẽ. & hoc uidetur ſonare littera: cum dicitur. ſolutionem non indicauerunt mihi. Donec ingreſſus eſt Daniel etc. cui nomen Balthaſar ſcđm nomen dei mei: quia tali nomine uocabatur deus Nabuc: qui habet ſpiritum deorum ſanctorum: ad interpretandum ſomnia: propter hoc arſ interpretandi ſomnia dicebatur ſcientia diuina. Vnde & Albertus cõmentator ſuper librum de ſomno & uigilia dicit Socratẽ exclamaſſe Athenienſibus laudantem ſcientiam diuinationiſ ſomniorum dicentem. Abſit a me: ut hanc ueſtram quam experti eſtiſ per ſomnia dicam eſſe falſam ſcientiam: ſed hanc diuinam me ignorare profiteor: humana me ſcire exiliter proteſtatus ſum: & ut uerum fatear hoc ſolum me ſcire arbitratus ſum ꝙ ignoro: eo ꝙ ſcientiã deorũ uel ſanctorũ non ſum adeptus. Sequitᵉ: Balthaſar Princeps Ariolorum id eſt diuinatorum: & hoc ratione diuine ſapientie quam habebat & non alii. & hoc eſt quod ſubditur: quoniam ego ſcio ꝙ ſpiritum deorum ſanctorum habeas in te. Dicit deorũ ſanctorũ ad differentiam demonum a quibus Magi & Arioli & huiuſmodi querebant reſpõſa. loquitur etiam in plurali de deo: ſecundum morem gentilium. Sequitᵉ. & omne ſacramentum: id eſt ſecretum: non eſt impoſſibile tibi. q̃ſi. d. omne ſecretum poteſ aperire. uiſionem

ſomniorum meorum quaſ uidi: & ſolutionem eorum narra. non petit hic Nabuc. nar/
rationem ſui ſomnii quaſi ignorati ſicut in prima uiſione: quia hoc ſomnium narrauit
priuſ Rex aliſ coniectoribuſ: & ſc̄o Danieli: ut hic dictum eſt. ſed petit narrationē
per modum expoſitioniſ in quo oportet repetere ſomnium ab expoſitore applicando
parteſ ſingulaſ uiſioniſ ad parteſ ſolutioniſ. Viſio capitiſ. Poſito exordio narrationiſ
& interpretationiſ hic procedit ad utrunq; in ſpeciali. & primo ad narrationē. Sc̄o
ad eiuſ interpretationem ibi: tu ergo Balthaſar. Prima in treſ. quia primo narratur
uiſio prout ſignificat eminentiam. Secundo prout ſignificat contra eum diuinā ſen/
tentiam ibi: in ſententia. In prima ergo parte dicitur ſic. Viſio capitiſ mei. quia taleſ
uiſioneſ fiunt in parte imaginatiua que uiget in capite. in cubili meo: quia in ſomno
facta eſt iſta uiſio quietatiſ ſenſibuſ exterioribuſ. hec eſt ſepe que ſequitur. uidebam
& ecce arbor. per arborem ſignificatur Nabuc. quia ſc̄m Philoſophoſ homo eſt q̄ſi
arbor euerſa habenſ quaſi radiceſ ſurſum id eſt capilloſ uel oſ: quia radiceſ ſunt ori ſi/
mileſ. ii. de Anima. in medio terre. quia Babylon ubi regnabat Nabuc. eſt in medio
climate terre habitabiliſ ſcilicet in quarto ſc̄m Alfraganum. & altitudo eiuſ nimia.
propter potentiam Nab. & eiuſ ſuperbiam. & magna. propter regni extenſionem. &
fortiſ. propter magnam maliciam: & armorum peritiam. & proceritaſ eiuſ contingēſ
celum. propter Nab. excellentiam qui de infimo ſtatu ad tantam potentiā deuenerat
ut ſupra dictum eſt. aſpectuſ eiuſ uſq; ad terminoſ uniuerſe terre: ab habitantibuſ in
remotiſ partibuſ timebatur ne eoſ inuaderet. folia eiuſ pulcherrima. hoc dicit quantū
ad eiuſ ornatum & localia: que de diuerſiſ regniſ ſupatiſ congregauerat. fructuſ eiuſ
nimiuſ ꝓpter multitudinem diuitiarum artificialium. & eſca uniuerſorū in ea: ꝓpter
multitudinem diuitiarū naturaliū. ſubter eam habitabant animalia id eſt ſimpliceſ &
beſtie: id eſt feroceſ: quia nulluſ audebat reſiſtere ei. & in ramiſ eiuſ uolucreſ celi con/
uerſabantur. per uolucreſ intelliguntur garruli & mendaceſ ad alta tendenteſ: quia
taleſ ſolent eſſe Principibuſ lateraleſ. Sic uidebam. Hic conſequenter narratur uiſio
inquantum continet dei ſententiam. Vnde dicitur ſic. uidebam ſcilicet proſperitatem
ſtatuſ mei in uiſione capitiſ mei etc. quia proſperitaſ preſentiſ uite non eſt niſi quaſi
ſomnium. Vnde dicitur in Pſal. dormierunt ſomnium ſuum: & nihil inuenerunt oīneſ
uiri diuitiarum in manibuſ ſuiſ. Sequitur. & ecce uigili id eſt angeluſ: quia angeli ui/
gilant ad cuſtodiam noſtram: ad exequēda dei mandata. & quia nūq̄ ceſſant ab actu
intelligendi: ſicut noſ ceſſamuſ oppreſſi ſomno. & ſanctuſ. hoc dicitur ad differentiam
demonū: quia Philoſophi gentileſ dicebant demoneſ habere corpora aerea: ut dictū
eſt ſupra. angeloſ autem eſſe intelligentiaſ omnino ſeparataſ. de celo deſcendit: quia
a deo mittuntur angeli ad hec inferiora adminiſtranda. & clamauit fortiter. ad inſi/
nuandum autoritatem diuine ſententie. ſuccidite arborem: quia Nabuch. de regno
abiectuſ eſt ad tempuſ. ut dicetur infra eodem ca. & preſcindite ramoſ eiuſ id eſt filioſ
uel poſteroſ qui deiecti ſunt & interfecti ꝑ Medoſ & Perſaſ. ut patet capi. ſequēti.
& excutite folia eiuſ id eſt decorem Regiſ: quia uultum deperit in infirmitate lōga
Regiſ. Nab. & diſpergite fructuſ eiuſ. quia illo tēpore quilibet rapiebat ſibi diuitiaſ
illiuſ Regiſ. fugiant beſtie que ſubter eam ſunt etc. quia multi receſſerunt de dīno
Nabuc. tempore amentie ſue: tam de ſimplicibuſ qui ſignificantur per beſtiaſ: q̄ de
Principibuſ qui ſignificanť ꝑ uolucreſ ad alta tendenteſ. Verūtamen germen radiciſ
eiuſ in terra ſinite id eſt ſpem certam reuertēdi ad regnum poſt amentiam. & alliget
uinculo ferreo: id eſt infirmitate inducta ex diuina ſententia que infrangibiliſ eſt. in
herbiſ que foriſ ſunt. quia tempore amentie habitabat ī campiſ cum beſtiiſ. cor eiuſ

ab humano cõmutetur etc. quia perdidit usum rationis per amentiam. & sic factus est quasi bestia: quia uita hominis non differt a bestiali uita nisi p usum rations: nõ quia fuerit mutatus in bouem: ut dicit Iosephus. qui licet ueranter narret historiam ue. te. tamen quando uult exponere: turpiter deficit. sicut de nuditate Ade in statu inno/ centie dicit Iosephus q̃ non erubescebat. & exponendo rationẽ assignat: quia Adam tunc uiuebat simplicitate bestiali: sicut pueri ante usum rationis non erubescũt de sua nuditate. sed hoc est manifeste falsum: quia sic per peccatum melioratus fuisset status primi hominis: quia per hoc adeptus fuisset usum rationis. & eodem modo dicit hic Io/ sephus dicendo q̃ Nabuc. fuit mutatus in bouẽ. &. vii. tempora mutẽtur super eum id est. vii. anni. per tempus enim intelligitur annus: ut dicitur infra. xii. ca. cũ dicitur per tempus & tempora & dimidiũ temporis. ex quo patet falsum q̃ aliqui dicunt. vii. annos fuisse mutatos in. vii. menses oratione Danielis: ut dicit glosa super locũ istum. In sententia. Hic narratur ussio quantũ ad diuine sententie causam: cum dicitur. In sententia uigilum decretum est etc. id est ad petitionem sanctoꝝ qui sunt in terra quã angeli presentant coram deo. Decretum est hoc a deo in conspectu angelorum qui dicuntur uigiles rationibus predicti. & causa subditur: donec cognoscant uiuentes sup terram id est homines. quoniam dominatur excelsus in regno hominum: transferẽdo regna scd̃m uoluntatem suam. & humillimũ hominem id est Christum: constituet sup eum: scd̃m quod ipsemet dicit Mat. ultimo. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. uel secundum litteram. per hoc intelligitur Nabuc. qui de humili statu primo ad regnũ fuit eleuatus. sed per superbiam ad tempus deiectus. & per humilitatẽ iterũ restitutus. hoc somnium ego uidi Nabuc. Rex. per hoc patet falsitas illorũ qui dicũt q̃ ea que dicuntur in hoc ca. non sunt intelligenda ad litteram de Nabuc. sed de dia/ bolo qui in consumatione seculi consequeẽ maiorem gloriam q̃ angeli illi qui nõ pec/ cauerunt. q̃ autem non intelligatur ad litteram de Nabuc. arguunt primo q̃ nõ est uerisimile q̃ Rex fuisset dimissus currere p campos cũ bestis: sed magis fuisset ligatus & inclusus: similiter nec q̃ per tantum tempus uixisset nudus & sub diuo. Tertio im/ possibile uidetur q̃ ita diu uixit tali cibo: quia infra dicitur: fenũ quasi bos comedens. Quarto quia in tanto tempore bestie deuorassent eum: ut uidetur. Quinto quia non est uerisimile q̃ per. vii. annos tantum regnum fuisset sine Rege. & non legiẽ alius institutus. & si fuisset institutus non est uerisimile q̃ ei cessisset post furiam. ideo dicũt q̃ Daniel ad litteram loquitur hic de diabolo sub metaphora de Nabuc. Sed dictum istorum est erroneum: quia peccatum demonis est irremediabile: ut diffusius tractat scdo sententiarum. & contrariũ dicere est error Origenis. cuius improbationẽ omitto hic propter prolixitatẽ uitantam: & quia habetur in scriptis cõmunibus. Item falsitas istorum patet ex littera ubi dicitur: q̃ Daniel erat collega huius Nabuc. de quo hic est sermo. q̃ autem esset familiaris ipsi diabolo est falsum: cum hic dicatur q̃ habebat spiritum deorum sanctorum. Item somniũ non potest inesse diabolo nec somnus. Item quõ exponeret Daniel somniũ diabolo cum i diabolo uigeat acumẽ intellectus magis q̃ in hominibus. Et ideo dicendum q̃ hec est uera historia: & non locutio parabolica. quod patet ex hoc: q̃ persone sic determinate nominantur: scilicet Daniel Nabuch. & alii & eorum officia. Item p hoc q̃ factum notat sic celebre q̃ scribitur toti regno in regia epistola. Ad Primum igitur q̃ in contrarium obicitur dicendum q̃ sicut dicit Hieronimus & experientia docet multa sunt impossibilia homini sano que tamen sunt possibilia homini furioso. furia enim facit hominem multa agere & pati que alias non posset. Videmus enim amentes frequenter diu sub diuo morari crudis sustentari quibus

etiam uidetur: ꝙ sint bestie bestiarum etiam ferocium cum talibus amicitiam contrahi
bec Hieronimus. Ratio autem istorum que dicit Hieronimus pót assignari breuiter
quia furia naturam hominis deordinat & quasi bestialem facit. & ex hoc sequitur ꝙ
aliqua sunt eis delectabilia & possibilia que ante non erant propter transmutationem
nature. sicut mulieribus pregnantibus carbones uel terra fit cibus delectabilis propter
nature deordinationem: que tamen alias eis sunt abhominabilia. Ex hoc etiam sequit̃
aliud: scilicet ꝙ cum bestus cótrahunt familiaritatem propter quandam assimulationē
ad eas. & propter hoc bestie non deuorabant Nabuc. sicut etiam experimento habet̃
ꝙ canes ferocissimi non nocent fatuis naturaliter uel amentibus. potest tamen dici ꝙ
a bestus fuit diuinitus preseruatus. & sic patet ad. iiii. prima. Causa quare non fuit li/
gatus uel ícluſus tempore furie fuit: quia per hoc infirmitas fuisset aggrauata. patet
etiam ad sensum ꝙ furiosi cum ligantur magis infirmantur. & sciebant homines sui p
reuelationem Danielis ꝙ in campis non moreretur: sed finaliter in regnú restitueret̃.
Ad quintum dicendum ꝙ regnú illo tempore fuit gubernatú per Principes & maxíe
per Danielem qui diligebat Regem. & quia per Danielis reuelationē sciebant Regē
restituendum. & ideo nullum alium audebant interim statuere: ne Nabuch. postea
restitutus puniret eos tanq̃ reos crimíe lese maiestatis. Item quia Nab. regnú multú
ampliauerat: ideo cú maiori patientia principes eum expectabant. uel aliter pót dici:
ꝙ filius eius Euilmorodach illo tempore regnauit. quomodo aút cessit postea patri?
Dicendum ꝙ hoc fecerunt principes qui eius maliciam odiebant. Vnde ut dicunt aliq
propter mala que fecit tpe infirmitatis paterne cum Ioachim Rege Iuda: exquo cú
eo amiciciam contraxit & eum de carcere extraxit: ut habetur. iiii. Reg. ultimo. Tu
ergo Balthasar. Hic consequenter ponitur uisionis interpretatio. & diuiditur in duas
partes: quia primo ponitur ipsa interpretatio. Secundo interpretationis impletio ibi.
omnia bec. In prima parte dicitur sic. Tu ergo Balthasar id est Daniel. narra inter/
pretationem festinus etc. q̃si. d. non indiges temporis dilatione ad cogitandum ꝓpter
diuinam sapientiá que est in te. Tunc Daniel cepit intra semetipsum tacitus cogitare:
quia nolebat cito procedere ad denunciandum Regi mala. & cogitationes eius con/
turbant eum. quia Rex honorauerat eum multum & sotios eius & ideo quasi gratus
conturbabatur de malo eius futuro. Vnde sequitur post. Domine mi somnium is qui
te oderunt etc. quia licet ueritas contra superiores sit dicenda: tamen cum reuerentia
debet dici. Arborem quam uidisti. Hic incipit exponere uisionem eo mó quo supius
est exposita. & ideo patet sententia usq; ibi: quãobrem: ubi posita expositione ponit̃
monitio Danielis monentis Regem ad penitentiam & opera misericordie: ut per hec
auertatur pena futura: quia nesciebat Prophetа utrum hec prophetia esset dicta p
cóminationes tantum: quia tales cóminationes intelliguntur aliquando sub conditióe
scilicet si illi contra quos dicuntur perseuerent in malo. Vnde dicit dominus Hiere.
xviii. Repente loquar aduersus gentem: & aduersus regnum: ut eradicem & destruã
illud: si penitentiam egerit gens illa a malo suo agam & ego penitentiã sup malo qđ
cogitaui: ut facerem ei. Omnia bec. Hic ponitur interpretationis impletio. & diuidit̃
in duas partes: quia primo ponitur diuisionis impletio quantú ad ipsius Nab. delecta/
onem. & scđo quantum ad eius restitutionem ibi: igitur post finem. Circa primum
considerandum ꝙ licet ad uerbum Danielis Nabuch. aliquam penitentiam egerit: &
aliqua opera misericordie fecerit: tamen ad pristinam superbiam redit: propter qđ
pena predicta fuit ei inflicta. & hoc est quod dicitur: oñia hec uenerunt sup Nab.
Regem. post finem mensium. xii. id est post annum: quia per annum facta est dilatio

pene propter opera miſericordie. ſed quia ut dictum eſt ad ſuperbiam reuerſus ē: ideo tunc ei inflicta eſt. in aula Babylonis deambulabat. fretus multitudine militū. reſpō/ditq; Rex. non dicitur hic q̄ aliquis loqueretur cum eo & ideo dicendum q̄ reſpondit ſue cogitationi: quia tunc cogitabat de abiectione ſua quam predixerat ſibi Daniel. & reputabat falſum & impoſſibile: quia iam annus tranſierat. & propter magnitudinē potentie & ſuperbie ſue: & ait: nonne hec eſt Babylon magna etc. q. d. quis poſſet me deiicere. Dicitur autem Babylon magna: quia ſecundum q̄ dicit Hieronimus ſuper Eſaiam ipſa erat edificata in quadro: & quodlibet quadrati latus habebat. xvi. mil/aria id eſt. viii. leucas. nec eſt mirum: quia ſic edificabantur ciuitates: quia quilibet ſcd̄m ſtatum ſuū habebat iuxta domū ſuā hortū & uineā ubi creſcebāt terre naſcētia unde uiuere poſſent in obſidione cum familia ſua. capitolium autē uel fortaliciū illius ciuitatis erat turris edificata a filiis Noe: ut habetur Gen. xi. quam ego edificaui in domum regni. non enim edificauerat ſimpliciter illam ciuitatem ſed fecit eam metro/polim ſue Monarchie: & eam ampliauerat & fortificauerat ad robur regni ſui: & de/corem: propter quod reputabat dictum Danielis truffaticum cum adhuc eſſet ſermo in ore Regis: ut ei oſtenderet deus q̄ propter ſuperbiam ſuam punitus eſt: ideo ipſo loquente ſuperbe ſubditur inflictio pene: cum dicit: uox de celo ruit: quaſi quoddam ponduſ deiciens eius ſuperbiam: & uox facta eſt in aperto: ut dei uindicta intelligat̄ a populo: quia nō ambulabat ſoluſ per aulam ſuam: ſed multi erant cum eo: qui uocē de celo audierunt. Tibi dicitur Nabuc. etc. ſenſus patet ex predictis ſequitur. fenum quaſi boſ comedes. ex hoc patet q̄ non fuerit muratus in bouem: ut dicit Ioſephus. quia non dicitur hic boſ: ſed quaſi boſ. ſimili mō uiuendo: ut habet̄ in decretis. xxii. q. iii. remittuntur. & rore celi corpus eius infectum eſt. quia celo tantum tegebat̄. donec capilli eius in ſimilitudinē aquilarum creſcerent: id eſt ſcd̄m longitudinē alarū aquile: quia non tondebatur. & ungues eius quaſi ungues auium: eadem ratione. Igit̄. Hic ponitur uiſionis impletio quantum ad Nabuc. reſtitutionem. & diuiditur in duas partes: quia primo deſcribitur eius reſtitutio. Secundo infertur intenta concluſio. nūc ergo. Circa primum dicitur. Poſt finem illorum. id eſt. vii. annorū predicto⁹ a dño Ego Nabuc. oculos meos corporis ſcilicet & mentis. ad celum leuaui id eſt potentiam dei cognoui. & ſenſus meus redditus eſt mihi: quia furia tranſierat. & altiſſimo bene/dixi corde. & uiuētem in ſempiternum laudaui: ore confitendo uirtutem & bonitatē eius publice. quia poteſtas eius poteſtas ſempiterna: quantū ad durationem. & regnū eius in generatione & generationem: quia ſe extendit ad omnem gentem. & oīs ha/bitatores terre apud eum in nihilum reputati ſunt. quia de nihilo ſunt: & in nihil re/digerentur: niſi manutenentia dei conſeruarent̄: iuxta uoluntatem enim ſuam facit tam in uirtutibus celi etc. id eſt in angelis. & non eſt qui reſiſtat manu eius id eſt po/tentie. & dicat ei: quare feciſti? id eſt dicere poſſit: quia iudicia eius incōprehenſibilia ſunt a nobis. nec errare potuit in factis ſuis. Sequitur. figura mea reuerſa eſt ad me. non eſt per hoc intelligendum q̄ de figura bouis reuerſus ſit ad figuram hominis: ut dicit Ioſephus: & male ut uiſum eſt. ſed figura hic accipitur pro exteriori cōpoſitiōe quia fuit tonſus & ueſtitus & ſic quodammodo in figura cōmutatus. uel aliter intel/ligendum eſt ſcd̄m eſtimationem quam habebat in furia: tunc enim ſibi uidebatur q̄ eſſet beſtia. & optimates mei requiſierunt me: ſcd̄m tempus predictum a Daniele. & propter nequiciam Euilmoradach eius dominium erat eis odioſum. Cetera patent. Nunc ergo. Hic ponitur cōcluſio: cum dicitur: ego Nabuc. laudo ore: & magnifico corde: & glorifico opere Regem celi: cuius regnum ſolum eſt ſtabile. quia oīa opa

eius uera: quia procedunt scd̄m regulam sue sapientie que non potest errare. & oñes uie eius id est modi faciendi: iudicia id est recti: & gradientes in supbia pōt humiliare. hoc cognoscebat per experientiam. Dubitatur a quibusdam utrum Nabuch. fuerit saluus propter quod dicitur de eo Esa. xvi. detracta est ad inferos supbia tua: concidit cadauer tuū. & infra uerūtamē ad infernū detraheris ad ꝑfundum lacu: & multa que ibi dicuntur, ex quibus uidet aliquibus ꝙ sit damnatus. Dicendum ꝙ sit saluus quia scriptura determinat historiam eius in sua humiliatione: & diuine uirtutis fidelis confessione: ut hic patet. quod non fit in scriptura nisi de his qui sunt in statu salutis. hoc etiam dicit decretum. xxiii. q. v. Ad illud quod dicitur in contrariū in Esaia dicendum ꝙ dictum est per cōminationem intellecta conditione scilicet si nō peniteret: quia tñ penituit ad infernū damnatorū non descendit: sicut Esa. xxxviii. per Esaiā dictum est Ezechie dispone domui tue morieris tu: & non uiues. quia tamen penituit ideo sententia mutata fuit. & additi sūt uite eius. xv. anni: ut ibidem dicitur. Moraliter exponendo per arborē intelligere possumus quemcūq; statum prosperū ꝛpalem uel spiritalem. Si accipitur quantum ad temporalem tantum: sic arbor ista est homo quantum ad personam. homo enim est arbor euersa: ut supra dictum est. Ista arbor est in medio terre: quia sita est inter orientem natiuitatis & mortis occidentem. alta: per excellentiam inter alias creaturas. magna: quantum ad scientiam. fortis: quantū ad potentiam. protera quantum ad apparentiam. ramosa quantum ad generis lineā. fructifera per opulentiam: sed non quantum ad caritatem: sed carnem nutriendam. lata uel diffusa quantum ad famam. subter eam animalia id est simplices. bestie id est feroces. in ramis eius uolucres id est in domo eius uel curia sunt leues superbi mendaces garruli. ex ea uescatur omnis caro id est carnales eius bona consumunt: quia totum dat mundo non deo. super hanc arborem est sententia quam clamat uigil id ē Xp̄us uel angelus uel predicator uel prelatus que sequitur. succidite arborem per mortem. deiicite in terrā quantū ad filitatē extremā iter animalia: quia in alis animalibus post mortem remanet aliquid utile: nihil autem in homine. prescindite ramos eius id est parentelam. excutite folia id est exteriorem apparentiam. dispergite fructus id ē opulentiam: quia in morte quilibet accipit quod potest de bonis talium. fugiant animalia etc. propter familie dispersionem. eiciatur exterius id est ad societatē infernalem. cor eius ab humano cōmutetur quantum ad obstinationem. vii. tempora mutentur super eum quantum ad damnationem perpetuam que per septenariū designat. Ecce arbor humane prosperitatis & contra eam sententia diuine ultionis. Secundo pōt exponi de prosperitate seu excellentia spiritali: & sic per arborem intellige hominē uirtuosū hec arbor est alta per iusticiam. fortis per constantiam. frondosa per eloquentiam. magna per prudentiam: que dirigit oñes uirtutes. diffusa per misericordiam. fructifera per deuotionis exuberantiam. omnes pascuntur ex ea ꝑ fraternam edificationē. subter eam bestie: per sensuum exteriorem refrenationem. In ramis eius uolucres celi per motuū exteriorum moderantiam. hic homo si in peccatū cadat cōtra eū inclamat uigil id est Christus in euangelio predicator uel prelatus predicando. succidete arborē quantum ad desertionem caritatis: que est uita anime. prescindite ramos quantum ad oblationem uoluntatis bone. excutite folia quantum ad defectum bone locutionis. dispergite fructus quantum ad subtractionem bone operationis. fugiāt animalia que subter eam sunt: quātum ad defectum debite subiectionis. alligetur uinculo: quantū ad generationem male consuetudinis. ferreo propter duriciam obstinationis. eiciatur foras quantū ad inuer ecundiam in oñibus malis: quia tūc facta est eis frons meretricis

cor eius ab humano cõmutetur quantum ad omnem modum crudelitatis. vii. tempa cõmutentur super eum quantum ad peruersam opinionem totius legis. huius arboris sententias percipiunt in somnis Reges Principes Nobiles Diuites: quia frequenter in predicationibus audiunt diuinam sententiam: sed non curant: ac si esset tantummodo somnium. .V.

BAlthasar Rex. Hic ponitur quarta ysio ubi ostenditur eminentia regni Xpi & iustorum ad regnum Antexpi & malorum. Causa materialis est destructio regni Chaldeorum per Medos & Persas: que quidem destructio per digitos scribentis in pariete est dicta per Danielem interpretata in quo designat destructio regni diaboli per mortem Christi: & eius passionem. Causa finalis est ostendere dei iusticiam. & Danielis prudentiam extollendam. Causa efficiens est instinctus spiritus sancti de re imminenti: unde fuit reuelatio non somnium. Causa formalis consistit in diuisione. & diuiditur in. iii. ptes quia primo tangit ysionis occasio. Scdo uidentis perturbatio: ibi: tunc facies. Tertio turbati reprehensio ibi. O Rex altissime. Quarto ysionis expositio ibi: id circo ab eo. Circa primũ. iii. ponuntur. Primũ est conuictus lasciue: cum dicitur. Balthasar Rex fecit grande conuiuiũ Hie. xxix. predictum erat q̃ in lxx. annis terminaretur dominium ut rediret captiuitas Iudeorum. Balthasar autem credebat illud tempus transisse: & p̃ consequens Hieremiam dixisse falsum ꝓpter qd̃ ut dicunt Hebrei fecit tale festum: optimatibus suis mille: oĩes enim magni Principes sui Imperii conuenerunt in Babylonem: ut defenderent ciuitatem contra Tirum & Darium qui obsederant ciuitatem: ut patet ex fine ca. & unusquisq; scd̃m suam bibebat etatem. quod exponitur dupliciter. Vno mõ quia scd̃m etates suas erant in conuiuio ordinati seniores in primis locis: & alii consequenter in alius. Alio modo exponit quia nullus cogebatur bibere ultra uires. sicut fit apud aliquos quantum ad hoc moribus incompositos. & propter hoc non erat decens hoc fieri in aula regali. scd̃m q̃ hic exponitur est contẽptus blasphemie exponendo uasa a deo consecrata usibus humanis. & hoc ẽ quod dicitur: precepit autem iam temulentus Rex ut auferrent uasa etc. de templo ubi fuerant reposita a Nabuc. uenerabiliter scd̃m suam estimationẽ: que asportauerat Nabuch. pater eius id est auus eius scd̃m eos qui dicunt Balthasar fuisse filiũ Euilmoradach: que opinio uidetur ꝓbabilior: ut supra dictum est. ii. ca. Sequitur. & biberunt in eis Rex etc. propter hunc contemptum fuit iste punitus & maxime quia illa uasa exposuit suis uxoribus & concubinis ut hic dicitur. Tertium quod hic est positum est actus Idolatrie: cum dicit: & laudabant deos suos. i. insultãdo deo Iudeorum in cuius uasis bibebant. aureos & argenteos etc. Idola ent̃ fiebant de diuersis metallis scd̃m proprietatem illorum pro quibus fiebant: ut Idolum Martis de ferro. Solis de auro. Lune de argento. Vnde dicitur Act. xix. q̃ edes diane fiebant argentee. Ratio autem huius est: quia probabile est q̃ tales Imagines fiebant per astrologos. In talibus autẽ fiendis duo attenduntur: determinata constellatio ex parte uirtutis influentis: & determinata dispositio ex parte materie recipientis. Quartum q̃ hic ponitur est conspectus diuine sententie: cum dicitur. In eadem hora apparuerunt digiti etc. eadem hora dicatur ut ostendatur manifeste propter quod erat dei uindicta scilicet propter contemptum dei in abusu uasorum sacrorum: & laude idolorum. Ex hoc patet q̃ temerarium est res deo sacratas applicare usibus humanis: propter quod in ecclesia statutum est q̃ calix in propria forma nõ uendatur nisi alteri Ecclesie. Et Rex aspiciebat. hic non dicitur q̃ alii uenderent. ex quo uidet̃ q̃ nõ erat ibi manus scribens scd̃m existentiam: quia talia cõmuniter uidentur ab oĩbus assistentibus. sed

ſolum erat taliſ apparitio in oculiſ Regiſ & ſententia in pariete ſcribebatur diuinitus miniſterio tamen angelico: quia eorum miniſterio talia fiunt. Tunc facieſ. Hec eſt ſcđa parſ principaliſ in qua ponitur uidentiſ perturbatio. Et diuiditur in duaſ ptes quia primo deſcribitur eiuſ perturbatio ratione uiſioniſ. Scđo propter defectum interpretationiſ ibi: unde Rex Balthaſar. Circa primum dicitur ſic: tunc facieſ Regiſ immutata eſt. quia ex timore recurſuſ eſt ſanguiſ ad cor: & per conſequenſ factuſ eſt pallor in facie: & tremor in membriſ exterioribuſ. Vñ ſequit: & compageſ renū eiuſ etc. exclamauit itaq; quia non ſolum fuit turbatuſ in corde: ſed turbationē in corde oſtendit in uoce. ut introducerent Magoſ etc. expone ſicut ſupra. Sequit. quicunq; legerit ſcripturam hanc: & interpretationem eiuſ manifeſtam mihi fecerit: purpura ueſtietur etc. apud gentileſ. iiii. erant inſignia regalia: purpura: fibula id eſt torqueſ aurea: annuluſ: diadema. hec. iiii. ſimiliter cōcurrentia deſignabant honorē regium. ſingula autē per ſe aſſumpta: uel plura deſignabant aliquam participationē honoriſ regii: & hoc deſignatur hic. Vnde ſequitur: & tertiuſ in regno meo erit id eſt tertiuſ a me erit in honore. tunc ingreſſi omneſ ſapienteſ Regiſ: nō potuerūt nec ſcripturā legere etc. quia erat ſcripta hebraice: & ipi iſtaſ litteraſ ignorabant: & dato q̄ ſcirent legere: tamē non poterant ſcire intellectum eiuſ: quia in tribuſ uerbiſ Maue Thetel Phareſ continebatur tanta ſententia q̄ nō poterat intelligi niſi deo reuelante: & hoc eſt proprie legere: quia non ſolum cognoſcuntur littere: ſed etiam intellectuſ. Vnde Rex Balthaſar. Hic deſcribitur Regiſ perturbatio ꝓpter defectum interpretationiſ cum dicitur: q̄ inde ſatiſ cōturbatuſ eſt hoc eſt multum. & uultuſ eiuſ immutatuſ: quia propter uehementiam timoriſ ire & perturbationiſ frequenter mutabatur color eiuſ in facie. ſed & optimareſ eiuſ conturbabantur ex Regiſ perturbatione: & quia a deo erant percuſſi cum eſſent participeſ criminiſ. Regina aūt id eſt mater Balthaſar ſcđm originem ſed ſcđm Ioſephum erat eiuſ auia quod uidetur probabiliuſ. & ideo poterat ſcire preterita que Rex ignorabat que ſcilicet fuerant tempore Nabuc. Regiſ. Ingreſſa eſt domum conuiuii: ad conſolandum Regem: & ei conſulendum: ut patēt eiuſ uerba uſq; ibi. Eſt uir in regno tuo qui ſpiritum deorum ſanctorum habet: loquitur de deo celi in plurali ad modum gentilium. cetera patent ex predictiſ in aliiſ ca. uſq; ibi: ſpirituſ amplior quantum ad multitudinem cognitorum. prudentior quantum ad cognitioniſ claritatem. intelligentia & interpretatio ſomniorum. intelligentia dicitur quantum ad cognitionem occulti. interpretatio quantum ad expreſſionem uerbi. & oſtenſio ſecretorum: quia multa ſunt alia ſecreta q̄ in ſomniſ ſicut eſt in propoſito de ſcriptura in pariete: que fuit nota Danieli. ligatorum ſolutio quantū ad intellectum ſcripturarum aliiſ occultarum: que dicuntur aliiſ ligate: quia nō poſſunt uidere interiuſ intellectum: hoc mō loquitur Philoſophuſ. iii. Metaphiſice. ubi dicit q̄ non pōt ſoluere qui non nouit intricationem nodi: ita nec queſtionem dubitabilem ſoluere q non nouit intricationem rationū ex utraq; parte. inuente ſunt in eo hoc ē in Daniele cui Rex impoſuit nomen Balthaſar. primo ca. dictum eſt q̄ prepoſituſ ennuchorum impoſuit hoc: dicendum q̄ Prepoſituſ impoſuit de mandato Regiſ. & ideo Rex hoc principaliter impoſuit: ut hic dicit. Sequit. Igitur Daniel introductuſ ē etc. ex quo habetur q̄ conſilium mulieriſ ſapientiſ non eſt contemnendum maxime quando non habetur aliud: ſicut erat in propoſito. Sequit. tu es Daniel de filiiſ captiuitatiſ Iuda. q̄ſi. d. tu es de illiſ apud quoſ conſueuerunt eſſe prophete: quia alibi q̄ apud Iudeoſ raro leguntur fuiſſe prophete: quem adduxit pater meuſ id eſt auuſ meuſ qui uerum reſpondiſti de occultiſ. cetera patēt ex predictiſ uſq; ibi. Reſpondens Daniel ait corā

Rege: munera tua sint tibi etc. quia ex pacto nō ē aliquid accipiendum ꝑ reuelatiōe diuini secreti: sed post factum pōt aliquid accipi ex liberalitate dantis: sicut fecit Daniel: ut patebit infra eodem ca. O Rex. Hec ē tertia pars huius ca. ubi datur Regi responsio a Daniele. Ex quo patet ꝙ uitia principum tempore debito nō sunt tacēda & ut Daniel melius ipsum arguat ponit exemplum aui sui qui propter superbiam suā fuit deiectus a regno ad tpus: ut patuit c. p̄ce. & ideo iste grauius peccauit q nō fuit correctus exemplo eius. nec ualet si dicatur ꝙ iste non habebat adhuc discretionem quando auus eius mortuus est: & sic posset excusari per ignorantiam facti: nō ualet. quia facta regum sic notabilia scribebantur in annalibus historius: & depingebantē in imaginibus ut magis memorie cōmendarentur ad exemplum aliorum: ideo potuit scire aui sui factum: hoc est igitē ꝙ dicit Daniel. O Rex Balthasar: deus altissimus regnū dedit Nabuc. patri tuo. quia de infimo statu eleuatus est ad Monarchiam: ut supra dictum est. & magnificētiam: propter expensas magnas quas faciebat: quod ē ꝑpriū magnifici: ut dicitur. iiii. Ethicorum. & gloriam: quantum ad diffusionem fame sue magnitudinis. & honorem qui ei ab uniuersis impendebatur: quia aliqui honorabant eum ex amore: scilicet illi qui erant ab eo exaltati. Alii ex timore scilicet illi qui erant ab eo depressi: que sequuntur in littera patēt ex dictis usq; ibi. Quando aūt eleuatū est cor eius: per superbiam nimiam. & spiritus affirmatus est id est obstinatus: quia non statim ad primum peccatum percutit dominus sed expectat correctionem: quod sequitur patet usq; ibi: cor eius cum bestiis positū est: quia subtracto usu rationis homo non differt a brutis: ut patet ꝑmo Metaphisice. quod fuit in Nabuc. per amentiam: ut uisum est. quod sequitur patet ex predictis usq; ibi: tu quoq; filius eius id est nepos q. d. grauius peccasti: quia exemplum in auo tuo habuisti. sed aduersus dominatorem celi eleuatus es: per superbiam. & uasa domus eius allata sunt coram te etc. ecce cōtumelia quam nō fecerat Nabuc. deos quoq; aureos etc. ecce blasphemia: quia laudando deos suos deum celi qui in Hierusalem colebatur: blasphemabat. porro deum celi qui habet flatum tuum id est spiritum tuum uel uirtutem respirandi in quo conseruatur uita. in manu sua id est potestate. & omnes uias tuas id est cogitationes & opera. non glorificasti: reddendo sibi gratias pro beneficiis acceptis. Id circo. Hec est quarta pars huius ca. in qua ponitur uisionis expositio. Id circo id est propter predicta mala tua missus est a deo scilicet articulus manus id est digitus manus more hebraici sermonis qui frequenter ponit singulare pro plurali: ut Exo. viii. uenit musca grauissima id est multitudo muscarum: quia plures apparebant digiti. Sequitur Mane Thetel Phares primū pertinet ad finem regni. Mane enim idem est ꝙ numeratio: propter qđ subditē numerauit deus regnum tuum & compleuit illud id est finiuit. Scđm pertinet ad finē uite Balthasar. Thetel idem est ꝙ appensio statere: propter quod subditur: appensus est in statera diuini iudicii scilicet in quo ponderata sunt facta tua. Tertiū pertinet ad translationem regni Phares. Phares. n. idem est ꝙ diuisio. & hoc est qđ subditē: diuisū est regnum tuum a te scilicet & posteris tuis: & datum est Medis & Persis: quia ei immediate successit Darius: & postea Cyrus Rex Persarum nepos Darii: tunc iubente Rege indutus est Daniel purpura etc. Sed queritur quare talem honorem sibi exhibuit cum diceret ei contraria? dicendum ꝙ hoc fuit ne coram oīmbus mendacii arguerētur: quia talem honorem ꝓmisit legenti scripturam: & interpretanti: ut patet ex predictis. Secundo quia credebat per hoc iram dei placare exhibendo honorem eius Prophete. Sequitē. eadem nocte interfectus est Balthasar. In hoc apparet interpretationis impletio. & scđm aliquos Balthasar a suis cubicularis fuit interfectus. & ciuitas

proditione eorum Cyro tradita. scdm glosam interfectus est ab exercitu Medorum & Persarum qui audita uisione & audita diuina sententia contra Balthasar ꝑ explo/ratores suos fecerunt insultum audacter contra ciuitatem & uiri bellatores ciuitatis nó poterant eis resistere: tum quia erant attoniti & in stuporem cóuersi ex predicta ui/sione & Danielis interpretatione : tum quia fatigati erant a conuiuio & uino. Quod autem existente conuiuio deberet Rex inuadi & capi predixerat Esaias. xxi. capit. Babylon delecta mea facta es í miraculum pone mensam contẽplare in spelunca ho/stes scilicet insurgentes. Sequit: comedentes & bibẽtes surgite Principes accipite clipeú & lanceã etc. q. d. magis eẽt tempus preliandi q̃ festinandi. Sequit: & Darius Medus successit in regnum. licet enim Cyrus obsideret ciuitate cum Dario : quia erat anti/quior & eius auunculus ita tamẽ ꝙ post eú regnaret: & ita factum fuit: quia Cyrus Dario in regno successit. Moraliter exponendo dicendum est ꝙ in hoc ca. tractatur contra uitium carnalitatis. In Balthasar nota superfluitatẽ: quia interpretat capillus capitis qui nascitur ex superfluitate. In conuiuio gulam: in uino ineptam leticiam: in concubinis manifestam luxuriam: in optimatibus adulatorum applaudentiã: & in istis unum ab alio nascitur: ut patet. in uasis aureis superbiam: nam tales homines finaliter in superbiã uitam consumút: quia queritur superfluitas propter superbiam : ideo ꝓbat Origenes ꝙ omnis diues est superbus hec de uitio carnalitatis quantum ad uitiú cupi/ditatis nota ꝙ cupiditas est Idolorum seruitus scdm Apum ꝙ unusquisq; rem quam p̃ ceteris diligit ponit deum suum scdm Hieronimú. igitur in diis aureis notat opulẽtia: in argenteis apparentia: quia argentum est sonorú. in ereis fraudulentia: quia uidet esse aurum: & nõ est. in ferreis uiolentia: quia ferrum domat omnia: sic isti in oĩbus sunt sine misericordia. Contra duo uitia predicta nota hic iudiciú equitatis & ꝓcessus & dictamen sententie diuine. scribens est pater: manus filius: digitus spiritus sanctus. sicut enim digitus & manus sunt a brachio: ita spiritus sanctus a patre filio. Vnde de ipo dicitur Exo. viii. digitus dei hic est in pariete notatur plenitudo assumpti hominis. in aula uterus uirginalis. In candelabro contra quod scripsit certitudo naturalis dicta/minis: quia deficit in oĩbus his perscrutandis in scriptura artitudo extremi examinis quod erat tale: Mane numeratio: Thetel statere appensio: Phares diuisio: quia in finali examine deus omnes actiones numerabit omnes circumstantias ponderabit: oĩs occasiones separabit. & tunc sequit: terror afflictionis quod notatur in facies muta/tione. error cogitationis quod significatur in cogitationum perturbatione meror afflictionis in rerum dissolutione. terror desperationis in genuum collisione ecce iudi/cium terribile contra uitium carnalitatis. .VI.

DLacuit Dario. Hec est. v. uisio que licet sit historia: tamen dicitur uisio: quia hic fit mentio de angelo in lacum descendente: & Danielem liberante: in quibus notatur mysterium Christi resurgentis: ut supra dictum est. Causa igitur materialis huius uisionis est emulatio Principum contra Danielem: & reclusio eius in lacum: & liberatio eius per angelum. Causa finalis ut Danielis innocentia cerneretur : dei iu/stitia panderetur: & mestitia plebis Israhelite leuaretur. Causa efficiens est angelica apparicio hoc merente Danielis innocentia cũ deuotione & patientia. Causa formalis in modo procedendi cõsistit. proceditur autem hic per modum fraterne iudie & ex/plorationis contra uitam innocentis. & habet. iii. partes: quia primo ponitur honor exaltationis ex parte Danielis. Scdo liuor emulationis ex parte principum ibi: Vnde & principes. Tertio rigor condemnationis ex parte Regis ibi: qd̃ uerbum cũ audisset Rex. Quarto tenor liberationis ex parte dei ibi: & tunc primo diluculo. Circa primú

notantur tres gradus honoris exhibiti Danieli scilicet positiuus comparatiuus & superlatiuus. Primus est positiuus quem tenuit Daniel in dignitate: quia a Dario qui Balthasar successit fuit constitutus unus de tribus principalibus regni Principibus. audito enim q̄ precedentem uisionem exposuerat: duxit eum secum in Mediam honorifice propter eius sapientiam: & tenuit eum in simili honore in quo posuerat eū Balthasar: qui fecerat eum tercium in regno suo: ut dictum est capi. precedenti id est unum de tribus principalibus regni sui. & hoc est q̄d dicit̄ hic: placuit Dario. s. filio Astyagis ad differentiā alterius Darii q̄ fuit filius Assueri quē debellauit Alexander Magnus. & constituit sup regnum suū Satrapas. c. xx. sicut supra dictum est Satrape dicunt̄ quasi satis rapientes. isti igitur erant constituti per totum regnum in diuersis partibus ad pecunias colligendas. & super eos tres principes: maiores scilicet post Regē. Sequit̄ & Rex non sustineret molestiam: duplici de causa: quia iam erat antiquus. Alia quia erat Monarcha nouus & in principio talium solent aliqui magis rebellare: ideo curam regni alius tradiderat: ut ipse posset magis uacare circa hostes reprimendos si insurgerent. Igitur Daniel. Hic scd̄o ponitur gradus comparatiuus honoris Danielis quia non solum Satrapas superabat sed etiam alios duos Principes qui erant constituti cū eo super totum regnum: ut uisum est. & causa subditur: quia spiritus dei id est uirtus a deo data ad cognoscendū que agēda sūt & exequēda. amplior erat in eo id ē maior intensiue: & extensiue. Porro Rex. Hic ponit̄ gradus superlatiuus quē Rex uoluit sibi exhibere propter eminentiā sue sapientie: quia Rex uoluit eum alius duobus maioribus preponere: ut sic eēt sup totum regnū immediate post ipm. Vnde & Principes. Post q̄ descriptus est honor ex parte Danielis: hic consequenter ponitur liuor emulationis ex parte Principum qui solet uigere in curiis magnatorum. Et quia inuidus sp querit occasionem contra innocentem: ideo primo querunt occasionē contra Danielē circa conuictum carnalem. Scd̄o circa edictum legale ibi: dixerūt ergo. Tertio circa contemptum regalem ibi: uiri ergo. In prima parte dicitur sic: unde id est propter excellentiam Danielis quē Rex uolebat p̄ponere: Principes & Satrape moti a Principibus querebant ut inuenirent occasionē ex latere Regis id ē amouendi eū a familiaritate Regis: uel aliter: a latere imponendo Danieli q̄ equalitatē Regis ambieret scd̄m Hebreos: uel a latere id ē ex uxore Regis que dormit ad latus eius imponēdo Danieli q̄ haberet familiaritatem suspectam cum ea: nullamq; causam & suspitionem reperire poterat etc. ex quo patet eminentia uirtutis Danielis. quia inter extraneos & emulos existens non potuit notari etiam a diligenter considerantibus de aliquo crimine certo: nec in facto: quod notatur cum dicitur: & suspitionem. suspitio enim ē q̄n incipit aliquis dubitare de bonitate alicuius ex aliquo leui signo. Dixerunt ergo. Hic scd̄o querunt occasionem contra Danielem circa ritum legalem: & hoc est q̄d dicitur: non inuenimus Danieli huic aliquam occasionem accusandi eum scilicet erga Regem nisi forte in lege dei sui: quia sciebat q̄ ipse uellet magis facere cōtra edictum Regis q̄ contra mandatum diuine legis. & ideo cogitauerunt qualiter Rex faceret aliquod edictum q̄ non posset seruari sine transgressione legis iudeorum: ut caperent Danielē mandato Regis non obedientem: & hoc est quod subdit̄. Tunc Principes & Satrape surripuerunt Regi. surripere est aliquem uerbis fallere: quasi cōmodi sui gratia: cum tamē sit contra eū: & sic factum est in p̄posito: quia induxerunt Regem ad faciendū edictum per cuius occasionem occideretur Daniel qui erat sibi maxime utilis & fidelis uidebatur tamen prima facie illud edictum esse pro Regis utilitate. & hoc est quod dicitur hic. Rex ineternum uiue. q.d. nos optamus salutem tuam. consilium inierunt

omneſ Principeſ regni tui pro bono ſtatu regni conſeruando: ut decretum impatoꝝ exeat & edictum id eſt lex firma & irreuocabiliſ: ut oñis qui petierit a quocunq; deo & homine. hoc dicunt ut poſtea nó poſſint Danielem excuſare uſq; ad. xxx. dieſ niſi a te Rex: tantum temporiſ ponunt ut Daniel non poſſet euadere quin caperetur in oratione: quia in uno paruo tempore poſſet ſic deú ſecrete orare ꝙ alioſ lateret. mittatur in lacum leonum: ad denotandum ꝙ condemnati ad mortem illic proiciebañ. hoc enim edictum uidebatur facere ad firmitatem regni & Monarchie: inquantú ſic hominеſ inducerentur ad tantam reuerentiam: & timorẽ Regiſ ꝙ non auderẽt aliqd petere ab alio etiam a deo. & ideo Rex qui erat nouuſ Monarcha conſenſit neſciẽſ eorum fraudem. Simile edictum fecit Aſſueruſ ad ſuggeſtionem Aman: ut habetur Heſter. iii. & .iiii. quia quaſi zelanſ pro parte regni impetrauit edictum fieri ne aliqſ accederet ad Regem infra. xxx. dieſ in hoc ſimulanſ ſe zelare ꝓ Regiſ magnitudine ex cuiuſ reuerentia nulluſ auderet ad eum accedere in tãto tempore. ſed hoc faciebat ne aliquiſ infra hoc tempuſ ad Regem accederet: qui liberationẽ Iudeoꝝ impetraret. hoc mó familiareſ Principibuſ aliquando inducunt eoſ ad faciendum aliqua ſtatuta peſſima ſub ſpecie ꝙ zelent pro Principibuſ cum tamen aliud intendant. Sequit: tu itaq; confirma ſententiam .q.d. libenter debeſ facere: quia eſt pro regni utilitate. & ſcribe decretum ut non immutetur etc. q.d. ꝙ tot & tantorum ſapientum conſilio ordinatum eſt: non debet immutari per uocem uniuſ hominiſ. quod factum ẽ a Mediſ & Perſiſ. ex quo patet ꝙ unum erat regnum Medorum & Perſarum: quia Cyruſ nepoſ Darii ei in honore ſucceſſit: ut predictum eſt. Quod cum Daniel comperiſſet ingreſſuſ domum ſuam etc. ut occulte oraret dominum cauenſ de periculo inſidiarum ne temptaret deum exponenſ ſe mortiſ periculo ſine cauſa ſi hoc faceret in aperto. & feneſtriſ apertiſ in cenaculo ſuo contra Hieruſalem. hoc habetur ex. iii. Reg. viii. ubi dicitur ꝙ filii Iſrael ducti in captiuitatem debent orare uerſa facie cótra Hieruſalem ut ex memoria templi ubi deuſ colebatur oratio eorú eſſet magiſ deuota & exaudibiliſ. tribuſ temporibuſ in die ſcilicet hora matutinali: quia lotiſ manibuſ Iudei túc benedicunt dominum. & hora. iii. uel. vi. ante comeſtionem. exemplum habeť Act. x. ubi dicitur. Aſcendit Petruſ in ſuperiora domuſ ut oraret circa horam. vi. & hora ueſpertina: ſcđm quod dicitur Act. iii. Petruſ & Iohanneſ aſcenderũt in templum ad horam orationiſ nonam que accipitur circa tempuſ ueſpertinum: ut patet in Eccleſiaſ maioribuſ ubi tunc dicitur nona. flectebat genua quantú ad actum latrie exteriorẽ. & orabat quantú ad actum latrie interiorẽ. confitebaturq; etc. ſcilicet peccata populi Iſrael & ſua: quia oratio humiliantiſ ſe nubeſ penetrat: ut habeť Eccleſiaſtici. xxv. Viri ergo illi. Hic tertio querunt occaſionem contra Danielem circa contemptú regalem. & hoc eſt quod dicitur hic: uiri illi curioſiuſ inquirenteſ id eſt cum magna ſollicitudine per occultaſ uiaſ & per occultoſ modoſ. Inuenerũt Danielem orantẽ: cótra Regiſ edictum: & obſecrantem. obſecratio eſt oratio que fit per ſuocationem alicuiuſ rei ſacre per quam oratio fiat magiſ exaudibiliſ. Vnde dicit obſecratio quaſi ad aliud ſacrum deprecatio: ſicut cum dicitur per crucem & paſſionem tuam libera noſ dñe: & conſimilia. Et ideo in orationibuſ Eccleſie ad hoc ꝙ fiant magiſ exaudibileſ dicitur ꝑ dñm noſtrum Ieſum Xp̃m ubi eſt inuocatio ſancte trinitatiſ. Sequit: & accedenteſ inuidi exploratoreſ locuti ſunt Regi ſuper edicto: hoc eſt de lege firma & irreuocabili priuſ facta. hoc faciunt ne Rex habeat uiam liberandi Danielem. & hoc eſt quod ſubditur: Rex nunquid conſtituiſti ut omniſ homo: ſic loquunť tacito noíe Danieliſ ut cum Rex reſponderit generaliter: ꝙ oñiſ tranſgredienſ ſtatum ſit morte puniẽduſ

non posset postea excipere Danielem. responso habito a Rege : ut patet in littera: proposuerunt accusationem suam. Daniel: ipsum nominant nomine Iudaico: tacito nomine Balthasar: quod erat nomen regium. addunt etiam conditionem seruilem: ut magis prouocent Regem. de filiis captiuitatis: iste inq̃ qui deberet esse humilis: nó curauit de lege tua: que ab oñibus est ueneranda. & de edicto tuo: quod petius est: quia decretum est lex posita sub precepto quod contempsit transgrediendo. quod probant per id quod subditur: sed tribus temporibus per diem orat etc. Quod uerbum. Hec ẽ tertia pars huius capi. ubi describitur rigor condemnationis ex parte Regis: ubi tria notantur. Primum est malicia hostis impellentis. Scd̃m est miseria hominis innocẽtis ibi: tunc Rex precepit. Tertiú est mestitia Regis imparantis ibi: & abiit Rex. Circa Primum dicitur sic: q̃ uerbum cum audisset Rex satis conturbatus est: quia percepit fraudem eorum: & nó audebat de plenitudine potestatis frangere edictum in p̃ncipio sue Monarchie: quia Reges denouo creati solent iurare q̃ seruabunt consuetudines regni: & ideo si contra consuetudinem frangeret tale edictum: immineret periculum de seditione que de talibus solet accidere. & ideo alio modo conatus est Rex Danielẽ liberare. ꝓpter quod subdit̃. & pro Daniele posuit cor id est intelligentiam & conatú: ut liberaret eum: interpretando scilicet edictum & se multipliciter excusando. & licet modus hic non exprimatur: tamen datur intelligi per hoc q̃ in talibus detinuit accusatores usq; ad occasum solis: ut dicitur in littera: & patet. Sequitur : uiri autem illi. s. accusatores pessimi: intelligentes Regẽ scilicet q̃ uellet modis uariis liberare Danielẽ: dixerunt ei ad contrarium arguendo: scito Rex quia lex Medorum & Persarum est etc. ideo educunt dictum Regis ad memoriam: quia sic erat expressum q̃ nullo modo poterat Danielem excusare ex pte legis: quia erat formata irreuocabiliter: ut uisum est. nec ex parte orantis: quia in ea sic dicitur: omnis homo qui petierit etc. & sic in ea includitur Daniel sicut & alii. nec ex parte orati: quia ibi dicitur: a quocunq; deo uel homine. Tunc Rex precepit. Hic describitur miseria innocentis scilicet Danielis. uidens enim Rex q̃ nó poterat liberare Danielem nisi frangendo decretú que fractio erat sibi periculosa & toti cómunitati ratione predicta : ideo tanq̃ minus malum scd̃m estimationem suam elegit tradere eis Danielem: & maxime: quia firmiter credebat: q̃ deus eum liberaret : sicut audierat de tribus sociis suis de camino liberatis. & hoc est qd̃ sequit̃. Deus tuus quem colis semp ipse liberabit te: quia scd̃m qd̃ dicit glosa nó loquit̃ dubitatiue: sed affirmatiue. allatusq; est lapis unus magnus scilicet & ponderosus. & positus est super os laci: ne aliquis posset ingredi: quia magis timebat Rex de crudelitate hominum contra Danielem q̃ de ferocitate leonum. & hoc est qd̃ subditur: quem obsignauit Rex etc. ne aliquis intraret sine suo scitu. cuius causa subdit̃: ne quid fieret contra Danielem . Et abiit Rex. Hic ponitur mestitia Regis ex condemnatione Danielis. & hoc est qd̃ dicitur: & dormiuit incenatus id est abiit ad dormiendum quia non dormiuit. ideo sequitur: & somnus recessit ab eo: tum ex tristicia: tum ex defectu cibi. Et tunc primo. Hec est quarta pars principalis ubi describitur tenor liberationis respectu dei: ubi tria notantur: scilicet innocentia liberata: iniudia lacerata ibi: tunc iubente Rege. dei magnificentia predicata ibi: tunc Darius. Circa primum dicitur sic: tunc p̃mo diluculo id est summo mane transacta illa nocte: consurgens Rex festinus ad lacum leonum perrexit: ex magno enim desiderio liberandi Danielem Rex qui p̃ noctem uigilauerat: ut dictum est. & in mane non dormiuit quod solet esse remediú maximum contra uigiliam noctis: propinquansq; lacui Danielem uoce lachrymabili inclamauit ex affectu enim cordis lachrymatus est: quod tamen Reges solent cauere

quantum possunt: maxime coram populo: ne muliebres uideantur. Daniel serue dei uiuentis. hoc dicit ad differentiam Idolorũ que non uiuunt. deus tuus putas ne ualuit liberare te a leonibus. non dicit hoc dubitando de dei potentia: sed ut cũ Daniel cõtra opinionem humanã illesus apparuerit iustior appareat indignatio Regis cõtra accusatores Danielis. Sequitur: deus meus misit angelum suum: quia opera mirabilia facit ministerio angelorum: & conclusit ora leonum etc. q.d. natura feritatis leonum non est mutata: sed ab angelo prohibita: quod patuit ex effectu sequenti contra accusatores suos. Iubente autẽ Rege. Hic describit inuidia lacerata: cum dicitur: adducti sunt uiri illi qui accusauerunt Danielem: & in lacu leonum missi sunt. hoc erat iustum scd̃m penam talionis que maxime habet locum inter equales sicut erat in proposito. & non peruenerunt usq; ad pauimentum laci etc. Iosephus dicit ꝙ accusatores dixerunt leones saciatos fuisse carnibus: & ideo Danielem non tetigisse: & tunc Rex iussit ut ipsi darent carnes leonibus: qd̃ cum facere uellent leones eos decerpserunt anteq̃ uenirent ad pauimentum: & ex hoc patet manifeste ꝙ Daniel ex sua iusticia fuerat liberatus. Tunc Darius. Hic describitur dei magnificentia predicata per Regẽ Dariũ propter uisum miraculum. & patet sententia ex dictis in principio. iiii. capi. & in fine presentis. Moraliter exponendo processus emulationis describitur in hoc capi. quia in emulis p̃mo notatur ambitio: ex hac secuta est elatio: ex hac emulatio: ex emulatiõe insidiatio: ad ultimum istorum deiectio: & hec omnia patent in littera. Ad euadendũ autem emulationem exemplo Danielis recurrendum est ad orationẽ: & in mõ orandi considera ꝙ Daniel ingressus est domum: in quo notatur consideratio mortis. orabat apertis fenestris: in quo notatur attentio legis. in cenaculo: in quo notat excessus cõtemplationis. tribus temporibus: in quo notatur ordinatio temporis. flectebat genua in quo notat confessio oris. ad ista sequũtur: eius liberatio: in quo apparet dei eqtas. & emulorum perditio: in quo apparet dei seueritas.

.VII.

ANno primo Balthasar. Supra posuit Propheta. v. uisiones que respiciũt Xp̃i primum aduentum: hic consequenter ponit alias. v. que respiciunt eius aduentũ scd̃m. Prima est de. iiii. animalibus monstrosis: & de aduentu Iudicis: & designat ultime tribulationis totalem processum. Secunda est de pugna Persarum & Grecorum sub specie arietis & hirci que designat eiusdem tribulatiõis p̃ncipalem conflictũ. Tertia de hebdomadibus abbreuiatis usq; ad mortem Christi que designat eiusdem tribulationis solatium qd̃ tempore persecutionis Antexp̃i maximum solatium erit fidelibus de memoria passionis Christi. Quarta de apparitione uiri liberationẽ populi pronũciantis que designat eiusdem terminũ. Quinta de pugna Christi & uictoria finali sub signo Regis Babylonis & austri & designat eiusdem tribulationis triumphum. partes patebunt in. v. ca. sequentibus per ordinem positis. Circa primam uisionem considerandum ꝙ causa materialis eius est de. iiii. regnis mundi p̃ncipalibus fideles successiue affligentibus: & de regno Christi perfecte obtento in iudicio finali omnia regna cõtenente. Causa finalis est prouidentia & cautela contra futuram tribulationem: quia minus feriunt iacula que preuidentur: & ut ostendatur ꝙ usq; ad finem mundi ꝑuersorum molestia est fideles impugnatura: & iustorum modestia tandem uictura & Añ xp̃i molestia finaliter peritura: & Christi militia eternaliter regnatura. Causa efficiẽs principalis est spiritus sanctus Danieli desideranti & deuoto infundens cognitionem regnorum temporum & factorum. Daniel autẽ est causa efficiens instrumentalis ista sub quadam breuitate describens. Causa formalis in diuisione consistit. & diuiditur in duas partes: quia primo premittitur quedam prefatio respectu sequentium. Secundo

deſcribitur ipſa uiſio ibi: uidebam in uiſione mea. Circa primum tria ponunt. Primū eſt tempus in quo iſta uiſio facta fuit: cū dicit. Anno ꝑmo Balthaſar. Ex quo patet: ꝙ Daniel non ponit uiſiones ſecūm ordinem hiſtorie uel temporis in quo facte ſunt Danieli: quia illa que deſcripta ſunt in ca. precedenti fuerunt poſt iſtam uiſionem que facta fuerant ſub Dario qui ſucceſſit Balthaſar: ut uiſum eſt in fine. v. ca. Ratio aūt huius ordinis eſt: quia iſta uiſio eſt prophetica: & ideo ponitur cum uiſionibus ſequentibus que ſunt eiuſdem conditionis. precedentes autem uiſiones uel ſunt pure hiſtorice uel partim prophetice & partim hiſtorice. Alia ratio eſt precedentes enim pertinent ad Chriſti primum aduentum: ut dictum eſt ſupra ꝑmo ca. hec autem cū ſequentibus pertinet ad aduentum Chriſti ſecūm ſcilicet ad iudicium ut uidebitur magis ꝓſequēdo. Scōo tangitur modus uidendi: cum ſubditur: Daniel ſomniū uidit etc. Ex quo patet ꝙ uidit in ſomno & non in uigilia. Tertio ſubditur modus ſcribendi: cum dicitur: & ſomnium ſcribens breui ſermone comprehendit etc. Videbam. Hic conſequenter deſcribitur ipſa uiſio. Scōo ipſius interpretatio ibi: horruit ſpiritus meus. Prima in duas partes diuiditur: quia primo ponitur uiſio in generali. Secundo explicatur magis in ſpeciali ibi: prima leena. In prima parte dicit ſic Daniel. Videbam id eſt intelligebā in uiſione mea: quia ſenſu uiſionis imaginarie intellexit. Intelligentia enim opus eſt in uiſione: ut dicit ſupra. iiii. ca. nocte: quia tunc quietatis ſenſibus exterioribus facilius cognitio ſupernaturalium accipitur: ut ſuprahabitum eſt. & ecce. iiii. uenti pugnabāt id eſt. iiii. angeli qui propter ſimilitudinem uocantur uenti. uentus enim eſt inuiſibilis propter ſuam ſubtilitatem: propter quod uocatur ſpiritus ſicut angelus. poteſt etiam hic locus exponi duplicer. Vno modo de angelis malis & ſic dicuntur pugnare: quia excitant homines ad pugnam. Alio mō de angelis bonis qui preſunt diuerſis regnis & ſic dicuntur pugnare pro ſubditis inquantum proponunt coram deo merita que aliqñ ſunt contraria: tamen angeli iſta merita contraria proponendo coram deo non habēt uoluntates contrarias: ſed ſuper hoc requirunt beneplacitum diuinum de futuris ut ꝙ tale regnum dominetur tali uel econuerſo. ſcita tñ ſup hoc diuina uoluntate accepta eſt uter ꝙ angelo ſiue ſit pro exaltatione gentis cui preeſt: ſiue ꝑ depreſſione. Iſta aūt diffuſius tractantur in ſcōo Sententiaꝝ. in medio mari id eſt in hoc mundo qui dicit mare propter inſtabilitatem & uariabilitatem regnorū: ſicut mare agitatur & ꝓcelle ibi oriuntur. & . iiii. beſtie id eſt. iiii. regna magna. & dicuntur beſtie ꝓpter ferocitatē grandes propter potentiam: & ſuperbiam. aſcendebant id eſt oriebantur ſucceſſiue. diuerſe inter ſe id eſt in moribus & legibus differentes. Prima. Hic explicatur uiſio in particulari. & diuidit in. iiii. partes ſcūm. iiii. regna. Scōa incipit ibi: & ecce. Tertia ibi: poſt hoc aſpiciebam. Quarta ibi: poſt hec. Prima igitur beſtia ſignificat regnum Chaldeorum & maxime quantum ad Regem eius Nabuc. Ideo dicitur: quaſi leena: propter ferocitatem & luxuriam que in Chaldeis uigebat. leena enim inter beſtias ferocior eſt: maxime ſi catulos nutriat: & ſemper geſcit coitum: & alas habet aquile. Ala una eſt abuntia diuitiarū in quibus abundabat illud regnū. Vnde ſupra ſignificabat per caput aureum: ut ſupra dictum eſt. Alia eſt peritia armorum propter exercitū in bellis quibus Nab. debellauit & ſubiugauit ſibi regna multa. iſtis duabus aliis ſcilicet peritia armorum & diuitiis ferebatur in altum per ſuperbiam in tantum ꝙ faciebat ſe adorare ſicut deum: ut uiſum ē ſupra ca. iii. ꝓpter hoc de ipſo ſcribitur Eſa. xi. Supra aſtra celi aſcendam: & ſimilis ero altiſſimo etc. dicunt autem iſte ale aquile: quia aqla eſt Rex auium in quo deſignatur Monarchia Nabuc. aſpiciebam donec diuulſe ſūt ale eius. quia quando infuriam uerſus eſt Nab. quilibet rapiebat diuitias eius: ſimiliter

potentia eius oñino defecit ad tempus. & sublata est de terra: quia ab oñibus electus est: ut supra dictum ē. & quasi homo stetit: quia qñ restitutus est ei sensus recognouit se hominem fragilem. & cor eius datum est ei id est cor humanum: quia prius se reputabat quendam deum. potest etiam hoc exponi de toto regno: & sic ale huius regni: id est diuitie & potentia Chaldeorum ablate sunt per Cyrum & Darium qui subuerterunt Babylonē: & quasi homo stetit: quando Chaldei Medis & Persis subiecti facti sunt: quia tunc cognouerūt se esse homines fragiles etc. Et ecce alia bestia. Hic significatur regnum Medorum & Persarum: ideo dicitur: simili usio: quia quanto leone ursus est minor uel magis proprie loquendo minus crudelis: sic regnū istud apud Iudeos fuit mitius respectu precedentis. quod patet: quia Cyrus captiuitatem Iudeorū remisit: & templum reedificari precepit: ut habetur Esd. ṗmo. Item alia ratione comparatur urso: quia ursus est potētissimus ad labores & uerbera: & paruo cibo contētus ita ꝙ pro magna parte anni nihil sumit: sic per se infrangibiles erant laboribus: & insupabiles bellis: & adeo parci uictus ut pane sicco uterentur nisi gratia hospitum uel festi: ut dicit Trogus Pompeius historiographus. & in parte stetit: quia illud regnū non uenit contra Hierusalem ad bellandum: ut dicunt Iudei. sed historia Iudith dicit contrariū ꝙ Cambyses filius Cyri qui alio nomine dictus est Nab. misit Holopherne ad bellandum contra filios Israel. Sed illam historiā nó recipiunt Iudei: nec ut dicūt habet apparentiam ueritatis: quia illo tempore erant Iudei ita subiecti Persis ꝙ non audebant edificare templum sine licentia Regis: & ideo non est uerisimile ꝙ auderent exercitui tanto resistere quātum habebat Holophernes Dux illius exercitus. & tres ordines dentium erant in ore eius id est tria regna simul iuncta uirtute Persarum. s. regnum Chaldeorum Medorum & Persaꝝ. & sic dicebant ei id est cuidam Regi illius regni scilicet Assuero: surge & comede carnes plurimas: quia Amā & socii eius suaserūt Regi Assuero interfectionē Iudeoꝝ: ut patet Hester. iii. Et notandum ꝙ de Iudeis magis loquitur Propheta q̄ de aliis gentibus: quia propter eos hec usio & alie ṗncipaliter ostendebantur Danieli: quia tamē persuasio iniqua Aman nō habuit effectū: ut patet Hester. vii. ideo non dicitur hic ꝙ bestia comederit: sed ꝙ suadebant ei comedere. Post hoc aspiciebam & ecce alia scilicet bestia per quam designatur regnum Alexandri & Grecorum. ideo subditur: quasi pardus. pardus est animal uelocissimū. & ipse Alexander mira celeritate totum orientem sibi subiecit: quia in. vii. annis ptē Europe & totā Asiam obtinuit: ut dicit hic glosa. uarietas aūt pardi significat diuersa regna & potestates que sibi subiecit. Vnde dicit ṗmo Mach. ṗmo. ꝙ obtinuit Reges & Tyrannos & siluit terra in conspectu eius. & habebat alas auis. iii. super se. Iste iii. ale sunt robur corporis animositas largitas industria: tam ex naturali ingenio q̄ ex studio & armorum exercitio: que omnia fuerunt excellenter in Alexandro. Istis autem. iii. alis quasi uolabat ad uictorias propter uelocitatē debellandi aduersarios. &. iiii. capita erant in bestia: quia Alexander habuit. iii. successores quibus diuisū fuit regnum eius. Ptolemeus enī successit sibi in Egypto. Seleucus in Syria. Antiogonus in Asia. Philippus in Grecia. & potestas data est ei. q. d. uictorie predicte non sunt facte uirtute Alexādri: sed uirtute a deo sibi data. Vnde legit̄ in scholastica historia ꝙ cum Alexander cogitaret sibi subiugare orbem existens adhuc i Macedonia deus sibi apparuit in similitudine summi Sacerdotis Iudeorum induti Pontificalibus ornamentis: & sibi uictoriam promisit: propter quod Alexander uenies cōtra Hierusalē cum & populus ei obuiaret: & summus Sacerdos pontificalibus indutus Alexander de equo descendit: & deum qui sibi apparuerat adorauit in homine qui eius similitudinem

gerebat. & ideo ciuitati pepercit. Post hec. Hic describitur regnum .iiii. s. Romanū. & diuiditur in duas partes: quia primo describit fortitudinē huius regni. Scdo ostēdit ex ipso ortum Antexpi ibi: considerabam cornua. Circa primū sciendum q̄ hec bestia quarta nō nominat proprio nomine sicut alie precedentes: quia non habebat aliquod proprium nomen alicuius bestie per qd̄ posset ferocitatem huius regni designare: ꝓpter quod in glosis Hebraicis regnum Romanum uocatur semper regnum neq̄ de seuitia huius regni contra fideles paret manifeste in persecutione Martirum & in occisione precipuorum Apostolorum Petri & Pauli. & hoc est quod dicitur: bestia quarta id ē imperium Romanū. terribilis propter crudelitatem predictam. mirabilis propter humanam sapientiam que uigebat in Romanis intantum q̄ per eam deuicerunt orbem magis q̄ ꝑ fortitudinē. & fortis nimis ꝓpter potentiā. dentes ferreos habebat magnos: quia sicut ferrum domat omnia: ita regnum Romanum domauit alia regna: sicut dictum est supra ca. ii. comedens atq; cōminuens aliquos occidendo. & reliqua pedibus suis conculcans: ceteros tributo subiiciendo. dissimilis autem erat ceteris bestiis etc. quia potestatem & ferocitatem precedentiū regnorū multum excessit. & habebat cornua x. id est. x. Reges: sicut enim in cornibus est defensio animalium: ita Reges debent defendere populum sibi subiectum. Considerandum autem q̄ isti. x. Reges nō intelligunt hic ꝑ successionē unus post alterum: sed intelligunt Reges similiter existētes: ut patet infra eodem ca. per expositionem angeli loquentis cum Daniele: quia futurū est q̄ Romanum Imperium diuidatur in. x. regna simul existentia imminente tēpore Antexpi: ut habetur Apoc. xvii. Considerabam cornua. Hic describitur aduentus Antexpi ex predictis Regibus orientibus. & diuiditur in duas partes: quia primo facit quod dictum est. Secundo describit aduentum Christi ad iudicium oīem potestatem terrenam auferentis ibi: aspiciebam donec throni. Circa primū dicitur sic: cōsiderabam cornua id est diligenter intuebar. x. Reges predictos. & ecce cornu aliud paruulum ortū est de medio eorum id est Antexpus qui erit Rex. xi. respectu illorum x. predictorum qui erit homo paruus quantum ad potestatem in principio: sed postea crescet diaboli adiutorio. & tria de cornibus p̄mis auulsa sunt a facie eius: quia Rex Affrice Egypti & Ethiopie subiicient̄ in primis Antexpo: per illa patet falsitas Porphirii exponentis hoc de Antiocho Epibane: quia non fuit decimus ab Alexandro magno. nec inuenitur q̄ tres Reges occiderit &. vii. alios sibi subiecerit: ut hic dicit̄. Item bestia quarta ab angelo dicitur hic regnum quartum: ut patet infra eodem. ca. Regnum aūt quartū ab omnibus dicitur regnum Romanum de quo nō fuit Antiochus sed de regno Grecorū. & ecce oculi quasi hominis erant in cornu isto. q. d. licet Antexpus faciat tanta mirabilia ut ab aliquibus credatur deus: tamen erit purus homo & os loquens ingentia: quia promittendo & comminando multos decipiet: & de multis iactabit se que facere non posset. Aspiciebam. Hic ponitur aduentus Xpi ad iudiciū uenientis & regnum Antexpi conterentis. & diuiditur in duas partes: quia p̄mo ponit̄ eiusdem iudicialis presidentia ratione deitatis. Secdo eiusdem triumphalis victoria ex parte humanitatis ibi: aspiciebam ergo in uisione noctis. In prima igitur parte dicitur sic: aspiciebam id est considerabam illud cornu paruulum: quod significat Antexpm. donec throni positi sunt. dicit throni in plurali: quia non solus Xpus iudicabit: sed Apostoli & uiri perfecti assistent sibi in iudicio super thronos sedendo. & antiquus dierum sedit: hoc dicitur quantum ad iudicem p̄ncipalem qui dicitur antiquus ꝓpter eternitatem. uestimentū eius candidum quasi nix: in hoc notatur excellentia deitatis que est lux inaccessibilis: quia candor inter alios colores plus habet de luce. & capilli

eius quasi lana munda. hoc dicitur propter maturitatem iudicantis: quia dei sententia non est festina sed mature prolata. thronus eius flamma ignis etc. hoc dicitur propter zelum ueritatis. iste conditiones predicte debent eē in uero iudice. fluuius igneus rapidusq; per hoc designatur pena infernalis trahens peccatores in infernū. a facie eius quia tolletur impius ne uideat faciem dei. milia milium. ecce duplex angelorum officiū scilicet angelorum ministrantium nobis ex dei ordinatione: cum dicitur: ministrabant ei. & officium angelorum assistentium qui uacant contemplationi diuine: cum subdit̄ & decies centena milia assistebant ei. Et notādum q̄ hic ponit̄ numerus determinatus pro indeterminato: quia angeli sūt in maximo numero nobis indeterminato. uidemus enim sensibiliter q̄ corpora celestia quasi incomparabiliter excedunt elementa: quia una stella uisu notabilis in firmamento maior est tota terra. cum igitur angeli uideantur sic se habere respectu hominum sicut corpora celestia respectu elementorum: nec angeli possint excedere homines in cōtinua quātitate: ideo ex hoc arguūt sancti & doctores q̄ excedunt eos quasi incomparabiliter in numerositate. Iudiciū sedit & libri aperti sunt id est libri conscientiarū: quia conscientia cuiuslibet apparet oīmbus ut sententia iudicis appareat oīmbus recta. similiter liber uite aperietur: qui tenebit̄ in manu dei. & liber mortis in manu accusatoris. Aspiciebam id est considerabam que sententia daretur de bestia scilicet de regno Añchristi qui ut uisum est quodammodo pertinet ad quartum regnum. propter uocem sermonum grandium: quod cornu illud loquebatur id est propter blasphemias ab Antexp̄o prolatas contra deum. & uidi q̄ interfecta esset bestia: quia uirtute dei interficietur Antexp̄us scd̄m q̄ dicit Aposto. ii. Thes. ii. quam dominus Iesus interficiet spiritu oris sui etc. & corpus eius. id ē oīnes mali qui sunt corpus Antexp̄i: sicut Xp̄us est caput omniū bonorum. traditum est ad comburendum igni scilicet infernali. aliarum quoq; bestiarum ablata esset potestas. & uidi sepe q̄ omnis potestas tunc cessabit. & tempora uite constituta essent eis. a deo p̄ordinante. usq; ad tempus & tempus id est q̄̄diu durabit persecutio bonorum a malis. & per primum tempus intelligitur persecutio que fuit ante Xp̄i aduentum primum. per scd̄m tempus persecutio fidelium usq; ad aduentum Xp̄i scd̄m scilicet ad iudicium. uel scd̄m alios hoc est referendum ad tempus persecutionis Antexp̄i. sed prima expositio melior uidetur: quia persecutio Antexp̄i durabit per tempus & tempora & dimidium temporis: ut habetur infra. xii. ca. Aspiciebam. Hic describitur Christi triumphalis uictoria quantum ad eius humanitatem. & hoc est q̄ dicit̄: aspiciebam id est considerabam: cui potestas ablata ab Antexp̄o daretur. & ecce in nubibus celi: sicut. n. Xp̄s ascendit in celum scd̄m humanitatem obsequio nubium: ita etiam uenit ad iudiciū: ut habetur Act. p̄mo. ubi dicitur: hic Iesus qui assumptus est a uobis in celum: sic ueniet etc. quasi filius hominis dicitur quasi non quia solum est filius hominis sed ~~plus~~ quia ē filius dei. & hoc est quod subditur: & usq; ad antiquum dierum peruenit id ē ad equalitatem dei patris scilicet in natura diuina. & in conspectu eius obtulerunt eum angeli scilicet quia in iudicio erunt ei obsequentes. & dedit ei potestatem etc. quia tūc omnia erunt subiecta plene ipsi Christo: ut habet̄ Heb. ii. Et nota quod dicit hic potestatē scilicet cobercēdi inquantū se extendit ad punitionem malorum. & regnum inquantū proprie respicit salutem electorum. Rex enim proprie dicitur qui presidet ad bonū subditorum. & honorem scilicet latrie qui sibi impenderetur nō solum ab electis sed etiā a damnatis: scd̄m qd̄ dicit Apost. Phil. ii. In nomine Iesu omne genu flectat̄ celestiū terrestrium & infernorum. Sequitur. Potestas eius etc. que non auferetur etc. quia regni eius nō erit finis: ut dicitur Luce. i. Ex istis patet falsitas Porphyrii exponētis

hoc de Iuda Machabeo & fratribus eius: quia omnes populi & lingue non seruierunt ei: ut dicitur hic. sed solummó pauci de Iudaico populo & lingua Hebrea. nec regnú eorum fuit eternum : sed fuit ablatum per Herodem Astalonitam. Item Iudas non uenit in nubibus: ut hic dicitur & ideo littera ista non potest exponi nisi de Christo. Horruit. Hic ponitur uisionis interpretatio. & primo in generali. Scdo in speciali quantum ad Christi regnum ibi: post hoc uolui. Dicit igitur pmo sic Daniel. horruit spiritus meus etc. propter mala que uidebat fieri in futurum: & propter blasphemias contra deum. Sequitur. Accessi ad unũ de assistentibus scilicet angelis qui assistebant iudici: iste tamen accessus fuit in imaginaria uisione. be. iiii. bestie. iiii. sunt regna que consurgent successiue scilicet: sicut patet ex predictis. susципient autem regnum: post ista. iiii. regna. sancti dei altissimi: & hoc erit in iudicio finali: quia tunc cum Christo regnabunt illi qui modo propter ipsum opprimuntur. & obtinebunt regnum in seculú seculorum id est eternaliter: ubi enim istud nomen seculum duplicatur intelligit eternitas: ut supra dictum est. Post hec. Hic ponitur interpretatio uisionis in speciali de quarta bestia: & paruulo cornu eius: & patet sententia ex iis que dicta sũt de quarto regno usq; ibi : & de cornu illo id est Antexpo. quod habebat oculos: quod significat nimiam eius astutiam. & os loquens grandia id est blasphemiam contra deum. & maius erat ceteris: quia regnum Antexpi erit maximum scdm extensionem: licet sit paruú scdm durationem. Aspiciebam id est considerabam. & ecce cornu etc. id est Antexpi. faciebat bellum aduersus sanctos etc. quia tunc erit maxima persecutio sanctorum. donec ueniret antiquus dierum etc. quia ante aduentũ iudicis interficietur Antexps. & iudicium dedit sancti is excelsi id est uictoriam iudicii dedit eis contra oppressiones eorum: scdm qd dicitur sapientie. v. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt: uel quia perfecti cum Christo iudicabunt. & tempus aduenit scilicet iudicii finalis. & regnum obtinuerunt sancti id est potestatem contra eos qui iuste eos afflixerunt. & sic ait scilicet angelus qui loquebat Danieli. bestia. iiii. regnú quartum erit scilicet Romanum: ut predictum est. qd aút sequitur iam supra expositum est usq; ibi: porro cornua. x. ipsius regni. x. Reges erunt scilicet simul regnates imminente tempore Añchristi sibi diuident regnum Romanú. & alius consurget post eos scilicet Añchristus: quod sequitur patet ex predictis usq; ibi. Et putabit q posset mutare tempora id ẽ cursum & modum uiuendi: & hoc ex nimia eius superbia pcedit. & leges a deo datas: quia cultum dei auferet pro posse suo: & sibi illum usum usurpabit quando ostendet se tanq̃ sit deus: ut dicit Apost. ii. Thes. ii. Sequitur. Vsq; ad tẽpus & tempora & dimidium temporis id est usq; ad tres annos & dimidium: quia tm̃ durabit persecutio Añchristi & iudicium sedebit: ut dei sententia auferatur malorum potẽcia ut dicitur in littera. Sequitur. Regnum autem & potestas & magnitudo regni que ẽ subtus omne celum det populo sanctorum: quia oñe qd includit infra ambitum ulti mú celi. s empyrei dabit sanctis: quia totum cedet ad gloriam electorum : & ex uerbis istis patet q nó loquit Daniel tantú de regno terreno: sed etiam de celesti. hucusq; finis uerbi angeli loquentis cum Daniele: & docentis eum de predicta uisione. Sequit: ego Daniel multum cogitationibus meis conturbabar : propter blasphemias dei futuras & oppressiones sanctorum. & facies mea immutata est in me: quia ex uehementi cogitatione & abstractione a corporis sensibus multum immutatur hominis uultus. uerbum in corde meo conseruaui: usq; ad debitum tempus descriptionis uel denunciationis. uel aliter: conseruaui id ẽ memoriter tenui sicut rem dignam memoria. Moraliter exponendo possumus dicere q Prima bestia significat seuitiam tyrannorum. Scda pfidiã

hereticorum. Tertia fraudulentiam ſimulatorū. Quarto maliciam emulatorꝝ. Prima habet corpuſ leonis in quo notatur crudelitaſ Principis: que eſt efficaciſſima ad male agendum. habet autem duaſ alaſ ſcilicet nobilitatem generiſ & poteſtatem. hec enim duo maxime crudelitatem ſupportant: ſed ale iſte auferuntur. ſtat ſuper pedeſ ſuoſ quaſi homo id eſt fit humanuſ qui ante erat crudeliſ & duruſ. & corpuſ eiuſ datur ei: p recognitionē ſui: & dilectionem dei. Scđa beſtia ē urſuſ qui habet debile caput: quia heretici habent debile fundamentū. & in parte ſtetit: quia preciſi ſunt ab eccleſia. treſ ordineſ dentiū in ore eiuſ: quia tribuſ modiſ ſe muniunt heretici ſcilicet p autoritateſ canonicaſ male intellectaſ. per rationeſ ſophiſticaſ. & per rationeſ uere ſcientie male tamen applicataſ. propter hoc dicitur Apoc. xvi. de ore Pſeudo prophete ꝓcedebāt ſpirituſ immundi in modum ranarum. Tertia beſtia eſt parduſ quia eſt totuſ uariuſ: ita ſimulatoreſ ſunt uarii corde uerbo facto ut decipiant quocūq; mō. Quattuor capita huiuſ beſtie ſunt. iiii. conditioneſ male: ſcilicet uanitaſ ſupbie. uoluptaſ laſciuie. cupi/ditaſ auaricie. libertaſ inſolentie. Intentio. n. aſſequendi iſta uel aliquod iſtorꝝ ꝓcedit cōmuniter fraudulentia ſimulatorum. Quattuor autem ale quibuſ nituntur conſequi predicta ſunt amicicia ficta uel pruerienſ. beneficentia largienſ. apparentia mentiēſ ſcilicet ſanctitatem. applaudentia blandienſ ſcilicet ſuperioreſ. Quarta beſtia innomi/nabiliſ & terribiliſ continenſ in ſe omnem ferocitatem aliarum beſtiarum eſt malicia emulatorum: quia malicia emulatorum continet in ſe maliciam predictorum uitiorū. habet enim emulator ſeuitiam tyrannorum: ideo dicitur hic beſtia terribiliſ: ꝓfidiam hereticorum: ideo dicitur mirabiliſ: fallaciam ſimulatorū: ideo dicitur fortiſ. deſcribiē per hoc ꝙ ſcit dentibuſ uorare: pedibuſ conculcare: cornibuſ pugnare. per denteſ in/telligе ſeductoreſ. per pedeſ ſectatoreſ. per cornua certatoreſ ad aliоſ attrahendum & ſeducendum. habet cornua. x. quia. x. ſunt modi detractionis & .vii. eorū diabolo ſubiciunt: treſ uero deſtruunt ſeu cōminuunt. ꝑmuſ moduſ detractiōiſ ē in abſentia detrahere. Scđuſ malum fratriſ inquirere. Tertiuſ inquiſitionē diuulgare. Quartuſ nutibuſ deſpicere. Quintuſ bonum denigrare. Sextuſ innocenteſ decipere. Septimuſ deceptum accuſare. Alii treſ modi detractionis reſidui omnino deſtruuntur. Primuſ ē conſcientia ſui. Secunduſ amicicia proximi. Tertiuſ reuerentia prelati. quando enim eumlator detrahit dicit falſo: quia conſciētia eū incitat ad talia dicēda uel quia diligit eum quem accuſat: uel quia faceret contra reuerentiam prelati ſi talia taceret: cum tamen dicat ſola uoluntate detrahendi: & non propter aliquod iſtorum trium.

IN anno tertio regni Balthaſar. Hic exponitur ſeptima .VIII. uiſio. & eſt ſcđa de ptinentibuſ ad aduentū Xp̄i ſcd̄m. ſicut in precedenti uiſiōe habituſ eſt proceſſuſ generaliſ ultime tribulationis: ſic in iſta explicat conflictuſ pre/cedenſ ultimam tribulationē. Cauſa materialis huiuſ uiſionis eſt pugna regni Grecorꝝ & Medorū ſub ſimilitudine arietis & hirci. & pugna Antiochi Epiphanis inde orti ſub ſimilitudine cornu modici. Finiſ uero huiuſ uiſionis eſt exponere initium precedentiſ uiſionis: quia ſequenteſ uiſioneſ ſunt q̄ſi expoſitioneſ ipſius. Vnde in precedenti uiſiōe dictum eſt circa finem illius ꝙ Daniel fuit edoctuſ de illa uiſione ab uno angelorum aſſiſtentium: uerūtamen illud de quo fuit edoctuſ nō exprimit totū in ca. precedenti. & ideo expreſſit magis in ſequentibuſ ca. Finiſ enim eſt oſtendere magnitudinem tri/bulationis tempore Ānchriſti: & ſuorū membrorꝝ ip̄m precedentium & robur ſanctorꝝ contra eoſ: & terminū laborū. Cauſa aūt efficienſ eſt inſtinctuſ ſpiritus ſancti factuſ Danieli ꝓpter affectum deuotionis & conatū attentionis. Cauſa formaliſ in diuiſione conſiſtit. Notandum ad euidentiā ſequentis littere ꝙ in ſacra ſcriptura aliquando eſt

duplex ſenſuſ litteraliſ: quia ea que ſunt facta in ue. teſ. ſunt figure eorum que fiunt in nouo: dicente Apo. 1. Cor. x. Omnia in figura contingebant illiſ. & ideo quando in ue. teſt. predicitur aliquid quod eſt impletum in aliqua perſona ue. teſt. ueriuſ tñ & perfectiuſ in aliqua noui teſt. tunc eſt ibi duplex ſenſuſ litteraliſ. unuſ minuſ p̃nci/paliſ. & aliuſ principalior. de illo ſcilicet in quo perfectiuſ impletur uerbum predict̃ uerbi gratia. 1. Paral. xxii. dicitur: ego ero ei in patrem & ipſe erit mihi in filium qđ eſt uerbum domini loquentiſ de Salomone qui fuit filiuſ dei per adoptionem in p̃nci/pio regni ſui ꝓpter qđ amabiliſ domino dictuſ eſt: ut patet. ii. Reg. xii. & ſic uerbũ iſtud impletum eſt ad litteram de Salomone: perfectiuſ autem impletum eſt de Xp̃o qui eſt filiuſ dei p̃ naturam: cuiuſ figura fuit Salomon: & ideo illa autoritaſ ad litterã intelligitur de Salomone minuſ principaliter: & de Xp̃o principaliuſ: propter quod Apoſt. Hebre. 1. allegat predictam autoritatem tanq̃ de Xp̃o dictam ad litteram. ſic eſt in ꝓpoſito q̃ ſub ſimilitudine arietiſ & hirci tractat Daniel de pugna regni Gre/corum & Medorum. principaliſ tamen intentio eiuſ eſt tractare de pugna Añchriſti uel membroꝝ eiuſ & Chriſtianorum: & ideo eſt ibi duplex ſenſuſ litteraliſ: ut patet ex predictiſ. propter qđ ſciendum q̃ ſicut in prima uiſione egit de. iiii. regniſ ſubuertẽdiſ per. v. quod eſt Xp̃i regnum ita hic per beſtiam & filium hominiſ ſeu Iudicem. Igit̃ circa cauſam formalem conſiderandum q̃ primo ponit̃ oſtenſio. Scđo eiuſ expoſitio: ibi: factum eſt autem cum uiderem. Circa primum tria tanguntur: quia p̃mo tangitur decurſuſ arietiſ id eſt regni Medorum. Secundo concurſuſ hirci id eſt regni Grecoꝝ ibi: ecce autem hircuſ. Tertio incurſuſ cornu modici in populum Iudeorum ibi: denuo autem ex eiſ. quia aut ſimile poteſt exponi de Chriſtianiſ & Añchriſtianiſ ut in arietẽ intelligatur poteſtaſ Eccleſie & ſanctorum: per hircum poteſtaſ malignorum: quia ſcriptum eſt Mat. xxv. ſtatuet oueſ a dextriſ: hircoſ autem a ſiniſtriſ. per cornu in/telligatur poteſtaſ Añchriſti & ſuorum contemp̃aneorum. Reuertendo aũt ad ſenſũ qui p̃mo intelligitur: licet nõ principaliter ſcilicet de Regibuſ Medorum & Grecoꝝ conſiderandum q̃ circa quemlibet Regem uel regnum tangit triplicem ſtatum ſcilicet initialem medium & finalem. Circa primum dicit Daniel: anno tertio regni Balthaſar etc. ex quo patet q̃ hec uiſio facta eſt per duoſ annoſ poſt precedentẽ. & hoc tangit cum ſubdit: poſt id qđ uideram in principio: quia precedentem uiſionem uidit Daniel primo anno regni Balthaſar: cum eſſem in Suſiſ caſtro: hic tangit locum huiuſ uiſiõiſ dicitur aũt in Suſiſ caſtro: quia illa ciuitaſ erat clauſa fortibuſ muriſ ad modum caſtri: que eſt in Elam regione. ab Elam dicitur regnum Elamitarũ: & metropoliſ illiuſ re/gioniſ erat Suſiſ: quia multa regna & multe regioneſ erant ſub Rege Medorũ. uidit in uiſione imaginaria ſcilicet eſſe me ſup̃ portam Vlai. Vlai eſt ꝓpriũ nomẽ cuiuſdã porte ciuitatiſ predicte: & interpretatur paluſ: quia ante illam portam ſunt paludeſ a quibuſ illa porta eſt denominata. & ecce arieſ: per quem ſignificatur regnum Me/dorum q̃ non fuit multum infeſtum Iudeiſ ut dicunt Iudei: propter quod ſignificatur per animal manſuetũ. ſtabat ãte paludem: per hoc ſignificatur inſtabilitaſ regni eiuſ ſicut paluſ non eſt locuſ firmuſ. habenſ cornua excelſa id ẽ duoſ Regeſ magnoſ inter alioſ ſcilicet Darium filium Aſtyagiſ & Cyrum eiuſ nepotem. & unũ excelſiuſ altero: quia Cyruſ fuit potentior Dario: & ſuccreſcenſ quia fere totã Aſiam ſibi ſubiugauit. poſtea uidi arietem cornibuſ uentilantem contra occidentem etc. quia Regeſ Medo/rum & Perſarum ad omneſ iſtaſ parteſ dilatauerunt regnum illud. Vnde in hiſtoria Iudith. i. c. ſcribitur q̃ Cambyſeſ filiuſ Cyri miſit Holophernem ad ſubiugandum ſibi omnia regna occidentiſ. & omneſ beſtie nõ poterant reſiſtere ei etc. quia multi Regeſ

quantumcũq; feroces nõ poterant resistere ei. Sequit̃: & magnificatus est. quia istud regnum obtinuerat Monarchiam & Grecia ei seruiebat sub tributo: ut patet tempore Philippi patris Alexandri Magni: qui reddebat tributum Dario Regi Persarum & Medorum. & ego scilicet Daniel intelligebam quid significaret uisio: & mutationem regnorum futuram: quia regnum Grecorum huic regno successit. Ecce autẽ hircus. Hic ponitur discursus regni Grecorũ quod regnum significabatur per hircum: quia Greci fuerunt luxuriosi: sicut hircus est animal luxuriosum: & fetidum: & maxime Alexander qui fuit primus Rex ut dicetur. propter quod missa fuit sibi puella uenẽo nutrita ut sic per incontinentiam suam accedens ad eam intoxicaretur: sed Aristoteles per gestus & aspectum oculorum illius puelle perpendit eam sic fuisse nutritam: & ꝓhibuit Alexandrum ab eius concubitu: ut scribitur libro de secretis secretorum. ueniebat ab occidente etc. quia Macedonia ubi prius regnauit Alexander: & unde mouit exercitũ cõtra Darium Regem Persaꝝ est in occidentali parte respectu regni Persarũ & Medoꝝ. & nõ tangebat terrã: quia Alexander tanta festinatione uenit cõtra Darium ꝙ uideret̃ magis uolasse q̃ ire scd̃m cõmunẽ modum loquẽdi ad exprimendũ uelocitatẽ. Aduertendũ ꝙ iste Darius nõ fuit filius Astyagis de quo dictũ ẽ nec fuit ille Darius filius Hystaspis sub quo consumatũ ẽ templũ: & hoc scd̃m opinionẽ communẽ Latinorũ: & etiam Iosephi: sed fuit Darius filius Arsanii sub quo scd̃m cõmune dictum Latinorum defecit regnum Persarum per Alexandrum qui debellauit eum. secundum uero Rab. Sa. fuit filius assueri & Hester Regine: & hoc dictum uidetur mihi rationabilius & scripturis magis consonum: ut diffusius dixi in p̃ncipio libri Hester. & .i. Esd. iiii. & adhuc dicam inferius. xi. ca. porro hircus id est regnum Grecorum: habebat cornu insigne inter oculos: istud cornu significat Alexandrum primum Regem. & dicitur insigne: quia fuit nobilissimus Princeps in armis: ut patuit ca. precedenti. & dicitur istud cornu situm inter oculos: quia dirigebatur per Philosophos & potissime per Aristotelem. & uenit usq; ad arietem cornutum: quia Alexander inuaserat Darium: quem uideram stantem etc. quia Darius aduentum Alexandri ꝓ nihilo reputabat. & ideo ei non occurrit: sed stans in loco suo misit aliquos de Principibus suis precipiens eis ut adducerent sibi Alexandrum ligatum & flagellatum. & cucurrit ad eum impetu fortitudinis sue: quia Alexander p̃us occurrit Principibus Darii predictis: & deuicit eos iuxta fluuium Granicum. cunq; appropinquasset prope arietem: quia deuictis Principibus Darii uenit contra ipsum Darium. efferatus est in eum id ẽ ferino more inuasit. & percussit arietem scilicet Darium Regem Persarum. cõminuit duo cornua eius id est robur regni Medorum & Persarum. Sequitur: cunq; misisset eum in terram conculcauit id est gloriam illius regni deiecit. & nemo querebat liberare arietem etc. quia nullus amicorum suorum: uel coniunctorum poterat sibi ferre auxilium contra Alexanderum. hircus autem caprarum factus est magnus nimis: quia magnitudo Alexandri: & eius fama creuit supra modum subiugata sibi Asia tota: & Africa pro magna parte. cunq; creuisset factum est cornu magnum: quia immediate post illas uictorias mortuus est Alexander anno. xii. regni sui: etatis autem sue xxxiii. anno in Babylone: nec potuit redire in terram natiuitatis sue: ut diffusius dicitur in scholastica historia. & orta sunt cornua. iiii. subter illud id est. iiii. regna in quibus diuisum est imperium Alexandri. per. iiii. uentos celi: id est per. iiii. partes p̃ncipales mundi: unde oriuntur uenti: quia Ptolemeus Lagi filius regnauit in Egypto. Philippus frater Alexandri in Macedonia. Seleucus in Syria: & Babylonia. Antigonus in Asia: secundum quod dicit hic glosa. De uno autem. Hic describitur incursus

Antiochi Epiphanis orti ex predictis contra Iudeos: cum dicitur: de uno autem ex eis: id est de Seleuco Rege Syrie. egressum est cornu unum modicum: id est Antiochus Epiphanes qui descendit a Seleuco: tamen fuerunt plures intermedii. & dicitur istud cornu modicum: quia prius fuit Rome obses: ut dicitur. 1. Mach. 1. & factum est grande: quia Antiochus ignorante Senatu exiit de Roma: & occupauit regnum Syrie: ut dicitur. 1. Mach. 1. & priuauit filium fratris sui primogeniti scilicet Seleuci Philometoris regno sibi debito: cōtra meridiem: quia Ptolemeū Regem Egypti fugauit de campo: & Egyptum obtinuit: ut habetur. 1. Mach. 1. Egyptus autem est in situ meridionali respectu Syrie. & contra orientem: quia in Perside que est in oriente respectu Syrie multos deuicit: & sub tributo tenuit: ut ibidem dicitur. iii. ca. & contra fortitudinem: id est contra Hierusalem ubi deus qui est fortitudo colebat. & magnificatus est usq; ad fortitudinem: id est contra filios Israel qui ab angelorum custodia antiquitus ualebantur. & deiecit de fortitudine: quia plures eorum Idolatrie subiecit. stellisq: id est multos stabiles in cultu dei occidit: ut patet. ii. Mach. vi. & vii. usq; ad Principem fortitudinis magnificatus est: id est usq; ad deum qui in Hierusalem colebatur: quia ad tempus abstulit cultum eius: & sic dicitur ei preualuisse per quandam similitudinem. uel aliter: per Principem fortitudinis intelligitur summus Sacerdos: qui tunc regebat ciuitatē: & templum. contra quem preualuit Antiochus. & abstulit iuge sacrificium: quod dicebatur agnus qui immolabatur uespere & mane: quod figurabat immolationem corporis Christi: quod cottidie immolatur in altari. & deiecit locum sanctificationis: quia Antiochus prophanauit templum ponendo ibi abominandum Idolum: ut dicitur. 1. Mach. 1. uerumtamē quia ista non fecit Antiochus propria uirtute: sed deo permittente propter peccata populi punienda. Ideo subditur: robur aūt datum est ei: id est Antiocho contra sacrificium ꝓpter peccata populi Israel & maxīe sacerdotum: qui ut dicitur. ii. Mach. iii. iam non dediti erant circa altare: sed contempto templo: & sacrificiis neglectis festinabant participes fieri palestre. & ibidem dicitur ꝙ fecerunt prostibula iuuenū iuxta templum. & prosternetur ueritas in terra id est ueris dei cultus. & prosperabitur & faciet scilicet Antiochus secundum uoluntatem suam. Et audiui unum de sanctis id est de angelis. loquentem alteri nescio cui etc. hoc dicitur: quia Daniel non habebat intellectum huius uisionis ad plenum ut infra patebit. usq; quo uisio id est lex que illuminat intellectum & que per diuinam reuelationem habita est: & iuge sacrificium id est cottidianum. & peccatum desolutiōis id est templi que facta est: propter peccata populi per positionem Idoli in templo. & sanctuarium id est templum: cuius una pars dicebatur sanctum: altera sanctum sanctorum. & fortitudo sanctorum conculcabitur. & refertur hoc uerbum ad omnia predicta excepto peccato desolutionis de quo non queritur q̄diu conculcabitur: sed q̄diu durabit. & hoc est uerbum truncatum: quia loquitur ad modum dolentis hominis: qui aliquid in loquendo omittit. Et notandum ꝙ ista questio facta est ab uno angelo querente ab alio: ut patet in littera. Ex quo patet ꝙ angeli superiores illuminant inferiores. & dixit ei scilicet angelus superior inferiori. usq; ad uesperam & mane: id est per successionem diei & noctis erit tantum temporis quod sequitur: dies duo milia trecenti id est. vi. anni. q. d. per tantum tempus conculcabuntur predicta. & mundabitur sanctuarium: completo tempore predicto a pollutione facta ibi per Antiochum: quod factum legitur a Iuda Machabeo: & fratribus eius. 1. Mach. iii. Considerandum tamen ꝙ tantū tempus fuit ab ingressu Antiochi in Hierusalem usq; ad emundationem templi. Idolum tamen fuit positum in templo: per tres annos post

ingressum Antiochi in Hierusalem: quia Idolum nō stetit in templo nisi per tres ānos ut uidebitur infra. xi. c. Factum est autem. Hic ponitur predicte uisionis expositio & diuiditur in duas partes: quia primo ponitur uisionis expositio. Secundo infertur quedam conclusio ibi: & ego Daniel. Prima adhuc diuiditur in tres partes: quia primo ponitur mysterium arietis. Secundo hirci ibi: porro hircus. Tertio cornu modici ibi: & post regnum eorum. Prima diuiditur in duas partes: quia primo notatur desiderū sciendi in Daniele & modus reuelandi in Gabriele: quia hoc fecit per mandatum angeli superioris scilicet Michaelis. Secundo ponitur expositio Gabrielis ibi: aries quem uidisti. Dicit igitur: Factum est autē cum uiderem ego Daniel uisionem scilicet imaginariam. & quererem intelligentiam cum magno desiderio: quia licet ea intelligeret in parte ut predictum est: nō tamen in toto. ecce stetit in conspectu meo quasi species uiri: quia nō erat uir sed angelus in specie uiri: scilicet Michaelis q erat Princeps Synagoge: ut patet infra. x. ca. & ideo erat sollicitus ut mysterium Danieli reuelaretur. & audiui uocem uiri: id est Michaelis in specie uiri apparentis inter Vlai id est apparentis in tali loco. & clamauit & ait loquēdo angelo interiori. Gabriel fac intelligere uisionem istam scilicet Danielem: ex quo patet ordo in ministeriis angelorum. & uenit scilicet Gabriel. & stetit iuxta ubi ego stabam: ad loquendum mecum. cunq; uenisset pauens cornu in faciem meam: hoc est factum ut Daniel existens inter angelos cognosceret fragilitatem humanam. & ait ad me: intellige fili hominis: scilicet corruptibilis eadem ratione qua prius scilicet ut cognoscat suam fragilitatem. quoniā in tempore finis complebitur uisio. Ex quo patet q̄ licet uisio aliquo modo sit ꝑpleta in Antiocho: tamen perfectius implebitur in Antichristo in fine mundi. & ideo de ipo est principalis sensus litteralis: ut predictum est. cunq; loqueretur ad me collapsus sum pronus in terram: bis ad terram cecidit loquente angelo: ut magis cognosceret fragilitatem suam. & tetigit me confortando. & statuit me in gradu meo erigēdo me: quia prius iacebat sicut quadrupes ad terram. Dixitq; mihi: ego ostendam tibi que uentura sunt in nouissimo maledictionis tempore illius maledicti hominis qui propter abundantiam malicie dicit̄ maledictio in abstracto. & hic est Antichristus ꝓprie: & Antiochus Epiphanes aliquo modo inquantum fuit figura Antichristi persequēdo cultū dei: ut uisum est. quoniam tempus habet finem suum in quo scilicet ista complebunt̄.

Aries. Positis quibusdam preambulis ad expositionem uisionis: hic Gabriel incipit uisionem exponere inquantum tangit Regem Medorum & Persarū: & patet littera ex predictis. Vlterius exponit eam inquantum tangit regnum Grecorum. d. porro hircus caprarū. & patet usq; ibi: Rex ꝑmus id est Alexander: ut predictum est. quia ante tempus Alexandri Regis Grecie erant quasi nullius momenti. & ideo dicitur primus inter notabiles. Quod autem confracto illo id est mortuo āte finem naturalē sue uite: quia per uenenum mortuus est adhuc iuuenis existens. xxxiii. annorum: ut patet ex predictis: & hoc significatur ꝑ fractionem. surrexerunt. iiii. pro eo scilicet cornua: hoc significat q̄. iiii. Reges de gente eius consurgent simul regnantes & imperium Alexandri tenentes secundum diuersas partes: sed nō in fortitudine eius: quia nullum istorum regnorum potuit equiparari regno Alexandri: licet plus duraverint: quia regnum Alexandri ualde parum durauit: ut uisum est supra. Et post regnum. Hic consequenter ponit expositionem cornu modici: scilicet Antiochi: & Antichristi: cuius figura fuit Antiochus. & hoc est quod dicitur hic: & post regnum eorum scilicet regnum precedentium cum creuerint iniquitates. consurget Rex imprudens facie id est Antiochus qui ꝑmissus est regnare ad puniendum iniquitates filiorum Israel qui

creuerant nimiſ illiſ temporibuſ: ut uiſum eſt. Dicitur autem Antiochuſ imprudenſ facie : quia nullam turpitudinem uerebatur facere: etiam in loco ſancto ubi ſtatuit Idolum: qui locuſ etiam erat repletuſ ſtortantiũ cum meretricibuſ: ut dicit̃. ii. Mach. vi. & hoc factum eſt per Antiochum. & intelligenſ propoſitioneſ: quia Antiochuſ calliduſ fuit & preueniens aliоſ ſua calliditate. uel aliter: intelligenſ propoſitioneſ id eſt intelligere facienſ. q̃ſi. d. Daniel: quia per ea que faciet intelligetur iſta uiſio que modo eſt occulta. roborabitur fortitudo eiuſ: ſed non in uiribuſ ſuiſ. quaſi. d. licet ſic creſcat fortitudo Antiochi ad faciendum iſta: non tamen hoc erit ex uiribuſ ſuiſ: ſed propter peccata populi ſic dimittetur a deo agere: quia ſicut frequenter dictum eſt: deuſ aliquando utitur maliſ ad puniendum bonoſ. & ſupra q̃ credi põt uniuerſa uaſtabit etc. quia non erat credibile hominibuſ: ꝙ ille qui erat Rome obſeſ deberet ſic proſperari: & tam ardua facere. interficiet robuſtoſ etc. ſcilicet. vii. fratreſ qui cum matre fuerunt robuſtiſſimi ad tenendum legem dei: ut patet. ii. Mach. vii. & quia nõ ſolum illi ſunt interfecti ab Antiocho : ſed etiam multi alii qui noluerũt derelinquere cultum dei. Ideo ſequitur: & populum ſanctorum ſecundum uoluntatem ſuam interficiet ſcilicet & dirigetur doluſ in manu eiuſ id eſt ad finem intentum ab eo perducet̃ per opera eiuſ. & cor ſuum magnificabit: quia Antiochuſ intantũ erat elatuſ per ſubiam ꝙ credebat habere terram ad nauigandum & mare ad ambulandum: ut dicit̃. ii. Mach. v. in copia rerum omnium occidet plurimoſ: quia talem occaſionem ſanctorũ fecit per temporalem potentiam ſibi a deo permiſſam. Et contra Principem principũ conſurget: quia contra deum ſurrexit auferendo cultum eiuſ quantum ad tempuſ. & ſine manu cõteretur: quia Antiochuſ redienſ de Perſide percuſſuſ a deo morbo interno mortuuſ eſt: prout habetur. ii. Mach. ix. Quoniã autem ſicut dictum eſt Antiochuſ fuit figura Antichriſti: ideo littera iſta que expoſita eſt de Antiocho: cũ dicit̃ & poſt regnum eorum ſcilicet Grecorũ: quia regnum Antichriſti pertinet quodammodo ad regnum Romanum: de quo orietur: ut predictum eſt. quod quidem regnũ Romanum eſt poſt regnum Grecorum: de quo fit mentio in parte immediate precedenti: ut patet. cum creuerint iniquitateſ: quia ſecd̃m teſtimonium Saluatoriſ Mat. xxiiii. Imminẽte tempore Antichriſti abundabit iniquitaſ: & refrigeſcet caritaſ multorum. conſurget Rex imprudenſ facie: quia Antechriſtuſ ad omne malum erit inuerecunduſ. & intelligenſ ꝓpoſitiõeſ: quia Antixp̃ſ erit calliditſſimuſ ingenio materiali: & auxilio diaboli familiariſ ſibi: quia habebit demonem priuatum. roborabitur fortitudo eiuſ: quia excedet omnẽ terrenam poteſtatem tempore ſuo. ſed non in uiribuſ ſuiſ: quia hoc non erit uirtute humana ſed diabolica: in cuiuſ uirtute faciet ille mirabilia: deo tamen permittente. & ſupra quam credi poteſt uniuerſa uaſtabit etc. quia poteſtaſ Antichriſti ſic ſubito apparebit ꝙ omnibuſ admirabiliſ erit. & interficiet robuſtoſ etc. id eſt illoſ qui inuenientur firmi in lege dei nolenteſ ei obedire. & dirigeẽ doluſ etc. id eſt ad finem intentum ab eo perducetur: licet ad tempuſ breue. & cor ſuũ magnificabit: quia extolletur ſuper omne illud quod dicitur deuſ aut quod colitur: ut dicit Apoſ. ii. Theſ. ii. & in copia omnium rerum occidet plurimoſ: quia propter fortitudinem militie & thauroſ diuitiarum naturalium & artificialium multoſ interficiet. & contra Principem principum conſurget id eſt cõtra deum cultum eiuſ auferens & ſibi uſurpanſ: quia in templo dei ſedebit oſtendens ſe tanq̃ deuſ: ut dicit̃. ii. Theſ. ii. & ſine manu conteretur: quia dominuſ Ieſuſ Criſtuſ eum interficiet ſpiritu oriſ ſui: ut ibidem dicitur. Sequit̃: & uiſio mane & ueſpere que dicta eſt uera eſt: & ꝑ ſucceſſionẽ temporiſ apparebit ueritaſ ipſius uiſioniſ: & inquantum pertinet ad Antichriſtum: &

inquantum pertinet ad Antiochum. uel aliter exponē: ut per mane intelligat tēpus Antiochi: quod fuit primū respectu temporis Antichristi: ut sit sensus: uisio predicta secundum quod refertur. ad mane id est ad tempus Antiochi. & uespe id est ad tēpus Antichristi. uera est: quia in utroq; sensu habet ueritatem: ut uisum est. Sequitur: tu ergo Daniel signa uisionē id ē memorie cōmenda eam scribendo ut possit sciri a multis quia post multos dies erit id est complebitur. Et ego. Hic ponitur quedam conclusio respectu precedentium: cum dicitur: & ego Daniel langui: concussus timore uisionis & admirationis. Sequit: cunq; surrexissem faciebam opera Regis id est negocia regni quia sup ipsa erat positus Daniel: ut uisum est supra. & stupebam ad uisionem: ꝓpter horrorem malorum futurorum. & non erat qui interpretaretur: quia licet uisio esset sibi interpretata in generali non tamen oīno in speciali quantum ad nomina Regū & determinatarum personarum. Ex quo patet ꝙ spiritus sanctus non semper reue/lat Prophetis sensum plenarium uisionis sed solum quantum expediens est pro loco & tempore & personis pro quibus fit reuelatio. & propter hoc Prophete nō ita clare scripserunt mysteria Christi de futuro sicut Euangeliste scribentes historiam de pre/terito. uideretur forte alicui ꝙ hec uisio non posset litteraliter exponi de Antichristo primo: quia tribulatio que hic describitur dicitur durare per. vi. annos ut dictum est ꝙ non potest dici ad litteram de persecutione Antichristi que durabit tantum ꝑ tres annos & dimidium: ut dicetur infra. x. ca. & .xii. Secundo ꝙ hic dicitur ꝙ in hac tri/bulatione que hic describitur debet auferri iuge sacrificium. Iuge aūt sacrificium nūc est sacrificium altaris quod non cessabit usq; ad iudicium finale: secundum quod dicit Mat. ultimo: ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consumationem seculi. Ad primum dicendum ꝙ persecutio Antichristi aliquando accipitur stricte ꝑ tēpore in quo Antichristus persequetur fideles in propria persona: & sic non durabit nisi ꝑ tres annos & dimidium. Aliquando accipitur large inquantū cum hoc accipitur aliqd de tempore precedenti: in quo ꝑ ministros Antichristi fiet quedam dispositio ad ipm per deceptiones & malas persuasiones. & sic accipitur hic duratio illius persecutionis. Ad secundum dicendum ꝙ sacramentum altaris tempore Antichristi cessabit quantum ad sollemnitatem: quia tunc misse non celebrabuntur publice sed tantū occulte ꝓpter rabiem illius persecutionis. & sic intelligitur hic cessatio iugis sacrificii. .IX.

IN anno primo. Hic ponitur uisio tertia que facta fuit in anno primo Darii q̄ occidit Balthasar: post q̄ Daniel descripsit ultime tribulationis totalem decursum & principalem eius conflictum: ut usum est in duobus ca. precedentibus: hic conse/quenter describitur eiusdem tribulationis solatium quod maxime erit ipsis fidelibus ex consideratiōe passionis Christi. Igitur causa materialis est de. lxx. hebdomadibus de/terminatis & prefixis usq; ad passionem Christi que maxime erit imitanda tempore Antichristi. Causa finalis ut ostendatur tempus expiationis peccati per mortem Xp̄i: & per hoc det̄ consolatio Christi fidelibus in tribulatione Christi existentibus. Causa efficiens ē instinctus sp̄us sancti factus Danieli confitenti peccatū suū & desideranti & postulanti remedium. Causa formalis in diuisione consistit: que talis est: quia primo ponitur meritum orationis. Secundo modus reuelationis ibi: cunq; adhuc loquerer. Primum est ex parte Danielis. Secundum ex parte angeli reuelantis. Circa primum tria notantur. Primū est debita conditio orantis. Secundum confessio penitentis ibi: & orauit deum. Tertium intentio petentis ibi: & nunc domine. Circa primum scien/dum ꝙ debita conditio orantis est ꝙ attendat debitū tempus orandi. hoc facit Da/niel hic: quia intellexit ꝙ appropinquabat tempus a deo promissum de liberatione

populi. & hoc est quod dicitur. In anno p̄mo Darii filii Assueri. Aduertendum q̄ iste Assuerus non ē ille sub quo historia Hester facta est: quia ille fuit post per magnum tempus. sed ille Assuerus est ille qui supra dictus est Astyages. & hoc est quod subdit̄. de semine Medorum: quia Darius uicto Balthasar transtulit regnum ad medos. qui primus imparauit super regnum Chaldeorum. primus non simpliciter & absolute .s. primus de predicto semine .s. Medorū: anno uno id est primo sc̄m modum loquēdi hebraicum. Vnde dicitur Gen. i. factum est uespere & mane dies unus id est primus. Ego Daniel intellexi in libris Hieremie numerum annorum etc. Et nota q̄ iste cui reuelabantur diuina secreta nihilominus tamen scriptura Hieremie & aliorum Prophetarum legebat contra illos qui confidentes de proprio ingenio dedignantur uidere dicta aliorū. scriptura autem illa de qua fit hic mentio habetur Hiere. xxix. Cum ceperint impleri in Babylone. lxx. anni uisitabo uos: & suscitabo super uos uerbum meum bonum: & reducam uos ad locum istum etc. Completionem autem annorū appropinquantem intellexit per tempora Regum qui regnauerunt a principio desolationis Hierusalem usq; ad tempus illud p̄ que fuit ostensum Esd. i. ca. q̄ hec desolatio fuit completa anno primo Cyri anteq̄ Darius Medus regnauit duobus annis. & sic complementum huius distabat tantum. v. annis & principio. vi. quia Cyrus de q̄rto anno regnauit tantum in principio: ut ibidem dictum fuit. & posui faciem meam ad dominum id est attentionē mentis & faciem corporis: quia uersa facie uersus Hierusalem orabat: ut dictum est supra ca. vi. rogare feruenter. deprecari perseueranter. in ieiunio. sacco & cinere ut simul fieret deo sacrificium spiritus per orationē & p̄ carnis eius macerationem: quia scribit̄ Thobie. xii. bona est oratio cum ieiunio. & sacco id ē cilicio & cinere id est recordatione fragilitatis humane: hic enim erat modus Iudeorū quando erant in afflictionibus positi ponere cinerem super caput in signum humiliationis: quia dicitur Eccle. xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Sed uidet̄ q̄ Daniel peccauerit orando pro liberatione populi: quia talis oratio uidetur p̄cedere ex quadam dubitatione: ne impleretur uerbum dei dictum per Hieremiam de liberatione populi tempore determinato. & hoc uidet̄ importare defectum fidei. Dicendum q̄ Daniel orabat pro diuine promissionis impletione non quia dubitaret de dei fidelitate sed ut ostenderet se gratū deo de prius facta promissione. Item Daniel sciebat promissionem diuinam etiam impleri per orationes bonorum. sicut enim deus ordinat aliquid futurum: ita etiam & modum eueniendi: quia utrūq; cadit sub diuina ordinatione scilicet res & suus modus: & ideo orabat impleri promissionē a deo factam. Item promissiones diuine in sacra scriptura semper intelligende sunt sub conditione scilicet nisi ponatur impedimentum ex parte illius cui fit promissio deum offendendo. Vnde dicitur Hiere. xviii. Subito loquar de gente & de regno ut edificem & plantē illud si fecerit malum in oculis meis: ut non audiat uocem meam: penitentiam agam super bono quod locutus sum. ut facerem ei. timebat autē ne filii Israel per peccata sua possuissent impedimentum diuine promissioni. & ideo orabat dominū ad tollendum istud impedimentum si esset predicta. patet ad argumentū: quia oratio Danielis non p̄cedebat ex infidelitate aliqua sed magis ex bonis causis. Et orauit dominū. Hic describitur confessio peccantis. Vñ notandum q̄ Daniel assumit in se p̄sonam populi Israel quia non erat talis etatis nec conditionis q̄ talia male egisset quando fuit translatus: quia erat puer sanctus. sed peccatum populi Israel dicit peccatū suum inquantū erat populi illius membrum. procedit aūt sic: quia confitendo p̄mo narrat malicias deprauantes. Secundo remouet circumstantias excusantes: ibi: non obediuimus. Tertio

exaggerat conditiones aggrauantes: ibi: & stillauit. Et nota q̄ in omnibus istis deo attribuit iusticiam: & sibi & populo Israel iniusticiam. Circa primū sciendum q̄ malicie deprauantes sunt cōtra bonos mores obmittendo debita: & cōmittendo prohibita. dicit igitur proponens dei magnitudinem. Obsecro domine deus magne: quia supereminet omnibus que possumus de eo dicere uel cogitare: & terribilis transgressores puniendo. custodiens pactum promissa implendo. & misericordiam ultra promissa addendo. sed quibus fit subditur: diligētibus te etc. corde & opere. ulterius incipit peccata confiteri dicens: peccauimus in omni genere peccati. s. explicat consequenter: iniquitatem fecimus contra homines. impie egimus contra deum. pietas enim est cultus diuinus. & ideo impietas est recursus a debito cultu diuino. & recessimus a mandatis tuis ea totaliter deserendo. & declinauimus primo & paulatiue contrarium agendo: quia non statim homo decidit in profundum peccatorum. Dicit autem a mandatis propter precepta moralia. & iudicijs ꝓpter iudicialia. Non obediuimus. Hic consequenter remouet circumstantias excusantes que sunt ignorantia & infirmitas. Primū remouet̄ per hoc q̄ populus Israel fuit inobediens uerbis Prophetarū ex ore dei loquentium. Secundum remouetur per hoc q̄ non solum uulgares homines peccauerant: immo etiam illi qui credebantur eē uiri pfecti in populo. & hoc est qđ dicitur: nō obediuimus seruis tuis Prophetis qui locuti sunt in nomīe tuo: nō ex capite ꝓprio. Regibus & Principibus nostris id est sacerdotibus. qui q̄si patres habebantur omni populo terre. hoc addit ut nemo appareat excusabilis. tibi domine iusticia: quia ista mala incurrimus ꝓpter peccata nostra. Sequit̄: tibi aūt domine misericordia: quia citra condignū punisti nos. Et nota q̄ hic frequeter repetit eandem sententiā sub aliis uerbis ostendendo dei iusticiā: & misericordiam: & populi Israel iniquitatem. talis enim conditio loquentis ex affectu & psuadentis iudicem ut ipm̄ magis moueat ad clementiā. Et stillauit. Hic describit conditiones aggrauantes que sunt obstinationes in peccatū. & ingratitudo de bn̄ficijs acceptis que patent ex hoc q̄ licet dominus ꝑcuteret eos p̄mo paulatiue ad eorū correctionē: & mitteret Prophetas ad eos reuocandum nō sunt tn̄ reuersi ad rogandum dn̄m & regratiandum de paterna correctione. sed obstinati sunt in malis suis: ꝓpter quod finaliter uenerūt sup eos maledictiones scripte in lege Moysi Deut. xxvii. ubi maledicuntur transgredientes legem dn̄i. & hoc est qđ dicitur hic: & stillauit super nos maledictio etc. & bene dicit: stillauit: quia nō solum uno impetu descendit sup eos dei punitio: sed p̄mo passi sunt aliquas pſecutiones particulares: & eorū reuocationem & correctionē anteq̄ totaliter confiterent̄ per Nab. ut patet ex decursu. iii. libri Re. & .ii. Paral. Sequit̄: & statuit sermones suos etc. id est stabiles ostendit in punitione nostra iusta. Sequit̄: ut inducerent in nos malum magnū quale nunq̄ fuit sub omni celo. hyperbole ē ad designandum magnitudinē sue tribulationis. Vel scd̄m ueritatē p̄ot hoc exponi de templi combustione in quo deus colebat̄: & tale malum nō fuerat factum alicui: quia in nullo alio loco erat templū deo celi dedicatū. & nō rogauimus faciē tuam dn̄e deus noster ut reuerteremur etc. in quo ostendit̄ eorū obstinatinatio. & cogitaremus ueritatē tuā in puniendo nos. & uigilauit dn̄s sup maliciam nostram id est super maliciam culpe. & adduxit eam sup nos puniendo nos iuste. Cetera patent. Et nunc dn̄e. Hic consequenter declaratur intentio postulantis. & p̄mo quantum ad punitionis materiam. Scd̄o quantū ad impetrandi fiduciam & deuotionem ibi: exaudi domine. Circa primum considerandum q̄ materia sue petitionis est duplex. s. amotio mali. & collatio boni. ad impetrandum primum reducit ad memoriā malum seruitutis Egyptiace primo ab eis amotum per dominum: quia modus magnifici est dare citius

beneficium postulatum quãdo precedens beneficiũ ad memoriam reducitur: ut habet quarto Ethicorum. & hoc facit Daniel in ꝓposito. d. & nunc domine deus noster qui eduxisti populum tuũ de terra Egypti ī manu forti. Pharaonem ꝓcutiendo. & mirabilia ꝓ populo faciendo que nó poterant fieri nisi uirtute infinita. & fecisti tibi nomẽ quia per illud factum nomen dñi publicatum fuit quasi per uniuersam terram. secd̃m diem hanc. i. ut patet in hac die: quia filii Israel tunc dispersi per orbem narrabãt ea que dñs fecerat pro eis in Egypto. Sequit̃: auertat̃ obsecro ira tua etc. metaphorica est locutio. deus enim dicit̃ irasci quando punit: quia ad modum hominis irati se habet & sic Daniel petit punitiõis amotionẽ. a ciuitate tua Hierusalẽ: in qua uigebat cultus diuinus ex diuina electione. & a monte sancto tuo in quo erat templum: quia illa ps ciuitatis Hierusalem in qua erat templum erat montosa. Sequit̃: Hierusalem & populus tuus in obprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum: quia nó solummó Babylonii captiuauerunt Israel sed etiam Assyrii & alii populi qui erant in circuitu eorũ multos detinebat captiuos de filiis Israel. Ostende faciem tuam. Hic ponit̃ scd̃m qd̃ est materia sue petitionis. s. collatio boni. sup sanctuarium tuũ etc. q. d. restitue ciuitatem & templum in statum ꝑstinum. Propter temetipm. Hic scd̃o tangit̃ ī petranti fiducia: quia innitit̃ diuina bonitate & clementie: & non ꝓprie iusticie. & hoc est qd̃ dicit: ꝓpter temetipm id est ꝓpter bonitatem tuam. inclina deus meus. Exaudi dñe. Hic describit̃ orantis iusticia: cum dicitur: exaudi domine preces benigne audiendo. placare offensam remittendo. attende & fac nobis consolationẽ ꝑ effectum tribuendo. ne moreris: quia tẽpus instat in quo ꝓmisisti consolationẽ dare nobis. ꝓpter temetipm ut. s. ueritas tua cunctis appareat & bonitas: & ut cultus tibi debitus ꝑsoluat̃. ꝓpter quod subdit: quia nomen tuum inuocatũ est sup ciuitatẽ etc. Cunq; adhuc loquerer. Descripto merito orationis ex parte Danielis: hic consequenter ponit̃ modus reuelationis ex parte Gabrielis. & diuidit̃ in duas partes: quia ꝑmo ponit̃ Danielis excitatio. Scd̃o ei facta reuelatio ibi. lxx. hebdomadas. Circa primũ dicit sic: cunq; adhuc loquerer: confitendi dei potentiam & iusticiam. & orarem: inuitando eius clementiã. & cõfiterer peccata etc. ad ipetrandum indulgentiã adhuc me loquẽte in quo ostendit̃ uelocitas exauditionis diuine. ecce uir Gabriel. quia in specie uiri angelus apparebat. quem uideram in uisione a ꝓncipio id est in uisione descripta ca. prece. cito uolans in quo exprimit̃ ꝓmptitudo angelorꝝ ad exequendum dei mandatum. tetigit me exhortando & confortando. in tempore sacrificii uespertini. ex quo patet q̃ a mane usq; ad uespam orauerat Daniel. patet etiã q̃ predicta uerba in oratione fuerũt prolata cũ magno tractu temporis & meditationis. & talis oratio est deo accceptabilis: non aũt illa in qua sunt multa uerba multiplicata sine attentione animi & deuotione: qualis erat oratio ethnicorum: ut dicit̃ Mat. vi. & docuit me de futuris ad consolationem populi Israel dixit quia nunc egressus sum ut docerẽ te etc. dicunt̃ aũt angeli egredi quãdo mittunt̃ ad nos a facie dei nõ q̃ ab eius contemplatione recedant: sed quia ad nos qui sumus remoti accedunt. ab exordio precum tuarꝝ. hoc dicit ut ostendat orationẽ Danielis acceptam coram deo. egressus est sermo id est dei sententia de futuris. ego autem ueni ut indicarẽ tibi. s. dei sententiã: quia uir desideriorꝝ es id ẽ deo amabilis. uel aliter desideriorꝝ id est desiderans scire secreta diuina ad dei laudem & populi liberationẽ. Tu aũt animaduerte sermonẽ & intellige frequenter excitat eum angelus ad ostendendũ magnitudinẽ & altitudinẽ diuini secreti sibi reuelandi: quia aduentus Xp̃i habebatur apud Hebreos pro maximo secreto ad qd̃ denotandum. lxx. interp̃tes illud Esd. ix. Vocabitur nomẽ eius admirabilis consiliarius deus fortis etc. sic transtulerũt: uocabit̃

nomen eius magni consilii angelus: & in hoc officiū ecclesiasticū sequitur translationē eorum que sic accipit in introitu misse maioris in natiuitate dñi. Septuaginta hebdomades. Hic consequēter ponit reuelatio facta Danieli. & diuidit in duas partes: quia primo ponit ipsa reuelatio. Scdo reuelationis expositio ibi: scito ergo. Circa primū sciendū q Daniel motus ex consideratione ppbetie Hieremie orabat p consolatione populi Israel & liberatióe eius de captiuitate Babylonica: ut uisum ē in ṗncipio ca. & dominus q plus dat q̄ ab eo petat exabundanti nō solum hoc futurū sibi reuelauit sed etiā reuelationē fiendam p Xp̄m cuius erat figura illa liberatio de captiuitate Babylonica: & sic dñs reuelauit Danieli plenū intellectum ppbetie Hieremie: quia in illis lxx. annis in fine quor liberatio captiuitatis Babylonice facta est: figuratus fuit numerus septuagenarius hebdomadar in cuius fine erat fienda liberatio p Xp̄i passionē Ad intellectum aūt dicendor duo sunt hic p̄mittenda. Primū est q̄liter accipienda ē hec hebdomada. Scd'm ē quantū continēt. lxx. hebdomades. Circa ṗmū sciendū ē q hebdomada idem ē q septimana uel septena. & ideo aliq dixerunt q hic accipit hebdomada uel septimana iubileor quar quelibet cōtinet. l. annos. Alii aūt dicunt q hic accipit hebdomada cētenarior quar quelibet cōtinet. c. ānos. sed utrūq; istor patet falsum. ṗmo quia adhuc nō eēt ablatū sacrificiū: & hostia de Hierusalem: nec ciuitas Hierusalē destructa p ducē populi Ro. quia ille hebdomades nō eēnt implete. Contrariū aūt manifeste apparet uer: quia a multis temp̄ibus ciuitas Hierusalē destructa est p Romanos & p consequēs sacrificiū ablatū est inde & hostia & oblatio: quia nō est licitum Iudeis talia offerre alibi. Item nunq̄ inuenit in scriptura aliq̄ hebdomada iubileor uel cētenarior Leu. xiii. ubi agit de festo Pentecostes & hebdomada ānor Leu. xxv. ubi agit de iubileo: & ideo exponere hūc passum de hebdomadibus iubileor uel cētenarior ē ficticiū cū talis hebdomada uel septimana nō inueniat alibi in scriptura. Item Iudei nunq̄ accipiūt hebdomadam cētenarior uel iubileor nec aliqui eorū unq̄ exposuerūt sic locū istū: & ideo Xp̄iani q sic uolūt exponere: in hoc magis iudaizant q̄ ipsi p hoc cōcludentes: quia p locū istum nō pōt ṗbari Xp̄i aduentū esse completū. Alio mō pōt accipi hebdomada uel septimana dier sicut accipit cōmuniter. & hoc mō nō pōt accipi hic: quia totū tempus. lxx. hebdomadarū nō cōtineret ultra annū & dimidiū: & sic q hic p̄dicitur ip̄lendum in illis. lxx. hebdomadibus fuisset impletū infra annū & dimidiū. Tertio mō accipit hebdomada uel septimana annorum quar quelibet cōtinet. vii. annos & hoc apparet q accipiat hic p locū a diuisióe: qa nullo p̄dictor modor pōt accipi: nec alius modus pōt rationabiliter dici in scriptura nec etiā in usu cōmuniter loquentiū. Sed adhuc restat dubiū q̄liter accipiat hic ānus: quia ut dictū est hic iste hebdomades hic posite sunt hebdomades annor: & sic etiam acceperūt oēs expositores tā Hebrei q̄ Catholici. sed dubiū est utr isti anni intelligant lunares uel solares q distinguunt abinuicē: quia annus lunaris est breuior anno solari. xi. diebus. Dicit igit Beda & Affricanus & expositores cōmuniter ip̄os sequētes q iste. lxx. hebdomades annor sunt intelligende annor lunariū mouent aūt ad hoc dicendū q Iudei sic cōputant: ut dicut. Itē p hoc q in littera iste hebdomades dicūt abbreuiate. & sic uident intelligi de hebdomadibus ānor lunariū que sunt breuiores q̄ hebdomades solariū: sicut. n. ānus solaris excedit annū lunarē in. xi. diebus sic hebdomada una annor solariū excedit hebdomadam annor lunariū in. lxxvii. diebus. Sed hoc dictum non uidet uerū. ṗmo quia Iudei non cōputant p annos lunares sed tm̄ p solares alias sequeret q Pascha eorū ita circuisset totū annū q celebratū fuisset in quolibet tempore anni: quia tenent facere de mandato legis. xiiii. luna ṗmi mensis.

Si igitur computarent per annos lunares: sequeretur ꝙ reuoluto anno Pascha eorū celebraret̄ p̄. xi. dies ante sollemnitatem paschalem p̄cedentis anni: & sic consequenter de aliis sollemnitatibus paschalibus. Ex quo patet ꝙ infra satis breue tēpus celebraret̄ in oībus tēporibus anni: qđ manifeste patet falsum ex usu eoꝝ. Et ideo dicēdum ꝙ licet Iudei incipiūt annū a p̄ma luna ꝓpinquiori eqnoctio uernali: tñ ꝑ embolismos fit equatio tēporis apud eos: quia tertius annus apud eos habet. xiii. lunationes. Item ꝙ dicit̄ ꝙ hebdomades dicunt̄ hic abbreuiate non ualet: quia in hebraico dicitur p̄cise & sonat ac si diceret̄ ꝙ illud tēpus est determinatū & taxatū a deo: ita ꝙ illa abbreuiatio nō sonat hic diminutionē sed magis determinationē tēporis & p̄finitionem. Itē expositores Iudeoꝝ sup̄ locū istum nunq̄ fecerūt mentionē de annis lunaribus: sed tm̄ de solaribus. Ex quo patet ꝙ hic sunt accipiēdi anni solares aliās nō haberemus argumentū cōtra Iudeos cum nullus eoꝝ p̄dicto mō accipiat. Item in toto ue. tes. fit computatio ꝑ annos solares & cōmunes: ut patet manifeste in Gen. & in aliis libris. ex quo patet ꝙ dictum Bede & Affricani & aliorꝝ eos sequentiū presupponit falsum. Sic igit̄ patet primū. s. ꝗliter hebdomades hic sunt accipiende. s. hebdomades annoꝝ solarium. Annus aūt solaris continet. ccc. lxv. dies. Annus aūt lunaris minor est. xi. diebus: ut predictum est. Scđm qđ p̄mittendum ē: est quantū tēpus cōtinent iste. lxx. hebdomades. & patet de facili ꝙ continent. cccc. xc. annos solares: quia quelibet hebdomada continet. vii. annos. si uero multiplicent̄. lxx. per. vii. resultant. cccc. xci. His uisis accedendum est ad litteram exponendam: & circa hoc p̄mo ponenda ē & reprobanda quedam expositio que apud Iudeos est cōmunior & celebrior: & ē expositio Rabbi Salomonis. Iste igit̄ R. a. Sa. incepit cōputationem. lxx. hebdomadaꝝ a destructiōe templi facta per Nabuc. & dicit eas cōpletas in destructione scđa templi ꝑ Titum & Vespasianū: ita ꝙ tēpus mediū inter istas duas destructiones scđm ipm̄ non cōtinet nisi. cccc xc annos in quibus licet populus Israel sustinuerit aliquas aduersitates tñ cū hoc habuit aliquas ꝓsperitates: quia redit de captiuitate Babylonica. & tēplum fuit reedificatum. & ciuitas & sacerdotes & principes in populo fuerūt & ꝓpriis legibus uti permissi sunt. sed post destructionē scđam ꝑ Titū & Vespasianū cōpletis hebdomadibus p̄dictis sunt in p̄fecta captiuitate in qua dimitret eos deus ut dicit iste R. a. Sa. ut ꝑ hoc desistant a peccatis. & puniant̄ ꝑ preteritis. & mereant̄ ꝙ uisiones Prophetarum de Xp̄o impleant̄. & ista captiuitas durabit usq; ad aduentū Xp̄i. Sic igitur adaptat litteram: uariat tñ litterā aliquo mō accipiēdo in aliqbus locis aliter q̄ habeat translatio nostra: ut uidebit̄ exponēdo litterā. dicit igit̄ sic. lxx. hebdomades. i. lxx. septimane ānoꝝ que cōtinent tēpus p̄dictum. scisse sūt. hec est littera Hebraica scđm eum. i. cū prescissione definite a deo ita ꝙ nec sunt plures nec pauciores. sup̄ populū tuū. s. Israel. & sup̄ urbem sanctam tuā. s. Hierusalē a p̄ma destructiōe que ē facta per Nab. usq; ad scđam que futura est. ad hoc ut ꝑfecte puniant̄ de malefactis suis. ꝓpter qđ sequit̄: ut cōsumetur p̄uaricatio. i. ut desistant a p̄uaricationibus suis. & ꝑ hoc mereant̄ apud deum ꝙ deleat̄ iniquitas eorū. & adducat̄ iustitia sempiterna. i. ut in sempiternū iusti fiant. & tūc finaliter impleat̄ uisio & ꝓphetia. i. p̄missiones facte per Prophetas de Xp̄o. & ungat̄ sanctum sanctoꝝ. ubi enī nos dicimus sanctus R. a. Sa. dicit sanctum: & in Hebreo nō est differentia: quia eodem mō scribitur & p̄nūciatur in neutro & i masculino. sic igit̄ exponit: ungatur sanctum sanctoꝝ. i. tēplum quod reedificabitur ꝑ Messiam & arca testamēti: & alia uasa sanctuarii. Scito ergo. Hic ponitur replicatio p̄dicte uisionis magis in ꝑticulari: qđ sic exponit R. a. Sa. scito ergo & animaduerte: uerba sunt angeli Danielem excitantis ad attentionē: de exitu

sermonis. ita ꝙ ubi dicimus ab exitu ipe dicit de exitu: ut per prepositionē coniunctā non designetur terminus a quo sit incipienda computatio: sed denotetur materia de q̄ angelus uult loqui: quia supra dixerat Danieli: ab initio precū tuarꝝ egressus ē sermo ut sit sensus: tu Daniel scito & animaduerte de exitu sermōis ut iterꝝ edificetē Hieru/ salem. i. intellige diligenter q̄liter sermo egressus a deo de edificatione Hierusalem sit intelligendus. quia ad Xp̄m ducem hebdomades. vii. id ē usq; ad Cyrum q dictus est Xp̄us Esa. xlv. hec dicit dn̄s Xp̄o meo Cyro. ipse enim fuit dux Iudeorꝝ inquantū p̄cepto eius de captiuitate Babylonica reducti fuerūt & a destructione tēpli & ciui/ tatis facta p Nab. usq; ad primū annū Cyri fluxerūt. lii. anni qui faciūt. vii. hebdo/ madas annorū id ē. xlix. annos & adhuc ultra tres annos. sed angelus non numerauit nisi hebdomadas p̄fectas. tres aūt ānos q pertinēt ad hebdomadam sequentē dimisit: quia numerantē cū hebdomadibus sequētibus. & hebdomadibus. lxii. reuertentē. ita ꝙ ubi dicimus hebdomades. lxii. in nominatiuo ipse ponit in ablatiuo & hoc fit sine mu/ tatione littere Hebraice: quia oīa nomina Hebraica sunt indeclinabilia ita ꝙ nō ē ibi uariatio p casus: sed tm̄ p plurale & singulare. & ubi dicimus: & iterꝝ ipe dicit reuer/ tetur: quia in Hebraico satis consimiliter scribuntē. sic ergo exponit ꝙ hebdomadibus lxii. id ē in tpe qđ fuit a licentia data p Cyrū reuertēdi usq; ppe destructionē factā per Tytū. reuertē. s. populus de captiuitate & edificabitē platea ciuitatis & muri in angustia temporꝝ: quia in toto illo tēpore habuerūt aliqua p̄spera: ut patet in reditu captiuitatis & reedificatione tēpli & cōsimilibus & etiā aliqua aduersa. & post hebdo/ madas. lxii. occidetē Xp̄s id ē Agrippa Rex: de quo legit Act. xxvi. qui fuit Rex in Iudea & sic dicitē Xp̄us ppter hoc qđ Reges inungebantē: sicut de Saule dicit. ii. Re. i. q̄re non timuisti mittere manū in Xp̄m deum. Iste aūt Agrippa ut dicit Ra. Sa. occisus est circa illa tēpora in quibus destructa est ciuitas p Titū & Vespasianū. & nō illi. sic enim ē in Hebraico ubi dicimus & nō erit illi populus qui eū negaturus est. sic ergo exponit & nō illi. i. ipsi Agrippa nō erit: quia p mortē tolletē de medio. Alii aūt Iudei moderni hic addunt dicentes sic: & nō ei. i. nō erit Agrippa nec aliquis Rex decetero de gente Iudeorꝝ quousq; ueniat Xp̄us p̄missus in lege & Propheti. & ciuitatē & sanctuariū dissipabit populus cū Duce uēturo. hoc exponit sicut & nos de destructione Hierusalem & templi facta per ducē populi Ro. quia ille populus & omēs alii aduersarii Iudeorꝝ finaliter uastabuntē p Regem Messiam. & usq; ad finem belli statuta desolatio. ita qđ ubi dicimus post finē etc. ipse dicit usq; ad finē etc. quod exponit sic cōtinuando p̄dictus ꝙ licet oīes aduersarii Iudeorꝝ finaliter uastentē per Messiam: ut dictum est: tn̄ statuta est. i. a deo definita desolatio ciuitatis Hierusalē. & regni Iudeorꝝ. usq; ad finē belli Gog & Magog de quibus loquitē Eze. xxxviii. & deuincentē p Regem Messiam & restituetē ciuitas Hierosolymitana & regnū Iu/ deorꝝ: ut dicit Ra. Sa. confirmabit aūt pactum hebdomada una etc. quia in ultima septimana annorum p̄dictorum fuerunt treuge inter populum Ro. & Iudeos quas treugas uocat hic pactum. s. pacis: sed Iudei Tito fregerunt treugas & rebellauerūt & sic in medio illius hebdomadis. s. in q̄rto anno uenit exercitus Ro. & dissipauit ciui/ tatē & templum & captiuauit populum. & sic defecit hostia & sacrificiū Iudeorꝝ: quia non est eis licitū talia facere extra Hierusalem: & hoc est qđ dicitē in dimidio hebdo/ madis. id est in ultima eius medietate. deficiet hostia & sacrificiū & in templo id est in loco ubi fuerat tēplum. erit abhominatio desolatiōis. quia ibi fuit postea statua Ha/ driani Impatoris in loco ubi steterat arca. & usq; ad consumationē & finem belli. Gog & Magog per Messiam restituetē regnū Iudeorꝝ: ut dicit. Contra istam expositionē

arguitur primo de numero annorum: quia a deſtructione Hieruſalem per Nabuc. uſq; ad deſtructionem eiuſ per Titum & Veſpaſianum non poſuit iſte Ra. Sa. niſi cctc. xc. annoſ preciſe: quia ſecũdum hiſtoriographoſ ſunt multo pluresſ. ſed hanc obiectionem omitto: quia in compntatione annorum ſecutuſ ſum Rab. Sa. tanq̃ rationabiliuſ dicentem ſuper librum Heſter & in aliquibuſ aliſ locis. Item illud qđ expõit ut conſumetur preuaricatio id eſt ut deſiſtant a preuaricationibuſ & peccatis patet eẽ falſum: eo q̃ a tpe deſtructionis facte per Romanoſ non deſtiterũt Iudei a peccatis immo ſunt augureſ & periuratoreſ & multis aliſ peccatis irretiti que maxime p̃hibent in lege Moyſi. Item contra illud quod exponit. & deleatur iniquitaſ id eſt mereantur apud deum per captiuitatem modernam ut iniquitaſ eorũ deleatur apud deum quero ab eis: que ſit iſta iniquitaſ delenda? quia ante captiuitatẽ Babylonicam fuerũt Iudei Idolatre maximi & occiſoreſ Prophetarum: ut patet ex. iii. libro Re. & multis aliis peccatis irretiti & cum pro omnibuſ iſtis delendis non ſuſtinuerunt captiuitatem .lxii. annis ſecundum Ra. Sa. A tempore autem Titi ſuſtinuerunt captiuitatem per mille ducentoſ annoſ & ampliuſ & adhuc neſciunt terminũ huiuſ captiuitatis: ergo oportet q̃ illa iniquitaſ que per hanc captiuitatem delebitur ſit maior quaſi incomparabiliter q̃ illa que preceſſit captiuitatem Babylonicam. non poteſt autem aliqua aſſignari niſi illa qua interfecerunt Chriſtum: que fuit maxima iniquitaſ. A reditu enĩ captiuitatis Babylonice nõ leguntur Iudei fuiſſe Idolatre uel occiſoreſ Prophetarum & actoreſ conſimilium criminum ſicut ante propter quod nulla alia cauſa huiuſ captiuitatis põt aſſignari rationabiliter niſi occiſio Chriſti ſcđm quod predixit Saluator Luce. xix. Videns Ieſuſ ciuitatem Hieruſalem etc. & ſic nõ eſt expectanduſ Chriſtuſ de futuro ut dicit iſte expoſitor. Item contra illud quod dicit. & impleatur viſio & prophetia id eſt per merita Iudeorum in hac captiuitate implebuntur viſioneſ & ꝓphetie de Xp̃o quia Aggei. ii. dicitur adhuc unum modicũq; & mouebo celum & terram etc. Sequitẽ & ueni & deſideratuſ cunctis gentibuſ. & implebo domum iſtam gloria ſecundum oms̃ expoſitoreſ Catholicoſ iſte deſideratuſ cunctis gentibuſ intelligitur Chriſtuſ. cũ ergo dicat Propheta q̃ poſt unũ modicũ debeat uenire non poteſt intelligi adhuc uẽturuſ de futuro: quia a tempore Aggei uſq; ad deſtructionẽ factam p̃ Romanoſ fluxerũt ſexingenti anni & plus ſecundum cõmunem computationem. ſecundum uero computationem hebreorũ fluxerunt ãni. cccc. xx. & iterũ a deſtructione facta per Titum uſq; nunc fluxerũt mille. cc. lui. anni: ſcilicet uſq; ad annoſ domini mille. ccc. xxviii. incluſiue in quo hec poſtilla fuit ultimate correcta: tantum autem tempuſ non poteſt dici unum modicum. Item in eadem autoritate dicit Propheta in perſona dñi replebo domum iſtam gloria. & loquitur Propheta de templo reedificato poſt captiuitatem Babylonicam ergo ſtante illo templo uenit deſideratuſ cunctis gentibuſ id eſt Xp̃uſ. Item contra illud quod dicit: & ungatur ſanctum ſanctorum. per hoc intelligẽſ arcã teſtamẽti & alia uaſa ſanctuarii que p̃ Meſſiam debent recuperari: quia dicit Hiere. iii. cum multiplicati fueritis in terra in diebuſ illis ait dominuſ: nõ dicent ultra arca teſtamenti domini nec aſcendet ſup cor nec fiet ultra etc. ergo non eſt per Meſſiam recuperanda. Item q̃ hic Chriſtum uocat Cyrum & poſtea Agrippam cũ ſubdit: occidet Chriſtuſ patet falſum ex mutatiõe perſone: quia per ſeriem textuſ patet q̃ loquitur de eodem Chriſto. Item quod dicit Agrippã occiſum circa tempora deſtructionis ciuitatis uidetur manifeſte falſum: quia hoc nõ habetur in aliqua hiſtoria autentica: imo Ioſephuſ libro de Iudaico bello dicit eum confederatũ fuiſſe Romanis tempore illius belli. Item qđ poſtea ſubdit: uſq; ad finem belli Gog & Magog ſtatuta eſt. i. definita

a deo. desolatio ciuitatis Hierusalem hoc patet falsum: quia ciuitas Hierosolymitana reedificata fuit postea per Hadrianū Impatorem. Item ꝙ subditur: confirmabit aūt pactum multis etc. quod exponit de treugis factis inter Iudeos & Romanos circa tp̄s destructionis ciuitatis uidetur manifeste falsum: quia Iosephus de hoc non loquit̄ nec in libris antiquitatū: nec in libro de Iudaico bello ubi describit omnia que fuerūt iter populum Iudaicum & Romanum tempore illo: hoc etiam patet per hoc ꝙ dicitur in littera multis: quia si esset uerum fuisset factum cum omnibus Iudeis & non cum aliquibus tantum. Ex omnibus predictis patet expositio predicta falsa & irrationabilis. His uisis ponenda est expositio Catholicorum exponentiū istas hebdomadas impletas in Christi passione. Circa quod sciendum ꝙ hic est una cōmunis expositio quā secunt̄ cōmuniter omnes expositores Catholici & ē expositio Bede sed illā ad presens omitto duplici de causa, Vna est quia hec expositio ponitur multum expresse in glo. super Danielem in loco & in scholastica historia & ideo ibi pōt recurrere q uult eam uidere Alia causa est quia illa expositio uidetur mihi falsa: quia cōputat per annos lunares suppositō ꝙ hoc modo computent Iudei: quod est supra probatum ut usum est: ideo aliter expono computando per annos solares. Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ hec computatio annorum solarium dupliciter potest accipi. Vno modo secūdum Iosephū secundum quem a reditu captiuitatis Babylonice usq; ad principatum Machabeorum fluxerunt anni. cccc. xiii. Antiquitatis Iudaice libro. xx. cap. xix. Principatus uero Machabeorum durauit. c. xxv. annis. Antiquitatis Iudaice libro. xiii. ca. ultimo. & tunc Herodes Ascalonita cuius tempore natus fuit Christus ut habet̄ Mat. ii. regnauit in Iudea. xxviii. annis usq; ad natiuitatem Christi: nec obstat ꝙ alique historie dicunt Christum natum. xxxi. anno regni Herodis quia cōputant ab āno quo fuit sibi datum regnum per Imparatorem Romanū ꝙ fuit per tres annos anteq̄ haberet illud occiso Antigono qui ultimus regnauit de Machabeis. & inde fluxerunt. xxix. anni & principiū. xxx. usq; ad baptismū Christi Luce. iii. Iesus erat incipiens. xxx. annorum etc. & inde fluxerunt. vii. anni usq; ad quartum annum post passionē eius isti uero anni simul iuncti faciūt sexcentos quinq; annos a quibus si rescindant̄. c. xv. anni qui fluxerunt a reditu captiuitatis Babylonice accipiendo a primo anno Cyri q extunc dedit populo licentiam redeundi de Babylone usq; ad. xx. annum exclusiue Artaxerxis qui tunc misit Neemiam ad reedificandum ciuitatē Hierusalem Nee. ii. remanent precise. cccc. xc. anni qui faciunt. lxx. hebdomadas annorum solarium: & sic numerus septuaginta hebdomadarum incipit a. xx. anno inclusiue Regis Artaxerxis. & terminatur in quarto anno post passionem Christi. Modo restat ostendere ꝙ a primo anno Cyri usq; ad. xx. annum Artaxerxis fluxerunt. c. xv. anni quod ostenditur per chronicas Latinorum secundum quas Cyrus regnauit. xxx. annis. Cambyses filius eius. viii. duo magi. vii. mensibus qui pro uno anno computant̄: quia est maior pars anni. Darius Hystaspis. xxxvi. Xerxes filius eius uiginti. Arthabanus mensibus. vii. qui computant̄ p uno anno. Artaxerxis. xix. usq; ad missionem Neemie āni uero isti simul iuncti sūt. c. xv. His uisis accedendum ē ad litterā cū dicit̄: Septuaginta hebdomades etc. que continent. cccc. xc. anuos ut supra dictum est. abbreuiate sunt id est inregistrate in dei prescientia super populum tuum. s. Iudaicum. & super urbem tuam scilicet Hierusalem. non consumet preuaricatio id est terminet̄ Ideo subditur. & finem accipiat peccatum per Christi passionem. & adducat̄ iustitia sempiterna per eius predicationem. & impleatur uisio & propbetia de Christo p̄dicta. & ungatur sanctus sanctorum id ē Christus qui in humanitate unctus est oleo gratie

pre consortibus suis. Scito ergo. Hic consequenter ponit dicte reuelationis expositio
Ad cuius intellectum sciendum q̄ angelus diuidit lxx. hebdomadas in tres partes. s. in
vii. & lxii. & unam. & hoc quia in istis partibus specialia opera facta sunt in populo
Iuda. nam in primis septē populus cum labore magno reedificauit Hierusalem & eā
tenuit contra aduersarios. nam una manu faciebant opus & altera tenebant gladium.
Nec. iii. propter aduersarios insurgentes in edificatione. & post in alis. lxii. populus
aliquando habuit prospera aliquando aduersa. In ultima uero Christus predicauit &
passus fuit. & fides Christi multum fuit dilatata p predicationē Apostolorū post X̄pi
mortem: ut patet in Act. Apostolorū. Dicit igit̄ angelus: scito ergo & animaduertite
tu Daniel qualiter hebdomades sunt intelligende. ab exitu sermonis ut iterum reedi/
ficetur Hierusalem. s. a. xx. anno Artaxerxis tunc mittentis Neemiam ad eius ree/
dificationē. usq; ad Christum ducem. i. usq; ad X̄pi baptismū in quo fuit declaratus
Dux fidelium per patris & spiritus sancti testimonium Mat. iii. hebdomades. vii. in q̄bus
populus tuus cum labore magno ciuitatē reedificabit & tenebit. & hebdomades. lxii.
in quibus nunc aduersa nūc prospera sustinebit. & rursum edificabitur platea & muri
etc. hoc dicit ad ostendendum q̄ futurū erat in. vii. hebdomadibus p̄mis. & post heb/
domades. lxii. cum. vii primis que faciunt hebdomadas. lxix. occidet̄ Christus scilicet
in ultima hebdomada que incipit a baptismo Christi: quia post baptismum predicauit
tribus annis cum dimidio. & tunc passus fuit in medio illius hebdomade. & non erit eius
populus qui eum negaturus est: quoniam Iudei neganres eum coram Pilato extunc
non fuerunt eius populus. & ciuitatem & sanctuarium id ē Hierusalem & templum.
dissipabit populus cum Duce uenturo id est exercitus Romanus cum Principe Tito.
Sciendum tamen q̄ hec dissipatio non fuit impleta infra dictas hebdomadas. lxx. sed
postea per tres annos secundum istam expositionem: quia tamen fuit facta in penam
mortis Christi: ut habetur Luce. xix. ideo hic immediate ponitur post mortem X̄pi
de qua ante immediate fit mentio. & finis eius scilicet ciuitatis Hierusalem. uastitas p
exercitum. & post finem belli scilicet Romanorum contra Iudeos. statuta desolatio. i.
desolatio ciuitatis a deo prefinita. Confirmabit aūt: quia occasiōe mortis X̄pi exterat
terminos. lxx hebdomadarum ponendo penā dicte mortis ut dictum est: ideo reuer/
titur ad ostendendum quid amplius debeat fieri in ultima hebdomada de qua incepat
dicere & non perfecerat. d. confirmabit autem pactum multis id est legem euangelicā
que dicitur pactum nouum Hiere. xxxi. Hebdomas una scilicet ultima in qua X̄pus
tribus annis & dimidio predicauit legem euāgelicam & eam confirmauit per miracula
& mortem suam & in tribus residuis cum dimidio per predicationem Apostolorum: ut
predictum est. & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: quia in medio
illius Hebdomadis passus est Christus ut usum est. & tunc sacrificia legis cassa fuerūt
& mortua. & in templo erit abominatio desolationis. istud fuit post. lxx. hebdomades
quando Hadrianus Imparator suam statuam fecit poni in loco ubi steterat arca dñi.
Et quia posset queri quantum durabit captiuitas siue desolatio Iudaici populi. respō/
det. d. & usq; ad consumationem scilicet mundi. tunc enim scd̄m doctores Catholicos
conuertentur Iudei ad fidem Christi. Hunc aūt modum exponendi secutus sum alias
quādo p̄mo scripsi sup Danielem. sed qa postea confidens de dei adiutorio aggressus
sum scribere super totam sacram scripturam & cū uenissem ad libros Esdre & Hester
uisum mihi fuit: & adhuc uidetur: saluo iuditio meliori q̄ enumeratio annorum que
posita est in expositione ista non bene consonat sacre scripture: quia in magna parte
sui procedit secundum chronicas Latinorum. s. a destructione ciuitatis Hierusalem p

Nabuc. usq; ad annum. xx. Artaxerxis exclusiue quod tempus secundum chronicas Latinorum fuit. c. lxxxv. annorum. & scd̄m hanc computationem Mardocheus fuisset. cc. lix. quando per Assuerum fuit exaltatus nō autem est uerisimile quod tm̄ uixerit: & dato ꝙ uixisset: tamen facere non potuisset illa que de ipso scribuntur in libro Hester. s. regere domum Regine & Regis palatium & equitare per ciuitatē & similia. Quod aūt sequatur ad dictam enumerationem Mardocheum tunc fuisse tāte etatis ostenditur: quia ductus fuit in Babylonem cum Iethonia Rege Iuda: ut habet̄ Hester. ii. & tunc fuit adminus. x. annorū. post Iethoniam Sedechias regnauit. xi. annis. iiii. Re. xxiiii. Deinde secuta est captiuitas. lxx. annoꝝ scd̄m Chronicas Latinoꝝ. s. a destructione ciuitatis per Nabuc. usq; ad primū annum Cyri a quo usq; ad xix. annū Artaxerxis inclusiue fluxerunt anni. c. xv. ut predictum est. & remanēt adhuc de eius regno. xxi. āni: quia regnauit. xl. annis. Xerxes scd̄us mensibus duobus. Sogdianus mensibus. vii. & cōputant̄ isti duo ꝑ uno āno. Darius nothus. xix. Assuerus. xii. ante exaltationem Mardochei Hester. iii. Si uero predicti anni simul iungant̄ faciunt annos. cc. lix. sicut alias dixi in p̄ncipio libri Hester. Ideo pono aliū modum computandi. lxx. hebdomades predictas magis consonum scripture scd̄m quā Mardocheus. xii. anno regni Assueri fuit tantum. xciii. annoꝝ: ut ostendi in p̄ncipio libri Hester: & adhuc in sequentibus ostendet̄. Modus aūt iste quem intendo ponere procedet partim scd̄m sacram scripturam: partim scd̄m Hebreoꝝ dicta ꝓpter qd̄ nō poterit ab eis rationabiliter impugnari. tamen in uuo non intendo eos sequi: in quo ostendam eos deficere manifeste. Primo igit̄ uidendum est a quo incipit computatio lxx. hebdomadaꝝ. Scd̄o ubi terminatur: quia in his duobus iacet uis negocii. Tertio ad expositionē littere accedetur. Quantū ad primū dirigit nos uerbum angeli dicētis Danieli. Ab exitu sermonis ut iterum reedificet̄ Hierusalem etc. & in Hebreo habet̄ ab exitu sermonis ad reuertendum & edificandum Hierusalem etc. ex quo habet̄ ꝙ a p̄mo uerbo ex reuelatione domini ꝓcedente de reditu populi in Hierusalem: & ꝑ consequens reedificandi ibi tēplum & habitacula ministroꝝ & populi ibidem habitātis licet adhuc nō esset data licentia reedificandi muros ciuitatis & fortalicia debeat hebdomadaꝝ computatio īchoari. Istud aūt uerbum habetur Hiere. xxix. Cum ceperint impleri in Babylone. lxx. anni uisitabo uos: & suscitabo super uos uerbū meū bonū: & reducam uos ad locū istum. sed quo tempore fuit hoc dictum patet ex ca. xxviii. Hiere. ꝙ in anno scd̄o Sedechie Regis mense. v. Hieremias apprehendit Ananiam falsum Prophetam de hoc ꝙ asserebat Iechoniam & qui cum eo translati fuerant in Babyloniam reuerti in Hierusalem post duos annos & iugum Regis Babylonis confringi. & consequenter ca. xxix. ponitur epistola Hieremie ad transmigratos in Babylonem ut non confiderent in talibus uerbis falsorum Prophetaꝝ in qua describit̄ hoc uerbum ex reuelatione domini: cum ceperint impleri in Babylonē. Septuaginta anni etc. & sic patet ꝙ hoc uerbum dixit dominus per Hieremiam anno q̄rto Sedechie circa finem propter quod computatio. lxx. hebdomadaꝝ debet incipi ut uidebit̄ ab anno. v. Sedechie inclusiue. Quantū ad scd̄m dico ꝙ terminatur in āno passiōis dominice inclusiue: nam accipiendo ab āno. v. inclusiue Regis Sedechie hic habent̄ sex anni integri de regno eius: quia undecimo anno regni sui mense q̄rto fuit captus & captiuatus q̄rto Re. xxv. ꝓpter quod ille. xi. annus ratione maioris partis computandus est in tempore destructionis ciuitatis ne unus annus bis computetur a dicta uero destructione usq; ad primū annū Cyri fluxerūt. lii. anni scd̄m Hebreos. Cyrus autem tribus annis regnauit scd̄m eos post Monarchiam acceptam a quo tempore

debet hic fieri computatio. Illi uero qui dicunt eum regnasse .xxx. annis incipiunt computare a principio regni sui in Persida tantum. principiū uero anni quarti quo regnauit Cyrus computandum est in tempore Cambyses filii sui: ne unus annus bis computetur. Cambyses uero. vi. annis regnauit: ut dicit Iosephus libro Antiquitatis Iudaice. xi. post quem scd̄m Hebreos regnauit Assuerus maritus Hester. & in hoc supra secutus sum eos in p̄ncipio libri Hester. sed in hoc q̄ dicunt eum regnasse. xiii. annis tm̄: uidentur mihi deficere manifeste. nam Assuerus accepit Hester uxorē āno vii. regni sui mense. x. ut habetur Hester p̄mo. Cum igitur scd̄m ipsos Darius filius Assueri & Hester Regine post Assuerum regnauerit immediate oportet consequēter eos dicere q̄ in principio regni sui fuit tm̄. v. uel. vi. annorum. nam a desponsatione Hester usq; ad natiuitatem Darii transiit octauus annus Assueri uel maior pars i p̄ius adminus. nō est aūt uerisimile q̄ talis puer scriberet sic autentice & seriose ad edificationem templi sicut exprimit̄ de ipō. i. Esd. vi. Sed ad hoc p̄t responderi q̄ Hester mater sua que Iudea erat & mortuo Assuero superuixerat in fauorem Iudeoꝝ fecit scribi illam epistolam & sigillari nomine filii sui existentis adhuc pueri p̄pter hoc hec responsio remouet̄ p̄ textum ibi sequentē: ubi dicit̄: q̄ de sumptibus Regis si necesse fuerit ministrentur sacrificia & offerant oblationes deo celi: orentq; p̄ uita Regis & filiorum eius. Ex quo patet q̄ erat tante etatis q̄ filios habebat & ideo dico cum aliis historiographis q̄ Assuerus regnauit. xl. annis. & sic Darius filius eius quando cepit regnare post patrem immediate fuit. xxxii. annoꝝ uel circiter scd̄m predicta. anno uero scd̄o Darii resumptum fuit opus templi scd̄i & consumatum. vi. anno regni sui mense. xii. i. Esd. vi. Sciendum tamen q̄ idem annus fuit. xl. Assueri & primus Darii nam ei successit immediate. & sic oportet de numero annoꝝ ipsoꝝ unum annū subtrahere aliter bis computaret̄. & sic Assuerus & Darius regnauerunt. xlv. annis usq; ad scd̄i templi consumationē. & inde usq; ad destructionē eius per Romanos fluxerunt anni. cccc. xx. scd̄m Rab. Sa. & alios Hebreos quibus si iungantur anni predicti ab anno Sedechie. v. inclusiue sunt simul anni quingenti. xxxii. a quibus si rescindantur xlii. anni qui post annū passionis Christi fluxerunt usq; ad destructionē templi scd̄i scd̄m omnes historiographos remanent anni. cccc. xc. qui faciunt. lxx. hebdomadas annoꝝ precise. & sic patet scd̄m. s. terminatio. lxx. hebdomadarū in anno passionis Xp̄i inclusiue. Ex p̄dictis patet q̄ supra dictum est de etate Mardochei: nam si accipiantur anni hic enumerati a. v. anno Sedechie usq; ad. xii. Assueri sunt simul anni lxxix. quibus si adiungant̄. iiii. primi regni Sedechie & .x. quos adminus habuit tpe translationis sue inueniunt̄ anni. xciii. sicut supra dicebat̄. His dictis accedendum est ad expositionē littere: que diuiditur in duas partes. In p̄ma ponit̄ reuelatio. In scd̄a uero reuelationis expositio ibi: scito ergo. Prima pars exponatur sicut in expositione hebdomadarū immediate precedenti: nam in hoc conueniunt hec & illa. Scito ergo. Hic consequenter ponit̄ reuelationis expositio: & diuidit̄ in duas partes: quia primo exponuntur. lxx. hebdomades generaliter. Scd̄o exponit̄ aliquid ptinens ad ultimā ibi confirmabit. Circa primū dicit angelus Danieli: scito ergo & animaduerte: qualiter hebdomades sint incipiende & intelligende. ab exitu sermonis ut iterum etc. i. a. v. anno Sedechie inchoande sunt: ut ostensum ē supra: usq; ad Xp̄m Ducē p̄tendende sunt: septem hebdomades & hebdomades. lxii. usq; ad ultimam hebdomadam in qua Xp̄us Dux populi Xp̄iani baptizandus est & legem euangelicam predicaturus. & p salute humani generis morituros: resurrecturus: & i celum ascensurus. distinguit aūt vii. hebdomades & ultimam ab aliis p̄pter specialia opera facta in ip̄is. nam in ultima

facta eſt generiſ humani reparatio: ut dictum eſt. In. vii. uero tẽpli p̃mi deſtructio uſq; ad primũ annũ Cyri qui dedit licentiam reedificandi. A deſtructione ſcd̃i tẽpli uſq; ad primũ annũ Cyri dantiſ hanc licentiam fluxerunt anni. lii. ut dictum ẽ ſupra. qui faciunt. vii. hebdomadaſ annoꝝ & cũ hoc. iii. annoſ qui cõputantur in tempore lxii. hebdomadaꝝ eo ꝙ nõ faciũt p ſe hebdomadam. & eadem ratiõe vi. anni de tpe Sedechie p̃cedentiſ tẽpli deſtructionẽ. & rurſum edificabit̃ platea ſ. templi. & muri ciuitatiſ Hieruſalem in tempore. lxii. hebdomadaꝝ p Zorobabel & Neemiã & alioſ patreſ. in anguſtia tempoꝝ: quia per genteſ circumſtanteſ fuerunt multũ impediti & afflicti & etiam poſtea: ut patet in Eſdra & Neemia & libriſ Mach. & poſt hebdomadaſ. lxii. &. vii. aliaſ precedenteſ ſupple occidetur Xp̃uſ in ultima hebdomada: ut predictum ẽ. & non erit eiuſ populuſ q eum negaturuſ eſt. i. Iudei coram Pilato ip̃m negaturi dicenteſ. Non habemuſ Regem niſi Ceſarem Io. xix. nõ erũt ampliuſ eiuſ populuſ ſed Xp̃iani in ipſo regnandi & ab eo denominandi. & ciuitatẽ & ſanctuariũ id eſt templum ſcd̃m. diſſipabit populuſ. i. exercituſ Romanoꝝ. cum Duce uenturo contra Hieruſalem. iſtud nõ fuit factum infra tempuſ. lxx. hebdomadaꝝ ſed poſtea per. xlii. annoſ ut p̃dictum ẽ. ſed quia hoc factum fuit in penã mortiſ Xp̃i ideo hic ponit̃ immediate poſtq̃ locutuſ fuerat de Xp̃i occiſiõe. & finiſ eiuſ. i. ciuitaſ Hieruſalem. uaſtitaſ quia fuit uaſtata per Romanoſ. & poſt finem belli Romanoꝝ contra Iudeoſ. ſtatuta deſolatio. i. deſolatio ciuitatiſ & templi que combuſſerunt Romani & Iudaici populi quem partim occiderunt & partim captiuauerũt ſicut erat ſtatutum & ordinatũ a deo ĩ penã mortiſ Xp̃i. Sciendum aũt ꝙ littera Hebraicaica ſic habet. & uſq; ad finem belli ſtatuta deſolatio. & multũ mutat̃ ſentẽtia. ex hoc. n. dicũt Hebrei ꝙ deſolatio & captiuitaſ in qua ſũt: duratura ẽ uſq; ad finẽ belli Gog & Magog quoſ Meſſiaſ uenturuſ debellabit. & tũc regnabunt Iudei tempaliter. & ſcd̃m hoc poſſent Iudei dicere ꝙ littera noſtra ſit falſa: & expoſitio nulla. Ad qd̃ excludendũ: ſciendũ ꝙ in Hebreo due dictioneſ quaꝝ una ſignificat idem ꝙ adhuc. alia uero uſq. eiſdem litteriſ ſcribunt̃. ſ. Ain & Deleth. & deſtinguunt̃ iſte due dictioneſ ſolum p punctationẽ que defacili mutari põt manentibuſ litteriſ. hec aũt dictio adhuc aliqñ accipit̃ in ſcriptura p poſt: ſicut Ione. iii. Adhuc. xl. dieſ & Ninive ſubuertet̃. i. poſt. xl. dieſ ſubuertet̃. & ſcd̃m hunc ſenſum p̃mo fuit facta punctatio dictioniſ Hebraice in hoc loco. & ſonat Od. & ſic tranſtulit tranſlator noſter. ſed poſtea mutata ẽ punctatio per Iudeoſ ad ſignificandum uſq;: & ſic ſonat Ad. & conſimiliter fecerunt in pluribuſ aliiſ lociſ ue. teſ. put in p̃cedentibuſ libriſ declarauit. Acceperũt aũt occaſionẽ hoc faciendi ex. lxx. interpretibuſ qui ubi inuenerint aliquid de myſterio Trinitatiſ ſcd̃m ꝙ dicit Hieronymuſ in plogo ſuper Pentateuchum. & idem ego oſtendi in pluribuſ lociſ ue. teſ. ſpecialiter Eſd. ix. pro eo enim ꝙ ibi habet̃ de Xp̃o. Et uocabit̃ nomen eiuſ admirabiliſ conſiliariuſ deuſ Fortiſ pater futuri ſeculi princepſ pacis: tranſtulerũt: & uocabit̃ nomen eiuſ magni conſilii angeluſ. Confirmabit autem. Hic reuertitur angeluſ ad loquendum de ultima hebdomada de qua incepat dicere quantũ ad mortẽ Xp̃i. & non p̃fecerat interponenſ penã huiuſ mortiſ: ut dictum ẽ. dicit igitur: confirmabit aũt pactum multiſ. i. legem euangelicam que dicitur pactum & feduſ nouum. Hiere. xxxi. hebdomaſ una. nam in ultima hebdomada Xp̃uſ predicando miracula faciendo moriendo reſurgendo aſcendendo in celum & mittendo ſpiritũ ſanctum legẽ euangelicam confirmauit. & anno ſue paſſioniſ per predicationẽ Apoſtoloꝝ notabiliter dilatauit: ut patet Actu. ii. &. iiii. & in dimidia hebdomadiſ id eſt in ultima eiuſ medietate in qua paſſuſ eſt Xp̃uſ. deficiet hoſtia & ſacrificiũ: quia ſacrificia ue. legiſ

ceſſauerunt per paſſionem Xp̄i non habendo ultra uim obligandi. & in templo erit abhominatio deſolationiſ. hoc refertur ad tempuſ ſequenſ. lxx. hebdomadeſ in quo Hadrianuſ Imparator fecit poni ſtatuam in loco templi ubi ſteterat arca: que ſtatua apud Hebreoſ uocat̄ abhominatio ſicut & quodlibet aliud Idolum. & erat deſolatiōiſ Iudaice ſignū manifeſtum. & uſq; ad conſumationē & finē. ſ. ſeculi. pſeuerabit deſolatio ꝓpe enim finē mundi detecta falſitate Antixp̄i per Heliam & Enoch Iudei ad Xp̄m conuertentur. & multi eorum conſtanter ſuſtinebunt martyrium ꝓut dicunt cōmuniter doctoreſ noſtri.

.X.

IN anno Tertio Cyri. Hic ponitur Nona uiſio Danielis. & ſecundum cōmunem opinionem iſta uiſio que hic ponitur differt ab illa que ponitur in duobuſ ca. ſequentibuſ. Sed mihi uideť ꝙ eſt una tantū: ut magiſ patebit legendo litteram. Diuiditur ergo ſic: quia primo deſcribiť excellentia huiuſ uiſionis. Scd̄o exprimitur continentia ibidem reuelate ueritatiſ. & hoc duobuſ capi. ſequentibuſ. Prima in duaſ: quia primo tangiť magnitudo huiuſ uiſioniſ in generali. Scd̄o magiſ in ſpeciali ibi: in diebuſ illiſ. In prima parte primo tangiť tempuſ quo facta eſt reuelatio Danieli: cū dicit̄: anno tertio Cyri Regiſ Perſarum. Scd̄o reuelationiſ magnitudo: cum dicitur: uerbum reuelatū. i. ueritaſ que uerbo exprimiť. Danieli cognomēto Balthaſar. hoc dicit quia Balthaſar erat nomē eiuſ ſcd̄arium: ut patet ca. i. huiuſ libri. & uerbū ueꝛ ad intelligendum. & fortitudo magna ad implendum: quia non poterat impleri niſi diuina uirtute & ordinatione: quia hec uiſio cōtinet pſecutionē Antiochi & Antixp̄i. & deſtructionē eoꝛ. & reſurrectionē mortuoꝛ ut uidebiť. intellexitq; ſermonē. quia non tm̄ habet uiſionem imaginariam: ſed etiam intellectualem: propter qd̄ ſubditur: intelligentia opuſ eſt in uiſione. ad hoc. ſ. ꝙ aliquiſ dicat̄ Propheta ſicut ſupra declaratum eſt in p̄ncipio libri Pſalmoꝛ. uel aliter pōt exponi. Intelligentia opuſ eſt etc. q. d. oportet ītellectum hominiſ a deo eleuari ad hoc ꝙ poſſint talia intelligi & capi. & in hoc patet arduitaſ uiſioniſ in generali. In diebuſ illiſ. Hic exprimiť excellentia huiuſ uiſioniſ magiſ in ſpeciali. & hoc dupliciter. p̄mo ex parte Danielis uidentiſ. Scd̄o ex parte angeli apparentiſ ibi: die aūt. xxiii. magnitudo aūt uiſionis ex parte Danielis oſtenditur in deuota preparatione ipſius ante hanc uiſionem. & hoc ꝑ luctum ieiunium et orationem. & hoc eſt qd̄ dicitur hic. In diebuſ illiſ ego Daniel lugebam. peccata & miſeriam populi Iſrael. triū hebdomadaꝛ diebuſ. in quo oſtenditur magnitudo auſteritatiſ ex parte temporiſ. panē deſiderabilem. i. cibum delicatū: quia panis in ſcriptura intelligitur omnis cibuſ. nō comedi & caro & uinū nō introierūt in oſ meū. & ſic patet magnitudo auſteritatiſ ex parte cibi & potuſ. per hoc aūt ꝙ dicit̄ hic ꝙ in tribuſ hebdomadibuſ nō comedit talia ex deuotiōe īnuit ſcriptura ꝙ talibuſ utebat̄ aliiſ temporibuſ. ex quo etiā ulteriuſ patet ꝙ tunc non tenebat tantā auſteritatem in uictu quantā tenuerat in iuuentute ſua qñ comedebat ſolum legumina. & bibebat aquam: ut dictum eſt ca. i. Cuiuſ ratio eſt: quia Daniel iam erat in tanta auctoritate ꝙ poterat habere cibaria in quibuſ nō eſſent aliqua ſibi illicita & iterum quia iam erat ſenex cum a tēpore ſue tranſmigrationiſ in Babyloně iam ꝑtranſiſſent. lxix. anni & eſſet in. lxx. ut magiſ explicabitur infra. tanta aūt auſteritaſ nō eſt ſeruāda in ſenectute qñ paſſioneſ ſunt edomite & corpuſ debilitatū ſicut in iuuentute quando uigent paſſioneſ. ſed neq; unguēto unctuſ ſū etc. unguentū hic accipiť ꝑ lachryma alicuiuſ arboriſ aromatice: quia talibuſ utebant̄ in terra illa cōtra intemperiē caloriſ. & ad conſeruandum bonam diſpoſitionē corporiſ. Die aūt. xxiii. Hic conſequenter exprimiť excellentia uiſioniſ ex parte angeli apparentiſ. & primo deſcribitur ipſius

angeli apparentis insolitus fulgor. Scdo uidentiũ terror ibi : uidi autẽ ego Daniel. In prima parte dicitur sic: die autem .xxiii. etc. ubi designatur tempus determinatum huius uisionis non solum quantum ad annum sicut in principio huius ca. dictum est: sed etiam quantũ ad diem determinatũ. notatur etiam consequenter locus: cũ dicitur: eram iuxta fluuiũ magnum qui est Tigris. hic est unus de .iii. fluminibus paradisi. & nominat sic ex uelocitate cursus a tigride que est bestia uelocissima. & leuaui oculos meos coporis. s. & mentis. & uidi uisione corporali & intellectuali. & ecce uir unus. i. angelus apparens in specie uiri. uestitus lineis. ubi primo describit eum quantũ ad extrinseca. s. uestimentũ album uel lineum in quo designatur puritas angelica. & quo ad cingulum: cum dicit: & renes eius accincti auro obrizo. i. mundissimo. Vnde dicitur obrizum ab ob. & radio as. quia ꝓpter radiationẽ sic nominat. per zonam aureã: & radiantẽ intelligit feruor caritatis quo angeli indissolubiliter ligant. Scdo describit angelum quantũ ad intrinseca: cum dicit: & corpus eius quasi chrisolitbus. est autem chrisolitbus lapis coloris marini & habet scintillas aureas per tale igit corpus intelligit celum qd est ꝓprium mobile angelorꝝ: quia corpus angeli non informat ab eo sed tm̃ mouet. color aũt maris qui est in chrisolitho est similis colori celesti. p scintillas aureas intellige stellas que sunt in celo. Tertio describit angelum apparentẽ quantũ ad extremitates. d. & facies eius q̃si species fulguris in quo notat excellentia glorie angelice & oculi eius ut lampas ardens in quo notat ꝑspicacitas in angeli cognitione. & brachia eius & que deorsum usq; ad pedes q̃si species eris candentis: in quo designat fortitudo angeli ad operandum per brachia: & ad mouendum se de loco ad locum per pedes. & uox sermonũ eius ut uox multitudinis: in quo designat efficatia uirtutis eius ad docendum homines de occultis: & ad reuelandum ueritatẽ: quia unus angelus põt plus docere q̃ multitudo hominũ seu doctorꝝ. Ad euidentiam aũt maiorem predictorũ cõsiderandum q̃ angeli apparent hominibus in corpibus assumptis ad instruendum eos familiarius de occultis. & ideo per ꝓprietates corporis assumpti significant ꝓprietates angeli spiritales: ut dictum est. Vidi aũt. Hic consequenter ponit uidentiũ terror. & primo ponit eorꝝ trepidatio. Scdo angeli confortatio ibi: & ecce manus. Dicit igit primo sic: uidi autẽ ego Daniel solus uisionẽ ꝑfecte. s. quia non uidit solum angelum apparentẽ sed audiuit eum loquentẽ & intellexit. Alii aũt uiri qui erãt cum Daniele solum uiderunt angelum apparentẽ: ex cuius uisione territi fuerũt: & ideo dicuntur hic non uidisse uisiones: quia angelum loquentẽ non audierunt: nec intellexerunt ea que fuerũt reuelata Danieli. & hoc est qd dicit hic: porro uiri qui erant mecum etc. & patet ex dictis usq; ibi: & non remansit in me fortitudo: quia terror reddidit mẽbra exteriora frigida & trementia ꝓpter recursum spirituũ & sanguinis ad cor: quia talis recursus fit in passione timoris. sed etiã species mea ímutata est in me: quia ex timore pallor causat in facie propter recursum sanguinis ad cor ab exterioribus membris. & emarcui etc. quia per timorẽ nimiũ homo fit aliquando stupidus: & quasi impotens se mouere. & audiens iacebam consternatus etc. quia ex timore non poterat stare. Et ecce manus. Hic ponit angeli confortatio. & hoc dupliciter: quia confortat eũ perfecte: postea ꝑfectius: quia ꝓcessus est debitus de imperfecto ad ꝑfectum. Scda ps incipit ibi: cunq; loqueret mihi. Primũ aũt facit tangendo ipm & eleuando aliquãtulum. & hoc est quod dicit hic: & ecce manus. s. angeli tetigit me confortando. & erexit sup genua mea etc. aliquantulũ eleuando. & dixit ad me uerbo confortãdo. Daniel uir desideriorꝝ. quare aũt Daniel dictus est uir desideriorꝝ dictum est. ix. ca. Intellige uerba mea etc. in quo confortat eum quantũ ad mentem similiter quantum

ad corpuſ: cum ſubditur: & ſta in gradu tuo id ē rectuſ & erecta facie uerſuſ celum. hic eſt enim graduſ hominiſ. alia autem animalia ſtant ſuper pedeſ facie inclinata ad terram. cúq; dixiſſet mihi ſermonē iſtum ſteti tremenſ: quia immutatio facta in corpe ex p̄cedenti timore nondum adhuc tranſierat. & ait ad me noli metuere Daniel: quia non apparui ad malefaciendum tibi: ſed magiſ ad docendum te illa que deſideraſ ſcire. & hoc eſt qđ ſubdit̄. quia ex die p̀mo quo tu poſuiſti cor tuú ad intelligendum illa. ſ. que Daniel priuſ uiderat ca. viii. & nó intellexerat ad plenum: ut ibi dictum fuerat: ſuper uerbum in fine. viii. ca. ſtupebam ad uiſionem & nó erat qui interpretaretur. Vel aliter: ad intelligendum. ſ. uoluntatem dei circa ea que ſunt uentura populo tuo & q̃ſi in idem redit. ut te affligereſ in conſpectu dei: ut per hoc oratio tua citiuſ corā deo exaudiret̄: & per conſequenſ diuina ueritaſ tibi reuelaretur. exaudita ſũt uerba tua etc. ſ. de reditu populi a captiuitate Babylonica. Sed contrariú uidet̄: quia licētia redeundi iam erat data p̀mo anno Cyri. iſta aũt oratio Danieliſ & afflictio de q̃ hic loquit̄ angeluſ: facta fuit anno. iii. regni Cyri: ut patet ex dictiſ in iſto ca. ergo tũc nó fuit exaudita oratio Danieliſ de reditu populi. ſed ante p duoſ annoſ. Dicendum q̀ Iudei fuerant in Babylone per. lxvii. annoſ quantũ ad eoſ qui cũ Iechonia tranſlati fuerunt. illi uero qui in ſubiectione Ioacim patriſ eiuſ fuerunt tranſlati obſideſ ut de Daniele & aliiſ de ſemine regio dicit̄: fuerant iam. lxx. anniſ ſc̄m illam cõpu/tationem quam ſecutuſ ſum tanq̃ iudicio meo ueriorē ſupra ca. ix. & p conſequenſ illi qui tũc uiuebant: fuerant nati in Babylone p̀ maiori parte: ꝓpter quod afficiebant ad remanendum in terra Babyloniſ. & ꝓpter poſſeſſioneſ quaſ ibi acquiſierant ipſi uel patreſ eorú. & ꝓpter uxoreſ quaſ ibi acceperant: & filioſ quoſ ibi genuerant. & ideo poſt licentiam datam a Cyro remanſerunt in terra Babyloniſ bene per duoſ annoſ & pluſ: ut dicitur in ſcholaſtica hiſtoria. ꝓpter quod timebat Daniel ne totum negociú de reditu eorum in Hieruſalem impediretur. & ideo orabat tertio anno Cyri ut hoc impedimentú tolleret̄. & fuit exaudituſ. & hoc eſt q̀ dicit angeluſ: & ego ueni ꝓpter ſermoneſ tuoſ. annũciare. ſ. tibi q̀ tua petitio ſit exaudita. Princepſ autē regni Perſarum etc. Ad euidentiam aũt huiuſ conſiderandum q̀ angeli qui preſunt diuerſiſ ꝓuinciſ dicuntur Principeſ illarú. & hoc rationabiliter: quia ſunt ſolliciti de bono earú ideo nominatur ipſorú ordo ſic. ſ. ordo principatuú. Sciendum etiam q̀ ſicut uni toti prouincie preeſt unuſ angeluſ quiſi princepſ ad procurandum bonú illiuſ prouincie: ita preeſt unuſ angeluſ maluſ q̃ſi princepſ ad inducendum homineſ illiuſ prouincie ad malum. Dicunt igit̄ aliqui q̀ iſte princepſ Perſaꝝ fuit maluſ angeluſ qui filioſ Iſrael incitabat ad remanendum in Babylone ex carnalitate quadam rationibuſ predictiſ: ideo dicitur hic q̀ reſtitit. xxi. diebuſ orationi Danieliſ qui orabat ꝓ reditu populi in Hieruſalem. & p conſequenſ reſtitit angelo bono q̃ preſentabat orationē Danieliſ coram deo. Et hoc ē q̀ angeluſ loquenſ Danieli dixit. Princepſ regni Perſaꝝ reſiſtit mihi. xxi. diebuſ. tantum enim temporiſ durauit oratio & afflictio Danieliſ ut patet ex predictiſ. Beatuſ aũt Gregoriuſ. xviii. libro Moral. dicit q̀ fuit bonuſ angeluſ qui preerat regno Perſarum qui uidebat ex manſione filiorꝫ Iſrael in Perſide multoſ de Perſiſ & Mediſ conuerti ad cultum & fidem uniuſ dei: & ideo interpellabat deum ut remanerent in Perſide oſtendenſ in conſpectu dei bona que ex hoc uenirent. & ſic angeluſ ſanctuſ dicit̄ reſiſtere angelo ſancto: q̃ preſentabat orationē Danieliſ de cõ/trario. nó tñ inter angeloſ ſanctoſ eſt cõtrarietaſ uoluntatú ſimpliciter: quia uolun/tateſ eorũ ſunt conformeſ diuine uoluntati: quia tamē de futuro ignorant quid deuſ uelit: & ideo aliq̃n conſulendo deum de aliquo futuro circa populoſ quibuſ preſunt:

allegant merita contraria aliquando. & sic dicuntur resistere adinuicem. sed quando reuelatur sup hoc diuina uoluntas: simpliciter cõcordant in ea. & ecce Michael unus de principibus primis. quia erat superior angelus qui loquebatur quia erat princeps totius Synagoge: sicut est modo princeps totius Ecclesie: & ideo nõ solum ꝑerat filius Israel qui erant in Perside sicut ille qui loquebatur Danieli: sed etiã preerat oĩbus filiis Israel ubicunq; propter quod adiuuit illum angelum qui preerat uni parti eorum qui erant in Perside. & hoc est quod subdit de Michaele. Venit in adiutorium meum & ego remansi ibi. i. coram deo offerens preces tuas. iuxta Regem Persarum. i. iuxta angelum qui preerat Persis mihi resistentem modo predicto. hoc autẽ dixit angelus Danieli ad ostendendum quare tardauerat ad denuntiandum exauditionem sue orationis. Veni autem ut docerem te que futura sunt populo tuo in nouissimis diebus. Ex quo patet ꝙ non solum uenerat ad denunciandum Danieli reditũ captiuitatis: nec solum ea que facta sunt tẽpore Antiochi Epiphanis: sed etiam que futura sunt in fine mundi tempore Antichristi: ut patebit ca. sequenti: propter quod sequitur: quoniam adhuc uisio in dies supple multos differtur implenda totaliter. Cunq; loqueretur. Hic ponitur consolatio perfecta ipsius Danielis. & diuiditur in duas partes: quia primo facit quod dictum est. Secundo subiungit causam sui recessus a Daniele ibi: & nunc reuertar. Circa primum dicitur sic: cũq; loqueretẽ mihi angelus. s. huiuscemodi uerba: deiecti uultum meum in terram quasi non potens sustinere aspectum fulgoris angeli apparentis: & hoc factum est ut Daniel cognosceret fragilitatem hominis respectu uirtutis angelorum. & ecce quasi similitudo filii hominis: quia non erat homo sed angelus apparens in specie hominis. tetigit labia mea ut possem loqui propter quod sequitur: & aperiens os meum locutus sum etc. Sequitur: domine mi in uisione tua dissolute sũt compages mee etc. i. iuncture membrorum propter defectum sanguinis & spirituum recurrentium ad cor ex passione timoris ꝓpter uisionem insolitam angeli apparẽtis. Sequitur: rursum ergo tetigit me quasi uisio hominis: quia tunc angelus sibi apparuit in specie magis conformi humane speciei q̃ ante. In potestate enim angelorum est speciẽ corporum assumptorum transmutare de facili. Sic autem apparuit et angelus ad ipm magis confortandum: propter quod subdit: & confortauit me: & patet littera. Sequit cunq; loqueretur mecum inualui. s. perfecte confortatus. Sequitur: & ait angelus. s. Danieli: nunquid scis quare uenerim ad te. q. d. ego ueni ut ostenderem tibi orationem tuam exauditam. & ea que sunt uentura in nouissimis temporibus ut iam dictum est: & magis patebit infra. Et nunc reuertar. Hic exprimit causam quare oportet eum cito recedere a Daniele ut. s. rediret ad interpellandũ coram deo ꝓ populo Israel ne reditus eius de Babylone impediretur per angelum qui preerat Persis. & hoc est quod dicitur: & nunc reuertar supple in conspectu dei. ut prelier aduersus Principẽ Persarum. quod quidem prelium est per hoc ꝙ angeli qui presunt diuersis gentibus offerunt coram deo cõtraria merita ipsorum ut dictum est. Cum. n. egrederer apparuit Princeps grecorum. i. angelus grecorum: hic aũt interponit angelus loquens Danieli: quia in ꝓncipio sequentis ca. faciet mentionem de bellis Persarum & Grecorum adinuicem. Verũtamen id est anteq̃ reuertar recedendo. s. a te: annũciabo tibi quod expressum est in scriptura ueritatis. i. in prescientia dei mihi reuelata: quia reuelatio est quedam impssio diuine sciẽtie: annũciabo inq̃ tibi illa que desideras scire. & nemo adiutor meus est in oĩbus nisi. s. que spectant ad ꝓmotionem populi Israel nisi Michael Princeps uester: quia sicut dictum ẽ Michael erat Princeps totius Synagoge generaliter etc.

EGo autem etc. In ca. precedenti ostensa est eminentia uisionis ut dictum est: hic autem circa istam uisionem declaratur continentia ueritatis. & diuiditur in duas partes: quia primo ostenditur futura uiolentia peruersorū contra electos. Secundo finalis uictoria electorum contra reprobos ca. xii. in tēpore autem illo. Prima diuiditur in duas partes: quia primo explicat processus regni Persarum in breui. Secundo ortus regni Grecorum & hoc sic ut perueniat ad Antiochū Epiphanem qui fuit de regno Grecorū: fuit etiam figura Antichristi de quo est specialis intentio ut uidebitur. Secunda ibi: surget uero. Dicit ergo primo sic: Ego autē ab anno p̄mo Darii Medi: qui interfecit Balthasar ut supra dictum est in fine. v. ca. stabam ut confortaretur regnum eius & corroboraretur. Aliqui exponunt dicentes q̄ ista uerba sunt Danielis qui orabat pro Dario qui eum multum honorauit: & eum de lacu leonum liberauit ut dictum est supra. vi. ca. & hoc etiam dicit glosa interlinearis. Sed hoc uidetur falsum: quia uerba īmediate precedentia sunt uerba angeli loquētis Danieli ut uisum est. similiter uerba immediate sequentia que copulantur ad ista per dictionē copulatiuā ut uidebitur. & ideo dicendum q̄ ista sunt uerba angeli loquētis cum Daniele qui offerebat p̄ces Danielis coram deo ut uisum est. & ideo sicut Daniel stabat pro confortatione Darii orando pro eo: ita similiter angelus preces Danielis offerendo & etiam aliis modis. quia efficatior est uirtus angeli q̄ hominis. & nūc ueritatem annunciabo tibi Danieli. s. de regno Persarū. Sequitur: ecce adhuc tres Reges stabunt in Perside. Primus fuit Cyrus qui successit p̄dicto Dario auunculo suo. Secundus fuit Cambyses filius Cyri. Tertius fuit Darius Hystaspis in cuius anno. vi. consumatum est templum: ut habetur. ii. Esd. vii. secundum computationem latinorū suprapositam ca. ix. & ibi improbatam. uocantur autē hic Reges Persidis: quia licet esset unum regnum Medorum & Persarum tamen Cyrus qui tunc regnabat transtulerat caput Monarchie ad Persas a quibus primo fuerat promotus. Ista autem uisio facta est Danieli anno tertio Cyri ut uisum est in principio. x. ca. & quartus ditabit operibus nimis super omnes. iste fuit Xerxes filius Darii secundum latinos qui fuit potentissimus respectu precedentiū. & ut armorum subiugauit Greciam regno Persarum. & hoc usq; ad tempora Alexandri Magni q̄ ppter hoc postea cōtra Regem Persarum bellauit. & hoc est quod dicitur hic: & cum inualuerit diuitiis suis predictus Xerxes Rex Persarum. concitabit omnes bellatores. s. quos poterit inuenire. contra regnum Grecie quod sibi subiugabit. licet autem post illum Xerxem fuerint plures alii Reges in Perside scd̄m Latinos. s. ix. usq; ad Alexandrum qui interfecto Dario Monarchiam Persarum transtulit ad Grecos tamen angelus loquens Danieli illos p̄termittit: quia iste Xerxes dedit occasionem Grecis bellandi contra Persas. Secundū uero opinionem Hebreorum quam supra. ix. ca. secutus sum: tanq̄ iudicio meo ueriorem. primus q̄ttuor Regum Persidis de quo fit hic mentio est Cyrus. Secundus uero Cambyses filius eius. Tertius Assuerus maritus Hester. Quartus uero Darius filius Assueri quem debellauit Allexander Magnus eo q̄ repetebat ab ipso tributum confidens in potentia sua & diuitiis & sic non oportet dicere q̄ angelus omiserit aliquē de Regibus Persarum a tempore Cyri usq; ad Alexandrum Magnum. Secundum enī computationem Latinorum Mardocheus fuisset. cc. lvii. annorum quando fuit exaltatus ab Assuero ut ostensum est supra. ix. ca. q̄d̄ uidetur impossibile ut ibi dictum est. Surget uero. Hic consequenter ponitur ortus regni Grecoq̄ quantum ad Monarchiam: quia ante erat regnum de qua Monarchia processit Antiochus Illustris

radix peccati qui fuit figura Antichristi. & diuidit in duas partes: quia primo tractat de regno Alexandri qui fuit primus Rex: ut supra dictum est capi. viii. Secundo de regnis duoꝝ posteroꝝ eius scilicet Syrie & Egypti ibi: & confortabit Rex austri. Dicit ergo: surget uero in Grecia scilicet. Rex fortis scilicet Alexander magnus. & dominabitur potestate multa: quia multa regna sibi acquisiuit. & faciet quod placuerit et cōtra regnum Persarum. & cum steterit scilicet in robore potentie & etatis sue. regnum eius conteretur: quia mortuus est ueneno cum esset adhuc in flore iuuētutis sue & potentie: ut supra uisum est. viii. capi. & diuidetur scilicet regnum eius. in. iiii. uentos celi id est in quattuor regna que sita sunt ad quattuor p̄ncipales partes mundi respectu Hierusalem: quia sicut supra dictum est Ptolemeus lagi filius successit sibi in Egypto que est ad meridiem respectu Hierusalem propter hoc in sequentibus Rex Egypti uocatur Rex austri. Seleucus successit sibi in Syria que est magis ad aquilonem respectu Hierusalem: propter quod in sequentibus Rex Syrie uocatur Rex aquilonaris. Philippus autem frater Alexandri successit sibi in Macedonia & Grecia que est magis in occidente. Antigonus autem successit sibi in Asia que est magis in oriente. Ex istis autem quattuor mundi partibus oriuntur. iiii. principales uenti. Ideo regnum Alexandri dicitur hic diuisum in quattuor uentos celi: sed non in posteros eius id est in filios eius: quia Alexander non habuit filium: & si habuit non regnauit post eum. neq; secundum potentiam illius: quia nullus de successoribus Alexandri fuit equalis sibi in potestate. Vnde sequitur: lacerabitur enim regnum eius: quia multe nationes recesserunt ab eius Monarchia ipso mortuo: & multi etiam alii q̄ ipsi q̄ttuor predicti imposuerunt sibi diademata. & hoc est q̄ dicit: & in exteros. hoc est in minores q̄ sint quattuor predicti: diuidetur regnum eius scilicet quia nulla regna istorum steterunt exceptis quattuor predictis. Ideo subditur: exceptis his scilicet predictis. iiii. Et confortabitur. Hic consequenter agit de processu duorum regnorum. s. Egypti & Syrie post mortem Alexandri. de aliis autem duobus regnis scilicet Asie & Macedonie non facit angelus mentionem. Ratio huius est: quia regnum Egypti & regnum Syrie erant propinqua terre Iudee: quia Iudea erat posita in medio habens Egyptū ad austrum: & Syriam ad aquilonem: ut dictum est. post mortem Alexandri magni regnum Egypti & regnum Syrie habuerunt bellum adinuicem sub multis Regibus sibi succedentibus ut uidebitur. Filii autem Israel in medio positi erant parue uirtutis respectu istorum. & aliqui de populo Israel fauebant aliquando Regi Egypti: aliquando Regi Syrie. Ideo occasione huius Rex Egypti aliquando debellabat filios Israel: quia fauebant suo aduersario. eadem ratione Rex Syrie aliquando debellabat eos: & modo subiiciebantur uni: modo alteri. Ideo de istis duobus Regibus populum Israel successiue affligentibus loquebatur angelus Danieli qui desiderabat scire statum populi sui. De aliis autem duobus Regibus scilicet Asie & Macedonie tacet: quia parum aut nihil habuerunt cum Iudeis agere. Ad maiorem aūt euidentiā littere sequentis describūtur hic Reges Syrie ex una parte: & Reges Egypti ex altera usq; ad tempus Antiochi Epiphanis propter cuius regnum ista premittuntur hic quia fuit figura Antichristi de quo principaliter hic intenditur.

Et confortabitur. Sicut dictum est In hac parte tangitur ꝓcessus regnoꝝ Egypti & Syrie. Et diuiditur in tres partes: quia primo tangit historiam istorū Regum usq; ad Antiochū Magnū q fuit pater Antiochi Epiphanis. Scd̄o exinde tāgit historiā usq; ad predictum Antiochum ibi: filii aūt eius. Tertio describit Antiochi Epiphanis regnum ad qd̄ p̄cipaliter intendit uenire ibi: & stabit in loco eius. Dicit igit̄ p̄mo sic: confortabit̄ Rex austri .i. Egypti: quia p̄mus Rex qui ibi successit Alexandro fuit Ptolemeus Lagi filius uir prudens & fortis & multum dilatauit regnum suum. & de Principibus eius p̄ualebit sup eum etc. qd̄ est sic intelligendum. de principibus eius. .i. de p̄cipibus ab eo descendētibus aliquis erit potētior eo quia Ptolemeus Philadelphus filius eius fuit eo potentior & ditior & sapientior. Vnde suo tempe. lxx. interpretes transtulerūt sacram scripturam in Alexandria: & tātus amator fuit sapientie q̄ libros omniū gentiū in sua bibliotheca cōgregauit. Sequit̄: & post finē annoꝝ federabunt̄: quia iste Ptolemeus Philadelphus multū represserat Regem Syrie sicut etiā pater eius: & uoluit ponere finē bello: & federare Regē Syrie dando sibi suam filiā uxorē nomine Berenice ut sic regnū Syrie acquireret nepotibus suis: & hoc factum est tpe tertii Regis Syrie. s. Antiochi theos. & hoc est qd̄ subdit̄ hic: filiaq; Regis austri. .i. Egypti uenier ad Regem aquilonis. .i. Syrie facere amiciciam inter patrem & maritū per matrimoniū p̄dictum. & nō obtinebit fortitudinē brachii. .i. filia Regis p̄dicti nō obtinebit fortitudinē regni Syrie. nec stabit semē eius. .i. filii ex ea nati nō obtinebūt regnū: sicut cogitauerat Rex Egypti Ptolemeus Philadelphus: ut dictum ē. Ratio huius fuit: quia Antiochus Theos Rex Syrie habebat aliam uxorē nomine Laodicen & ex ea filiū nomine Seleucum Galericū. ista aūt Laodice que fuit prima uxor Antiochi Theos reputata est quasi ancilla postq̄ copulata est ei Berenice filia Regis Egypti: sed tamē postea recepta est ab eo in gratiam & ipsa cauens ne iterū a marito expelleret̄ cum filio suo ꝑ Berenice & filius suis: ideo maritū suū ueneno interfecit & Berenicen cum filius suis occidi ꝓcurauit. & sic filius eius Selucus Galeritus patri suo in regnum successit. & hoc est qd̄ dicit̄: & tradet̄ ip̄a. .i. Berenice filia Regis Egypti que tradita fuit ad mortē ut uisum est. & qui adduxerūt eam adolescētes eius. .i. domicelli qui uenerant cū ea de Egypto in Syriam & erant in comitiua eius: quia tota familia eius interfecta ē cum ea. & qui confortabat eum in tēporibus. .i. maritus eius q̄ interfectus est cum ea ueneno tñ: ut dictum est. & stabit de germine eius radicū plantatio: quia Euergetes frater p̄dicte Berenicis & filius Ptolemei Philadelphi & sic processit ex eadem radice cum ea regnauit post patrem in Egypto & sic stetit in regno patris sui. & uenier cum exercitu: quia ad uindicandum mortē sororis sue Berenicis congregauit exercitū fortē & ingressus est regnū Syrie: & interfecit Seleucum Galericum ibi regnantē cum matre sua. & hoc est qd̄ dicit̄ hic: ingredier̄ ꝓuintiam aquilonis. .i. Syrie. & abutet̄ eis. s. Seleuco Galerico & matre eius quibus obprobria intulit. & obtinebit: quia iure uictorie eos occidit. quia tñ habita hac uictoria audiuit dissensionē ortam in Egypto: ideo festinanter reuersus est a Syria portans secū idola argēti & auri & alia preciosa iocalia illius regni. & hoc est qd̄ dicitur hic. Insup & deos eorum sculptilia: obtinebit supple. uasa quoq; p̄ciosa argenti & auri captiua ducet ī Egyptū ipse. s. Ptolemeus Euergetes. preualebit aduersus Regem aquilōis. .i. aduersus Regē Syrie Seleucum Galericū: ut uisum est. & intrabit in regnū. s. suum. Rex austri. .i. Egypti. & reuertet̄ in terram suam: deuicta tamen & spoliata Syria mō predicto. Fi'u quoq;. Hic consequenter agit̄ de regno Antiochi Magni qui fuit filius Seleuci Galerici Regis Syrie. Et diuiditur in duas partes: quia primo ostenditur qualiter

pugnauit contra Philopatorem. Scd̄o q̄liter pugnauit contra filium eiuſ Ptolemeū Epiphanem ibi: conuertet̄. Circa primū conſiderandum q̄ mortuo Seleuco Galerico Rege Syrie ut p̄dictum eſt duo filii eiuſ qui tunc erant paruuli creuerūt. ſ. Seleucuſ Serannoſ qui erat primogenituſ: & Antiochuſ Magnuſ qui erat ſcd̄uſ natuſ. mortuo aūt Ptolemeo Euergete qui patrē eorū interfecerat & matrē ut uiſum eſt: regnante Ptolemeo Philopatore in Egypto loco patriſ ſui Ptolemei Euergetiſ duo fratreſ p̄/dicti mouerūt contra ip̄m prelium ad uindicādum mortē parentū ſed infra breue tēpuſ Seleucuſ Serannoſ mortuuſ ē & ſic Antiochuſ Magnuſ ſoluſ fuit ad pugnādum cōtra Ptolemeū Philopatorē. cñ Antiochuſ uictuſ fuit in campo: & hoc eſt qd̄ dicitur hic. Filii aūt eiuſ. i. Seleuci Galerici. prouocabuntur. ſ. ad uindicandum mortē patriſ & matriſ ipſoq̄. & cōgregabunt multitudinē exercituū plurimoq̄ ad pugnandum cōtra Ptolemeum Philopatorē. & ueniet ꝓperanſ: quia anteq̄ cōmitteret bellum cū Rege Egypti Seleucuſ Serannoſ frater ſenior mortuuſ ē. & audita morte eiuſ frater eiuſ Antiochuſ Magnuſ feſtināter uenit de Babylone ut cū exercitu pugnaret aduerſuſ Ptolemeum. & hoc eſt quod dicit̄: & ueniet ꝓperanſ & inundāſ & reuertet̄. ſ. de Babylone audita fratriſ morte. & egrediet̄ cum robore eiuſ. i. cum forti exercitu ueniet ad pugnandum contra Ptolemeum Regem Egypti. & ꝓuocatuſ Rex auſtri etc. i. Rex Egypti. egredietur obuiam Antiocho Magno. & pugnabit aduerſuſ aquilōiſ Regem. i. contra Antiochum Magnū Regem Syrie. & p̄parabit multitudinē nimiā id eſt multo maiorē q̄ ſit multitudo Antiochi. & dabitur multitudo in manu eiuſ: quia exercituſ Antiochi deuictuſ eſt a Ptolemeo Philopatore. & capiet multitudinē: quia multoſ de exercitu Antiochi cepit uiuoſ. & exaltabit̄ cor eiuſ. i. cor Ptolemei Philo/patoriſ ꝓpter uictoriam habitam. & interficiet multa milia. ſ. de exercitu Antiochi. ſed non preualebit oñino. ſ. quia non potuit capere Antiochum ſed euaſit ꝑ fugam. Conuertetur. Hic aūt deſcribitur pugna Antiochi Magni contra Ptolemeum Epi/phanem. Et diuiditur in treſ parteſ: quia primo facit qd̄ dictum eſt. Secundo ponit quoddam incidens ibi: filii quoq̄. Tertio reuertit̄ ad propoſitum ibi: & ueniet. Circa primum conſiderandum q̄ Antiochuſ Magnuſ deuictuſ a Ptolemeo Philopatore ut uiſum eſt ut poſſet uindicare obprobriū ſuum inſurrexit cōtra Ptolemeū Epiphanē regnantē in Egypto loco patriſ ſui defuncti. ſ. Ptolemei Philopatoriſ. & hoc eſt qd̄ dicitur hic. Conuertetur Rex aquiloniſ. i. Antiochuſ Magnuſ Rex Syrie. & p̄pa/rabit multitudinē multo maiorē q̄ priuſ. ſ. in pugna quā habuerat contra Ptolemeū Philopatorē. & in finem temporū annorūq̄. i. poſt magnum tempuſ mortuo Philo/patore predicto. ueniet ꝓperanſ iſte. ſ. Antiochuſ Magnuſ. cum exercitu magno & multitudine bellatoq̄. & operibuſ nimiſ. i. abundantia diuitiarū pecuniaq̄ & uictua/lium. & in temporibuſ illiſ multi conſurgent aduerſuſ Regem auſtri. i. contra Ptole/meū Epiphanem Regem Egypti: quia Philippuſ Rex Macedonum confederatuſ Antiocho Magno inuadebat Egyptū cū eo tali pacto q̄ quilibet eorū haberet ciui/tateſ ꝓpinquioreſ regno ſuo quaſ poſſet acq̄rere in Egypto. Filii quoq̄. Hic ponit quoddam incidens illiuſ temporiſ: quia tempore Ptolemei Epiphaniſ Oniaſ qui erat Summuſ ſacerdoſ in Iudea fugit in Egyptū dicens ſe uelle ꝑplere ꝓphetiam Eſd. xix. In die illa erit altare dñi in medio terre Egypti etc. & ideo honorifice ſuſceptuſ eſt a Ptolemeo & fecit ei templum ſimile templo Hieroſolymitano: & hoc eſt qd̄ dicit̄ hic Danieli. Filii quoq̄ preuaricatorū populi tui id eſt populi Iſrael de quo erat natuſ Daniel. extollentur ut impleant uiſionem. ſ. Eſaie predictam. dicunt̄ autem iſti filii preuaricatorum id eſt de numero preuaricatorum: quia non erat eis licitum templum

edificare & hostias offerre extra Hierusalem. & propter hoc in penam peccati eorū subdit̄.& corruent: quia a Romanis postea destructum est istud templum. & ciuitas in qua erat que uocabat̄ tunc ciuitas Onie. Et uenient. Hic reuertit̄ ad ꝓpositū.s. ad describendum pugnam Antiochi Magni contra Ptolemeum Epiphanē. & hoc est qđ dicit̄. & uenit Rex aquilonis.i. Antiochus Magnus Rex Syrie cum alio Rege predicto. & comportabit aggerem.i. faciet comportari per multitudinē exercitus sui. & capiet urbes munitissimas.i. ciuitates quia Reges Egypti ceperant prius in regno Syrie & eas munierant ut melius possent eas tenere cōtra Regem Syrie. & brachia austri non sustinebunt id ē fortes milites Egypti positi in predictis ciuitatibus ad eas custodiendum non poterūt eas tenere. & consurgent electi eius ad resistendum: quia magni Principes de Egypto uoluerūt succurrere illis qui erant obsessi ab Antiocho in ciuitatibus p̄dictis. & nō erit fortitudo: quia non potuerūt eis succurrere. & faciet uenies super eum contra Ptolemeum. iuxta placitū suū: quia ciuitates p̄dictas recuperauit. & nō erit qui stet cōtra faciē eius.s. Regis Syrie. & stabit in terra inclyta.i. in Hierusalem & Iudea que dicitur ínclyta propter cultum diuinū ibi existentē: quia Antiochus ibi honorifice susceptus est. & sumetur in manu eius: quia inde abstulit p̄sidium Ptolemei Regis Egypti & eos qui fauebant sibi. & ponet faciem suam.i. totā attentionē. ut ueniat ad tenendum uniuersum regnū eius.i. Regis Egypti: quia nō suffecit Antiocho Magno recupare ciuitates & loca p̄dicta: sed uoluit obtinere totū regnū Egypti. uerūtamen ꝓpendit ꝙ hoc nō poterat uirtute armoꝝ: ideo simulauit se facere pacem cum Ptolemeo Epiphane & querere bonū eius: ꝓpter quod dedit ei filiam suam Cleopatram in uxorē ut sic melius posset ingredi in Egyptū.& hoc ē qđ dicitur hic: recta faciet cum eo: quia Antiochus Magnus fecit recta cum Ptolemeo scd̄m apparentiā tm̄.& filiam feminarū.i. de numero feminaꝝ dabit ei.s. Cleopatrā ut euertat illum.i. decipiat occasione filie habens ingressum familiarē cōtra Egyptū ut sic posset cape eum.& non stabit.s. fraudulentia Antiochi. nec illius erit.s. regnū Egypti ut cogitauerat: quia Duces Egypti pceperūt fraudem Antiochi & cautius se habuerūt erga eū. similiter filia sua Cleopatra fauit magis marito suo Regi Egypti q̄ patri suo Antiocho. Et cōuertet faciē suā ad insulas. qa Antiochus Magnus uidēs se defraudatū a spe obtinendi regnū Egypti cōuertit se ad debellandum insulas Asie.& capiet multas de illis insulis & cessare faciā Principē obprobrii sui.i. seip̄m: quia hoc faciēdo ꝓcurauit obprobriū suū. Insule.n. Asie erāt cōfederate Romanis ideo ab eis missus ē Scipio africanus & deuicit eū & de cāpo fugauit ꝓpter qđ subdit̄ obprobriū eius cōuertet̄ in eū.i. in Antiochum. hec aūt expositio uidet̄ eē cōtraria textui: quia per hoc Antiochus non fecit obprobriū suū cessare: sed magis augeri. propter quod recurrendum est ad litteram hebraicam. que talis est: & reducet dominus obprobrium suum sup eum. quia ꝓpter blasphemias contra deum incurrit dictum obprobrium. & absq; obprobrio suo reddet ei. quia nihil deput ipsi deo ꝓpter blasphemias Antiochi. & conuertet faciem suam ad imperiū terre sue: quia fugiens de Asia uoluit ad terram suam redire. & impinget. quia in ipō reditu occisus fuit in templo Nanee. ii. Mach. i. ca. & non inueniet̄ locus eius: quia ipse & qui cum eo erant diuisi fuerunt membratim ita ꝙ eius cadauer non fuit cognitum nec sepultū. dicunt tm̄ aliqui ꝙ in reditu occisus fuit pugnans cōtra Elymeos & ꝙ p̄mo ca. scd̄i Mach. loquit̄ de Antiocho Epiphāe eius filio. & stabit in loco eius senior: qui ꝓpter tertiam dicit̄ hic uilissimus & indignus decore regio.i. honore regali. & in paucis diebus conteretur: quia parū regnauit nō in furore nec in prelio: quia non fuit homo bellicosus nec militaris. Et stabit in loco

eius despectus. Hic consequenter agit de regno Antiochi Epiphanis qui fuit figura Antichristi ut dictum est de quo p̄ncipaliter agitur hic. Ad enidentiam aūt eoꝝ que sequūtur sciendum ꝙ illud qđ est figura alicuius uel signum oportet ꝙ sit res aliqua. illud enim qđ nihil est nō pōt esse signū alicuius uel figura: & ideo illud qđ est figura uel signum alicuius pōt dupliciter considerari quo ad presens: Vno mō ꝓut est figura tm̄ uel signū: Alio mō ut est quedam res in se & tn̄ figura alicuius ut circulus pendens ante tabernā pōt considerari ꝓut est signū uini existentis in cellario tm̄: uel ꝓut est signū uini & cum hoc scđm ꝙ est res aliqua in se. illa autem que dicunt̄ de figura uel signo p̄mo mō intelligunt̄ uera esse tm̄ de iis quorū sunt signū uel figura: quia figura inquantū figura ducit tm̄ in cognitionē alterius. Illa autem que dicunt̄ de figura uel signo scđo mō uerificant̄ de utroq; .s. de re que figurata est: & de eo cuius est figura. Simili mō in sacra scriptura: quia si aliquid dicat̄ de aliquo ut est figura alterius tm̄ tunc sensus litteralis est unus tm̄. s. de illo cuius est illa figura sicut de Salomone ut est figura Christi tm̄ dicit̄ Psal. lxxi. & dominabit̄ a mari usq; ad mare & a flumine usq; ad terminos orbis terrarū. & ideo solum uerificatur de Xp̄o ad litteram nō de Salomone cuius regnū fuit solum in Iudea: sed illud ꝙ dicit̄ de aliquo scđm se ut ē figura alterius illud uerificat̄ ad litteram de utroq; tn̄ p̄ncipaliter de illo cuius est illa figura: sicut de Salomone dicit̄. i. Paral. xxii. Ipse erit mihi in filiū & ego ero sibi in patrem quod uerificat̄ de Salomone & de Xp̄o cuius Salomon erat figura. sed principaliter de Xp̄o qui est naturalis filius dei. Salomon aūt fuit eius filius per adoptionē gratie saltem in p̄ncipio regni sui. Similiter dicendum est in ꝓposito: quia Antiochus illustris pōt dupliciter considerari: Vno mō ut est figura Antixp̄i tm̄: & sic illa que dicunt̄ de Antiocho uerificant̄ tantū ad litteram de Antixp̄o. Alio mō pōt accipi ut est figura Antixp̄i & cum hoc scđm se & sic illa que dicuntur de ipso uerificantur de utroq;. In hoc aūt ca. aliqua dicuntur de Antiocho p̄dicto duplici mō. & ideo diuiditur in duas partes: quia primo ponunt̄ ea que dicuntur de Antiocho scđm se & ut est figura Antichristi: & sic uerificant̄ de utroq;. Scđo ea que dicuntur de Antiocho ut est figura Antichristi tm̄ & sic uerificat̄ de solo Antixp̄o tm̄ ibi: & faciet Rex scđm uoluntatē suam. Prima in tres: quia primo ostendit q̄liter obtinuit regnū Syrie fraudulenter. Scđo agit de pugna Antiochi contra Ptolemeū suum nepotē ibi: & brachia. Tertio qualiter pugnauit contra filios Israel ibi: & reuertet̄. Circa primū sciendum ꝙ Antiochus Magnus de quo dictum ē habuit duos filios unū qui uocatus est Seleucus Philopater & fuit p̄mogenitus. Alius autē uocatus est Antiochus Epiphanes uel Illustris quod idem est: & iste traditus est Romanis obses pro suo tempore ne a fidelitate Romanoꝝ recederet. mortuo igitur Antiocho Magno: ut predictum est: successit ei in regnum Seleucus filius eius primogenitus de quo dictum est hic: ꝙ fuit uilissimus & indignus honore regio propter inertiam suam. igitur Antiochus Epiphanes qui erat Rome obses audita morte patris sui & sciens īertiam fratris sui regnantis occulte recessit de Roma sine scitu Romanorū ut cōmuniter dicūt historiographi. Aliqui autē dicūt licet pauci ꝙ recessit de licentia Senatorū non tn̄ est uis qualiter recesserit siue sic siue sic. Veniens igitur in Syriam ubi regnabat frater suus cepit simulare benignitatē erga ciues & audaciam contra hostes & per hoc attraxit multos ad se ꝓpter qđ fratre suo mortuo qui parū regnauit: ut dictum est: obtinuit regnum eius: & nepotē suū. s. filiū fratris sui priuauit regno sibi debito: & hoc est qđ dicitur hic: & stabit in loco eius. s. Seleuci: despectus. i. Antiochus Epiphanes qui dicitur hic despectus: quia fuit Rome obses. & nō tribuet̄ ei honor regius in p̄ncipio: quia pater suus Antiochus

Magnus declarauit in testamento suo sibi succedere in regno Seleucū quia tunc erat consuetudo ꝙ pater preferebat ī regno suo de filiis suis quē uolebat. & ueniet clam. i. occulte: quia de Roma occulte recessit: ut iam dictum est. & obtinebit regnū in fraudulentia: quia obtinuit regnū post fratrē suum ꝑ simulationes p̄dictas. Et brachia. Hic consequenter ostenditur q̄liter pugnauit contra Ptolemeū philometorē nepotē suum Cleopatre sororis sue p̄dicte & Ptolemei Epiphanis Regis Egypti. Et diuidit̄ in duas partes scd̄m duas inuasiones quas fecit contra Egyptū. Scd̄a ibi: & conculcabit̄. Circa primū sciendum ꝙ Antiochus Epiphanes Rex Syrie simulauit se zelare pro nepote suo Rege Egypti adhuc tñ puero: & ideo quasi sub titulo tutoris accepit ciuitates quas Reges Egypti ꝓpe regnum Egypti acquisierant quas cum Principes Egypti nomie pueri repeterent Antiochus negauit reddere ideo inter ip̄m & Regē Egypti adhuc puerū guerra mota est. sed Duces Ptolemei Regis Egypti uententes contra Antiochum deuicti sunt: & p consequens puer ꝓ quo pugnabant. sed postea Antiochus simulauit se totum fecisse amore pueri tanq̄ sibi magis propinquus utpote suus auūculus: & hoc fecit fraudulenter ut posset melius ingredi Egyptū & obtinere diuitias illius regni. & hoc est qd̄ dicitur hic. & brachia pugnantis. i. Duces Ptolemei Philometoris qui pugnabāt ꝓ eo. expugnabunt̄ a facie eius etc. quia deuicti sunt ab Antiocho. Insuper & Dux federis. i. Ptolemeus Philometer cum quo Antiochus eius auūculus simulabat facere fedus p̄ncipaliter. cōtritus est ab eo supple quia ut dictum est deuictis principibus pueri & puer quodam mō deuictus est. Et post amicicias cum eo faciet dolū. quia ut dictum est simulauit se p̄dictum fecisse amore nepotis sui quasi melius custodiret res suas q̄ homines extranei: hoc tñ dolose simulabat: ut ingredi posset Egyptū ad ip̄m spoliandum. & hoc est qd̄ dicit̄: & ascendet. s. in Egyptū & supabit in modico populo: quia Egyptii nō timebant sibi ab eo credentes ꝙ intrasset ꝓ bono nepotis sui Regis Egypti. & abundantes & uberes urbes ingredietˉ: spoliando eos. & faciet que non fecerūt patres eius etc. quia p̄decessores sui. s. Reges Syrie nō aspor/tauerunt spolia Regis Egypti: licet aliqua extrinseca illius regni depredati fuissent sicut fecit Antiochus Magnus ut usum est. & cōtra firmissimas cogitationes inibit. s. consiliū: quia astutia sua & fraude decepit sapientes Egypti ubi tūc uigebat sapiētia. & hoc usq; ad tēpus. q. d. nō diu durabit: quia inde postea fuit turpiter expulsus. uel aliter: usq; ad tēpus. s. Antixp̄i in quo ista complebunt̄ ꝑfectius: quia Antiochus fuit figura Antixp̄i. Et concitabitur. Hic describitur scd̄a inuasio quā fecit Antiochus contra Egyptū: quia Ptolemeus puer creuit: & sic p̄parauit se ad p̄lium contra auū/culum suum. Iste tñ Antiochus semp dolose agebat & ideo uidens nepotē suū habere fortem exercitū: ꝓpter quod timens deuinci traxit ad se muneribus aliquos de gente Ptolemei per quos ipedita fuit uictoria Ptolemei contra Antiochum. & fecerūt pacē simulatā tm̄: quia unus cogitabat malum contra alterꝝ. & hoc est qd̄ dicit̄ hic: & cōcitabit̄ fortitudo eius & cor eius. i. Antiochi Regis Syrie. aduersus Regem austri. i. Egypti nepotē suū. Et Rex austri. i. Ptolemeus Rex Egypti iam factus adultus. prouocabit̄ ad bellum multis auxilius & fortibus nimis: contra Antiochum auūculum suum. & nō stabunt: quia inibunt aduersus eum consilia: quia aliqui de gente Ptolemei non steterūt firmiter cum eo: sed induxerūt eum ad faciendum pacem conducti ad hoc ab Antiocho: ut dictum est: & hoc est qd̄ dicit̄. & comedentes panem cum eo cōterent eū etc. quia occasióe pacis simulate multi de exercitu Regis Egypti postea sunt interfecti. duorū quoq; Regum cor erat ut malefaciāt: quia ut dictum est pax fuit tm̄ simulata & ideo unus cōtra alterꝝ cogitabat malum in corde suo. & ad mensam

unam mendacium loquenť. quia ad ſimulationē maioriſ pacíſ comedebant adinuicem & uerbiſ mendacibuſ nitebantur ſe decipe mutuo. & nó ꝓficient: quia unuſ nó poterit alterú totaliter ſubuertere ſicut cogitabant: quia adhuc finiſ. ſ. negocii inter ipſoſ: in aliud tēpuſ erit. uel aliter: quia adhuc finiſ. i. fraudulentia & malicia Antiochi magiſ implebitur in Antixp̄o cuiuſ Antiochuſ eſt figura. Et reuertetur. Hic conſequenter oſtendit q̄liter Antiochuſ Epiphaneſ ipugnauit filioſ Iſrael. Et diuidit i duaſ parteſ ſcd̄m q̄ duplex fuit ipſiuſ impugnatio contra eoſ. Scd̄a ibi: ſtatuto tempore. Circa primú ſciendum q̄ Antiochuſ reuertenſ de Egypto poſt primam inuaſionē Egypti intrauit Hieruſalem Menelao ductore & aliſ qui ei fauebāt. & fecit ibi multa mala ſed non tanta quanta fecit poſtea. & hoc eſt quod dicitur hic. & cor eiuſ. ſ. Antiochi aduerſum teſtamentú ſanctum. i. Iudeam & Hieruſalem. ubi dei teſtamentú ſeruabatur. & faciet ibi. ſ. multa multa. & reuertetur in terram ſuam. hoc eſt in Syriam. Statuto tempe. Hic deſcribit ſcd̄a eiuſ ipugnatio cótra filioſ Iſrael. Ad cuius euidentiam ſciendum q̄ Antiochuſ Epiphaneſ aliquo tempore uolenſ intrare Egyptú inde repulſuſ eſt per. M. Publium. miſſum ad hoc a Senatu Romanorum. quibuſ Rex Egypti erat confederatuſ: qui quidem. M. Publiuſ cú inueniſſet Antiochum i littore mariſ. precepit ſibi: ut diſcederet ab amiciſ Romanoꝝ. & eſſet cótentuſ regno ſuo. túc Antiochuſ petiit ſup hoc conſilium & deliberationē. túc. M. Publiuſ fecit circulum in arena cú baculo quē manutenebat in circuitu Antiochi dicenſ Senatuſ p̄cepit ut reſpondeaſ anteq̄ de iſto circulo exeaſ túc Antiochuſ non audenſ p̄terire mandatú Senatoꝝ duxit eē obediendum: & ſic triſtiſ reuertenſ in Hieruſalem fecit illa mala que dicunt. i. & .ii. Mach. & hoc eſt qd̄ dicit hic: ſtatuto tempe reuertet & uenıet Antiochuſ. ſ. ad auſtrum. i. ad Egyptú capiendum. & non erit p̄ori ſimile nouiſſimú. quia tunc nó ſpoliauit Egyptum ſicut in p̄ma uice: ut ſupra dictum eſt: ſed magiſ inde repulſuſ eſt turpiter per legatú Romanorú. & hoc eſt qd̄ dicit hic. & uenient ſup eum trieres & Romani. i. exercituſ Romanuſ in nauibuſ. & percutiet nó morte ſed quia deiectuſ fuit a ſua intentione: ut uiſum eſt. & reuertet ab Egypto. ſ. & indignabit cótra teſtamentú ſanctuarii. i. cótra Hieruſalem. & faciet ibi multa mala. & reuertet. hoc dicit quia iam fuerat ibi aliaſ. & cogitabit aduerſum eoſ qui reliquerút teſtamentú ſanctuarii. quia etiā illoſ iudeoſ quoꝝ conſilio uenit cótra Hieruſalem q̄ erāt legiſ tranſgreſſoreſ interfecit Antiochuſ motuſ cupiditate theſaurorum qui erant in templo. & brachia ex eo ſtabant: quia poſuit Macedoneſ in arce que erat in Hieruſalem: ut habetur. i. Mach. ca. i. ne ciuitaſ poſſet contra eum rebellare. & polluent ſanctuariú fortitudiniſ. i. tēplum in quo deuſ qui ē fortitudo colebat: quia ibi p̄cepto Antiochi facte ſunt are idolorú & facta ſunt p̄ſtibula. & auferent iuge ſacrificiú: quia per. vi. ānoſ ſacerdoteſ Iudeorú nó poterant ibi offerre conſuetú ſacrificiú. & dabūt abbominationē in deſolationem. quia ibi poſuerunt idolum Iouiſ. Idolum autē apud Hebreoſ nominat abominatio. & hoc fuit occaſio maxie deſolationiſ ipſiſ Iudeiſ q̄ poſitú fuit in templo. & impii in teſtamentú ſimulabunt. quia aliqui peſſimi de Iudeiſ ſimulanteſ ſe zelare p̄pter cultú dei populum Iudeoꝝ deceperūt. ſicut de Alcimo & ſuiſ ſocuſ dicit. i. Mach. vii. homo de ſemine Aaron uenıet nó decipiet uoſ & tñ ſtatim rupit iuramentú ut ibidem dicit. & fecit peiuſ Iudeiſ q̄ gentileſ fecerant. Populuſ aút. Hic conſequēter deſcribit Machabeoꝝ cōſtantia in ſubſtinēdo turmenta ne facerēt contra legē ut patet de. vii. fratribuſ cú matre eoꝝ & multiſ aliiſ ut habet Mach. vii. & in debellando aduerſarioſ ut patet de Iuda Machabeo & fratribuſ eiuſ & ſotiſ eoꝝ & hoc eſt quod dicit hic. populuſ autem ſciens deú uerum. ſ. fide formata caritate.

obtinebit.i.perfecte tenebit legem & faciet multa cõtra aduersarios: ut patet de Iuda Machabeo & sociis eius. Et docti in populo docebunt plurimos. resistere aduersariis & tenere legem usq; ad mortem sicut fecit Mathathias ut habeẽ.i. Mach.ii. quomõ docuit filios suos certare usq; ad mortem pro defensione legis. & uenit in gladio & in flamma & ĩ captiuitate & rapina dieꝝ: quia illo tempe multi de filiis Israel interfecti sunt gladio & aliqui igne & aliq ducti sũt captiui: & aliqui bonis suis spoliati: ut patet manifeste.i.&.ii. Mach. cũq; corruerint subleuabunt̃ auxilio puulo: quia Mathathias & filii eius in psecutione Antiochi aliquã consolationẽ populo fecerũt. & applicabunt̃ eis plurimi fraudulenter. sicut de Alchimo iam dictum est. & sic de Nicanore dicit̃.i. Mach. vii. qui fecit amicitias cũ Iuda Machabeo postea uolebat eũ capere & de eruditis ruent: sicut patet de Iuda Machabeo & fratribus eius: qui in defensione legis & patrie mortui sunt: ut conflent̃ & eligant̃ & dealbent̃ p tribulationes que sũt magis accepte deo q̃ sacrificia: ut supra dictum ẽ. ca.iii. & hoc usq; ad tẽpus prefinitũ scilicet a deo hoc est usq; ad finem mundi: quia usq; tũc sancti sustinebũt tribulatiões malorũ. quia adhuc & aliud tempus erit: in quo. s. oĩa ista pfectius complebunt̃. s. tempus psecutionis Antixp̃i qui erit caput omniũ malorũ & cuius figura fuit Antiochus. Et quia dictum ẽ q̃ ea que sunt de Antiocho dicta usq; huc nõ solum sũt dicta de eo scd̃m se: sed cum hoc ut est figura Antixp̃i. Ideo est ibi duplex sensus litteralis. Vnus de Antiocho qui dictus ẽ Epiphanes. Alius de Antixp̃o ad quẽ p̃dicta possũt de facili applicari. De Antiocho tria dicta sunt in generali. Primũ est q̃liter obtinuit regnũ fraudulenter ibi: & stabit in loco suo despectus etc. & hoc pfectius uerificat̃ de Antixp̃o qui maius dominiũ obtinebit non propter nobilitatẽ generis sed magis per fraudulentiam & sic põt et applicari illa littera. Scd̃m q̃ dictum est de Antiocho est qualiter pugnauit cõtra Regẽ Egypti.& hoc notat̃ ibi: & brachia pugnantis cõtra quẽ pugnauit duplici uia. s. fraudulentia & armorũ potentia ut usum est. & istud pfectius complebit̃ in Antixp̃o: quia Rex Egypti erit unus de tribus qui p̃mo supabuntur ab eo: ut dictum est supra. vii. ca. non est dubiũ q̃ cõtra eum utetur maiori fraude & potentia q̃ Antiochus fecit.& ppter hoc tota illa littera põt de facili applicari Antixp̃o & maxime illud quod ibi dicitur: & faciet quod non fecerũt patres eius & patres patrũ eius: quia nullus de Regibus totius mundi fecit uel faciet talia qualia facturus est Antixp̃us sed multi Reges qui p̃cesserunt Antiochum fecerũt maiora. ut patet de Alexandro Magno a quo descendit regnum Antiochi: ut supra dictum est. Tertiũ aũt qd̃ dictum est de Antiocho est q̃liter pugnauit contra filios Israel. & reuertetur in terram suã etc. ubi dictum est quomõ filios Israel multipliciter afflixit & a cultu ueri dei quantũ potuit: auertit. & quomõ multi de populo Israel constanter mortem & tribulationes sustinuerũt & hoc multo fortius implebitur in Antixp̃o qui sine cõparatione erit maior p̃secutor Ecclesie q̃ ille fuerit Synagoge & multo plures per eũ a fide auertentur & multo plures in fide stantes cruciabuntur q̃ p Antiochũ. Et ideo tota ista littera põt de facili ad ip̃m applicari. sed ppter plixitatem uitãdam omitto p singula uerba discurrere. Et faciet Rex etc. Hic autem ponuntur ea que dicuntur de Antiocho put fuit figura Antixp̃i tm̃: quia non uerificantur de ipso ad litteram sed tm̃ de Antixp̃o. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur p̃cessus Antixp̃i contra deum. Scd̃o cõtra colentes ip̃m ibi: & multiplicabit gloriam. Primum ost enditur dupliciter. s. in cõtemptu blasphemie: & in cultu idolatrie ibi: deum autem Maozim. Primo igitur dicitur sic cõtinuando litteram littere immediate p̃cedenti ubi dictum est. Adhuc aliud tempus erit scilicet tempus Antixp̃i ut dictum est. Et faciet

Rex.i. Antixp̃us iuxta uoluntatẽ suam: quia malicia sua perducetur ad effectum. & eleuabitur & magnificabit̃ aduersus omnem deum. scd̃m qd̃ dicitur. ii. Thes. ii. nisi uenerit discessio primú & reuelatus fuerit homo peccati filius ꝑditionis qui extollitur super oñe qd̃ dicit̃ deus aut qd̃ colitur ostendens se tanq̃ sit deus: & ideo ista littera non pót exponi nisi de eo. Antiochus enim Epiphanes nó eleuauit se contra omnẽ deú: immo idolum Iouis coluit & in templo Hierosolymitano posuit. & Iudeos ad cultum illius quantú potuit induxit: ut legit̃. i. Mach. & .ii. & aduersus deos deorú loquetur magnifica. quia Antixp̃us cótumelias contra deum celi loquet̃: quia ostendet se tanq̃ sit deus quia ut dicit Apos. & iam allegatum est: & dirigetur: quia ad effectum intentú eius ꝑducetur malicia: quia sedebit in templo tanq̃ sit deus non tamen diu: ꝑpter qd̃ subdit̃: donec compleatur iracundia. s. dei super eum quádo uirtute eius morie t̃ subito ut dicunt doctores & Apostulus. ii. Thes. ii. quẽ dominus Iesus interficiet spiritu oris sui etc. perpetrata quippe est diffinitio. q. d. determinatú est in dei prescientia & ideo ita certum est de futuro ac si iam esset factum de ꝑterito. & deum patrum suorú non reputabit. quia Antichristus nascetur de Iudeis uel Xp̃ianis qui deum celi adorant: & Antixp̃us eius cultum auferet: & sibi usurpabit ut dictum est. patet etiã ꝙ ista littera non pót exponi de Antiocho q idola Grecie coluit sicut patres sui & ad ipsa adorãda Iudeos induxit in Hierusalem ut dictum est & similiter Samaritanos qm̃ templum qd̃ erat in monte Garizim Ioui dedicauit: ut habetur. ii. Mach. vi. & erit in concupiscentiis feminarú. quia licet Antixp̃us finget castitatẽ exterius ut facilius decipiat: nõ tamen erit uere castus ut dicunt aliqui: quia erit plenus oñi malicia & ꝑ consequens erit luxuriosus ꝑpter qd̃ significat̃ per bestiam ascendentẽ de abysso Apo. xvii. In bestia aút significat̃ carnalis lasciuia: ꝑpter qd̃ Philosophus. i. Ethicoꝝ uitã carnalem seu uoluptuosam uocat uitam bestialem. nec quenq̃ deoꝝ curabit. hoc patet uerú de Antixp̃o ex predictis & falsum de Antiocho: cum subdit̃: quia aduersum uniuersa consurget. i. contra deum & homines quia Antixp̃us consurget contra oñes homines eos subiciendo & contra deum eius cultum sibi usurpando. sed neutrum uerificatur de Antiocho: quia Iouẽ coluit: & Romanis subiectus fuit: ut patet ex predictis & ideo non surrexit contra uniuersa. Deum autem Maozim. Hic ponit̃ ꝓcessus Antixp̃i contra deum per cultum Idolatrie. quia licet se faciat adorari sicut deum in palam & omnem cultum auferat ab alius ut dictum est: tamen demonem ꝓuatum quem habebit occulte adorabit cuius uirtute & auxilio faciet illa mirabilia: que facturus est: deo tñ permittente. & hoc est qd̃ dicitur: deum autem Moazim etc. Moazim interpretat̃ presidia. sic enim uocabit̃ demon eius ꝓuatus quia ab eo habebit presidium & auxilitú. Vel aliter presidiú dicit̃ locus construẽdus ab Antixp̃o ubi colet illum deum occulte. & deum quem ignorauerút patres eius. Ibi accipitur & ꝑ id ẽ deum quem ignorauerút Iudei uel Xp̃iani ex quibus descendet Antixp̃us. colet auro & argento etc. quia in illo loco reponet Antixp̃us diuitias p̃ciosas tanq̃ in loco secretissimo & fortissimo. Vñ sequitur. Et faciet supple hoc qd̃ dictum est: ut muniat Moazim. i. locum illum ubi adorabit demonem occulte. Ideo dicit: cum deo alieno quem cognouit ꝑ familiaritatẽ & pacta cum eo inita: quia habebit pacta cum illo demone sibi priuato: qui tamen debet esse alienus ab oñi homine. Et multiplicabit. Hic consequenter ponit̃ ꝓcessus Antixp̃i contra colentes deum qui erit in exaltatione malorꝝ qui ei obedient & in ꝓsecutione bonorum qui ei resistent: & hoc est qd̃ dicitur hic: & multiplicabit gloriam. s. obedientibus sibi eos exaltando. & dabit eis potestatem in multis: non dicit in oñibus: quia nullum faciet sibi equalem. & terram diuidet gratuito. i. pro uoluntate sua suis

familiaribus. hoc autem nō potest dici de Antiocho qui parum aut nihil ultra regnū Syrie tenuit: quia si aliqua alia tenuit ad tempus Iude electus fuit: quia repulsus de Egypto ut supra uisum est & similiter de Perside: ut habetur. 1. Mach. vi. Similiter homines fuerunt electi de Iuda p Machabeum & fratres eius. Et in tempore pfinito. Hic describit persecutio bonorū per Antixpm: quia in principio subiciet sibi Regē Egypti ubi tunc uigebit fides: & hoc est q dicit: & in tempore prefinito. s. a deo qui futura preuidet & ordinat. priuabitur aduersus eum Rex austri. i. Egypti. & quasi tempestas ueniet contra illum Rex aquilonis. i. Antixpus hic designatus p Antiochū qui fuit figura eius: ut dictum est. Sequit: & ingrediet terras & conteret: quia Rex Egypti erit unus de primis contritis ab Antixpo: ut uisum est ca. viii. & introibit in terram gloriosam. i. Iudeam que dicitur gloriosa propter mirabilia ibi facta a deo & ppter opera nostre salutis ibi facta a Xpo. & multe corruent. i. multe terre & urbes & gētes subicient Antixpo. He aūt sole saluabunt de manu eius. s. Edom & Moab & Principes filiorum Ammon. hoc aūt diuina misericordia fiet: quia sancti habebūt illuc aliquod refugiū tempore Antixpi quod fiet ppter minus fortes quia nō auderēt se opponere Antixpo. Ex ista aūt littera patet q hoc nō pōt exponi de Antiocho: quia omnes gentes & terre non fuerunt sibi subiecte exceptis iis tribus. & mittet manū suam in terras. quia ad illas terras ubi Antixpus psonaliter non accedet nūmos mittes. & terra Egypti nō effugiet etc. quia illa erit de primo subiectis Antixpo: ut uisum ē. per Libyam quoq; & Ethiopiam transibit. quia ista duo regna similiter subiicientur Antixpo: hoc aūt nō pōt dici de Antiocho quia istas terras nō legit intrasse. & fama turbabit eum etc. quia fama sanctorū nolentiū Antixpo obedire turbabit eum. uel forte fama aliquos Regum fideliū ei resistere uolentiū. Sequit: & uenier in multi/ tudine magna. quia habebit maximū exercitum. ut conterat & interficiat plurimos. omnes. s. nolentes ei obedire. & figet tabernaculum suum Aphedno inter maria. scd'm Hieronimum Aphedno idem est q Emaus qui locus est inter mare mortuum & mare mediterraneū. sup montē inclytū & sanctum: montē Oliueti uel montē Sion: qñ. n. Antixpus ponet tabernaculum suum in Emaus ponet ipm quodam mō sup montem Oliueti uel Sion qui sunt montes ppinqui distantes solum p miliare quia ab Emaus incipit mōtana Hierusalem. & uenier usq; ad summitatē eius. quia Antixpus ueniet in montē Syon in loco ubi fuit templum ut ibi sedeat usq; ad summitatē montis Oli/ ueti. Vnde ascendit Xpus in celum tanq̄ ascensurus in altum uirtute demonis ipsum portantis. & nemo ei auxiliabit: quia uirtute diuina ibi subito interficietur: scd'm q dicit Apos. ii. Thes. ii. Quem dñus Iesus interficiet spiritu oris & destruet illustratiōe aduentus sui. Ex hoc aūt loco patet similiter q nō pōt exponi de Antiocho: quia nō fuit mortuus inter maria nec sup montē sanctum sed redeundo de Perside: ut habet ꝓmo Mach. vi. & . ii. Mach. ix. Porphyrius tñ extorte & ficticie expōit hoc de ipo Antiocho dicens q mortuus est in quodam monte qui nominat Ephiduo & est situs inter duo magna flumia. s. Euphraten & Tigrin que dicunt hic maria. similiter mōs ille dicit inclytus & sanctus quia gentiles ibi colebant deos suos hoc aūt totum patet ficticiū: quia non inuenit in scriptura aliquis mons sic uocatus in Perside. similiter q flumina dicantur maria est extra consuetudinē scripture: licet aliqñ scriptura nolet stagna magna habentia magnā congregationē aquarū maria. Similiter q mons ubi colebantur idola dicatur inclytus & sanctus ab angelo qui loquebatur Danieli manifeste est falsum immo magis diceretur ꝓphanus. Sic igitur patet q licet in littera preaccepta usq; ad locum illum. & faciet Rex iuxta uoluntatem suam. sint aliqua que

possent applicari Antiocho tamen multa interserunt que nó possunt uerificari de eo ut uisum est: & ideo coguntur exponere per hoc de Antixpo totam litteram sequentē a loco supradicto.

.XII.

IN tempore autem illo. Postq descripta est uiolentia Antixpi contra electos: hic consequenter ponit finalis uictoria contra reprobos. & diuidit in duas pte. quia primo ponitur principalis intentio. Sco subiungit utilis institutio ibi: tu autem Daniel. Circa primū duo facit: quia primo ostendit conatum angelorū ad tuitionem fidelium. Sco describit cōditionē & gradus resurgentiū ibi: & multi de his qui dormiūt. Circa primū cōsiderandum q conatus angelorū circa fideles tempore Antixpi erit necessarius ad duo. s. ad fideliū defensionē: & aduersarii destructionē: quia licet Antixpus uerbo Xpi dei sententia interficiatur: ut dictum est: hoc tñ erit autoritatiue. sed per Michaelem qui ē Princeps Ecclesie sicut fuit antiquitus Princeps Synagoge hoc fiet executiue. & hoc est q dicit hic. In tempore aūt illo. s. Antixpi qñ. s. angeli mali conabunt omēs corrumpere & a fide subuertere etiā electos si fieri posset ut dicit in Euangelio: consurget Michael etc. ad fortificandum electos per se & per angelos sibi subditos. Sequit: & eriet tempus quale nō fuit etc. ppter magnitudinē tribulationis que futura est ab Antixpo qualis nunq fuit a pncipio mundi usq; tunc: ut dicit Mat. xxiiii. per hoc patet q male exponit Porphyrius hunc locum de psecutione Iudeorū sub Antiocho: quia maior fuit illa que fuit sub Habuc. & intensiue: quia destruxit ciuitatē & templum & magnā partē populi occidit: reliquā uero cum Rege Sedechia captiuam duxit exceptis quibusdam personis pauperibus & utilibus quas dimisit ad colendum terram: ut patet. iiii. Reg. xxiiii. Similiter extensiue: quia durauit p. lxx. annos. De afflictione autem que facta est populo Israel p Titum & Vespasianū non est dubiū quin fuerit maior q̄ illa que fuerit facta ab Antiocho. & in tempore illo saluabit populus tuus. Illi dicunt esse de populo Danielis qui sūt uere saluabunt de tribulatione Antixpi: quia propter electos abbreuiabunt dies psecutionis Antixpi: ut habet Mat. xxiiii. Et multi. Hic consequēter describit cōditio & gradus resurgentiū. & diuiditur in duas partes: quia primo tangit gradus resurgētium quantū ad electos & reprobos. Sco tangit diuersos gradus electorū ibi: qui aūt docti. Circa primū sciendum q licet omēs resurgant tam boni q̄ mali tñ diuersimode: quia aliqui resurgent ad gloriā. s. electi. Alii aūt ad penā. s. reprobi. & hoc est quod dicit: & multi de his qui dormiūt in puluere terre euigilabunt: resurgentes a morte. nó enim loquitur de dormitione somni sed mortis: qd patet p hoc q dicit: qui dormiūt in puluere terre. per hoc q dicit. multi: intelliguntur omēs: ut dicit Augs. & hic modus loquendi bene inuenitur alibi in sacra scriptura. Vel aliter dicit multi ppter pueros damnatos qui licet resurgant non tñ dicuntur ppie euigilare: quia non sunt habituri sensum pene uel glorie. Vigilia aūt est solutio sensus. Alii in uitam eternā. s. electi. Alii in obprobriū. s. reprobi: qd obprobriū erit etiā sempiternū. ppter qd subditur: ut uideant semp. s. obprobriū siue damnationis. hunc etiā passum exponit Porphyrius & male de illis Iudeis qui se absconderūt i spelunc ppter persecutionē Antiochi & audita inde uictoria uenerūt ad ipm q̄si euigilantes de puluere terre. Alii ad uitam quantum ad obseruatores legis. Alii in obprobriū quantū ad puaricatores. Sed ista expositio patet manifeste falsa: quia omēs qui se absconderūt: & uenerunt ad Iudam

Machabeum modo predicto erant zelatores legis aliter non uenissent ad ipsum: sed obediuissent Antiocho. & tñ de istis dicitur ꝙ aliqui euigilabunt ad obprobriú ergo eius expositio est falsa: quia dicit ꝙ illi qui euigilauerút ad obprobriú erant ꝑuarica/ tores legis. similiter illi qui erant obseruatores legis qui scd̄m eum dicunt euigilasse ad uitā postea mortui sunt: & sic nó possunt dici euigilasse ad uitam eternā scd̄m ꝙ dicit hic. Ex qbus patet ꝙ ista littera non pót exponi nisi de resurrectione futura ꝑ per/ secutionē Antixpi. Qui aút docti. Hic consequenter tanguntur diuersi gradus electoꝝ qui erút q̄si diuerse claritates stellaꝝ scd̄m qd̄ dicit. 1. Cor. xv. Stella differt a stella in claritate: sic & resurrectio mortuorum etc. Illi tñ qui supeminent alius hic in uita & doctrina habebunt speciale premiú. s. aureolam doctorum: & ideo dicunt hic fulgere quasi splendor firmamēti. Alii aút qui ꝑ exempla bone uite inducút alios ad iusticiam quāuis nó sint doctores: dicunt fulgere q̄si stelle in ppetuas eternitates. Tu aút Da/ niel. Hic consequenter ponit utilis instructio ipsius Danielis & instruit eum angelus de duobus. primo de clausione uisionis. Scd̄o de duratione ꝑsecutionis ibi: & uidi ego. Circa primú aduertendum ꝙ diuina secreta nó sunt oñibus reuelanda: ꝓpter quod dicebat Saluator Mat. vii. Nolite sanctum dare canibus etc. i. obstinatis. similiter nec uulgaribus qui nó possunt talia capere ꝓpter qd̄ Xp̄us loquebat turbis in ꝑabolis sed discipulis exponebat oñia: ut dicit Mat. iii. ca. quia talia sút maioribus reuelāda. Daniel aút erat uir desideriorum: ut supra dictum ē ca. ix. ideo dignú erat ut sibi multa secreta reuelarent que tñ alii occultabant. & hoc est qd̄ dicitur hic. Tu aút Daniel claude sermones etc. q. d. diuina secreta tibi reuelata enigmatibus inuolue. & inexpo/ sita dimitte. & hoc ut maligni non habeant materiam deridendi. & studiosi habeant materiā se exercendi. Sequit: usq; ad tempus statutú. q. d. túc erút ꝑfecte manifesta qñ implebunt. ꝑtransibunt plurimi: legentes. s. librú istum: aliqui malignantes: aliqui deuote tractantes. & multiplex erit scientia. i. expositio circa ista. Et uidi ego. Hic scd̄o angelus instruit Danielem de duratione ꝑsecutionis Antixpi. & diuidit in duas partes: quia primo instruit eú de durationis summa. Scd̄o de eius terminis ibi: & cum cōpleta. Tertio infert quandam conclusionē ex p̄dictis ibi: tu aút Daniel. Ad euí/ dentiā prime partis aduertendum ꝙ Daniel uidit hanc uisionē iuxta fluuiú Tigris: ut dictum est. x. ca. Apparuerunt aút sibi tres angeli duo stantes ex una parte flu/ minis: & isti duo erant angelus Persarú & angelus Grecoꝝ: quia Grecia est ab occi/ dentali parte illius fluminis: regnú autem Persidis magis in oriente. Tertius angelus apparebat q̄si stans sup fluuiú: & ille erat Gabriel & loquebat Danieli instruens eum de duratione ꝑsecutionis Antixpi. & hoc est qd̄ dicit hic. Et uidi ego Daniel & ecce duo alii. dicit q̄si quia nó erant boies sed angeli apparentes in specie uiroꝝ. Sequitur: & dixi uiro. s. Gabrieli apparenti in specie uiri. qui erat indutus lineis: ad denotādum angelicā puritatē. qui stabat sup aquas fluminis: ad designādum ꝙ potestas terrena est finaliter conculcanda. aque enī populos significant: scd̄m ꝙ dicitur Apoc. xvii. aque multe populi multi. Vsq; quo finis horū mirabiliú. i. quanta erit duratio ꝑsecu/ tionis Antixpi p̄dicte. & audiui uirú etc. i. Gabrielem in specie uiri apparentē. cum eleuasset dexteram etc. ad maiorē affirmationē sui dicti: quia in tempus & tēpora & dimidiú temporis. i. tm̄ durabit illa ꝑsecutio. s. per tres annos & dimidiú. tempus enim sumptú in singulari significat unú annú: ut supra habitú est ca. iiii. tēpus aút acceptú in plurali sine numero determinato stat pro binario scd̄m cōmunē modum Hebraicú & liber iste scriptus est Hebraice ab. viii. ca. usq; ad finem. dimidiú autem temporis significat dimidiú annú. & sic patet ꝙ ꝑsecutio Antixpi durabit ꝑ tres ānos & dimidiú

quantū durauit predicatio Xp̄i. Porphyriuſ aūt exponit tempuſ iſtud de p̄ſecutione Antiochi: ſed hoc patet manifeſte falſum: quia aut accipit p̄ſecutionē Antiochi a p̄ncipio quo intrauit Hieruſalem uſq; ad tempuſ quo mundatū eſt ſanctuariū p Iudam Machabeum & tunc patet eiuſ falſitaſ: quia illud tempuſ cōtinet. vi. annoſ: ut ſupra habitū eſt. viii. ca. ubi dicitur ſic. Vſq; quo ſanctuariū & fortitudo conculcabit̄. Et dixit angeluſ reſpondenſ ad hanc queſtionē uſq; ad ueſperam & mane dieſ duo milia trecenti. & mundabit̄ ſanctuariū, hoc etiam pōt p̄bari ex. i. Mach. i. ubi dicitur q̄ Antiochuſ Epiphaneſ ingreſſuſ eſt Nieruſalem anno. c. xliii. regni Grecoꝝ p̄ope finē anni illiuſ & ibidem. iiii. ca. dicit̄ q̄ ſanctuariū mundatū eſt anno. c. xlviii. p̄ope finē illiuſ anni. ſ. ix. menſe. xxv. die illiuſ menſiſ ut ibidem dicit̄ & ſic tempuſ intermediū fuit q̄ſi. vi. annorū. Si aūt Porphyriuſ acciperet p̄ſecutionē Antiochi nō a p̄mo ingreſſu eiuſ in Hieruſalem: ſed a die qua poſuit idolum Iouiſ in templo. & ſic uidetur Porphyriuſ intelligere: adhuc falſum dicit: quia Idolum illud nō fuit in templo p̄ treſ annoſ & dimidiū: ſed fuit ibi p̄ treſ annoſ p̄ciſe: ut dicit Ioſephuſ li. xv. Antiquitatū. Primo autē libro Mach. uidet̄ q̄ ibi fuit p̄. x. dieſ ultra treſ annoſ q̄d̄ p̄bat̄ ſic: quia in āno. c. xlv. menſe. ix. xv. die menſiſ poſitū eſt idolum p̄dictum in templo ut dicit̄ p̄mo Mach. i. & anno. c. xlviii. menſe. ix. xxv. die menſiſ purificatū eſt templum: ut habet̄. i. Mach. iiii. Dicendum q̄. xxv. die menſiſ. ix. obtulerūt ſacrificiū i tēplo purificato: ut dicit̄. i. Mach. iiii. ſed p̄. x. dieſ añ amouerāt idolum. quia bñ poſuerūt tm̄ tēporiſ ad purgandū tēplum. Iouiſ aūt idolum fuit amotū a p̄ncipio quo ceperūt templum edificare & ſic patet q̄ reuolutiſ tribuſ anniſ p̄ciſe eodem die amotū ē idolū q̄d̄ fuerat poſitū. Et cū cōpleta. Poſtq̄ angeluſ inſtruxit Danielem de ſumma durationiſ perſecutioniſ: hic eum inſtruit de termino ipſiuſ durationiſ. Et diuidit̄ in duaſ parteſ. quia primo inſtruit eū de termīo ad quē. Scd̄o de termīo a quo ibi: & a tpe. Terminuſ aūt ad quē finiet̄ duratio p̄ſecutioniſ Antixp̄i eſt eiuſ fulmīatio ſeu īterfectio. dicit igit̄ angeluſ loquenſ Danieli: & cū cōpleta fuerit diſperſio manuſ populi ſancti. i. Xp̄iani q̄d̄ erit q̄n̄ p̄pter atrocitatē p̄ſecutioniſ Antixp̄i nulliſ Xp̄ianuſ audebit apparere in publico. complebuntur uniuerſa hec. i. fulminabit̄ Antixp̄uſ. & ueniet reſurrectio mortuorū & iudiciū. Ego aūt Daniel audiui & nūc intellexi. quia licet intelligeret ueritatē in generali & in ſpeciali quantū ad multū nō tm̄ quantum ad om̄eſ circumſtantiaſ & determinataſ p̄ſonaſ: quia ſicut dictum eſt ueritaſ de futuriſ nō reuelat̄ Prophetiſ niſi ſcd̄m q̄ ē expediens ſcd̄m diuinā ordinationē. Et dixi dñe mi quid erit poſt hoc? uolebat enī Daniel pluſ ſcire quia uolebat ſcire finē mundi determinate. & ait. ſ. angeluſ reſpendenſ ſibi. uade Daniel. i. uadeſ uiā uniuerſe carniſ per mortē. & quia clauſi ſūt ſignatiq; ſermoneſ. q. d. nō mō ſcieſ nec ad te p̄tinet. hoc mō reſpōdet Saluator Actu. i. Non ē ueſtrū noſcere tpa uel momēta etc. Apoſtoli aūt fuerunt magiſ illuminati q̄ Prophete & ideo ſi ſcire finē mundi non p̄tinebat ad Apoſtoloſ ut dicit Saluator nec p̄ conſequenſ hoc cōpetebat Danieli. Ex hoc autem apparet fatuitaſ illorū qui uolunt ſcire finē mundi determinate & om̄ſ qui hec rēpta/uerint mendaceſ inuenti ſunt. Sequit̄: eligentur & dealbabuunt̄. ſ. electi in p̄ſecutiōe Antixp̄i & membrorū ſuorū uſq; ad finē mundi. & impii agent impie: ſcd̄m q̄ dicitur Apoc. xxii. Qui in ſordibuſ eſt: ſordeſcat adhuc. neq; intelligent om̄ſ impii. quia precludunt ſibi uiam intelligendi: ſcd̄m q̄ dicitur Sap. i. In maliuolā animā non intrabit ſapientia. porro docti intelligent. ſ. reuelationē p̄dictam quantū expedit. Iſti docti intelliguntur Apoſtoli & euangeliſte & alii deuote exercenteſ ſe in ſcriptura qui ſunt docibileſ deo. p̄ hoc patet q̄ intellectuſ huiuſ p̄phetie nō ē intercluſi bōiſ & deuotiſ.

ſed tantum maliuoliſ & impiiſ. Et a tempore. Hic autem angeluſ inſtruit Danielem de termino a quo accipiendi ſunt predicti treſ anni cum dimidio dicenſ. & a tempore cum ablatum fuerit iuge ſacrificium etc. id eſt a tempore illo quo ſacrificium altariſ ceſſabit celebrari ſollemniter. & poſita fuerit abominatio etc. id ē Antixp̄uſ exhibituſ hominibuſ ad adorandum ab illo inq̄ tempore. dieſ mille. cc. xc. qui faciunt treſ annoſ cum dimidio & .xii. dieſ ut patet conſideranti: quia unuſ annuſ habet dieſ. ccc. lxv. & ſic illud idem ſpaciū temporiſ qđ priuſ expreſſit per treſ annoſ cum dimidio: hic exp̄/mit per dieſ dictoſ: Sic igitur patet q̄ treſ anni cum dimidio perſecutioniſ Antichriſti non ſunt incipiēdi ab illo tēpore quo incipiet ſe oſtendere: & aliquoſ ad ſe attrahere: ſed ab illo tēpore quo iam erit tante poteſtatiſ q̄ ſe exhibebit adorandum hominibuſ. exquo fideleſ non audebunt in palam ſacrificiū conficere ꝓpter timorē eiuſ. Sequit: beatuſ qui expectat & peruenit ad dieſ mille. ccc. xxxv. hic ad numerū precedentem adduntur dieſ. xlv. qui poſt mortem Antichriſti dabuntur a deo ante iudicium: ut decepti in perſecutione Antichriſti poſſint penitere. & ideo dicitur: beatuſ qui puenit uſq; ad dieſ mille. ccc. xxxv. id eſt beatuſ qui in tribulatione Antichriſti ſtabit: que durabit per treſ annoſ cum dimidio ſiue per dieſ mille. ccc. xxxv. & adhuc ultra uiuet per. xlv. dieſ quia ſi non fuit deceptuſ per Antichriſtum ut perfectuſ coronabitur. ſi autem fuit deceptuſ poterit penitere in illiſ diebuſ. xlv. ſequētibuſ mortem Antixp̄i. quia tunc eiuſ falſitaſ erit omnibuſ manifeſta. & ſua poteſtaſ ablata. Licet autem hoc dictum ſit ſatiſ cōmune: tamen per hoc non habetur q̄ aduentuſ Chriſti ad iudiciū ſit futuruſ immediate poſt. xlv. dieſ naturaleſ computandoſ a morte Antichriſti. tamen quia non eſt certitudinaliter determinatum q̄ illi. xlv. dieſ ſint uſualeſ uel annaleſ: ſc̄m illud Ezech. iiii. diem pro anno dedi tibi. & dato q̄ eſſet determinatū de uſualibuſ tamen per hoc nō habetur q̄ poſt illoſ immediate ſit aduentuſ ad iudiciū. Immo uidetur q̄ futurum ſit magiſ ſpacium temporiſ intermedium per id quod dicit Mat. xxiiii. ſicut enim erant in diebuſ Noe ante diluuium comedenteſ & bibenteſ nubēteſ & nuptui tradenteſ uſq; in diem quo intrauit Noe in arcam & nō cognouerūt donec uenit diluuiū & tulit oēſ: ita erit aduentuſ filii hominiſ. Et iſtud referūt aliq doctoreſ noſtri ad tempuſ quod erit inter mortem Antichriſti & diem iudicii. taliſ aūt pax & ſecuritaſ in qua conuiuia & connubia exercentur non uidetur tam parui temporiſ eſſe ſicut. xlv. dierum ſed maioriſ. Et maxime ſi hoc eſſet determinatū. & hoc plentuſ dixi ſuper Ezech. xxxix. Ex dictiſ patet falſitaſ quorundam Iudeorum dicentium q̄ ponitur hic tempuſ: pro quo debent expectare Meſſiam futurum. & accipit hic dieſ pro anno ut dicunt: ita q̄ debent expectare per mille. ccc. xxxv. annoſ incipiendo computationem iſtorum annorū a tempore quo poſitum eſt idolum in templo. Contra hoc arguitur ſic: quia poſitio idoli in templo aut accipitur ab eiſ de idolo poſito tempore Antiochi Epiphaniſ qđ oportet dici ſecundum illoſ Iudeoſ qui predicta exponunt in hoc ca. de Antiocho: & tunc apparet falſitaſ eorum manifeſte: quia ab illo tpe uſq; nunc fluxerunt pluſ q̄ mille. cccc. anni: & tamē adhuc nō habent Meſſiā ut dicūt: aut accipitur de idolo poſito per Imparatorem Romanū poſt deſtructionē factam tempore Titi & tunc oporteret q̄ predicta in hoc ca. exponerent de Imparatore Romano & hoc non poteſt eſſe: quia illud qđ predictum eſt nec quenq̄ deo⁊curabit etc. non pōt exponi de eo: quia Romani deoſ omniū gentium colebant. Tu autem Daniel etc. Ex hoc patet q̄ euigilatio dormientium in puluere de qua dictum eſt circa principium huiuſ ca. intelligenda eſt de reſurrectione uera in fine mundi. & non accipitur pro exitu de cauernis tempore Machabeo⁊ ut dicit Porphyriuſ. quia

Daniel tunc non resurrexit hoc mó. Vltima duo capitula non sunt de canone ꝓpter
ꝙ ad presens illa dimitto. sed expositis libris canonicis ad alios non canonicos intendo
manum mittere: & tunc ponam ista duo ca. deo auxiliante sine quo nihil boni possu/
mus facere: cui est honor & gloria in secula seculorum amen.

Incipit postilla super libros. xii. Prophetarum

OVodecim Prophetarum ossa pullulant de loco suo. Eccl. xlix. Sicut in libro Psalmorú Psalmi a diuersis autoribus compositi in uno libro complectuntur: qui dicitur liber Psalmorum ut ibidem fuit plenius declaratum: sic prophetie. xii. Prophetarum in hoc libro reponuntur: qui dicitur liber. xii. Prophetarum: de quo potest accipi uerbum propositum. xii. Prophetarum etc. In quo duo notantur in generali: scilicet autorum qualitas cum dicitꝫ. xii. Prophetarum ossa pullulant. & libri huius unitas cum dicitur: de loco suo: quia hic coartantur quasi in uno loco. Circa primum in. xii. Prophetis quattuor fuisse notá/tur. numerus conuenies. xii. uisus inspiciens: Prophetarum. uirtus stabilies: ossa. & fructus prosilies: pullulant. Circa primum satis patet ex nomine ꝙ numerus duode/narius ex denario & binario componitur. per denarium uero. x. precepta decalogi. per binarium autem dilectio dei & proximi designatur. Isti Prophete decē precepta decalogi ex dilectione dei & proximi seruauerunt. & alios ad hanc obseruantiá effi/caciter induxerunt: ut patebit ex processu huius libri. ꝓpter qđ sub numero duode/nario conuenienter colligunt̄. & ideo in. xii. Patriarchis figurant̄. quia tanq̄ patres fideles populi ip̄m ad obseruantiam decalogi ex caritate dei & ꝓximi uerbis & opibus inuitarunt. Ideo de ipsis potest dici illud Gen. xxxv. Erant autem filii Iacob. xii. per Iacob qui supplantator interpretatur ipse deus omnibus presidens & sub pedibus suis tenens intelligitur. cuius filii per adoptionis gratiam fuerunt isti. xii. Prophete. & sic patet primú. Circa secundum considerandum est ꝙ sicut uisus corporalis stat ad superficiem uisi corporis & ultra non progreditur: sic intellectus naturali cognitione stat ad illud quod ex sensibilibus potest cognosci: nec ultra potest progredi. sed intel/lectus ꝓpheticus lumíe diuino confortatus progredit̄ ultra ad cognoscendum futura cōtingentia cordium occulta & similia sicut plenius fuit declaratum in principio libri Psalmorum. & ideo Prophete antiquitus appellabantur uidentes quia uidebant illa que aliis erant occulta: secundum ꝙ dicitur p̀mo Reg. ix. Qui enim Propheta dicit̄ hodie: uocabatur olim uidens. uerúmtamen quia hoc fiebat uirtute diuina: ideo dicit̄ epistola Petri p̀mo ca. Non uoluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. & sic patet scd̄m. Circa Tertiú sciendum ꝙ accipiendo generaliter Ecclesiam una est ueteris ac noui testamenti scd̄m quod dicit Greg. homelia. vii. Quis patrisfamilias similitudinem rectius tenet q̄ con/ditor noster? qui quos cōdidit sic possidet sicut dominus subditos i̇ domo qui habet ui/neam uniuersalem: scilicet Ecclesiam que a primo Abel iusto usq; ad ultimú electum qui in fine mundi nasciturus est quot sanctos protulit: quasi tot palmites misit. & sicut est una Ecclesia sic unú Ecclesie corpus. huius autem corporis robur tempore ueteris testam̄ti constitit in sanctis propter quod merito dicuntur ossa huius corporis & ideo in persona huius corporis. dicit mystice sanctus Iob. x. ossib̄ & neruis compegisti me. quia corpus Ecclesie ueteris testamenti compactum fuit & fortificatum per sanctos

Prophetaſ: qui pro ueritate fidei & morum conſtanter ſteterunt contra idolatraſ. & plureſ eorum per martyrium tránſierunt: ut Amoſ. Eſaiaſ. & plureſ alii: ideo merito dicuntur oſſa propter actum fortitudiniſ. & etiam nerui propter cónexionem caritatiſ. & ſic patet tertium. Circa quartum conſiderandum ꝙ. xii. Prophete non ſolum in uita uerbiſ & exempliſ fecerunt fructum opportunum: ſed etiam poſt mortem. & facient uſq; ad mundi finem per doctrinam eorum in hoc libro contentam: propter quod merito dicuntur cõtinuo pullulare: propter quod de quolibet illorum pót dici illud Ecc. l. ca. quaſi oliua pullulanſ & quaſi cypreſſuſ in altitudinẽ ſe extollenſ. per pullulationem oliue intelligitur fructificatio pinguediniſ gratie in uita preſenti. & ꝑ altitudinem cypreſſi conſecutio beatitudiniſ in futuro. & utrunq; conſequunt fideleſ uitam eorum imitando & doctrinam adimplendo. & ſic patet quartum: & per conſequens tota parſ prima. Circa ſecundam in qua notatur libri unitaſ conſiderandum ꝙ iſti. xii. Prophete uno ſpiritu fuerunt inſpirati: & ad unum finem ſimiliter ordinati: & adinuicem caritate uniti: propter qđ decẽter ſunt in eodem libro collocati quantũ ad eorum doctrinam quod notatur in unitate loci: cum dicitur: de loco ſuo. exquo poteſt exponi quod dicit Iob. xxviii. Auro locuſ eſt in quo conflatur in ſacra ſcriptura. per aurum intelligitur ſapientia que fuit in iſtiſ Prophetiſ & ſicut minera auri pluribuſ portionibuſ colligitur: & in una fornace ad conflandum ponit: & ſic in unã maſſam redigitur: ſic ſapientia diuina in iſtiſ pluribuſ Prophetiſ refulgenſ i hoc libro colligitur ad inſtructionem fidelium ut in preſenti deum cognoſcant per fidem: & in futuro per apertam uiſionem: ad quam noſ perducat qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculorum amen. .I.

Verbum domini. Liber iſte in. xii. parteſ diuiditur ſecundum. xii. Prophetaſ. & ſunt parteſ note. Prima autem parſ in qua continetur propheta Oſee diuidit in probemium & tractatum qui incipit ibi. Principiũ loquendi. In probemio oſtenditur Prophete genuſ cum dicitur: ad Oſee filium Beeri. & fuit iſte Beeri Propheta ſicut & filiuſ licet eiuſ prophetia non habeatur ſicut nec de multiſ aliiſ qui tamen in ſcriptura Prophete nominantur. habent enim Hebrei pro regula ꝙ quando in p̃ncipio alicuiuſ Prophete patriſ nomen exprimitur Prophetam fuiſſe intelligit. Scđo quantum ad tempuſ cum dicitur. In diebuſ Ozie Ioathan Achaz & Ezechie Regũ Iuda. temporibuſ enim iſtorum quattuor prophetauit. & in diebuſ Hieroboam filii Ioaſ. Iſte enim fuit Rex Iſrael & nominatur hic: quia regnauit cum Ozia Rege Iuda. xliii. anniſ. Principium. Hic incipit tractatuſ: & diuiditur in duaſ parteſ: quia primo prophetat non ſolum uerbiſ ſed etiam ſenſibilibuſ ſigniſ. Secundo ſimplicibuſ uerbiſ ca. iiii. Circa primam partem in qua continentur uirtualiter illa que poſtea ſequuntur conſiderandum ꝙ ſicut dicit Apoſtoluſ Ro. xi. Cecitaſ ex parte contigit in Iſrael ut plenitudo gentium intraret. & ſic omniſ Iſrael ſaluuſ fieret: quod implebitur circa finem mundi quãdo Iudei conuertentur ad Chriſtum generaliter detecta falſitate Antichriſti. Et ſecundum hoc Propheta tria facit. Primo enĩ denunciat futurã Iudeorum excecationem. Secundo gentium illuminationem ibi: & erit. Tertio Iudeorum finalem conuerſionem ca. iii. Prima adhuc in duaſ: quia primo tangitur Iudeorum captiuitaſ precedenſ Chriſti aduentũ. Secundo eorum cecitaſ in eiuſ aduẽtu: ibi: & concepit. Prima adhuc in duaſ: quia primo ponitur captiuitatiſ ratio. Secundo ipſa captiuatio ibi: & abiit. Circa primũ dicitur. Principiũ loquendi domino in Oſee: id eſt ad ipſum Oſee. & dicunt expoſitoreſ aliqui ꝙ dicitur hic: principium loquendi: ad denotãdum ꝙ dominuſ locutuſ ẽ priuſ ad Oſee q̃ ad reliquoſ Prophetaſ ſequẽteſ.

Sed hoc non uidetur bene dictum: quia Abdias est unus de sequentibus: & tamen ipse fuit homo perfectus a tempore Achab Regis Israel cuius fuit dispensator secundum omnes doctores Hebraicos & Latinos. A fine autem uite Achab usq; ad principium regni Ozie sub quo Osee cepit prophetare prout dicitur in textu: fluxerũt centum & duo anni ut potest defacili uideri .iii. Reg. numerando tempora Regum interme/diorum. & ideo nõ est uerisimile q̃ Abdias post istum cepit prophetare: sed magis añ: propter quod dicit Ra. Sa. q̃ istud: principium loquendi etc. refertur ad litteram se/quentem cum dicitur. Vade sume tibi uxorem etc. ita q̃ istud fuit primum q̃ dominus locutus est ad Osee. uxorem fornicationum. dicunt aliqui q̃ ista mulier quã accepit Propheta in uxorem prius erat meretrix publica: & q̃ris utile esset eam accipere Pro/pheta tamen se humiliauit in hoc uolens deo obedire sicut Esaias q̃ris esset de genere regio tuit tamen nudus & discalciatus ut obediret deo Esd. xx. Dicit Hieronimus in prologo q̃ hec mulier non fuit fornicaria fornicatione corpis: sed fornicatione mẽtis quia erat idolatra: & gentilis. & hoc uidetur uerius: quia per hoc signum magis corre/spondebat signato: scilicet idolatrationi populi future que per hoc significabatur: se/cundum quod postea dicitur: quia fornicans fornicabitur terra a domino. & fac filios fornicationum. In Hebreo habetur. accipe tibi uxorem fornicationum & filios for/nicationum: id est accipe cum matre filios quos ante habuit: ita q̃ accepit matrem in uxorem: & filios adoptauit. Filii enim quos genuit in ea post q̃ fuit eius uxor nõ po/terant dici filii fornicationum fornicatione corporali: sed legitimi erant. nec forni/catione idolatrie: quia Propheta non permisisset. & ideo quod dicitur in translatione nostra. fac filios fornicationum: sic est exponendum filios fornicationum fac tuos p̃ adoptionem. quia fornicans fornicabitur terra: scilicet. x. Tribuum & duarũ a dño. & dicit fornicans fornicabitur reduplicãdo: ad denotandum multiplicationẽ idolatrie que facta fuit illo tempore in utraq; terra: propter quod regnum. x. Tribuum p̃mo fuit captiuatum sub Osee .iii. Reg. xvii. & post regnum duarum Tribuũ sub Se/dechia .iii. Reg. ultimo. Et sic patet q̃ in hac parte ponitur captiuitatis ratio: scilicet idolatrie multiplicatio. Et abiit. Hic consequenter ponitur. x. Tribuum captiuatio que fuit prima: & postea subdetur de captiuatione duarum Tribuum que fuit sc̃da: hec tamen pars primo diuiditur: quia primo ponitur captiuitas. Secundo eius diuitur/nitas ibi: & concepit. Circa primum dicitur: & abiit: prompte deo obediens. & accepit Gomer: nomen est mulieris quam accepit in uxorem. filiam Debelaim: ita q̃ de non est hic prepositio ut aliqui dicunt: sed est nomen proprium patris huius mulieris uel loci unde fuit nata: sicut frequenter in scriptura dicunt filie Hierusalem mulieres inde nate. & concepit de Propheta. uoca nomen eius Iezrael: quia captiuationem regni decem Tribuum per ipsum uolebat significare eo q̃ Iezrael erat ciuitas regia: quia tñ ista punitio a Zacharia ab nepote Hieu incepit: ideo subditur: & uisitabo: id est pu/niam seu uindicabo. sanguinem Iezrael id est sanguinẽ innoxium effusum in Iezrael quod exponunt aliqui de sanguine Naboth ibi: effuso: ut habetur .iii. Reg. xxi. sed huic dicto obuiat quod subditur: super domum Hieu: quia domus eius nõ fuit punita propter sanguinem Naboth. sed magis exaltata eo q̃ Hieu in uindictam sang uinis Naboth deleuit domum Achab propter quod & propter occisionem sacerdotũ Baal dominus dixit ad eum .iii. Reg. x. quia studiose egisti quod erat rectum & placebat in oculis meis & omnia que erant in corde meo feciſti contra domũ Achab filii tui usq; ad quartum thronum sedebunt super thronũ Israel. sed quia Hieu postea fecit malũ contra dominum: ut ibidem habetur & filii eius post eum: ideo istud malum dicitur hic

ſanguiſ Iezrael: & quia iſti uel eorú aliqui innocenteſ occiderũt: & hoc dicit̃ uindicari ſuper domum Hien quod fuit impletum in Zacharia eiuſ abnepote : ut habetur. iiii. Reg. xv. & extunc multum fuit afflictum regnum Iſrael quouſq; fuit captiuatũ p Regeſ Aſſyriorum ſcilicet Teglatphalaſar & Salmanaſar: ideo ſequitur: & quieſcere faciam regnum domuſ Iſrael. Oſee eiuſ Rege captiuato. & in illa die: id eſt illo tpe. conteram arcum Iezrael: quia tunc debellati fuerunt ab Aſſyriiſ. Et concepit. Hic conſequenter ponitur captiuitatiſ diuturnitaſ per nom̃ filie nate: cum dicitur: uoca nomen eiuſ abſq; miſericordia. Ideo ſubditur: quia non addam ultra miſereri domui Iſrael: ultra differendo eiuſ captiuitatem. ſed oblitione obliuiſcar eorum: dimittendo in captiuitate ſicut dimittitur reſ data oblitioni. Vnde etiam ſecundum Hebreoſ illa captiuitaſ non eſt adhuc reuocata. & domui Iuda miſerebor. eiuſ captiuitatem diffe/rendo : quia propter merita Ezechie qui regnauit tempore Oſee populuſ Iuda fuit ſaluatuſ de manibuſ Sennacherib miraculoſe. Ideo ſubditur: & ſaluabo eoſ in domino deo ſuo id eſt in uirtute domini qui miſit angelum & interfecit in caſtriſ Aſſyriorum c. lxxxv. milia bellatorũ. iiii. Re. xix. ideo ſubditur. & nõ ſaluabo eoſ in arcu etc. & non ſolum fuit miſertuſ dominuſ regni Iude captiuitatem differendo uſq; ad tẽpuſ Sedechie: ſed etiam inductam relaxãdo inſpirando Cyro Regi dare licentiã populo redeundi: ut habetur Eſd. i. & ablactauit id eſt a lacte remouit: & p hoc deſignabat q̃ omniſ conſolatio eſſet regno Iſrael ſubtrahenda. Et concepit. Deſcripta captiui/tate regni Iſrael que preceſſit Chriſti aduentum: hic in aduentu X̃pi deſcribit̃ cecitaſ iudeorum: & hoc per modum filii nati: cum dicit̃: uoca nomen eiuſ nõ populuſ meuſ: quia negauerunt ipſum ante Pilatum dicenteſ. Non habemuſ Regem niſi Ceſarem. & tunc proprie facti ſunt non populuſ eiuſ: ſecundum quod dixerat Daniel. ix. ca. poſt hebdomadeſ. lxii. occidetur Chriſtuſ. & non erit eiuſ populuſ qui eum negaturuſ eſt. & de illiſ dicitur hic. quia uoſ non populuſ meuſ etc. .II.

ET erit. Hic incipit capit. ſecundum Hebreoſ in quo poſt excecationem iudeoꝝ ponitur illuminatio gentium. Circa quod ſciendum q̃ ideo incipit hic nouũ ca. ad denotandum q̃ hic incipit alia ſententia a precedenti. Et diuiditur in duaſ parteſ. quia primo deſcribitur gentilitatiſ uocatio. Secundo uocate conſolatio ibi: propter hoc. Prima in duaſ: quia primo ponitur dicta uocatio. Secundo interponitur regni Iude captiuatio ibi : iudicate. Sciendum etiam q̃ gentileſ conuerſi ad fidem Chriſti nomine Iſrael nominantur: ſicut fuit declaratum Eſd. xliii. ſuper illud: iſte dicet dñi ego ſum: & ille inuocabit in nomine Iacob : & hic ſcribet in manu ſua : & in nomine Iſrael aſſimulabitur. Ideo dicitur hic. & erit numeruſ filiorum Iſrael quaſi arena etc. id eſt in multitudine maxima: ſicut uidemuſ impletum in conuerſione gentium. & erit in loco. hanc autoritatem allegat Apoſ. Ro. ix. dictam ad litteram de conuerſione gentium propter quod exponenteſ hanc partem aliter : uidentur ab eo diſcordare: propter quod ſicut dixi a principio intelligitur de illuminatione gentiũ. Dicit igitur: & erit in loco id eſt in orbe uniuerſo ubi habitant gentileſ: ubi dicitur eiſ nõ populuſ meuſ uoſ. quia uſq; ad aduentum Chriſti fuerunt idolatrie dediti. dicetur eiſ filii dei uiuentiſ. per ſuſceptionem fidei: ſecundum quod dicitur Io. p̃mo. quotquot autem re/ceperunt eum dedit eiſ poteſtatem filioſ dei fieri: uſ qui credunt in nomine eiuſ. Et quia conuerſi ſunt per predicationem Apoſtolorum & aliorũ diſcipulorũ qui fuerunt Iudei: ita q̃ ex iudeiſ & gentilibuſ facta eſt una Eccleſia. Ideo ſubditur: & congre/gabuntur filii Iuda: id eſt Apoſtoli aliiq; diſcipuli natione Iudei. & filii Iſrael: id eſt gentileſ conuerſi qui ſic nominãtur: ut predictum eſt. pariter id eſt in una Eccleſia.

& ponent ſibimet id eſt unanimiter confitebuntur. caput unum: ſcilicet Chriſtum. & aſcendent de terra: id eſt multiplicabũtur fideles per orbem ſicut illa que pullulant de terra. Vnde & magna multitudine populi conueniente adinuicem dicitur uulgariter uidebatur populus de terra pullulare. quia magnus dies Iezrael id eſt magna congre/ gatio ſeu multiplicatio fidelium eo ꝙ Iezrael interpretatur ſemen dei. Et hoc modo exponit Rab. Sa. licet uertat ad alium intellectum. non enim poteſt conuenienter exponi parſ illa de pupulo redeunte de Babylone: ut uolunt aliqui dicere. tum quia ille populus rediit in Hieruſalem Eſd. p̀mo. & non in Iezrael: quia Samariã & alias ciuitates propinquas. x. Tribuũ de quibus erat Iezrael tenebant gentiles ibi adducti de Aſſyrius ut habetur. iiii. Reg. xvii. & p̀mo Eſd. iiii. Et quia ſicut dictum eſt per fideles de natione Iudeorum facta eſt primo conuerſio gentilium: ideo alloquitur eos dominus dicens: dicite uos Apoſtoli & alii fideles de Iudeis. fratribus uestris id eſt con/ uerſis de gẽtilibus qui facti ſunt fratres uestri per ſuſceptionem fidei. populus meus id eſt ꝙ ſunt populus meus ſicut & uos ſicut dicit Apoſt. Ro. iiii. ca. Non eſt diſtinctio Iudei & Greci nam idem dominus omnium etc. & ſorori uestre: id eſt gentilitati con/ uerſe. miſericordiam conſecuta: cum enim eſſet ab antiquo Idolatrie dedita tam per miſericordiam dei meram & non per merita patrum uocata eſt ad fidem: ſicut Iudei p merita Abrahe & aliorum ſanctorum antiquorum. Iudicatur. Hic denunciatur capti/ uitas duarum Tribuum que ſupra fuerat omiſſa eo ꝙ captiuationi .x. Tribuum que ſunt Iſrael ſecundum carnem iungebatur uocatio ſeu illuminatio gentium que ſunt Iſrael ſecundum ſpiritum. & diuiditur in duas partes: quia primo denunciatur capti/ uitas ratione culpe. Secundo ratione ignorantie ibi: & hec neſciuit. Circa primum alloquitur iuſtos qui erant in regno Iuda ut Hieremiam Baruch & alios. d. Iudicate matrem uestram: id ẽ Hieruſalem que erat metropol. in regno. & ſic erat mater ali/ arum ciuitatum & totius populi ſicut. ii. Re. dicitur de Abela. Cur queris ſubuertere matrem ciuitatum in Iſrael? Iudicate id eſt ex malicia eius perpendite. quoniam ipſa non uxor mea. & hoc propter idolatriam per quam a me receſſit & maxime tempe Manaſſe qui idola poſuit in templo domini. & ego nõ uir eius: quia uir & uxor cor/ relatiue dicuntur: & ideo remoto uno remouetur reliquum: auferat fornicationes ſuas id eſt idolatrias. a facie ſua ita ꝙ ad eas amplius non attendat: ſed magis retro dorſum prouciat. & adulteria ſua de medio uberum ſuorum. loquitur de Hieruſalem per modum meretricis que inter ubera ſua ponit aliqua fragrantia ut magis placeat adultero ſicut habitatores Hieruſalem offerebant idolis fragrans thymiama. ne forte expoliem eam nudam. per Chaldeos qui ciuitatem poſtea ſpoliauerunt oĩibus bonis & dicitur hic forte non propter aliquod dubium exiſtens in deo reſpectu futurorum que ſunt ibi certiſſima: ſed ad denotãdum libertatem arbitrii per quam ſi perfecte pe/ nitirent deus parceret de pena. & ſtatuam eam ſecd̃m uiam natiuitatis sue. in magna confuſione & uilitate: ſecundum ꝙ dicitur Eze. xvi. In die ortus tui non ẽ preciſus umbilicus tuus & in aqua non es lota etc. Sequitur. ſed proiecta es ſuper faciẽ terre in abiectione. & ponas eam quaſi ſolitudinem. deſtructis muris & combuſtis edificiis. & ſtatuam eam uelut terram in uiam. propter multiplicationem ſerpentum: & alia ferarum ex longa uaſtatione terre. & interficiam eam ſiti. deficiente potu in obſidiõe & filiorum eius non miſerebor. ſed partim occidentur. & partim captiuabunt̃. & oĩa iſta paſſa eſt Hieruſalem poſtea per Chaldeos. quoniam filii fornicationum ſunt. i. multe idolatrie: ſicut uiri ſanguinum dicuntur multi ſanguinis effuſores. genitiuus enim pluralis habet uirtutem huius duplicis ſingularis. uadam poſt amatores meos etc.

id est post idola quibus uictum & uestitum & alia necessaria tribuebant. propter hoc ecce ego sepiam uiam tuam spinis id est Chaldeis obsidentibus Hierusalem in circuitu cum gladiis ad interficiendum. & semitas suas non inueniet: id est uias per quas possit effugere. & sequetur amatores suos id est desiderabit aduentum Egyptiorum qui p/ miserant ei auxilium. & non apprehendent eos: quia non fuerunt sibi in auxiliú: sed magis in nocumentum. & dicet uadam & reuertar etc. quia ciuitas Hierusalem uidens se in arto positam & in puncto captionis & destructionis perceperat q̄ malefecerat colendo idola & querendo humanum auxilium ex dei diffidentia: sed hoc fuit nimis tarde. Et hoc nesciuit. Hic consequenter denunciatur dicta captiuitas ratione cul/ pabilis ignorantie que causatur in anima ex peccatorū multiplicatiane: secundum q̄ dicitur Sapientie secundo ca. Excecauit illos malicia eorum: & secundum hoc dicitur hic: & hoc nesciuit: quia ego dedi ei frumentum etc. id est cibum & potum: & condi/ mentum que sunt diuitie naturales. & argentum multiplicaui id ē diuitias artificiales. magna enim cecitas fuit attribuere talia Idolis surdis & mutis: que fecerunt Baal ei sacrificia offerendo & pretiosis eum ornando. Idcirco conuertam & sumam frumen/ tum etc. id est auferam ab ea omnia bona ad uictum & uestitum pertinentia. & libe/ rabo lanam meam: de seruitute qua seruit idolatris eorum ignominiam operiendo. & nunc reuelabo in hoc stulticiam eius in oculis amatorum eius id est coram idolis quibus seruiebat. & scientibus Egyptus quibus confederata erat. & uir nó eruet eā. Egyptii enim non poterant eam adiuuare sicut promiserant. & cessare faciam omne gladium eius. ciuitatem & populum destruendo. sollemnitatem eius id est sollemnitates ponēdo singulare pro plurali sicut Exo. viii. uenit musca grauissima. & que sint ille sollemni/ tates explicat magis. d. Neominiam eius que fiebat in principio cuiuslibet mensis. & sabbatum eius. in fine cuiuslibet hebdomade. & omnia tempora eius id est festa tem/ poralia que fiebant semel in anno: scilicet Pasche. Pent. & similium. & corrumpam uineam eius etc. id est uineas & alias arbores fructiferas quas preciderunt Chaldei in terris circa Hierusalem existentibus. de quibus dixit mercedes be etc. quia non solum bona mobilia attribuebat beneficio idolorum sed etiam immobilia. Et ponam eam in saltum. Hierusalem enim destructa longo tempore fuit sine habitatoribus & sic cre/ uerunt ibi spine. & comedet eam id est bona eius. & bestia agri id est Nab. qui uersus in amentiam electus fuit ab hominibus & cum feris fuit habitatio eius: ut habetur Danielis. iiii. & uisitabo super eam dies Baalim: debite puniendo. & ornabatur in aure sua. ad reuerentiam enim Idolorum ornabant se habitatores Hierusalem: sicut Ca/ tholici in festis sanctorum. Propter hoc partem istam exponit Ra. Sa. de captiui/ tate Babylonica & eius relaxatione usq; ad finem ca. Et aliqui expositores Catholici eum sequūtur in parte exponentes de reductione captiuitatis Babylonice. Sed cótra hoc obuiat littera in pluribus locis & potissime in fine ca. que ab Apostolo ad Ro. ix. allegatur dicta ad litteram de conuersione gentilum ad fidem ut uidebitur. & secundú hoc in hac parte loquitur gentilitatis uocate diuina consolatio: ut supra dictum est in diuisione. propter hoc istud non copulatur ad litteram immediate precedentē: sed ad illud quod suprapositum est. dicite fratribus uestris populus meus: & sorori uestre id est gentilitati conuerse. misericordiam consecuta: propter hoc ecce ego lactabo eā: consolationibus spiritus sancti. Vnde Act. x. ca. loquitur q̄ predicante Petro cecidit spiritus sanctus super Cornilium & alios gentiles qui erant cú eo & loquebantē linguis. & ducam eam in solitudinem: quia a tempore Apostolorum multi conuersi ad fidem transferebant se ad loca solitaria: ut melius uacarent contemplationi. & reficerentur

consolatiõe diuina. & ideo subdit. Et loquar ad cor eius: qđ fit in secretoꝝ reuelatiõe & spiritus sancti consolatiõe. & dabo ei unitores eius ex eodẽ loco. isti sũt Apostoli q uinũ doctrine Xp̃i fidelibus ꝓpinauerũt: ꝓpter qđ dicit de seipõ Io. xv. ca. Ego sũ uitis uera etc. & istud uinũ germinat uirgines Zacharie. ix. & isti unitores fuerũt ex eodem loco: quia nati i Iudea sicut & Xp̃s. & uallẽ Achor. nõ ẽ nomẽ loci: scđm qđ dicit Ra. Sa. quia Achor nõ ẽ nomẽ ꝓpriũ sed appellatiuũ & turbationẽ significat sicut dictũ fuit Iosue. vii. & ideo ꝓ uallẽ Achor intelligit humilis cõtritio de peccatis sicut dicit idẽ Ra. Sa. ꝓpter q̃ Andreas & alii sequẽtes eũ dicẽtes q̃ uallis Achor ẽ hic nomẽ loci iuxta Hierico quẽ ꝑmo intrauerũt redeũtes de Babylone magis iudaizant quantũ ad hoc q̃ ipse Ra. Sa. ad aperiendam spẽ. humilis enĩ cõtritio de peccatis apit spẽ salutis. & cauet ibi deũ laudando: iuxta dies iuuentutis sue. & q sint illi dies subdit. & iuxta: & ꝓ id est. iuxta dies ascensionis sue de terra Egypti. tunc enĩ ascendens de mari rubro cecinit. Cantemus dño gloriose etc. Exo. xv. sic ꝑmitiua Ecclesia ualde fuit diuinis laudibus intẽnta: ut patet in Actibus Apost. in pluribus locis. In die illa. i. tempe noui testamẽti. uocabit me uir meus: & non uocabit me ultra Baalim. dicunt hic alii q̃ Baalim idem significat q̃ uir meus: tñ redeuntes de captiuitate Babylonica uitabant hoc nomẽ eo q̃ erat simile nomini idoli. s. Baal. Ra. Sa. hic expõit magis Catholice quantũ ad hoc. d. q̃ uir meus hic accipit spõsus meus: que ẽ nomiatio amoris. Baalim uero scđm ꝓprietatẽ Hebraici sermonis idem ẽ qđ dñs meus que nomiatio est timoris scđm illud Malach. v. ca. Si ego dñs ubi est timor meus. & sic est sensus q̃ ex familiaritate cũ deo populus eius uocabit eum sub nomine amoris & nõ timoris & hoc ꝓprie cõuenit statui noui legis que est lex amoris scđm qđ dicit Augus. breuis differentia legis & euãgelii timor & amor. sicut igit timori succesit amor: & auferam nomĩa Baalim de ore eius etc. sicut patet impletũ ꝑ ꝑdicationẽ Apostoloꝝ: & aliorꝝ credentiũ q̃ cessauit idolatria q̃si ꝑ totũ mundũ. & ꝓcutiam cũ eis fedus in die illa. i. tpe gratie. cum bestia agri. i. cũ crudelibus tyrãnis. & cũ uolucre celi. i. cũ Regibus superbis. & cũ reptili terre. i. eoꝝ ministris: quia isti q in ꝓncipio ꝓsequebant fidẽ Xp̃i ad fidẽ sunt cõuersi in magna ꝑte totius mũdi & potissime a tpe Constantini. Ideo subdit: & arcũ & bellũ & gladiũ cõteram: quia Xp̃i ꝓsecutores facti sũt eoꝝ defensores. Ideo sequit & dormire. i. requescere eos faciam sedata ꝓsecutiõe. Et spõsabo te mihi in sempiternũ quia Ecclesie Xp̃i spõse nõ succedet nisi status glorie. & spõsabo te i iusticia tua etc. quia fides sine opibus mortua ẽ. & erit in die illa exaudiã. s. pces fideliũ. Subdit modus. & ꝓ id ẽ exaudiã celos etc. qđ intelligit de multiplicatione bonoꝝ temporaliũ & spiritaliũ i Ecclesia. dicunt enĩ celi exaudiri q̃n dei uolũtate rorẽ & pluuiã salutiferã infundũt: & terra q̃n humectat & fecundat sic infusa & terrena scẽtia. Quantũ uero ad abundantiã bonoꝝ spiritaliũ celi dicunt exaudiri q̃n angeli q sunt celi ciues impetrãt apud deũ bona ꝓ regnis & ꝓsonis sue custodie cõmissis. & terra. i. habitatores eius q̃n exaudiunt ab angelis. & bona spiritalia ꝓ triticũ uinũ & oleũ designata q̃n multiplicant infidelibus populis. Ideo sequit: & hic exaudiẽt Iezrael. i. semẽ dei cuiuscumodi sũt fideles sicut dictũ ẽ supra. i. ca. ꝓpter qđ Ra. Sa. dicat hic q̃ ꝓ Iezrael ĩtelligunt filii captiuitatis in sua reuersiõe qđ nõ pot intelligi de captiuitate Iezrael ad quã nõ redierũt ut dictũ ẽ supra. ista aũt cõpleta sũt i Ecclesia fideliũ que ex dei bñficio bõis spiratalibus & tpalibus ẽ fecũdata. & miserebor eius que fuit absq; misericordia translatio Hiero. habet & diligã non dilectam etc. i. gentilitatẽ que añ uocationẽ nõ erat dilecta. & in hoc sensu allegat hanc scripturam Apost. Ro. ix. ꝓpter qđ sic est intelligenda pars ista: ut predictum est.

ET dixit. Post uocationem gentilium: hic consequenter denunciatur finalis cõuersio Iudeorum. contra quam ꝑmo ponit Iudeorum ingratitudo: & tandem eorum excecatio. Secundo eorum finalis cõuersio ibi. & post hec. Prima in duas qa primo ponitur signum ꝓpheticum. secundo signatũ ibi. quia dies multos. Circa primum dicitur Prophete a domino. adhuc uade & dilige mulierem dilectam amico. In Hebreo habetur sotio: exquo patet ꝙ amicus hic dicit eius sponsus uel maritus sub quo tamen ut ingrata adulteratur sic iuste a marito dimittitur. Ideo subditur: sicut diligit dominus filios Israel. eos de Egypto educendo: & legem diuinam aliaq; beneficia specialiter tribuendo. secundum quod dicitur psalmo c.xlvii.nõ fecit taliter omni nationi etc. & ipsi respectant ad deos alienos. eos colẽdo statim enim post legem datam adorauerunt uitulum conflatilem. Exodi. xxii. & postea temporibus Iudicum & Regum idola coluerunt: ut patet ex decursu illius tpis. & diligunt uinatia uuarum. In Hebreo habetur dolia uel typhos. Exquo patet ꝙ ꝑ uinatia hic intelliguntur uasa uinorum contentiua que tamen diliguntur ꝓpter uinũ contentũ: & notantur hic de ebrietate que ducit ad alia uitia. & fodi eam mihi scilicet adulteram a marito dimissam secundum translationem nostram loquitur de plebe Iudaica per modum uinee eo ꝙ dicitur uinea domini sabbaoth. Esa. v. ca. Vinea autẽ colitur cum fossione. xv. argenteis: quia secundum doctores Hebreos & Latinos eos sequentes per hoc designatur eductio populi de Egypto quam fecit. xv. die mensis primi. Exodi. xii. & choro hordei & dimidio. chorus autem. xxx. modios continet. & sic chorus & dimidius continet. xlv. modios ad designandum. xlv. dies q fluxerũt a. xv. die mensis primi exclusiue usq; ad primam diem mensis tertii inclusiue in qua populus exiens de Egypto uenit ad montem Synai ubi recepit legem a deo secundũ ꝙ habetur Exo. xviii. Mense autem tertio egressionis Israel de terra Egypti in die hac id est prima die mensis secundũ ꝙ exponunt omnes Catholici & Hebrei uenerũt in solitudinem Synai ꝙ autem fuerũt ibi. xlv. dies precise sic patet quia Iudei faciũt menses per lunationes una uero lunatio habet. xxviii. dies cum dimidia: propter qđ Iudei faciunt primum mensem. xxx. dierum & secundum. xxviii. & sic consequẽter conbinando. Exquo patet ꝙ a. xv. die mensis primi exclusiue usq; ad primam tertii inclusiue fuerũt dies. xlv. uidetur autẽ mihi quod per istos numeros ꝑñt cõuenientius designari Prophete sancti & persone per quas plebs Iudaica usq; ad Christum fuit deducta. Ita ꝙ per. xv. argenteos intelliguntur. xv. Prophete scilicet Esaias. Hieremias. Ezechiel. & . xii. Prophete. Daniel autem apud Hebreos non reponitur ĩter Prophetas sed inter Agiographa ut patet per Hieronymum in prologo galeato. per xlv. modios persone in genealogia Christi contente que Matth. i. ponuntur. xlii. secundum tres quaterdenas ibidem positas quibus si addantur tres Reges qui omittũt inter Ioram & Oziam secundum ꝙ declarat Hieronymus super Matthẽũ habemus xlv. & dixi ad eam dies multos expectabis me: in signum ꝙ plebs Iudaica expectaret Messiam multis temporibus adhuc enim expectat. non fornicaberis: quia nõ seruiuit idolis. & non eris cum uiro. i. cum Christo a quo est modo separata propter suam incredulitatem. sed ego expectabo. loqtur in persona dei qui expectat Iudeoꝝ finalẽ conuersionem. Quia dies. Hic consequenter ponitur signatum cum dicitur: quia dies multos. q. d. factum predictum designat ꝙ dies multos sedebũt. i. manebunt filii Israel sine Rege & sine principe. sicut uidemus ꝙ non habent de se Regem & Principẽ. sed alienis Regibus & Principibus seruiũt. & sine sacrificio & sine altari. quia non possunt sacrificare extra Hierusalem a qua sunt expulsi. & templum destructũ. & sine Ephod

id est ueste sacerdotali. quia sublatis sacrificiis cessat usus uestis. & sine theraphin. id ē imaginibus in quibus demones solent dare responsa. & apud Iudeos non sunt talia. Et post hec: hic ultimo ponitur Iudeorum finalis conuersio cum dicitur: & post hec: id ē post Iudeorum abiectionem & excecationem: reuertentur ab errore suo. & querent dominum deum suum deuote. & Dauid id ē dei filium Iesum Xpristum & ꝙ sic debet intelligi patet per translationem Chaldaicam apud Hebreos autēticam que sic habet post hec reuertentē filii Israel & querent cultū dei sui. & obedient Messie filio Dauid Regi suo. & pauebunt ad dominum. ipsum reuerendo. & ad bonum eius timendo de/clinare ab eo quod bonum est in oculis ipsius & subditur tempus: in nouissimo dierū id est circa finem mundi implebitur istud ut dictum est supra. ca. i. .IIII.

Audite: supra Osee prophetauit non solum uerbis sed etiam sensibilibus factis hic consequenter prophetat simplicibus uerbis explicando magis premissa que sunt duo in generali scilicet dei iusticia in peccatorum punitione & eius misericordia in pe/nitentium susceptione. Et diuiditur in duas partes quia primo ponitur hec explicatio. secundo explicationis promulgatio. c. viii. Prima in duas quia primo explicatur dei iusticia in punitione peccatorum. secundo eius misericordia in reuersione eorum capi. vi. prima in duas quia primo explicat iusticia erga populū indistincte. secūdo magis distincte ca. v. Prima adhuc in duas: quia primo explicatur dei iusticia in punitiōe peccatorum contra proximum. secundo in punitione peccatorum contra deum ibi: se/cundum multitudinem. Circa primum dicitur: audite uerbum. ꝙ debetis intelligere: quia iudicium domino cum habitatoribus terre. i. uult ostendere ꝙ iuste procedit in eorum punitione. propter quod subditur: non est ueritas. ad proximum in uerbis. & non est misericordia apud pauperes in affectu cordis. & non est scientia dei directiua in agendis. in terra. i. in Iudea. maledictum. i. detractio proximi & uituperium: & mendacium nocendo eis in uerbis. & homicidium. inferendo nocumentum corporis. & furtum in rebus possessis. & adulterium in persona coniuncta. & per consequens in heredibus falsis. qui per adulterium submittuntur. inundauerunt. id est ultra modum abundauerunt sicut aque inundantes ꝓprias ripas exeunt. & sanguis sanguinē tetigit ex predictis enim uitiis secuta est tanta effusio sanguinis ꝙ homines mutuo sanguine fedabantur. propter hoc lugebit terra. i. desolabitur. sicut econtrario dicitur ridere metaphorice quando floribus & fructibus repletur: & infirmabitur omnis qui habitat in ea. nō solum homines sed etiam bestie & aues que deseruiunt hominibus ad solatiū & cibum per uenationem & aucupium & ideo puniuntur homines in morte ipsoꝝ qñ pestilentia moriuntur. & omnes pisces maris congregabuntur. Hebrei dicunt: finientē: uerbum enim Hebraicum hic positum equiuocum est. ad congregari & finiri: & ex circūstantia littere uidentur Hebrei melius dicere. ueruntamen unusquisq; nō iudicet etc. id est nullus arguat peccatores huius populi quia faceret frustra: ideo subditur. Populus enim tuus sicut ii qui contradicunt sacerdoti: & in hoc ostenditur eius incor/rigibilitas. & corruet hodie. i. cito. & mutatur modus loquendi de tertia persona ad secundam. & corruet etiam Propheta scilicet falsus tecum qui te nutriuit in uitiis. adu/lationibus & mendaciis suis. nocte tacere feci matrem tuam. id est Hierusalem que de nocte capta fuit & Paralyp. ultimo & sic confusa conticuit. conticuit populus meus eo ꝙ non habuit scientiam scilicet diuine legis attendens magis falsis prophetis. Ideo subditur: Quia tu scientiam repulisti: scilicet diuinam Prophetis reuelatam. repellam te ne sacerdotio fungaris mihi: sacerdotes enim sanctos Prophetas persequebantur ut patet de Hieremia Hiere. xxvi. & ideo merito ꝑtim fuerunt occisi. partim captiuati

in captiõe Hieruſalem. & oblita eſ legiſ dei tui: legiſ ſtudium dimittendo. & mẽdaciſ Pſeudo prophetarum intendendo. obliuiſcar filiorum tuorum: in neceſſitate eiſ non ſuccurrendo. Secundum multitudinem. Hic conſequenter diuina iuſticia declaratur in punitiõe populi pro peccatiſ contra deum ſcilicet idolatriam multiplicem. & diuidit̃ in duaſ quia circa primum arguitur populuſ. x. Tribuum. Secundo remouetur po/ puluſ duarum ibi: ſi fornicariſ. Circa primum dicitur: ſecundum multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi: peccata multiplicando. gloriam eorum. i. regiam dignitatem. in ignominiam cõmutabo. Regem cum populo captiuãdo. peccata peccati mei comedẽt ſcilicet ſacerdoteſ idolorum: quia recipiebant oblationeſ factaſ pro peccato: uel po/ tiuſ quia ex populi idolatria ex qua conſequebantur queſtum: ſuſtentabantur: & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animaſ eorum: inducendo eoſ ad magiſ idolatrandum ad maiorem queſtum conſequendum. & erit ſicut populuſ ſic ſacerdoſ. id eſt ſimileſ in punitione. Ideo ſubditur: & uiſitabo ſuper eum uiaſ eiuſ. debitam penam inferendo. Fornicati ſunt: idolatrando. & non ceſſauerunt idolatriam continuando. quoniã dñm dereliquerunt in non cuſtodiendo. ſcilicet legem eiuſ cuiuſ cauſa ſubditur. fornicatio. corporaliſ & ſpiritaliſ. & uinum & ebrietaſ aufert cor. iſta enim auertunt intellectũ & uoluntatem a ſtudio legiſ diuine. populuſ meuſ in ligno ſuo. i. ab idolo ligneo ĩter/ rogauit euentum de futuriſ. & baculo eiuſ annunciauit. erat enim quidam diuinandi moduſ per proiectionem baculi. & omnia iſta conſimilia ad idolatriam & ſupſtitionẽ pertinent. Ideo ſequitur: ſpirituſ enim fornicationum decepit eoſ. id eſt maliſ cuiuſ ſp̃uſ temptanſ de idolatria. & de pertinẽtibuſ ad eam. ſuper capita montium etc. in talibuſ lociſ arduiſ & umbroſiſ idolatriam exercebant. & populum. nomen eſt arboriſ umbrã magnam facientiſ. Ideo fornicabuntur filie ueſtre etc. id eſt permittentur ſic decipi & iuſte ad ueſtram punitionem. non uiſitabo ſuper filiaſ ueſtraſ etc. impediendo eaſ a maliſ ſuiſ per punitionem. cuiuſ cauſa ſubditur: quoniam ipſi. id eſt patreſ earum & mariti: cum meretricibuſ conuerſabantur. in fornicando & adulterando corporaliter & cum effeminatiſ: id eſt cultoribuſ idolorum eunuchizatiſ. Eunuchi enim ſicut uir/ gineſ deputabantur ad cultum dee Veſte. ſacrificabant. fornicãdo ſpiritaliter. & po/ puluſ non intelligenſ. id eſt intelligere uolenſ q̃ iſta ſunt peſſima. uapulabit. i. uerbe/ rabitur plagiſ a deo immiſſiſ. Si fornicariſ: hic remouetur populuſ duarum tribuum & ponitur hic ſi pro quia ut patet per predicta: nõ delinquant ſaltem Iuda. quia ba/ bebat templum dei in Hieruſalem. Et nolite ingredi in Galgala. Locuſ eſt ubi Ioſue circumcidit filioſ Iſrael. Ioſue. v. propter quod locuſ uenerabilior reputabatur ꝓpter quod idolatre poſtea ibi poſuerunt idola. & ne aſcenderitiſ in Bethauẽ ibi enĩ poſituſ fuit unuſ de uituliſ aureiſ Ieroboam. neq; iurauerit iſ uiuit dominuſ. applicando idoliſ modum iurandi per deum. quoniam ſicut uacca laſciuienſ: que rumpit iugum. declinauit Iſrael: a iugo diuine legiſ nunc paſcet eoſ dominuſ quaſi agnuſ in latitudine: q̃ enim agnuſ debet occidi latiuſ paſcitur & per hoc deſignatur q̃. x. Tribuſ cito eſſent gladio tradende. Princepſ idolorum Effraim id eſt deditus idolatrie. ſeparatum ẽ cõ/ uiuium eorum id eſt excommunicatum: dilexerunt auferre ignominiam id ẽ idolatriã protectoreſ eiuſ. id ẽ Regeſ & ſacerdoteſ. ligauit eum ſpirituſ: ſcilicet malignuſ: in aliſ ſuiſ. i. in intellectu per excecationem & in affectu per obſtinationem. & confundent̃ a ſacrificiiſ ſuiſ. id eſt propter ſacrificia idoliſ & demonibuſ oblata. .V.

HVdite: Hic conſequenter declaratur diuina iuſticia in punitione peccatorum magiſ diſtincte. Et diuiditur in duaſ parteſ quia primo declarat̃ culpa. ſecũdo denunciatur pena ibi. & reſpondebit. Circa primum exprimuntur diſtincti ſtatuſ

populi cum dicitur: audite hoc sacerdotes: qui debebant preesse in spiritalibus. & attē/
dite domus Israel: que tenebatur deo uero seruire ex legis susceptiōe. & domus Regis
que per potentiam debebat mala cohibere: quia uobis iudicium est. id est condēnatio
iusta. & subditur causa: quoniam laqueus facti estis speculationi. id est animabus que
deberent per contemplationem in deū eleuari. & rete expansum sup̄ montē Thabor
Ibi enim Reges Israel ponebant custodiam militum ad custodiendum illos qui ibant
in Hierusalem ex deuotione ad offerendum. & uictimas declinastis in profundum.
cogentes offerre idolis que erant domino offerenda. & ego eruditor. id est cognitor
& ostensor: omnium istorum ego scio Effraim. i. maliciam eius & nominatur hic & in
pluribus locis & maxime in hoc Propheta regnum. x. Tribuum Effraim: eo q̄ Iero/
boam primus Rex fuit de illa Tribu. Et Israel non est absconditus a me. repetitio ē
eiusdem sub alio nomine ad maiorem assertionem: non dabunt cogitationes suas ut
reuertantur: quia sunt obstinati per deceptionem diaboli. Ideo sequitur: quia spiritus
fornicationis. id ē diabolus de idolatria temptans. in medio eorū est. tanq̄ eos possidēs
Et respondebit. Hic consequenter denunciatur pena & primo denunciat simpliciter.
secundo magis sollemniter ibi: clangite. Circa primum dicitur: & respondit arrogātia
Israel in faciem eius. per penam debitam a deo illatam. & Israel & Effraim ruent. id ē
Rex & populus: ruet etiā Iuda cum eis. id ē simili pena punietur: non tamen eodem
tempore quia regnum Israel fuit captiuatum primo tempore Osee & Regnum Iuda
postea tempore Sedechie. in gregibus suis. que sunt de ouibus & capris. & in armēt⁹
suis. id est bobus & uaccis uadent ad querendum dominum offerendo sacrificia de istis
animalibus imminente hora sue captionis. & non inuenient: eius misericordia indigni
cuius causa subditur: in domino preuaricati sunt quia filios alienos genuerūt. docētes
eos idolatrare. nunc deuorabit eos mēsis. scilicet Iulii ut dicit Ra. Sa. in quo Samaria
fuit capta: cum patribus suis: quia tunc terra. x. Tribuum que erat diuisa in. x. ptes
secundum numerum Tribuum fuit destructa. Clangite. Hic consequenter ponitur
pene promulgatio sollemnis. Circa quod sciēdum q̄ terra Beniamin ex una parte erat
coniuncta terre. x. Tribuum: gabita uero & rama erant duo fortalicia in sorte Beni/
amin. Bethauen uero erat aliud fortalicium in sorte Effraim. & ideo ipso destructo
ab Assyrius illi qui erant in fortalicus Beniamin ceperunt clangere buccinis ut populus
duarum Tribuum se prepararet ad resistendum ne terra eorum destrueretur sicut
terra. x. Tribuum eis uicina hoc est: quod dicitur: clangite buccina in Gabaa etc. &
subditur causa: ululate in Bethauen: tanq̄ iam capti. post tergum tuum Beniamin. i.
iuxta te. propter quod timendum est tibi ne patiaris simile. Effraim: id est regnū. x.
Tribuum in desolatione erit: per Salmanasar: & in Tribubus Israel ostendi fidem. i.
fidelitatem Prophetarum meorum qui prenunciauerunt earum destructionē. facti
sunt principes Iude quasi assumentes terminum. captiuatis enim. x. Tribubus p̄ Sal/
manasar illi de regno Iuda cogitauerunt: dilatare terminum suum intra metas decem
Tribuum cum tamen sortes essent distincte secundū ordinationē dei propter quod in
penam huius cupiditatis subditur: super eos effundam quasi aquam. id est abundāter.
iram meam: scilicet per Nabuc. calumniam patiens est Effraim. licet enim pateretur
iuste ex parte sui tamen Salmanasar inuasit iniuste & iniqua uolūtate. fractus iudi/
cio. scilicet diuino iusto: ideo subditur: quoniam cepit abire post sordem. id ē post idolū
& ponitur hic singulare pro plurali. & ego quasi tinea Effraim. id est cito destruam
eum. & quasi putredo domui Iuda. i. tardius puniam eum. tardius enim corrumpitur
pannus per seipsum quod fit putriendo q̄ si corrumpatur a tinea: que corrumpit ip̄m

etiam aliquando in nouitate sua. & ita regnum Iuda tardius fuit captiuatum q̃ regnū Israel ut superius dictū ē. Et uidit Effraim languorem suum. id est captiuitatem irreparabilem. sicut languor est infirmitas incurabilis. & Iudas uinculū suum. i. captiuitatē reuersibilem. sicut uinculum est solubile. Et abiit Effraim ad Assur: quia p̄mo cōsēsit reddere tributum Regi Assyriorū. & misit ad Regem ultorem. i. ad Regem Egypti ut per eum liberaretur a dicto tributo ad quem misit Osee. iii. Regum. xvii. & ip̄e nō poterit saluare uos. Immo ista missio fuit occasio destructiōis regni Israel ut ibidē habetur. nec solui poterit a uobis. de regno Iude: hoc uinculum: captiuitatis uestre. exierunt enim Egyptii de terra sua ad auxilium Iudeorum: sed territi ex occursu Chaldeorum redierunt in terram suā: ut habet Hiere. xxxvii. quoniam ego quasi leena Effraim. cito deuorans eum. & quasi catulus leonis. qui minus crudeliter agit: domui Iuda. Ideo subdit de utraq; domo. ego capiā etc. quia utraq; captiuitas facta est uirtute diuina principaliter. uadens reuertar ad locum meū. subtrahēdo ab utroq; regno subsidium meum. donec deficiatis: capti ab aduersariis. & queratis faciem meam. uexatione dante uobis intellectum. .VI.

IN tribulatione. post declarationem diuine iusticie: hic cōsequenter ponitur declaratio sue misericordie. & ostenditur primo quibus misericordia concedatur. secūdo quibus denegatur: ibi: quid faciam tibi. Circa primum sciendum q̄ dei misericordia in aduentu Christi fuit declarata. propter qd̄ merito pars ista de eius aduētu exponitur a Catholicis & Hebreis. diuersimode tamē. dicit enim R.a. Sa. q̄ cū dicitur In tribulatione sua etc. intelligitur miseria in qua sunt modo Iudei per mundū dispsi a qua in suis orationibus publicis & priuatis petunt per Messiam liberari. cuius aduētū expectant Iudei. & ideo quod subditur postea: uiuificabit nos post duos dies in die tertia suscitabit nos. per primam diem intelligitur tempus primi templi per Salomonē edificati cui successit nox destructionis per Chaldeos. Per secundam tempus secundi templi per Sorobabel reedificati cui successit nox destructionis per Romanos. Per tertiā diem tempus edificatiōis tertii templi per Messiam de quo exponūt edificationē templi que habetur in fine Ezechielis secundum errorem suum. hoc autem dictū fūdatur super falsum scilicet q̄ Christus sit uenturus quod iam transiit in preteritū sicut dixi diffuse in quadam questione de quolibet & aliqua repetii super librum psalmorū & super Esaiam propter quod hic omitto exponendo litteram secundum Catholicam intentionem. In tribulatione sua. id est in peccatorum suorum penitentia que ueris penitentibus conceditur misericordia. mane consurgent ad me. & istud fuit tempore Iohānis Baptiste qui predicauit baptismū penitentie & multi ad eius doctrinā egerūt ueram penitentiam ut patet in quattuor Euangeliis. & dicitur tempus eius mane quia pertinet ad principium temporis gratie quod dicitur dies. Ro. iii. nox precessit dies autem appropinquauit. uenite & reuertamur. baptizati enim a Iohanne inuitabant alios ad baptismum penitētie. quia ipse cepit. In Hebreo habetur: diripuit & saluabit uos. id est sicut temporibus preteritis punuit uos quasi in peccatis captos. saluabit uos spiritaliter & temporaliter. percutiet uos. repetitio est eiusdem sententie ad maiorem assertionem. uiuificabit uos etc. quia post duos dies mortis sue & sepulture resurrexit Christus cuius resurrectio est principium resurrectionis nostre ad uitam immortalem Corin. xv. Christus resurrexit a mortuis primitie morientium qm̄ quidem per hoīem mors & per hominem resurrectio mortuorum. & sicut in Adam omnes moriunt: ita & in Christo omnes uiuificabuntur. & hec expositio magis cōsonat littere q̄ precedēs. quia accipit dies proprie. & uiuemus in conspectu eius. uita gratie & postea glorie.

ſciemuſ notitia fidei: ſequemurq; imitando opera Chriſti. ut cognoſcamuſ dominum: facie ad faciem. conſequenter ponitur moduſ uiuendi & conuerſandi: cum dicitur: q̃ſi diluculum preparatuſ eſt egreſſuſ eiuſ: quia ipſe lux uera. Ioh. i. & ueniet q̃ſi hymber uel temperaneuſ. & in hoc ſignificatur doctrina Chriſti ſub metaphora hymbriſ terrā fecundantiſ. licet autem ortuſ Xpriſti & eiuſ predicatio & conuerſatio preceſſerint eiuſ mortem & reſurrectionem tamen hic poſt deſcribitur: quia frequenter in ſacra ſcriptura priuſ facta ſcribuntur poſtea ut patet in nouo & ueteri teſtamento. Quid faciam tibi? hic conſequenter oſtenditur quibuſ dei miſericordia denegatur: ſcilicet hypocritiſ & aperte maliſ: & hoc oſtenditur primo in duabuſ domibuſ ſcilicet Iſrael & Iuda ſimul. ſecundo in regno Iſrael per ſe ca. vii. Circa primum dicitur miſericordia ueſtra quaſi nubeſ matutina. etc. q. d. ſicut nubeſ matutina aliquando diſſoluit̃ oriẽte ſole ſiue pluuia & roſ matutinuſ ſiue hiniectatione terre ut quando eſt multum ꝓuſ ſic miſericordia ueſtra eſt ſine effectu & per conſequens ſicca. Iſta hypocriſiſ notabiliter uiguit in Iudeiſ tẽpore Chriſti ut patet ex decurſu Euangelii. ꝓpter hoc dolaui in Prophetiſ. id eſt per Prophetarum correctiõem uolui eoſ reducere ad rectitudinẽ ſicut ligna per dolationem. & occidi eoſ in uerbiſ oriſ mei. id eſt occidendoſ predixi q̃ ſunt oſ meum uerba mea ꝓferendo. & iudicia tua. id eſt punitioneſ tibi illate: q̃ſi lux egredientur. id ẽ manifeſte apparebũt iuſte. quia miſericordiam uolui. id eſt acceptaui & non ſacrificium & ſcientiam dei etc. ſacrificia enim ueteriſ legiſ non erant accepta de ſe ſed tantum ex offerentium deuotione. ſed iſta cum hoc de ſe ſunt acceptabilia in quantum ſunt bona de genere: tñ non ſunt meritoria uite eterne niſi fiant ex caritate. ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum. ſicut enim Adam trãſgreſſuſ fuit mandatum domini de ligno uetito comedẽdo ſic Iudei de utroq; regno tranſgreſſi fuerunt legem domini datam in monte Sinai & exprimitur conſequenter quedã terra x. Tribuum in hoc malo ualde notabiliſ: cum dicitur: Galaad ciuitaſ operantiũ idolũ & ſic tranſgrediebatur mandatum legiſ ordinanſ ad deũ. ſupplantata. Hebrei dicunt inſidiatrix ſanguinum. dictio enim Hebraica hic poſita ad ſupplantationem & inſidiationem eſt equiuoca. uidetur tamen hic magiſ accipi pro inſidiatione quia ſubditur: & quaſi fauceſ uirorum latronum. qui querunt glutire bona aliorum. particepſ ſacerdotum. In Hebreo habetur: ſotietaſ ſacerdotum. id eſt maiorum eo modo loquẽdi quo dicitur. ii. Regum. viii. Filii autem Dauid ſacerdoteſ erant: in uia interficiẽtiũ per hoc deſignatur q̃ maioreſ de Galaad erant conſentanei & participeſ in latrociniiſ iſtiſ & homicidiiſ & in hoc erat tranſgreſſio legiſ contra proximum. pergenteſ de Sichẽ ad alium locum ubi erant nundine ad quaſ portabantur pecunie pro emendiſ mercimoniiſ. & ideo latroneſ p̃dicti ponebant ſe ibi in inſidiiſ. In domo Iſrael uidi horrẽdũ ſcilicet idolatriam & homicidiũ. ſed & Iuda pone meſſem tibi. i. tempuſ tue collectiõiſ de terra tua per Chaldeoſ. cum conuertero captiuitatem populi mei. Hebrei dicunt: cum conuertero ineptam letitiam populi mei. Dictio enim Hebraica poſita hic equiuoca eſt ad captiuitatem & letitiam ineptam & hoc ſecũdo mõ magiſ conſonat littere precedenti quia in captiuitate Babylonica conuerſa fuit letitia populi in triſticiam. tranſlatio uero noſtra ſic exponitur. ſed & Iuda pone meſſem tibi: etc. quaſi diceret: licet cito debeaſ duci in captiuitatem tamen adhuc erit tibi meſſiſ in terra. cum reduxero captiuitatem populi mei. ſub Zorobabel de licentia Cyri & in hoc notat̃ diſtinctio captiuitatiſ Iude & Iſrael quia iſta reuerſa fuit in terram ſuam. captiuitaſ aũt Iſrael non eſt reuerſa. etc.

.VII.

Vm ſanare uellem. Hic incipit capitulum in Hebreo & in libriſ correctiſ i quo

oſtenditur negatio diuine miſericordie regno Iſrael propter multitudinem & euidẽtiã ſue iniquitatiſ. & primo ponitur euidẽtia cum dicitur in perſona domini: cum ſanare uellem Iſrael. etiſ captiuitatem reducendo: reuelata eſt iniquitaſ Effraim. id ẽ cauſa multiplex & manifeſta quia huiuſ beneficii eſt indigna. operati ſunt mendatium. erga hominеſ & deum per idolatriam & fallaciam. & fur ingreſſuſ eſt etc. id eſt parati ſunt aliena rapere intuſ & extra & ſic patet euidentia multiplicii peccati eoꝝ cõtra ꝓximũ Conſequenter ponitur eadem euidentia in peccatiſ contra deum cum dicit̃: & ne forte dicant etc. quaſi diceret. non poſſunt dicere ꝙ eorum peccata antiqua latebant me: & nunc ſum recordatuſ: quia nunc circundederũt eoſ adinuentioneſ ſue. id ẽ ita euidẽteſ ſunt circa eoſ ſicut furtum quod circundat collum latroniſ deprehenſi. dicuntur autem hic adinuentiõeſ uituli aurei quoſ adinuenit Ieroboam primuſ Rex Iſrael de cõſilio falſorum Prophetarum ne populuſ regni Iſrael reuerteretur ad regnum Dauid: ut habetur. iii. Regum. xii. Vnde ſubditur: In malicia ſua letificauerunt Regẽ. ſcilicet Prophete falſi & ſacerdoteſ excelſorum. Cum enim Propheta domini ueniſſet ad ſcre/pandum Ieroboã uituliſ immolantem & ad etiſ dictũ altare fuiſſet ſciſſum: & manuſ etiſ arefacta Propheta falſuſ iuit poſt uirum dei & reduxit eum: propter quod fuit percuſſuſ a leone in itinere. iii. Regum. xiii. & ſic Propheta falſuſ confirmauit regẽ in errore dicenſ: ꝙ ille non fuerat Propheta domini nec a deo miſſuſ cum in itinere fuiſſet a leone percuſſuſ. & ſic Rex & Principeſ etiſ conſentienteſ fuerunt letificati. omneſ adulteranteſ. id eſt idolatranteſ: quaſi clibanuſ ſuccenſuſ a coquẽte. id ẽ ad hoc incitati a Rege ſecundum enim communem modum loquendi ille qui incitat aliоſ ad malum dicitur ſuccendere furnum. quieuit ciuitaſ paululum etc. quia a p̃ncipio totuſ populuſ nõ fuit inquinatuſ illa idolatria. ſed paulatine ad hoc fuit tractuſ totuſ po/puluſ. & tunc fuerunt poſite cuſtodie ne aliqui irent in Hieruſalẽ in diebuſ ſollẽnibuſ dieſ Regiſ noſtri: ſicut dixit Hieroboã ꝙ ſollẽnitaſ domini erat celebranda in Bethel ubi erat unuſ uituluſ. iii. Reg. xii. ceperunt Principeſ furere. id eſt cum eo idolatrare a uino: fecerat enim Principibuſ magna cõuiuia: ut ſic eoſ traheret ad ĩtentionẽ ſuã. Ideo ſubditur: extendit manum ſuam cum illuſoribuſ. In hoc enim illudebant deo: qa applicuerunt quaſi clibanum cor ſuum. id eſt ex feruenti uoluntate ſecuti ſunt eum in idolatria: cum inſidiaretur eiſ. ut auerteret eoſ a deo uero. tota nocte dormiuit. i. in pace quieuit quando uidit aſſentienteſ ſibi: quia ultra non timuit ab eiſ occidi per reuerſionem eorum ad regnum Dauid. propter quod audaciuſ ad idolatriam eoſ in/uitauit. Ideo ſubditur. mane ipſe ſuccenſuſ etc. omneſ calefacti ſunt. id eſt ardenteſ in idolatria: & deuorauerunt iudiceſ ſuoſ. interficiendo ſeneſ uituloſ reprobanteſ. omneſ Regeſ eorum ceciderũt: in illam idolatriam. unde de quolibet eorum dicitur. iii. Re. xxiii. A peccatiſ Hieroboam qui peccare fecit Iſrael: non receſſit etc. Effraim. Hic ponitur idolatrie multiplicitaſ cum dicitur: Effraim in populiſ ipſe commiſcebat̃: quia regnum Iſrael nõ ſolum fuit infectum idolatria Hieroboam: ſed etiam idolatriiſ gẽ/tilium exiſtentium circa regnum Iſrael. & non ſolum ad horam: ſed etiam q̃ſi cõtinue Ideo ſubditur: Effraim factuſ eſt paniſ ſubcinericiuſ. id eſt idolatriiſ gentiliũ ĩfectuſ ſicut paniſ ſubcinericiuſ contrahit ſordeſ a cineribuſ. qui non reuerſatur: per peniten/tiam. comederũt alieni robur etiſ. quia ꝓpter peccata iſta frequẽter fuit ab hoſtibuſ depredatuſ. & ipſe neſciuit: ꝙ hoc eſſet propter hanc idolatriam. & ſic patet etiſ ex/cecatio. & non ſolum iuuenum: ſed etiam ſenum. Ideo ſubditur pena: & humiliabitur ſuperbia Iſrael: quod impletum fuit tempore Oſee qui cum populo Iſrael ductuſ eſt captiuuſ in Aſſyrioſ. iiii. Reg. xvii. nec reuerſi ſunt: per penitentiam debitam. Et

factus est Effraim: quasi columba seducta. id est retibus aucupis capta. non hñs cor. id est fiduciam in domino. Egyptum inuocabant. confugientes ad humanū auxilium & diuinū dimittentes. & hoc fuit tempore Osee. iiii. Reg. xvii. ad Assyrios abierūt: tempore Manaben. iiii. Regum. xv. & cum proiecti fuerint: confidentes de auxilio humano & diffidentes de diuino. expandā super eos rete meum. dando eos in manibus aduersariorum & causa subditur: quoniam recesserunt a me: per multiplicē idolatriā: ut usum est: ego redemi eos: de seruitute Egypti. & ipsi locuti sunt cōtra me mēdacia: dicentes de uitulis aureis ecce dii tui Israel qui eduxerūt te de terra Egypti. iii. Regū xii. & nō clamauerunt ad me in corde suo. me deuote dēcando. sed ululabāt in cultu idolorum. in cubilibus suis. id est in delubris. super triticum & uinum ruminabant. quia post idolatriam gulam exercebant. & ego eruditi & confortaui brachia eorū. mittēdo eis Prophetas ad eruditionē & confortationem in bono. & in me cogitauerūt malitiā prophetas meos occidendo. reuersi sunt ut essent absq; iugo. primo enim subtraxerūt se a iugo Roboam filii Salomonis. iii. Regum. xii. & postea a iugo diuine legis idolis seruiendo. facti sunt quasi arcus doloris. qui deflectit sagittam contra tenentem eum sic populus Israel blasphemias retorquebāt in deū sustentatorem suū. cadēt in gladio scilicet Assyriorum. a furore lingue sue. id est propter blasphemias contra deum. ista subsannatio eorum. id est derisio dei. in terra Egypti. id est didicerunt eam cum eēnt inter Egyptios.

.VIII.

IN gutture. Post declarationem diuine iustitie & misericordie: hic consequenter ponitur promulgatio utriusq; & primo iustitie: secundo misericordie ca. xiii. Prima in duas quia primo ponitur iustitie dei promulgatio. secundo populi increpatio ca. nono. Prima in tres. quia primo proclamatur dei iustitia contra Iudam. secundo contra Israel. ibi. inuocabunt. tertio iterum contra Iudam ibi. & Iudas. Circa primū dicitur Prophete a domino: In gutture tuo sit tuba. id est clama alte ad modū sonitus tube. & quid debeat clamare subditur: quasi aquila. id est Nabuc. rapax ad modum aquile propter quod aquila uocatur Ezechielis. xvii. Aquila una grandis etc. super domum domini. id est cito ueniet ad destruendum domum domini in Hierusalem qđ fuit impletum tpe Sedechie. iiii. Reg. ult. & subditur causa. pro eo q̄ transgressi sūt fedus meum. id est iuramento nominis mei firmatū. Sedechias enim de consilio seniorū & sacerdotum rupit iuramentum quod fecerat Nabuc. de seruiendo sibi fideliter sub tributo. ii. Paralypō. ultimo. & legem meam preuaricati sunt. facientes multipliciter contra legem domini datam in monte Synai. potest etiam ista pars exponi de destruc/ctione Hierusalem per exercitum Romanorum: eo q̄ aquila est signum Romani Imperii. eo q̄ transgressi sunt fedus meū. occidendo ipsum qui missus erat ad federādū inter deum & populum. & legem meam preuaricati sunt: irritantes mandatum domini propter suas traditiones secundum q̄ improperat eis Xpristus. Matth. xv. Me tuo/cabunt. Hic consequenter promulgatur diuina iustitia contra Israel cum dicitur: me inuocabunt artati. ab Assyrijs: cognouimus te Israel. id est nos qui sumus populus tuus Israel & subintelligendum est q̄ hec uocatio erit frustra: & subditur causa: Proiecit Israel bonum. id est dei cultum pro cultu uitulorum. inimicus persequetur eum: usq; ad captionem & captiuationem. ipsi regnauerunt: scilicet Reges Israel. & non ex me ex diuina ordinatione regnum. x. Tribuum erat datum Dauid & filius eius in sempi/ternum. Sed contra hoc uidetur q̄ dicitur. iii. Regum. xi. ipsi Hieroboam: hec dicit dominus deus Israel ecce ego scindam regnum de manu Salomonis & dabo tibi decem Tribus. Dicendum q̄ hoc fuit indirecte & quasi per accidens scilicet ad puniendum

malum Salomónis ad quod declinauit in senectute. & sic permisit Roboam respónere dura populo ex qua responsione .x. Tribus fuerunt ab eo diuise: & sic istud contigit ex diuina permissione & non proprie ex ordinatione que respicit aliquid secundú se & absolute. Ideo sequitur: principes extiterunt & non cognoui. id est non approbaui scilicet maliciam populi se a regno Dauid segregantis & per hoc Regem sibi statuẽtis propria uoluntate. & non de mandato domini. argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola: scilicet uitulos aureos. ut interirent. hec enim idolatria fuit interitus sui causa. proiectus est uitulus. id est uituli quia duo fuerunt. accipiendo singulare pro plurali. usq; quo non potuerint emundari: scilicet filii Israel ab hoc delicto: quia. d. nunq̃ usq; ad eorum captionem: quia ex Israel ipse est: id est ipse uitulus est ex auro & argento regni Israel: artifex fecit illum. exquo patet q̃ non est deus quia non est factus sed factor omnium. quoniam in aranearú telus erit. id est proiectus in loco uili In Hebreo habetur. quia astelle erit. id est dissipatus in frusta sicut ligna que ponũt in ignem exquo uidetur q̃ isti uituli erant tantum aurei exterius & sic auro subtracto per Assyrios ignis factus fuit de ligno. quia uentum seminabunt. id est opera inania. & turbinem metent. id est in captiuitatem ibunt. & culmus stans non est in eis. etc. id ẽ si contingat eis aliqua apparentia prosperitatis: non tamen ueniet ad effectum. & si ueniet: ab aduersarius rapietur. nunc nunc factus est in manibus. id est cito ducetur in Assyrios captiuus. loquitur enim de futuro per modum preteriti propter certitudinẽ prophetie: quasi uas immundum. id est uiliter tractabitẽ: quia ipsi ascẽderút ad Assur id est ibi in captiuitatem cito ducentur. & subditur causa. onager solitarius sibi Effraim onagri discurrentes per deserta attrahunt uentum ad sui refrigerium secundum q̃. d. Hieremie .xiii. Onagri steterunt in rupibus. traxerunt uentum quasi draconis. sic isti discurrebant ad diuersa loca gentilium ad attrahendum sibi idolatrias. & in hoc delectabantur. & ideo subditur: munera dederunt amatoribus. id est idolorũ sacerdotibus & ad idem pertinet quod subditur: sed & cum mercede. etc. & subditur pena: nunc cõgregabo eos. id est modico tempore tenebo eos in terra sua congregatos. & quiescent pauliſper ab onere Regis. scilicet Assyriorum in cuius regno opprimentur dura seruitute quasi diceret cito sunt de terra sua dispergendi & in seruitutem ducendi. & subditur causa: quia multiplicauit Effraim altaria. scilicet idolorum. scribam enim multiplices leges meas. per Prophetas enim rememorantes. que uelut aliene computate sút. ab eis transgrediendo secundum aliquos istud legitur interrogatiue: scribam eis multiplices leges meas? addendo precepta preceptis quasi diceret: nó eo q̃ hoc esset frustra unde subditur: que uelut aliene etc. Circa hoc sciendum q̃. x. Tribus licet colerent idola tamen cum hoc colebant dominum: propter quod dixit eis Helias. iii. Regum xviii. usq; quo claudicatis in duas partes nunc colendo Baal nunc dominum. sed talis cultus non est deo acceptus: ideo subditur punitionis acceleratio. nunc recordabitẽ iniquitatis eorum: penam debitam inferendo. ipsi in Egyptum conuertentur. id est in seruitutem uilem & duram sicut fuerunt in Egypto. Et oblitus est. repetitio est cause punitionis p̃dicte. Et Iudas. hic reuertitur Propheta ad declarandum diuinam iusticiã contra Iudam dicens. & Iudas multiplicauit urbes munitas. x. enim Tribus in captiuitatem ductis due Tribus que remanserant fortificauerunt terram suam fortaliciis ut habetur. iii. Regum. & quia tempore Sedechie nimis confidebant de illis & parú de deo: ideo puniti sunt iusto dei iudicio propter quod subditur: & mittam ignem etc. quod fuit adimpletum per exercitum Chaldeorum. .IX.

Noli letari. postq̃ posita ẽ diuine iustice cõtra populũ declaratio. hic cõsequẽter

ponitur eiusdem increpatio tanq̃ conuicti de multiplici delicto. Et diuiditur in duas partes quia primo increpatur populus ut uiliter peioratus. secundo ut multipliciter ingratus.c.x. Prima diuiditur secundum quinq; mutationes de bono in malum. p̃ma est de abundantia in penuriam. Secunda est de mũdicia in inmundiciam:ibi. reuersus est. Tertia est de scientia in stulticiam ibi.scitote. Quarta de bonitate in maliciã:ibi. quasi uuas. Quinta de fecunditate in prolis carentiam:ibi. Effraim. Circa primũ dicit̃. noli letari. in animo. noli exultare: exterius in signo. dicitur enim exultatio q̃si extra saltatio. sicut populi. q. d. magis habes materiam tristicie q̃ gentiles qui non sunt trãs/ gressores legis Mosaice sicut tu quia nõ fuit eis data. tu autem fornicata es a deo tuo idolatrando & legem eius transgrediendo. dilexisti mercedem super omnes areas. etc. pro cultu enim idolorum consequi sperabant abundantiam temporalium bonorum: sed accidit eis contrarium quia hec abundantia quam consecuti fuerant deũ colendo mutata est in penuriam. Ideo subditur: area & torcular non pascet eos & uinũ men/ tietur eis. quia non crescet quantũ sperabant. & cum hoc eiicientur de terra sua captiui ideo subditur: non habitabũt in terra domini. Reuersus. hic increpatur de mutatione secũda scilicet de mundicia in imũdiciã. cum dicitur: reuersus est Effraim in Egyptũ id est de mundicia uite quam tradit lex: in immundiciam conuersationis Egyptiace: & in Assyrius scilicet ductus. pollutum comedit. id est comedit cito cibaria in lege pro/ hibita. non libabunt domino uinum. q. d. propter sui immunditiam ineptum est ad dei sacrificium. sacrificia eorum quasi panis lugentium. i. polluta. in domo enĩ in qua erat mortuus: omnia cibaria reddebantur polluta. & illi qui ea comedebant. Ideo se/ quitur: omnes qui comedent etc. quia panis eorum anime etc. q. d. ille panis potuit re/ ficere hominem. sed ineptum est ad faciendum inde deo oblationem. Ideo subditur. quid facietis in die sollemni. in quo debetis apparere coram domino cum oblatiõibus. & non uacui. & non habetis aliquid aptum ad offerendum. & secundum hunc sensum continuatur littere precedenti. Ra. Sa. aliter exponit dicens: q̃ alloquit̃ duas tribus a Nabuc. occidendas. quid facietis in die sollemni. quando dominus de cadaueribus uestris faciet sollemne conuiuium bestiis & auibus. q. d. non habebitis effugiũ. Et cõ/ iungitur cum littera sequenti cum dicitur: ecce enim profecti sunt etc. id est pauci qui effugerunt in destructione Hierusalem iuerunt in Egyptum contra consilium Hie/ remie scilicet Iohannam filius Charee. & alii cum eo Hier. xliii. Ideo subdit̃: Egyptus congregabit eos: ista tamen fuga non ualuit eis: quia cito post Nabuc. intrauit E/ gyptum & eos occidit: ideo subditur. Memphis sepelliet eos: ciuitas est Egypti que nũc dicitur Damiata. desiderabile argentum eorum urtica hereditabit etc. Hierusalem. n. destructa longo tempore fuit sine habitatoribus ubi fugientes absconderãt preciosa: & sic ibi creuerunt urtice & spine. uenerunt dies uisitationis scilicet pro peccatis. Et in hoc notatur iusticia huius punitionis. Scitote. hic increpatur tertia peioratio scilicet de sapientia in stultitiam. dederat enim deus illi populo legem de qua dicitur Deute. iiii. hec est sapientia uestra & intellectus coram populis. sed propter transgressionem eius fuerunt excecati quia frequentatio peccatorum excecat mentis oculum. Ideo di. scitote Israel stultum. & dicunt aliqui correctores q̃ sunt due dictiones scito te & sic Israel est uocatiui casus: sed in Hebreo est una dictio & tunc Israel ẽ accusatiui casus & sic est sensus. scitote. etc. q. d. patet oĩbus q̃ populus Israel factus est stultus. Pro/ phetam insanum. quia prophete Israel erant arrepticii a demonibus. ideo cum dicitur uirum spiritalem: intelligitur maligno spiritu arreptum: & subdit̃ causa huius. ꝓpter multitudinem iniquitatis tue & multitudo amentie tue. scilicet factum est a demõe deo

iuſte ſibi permittente. Conſequenter ſubdit de bonis Prophetis. ſpeculator Effraim. i. annuncians Effraim ueritatem: cum deo meo. id eſt loquens ſpiritu diuino Propheta eſt ſecundū ueritatem ſed quia tales Prophetas querebant interficere ſicut infra patebit de Amos: Ideo ſequitur: laqueus ruine factus eſt ſuper omnes uias eius. quia in factis & dictis talis Propbete querebant occaſionem mortis ſue: & quia regnum Iſrael non ſolum hoc faciebat: ſed etiam regnū Iuda in quo erat templum: Ideo ſubditur: inſania in domo dei eius. quia Zachariā interfecerunt in domo dñi. ii. Paraly. xxiiii. & quia iſta erant horrenda ideo ſubditur. profunde peccauerunt ſicut in diebus Gabaa: in qua uxor Leuite mortua fuit uexata incredibili libidine. Iudic. xviii. Recordabatur iniquitatis eoꝝ. nō quia obliuio cadat in deo ſed quia ad modū recordātis ſe habet quando punit peccata diu diſſimulata. Quaſi uuas. hic increpat q̄rta mutatio de uirtute in maliciam cum dicitur in perſona domini: quaſi uuas in deſerto. que ſunt ibi ualde preciose. quia rare. inueni Iſrael. in primis patribus Abraham Iſaac & Iacob & cōſimilibus. quaſi prima poma ficulnea. que ſunt alijs meliora. in cacumine eius uidi patres eorum: ſicut enim in cacumine arboris fructus citius maturantur & melius eo ꝙ a ſole attīguntur liberius: ſic dicti patres fuerūt meliores poſterioribus de quibus ſubditur: ipſi autem intrauerunt ad Belphegor. id eſt ad idolatriam filiorum Ammon & Moab. Numeri. xxv. abalienati ſunt a deo in confuſione ſcilicet ſua ut ibidē habet & facti ſunt abominabiles ſicut ea que dilexerunt. id eſt ſic idola que abominationes nominantur frequenter in ſcriptura. Effraim. Hic increpatur populus de quinta mutatione ſcilicet a fecunditate proli in carentiam. & diuiditur in tres partes quia primo propoſitum predicitur. ſecundo incidens ponitur ibi: ſed & ne. tertio ſcriptura ad p̄mū reuertitur ibi. Effraim. Carentia uero proli in magna parte fuit eius captiuatio q̄d notatur: cum dicitur: Effraim quaſi auis auolans de nido ſuo auolauit. ductus extra terram ſuam in captiuitatem. & loquitur Propheta de futuro per modum preteriti ſicut frequenter dixi: & ſic intelligendum eſt in multis alijs ubi non exprimo. gloria eorum a partu etc. In hoc enim gloriabantur ꝙ uxores eorum faciliter concipiebant & ſine periculo pariebant. ex quibus ſequebatur abūdantia proli. de mutatiōe huius glorie ſubditur. Quod ſi enutrierint filios ſuos abſq; liberis eos faciam: eos interficiēdo per Aſſyrios. Sed & ne eis. hec eſt pars incidentalis in qua Propheta in perſona dei loquēs denunciat futuram deſtructionem populi Iudaici per Romanos habita occaſione ex eius deſtructione per Aſſyrios de qua ante immediate fuerat locutus. Circa q̄d ſciendū ꝙ iſte eſt unus de paſſibus ſc̄pture ueteris teſtamēti corruptis a Iudeis ſc̄m ꝙ dicit frater Raimundus in Hebraica ligua ualde peritus. Ad cuius intellectum ſciendum ꝙ ſic habetur in Hebreo. quia etiam ueh eis Beſuri de eis. Hebrei uero habent duplicem. S. ſcilicet Samech & Sin in ſono & caractere differentes quando uero Beſuri ſcribitur per litteram Samech ſignificat in receſſu meo. quando uero ſcribitur per Sin ſignificat incarnationem meam. hic autem ſcribitur per Sin & ideo hec eſt uera litera quia etiam ueh eis incarnatio mea de eis. aſſumpſit enim deus carnem de Iudeis & ex hoc ſecutum eſt ueh eis quia pro maiori parte fuerunt increduli & perſecutores Xpriſti & in uindictam mortis eius per Romanos trucidati & captiuati fuerūt quod etiam deſignatur per hoc quod in principio dicitur: quia etiam ueh eis. etiā in latino additamentum ſignificat & in Hebreo loco eius ponitur hec dictio Gam: per quam ſemper ſignatur additamentum conſimilis & diminutio populi Iudaici per Romanos fuit tanta immo maior q̄ illa que fuit facta per Aſſyrios & Chaldeos. A principio. n. obſidionis p Romāos uſq; ad finem mortui fuerūt fame peſtilētia & gladio decieſcētū

milia. Hanc autem ueritatem fidei nostre consonam nititur Ra. Sa. repellere dicens ꝙ littera Sin quando punctatur desuper in sinistra parte habet sonum & uirtutem littere Samech & sic Besuri significat hic recessum & non incarnationem quia sic pū/ctatur Sin in hoc loco. Sed istud uidet fuga ueritatis. Primo quia hec littera in toto ueteri testamento non inuenitur alibi sic punctata ut dicit predictus frater Raimd⁹ us & ego similiter non recolo me uidisse alibi sic punctatum propter quod uidetur hec additio facta ad deprauandum sententiam. Secundo quia puncta non sunt de sub/stantia littere nec a principio scripture fuerunt. Vnde & rotuli qui in Synagogis eorum leguntur sunt sine punctis sed per magnum tempus postea inuenta sunt huiō puncta ad facilius legendum: cum igitur subtracto puncto predicto ipsi concedant ꝙ Besuri per Sin scriptum incarnationem significat: conuincuntur concedere ꝙ Be/suri hic incarnationem significat. Et quoniam translatio nostra secundum dictū Ra. Sa. sequitur que sic habet. sed & ueh eis cum recessero ab eis. patet ꝙ fuit facta post corruptionem dictam potest tamen trahi nostra translatio ad predictum intellectum sed ueh eis etc. quia propter negationē incarnationis dei deus recessit a Iudeis dimittēs eos in cecitate eorum usq; quo intrauerit plenitudo gentium secundū ꝙ adducit Apos. satis diffuse in epistola ad Romanos. Effraim. Hic scriptura reuertitur ad predictā carentiam prolis in regno decem Tribuum tempore ueteris testamenti cum dicitur: Effraim ut uidi Tyrus erat. id est similis Tyro in filiorum multitudine. Ideo subdit: fundata in pulchritudine. pulchritudo enim ciuitatis principaliter consistit in multi/tudine plebis. & consequenter ostendit mutationem in oppositum. Et Effraī educet ad interfectorem filios suos. id est ad Regem Assyriorum qui eos debellauit. & capti/uauit. da eis domine. id est dabis. uuluam sine liberis. id est uxores steriles. & ubera arentia. Ita ꝙ iam nati non poterūt nutriri: & subditur causa huius pene. omnes ne/quicie eorum in Galgal. Ibi enim circumcidit Iosue filios Israel: & tunc ibi p̄mo q̄euit arca aliquo tēpore propter quod Prophete falsi dicebant ꝙ erat locus sanctior tēplo quod erat in Hierusalem. & docebant populum ibi colere idola. exquo reddebantur deo exosi. & a deo reprobati. Ideo sequitur: non addā ut diligam eos. omnes p̄ncipes eorum recedentes. a deo per idolatrias. & a terra sua per captiuitatem. radix eorum exiccata est. id est uirtus prolificandi: quos & si genuerint. nō tamen uiuent. abiciet eos deus meus: de terra sua. uerbum est Prophete captiuitatem denunciantis: quia nō audierunt eum: reuocantem eos per Prophetas ad bonum. & erūt uagi in natiōibus id est captiuitati in longinquis regionibus.

.X.

Vitis frondosa. Post increpationem populi de sua peioratione. hic consequenter increpatur de ingratitudine. Et diuiditur in quattuor partes secūdum quattuor ingratitudines. quarum prima ponitur in ca. presenti. Alie tres in tribus sequentibus. Prima in duas: quia primo increpatur ingratitudinis culpa. secundo subditur pena ibi diuisum est. Circa primum considerandum ꝙ deus fecit illi populo magnū beneficium introducendo eum in terram lacte & melle manantem. Exo. iii. sed hoc bñficio ingrati conuersi fuerunt ad idolatriam. Ideo dicitur: uitis frondosa Israel. uocat aūt populus Israel uitis sicut dicitur Esa. v. Vinea domini exercituum domus Israel est & dicitur frondosa quia multitudine populi & abundātia diuitiarum fuit ibi fortificata: & hoc ex terre fertilitate. Ideo subdit. fructus adequatus est ei. quia quantumcūq; populus creuisset: fructus terre sufficiebant ad eius sustentationem. sed quia hec abundantia fuit occasio eis recedendi a deo: sicut predixerat Moyses Deut. xxxii. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit etc. Ideo subditur: secundum multitudinem fructus sui. id est

diuitiarum naturalium & artificialium. multiplicauit altaria: ad idolatriam exercēdā & non solum uniuſ idoli sed multorum. Ideo ſubditur: iuxta ubertatem terre ſue exuberauit ſimulachriſ. Diuiſum eſt. hic conſequenter ſubditur pena: & primo ponitur punitio. x. Tribuum. ſecundo correctio duarum ibi. arabit Iudaſ. prima in treſ quia primo ponitur punitio populi. ſecundo aſportatio idoli ibi: uaccaſ. tertio captiuatio ſceptri regu ibi: confuſio. Circa primum dicitur: diuiſum eſt cor eorum. partim idola colendo partim deum. nunc interibunt. id eſt cito interficientur: & captiuabunt̄ per Regem Aſſyriorum. ipſe conſtringet ſimulacra eorum. accipiendo inde aurum & argentum. depopulabitur araſ eorum. arripiendo ſibi precioſa ornamenta eorum. quia tunc dicent Iſraelite. non eſt Rex nobiſ. id eſt non potuit defendere ſicut cōmuniter dicitur de Rege qui neſcit uel non poteſt populum defendere: non habemuſ Regem & ſubdit cauſam: non enim timemuſ dominum. ſic enim dicebant aliqui boni inter eoſ exquo non reueremur dominum: Rex nō poteſt defendere noſ. loquimini uerba uiſionis inutiliſ. uerbum eſt Prophete increpantiſ populum eo q̄ credebāt uerbiſ falſorū Prophetarum. In Hebreo habetur: loquimini uerba iuramenti falſi. id eſt q̄n iuratiſ falſo iuratiſ. & foueriſ feduſ ſcilicet fallaciter cum proximiſ ueſtriſ: & ideo aliqui libri habent. cum mendacio. ſed nō eſt in Hebreo ſubintelligitur tamen: & germinabit q̄ſi amaritudo iudicium ſuper ſulcoſ agri. id eſt peruertitiſ iudiciū pauperum: qui uocāt̄ hic ſulci agri. eo q̄ per potentiā diuitum opprimuntur. & moleſtantur. Vaccaſ. Hic conſequenter deſcribitur aſportatio idoli. & quia iſta littera eſt intricata & ſecundum Hebreoſ in parte corrupta. Ideo ad eiuſ intellectum ſunt aliqua premittenda. p̄mum eſt quia Manaben Rex Iſrael dabat ſinguliſ anniſ munera precioſa Regi Aſſyrioꝝ: ut confirmaret regnum ſuum: quod intrauerat uiolenter. iii. Regū. xv. & inter illa munera fuerunt uituli aurei quoſ fecerat Hieroboam uel ſaltem unuſ eorum de quo hic fit mentio ſcilicet ille qui erat in Bethel que alio nomine dicit̄ Bethauen Ioſ. viii. & in hoc conueniunt Hebrei & Latini: Dicunt ulteriuſ aliqui expoſitoreſ Latini q̄ ſacerdoteſ illiuſ idoli uel idolorum fecerunt occulte uituloſ de cupro deauratoſ & illi fuerunt deportati in terram Aſſyriorum & ipſi furtiue retinuerunt ſibi aureoſ. & cum poſtea Rex Aſſyriorum uidit fraudem indignatuſ afflixit grauiuſ terram & ſecundū hoc exponūt litteram iſtam dicenteſ. uaccaſ Bethauen. id eſt uitulū qui erat in Bethel quem uocat Prophetа nomine uacce deriſorie & in plurali uaccaſ eo modo loquendi quo dicitur Exodi. xxxii. Iſti ſunt dii tui Iſrael qui te eduxerunt de terra Egypti: & tamen non erat ibi niſi unuſ uituluſ conflatiliſ. coluerunt habitatoreſ Samarie que erat metropoliſ & ſic habitatoreſ eiuſ coluerunt idolum a ſuo Rege factum: qa luxit ſuper eum. id eſt ſuper uitulum. populuſ eiuſ. qui colebat eum. Ideo luxit quādo fuit exportatuſ modo predicto. & editui eiuſ. id eſt ſacerdoteſ uituli: & dicuntur editui ab ede & tueor tueriſ quaſi tuenteſ ſeu cuſtodienteſ edem idoli. ſuper eum exultauerunt. propter ſuum lucrum quia ſibi furtiue retinuerunt. ſed populuſ lugebat quia ipſum ſublatum credebat. in gloria eiuſ. id eſt in uitulo qui reputabat̄ honor patrie. munuſ Regi ultori. quia ulciſcebatur Manaben de contradicentibuſ ſibi. confuſio Effraim capiet. id eſt ex hoc confuſionem reportabit fraude detecta ut predictum eſt. & cōfundetur in uoluntate ſua. id eſt: in uoluntate ſacerdotum: qui fecerunt tale furtū ex quo ſecuta eſt confuſio regni modo ſupradicto. Hec expoſitio non uidetur ualere primo quia ſatiſ uidetur diſtorta. ſecundo quia cum dicitur: coluerunt habitatoreſ Samarie quia luxit ſuper eum populuſ eiuſ. li quia de ſuo ſignificato eſt redditiuum cauſe dicti immediate precedentiſ. luctuſ uero populi de aſportatione uituli non eſt

aliquo modo causa uel ratio q̄ habitatores Samarie colerent ipsum sed magis ē ratio ad oppositum. Item furtum sacerdotum uidetur esse fictitium quia in receptiōe & traditione rerum sic pretiosarum adhibetur magna diligentia. Vas autem aureum a cupreo deaurato statim distinguitur per colorem & pondus. Item expositores isti dicunt hoc haberi ab Hebreis qđ non uidetur uerū: quia Ra. Sa. maximus doctor inter Hebreos nihil penitus dixit de hoc furto uel fraude sed ad contrarium sensum exponit litteram quantum ad hoc. Sciendū igit̄ q̄ hec est littera Hebraica. ad uaccas Bethauen timuerunt habitatores Samarie. id est propter uitulum qui erat in Bethel ut supradictum est timuerunt habitatores Samarie scilicet ne infortunium & malum ueniret super regnum propter missionem uituli Regi Assyriorum. Erat enī Samaria metropolis regni & ideo pre ceteris exprimitur timor eius respectu infortunii futuri translator uero noster uidetur credidisse hunc timorem fuisse reuerentie & ideo trās/tulit coluerunt pro timuerūt. quia luxit super eum. id est super uitulum trāsportatū populus eius. id est populus regni Israel. & editui. id est sacerdotes similiter luxerunt qa habuerūt maiorē cām lugēdi. & iste luctus mouit habitatores Samarie ad magis timendū de ifortunio futuro. sup eū exultauerūt i gloria eius. i. sup uitulū exultaue/runt sacerdotes & pplūs qm̄ gloriose uenerabant̄. & ideo luxerūt in eius deportatiōe de qua subdit̄: quia migrauit etc. ita q̄ li migrauit referēt̄ ad illud qđ p̄dicit̄ de luctu sacerdotum: cetera patent ex supradictis. Confusio. Hic consequēter describitur cap/tiuatio sceptri cum dicitur: confusio Effraim capiet. id est Regem Israel qui sic noīat̄ quia primus Rex fuit de Tribu Effraim. Et confundetur Israel. id est populus eius: in uoluntate sua. id est quia consensit Regi in cultu uitulorum. Ideo subditur: trāsire fecit Samaria Regem suum quasi spumam super faciem aque. id est fecit eum duci in captiuitatem uiliter sicut spuma est res uilis eo enim q̄ populus consensit Regi in cultu idolorum idolatria fuit multiplicata in regno que fuit occasio captiuationis Regis & populi. & disperdentur excelsa idoli. id est utriusq; uituli qui colebatur in locis altis peccatum Israel: hoc dicitur quia. iii. & . iiii. Reg. frequenter reperitur de Hieroboā eo q̄ fecit uitulos q̄ peccare fecit Israel. lappa & tribulus ascendet super aras eorum: quia terra uertetur in desertum. & dicent scilicet Israelite qui imminēte captione sua desiderabant occultari in cauernis montium. Ex diebus Gabaa peccauit Israel. Ad intellectum huius sciendū q̄ casus de idolo Miche & de uxore Leuite in Gabaa mor/tue fuerunt eodem tempore & licet scribantur in fine libri Iudicum tamen cōtigerūt cito post mortem Iosue. Et de casu idoli declarau Iudic. xvii. & idem patet de alio casu: quia tunc temp̄is Phinees filius Eleazari sacerdotis erat sūmus sacerdos ut habet̄ Iudic. xx. c. Sic igitur dicitur. Ex diebus Gabaa peccauit Israel. quia a tempe quo enormiter peccauit Gabaa in uxore Leuite totus populus Israel peccauit in idolo Miche quia permisit illud stare in Tribu Dan usq; ad dicte Tribus captiuitatē. Ideo subditur ibi. steterunt: quia idolum Miche in Tribu Dan stare permiserunt: & iuxta hoc fit hic memoria de peccato Gabaa arguendo populum Israel qui fuit ita sollicitus de uindicanda iniuria humana: & tamen neglexit uindicare iniuriam diuinam. licet enim bene fecerit in primo scilicet pugnando contra Gabaonitas. tamen magis rene/batur ad secundū scilicet ad amouendum idolū de Tribu Dan & pro ista negligentia fuit punitus in pugna contra Gabaonitas a quibus fuit bis turpiter debellatus licet ui/cerit in tertio conflictu. & hoc est quod subditur: non apprehēdet eos in Gabaa plūs super filius iniquitatū. id est Gabaonitis quibus non p̄ualuerunt prima uice uel secūda iuxta desiderium meum corripiam eos: per regem Assyriorum. congregabunt̄ super

eos populi: scilicet multi cum Rege Assyriorum uenientes. cum corripientur propter duas iniquitates suas. id est propter duos uitulos quos inique coluerunt. Effraim. id ē regnum Israel. uitula docta diligere trituram. id est similis est uitulo qui cōsueuit tri/turare. id est excutere granum in area ex conculcatione sua. sic enim teruntur messes in terra illa. uitula autem talis diligit locum triture quia consueuit ibi comedere ad li/bitum suum secundum illud Deute. xxv. nō ligabis os boui trituranti. & ideo nō uult exire de loco illo licet ꝑcutiatur. & si exit cito reuertitur: sic populus Israel fuit fre/quenter flagellatus a deo propter idolatriam. & tamen non dimisit eam. & si aliquādo dimiserunt: hoc fuit tantum ad horam. littera autem Hebraica planior est: que talis est. Effraim uitula stimulata diligit trituram. id est locum triture non dimittens illum pro stimuli punitione. & ego transiui super pulchritudinem colli sui: totaliter subiu/gando Assyriorum Regi. ascendam super Effraim. id est faciam ascendere Regem Assyriorum super ipsum. Ita ponet pedes super eius collum. Ille enim qui simpliciter ē debellatus dicitur suppeditatus. Arabit Iudas. hic ponitur correctio duarum Tribuū Et diuiditur in duas partes quia primo ponitur hic correctio. Secundo. x. Tribuum obstinatio ibi: arastis. Circa p̄mū sciendū q̄ due Tribus uidēte. x. tribus captiuatas propter peccata sua dispposuerunt se ad bonum adhortante eas Ezechia Rege earū. Ideo dicitur: Arabit Iudas etc. id est disponet se ad laborem penitentie & ad opa uir/tutis & misericordie. Ideo subditur: seminate uobis in iusticia. etc. tempus aūt reqrēdi dn̄um per bona opera. cum uenerit: qui docebit uos iusticiam. scilicet Rex Ezechias. Sed quoniam Ezechie successit Manasses filius eius qui fuit pessimus & idola posuit in domo domini: Ideo subditur: arastis impietatem. id est disposuistis uos ad male agendū sic exponunt aliqui continuando ad litteram precedentem. sed quia in fine concludit Sic uobis fecit Bethel. in qua adorabatur uitulus que erat in regno Israel & nō Iuda patet q̄ hec littera non coniungitur precedenti. sed dirigitur ad populum. x. tribuū propter quod sciendum q̄ hic: arastis. etc. incipit alia pars in qua post correctionem duarum Tribuum predictam reuertitur Prophета ad ostendendum obstinationem x. Tribuū in malo. d. arastis impietatē: cogitando mala agere. iniquitatem messuistis implendo opere. comedistis frugem mendacii. acquiescendo false prophetie. quia con/fisus es in uiis tuis. mittendo nuncios ad Regem Egypti ut rebellares Assyrius. quod fecit Osee. iii. Reg. xxi. & in multitudine fortium tuorum. magis confidēdo de eis q̄ de deo: propter hoc sequit̄: consurget tumultus in populo tuo. id est sonus cōfusus fugientium de prelio. & omnes munitiones tue. in quibus confidebas. uastabūt̄: sicut uastatus est Salmana etc. Iudic. viii. scribitur: q̄ Gedeon debellauit Zebee. & Sal/mana principes Madian. & captos occidit eo q̄ interfecerant fratres suos in Thabor. & secundum hoc exponitur hec littera. sicut uastatus est Salmana: Princeps Madiā. a domo eius que uindicauit Baal. id est uindictam accepit de eo quia suffodit altare eius. & lutum eius succidit. Iudic. vi. In die prelii: refertur ad illud. sicut uastatus est Salmana. scilicet in die prelii cum ipso. matre super filios allisa. id est eo q̄ occiderat fratres Gedeonis & matrem eorum cum ipsis. secundum Hebreos alia est hic sentētia & littera licet ad eandem conclusionem. Ad cuius intellectum sciendum q̄ in Hebreo non habetur hic: Salmana. sed Salman: nec est nomen proprium secundum eos sed appellatiuum. & significat pacificam seu quietam. hoc etiā uidetur quia Salmana qđ est nomen proprium incipit per litteram Sade. Salman uero hic scriptum incipit per litteram Sin. Item pro eo q̄ habemus a domo eius. qui uindicauit Baal. In Hebreo habetur a domo insidiatoris. & est sensus. id est sicut gens pacifica & quieta nō timēs

ſibi de periculo uaſtatur ab inſidiatore & eius familia irruente ſubito ſuper gentem improuiſam que credebat eſſe in pace & quiete ſicut legitur de uaſtatiõe Iachi Iudi/ xviii. In die prelii: ſic inſidioſi. matre frater filioſ alliſa. taleſ enim latroneſ non ſolum ſolent interficere mareſ ſed etiam feminaſ ne accuſentur. & ſic occidunt matreſ cũ filiis & eſt intentio Prophete q̃ ſic fiet. x. Tribubus pro peccatis ſuis: ideo ſubditur. Sic fecit uobis Bethel. id eſt meruit. a facie malicie nequitiarum ueſtrarum. id ẽ propter nequiciaſ ueſtraſ ibidem factaſ adorando uitulum. .XI.

Sicut mane. hic increpat̃ populus pro ſecũda ingratitudine que accipit̃ reſpectu beneficii eductionis populi de Egypto & deductionis per deſertum. & licet iſtud beneficium preceſſerit tempore beneficium poſitum ca. precedenti: non tñ intentione quia ad hoc facta eſt eductio populi de Egypto. ut induceretur in terram lacte & melle manantem. p̃terea ſicut frequenter dictum eſt in ſacra ſcriptura frequenter p̃ua facta poſterius ſcribũtur. Preſens igitur ca. in duaſ parteſ diuiditur: quia primo po/nitur populi uaſtatio pro ſua ingratitudine. ſecundo eiusdẽ conſolatio ex diuina dul/cedine ibi: quomodo. Circa primum dicitur. ſicut mane tranſit: uelociter pertranſit Rex Iſrael id eſt regnum Iſrael cito deficiet & hoc pro ingratitudine beneficii accepti quod notatur cum ſubditur: qa puer Iſrael. puericia huius populi attenditur ſecundũ tempus exitus de Egypto ut frequenter ſupra dictũ eſt: ideo ſubditur. & ex Egypto uocaui filium meum. Vnde Exo. iiii. dicit dominus filius meus primogenitus Iſrael. uocauerunt eos: ſcilicet Moyſeſ & Aaron & alii Prophete ſequenteſ exhortanteſ po/pulum ad bonum. ſed ſic abierunt a facie eorum. id eſt retrocedenteſ a monitis eorũ. Ideo ſequitur: Baalim immolabunt etc. & ego quaſi nutritus Effraim portabam eos. etc. ſicut nutrix portat infantulum. & neſcierunt. id eſt ſe neſcire ſimulauerunt. q̃ cu/rarem eos. id eſt q̃ gererem curam de eis. beneficia exhibendo. & in hoc apparet ingratitudo. in funiculis Adam trabam eos. id eſt in beneficiis exhibitis que attrahunt cor hominis. & ſunt quedam uincula dilectionis. & ero eis quaſi exaltans iugum etc. id eſt ſubleuans laborem eorum quaſi auriga quando uidet bouem onere depreſſum ſubleuat iugum: ut alleuiatus uires reſumat ad laborandũ ſic dñs filioſ Iſrael afflictoſ in deſerto recreauit bñficiis educendo eis aquam de petra. & ſimilibus ut meliuſ laboreſ itineris tolerarent. & declinauit ad eum ut ueſceretur. dando de celo mãna Exo. xvi. non reuertetur in terram Egypti. ſic enim fuit iniunctum populo ut non reuerteretẽ ampliuſ in Egyptum querendo amicitiaſ Egyptiorum. ſed quia tranſgreſſi fuerunt hoc ut dictum eſt ca. precedenti. Ideo ſubditur: & Aſſur ipſe erit Rex eius. ipſum ſubiiciendo ſibi. & captiuando. quoniam noluerunt conuerti. ſcilicet ad bonũ ſecundũ mõita Prophetarum. cepit gladius. ſcilicet deuorare habitatoreſ ciuitatum eius. & cõ/ſumet electoſ. id eſt bellatoreſ robuſtoſ. & populus meus pendebit. id eſt ſuſpenſa & confuſa mẽte remedium expectabit. ad reditum meum. ſcilicet per exhibitionẽ bñficii quod ab eis ſubtraxi. & quia ibi fuit longus temporis tractus. Ideo ſubditur. Iugum autem imponetur eis ſimul. id eſt grauis ſeruitus ab Aſſyrius. quod non auferetur. quia captiuitaſ. x. Tribuum non fuit reuocata de Aſſyrius. ſed captiuitaſ duarũ Tribuum fuit reducta de Babylone. Quomodo. Hic ponit̃ populi conſolatio ex diuina pietate ad quod oſtendendum primo excluditur populi meritum: cum dicitur in perſona dei. quomodo dabo te Effraim: in manibus aduerſariorum ſicut meruiſti? quomodo dabo te? & reſpondet. ſicut Adama ponam te ut Seboim. id eſt ſecundum demerita tua de/beres imperpetuum ſubuerti & deleri abſq; reparatione aliqua ſicut iſte due ciuitateſ Adama & Seboim fuerunt funditus ſubuerſe cum Sodoma & Gomorra. conuerſum

est in me cor meum. id est non puniam te secundum totum rigorem iusticie mee. cō/turbata est plenitudo mea. id est commota est super te misericordia mea. non faciam furorem ire mee. id est rigorem iusticie mee. non conuertar ab intentiōe misericordie mee. ut dispergam Effraim. id est totaliter deleam absq; reparatiōe. quoniā ego deus qui punit ad correctionem. & non homo: qui punit ad interitū & uindictā. in medio tui sanctus. id est te sanctificans. & non ingrediar ciuitatem. id est cultum meum nō ponam in una ciuitate tantum sed per totum mūdum. & hoc est tempore gratie ī quo sacrificium ecclesie offertur ubiq; & non in una ciuitate tantum sicut fiebat tempore ueteris testamēti. extra enim Hierusalem non erat locus sacrificii & propter hoc dixit dominus Malachie. i. ca. A solis ortu usq; ad occasum magnum est nomen meum: in gentibus & in omni loco offertur. & sacrificatur nomini meo oblatio munda. ꝑpter quod dicit Saluator Iob. iiii. uenit hora in qua non in monte hoc neq; Hierusolymis scilicet tantum adorabitis patrem sed ubiq;. Ideo subditur: sed ueri adoratores ecclesie erunt: qui adorabunt patrem in spiritu & ueritate. spiritus enim est deus etc. qui loco non circumscribitur. nec ad locum determinatur. post dominum ambulabunt et obe/diendo. quasi leo rugiet etc. hoc exponit R.a. Sa. de Messia futuro & quantū ad hoc q; de Xpristo exponit: bene dicit. sed qđ dicit futurum iam est impletum. quia Xp̄c q; dicitur leo de Tribu Iuda Apoc. v. ca. rugit clamore sue p̄dicationis in se & Aplis. & formidabunt filii maris. id est homines huius seculi quod est quasi mare procellosū. & auolabunt quasi auis ex Egypto. id est uelociter uenient ad fidem quod ē impletū tempore Apostolorum a quo fides Xpristi publicata est per totum orbem non solum de gētilibus sed etiam de Iudeis regni Iude & regni Israel per orbem dispersis cōuersi sunt ad fidem. & collocabo eos in domibus suis. id est in ecclesiis ubiq; per orbē terraꝝ edificatis. & postea in celi mansionibus Iohannis. iiii. In domo patris mei mansiones multe sunt. etc.

.XII.

Circundedit me. Hic incipit. xii. ca. secundum Hebraicam ueritatem in quo po/pulus. x. Tribuū increpat de tertia ingratitudine que respicit beneficiū impēsū Iacob Patriarche non solum pro se sed etiam ꝑ posteris suis quo beneficio abuse sunt x. Tribus erga deum ipsum pro idolis dimittendo. & erga fratres suos duarū Tribuū eos multipliciter persequendo. ut patet. iii. Regum. xxiii. in pluribus locis. propter qđ in hoc ca. iuxta beneficium Iacob impensum describitur ingratitudo seu malicia x. Tribuum & primo generaliter. secundo specialiter ibi. si Galaad. Prima in duas: quia primo ponitur malicia populi. secundo misericordia domini ibi: ego dñus. Prima adhuc in tres quia primo malicia populi premittitur. secūdo beneficium dei interponit ibi: in utero. tertio scriptura ad primum reuertitur ibi: Chanaan. Prima adhuc ī duas quia primo ponitur. x. Tribuum culpa. secundo pena ibi: Effraim pascit. Circa ꝑmū dicitur in persona dei: circundedit me. id est delusit. Effraim. id est Hierobaī. ꝑmus Rex ex Tribu Effraim: in negatione Dauid serui mei. dicendo non est nobis pars in Dauid. etc. iii. Regum. xii. & in negatione nominis mei. dicendo de uitulis fabricatis. Isti sunt dii tui Israel qui eduxerunt te de terra Egypti. ibidem. & quia Hieroboam induxit ad hanc negationem duplicem primo Tribum Effraim: & consequenter aliās nouem. ideo subditur: Iudas autem testis descendit cum deo. In Hebreo habet: Iudas autem adhuc potens cum deo. quia licet diminutum fuit regnum suum tamen adhuc habuit potestatem super tres Tribus scilicet Iude Beniamin & Leui. quia sacerdotes & Leuite per regnum Israel dispersi in ciuitatibus sibi assignatis a Iosue dimiserunt eas nolentes uitulos colere. & habitauerunt in regno Iuda ubi remanserat dei cultus.

& ideo dicitur: potens cum deo. qui est sanctus & fidelis in implendo promissa. Ideo subditur: & cum sanctis fideli: quod exponit Ra. Sa. dicens: id est cum deo sancto & benedicto & hec expositio est multum cõsona fidei nostre. licet preter eius intentionẽ hic enim exprimitur articulus sancte trinitatis per hoc enim q̃ de eo dicitur: cũ sãctis fideli: per nomẽ plurale quod coniungitur singulari intelligitur recte pluralitas personarum in unitate essentie. ad hanc expositionem potest trahi translatio nostra cum dicitur: Iudas autem testis. scilicet ueritatis per hoc quod retinuit cultum dei ueri. descendit. quia regnum eius fuit diminutum quia tamen dei cultum tenuit: Ideo subditur cum deo etc. Hanc autem litteram aliqui expositores nostri exponunt de fidelitate Tribus Iude quia prima post Moysen itrauit mare Rubrum & sic dicitur. Iudas aũt testis. scilicet ueritatis a Moyse dicte. descendit scilicet post eum in mare Rubrũ. cũ deo. id est secundum mandatum diuinum & cum sanctis fidelibus id est cum Moyse & Aaron. Sed hec expositio patet falsa: eo q̃ in Hebreo non habetur fidelibus in plurali sed fideli in singulari. hec etiam expositio non habet cõuenientiam ad p̃cedentẽ litteram. sed prima expositio est secundum ueritatem Hebraicam & consonam fidei Catholice & consequenter se habens ad litteram immediate precedentem. Effraim. hic consequenter ponitur populi. x. Tribuum pena & primo in bonis possessis cũ dicitur: Effraim pascit uentum. in penam enim predicte duplicis negationis fuit multum afflictus a circundãtibus populis & maxime ab Assyrijs a quibus primo fuit sub tributo subiectus. & postea captiuatus. iiii. Regum. xvii. & secundum hoc dicitur. Effraim. id est populus. x. Tribuum sic nominatus eo q̃ Hieroboam primus Rex fuit de illa Tribu ut predictum est. pascit uentũ: superbis Assyrius reddendo tributũ. & sequitur estum. id est Egyptum que est in plaga australi respectu Iudee. & sic in calidiore regione. Osee enim Rex Israel querens liberari a tributo Assyriorum misit nuncios ad Regem Egypti cum muneribus magnis ut eius auxilio liberaretur: ut habetur. iiii. Regum. xvii. tota die mendacium & uastitatem multiplicat. mentitus enim fuerat Regi Assyriorum cui iurauerat seruire sub tributo. & per hoc incurrit uastitatẽ. id est destructionem regni sui. quia Rex Assyriorum perpendens q̃ uolebat ab eius seruitute recedere terram eius uastauit. & ipsum finaliter captiuauit. & fedus cum Assyrijs iniit. hoc subditur ad exponendum q̃ dictum est obscurius de pacto quod firmauit cum Rege Assyriorum de reddendo sibi tributum. & oleum in Egyptum ferebat. id est per nũcios mittebat cum aliis muneribus ut liberaretur a dicto tributo & quia ex hoc secuta est captiuitas Regis & regni ut dictum est: & quia hoc fuit in parte pro persecutione regni Iude quam regnum Israel sibi intulit. Ideo concluditur: iudicium ergo domini. in punitione Effraim. cum Iuda. id est pro Iuda. & uisitatio. i. punitio dei: super Iacob. id est super regnum Israel eo q̃ Iacob & Israel sunt nomina synonyma. Geñ. xxxii. iuxta uias eius. id est opera. & iuxta adinuentiones eius. in persecutione & uituli fabricatiõe. reddat ei. penam debitam inferendo. In utero. Hic cõsequẽter ponitur bñficium Patriarche Iacob impensum. cuius. x. Tribus erãt ingrate & ponitur hic duplex beneficium unum ante natiuitatem cum dicitur: In utero supplantauit fratrem suum. collidebantur enim in utero matris. Geñ. xxv. & cum dñs consuleret de isto conflictu respondit dominus duo populi ex tuo uentre diuidentur populusq; populum superabit. & maior seruiet minori. Secundum beneficium post natiuitatem in etate iam adulta. Ideo subditur: & in fortitudíe sua directus ẽ cũ angelo de hac lucta dixi plenius Gene. xxxii. aliud tamen est repetendum eo q̃ aliud hic additur: quod ibi dimittitur. Sciendum tamen q̃ secundum Ra. Sa. & alios Hebreos

ille angelus erat custos Esau propter quod zelans pro eo voluit impedire Iacob ne intraret in terram promissionis ad obtinēdum benedictioōs. & primogenita Isaac in preiudicium Esau: sed dominus tantam fortitudinem tunc cōtulit Iacob q̄ nō potuit impedire eum sed magis Iacob prevaluit. Ideo dicitur hic: directus est cum angelo. i. luctauit cum eo. & inualuit ad angelum & confortatus est. quod uidēs angelus fleuit eo q̄ non poterat impedire & rogauit: ut dimitteret eum: secundum quod dicit Gen̄. xxxii. dimitte me iam aurora est etc. querens dilationem de sententia dei super iura benedictionis & primogeniture. Ideo subditur in persona angeli. In Bethel inuenie/ mus eum scilicet deum. & ibi loquatur nobiscum. determinans hanc causam. & talis est hic littera Hebraica. hec autem expositio continet aliqua inconuenientia. Primo qa secundum Hebreos ille angelus erat bonus eo q̄ erat Esau custos deus autem iā ante dixerat ipsi Iacob. Reuertere in domum natiuitatis tue. Ge. xxxi. Nullo aūt modo uerisimile est q̄ angelus bonus uellet executionem diuini mandati impedire cum eius uoluntas sit omnino conformis uoluntati diuine. Nec potest dici q̄ angelus sanctus ignoraret reuelationem factam ipsi Iacob. tum quia reuelatiōes fiunt hominibus me/ diantibus angelis. & ideo que angelis reuelantur prius a sanctis angelis cognoscuntur tum quia Iacob reuelationem seu mādatum dei predictum narrauerat uxoribus suis Rachel & Lye Gen̄. xxxi. talia uero non latent angelos quorum cognitio nō im/ peditur per distantiam localem. Item angelus experiens tantam fortitudinem in Iacob ut dicunt Hebrei ignorare non potuit q̄ hoc esset a deo. & per consequens nullo mō de hoc fleuisset. nec dilationem de iure benedictionis & primogeniture determinādo quesiuisset cum voluntas eius sit totaliter conformis uoluntati diuine propter qd̄ sicut dixi Gen̄. xxxii. iste angelus fuit custos Iacob & ex volūtate dei in corpore assūpto apparuit ut non solum uerbo sed etiam sensibili signo assecuraret eum de Esau fratre suo quē nimis timebat. & ideo post luctam in qua finxerat se nō posse p̄ualere Iacob dixit: Si fortis fuisti contra deum. i. contra angelum a deo missum propter quod dicit deus participatiue quanto magis contra homines preualebis? id est contra Esau cum filius suis. nec tamen illa fictio angeli fuit mendaciū sicut nec illa qua dominus finxit se lōgius ire Lu. xxiiii. quia per fictionem angeli significabatur ueritas futura q̄ pplūs descendens de Iacob preualeret populo descendenti de Esau sicut & per hoc q̄ dn̄us finxit se longius ire significauit q̄ adhuc erat longe seu peregrinus a discipulo4 mēte ut exponit beatus Gregorius homelia. xiii. Igitur secundum hoc exponenda ē hec littera. & in fortitudine sua. id est quam habebat ex natura sua & non datam a deo ad horam ut dicunt Hebrei. directus est cum angelo. cum eo luctando. & inualuit ad angelum. non secundum essentiam sed secundum apparentiam per angeli fictionem qua sic habebat se quasi eum superare non posset absq; falsitate & mendatio. ut dictū est. & confortatus est. per benedictionem angeli sibi datam secundum q̄ dicitur Gn̄. xxxii. & benedixit eum in eodem loco. & fleuit. scilicet Iacob. & rogauit eum. id est deuote & cum lachrymis rogauit ut dirigeret eum in uia. & custodiret. & sic factū est. Ideo subditur: In Bethel inuenit eum. scilicet deum cum angelo. & ibi locutus est no/ biscum. quia ibi deus in presentia angeli dixit ei. ego deus omnipotens crescere & mul/ tiplicare. & subditur: terramq; quam dedi Abraham & Isaac dabo tibi & semini tuo. Et ad hunc intellectum potest applicari littera Hebraica cum dicitur: in Bethel iue/ niemus eum. ut sit uerbum angeli denunciantis Iacob: deum sibi apparitūrū in Bethel Gen̄. xxxv. & ibi loquatur nobiscum replicans super te benedictiones patrum tuo4 & semen tuum pro quibus ego rogaui eum. Angeli enim procurant bonū sue custodie

commiſſarum. & dominuſ deuſ exercituum. id eſt angelorum. memoriale eiuſ. id eſt ipſiuſ Iacob. tum quia habuit deum ſemper in memoria: tum quia nomen dei ſemper rememorabatur inquantum deuſ Iacob dicebatur. & eſt uerbum Prophete reme/morantiſ iuſticiam Iacob Patriarche ut eam poſteri imitentur. Ideo ſubditur: & tu ſcilicet populе Iſrael. ad deum tuum conuerteriſ. ſi Iacob imitari ſtuderiſ. & ſubditur moduſ conuerſioniſ. miſericordiam & iudicium cuſtodi: quia miſericordia ſine iudicio ẽ puſillanimitaſ. & iudicium ſine miſericordia crudelitaſ. Chanaan. hic ſc̃ptura reuertit̃ ad deſcribendum maliciam. x. Tribuum quantum ad cupiditatiſ uitium. d. Chanaan in manu eiuſ ſtatera doloſa etc. & non eſt hic chanaan nomen proprium quia Cha/nanei de terra illa erant expulſi ſed nomen appellatiuum ſignificanſ mercatorẽ ſicut & Prouerb. xxxi. Sindonem fecit & uendidit. & cingulum tradidit chananeo. & dixit Effraim. id eſt populuſ. x. Tribuum ut dictum eſt ſupra. ueruntamen diues effectuſ ſum. abſq; ſeruitute dei. inueni idolum mihi. i. aurum & argentum quod eſt idolũ cupidi ut dicit hic gloſa. Vnde in Hebreo habetur ſic: inueni cenſũ mihi. id eſt faciliter acquiſiui. omneſ laboreſ mei non inuenient mihi iniquitatem. id eſt quantũcunq; laboraſſem non acquiſiuiſſem tantam pecuniam quam Prophete uocant iniquitatem. maior enim pecunia acquiritur per fraudem uſure q̃ per laborem corporalem. Rab. Sa. aliter exponit dicenſ: q; hic eſt moduſ loquendi decurtatuſ ubi oportet aliquid ſuppleri: ſicut. ii. Reg. v. dicitur propoſuerat enim Dauid in die illa qui percuſſerit Hiebuſeum etc. & non fit aliqua mentio de remuneratione ſecundum Hebraicam ue/ritatem ſed ſupplendum eſt: fiet magiſter milicie ſicut exprimitur. i. Paralypom. x. Et eodem modo hic continuando littere precedenti. inueni idolum mihi. ſupple diciſ. & tu dereſ dicere. omneſ laboreſ mei. id eſt diuitie mee. nõ inuenient mihi iniquitatẽ. id eſt non potuerunt expiare iniquitatem meam & ſic eſt uerbum dei uel Prophete arguentiſ in populo Iſrael uitium cupiditatiſ. Et ego: poſtq̃ deſcripta eſt malicia populi hic iuxta eam ponitur gratia dei: ut maior appareat iuxta ſuum oppoſitum. & continuatur ſic littere precedẽti. licet iniquitateſ tue ſint magne & inexpiabileſ per te Ego tamen ſum dominuſ deuſ tuuſ ex terra Egypti. id eſt ab illo tempore quo inde te redemi. & legem tibi dedi. & peccata poſſum remittere tibi. adhuc te faciam in ta/bernaculiſ. quod exponit Ra. Sa. ſic tempuſ erit a quo auferam te a ſtateriſ doloſiſ & faciam te ſedere in ſynagogiſ & ſcholiſ cum auditoribuſ diuine legiſ & hoc fuit ſpletũ qñ dominuſ uocauit de teloneo Matthеum. Item. xi. c. & de actiſ publiciſ Zacheum Luc. xix. & conſimileſ ad ſuum diſcipulatum. ſicut in diebuſ feſtiuitatiſ. In ſabbatiſ enim conueniebant in ſynagogiſ iudei ad audiendam doctrinam diuine legiſ. & ſic fa/ciebant Xpriſtiani in Eccleſia primitiua & modo faciunt diebuſ dominiciſ. & locutuſ ſum ſuper Prophetaſ. id eſt per Prophetaſ de tempore huiuſ uocationiſ: qđ ẽ tẽpuſ gratie. & ego uiſiõem multiplicaui. quia ſicut dicit Ra. Sa. ſuper Zachariã uniuerſi Prophete non ſunt locuti niſi ad dieſ Meſſie. id eſt niſi principaliter propter tempuſ Chriſti denunciandum. & in manibuſ Prophetarum. i. in operibuſ eorũ. aſſimulatuſ ſum. id eſt prefiguratuſ ut in formatione eue de coſta Ade prefigurata eſt formatio Eccleſie de latere Xpriſti dormientiſ in cruce & per deglutitionem Ione in uentre ceti tribuſ diebuſ & tribuſ noctibuſ ſepultura Xpriſti ſecundum quod dicitur Matth. xii. & ſic de multiſ aliiſ poſſet exemplificari. Si Galaad. Poſt increpationem malicie populi. x. Tribuum gene raliter: hic increpatur ſpecialiter quantum ad ciuitatẽ Ga/laad cuiuſ habitatoreſ peſſimi erant ut dictum eſt ſupra. vi. ca. & ideo hic ſpetialiter increpatur de idolatria. & primo arguitur hoc uitium. ſecundo iuxta hoc ponit̃ erga

Patriarcham Iacob dei beneficium: ibi. fugit Iacob. Circa primum dicitur: si Galaad idolum: .& accipitur hic si pro quia propter quod concludit̃: tamen frustra erāt etc. erat enim Galaad ultra Iordanem & Galgal citra & q̃uis in Galaad colerent̃ idola: tamē cum hoc transibant Iordanem ad exercendum ibi idolatriam que ibi uigebat ut dictum est supra. iii. ca. bobus immolantes. sacerdotes enim idolorum ad augmētandū questum suum fecerant ibi idola ad similitudinem uitulorum in Bethel & in Dan existentium. nam & altaria eorum quasi acerui etc. id est totaliter destruentur. Fugit Iacob. Hic iuxta populi uitium describitur erga Iacob dei beneficium: & primo beneficium ei exhibitum in persona propria cum dicitur: fugit Iacob in regionē Syrie & hoc de consilio matris ne ab Esau interficeretur Geñ. xxvii. & de uolūtate patris Geñ. xxviii. & dominus sibi appuit in uia dicens. Ero custos tuus quocunq; prexeris Geñ. xxviii. & dominus sibi appuit in uia dicens. Ero custos tuus quocunq; prexeris etc. Geñ. xxviii. & seruiuit Israel id est Iacob alio nomine uocatus Israel. in uxorē id est propter uxorem habendam Geñ. xxix. & in uxorem seruauit. Hebrei dicunt expectauit. seruiendo. vii. annis anteq̃ sibi daretur: & ad idem refertur littera nostra cum dicitur: seruauit. scilicet pactum initum cum Laban: de seruitēdo sibi pro filiabus suis. Consequenter ponitur dei beneficium exhibitum Iacob in suis posteris cū dicit̃: In Propheta autem. id est in Moyse. eduxit dominus Israel de Egypto. ut patet in Exodo. & in Propheta seruatus sum. scilicet per orationem Moysi deo uolēte ipsum interficere pro fabricatione uituli. Exo. xxxii. & de istis beneficius ingratus fuit populus. x. Tribuum. Ideo subditur: ad iracundiam me prouocauit Effraim in amaritudinibus suis. id est idolatris. & sanguis eius. scilicet quem effudit de innocentibus. sup eum ueniet. per debitam & duram punitionem & obprobriū etc. quia erit in ultitate magna.

.XIII.

Loquente. Hic increpatur populus de quarta ingratitudine circa dei beneficiū. & diuiditur in duas partes quia primo ponuntur populi maleficia. Secundo per contrarium dei beneficia ibi. ego autem. Circa primum dicitur: loquente Effraim id ē Hieroboam dicente de uitulis. iii. Regum. xii. Isti sunt dii tui Israel qui eduxerunt te de terra Egypti: ut populus eos coleret. horror. scilicet timoris: inuasit Israel. quia maioribus sibi consentientibus populus timuit ei resistere. & deliquit in Baal. quasi dicens non sufficit ei colere uitulos sed etiam idolum Baal coluit postea sicut patet. iii. & iiii. Regum. & mortuus est. morte culpe que separat a deo qui est uita per essentiā. & nūc addiderunt ad peccandum. multiplicando sibi idola diuersarum gentium. factura artificum totum est. nihil habens numinis aut uirtutis. hii ipsi dicunt. scilicet sacerdotes idolorum propter questum. immolate homines. id est o uos homines immolate & offerte. uitulos adorātes. sicut precepit Rex. Idcirco. id est propter ista maleficia erūt quasi nubes matutina etc. id est cito uenient eorum occisio & captiuitas cuius celeritas designatur per omnia ista. Ego autem. Hic econtrario ponuntur dei beneficia qui pluit beneficia super gratos & ingratos. Matth. v. qui pluit super iustos & iniustos. Et diuiditur in duas partes quia primo recolitur beneficium preteritum. secundo p̃mittitur futurum ibi: de manu mortis. Prima in duas quia primo ponitur ingratitudo de beneficio. secundo iusta dei punitio ibi. & ego ero. Circa primum dicitur in pſona dei. Ego autē dominus deus tuus ex terra Egypti. quasi diceret. obligatus es mihi seruire ex tempore quo inde te redemi. & deum absq; me nescies. sic enim p̃cepi tibi in monte Synai. Exo. xx. Non habebis deos alienos coram me. & saluator non est preter me. q de manu Amalech te saluaui. Exo. xvii. ego cognoui te in deserto: dans tibi mána de celo. iuxta pascua tua. id ē ita laute prouidi eis ac si essent in terra fertili eis ꝓmissa

& mutatur hic modus loquendi de secunda persona ad tertiam. & adimpleti sunt: naturalibus & artificialibus diuitus in terra promissionis. eleuauerunt cor suum. p superbiã & obliti sunt mei per idolatriam multiplicem. licet autem ingratitudo huius beneficii increpata fuerit superius. xi. ca. tamen hic repetitur: quia aliud hic exprimitur: quod nõ ẽ ibi expressũ. Et ego. hic consequẽter ponit ingratitudĩs punitio cũ dicit: & ego ero eis q̃si leena: que ẽ magne crudelitatis. sicut p̃dus q̃ est magne uelocitatis. & sic non poterũt effugere. in uia Assyriorũ. id ẽ qñ ducent captiui in Assyrios. occurrã eis q̃si ursa. id est crudeliter. & dirumpam interiora iecora eorum. quia in uia illa multi fuerunt mortui afflictione famis & itineris. & putrebantur bestiis lacerandi. Ideo subdit bestia agri scindet eos. & quia hoc non processit ex defectu diuine misericordie sed ex demerito sue malicie. Ideo subditur: perditio tua ex te Israel. id est ex demerito tuo. tantummodo ex me auxilium tuum. id est pena tua non potest nisi per me subleuari. Ideo subditur: ubi est Rex tuus? q. d. tecum est captiuus. Ideo subdit ironice. maxime nunc saluet te. da mihi Regem & Principes. hoc petiuit populus anteq̃ diuideretur in duo regna. i. Regũ. viii. Dabo tibi Regem in furore meo. licet enim illã petitionẽ exaudierit tamen sibi displicuit. Vnde dixit ibidem Samueli. Audi uocem populi nõ enim te abiecerunt: sed me ne regnem super eos. & auferam in indignatione mea. id ẽ iusticie mee uindicta sic enim ablatus fuit Osee Rex Israel & Sedechias Rex Iuda propter peccata sua. colligata est iniquitas Effraim. id est integre seruata apud me. absconditum peccatum eius. sed manifestabitur in punitione aperta. dolores parturientis qui sunt uehementes uenient ei per Regem Assyriorum: & subditur causa. ipse filius non sapiens. id est a deo per idolatriam recedens. nunc enim non stabit. contra Regẽ Assyriorum a quo populus eius conteretur. De manu. postq̃ cũ ingratitudine populi descripsit beneficium preteritum hic cõsequenter ponitur futurum. Circa quod sciẽdũ q̃ Hebrei & aliqui Xpristiani eos sequentes exponunt hoc de liberatiõe captiuitatis Babylõice. Sed secundũ q̃ dicit Hieronymus Paulus Apostolus in lege & Prophetis humanitus & diuinitus instructus exponit hanc partem de generali resurrectione futura per Xpristum que erit ad uitam immortalem. tunc fiet sermo qui scriptus est absorpta est mors in uictoria. & allegat scripturã hanc secundum translationẽ Hieron. que pro eo q̃ habemus hic. ero mors tua o mors etc. habet. absorpta est mors in uictoria etc. prout dicit hic glosa. & ideo non debemus nec possumus aliter exponere secundum q̃ dicit Hieronymus. Hec autem resurrectio ad uitam immortalem ĩcepit in Christo secundum q̃ dicitur. i. Corin. xv. Xpristus resurrexit a mortuis primitie dormientium. qm̃quidem per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorum & sicut in Adam omnes moriunt: ita & in Christo om̃es uiuificabunt In resurrectiõe uero sua liberauit patres sanctos de manu mortis in lymbo detentos. Ideo dicitur: de manu mortis liberabo eos. etc. quia in sua resurrectione de potestate mortis liberauit aliquos partialiter & in resurrectione generali liberabit omnes generaliter. & huic expositioni consonat quedam glosa Hebraica Geñ. xxiiii. dixit Rab. Iosue filius Leui Iui cum angelo mortis usq; ad portas gehenne & iuit mecum Messias filius Dauid: & cum uiderunt captiui lucem Messie letantes dixerunt. Iste educet nos de hac obscuritate: sicut scriptũ est in Osee de manu inferni redimet eos. ero mors tua o mors. hoc dicitur in persona Xpristi qui mortem destruxit inchoatiue in sua resurrectione: & in fine mundi destruet consumatiue ut dictum est. ero morsus tuus inferne. qa aliquos inde eripuit scilicet sanctos & aliquos ibi reliquit scilicet damnatos: & sic erit in finali resurrectione ut habetur Matth. xxv. Ibunt hi in supplicium eternum. isti autem

in uitam eternam. & quia in presenti nullus scit de qua parte sit futurus secundū illud Ecclesiastes. nescit homo utrum odio uel amore dignus sit: Ideo subdit Prophetа in persona humani generis: cōsolatio: que fiet sanctis in iudicio. abscondita est ab oculis meis. & subditur causa. quia ipse: scilicet Xpristus. inter fratres. id est homines q omnes sunt fratres ab Adā primo patre descendentes. diuidet separando: oues ab hedis id est iustos a reprobis Matth. xxv. Et quia illud iudicū precedet ignis cōflagratiōis Ideo subditur: adducet urentem uentum dominus. i. ignem conflagrationis ad modum uenti discurrentem. de deserto ascendentem: quia tantum ascendet super terram: ꝙtū ascenderunt aque diluuii. & siccabit uenas eius. etc. quia comburet omnia urentia. & siccabit humida. & ipse diripiet thesaurum etc. id est omnia generaliter que modo cō/ cupiscuntur in presenti uita.

.XIIII.

Opereat. Superius posita est promulgatio diuine iustitie in hoc ultimo ca. ponitur promulgatio sue misericordie. premittitur tamen. x. Tribuum punitio tempalis eo ꝙ iste Prophetа scribebat principaliter contra. x. Tribus dicens. pereat Samaria metropolis in regno. x. Tribuum. quoniam ad amaritudinem concitauit deum suum per idolorum cultum. in gladio pereat. scilicet Assyriorum. paruuli eorum elidantur propter enim rebellionem Osee ita crudeliter se habebant: ꝙ nec etiam paruulis nec pregnantibus parcebant. Conuertere. hic ponitur promulgatio diuine misericordie generaliter quantum est ex se. Sciendū tamen ꝙ aliqui expositores Catholici residuū huius ca. reducunt ad tempus Ezechie in quo captiuatis iam. x. Tribubus pplūs regni Iude timens egit penitentiam Ezechia Rege ad hoc eum exhortante propter quod deus misericorditer eum liberauit de manu Sennacherib miraculose. iiii. Reg. xviii. Alii uero reducunt ad tempus liberationis a captiuitate Babylonica quia uexatione dāte Iudeis intellectum conuersi fuerunt ad dominum. propter quod deus misericor/ diter eos liberauit per Cyrum. & posset satis applicari littera ad hunc sensum uel illū. Sed isti uidentur mihi nimis iudaizare. translatio enim chaldaica ubi nostra sic habet in hoc ca. conuertenter sedentes in umbra eius uiuent tritico & germinabunt ꝙsi uinea talis est. congregabuntur de filius captiuitatum suarum. habitabunt in umbra Messie sui. uiuificabuntur mortui & multiplicabitur bonū in terra. Exquo patet ꝙ residuū huius ca. loquitur de tempore Xpristi. Translatio enim Chaldaica declaratiua ē He/ braice littere in passibus obscuris. In tempore uero Christi maxime apparuit effectus diuine misericordie: & ideo sicut superius dicebatur hic dei misericordia promulgatur. Et secundum hunc sensum residuum huius ca. in tres partes diuiditur quia p̄mo Pro/ phetа incitat ad penitentie ueritatem. secūdo manifesta diuine misericordie largitatē: ibi. sanabo. tertio miratur credētium paucitatem: ibi. quis sapiens? Circa primum dicit conuertere Israel ad dominum. per penitentiam ueram ita prodamauit Iohānes pre/ cursor Christi penitentiā agite. appropinquabit enim regnum celoꝝ. Vñ & baptismus Iohānis fuit quedam protestatio penitentie agende in aduentu Christi. qm̄ corruisti in iniquitate tua. id est in statu gratie. tollite uobiscum uerba. nō dicit brutoꝝ aīalū sacrificia que cessauerūt in lege noua. sed uerba duplicis confessiōis scilicet peccatorū & diuine laudis quibus homo conuertitur ad deum. & dicite ei. id est Christo. omnem aufer iniquitatem. Christus enim abstulit peccatū originale per sacramentū baptismi & actuale per sacramentum penitentie propter quod dicitur de eo Ioh. i. ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. & accipe bonum. id est bonum de genere ad quod se extēdit facultas humana. fac acceptū deo patri gratia tua. & reddemus uitulos: scilicet sacrificia eo ꝙ in ueteri lege de specie bouis fiebant maiora sacrificia. labioꝝ nostroꝝ

id ē laudes deuotas que sunt sacrificia deo acceptissima. psal. xlviii. Sacrificiū laudis honorificabit me. Assur non saluabit nos. etc. id est in pressuris non recurramus ad auxilium humanum. sed ad diuinum. & ita fuit in p̄mitiua Ecclesia q̄ Xp̄iani cōtra persecutiones Iudeorum & etiam tyrannorum non pugnabant armis sed orationibus deuotis. Vnde per orationes Basilii & populi sui sanctus Mercurius miles iam diu de/functus interfecit Iulianum apostatam Ecclesie persecutorem & eius lancea que in Ecclesia beati Basilii seruabatur. & inuenta est sanguine Iuliani Apostate p̄fusa. nec dicemus ultra dii nostri etc. quia per aduentum Christi detecta est idolatria. quia eius qui in te est misereberis pupilli. erat enim populus ante aduentum Christi pupillus q̄si carens parentibus sed nūc habet Christum & Ecclesiam uerum patrem & uerā matrē. Sanabo. hic consequenter Propheta declarat diuse misericordie largitatem dicens in persona Christi. Sanabo contritiōes eorum. id est uere penitentes sanabo per gratiā. diligam eos spontanee: quia amor inter hominem & deum primo procedit ex p̄te dei: propter quod dicit Iob. i. Cantica ca. iiii. Diligamus deum quoniam ipse prior dilexit nos. & sic eius dilectio est spontanea. quia auersus est furor meus ab eis Per mortē. n. Christi hominis placatus est deus pater. & per consequens filius qui est unus deus cum ipso. Ideo subdit: ero quasi ros. sicut enim ros inuisibiter descendit & fecundat terram: sic dei filius inuisibiliter descendēs fecundauit uirginem. Esa. lv. Rorate celi desuper & nubes pluant iustum aperiatur terra & germinet Saluatorem. & Israel. id ē p̄plūs Christianus seu Ecclesia. germinabit sicut lilium. per puritatem uite. & erumpet radix eius. Radix enim Ecclesie est ipse Xp̄us secundum q̄ declarat diffuse August. super psal. Ista radix erupit quando Apostolos alios; fideles protulit. Ideo subditur. Ibūt rami eius. scilicet de uirtute in uirtutem. & erit quasi oliua. que est semper in uirore. gloria eius. quia Christi gloria non marcescit. & odor eius. id est fama boni Christi in se & eius discipulis diffūdetur sicut patet impletum per orbem uniuersum. propter q̄d dicit Apostolus. ii. Corin. ii. Xp̄i bonus odor sumus in omni loco. conuertetur sedēs in umbra eius. scilicet Christi ut patet per translationem Chaldaicam supra allegatā. uiuent tritico. id est Eucharistie sacramento quod conficitur de pane triticeo. & hic panis dat uitam mundo Iob. vi. Si quis manducauerit de hoc pane uiuet ineternum. & propter hoc Ionathan filius Oziel qui fecit translationem Chaldaicam loco huius: uiuent tritico: transtulit: uiuificabuntur mortui. Christus enim & eius discipuli in nōie eius leguntur multos mortuos suscitasse. & germinabunt quasi uinea: propter q̄d dicit Saluator Io. xv. Ego sum uitis uera & uos palmites estis. memoriale eius sicut uinum Libani. prope enim montem Libani crescebat uinum optimū memoria dignū. Effraī supple dicet. quid mihi ultra idola? multi enim de. x. Tribubus dispersi in regno Assyriorum crediderunt ad predicationem Apostolorum aliorumq; Christi discipulorū: omni idolatria & superstitione electa. licet enim Iudei qui redierunt de Babylōe nō legantur postea idolatrasse nisi aliqui pauci tempore Machabeorum illi tamen de. x. Tribubus qui non redierunt de captiuitate per Assyrios facta idola coluerunt saltē multi: ut pote inter idolatras commorantes. Ego exaudiam. orationes eius. & dirigam eum in uiam salutis. ego ut abietem uirentem supple faciam eum. ex me fructus tuus: sicut dictum est precedenti cap. tantummodo ex me auxilium tuum: & mutatur hic modus loquendi de tertia persona ad secundam. Quis sapiens? Hic Propheta admirat̄ paucitatem credentium licet enim primi credentes Christo fuerint Iudei: tamē fuerūt pauci comparatiue respectu remanentium in infidelitate quod Propheta admiratur cum uideret in spiritu Christum tot & tanta miracula facturū: quod merito ab oībus

erat ſibi credendum. Ideo dicit. quiſ ſapiēſ. ſapía deſurſú deſcendente. que ē ſuadibiliſ & bonis conſentiens. Iac. iii. & intelliget iſta. q. d. pauci comparatiue intelligent dicta Prophetarum. & ſciet hec: que dicta ſunt. ꝙa recta uia domini: ſcilicet precepta de/ calogi & conſilia euangelii. & iuſti ambulabunt in eiſ. id eſt iuſtificati per fidē Chriſti precedent in eiſ de uirtute in uirtutem. preuaricatoreſ uero corruent in eiſ. qui caſuſ & ſi exeat ordinem diuine miſericordie tamen ítrat ordinem ſue iuſticie ſecundú quem punitio peccatorum ad gloriam dei cedet: & electorú qui cum eo regnabunt in ſecula ſeculorum. Amen.

Incipit Ioel. Ca. I.

VErbum domini. Hic in principio Joeliſ duo ſunt premittenda. Primú eſt quibuſ prophetauerit. Et dicit Hieronymuſ in ṗmo prologo ſuper hunc Prophetam ꝙ prophetauit ad Tribú Iuda & Hieruſalem & nullā oíno fecit de. x. Tribubuſ mentionē. ſed ipſe in epiſtola ad Paulinú de ſtudio ſacre ſcripture ſeu de oíbuſ diuine ſcripture libriſ dicit contrariú ſic dicens. Ioel filiuſ Fatuel deſc;ibit terram. x. Tribuum. eruca bruco locuſta rubigine ua/ ſtante conſumptam propter quod de eiuſ dicto ſalua ſua reuerentia parum uidetur tenendum in propoſito. Ra. Sa. uero dicit ꝙ non ſolum prophetauit contra duaſ Tribuſ ſed etiam contra aliaſ. x. dicens ꝙ hec ſterilitaſ terre ex dicta corroſione fuit in diebuſ Ioram filii Achaz de quo habet̄. iiii. Reg. & ꝙ ex hoc fuit fameſ in Iudea per. vii. annoſ ſicut denúciauit Heliſeuſ mulieri cuiuſ filiú ſuſcitauerat. iiii. Reg. viii. propter quod illa mulier cum filio ſuo iuit ad peregrinandú extra terram. x. Tribuú ſcilicet in terram Phyliſtinorum ut ibidem habetur. erat etiam ipſa de. x. Tribubuſ propter quod in ſuo reditu acceſſit ad Regem Iſrael petens agroſ ſuoſ ſibi reſtitui qui in eiuſ abſentia tanto tempore fuerunt ab aliſ occupati ut ibidem dicitur. Et ſic patet ꝙ illa fameſ nō ſolum fuit in terra duarum Tribuum ſed etiam. x. propter qđ aliqui expoſitoreſ Catholici ſequuntur hanc ſententiam quam etiam intendo ſequi. Secúdú eſt quo tempore prophetauerit. de quo dicit Hieronymuſ in ſecundo prologo. ꝙ p/ phetauit iſdem temporibuſ quibuſ & Oſee ſcilicet temporibuſ Ozie Ioathan Achaz & Ezechie Regum Iuda. & ſecundum hoc dictum prophetauit poſterilitatem dictā quia Oziaſ ícepit regnare per plureſ annoſ poſt mortē Ioram Regiſ Iſrael ut patet ex. iiii. Regum. & ſecundum hoc dictum Ioel non prophetauit de uaſtatione terre cauſata ab eruca bruco etc. ſed ſolum de uaſtatione per illam figurata que facta fuit poſtea per quattuor regna ut plenius dicetur infra. iii. ca. Ra. Sa. uero dicit ꝙ pro/ phetauit tempore Ioram Regiſ Iſrael ita ꝙ ſicut Heliſeuſ prenunciauit famē futurā Ita iſte expreſſit modum uiuendi ſcilicet per corroſionem eruce bruci etc. Et quia hic moduſ dicendi mihi uidetur ꝓbabilior intendo eum ſequi tamen ſine p̄iudicio alteriuſ. His igitur premiſſis ad litteram accedamuſ que in duaſ parteſ diuiditur. ſ. probemium & tractatum qui incipit ibi. reſiduum. In prologo Propheta primo notificatur ex nomine cum dicitur: Verbum domini quod factum eſt ad Ioel. & ex genere cú dicit̄ filium Fatuel. & fuit iſte Propheta ſicut & filiuſ ſecundum regulam Hebreorú quā poſui in principio Oſee. ſecundo attentio audientium excitatur: cum dicitur. Audite hoc ſeneſ. primo eoſ alloquitur eo ꝙ ſunt maioris reuerētie & intelligentie & ad alioſ conſequenter cum dicitur: & auribuſ percipite omneſ. etc. ſi factum eſt iſtud. ſcilicet quod poſtea ponit̄ in tractatu. In diebuſ ueſtriſ aut in diebuſ patrum ueſtroꝝ. q. d.

non: quia ibi accipitur si pro non. Sed contra hoc uidetur ꝙ dicit̃ Exo. x. de locustis inductis super terram Egypti: & sederunt in uniuersis finibus eoꝝ innumerabiles q̃les ante illud tempus non fuerant. nec postea future sunt. Ad hoc respondet Ra. Sa. d. ꝙ licet ille locuste fuerint plures & maiores q̃ iste: tamen quattuor plage hic posite. s. de eruca bruco locusta & rubigine simul sumpte fuerunt maiores. & sic est dictũ Prophete intelligendum ꝙ quattuor tales pestes simili modo sibi succedentes non fuerant temporibus preteritis. super hoc filiis uestris narrate etc. quia hec ꝓphetia ẽ memoriter tenenda. & per successiones generationum recolẽda. & hoc uidemus impletum nõ solũ in Iudeis sed etiam in Christianis. Residuum. hic incipit tractatus in quo Propheta primo predicit desolatoria. secundo premittit consolatoria: ibi. nunc ergo circa mediũ secũdi ca. Circa primam partem considerandum ꝙ de istis quattuor plagis eruca bruco locusta rubigine dicunt expositores nostri communiter quod non fuit res gesta: quia iiii. li. Regum & .ii. Paraly. nullam de hoc facit mentionem. sed est tantum parabola sicut cum dicitur Iudi. ix. dixerunt ligna ad Rannum etc. quia hoc nunq̃ fuit in reꝝ natura: sed per ligna parabolice intelliguntur habitatores Sychem per Rannũ uero Abimelech sic in proposito per ista quattuor nomina hic posita scilicet eruca etc. intelliguntur parabolice quattuor regna sibi succedentia que Iudeam corroserunt. & uastauerunt scilicet Assyriorum Chaldeorum Grecorum & Romanoꝝ. Regnũ uero Persarum & Medorum non sic legitur Iudeam uastasse immo plures Reges fuerunt Iudeis beniuoli ut Tyrus. Darius. Artaxerzes. & Assuerus. Ra. Sa. econtrario dicit ꝙ est res gesta ita ꝙ terre nascentia Iudee sic quater fuerũt uastata. & ex hoc secuta est fames quam predixerat Helizeus durãs septem annis & ex hoc uidet̃ ꝙ iste q̃ttuor pestes non fuerunt in eodem anno. sed in diuersis. aliter non uidetur ꝙ fames tam diu durasset pro sterilitate unius anni ꝙ autem postea subditur: gens enim ascendet super terram. q̃si exponens parabolam prepositam de eruca bruco etc. dicit ꝙ eruca brucus & locusta hic metaphorice dicuntur gens fortis eo ꝙ destruxerunt terram ad modum exercitus transeuntis. & sic exponit illa que sequuntur. consimiliter de gentibus & populis terram uastaturis. Sed utrunq; dictum uidetur deficere: primo quia fit hic ita expressa mentio de istis corrosionibus terre nascentium per erucam & brucum. etc. & de fama inde sequente quod nullo modo uidetur esse parabola nec ualet argum̃tũ inductum quia. iiii. Reg. Heliseus prenunciauit hanc sterilitatem licet non exp̃mat causam quam exprimit Ioel Propheta sicut Ozia Rege thurificãte factus fuit terremotus in Hierusalem cuius mentionem non facit. iiii. Reg. sed solum de plaga lepre inflicta Ozie: sed terremotus exprimitur Amos. i. & Zach. xiiii. Similiter secundum quia ita fit expresse mẽtio de gentibus terram inuasuris ꝙ nullo modo uidet̃ per hoc Propheta significare parabolice corrosionem terre per erucam brucum etc. maxime quia homines parabolice nominibus animalium de signentur sicut uir constans dicitur leo: rapax lupus & huiusmodi. tamen non sic inuenitur econuerso in scriptura scilicet bruta nominibus hominum uel gentium designare. propter quod saluo meliori iudicio uidetur mihi ꝙ cum dicitur hic. residuum eruce: ibi est simul parabola & res gesta sicut Hiere. xxvii. dicit̃: ꝙ portauit ligneas cathenas in collo suo. & sic fecit rei ueritatẽ & rem gestam. per hoc tamen designabat̃ concathenatio populi in captiuitatẽ ducẽdi sicut fuit postea impletum tempore Sedechie sic in proposito secundũ rẽ gestã fuerũt quattuor destructiones terre nascẽtium per erucam brucũ etc. & ꝑ hoc significabant̃ uastationes maiores future per q̃ttuor regna p̃dicta. Igitur secundũ hãc sententiam residuũ huius capituli diuiditur in duas ꝑtes quia primo Propheta predicit uastationẽ

ſecundo inducit ad lamentationē ibi: plange. Prima in duaſ quia primo ponit̄ figura. ſecundo reſ figurata ibi. genſ enim. Figura uero fuit quadruplex corroſio terre naſcentium ut dictum eſt: que fuit reſ in ſe. & figura futuri & quantum ad hoc dicitur: reſiduum eruce. Eſt autem eruca ꝓprie uermiſ naſcenſ in oleribuſ. comedit locuſta etc. Differunt autem locuſta & brucuſ ſicut perfectum & imperfectum in eadem ſpecie. Fetuſ enim locuſte anteq̄ habeat alaſ uocatur brucuſ. ſed quando eſt alatuſ tūc dicit̄ locuſta. & reſiduum bruci comedit rubigo. Eſt autem rubigo uitium ſegetum quando uento urente percuſſe non faciunt granum. & ſi faciunt eſt uanum. Expergiſcimini ebrii. id eſt aduertite & conſiderate imminenſ malum uobiſ. & flete. quia deficiet uobiſ uinum in quo delectamini ex uinearum corroſione. Genſ enim. hic cōſequenter ponitur reſ figurata ſcilicet uaſtatio Iudee per quattuor regna ſupradicta cum dicitur: genſ enim aſcēdit. id eſt aſcendet: & loquitur de futuro per modum preſentiſ propter certitudinem prophetie. ſuper terram meam. i. Iudeam que ſpecialiter dicit̄ terra dñi: eo ꝙ ibi uigebat cultuſ eiuſ. fortiſ & innumerabiliſ. taliſ enim fuit genſ Aſſyriorum & Chaldeorum Grecorum & Romanorum ut patet ex geſtiſ eorum. denteſ eiuſ. etc. in hoc deſignatur crudelitaſ eorum. poſuit uineam meam in deſertum etc. Iſti enim exercituſ in Iudea uineaſ exciderunt & arboreſ fructiferaſ & eaſ pro parte dolauerunt ad faciendū machinamenta & alia exercitibuſ neceſſaria. Vel aliter poteſt dici ꝙ hic accipitur uinea domini pro populo Iſrael ſecundum illud Eſa. v. Vinea enim domini exercituum domuſ Iſrael eſt quam domū iſti exercituſ ſpoliauerūt bonis & afflixerūt in perſonis. Plange. hic conſequenter Propheta inducit populum ad lamentationē & primo pro uaſtatione prima. ſecundo ſecunda in principio ſecundi ca. prima in duaſ quia primo ducit ad fletum populum generaliter. ſecundo ſacerdoteſ ſpecialiter ibi. accingite. uoſ. Circa primum dicitur. Plange quaſi uirgo etc. uirgo enim deſpōſata ſi moriatur eiuſ ſponſuſ anteq̄ fruatur eiuſ amplexibuſ habet materiā magni luctuſ. Ideo ponitur hic pro exemplo ad deſignandū magnitudinem luctuſ imminentiſ. Ideo ſubditur: perit ſacrificiū: de animalibuſ & terre naſcentibuſ aridis. licet enim de terre naſcentibuſ proprie diceretur fieri oblatio: tamē hic ſacrificium uocat̄ large loquēdo & libatio de liquidis ut uino & oleo. de domo domini: quia propter corroſionem terre naſcentium non habebatur unde talia poſſent fieri. & luxerunt ſacerdoteſ. propter defectū diuini cultuſ & etiam ſui uictuſ qui erat de decimis & oblatiōibuſ. depopulata eſt regio. carenſ habitatoribuſ. luxit humuſ. priuata fructibuſ. quoniam deuaſtatū eſt triticum etc. per quattuor plagaſ ſupradictaſ. confuſi ſunt. agricole. fruſtrati ſpe ſui laboris. ululauerūt uinitoreſ. ſicut ecōtrario ſolent cantare in abundantia uidemie & ex hoc patet littera ſequenſ. Accingite uoſ. Hic conſequenter inducit ſacerdoteſ ſpecialiter ad lamentandum dicēſ. accingite uoſ. ſcilicet cilicio in ſignum humiliatiōis coram deo. & ſubditur cauſa. quoniam interiit de domo dei. & exponatur ut ſupra. ſanctificate ieiunium. id eſt diſponite uoſ ad deuote abſtinendum. uocate cetum etc. ut ex precibuſ multorum impetretur diuina clementia. ideo ſubditur: & clamate ad dominum a. a. a. In Hebreo eſt una dictio & ſonat ſic. aha. & eſt interiectio dolētis. quia prope eſt dieſ domini. id eſt dieſ ſue uindicte inferende. & ideo monebat Propheta ad dominum clamare ut ſaltem temperetur rigor ſue iuſticie. & quaſi uaſtitaſ a potente ueniet. id eſt a deo cuiuſ uindicatio impediri nō poteſt niſi per ſuam clemtiā Nunquid non coram oculis ueſtris alimenta perierunt. id eſt cito perient. de domo dei ueſtri leticia & exultatio. quia Leuite non cantabant cantica leticie ſed magis lamē/ tationis pro miſeria terre. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. quia propter

ſterilitatem terre non habebant ſtramenta ad ſatiſſaciendum eiſ. demolita ſũt horrea id eſt contenta in horreiſ. diſſipate ſunt apothece. id eſt conſumpta ſunt illa que erant repoſita pro uictu. quid ingemuit animal etc. rñdet: quia non eſt paſcua eiſ. omnia enĩ uirentia fuerũt corroſa. Ideo exclamat Prophetа dicenſ. Ad te domine clamabo in oratione pro ſubleuatiõe noſtre miſerie. quia ignis comedit ſpecioſa deſerti. ignem autem & ignis flammam uocat uentum urentem ſegeteſ. Rubiginem autem & etiam erucam brucum & locuſtam que ex ſua corroſione ita reddebant uegetabilia arida ac ſi cucurriſſet ibi flamma. ſed etiam beſtie agri. i. ſilueſtreſ. quaſi area ſitiens hymbrem id eſt deſideranſ. ſuſpexerunt ad te. pre ſitis laſſitudine. Ideo ſequitur: quoniã exiccati ſunt fonteſ. ex uehementia uenti urentis ſiccitatem cauſantis. etc. .II.

CAnite. hic conſequenter inducit Prophetа ad lamentum pro uaſtatione terre fienda per quattuor regna ſupradicta dicenſ. Canite tuba. non cantu leticie ſed triſticie. Ideo ſubditur: ululate etc. conturbentur omneſ habitatoreſ terre. id eſt totius Iudee. quia uenit dies domini. id eſt tempus ſue ultionis. quia prope eſt dies tenebrarum etc. id eſt tempus multarũ miſeriarum & calamitatũ quod potiſſime habuit locum in prima deſtructione templi per Chaldeoſ: & in ſecunda per Romanoſ & in eius prophanatione per Greco ſ quando Anthiochus abominandum idolum poſuit in templo dei. i. Machabeorum. i. quaſi mane expanſum. mane eſt principium diei que cum incipit illuſcere ſuper terram ſtatim expanditur ſuper totam terram ab oriente ĩ occidentem & in hoc notat exercituum multitudinem qui de quattuor regniſ ſupradictis uenerunt contra Iudeam. ſimilis ei non fuit etc. quilibet enim in aliq̃ conditione exceſſit alios ut puta populus Aſſyriorum in cupiditate. Chaldeorum in ferocitate. Grecorum in doloſitate. pluſ enim nocuit hoc regnum Iudeis in doloſitate q̃ in ptãte ut patet. i. & .ii. Mach. Romanorum uero in poteſtate propter quod illud regnum uocatur ferreum Dañ. ii. quia ſicut ferrum domat omnia: ita regnum Romanorum domauit alia regna. Ante faciem eius ignis uoranſ. quia in primo ingreſſu Iudee cõburebant uillaſ non clauſas fugientibus inde habitatoribus & poſt eum exuriẽſ flãma. quia habita uictoria comburebãt ciuitateſ munitaſ. & fortalicia. & maxime populus Romanorum & Chaldeorum qui combuſſerunt Hieruſalem & templum. quaſi hortus uoluptatis terra coram eo. id eſt erat pulchra & plena fructibus bonis ante aduentũ cuiuſlibet exercitus. & poſt eum ſolitudo deſerti. quia in receſſu ſuo dimittebant terrã uaſtatam. neq; eſt qui effugiet eum. id eſt pauci poterũt effugere propter perſequẽtium uelocitatem. Ideo ſequitur: quaſi aſpectus equorum. uelociter currentium. & q̃ſi equiteſ ſic current ſcilicet peditеſ. ſicut ſonitus quadrigarum etc. In hoc etiam notatur multitudo aduerſariorum ex magno ſonitu qui cauſabatur ex fragore armorum. & inceſſu turbarum. uelut populus fortis p̃paratus ad prelium. id eſt munitus oĩi genere armorum. A facie eius cruciabuntur populi. i. ex ſolo aſpectu. omneſ uultus redigentẽ in ollam. id eſt in olle nigredinem ex anxietate & ex fumo procedente. ex igne accenſo ab eiſ per omnia loca Iudee. ſicut forteſ current. non impediti armorum põdere quaſi uiri bellatoreſ. id eſt exercitati in arte belläđi. aſcendẽt murum. ad ciuitateſ occupandaſ. uiri in uiis ſuis gradientur etc. id eſt ita ordinate incedent q̃ non nimis ſeparabuntur abinuicem. nec nimis coniungentur. Dicit enim Vegetius libro de re militari q̃ iſta eſt optima diſpoſitio bellantiũ. Ita q̃ per nimiã ſeparationẽ aduerſarii non ingrediantur aciem. & per nimiam coniunctionem unus non impediat alium. ad aduerſarios inuadendũ. ſed & per feneſtraſ cadent: & non demolientur. i. ſi cõtingat eoſ per feneſtraſ domorum in terram cadere non ledentur inde. In Hebreo tñ habetũ

in armis stabũt & utile non querent. i. non querent diuitias p̃cipaliter sed ĩterficere homines. & hec uidetur uerior littera quia de fenestris sequitur. per fenestras intrabũt quasi fur. id est ita latenter q̃ existentes intra sibi de defensione non poterũt̃ puidere A facie eius contremuit terra. id est homines in terra habitantes. moti sunt celi. id est angeli qui sunt ciues celi. Angeli enim ad custodiam diuersarum gentium deputati pugnant adinuicem pro gentibus sue custodie commissis ut habetur Danie. x. quam pugnam exponit beatus Dionysius etiam de bonis angelis. tamen hec pugna est inter eos sine aliqua discordia. ut ibidem plenius dictũ fuit. & hec pugna uocatur hic motio celorum. sol & luna obtenebrati sunt. locutio est methaphorica per quam ĩtelligitur hominum tribulatio magna eo modo loquendi quo dicitur etiam uulgariter tempus tribulationis tempus nubilum & tribulationum. Vnde dicit Ouidius Poeta.

Cum fueris felix multos numerabis amicos.
Tempora si fuerint nubila: solus eris.

quia dominus dedit uocem suam. immittendo Iudeis terrorem. ante faciem exercitus sui. eo q̃ erant executores diuine iustitie licet hoc facerent iniqua uoluntate ut Frequẽter dictũ est supra in Esaia & Hieremia. quia multa sunt nimis castra eius. glibet enim dictorum exercitum fuit magnus in fortitudine & multitudine. magnus enĩ dies domini. scilicet in ostensione sue uindicte. Ideo subditur: & quis sustinebit eum. q. d. Prophęta non poterimus sustinere. & hoc maxime apparuit in ciuitatis & templi destructione. Primo per Chaldeos. & secundo per Romanos. Nunc ergo Postquam Prophęta predixit desolatoria hic incipit denunciare consolatoria. Etiam quia actus actiuorum sunt in patiente & dispositio. Ideo primo inducit populum ad debitã dispositionem. secundo denunciat diuinã consolationẽ ibi. zelatus est. debita uero dispositio ad perceptionem diuine consolationis est ueritas penitentie & contritionis Matth. v. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Ideo dicitur in persona domini. Conuertimini ad me in corde uestro. id est ueraciter & ĩtegraliter. in ieunio etc. ut carnẽ affligendo spiritus ad deum eleuetur. & scindite corda uestra. malas cogitationes rescindendo. & non uestimenta uestra. quod faciebant in tribulationibus ut patet in pluribus locis ueteris & noui testamenti. Sed hoc parum ualet aut nihil nisi assit scissio cordis modo dicto. & conuertimini ad dominum. eius misericordiam implorando. quia benignus: in effectu. & misericors est: in affectu. Dicitur enim misericors qui miseriam alterius accipit cordi releuando. patiens: cõuersionem peccatorũ expectando. & multe misericordie: circa condignum puniendo. & prestabilis peccata condonando. quis scit si conuertatur & ignoscat. spiritus enim sanctus tangit corda Prophetarum. secundũ suum arbitrium plus & minus. & ideo aliquando per eos denũciat penas futuras & licet tunc sint certi q̃ talis reuelatio est a deo tamen adhuc ignorant aliquando utrum sit prophetia predestinatiõis. que semper impletur uel solum comminationis que per penitentiam impeditur sicut Ionas dixit: adhuc. xl. dies & Niniue subuertetur. & tunc ignorauit q̃ hoc esset impediẽdum per penitentiam Niniuitarum. & sic iste Propheta de plagis suprapositis ignorabat. & ideo uerbum istud. quis scit etc. non dicit̃ in psona dñi quia certitudinaliter cognoscit omnia futura sed in persona Prophete. & relinquat post se benedictionem. id est suam gratiam in beneficiis temporalibus & spiritalibus. sacrificium & libamen domino deo nostro. subintelligitur fiat ad placandum eius irã. Canite tuba in Sion: ad populi commotionem. sanctificate ieiunium. per carnis mortificationẽ. uocate cetum etc. id est utriusq; sexus & etatis ut ex omni afflictiõe citius placetur deus. & hoc modo fecerunt Niniuite: Ione. iii. Egrediatur sponsus etc. q. d.

non eſt tempus uacandi amplexibus: ſed luctibus. Inter ueſtibulum. ſcilicet templi & altare ſcilicet holocauſti. plorabũt ſacerdotes. cum lachrymis & deuote dẽcantes. pce domine parce populo tuo. a pena quam demeruit pro peccato ſuo. & ne des hereditatẽ tuam. id eſt Iudeã que dicitur hereditas domini ratione ſupradicta ca. i. in obprobriũ ſcilicet ſeruitutis gentibus alienis. Ideo ſubditur: ne dominentur eis nationes. Ex hoc patet q̃ ſupra dictum eſt ſcilicet q̃ Ioel non ſolum prophetauerat de uaſtatiõe terre per erucam & brucum etc. ut dicit Ioel que non habent dominium ſuper homines ſed etiam de uaſtationibus futuris per quattuor regna ſupradicta que ſucceſſiue acceperũt dominium in Iudea. quare dicunt in populis ubi eſt deus eorum. ſicut enĩ dixerũt gẽ/tiles poſt uaſtationem Iudeorum irriſorie inſinuantes q̃ deus eorum non poterat eos ſaluare. Zelatus eſt. Hic conſequenter Propheta prenunciat diuinam conſolationẽ. & primo quantum ad multiplicationem in bonis. ſecundo quantũ ad ultionem de inimicis ibi. unum quid mihi. Prima in duas quia primo premittit bona temporalia. Secundo ſpiritalia ut ex ſenſibilibus ad intelligibilia deducantur: ſecunda ibi. & erit. Circa p̃mũ pro uaſtatiõe terre naſcentium per erucã. etc. denunciat fertilitatem fructuũ loquẽs in perſona dñi dicens. Ecce ego mittã uobis frumentũ etc. Dicit enim Ra. Sa. q̃ poſt illam famem que fuit tempore Ioram ſecuta eſt a deo fertilitas magna propter quod mulier que cum filio peregrinata fuerat in terram Phyliſtinorum de cõſilio Heliſei reuerſa fuit in Iudea fame trãſacta. iiii. Reg. viii. & non dabo uos ultra obprobriũ in gentibus. tempore illius famis multi cogebantur exire de terra ſua & ſuſtinere obprobria in terra aliena. Sciendum tamen q̃ per iſtud ultra nõ intelligitur perpetuitas ſed aliqua temporis longitudo ſicut diffuſius fuit dictum ſuper illud Eſa. ii. nõ leuabit gens contra gentem gladium nec exercebuntur ultra ad prelium. & eum qui ab aq̃lõe procul faciam. id eſt Regem Aſſyriorum ut dicũt aliqui quia tempore Ezechie fugit confuſibiliter de Iudea. iiii. Reg. xviii. Ra. Sa. hoc exponit de cetu animaliũ predicto ſcilicet eruce bruci & locuſtarum & hoc magis conſonat littere ſequenti cũ dicit & expellam eum in terram inuiam & deſertam. ubi non eſt habitatio hominum. Sennacherib enim fugiens redit in terram ſuam ab hominibus habitatam. facie eius cõtra mare occidentale. Iſtud eſt mare mortuum quod terminatur ad orientalem angulum terre promiſſionis uerſus deſertum Egypti & per hoc inſinuatur q̃ ille cetus erucarũ & locuſtarum nõ intraret Iudeam exquo prima pars haberet aſpectum ad extremũ angulum Iudee. & extremum eius ad mare nouiſſimum. id eſt magis elongabitur a terra ueſtra q̃ pars prima. & aſcendet fetor eius etc. quia quando talia animalia moriunt in magna multitudine de putrefactione ſurgit magnus fetor & aeris corruptio ſicut dicit Hieronymus ſe uidiſſe in illa terra. & ex hoc patet q̃ hic nõ loquitur ſcr̃/tura de exercitu Sennacherib ab angelo percuſſo ut habetur. iiii. Reg. xix. q̃a illa percuſſio fuit talis q̃ corpora fuerunt incinerata ſub ueſtibus & armis. de talibus aũt non aſcendit fetor. quia ſuperbe egit & per hoc arguunt alii ad contrarium ſcilicet q̃ intelligatur de exercitu Sennacherib quia ſuperbia in bruco & locuſta nõ habet locũ Ad quod dicendũ q̃ licet uirtutes & uitia non ſint in brutis proprie ſunt tñ loquẽdo large ſicut agnus dicitur manſuetus & uulpes doloſa. & equus recalcitrans & ſuperbus & hoc modo dicitur de cetu locuſtarum q̃ ſuperbe egit pro exceſſu in corroſiõe terre naſcentium. Conſequenter conſolatur habitatores terre dicens. Noli timere terra. & etiam bruta animalia de terre naſcentium abundantia & patet littera. & filii Sion exultate: non per diſſolutionem. ſed per deuotionem Ideo ſubditur: in domino etc. quia dedit uobis doctorem iuſticie. id eſt. doctores. accipiendo ſingulare pro plurali ſicut

Exo. viii. uenit muſca grauiſſima. & ut dicit Rab. Sa. per hoc intelligunt Prophete illius temporis populum reuocantes ad bonum. ſcilicet Ioel & alii Prophete ſibi contemporanei ſcilicet Heliſeus Ionas & plures alii ſecundum Ra. Sa. Secundum uero Hieronymũ Ioel prophetauit tardius & ſic contemporanei fuerunt ſibi Oſee Eſaias & ceteri illius temporis. In precedentibus tamen ſecutus ſum dictum Ra. Sa. q uidet mihi quantum ad hoc dicere probabilius. ſicut tetigi in principio huius Prophete. & deſcendere faciet ad uos hymbrem. fecundationi terre cõuenientem. ſicut in p̃ncipio id eſt anteqũ fieret terra ſterilis per corroſionẽ eruce bruci locuſte & rubigis. & reddã uobis annos quos comedit locuſta. id eſt tanta erit fertilitas q̃ recompenſabitur ei qđ fuit ſic corroſum. Fortitudo mea. q. d. illa corroſio fuit facta ex ordine iuſticie mee. & non locuſtarum uirtute. & laudabitis nomen domini dei uestri. eo q̃ reddidit uobis fertilitatem ultra ſpeciem humanam. & non confundetur populus meus. ex ſimili ſterilitate in ſempiternũ. In Hebreo habetur in ſeculum. qđ non importat ꝓpetuitatẽ ſed tempus uſq; ad Iubileum etiam ſi iubileus non diſtet per multos annos. & ſeruis per experientiam boni a me collati, & non confundetur populus meus in eternum. In hebreo habetur in ſeculum.

.III.

ET erit poſt hec. hic incipit ca. in Hebreo. Signatio uero capitulorum in bibliis noſtris eſt frequenter defectiua quia frequenter nõ ſequitur ſignationem Hebraicam nec etiã Hieronymi ut patet in antiquis bibliis. ſecũdũ Hieronymũ ſignatis. Poſtq̃ autem Propheta denunciauerat populo multiplicatiõem in bonis temporalibus hic conſequenter idem denunciat in ſpiritalibus. & quia uetus teſtamentum p̃mittebat temporalia Eſa. i. Si audieritis me bona terre comedetis. nouum aũt ſpiritalia Matth. iii. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Ideo precedẽs p̃miſſio de temporalibus fuit impleta tempore ueteris teſtamenti: ut predictum eſt. Iſta uero tempore noui ut uidebitur. Vnde & Ra. Sa. dicit q̃ iſtud eſt referendum ad tpus Meſſie quem dicit adhuc uenturum eo q̃ in tempore eius dabitur abundanter ſpiritus ſanctus quantum ad donum prophetie. & ad alia multa mirabilia. & q̃ congregabit omnes Iudeos per orbem diſperſos. & ſubiugabit eis omnes nationes terre. & ad hanc ſententiam applicat cõ ſequentem litteram uſq; ad finem huius prophetie: propter qđ aliqui expoſitores noſtri exponentes hunc paſſum de reditu captiuitatis Babylonice quo tempore datus fuit ſpiritus prophetie Eſdre & Zacharie magis iudaizãt q̃tum ad hoc q̃ ipſe. Dimittamus igitur dictum Ra. Sa. quantum ad id quod eſt falſitatis ſcilicet q̃ Xp̃us ſit uenturus. & quedam alia que ad hoc conſequũtur. Et accipiamus id quod eſt ueritatis ſcilicet q̃ paſſus iſte ad tempus Chriſti eſt referendus. Et ſecũdũ hoc parſ iſta in duas partes diuiditur. Primo ponitur id quod iam impletum eſt in aduentu Chriſti primo. Secundo qđ reſtat implendũ in aduentu eius ſecũdo ibi. & dabo prodigia. Circa primum ſciendum q̃ hanc ſcripturam allegat Petrus Apoſtolus Act. ii. & tanq̃ impletam ad litteram a Catholicis ut uidetur. & ſecundum hoc dicit. & erit poſt hec. ſcilicet tempus ueteris teſtamenti. effundam ſpiritum meum ſup omnẽ carnẽ quod exponit Ra. Sa. ſic: id eſt ſuper omnem hominem cuius cor erit tenerũ ad modũ carnis id eſt non obſtinatum in peccatis. & ſecundũ hoc dicitur Eze. xxxvi. Auferã cor lapideum de carne uestra & dabo uobis cor carneũ. id eſt per deuotionẽ diſpoſitũ ad gratiam ſpiritus ſancti: & talia erant Apoſtolorum aliorumq; diſcipulorum corda. uel aliter poteſt dici. ſuper omnem carnem. id eſt ſuper omnes Iudeos & gentiles indifferenter: ſecundum q̃ habetur Actuũ. x. propter quod dicitur Rom. x. Non eſt diſtinctio Iudei & Greci. nam idem dominus omnium. diues in omnes qui inuocãt eũ

abundanter eis dando spiritum sanctum. & prophetabunt filii uestri & filie uestre. i. indifferenter dabit spiritus sanctus utriq; sexui. Vnde & in die penthec. inter Aplos erant mulieres secundum q̄ dicitur Actuum. i. & hi erant perseuerantes unanimiter in oratiõe cum mulieribus & Maria matre Iesu & statim subditur: de spiritus sancti descensu. Et cum complerentur dies penthecostes etc. Et Actuum. xxi. dicit erant aũt Philippo quattuor filie uirgines prophetantes. Iuuenes uestri etc. id est hominibus cuuslibet etatis dabitur spiritus p̄phetie. somnia somniabunt. id est reuelatiões diuinas in somnis habebũt ad quas tunc anima est magis disposita propter abstractionem ab exterioribus sensibus ut plenius dixi in principio libri psal. sed & super seruos meos. generaliter. In primitiua enim Ecclesia omnibus baptisatis dabatur spiritus sanctus in signo uisibili per impositionem manuum Apostolorum ut patet Actuum. viii. & in pluribus aliis locis. & adhuc omnibus baptizatis nisi obicem ponant datur gratia sp̄us sancti licet non in signo uisibili. Et dabo. hic consequenter ponitur quod restat adimplendum circa secundum Xpristi aduentum. aliqui tamen exponunt tanq̄ impletũ in primo aduentu. sed non uidet mihi q̄ littera bene concordet propter qđ reducẽdũ est magis ad tempus secundi aduentus. Circa quod sciendum q̄ X̄po ascendente in celũ angeli apparẽtes denũciauerunt eius aduentum ad iudicium dicentes Actuum. i. Hic Iesus qui assumptus est in celum sic ueniet. s. ad iudicium: ut exponũt oĩes doctores sancti. Dato uero spiritus sancti in signo uisibili fuit manifestatio Christi ad dexterã patris glorificati secundum q̄ dicitur Io. vii. non dum erat spiritus datus: quia nõdũ erat Iesus glorificatus. & ideo sicut angeli Christo ascendente denunciauerũt aduẽtũ eius ad iudicium sic Ioel Propheta denuncians futuram missionem spiritus sancti in signo uisibili statim denũciauit tempus futuri iudicii. Et diuiditur in duas partes quia primo ponuntur signa precedentia iudicium. secundo iudicii exercitium ibi. quia ecce Circa primum dicitur: & dabo prodigia etc. Ista sunt signa terribilia aduentũ Iudicis precedentia prout expressius dicit de ipsis Matth. xxiiii. & Marc. xiii. & Luc. xxi. Erunt signa in sole & luna & stellis etc. sanguinem. quia ante aduentũ Christi ad iudicium erit persecutio Antix̄pi qua effundetur sanguis innocentium. & ignem scilicet conflagrationis precedentem aduentum iudicis. sol cõuertetur in tenebras. nõ secũdũ rem sed secundum apparentiam. quia abscondetur eius lumen. & luna in sanguinem similiter secundum apparentiam sicut cum patitur eclipsim rubea uidetur. magnus. qa omnes ibi comparebunt. & horribilis. scilicet peccatoribus & impiis Actuum secundo. Petrus sic allegat. magnus & manifestus. quia tunc manifesta erũt abscondita cordis nostri. & erit non tempore iudicii sed ante. Prophete enim frequenter de uno tẽpore transeunt ad aliud. omnis qui inuocauerit nomen domini. secundum q̄ dicitur Ro. x. Corde enim creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutem. quia in monte Sion & in Hierusalem erit saluatio. Ibi enim Saluator noster operatus est salutẽ per suam predicationem & benedictam passionem potest etiam hoc referri ad futurum tempus Antix̄pi quem dominus Iesus interficiet iuxta Hierusalem in monte oliueti cum magna parte sibi adherentium. & sic fidelibus nomen eius inuocantibus dicto mõ erit ibi saluatio a persecutione eius. & in residuis. id est in illis qui decepti ab Antix̄po qui tunc conuertentur ad X̄pm. Quia ecce. hic consequenter ponitur iudicii exercitium cum dicitur: in diebus illis. id est circo post Antix̄pi persecutiõem. cum cõuertero captiuitatem Iuda & Hierusalem. id est Iudeos ab Antix̄po deceptos: quia detecta eius falsitate per Heliam & Enoch ad Christum feruide conuertentur. congregabo omnes gentes. in generali iudicio. & deducã eos in uallẽ Iosaphat. qui est inter montẽ

Oliueti & Hierusalē non quia omnes ibi capiant sed quia Xp̄us descendēs ad iudiciū apparebit in aere super montem Oliueti unde ascendit in celum. & iudicādi appebūt circa illum locū ita ꝙ aliqui erūt in ualle Iosaphat & aliqui circa. & disceptabo ibi cū eis. id est ostendam iudicium meum iustum quia tunc manifestabunt omnibus merita & demerita omnium & sic quantum ad electos & reprobos apparebit omnibus Christi iudiciū esse iustum. super populo meo & hereditate mea Israel. Ista hereditas ē uniuersalis ecclesia seu congregatio fidelium a primo iusto usq; ad ultimum electum qui in fine mundi nasciturus est ut dicit Grego. homelia. vii. quos dispserunt: captiuādo & in exsilium mittendo sicut patet potissime de Christianis per Tyrannos in exsilium & captiuitatem multotiens & multipliciter missis. & terram meam diuiserunt. s. terram promissionis quā Sarraceni diuisērūt sibi Christianis inde partim electis & ptim occisis. & super populum meum miserunt sortem. ut acciperēt sibi partes de mancipus. & posuerunt puerum in prostibulo. abutentes pulchris iuuenibus in uitio contra naturam In hebreo autem habetur. & posuerunt puerum pro expensis & accipitur hic puerū pro pueros in plurali. frequenter enim leguntur homines Christiani ab infidelibus uenditi. & inde receperunt pecuniam. & puellam. id est puellas. uendiderunt ꝑ uino id est ut de precio haberent uinum & alia uite necessaria. Sciendum tamen ꝙ nō solū pro istis peccatis condemnabuntur impii in ultimo iudicio. sed pro omnibus aliis. ista tamen specialiter exprimuntur: quia sunt contra naturalem compassionem que inter homines debet esse. Illa enim que sunt eiusdem speciei naturaliter adinuicem compatiuntur. & hoc modo. Matth. xxv. saluator loquens de condempnatione impiorum: & remuneratione iustorum solum facit mentionem de operibus bonis & malis. Verū supra Propheta denunciauit multiplicationem in bonis: hic consequenter denunciat ultionem de inimicis. Et diuiditur in duas partes: quia primo denunciatur hec ultio. secundo mundi consummatio ibi. consurgam. Prima adhuc in duas quia primo denūciatur quedam ultio implenda tempore ueteris testamenti. secundo alia tēpore noui. sicut dictum est supra de duplici collatione boni. secunda ibi. & clamate. Circa primū sciendum ꝙ Tyri & Sidonii & Phylistei erant Iudeorum uicini propter qđ debebant eorum miserie compati. & ipsi fuerunt magis crudeles & Reges Assyriorū & Chaldeorū iuuerunt contra eos. & excitauerunt propter quod de eorum punitione fit hic mētio cum dicitur in persona domini. Verum quid mihi & uobis. dicit autem deus se persecutionem pati in populo Israel ratione aliquorum bonorum qui cum malis affligebant & licet Iudei meruissent captiuari & affligi tamen isti iniqua uoluntate exequebant. nunquid ultionem uos redditis mihi? q. d. non: quia uobis non nocui. sed bene feci. & si ulciscimini: secundum intentionem uestram malam. cito uelociter perdam reddam uicissitudinem. id est penam debitam. Isti enim populi post captiuitatem Iudeorū satis cito fuerunt captiuati & debellati. Argentum aūt meum & aurum tulistis. In destructione enim Hierusalem & Iudee isti habuerunt partem in preda. & desiderabilia mea & pulcherrima: id est ornamenta meo cultui deputata. intulistis in delubra uestra. ad ornandum loca idolorum. & filios Iuda etc. quia partem suam de mancipus uēdiderūt grecis qui ꝑ mare portauerunt eos longe. Ecce ego suscitabo eos etc. qđ fuit impletum tempore Cyri qui dedit licentiam Iudeis redeundi & ad hoc exequendum misit nuncios & litteras per totum imperium suum in quo erant loca saltem aliqua ad que mercatores Greci duxerant ad uendendū dicta mancipia. & conuertam retributionē uestram. inferendo uobis similem penam. & uendam filios uestros. in seruos: & filias uestras. in ancillas. in manibus filiorum Iuda. id est in mānibus eorū quod dicunt aliqui

fuisse impletum in reuersióe de Babylonica captiuitate quia secum adduxerũt de Ba/
bylone plures gentiles & illos postea uendiderunt. Sed hoc non uidetur conuenienter
dictum quia gentiles qui uenerunt cum eis de Babylone uenerunt uoluntarie saltem
pro maiori parte & erant ad iudaismum conuersi sicut dictum fuit. i. Esdre. Preterea
illi erant Babylonii & non Tyrii Sidonii & Phylistei de quibus hic agit. & ideo uidet
melius dicendum hoc fuisse impletum postea tempore Macha. qui pugnantes contra
duces Antiochi frequenter eos debellauerunt. & multa mancipia inde uendiderũt iter
que plura fuerũt de istis locis. Vnde inter Duces debellatos a Iudeis ponit Cẽdebeus
dux maritimus. Tyrus autem Sidon & Phylistea sunt loca maritima. Clamate. Hic
ponitur alia ultio implenda tempore noui testamẽti & dicunt aliqui ꝙ erit ultio finalis
iudicii. sed uidetur littera dissonare: quia dicitur hic sanctificate bellum. suscitate ro/
bustos. quia in finali iudicio non congregabuntur homines ad bellandũ. sed ad penas
& premia recipiendum. Et ideo uidetur mihi ꝙ conuenientius potest exponi de per/
secutione Antixp̃i qui uiolentia armoꝝ conabitur totaliter transferre ad se dei cultũ
ii. Thess. ii. ostendens se tanq̃ sit deus & secundum hoc dicitur: clamate hoc in gẽtibus
id est clamabitis uos Antixp̃i ministri. sanctificate bellum. id est confirmate contra
colentes deum. In hebreo habetur: preparate bellum. uerbum enim Hebraicum hic
positum equiuocum est. ad preparare & sanctificare. suscitate robustos: ut adhereãt
Antixpo. concidite aratra uestra in gladios. id est occupationes alias dimittite. & ei
adherete infirmus dicat. etc. id est nullus se excuset quin ei obediat in Christianorum
persecutione. erumpite. id est uenite cum magno impetu. & congregamĩ ad Antixp̃m
& potissime in Hierusalem ubi ostẽdet se tanq̃ sit deus. ii. Thess. ii. ibi occũbere faciet
dominus robustos suos interficiens Antixp̃m & maiorem partem sibi adherentiũ. Con/
surgant. hic consequenter describitur consummatio que sequitur dictam persecutionẽ
& diuiditur in duas partes quia primo describitur finale iudicium ut addantur aliqua
que sunt omissa. & secundo pene & premia ibi. & scietis. Circa primum dicit: cõsurgãt
& ascendant gentes. scilicet de sepulchris suis ad generalem resurrectionem. in ualle
Iosaphat. circa enim illum locum erit iudicium ut predictum est. mittite falces id est
mittetis & hoc dicitur angelis qui erant executores diuine iustitie secundum ꝙ dicitur
Matth. xiii. messis uero consummatio seculi est. messores autem angeli. qm̃ maturuit
messis. id est ueniet tempus reddendi penas & premia pro meritis. uenite & descendite
mecum. ad iudicium. tunc enim Christus uenturus est cum angelis suis. quia plenũ est
torcular. repetitio est eiusdem ad maiorem expressionem quia quod significauit per
messem hic significat per uindemiam. quia multiplicata est malicia eorum. q. d. pena
non est amplius differenda. populi populi in ualle concisionis. appente enim claritate
iudicis obfuscabitur claritas luminarium ad presentiam maioris luminis. & dominus de
Sion rugiet. contra impios sententiam proferendo. & de Hierusalem dabit uocẽ suã.
iustis dicendo uenite benedicti patris mei etc. & dicitur hic de Sion & de Hierusalem
eo ꝙ locus iudicii erit ibi ut predictum est. & mouebũtur celi: ad receptionem iustoꝝ
& terra. ad receptionem reproborum. quia locus gehenne sub terra dicitur esse. & dñs
spes populi sui. quia tunc uidebit dei populus ꝙ non est spe sua defraudatus. Et scietis
hic consequenter describuntur pene & premia iudicium generale sequentia & primo
premia cum dicitur: & scietis: uos iusti. quia ego dominus deus uester. uidẽtes me facie
ad faciem. habitans in Sion scilicet celesti. de quo dicit Apostolus Hebre. xii. Acces/
sistis ad Sion montem & ciuitatem dei uiuentis Hierusalem celestem de qua subditur
& erit Hierusalem sancta & alieni non transibũt per eam amplius id est improbi nõ

erunt ampliuſ cõmixti cum iuſtis ſicut fuit in Hieruſalem terrena & militante Eccleſia que etiã Hieruſalem dicit̃ in ſcriptura. & erit in die illa ſtillabũt monteſ dulcedinẽ etc. ꝑ iſta intelligit̃ ſuauitaſ que erit in celeſti patria ſicut frequẽter in pluribuſ locis uet. ac noui teſtamenti fruitio beata per ſenſibilia delectabilia metaphorice deſignatur. & fonſ de domo domini egredietur. id eſt plenitudo beatitudiſ ſignificata noie fontiſ. & irrigabit torrentem ſpinaꝝ. id eſt illi qui in preſenti uita ad modum ſpinaꝝ fuerũt areſtim per carentiam delectabilium. & hoc propter Xpriſtum In Hebreo habetur & irrigabit torrentem Sethim. & per hoc poſſunt intelligi ſanctorũ corpora que tũc erunt incorruptibilia ſicut ligna Sethim ſunt imputribilia. & hoc erit quia beatitũdo anime redundabit ad corpora. Conſequenter agitur de penis reproborum cum dicit̃. Egyptuſ in deſolationem erit. & Idumea in deſertum punitionis. ſcilicet infernalis. Et per iſtaſ duaſ genteſ intelliguntur generaliter omneſ peccatoreſ. Iſti tamẽ ſpecialiter exprimunt̃ quia Egyptuſ filioſ Iſrael inique oppreſſit. & Eſau a quo dicta ẽ Idumea fratrem ſuum Iacob innocentem perſecutuſ fuit. In cauſa uero dãnationis reproboꝝ exprimuntur ſpecialiter peccata crudelitatis ut predictum eſt. & ideo ſubditur: ꝑ eo ꝙ inique egerunt etc. ſubintelliguntur tamen omnia peccata alia. Conſequenter reuertitur ad premium beatorum. dicens. & Iudea in eternum habitabitur ſicut ſupra ꝑ Hieruſalem & Sion methaphorice intelligitur ciuitaſ ciuiũ celeſtium. Ita hic ꝑ Iudeã terra uiuentium: ſicut Iere. xxiii. In diebuſ illiſ ſaluabitur Iuda intelligitur omnis confitens deum corde & ore & operibuſ etiam ſecundum dicta antiquoꝝ Hebreorum ut oſtenſum fuit ibidem ſic in propoſito per Iudeam que interpretatur confeſſio intelligitur patria celeſtis ubi eſt iugis confeſſio diuine laudis. pſalm. lxxxiii. Beati qui habitant in domo tua domine etc. in generatione & generationem id eſt ſine fine. & mundabo ſanguinem etc. de curſu communi iuſti affliguntur in preſenti propter qđ ab hominibuſ bona ſenſibilia attendentibuſ quorum eſt maior numeruſ ſecundũ illud Eccleſiaſtici. i. Stultoꝝ infinitus eſt numeruſ. reputãtur deo odioſi & ſic iniuſti ſed in beatitudine celeſti declarabitur eorum iuſticia & ſecundum hoc dicit dñs. & mũdabo ſanguinem eorum. id eſt illoſ tunc fuiſſe mundoſ oſtendam. quoſ non mundaueram. i. quorum mundiciam non declaraueram in preſenti uita hominibuſ attendentibuſ tm̃ ſenſibilia bona. & dominuſ commorabitur in Sion. ſcilicet celeſti ubi clare perpetuo uidebitur & a ſanctis pro ſua uoluntate habebitur ad fruendum ad quam fruitionem noſ perducat qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculoꝝ Amen.

Incipit Amoſ Ca. I.

Erba Amoſ. Hec prophetia que tertio loco ponitur i duaſ ꝑteſ diuiditur: in prohemium & tractatum. qui incipit ibi: & dixit. In prima parte primo notificatur auctor: cum dicitur: uerba Amoſ. Et iſte eſt aliuſ ab illo qui fuit pater Eſaie licet uterq; fuerit Propheta. Ille enim fuit nobiliſ & de genere regio. hic autẽ ruſticanuſ. Ille etiam ſcribitur in Hebreo per litteram Aleph in principio: & Sade in fine. Iſte uero per Aim in principio & Samech in fine. propter quod ille robuſtuſ hic auulſuſ interpretatur. notificatur etiam ex officio cum dicit̃: qui fuit in paſtoralibuſ Thecue. Eſt autem Thecua territoriũ ſegetibuſ impletum. ſed ſunt paſcua ibi animalium fecunda. ſecundo oſtendit̃ quibuſ prophetauit: cum dicitur: que uidit ſuper Iſrael. id eſt ſuper regnum decẽ Tribuum

contra illud principaliter prophetauit. Secundario tamen contra plura alia regna ut uidebitur. tertio ostenditur tempus in quo prophetauit & primo in generali cū dicit: In diebus Osie Regis Iuda & in diebus Hieroboam. Isti enim simul regnauerunt p/ tialiter tamen quia ultima pars regni Hieroboā & p̄ma regni Iosie simul cōcurrerūt ut patet. iiii. Reg. xv. Osias tamē ibi nominatur Azarias quia fuit binomius. secūdo in speciali cum dicitur: Ante duos annos terre motus. Osias enim Rex Iuda in supbiā elatus uoluit offerre thymiama in templo domini super altare incensi: & tūc a domīo fuit lepra percussus. & fuit etiam tunc terremotus ad ostendendum iram dei cōtra ip̄m de quo terremotu dicetur plenius Zacharie. xiiii. Amos uero incepit prophetare per duos annos ante. Et dixit. hic incipit tractatus in quo Amos primo prophetat contra plura regna in generali. secundo magis in speciali ibi. hec dicit. Circa primum dicitur: & dixit: scilicet Amos a deo inspiratus. dominus de Sion rugiet. irā enim domini cōtra regna in sequentibus expressa designat metaphorice per rugitum leonis quoniam est terribilis. & dicit de Sion: eo q̄ ibi in templo propiciatorium erat: quod erat q̄si sedes dei: ut dictum fuit Exo. xxv. & uidebatur Prophete imaginarie q̄ uox dei loquētis ad se ex illo loco procederet usq; ad eum. & luxerunt sponsa pastorū. id ē habitatores & maneria populorum & regnorū infra scriptorum. & exiccatus est uertex Carmeli. id est cito deficiet potestas cuiuslibet regni. sic enim sonat trāslatio Chaldaica. & ideo non est hic prophetia de sterilitate futura per nimiam siccitatem ut credūt aliqui: sed est locutio metaphorica ad significandum desolationem regnorum infrascriptorum.

Hec dicit. hic consequenter prophetat magis in speciali. & primo contra extraneos. secundo contra Iudeos sequenti ca. ibi. hec dicit dominus: super tribus sceleribus Iuda Prima diuiditur in sex partes secundum sex regna contra que prophetat: & patebūt partes prosequendo. In prima parte prophetat contra regnum Syrie. d. Sup tribus sceleribus Damasci. id est Syrie eo q̄ Damascus erat metropolis illius regni secundum q̄ dicitur Esa. xii. caput Syrie Damascus. & super quattuor non conuertā. hic dicūt Hebrei q̄ si homo peccauerit bis uel ter eodem genere peccati remissibile est. sed non si quater. & si intelligāt de irremissibilitate simpliciter hoc est erroneum & cōtra scp/ turam sicut patet. iiii. Re. de Manasse Rege qui non solū quater sed pluries peccata idolatrie & homicidii incurrit. & tamen finaliter ueniam obtinuit. & plura alia exēpla possent adduci de scriptura. Si autem intelligantur iremissibile: hoc est de difficili re/ missibile hoc est uerum. Ista tamen difficultas non est ex parte diuine potentie sed ex parte peccatoris qui ex eo q̄ totiens reiterat peccatum: reddit se dei misericordia in/ dignum sine qua non potest a peccato resurgere: secundum q̄ dicit Osee. xiii. p̄ditio tua ex te Israel. tantummodo ex me auxilium tuum. per talem modum loquendi dicit Saluator. Matt. xii. qui autem dixerit uerbum cōtra spiritum sanctum nō remittet ei. id est de difficili remittetur. hoc etiam modo dicit Phylosophus. v. Metaphysice: q̄ impossibile uno modo dicitur illud q̄ uix potest fieri. regnum enī Syrie multotiēs afflixerat regnum. x. Tribuum & iniuste propter quod dignū erat diuina punitiōe & maxime quia uictoria sibi concessa abusum fuerat magna crudelitate. Ideo subdit: eo q̄ triturauerit in plaustris ferreis Galaad. id est habitatores Galaad. per plaustra hic non intelliguntur currus sed quedā instrumenta dentes ferreos habentia que uol/ uebantur super segetes positas in area non solum ad excutiendum granum sed etiā ad conterendum stipulam. ut redigeretur quasi in paleam: ad dandum animalibus in de/ fectu melioris pabuli. & talibus palustris contriuerunt Syri crudeliter homines de Galaad. & mittam ignem in domo Asael & deuorabunt Benedab. sic scribit cōmuniter

in bibliſ noſtriſ. In hebreo tñ ſcribit̃ per litteram Reſ in fine ſic: Benadar. Benedab aũt ſcriptuſ per b in fine regnauit ante Aſael immediate & poſt Aſael Benedar filiuſ eiuſ & iſti fuerunt ante tempuſ Amoſ Propbete qui cepit prophetare tempore Ozie ut dictum eſt. & propter hoc cum dicitur hic. & mittam ignem in domum Aſael etc. per domum intelligũtur poſteri eorum a deo puniti que punitio noīe ignīſ deſignat̃. Probabile eſt etiam ꝙ edificia ab eiſ facta fuerunt tunc combuſta. Exprimunt̃ aũt hic inter Regeſ Syrie Aſael & Benadar quia crudeliter nimiſ ſe habuerũt erga filioſ Iſrael ut patet ex. iiii. Reg. & conteram uectem Damaſci. id eſt fortitudinem eiuſ. & diſperdam habitatorem de campo idoli. id eſt de Syria idolatrie ſubdita. & tenentem ſceptrum. i. Regem. de domo uoluptatiſ. id eſt de domo regia in qua uacabãt delicie & tranſfertur etc. hoc fuit impletum tempore Achaz. iiii. Reg. xvi. ubi dicit̃ ꝙ The/glatpbelaſar Rex Aſſyriorũ interfecit Raſim Regẽ Syrie & habitatoreſ Damaſci tranſtulit Cyrenen. Hec dicit. hec eſt ſecunda parſ in qua prophetat contra Phy/liſteoſ dicenſ. Super tribuſ ſceleribuſ gaze. nomen eſt ciuitatiſ regie. & ſup quattuor etc. exponatur ſicut priuſ de multiplici impugnatione Iudeorum iniuſta. ꝓpter quod Phyliſtei erant digni dei uindicta. & maxime quia uſi ſunt erga eoſ crudelitate nimia Ideo ſubditur: eo ꝙ tranſtulerint captiuitatem perfectam. deſtructa enim Samaria per Aſſyrioſ: & poſtea Hieruſalem per Chaldeoſ aliqui euadenteſ fugerunt uerſuſ terram Phyliſtinorum quibuſ in tali caſu erat compatiendum. & Phyliſtei econuerſo eiſ inſidianteſ capiebãt eoſ & Idumeiſ uendebãt in ſeruoſ. & ſic tranſferebant captiui/tatem Iudeorum perfectam & mittam ignem in murũ Gaze. que poſtea fuit ſuccẽſa per Chaldeoſ. & conſequenter facit mentionem de deſtructione aliarum ciuitatum notabilium in terra Phyliſtim cum dicitur. & diſperdam. contra Tyrum que erat in parte acquilonari iuxta Iudeam. Hec eſt tertia parſ in qua ꝓphetat contra Tyrũ que erat in parte aquilonari contra Iudeam & multiſ uicibuſ Tyrii intulerũt Iudeiſ moleſtiam propter quod erant digni a deo puniri. Ideo dicitur: Sup tribuſ ſceleribuſ etc. maxime quia eadem crudelitate uſi ſunt erga Iudeoſ fugitiuoſ qua & Phyliſtei. Ideo ſequit̃: eo ꝙ concluſerint etc. & exponat̃ ut ſupra. & non ſunt recordati federiſ fratrum. id eſt Salomoniſ Regiſ Iſrael & Iram Regiſ Tyri qui fuerunt adinuicem confederati. iii. Reg. v. & intantum ꝙ uocabant ſe mutuo fratreſ propter qđ Iram dixit Salomoni. iii. Reg. ix. he nó ſunt ciuitateſ q̃ſ dediſti mihi frater. & immittã ignẽ in murum Tyri. per Chaldeoſ. Hec dicit. hec eſt q̃rta parſ in qua prophetat cõtra Idumeam que multotienſ ualde perſecuta eſt Iudeam propter qđ meruerat ſuſtinere uindictam maxime cum Idumei & Iudei de duobuſ fratribuſ eſſent nati. ſ. Iacob & Eſau propter quod eoſ naturaliter diligere debebant & ipſi econtrario eoſ odio ha/bebant. Ideo ſubditur: eo ꝙ perſecutuſ ſit in gladio fratrem ſuum. Eſau. n. querebat occidere fratrem ſuum Iacob. Geñ. xxvii. Et ſimiliter Idumei ab Eſau deſcendẽteſ filiuſ Iſrael petentibuſ tranſitum per terram eorum negauerũt Numeri. xx. dicẽteſ populo Iſrael. nó tranſibiſ per me: alioquin armatuſ occurram tibi. & ſimiliter poſtea frequenter impugnauerunt eoſ in terra ſua. Ideo ſubditur: & uiolauerit miſericordiã eiuſ. i. quã debuit habere erga populum Iſrael ratiõe dicte fraternitatiſ. & tenuerit ultra furorem ſuum etc. id eſt iram & odium ipſiuſ Eſau contra Iacob ſemp retinuerit populuſ Idumeorum cõtra populum Iudeorum. mittam ignem in Themã. nomẽ eſt loci in Idumea & ſimiliter Boſra. unde fuit Iobab Rex Edom Geñ. xxxvi. ſed alia eſt Boſra in Moab. Hec dicit. hec eſt ꝑ quinta in q̃ propbetat contra filioſ Ammó qui debuerunt diligere filioſ Iſrael eo ꝙ deſcenderunt de Loth nepote Abrahe ꝑmi

patris Iudeorum & ipsi econtrario habuerunt eos odio & eos multis uicibus persecuti sunt crudeliter: ut patet. i. Reg. iiii. de Naas Rege eorum qui nolebat facere pacē cum eis nisi erueret omniū oculos dextros: Ideo dicitur: Sup tribus sceleribus Ammon id est multotiens replicatis. non conuertam eum. dando sibi penitentiam: ut conseq̄ꝫ ueniam. eo ꝙ dissecuerit pregnantes Galaad. ne pueros parerent: qui terram patrum possiderent. sed ipsi Ammonite eam habitarent. Ideo subditur: ad dilatandū terminū suum. id est terram sue habitationis. & succendam ignem in muro Rabbe. hec est ciuitas que Deuter. iii. uocat̄ Rabbach: & erat metropolis in regno Ammō. in ululatu id est in sono confuso uulneratorum & morientium in prelio. & ibit Melchon. id est Rex eorum. in captiuitatem. .II.

HEc dicit. hec est sexta pars in qua prophetat contra populū Moab qui similiter descendit de Loth propter quod debuit Iudeos diligere. & tamen econtrario multotiens impugnauit eos. ut patet in lib. Iudi. & Reg. Ideo dicitur: super tribus sceleribus etc. id est multotiens replicatis propter quod dignus erat sustinere suppliciū & cum hoc quia dignitati regie intulit crudele supplicium. Ideo subditur: eo ꝙ incē/derit ossa Regis Idumee. quis autem fuerit iste Rex non dicitur hic nec etiam alibi in scriptura. aliqui tamen glosatores dicunt ꝙ fuit ille Rex Edom qui. iii. Regum. iii. dicitur fuisse in exercitu cum Regibus Israel & Iuda contra Moabitas & cum Rex Moab esset obsessus uoluit irrūpere ad Regem Edō & non potuit: sed fuit cōpulsus in ciuitatem redire propter qđ Moabite cōtra ipsum irati post eius mortē effoderūt eius ossa de sepulchro & incenderūt. Ra. Sa. dicit ꝙ idem Rex Edom pugnās cōtra Moabitas cecidit in manu eorum & exercuerunt hanc crudelem ignominiam. tamen non dicit quis fuit iste Rex Edom. & deuorabit edes Carioth. nomen est ciuitatis in Moab. & mouetur in sonitu Moab. in sonitu scilicet belli ubi est sonitus ex fragore armorum & clamore morientium. & disperdam Iudicem etc. id est Iudices & omnes ꝑ/sonas notabiles. Hec dicit. postq̄ prophetauit contra Idumeos: hic prophetat cōtra Iudeos & primo cōtra regnum Iuda. secundo contra regnū Israel ibi. hec dicit. Circa primum sciendum ꝙ. x. Tribubus separatis a regno Dauid. iii. Reg. xii. cultus dñi & doctrina legis per sacerdotes remansit in regno Iude propter qđ illud regnū habuit maiorem opportunitatem seruandi legem & cultum diuinum: & per cōsequens magis reprehensibile fuit de transgressione. & tamen multotiens & multipliciter peccauit in utroq; contemnendo legem & exercendo idolatriā: ut patet ex. iiii. Reg. &. ii. Para. propter hoc meruit diuinam punitionem. Ideo dicitur. Super tribus sceleribus etce. & patet ex dictis littera. & mittam ignem in Iuda. etc. hoc fuit impletū quando Na/buzardan succēdit domum domini & domū Regis & domos Hierusalem per circuitū iiii. Reg. ultimo. Hec dicit. hic consequenter prophetat contra regnum Israel & ponitur hec prophetia ultimo loco quia Propheta circa eam diutius īmoratur. s. usq; ad finem tamen aliqua interserit aliquando de regno Iuda. Et diuiditur in duas ꝑtes quia primo denunciat suam prophetiam. & secundo ex hoc patitur iniuriam. ca. vii. Prima in tres quia primo arguit populum de auaricia. secundo de idolatria. ca. iiii. ibi uenite ad Bethel. tertio de carnalitate & lasciuia ca. vi. Sciendū tamen ꝙ ista diuisio nō est precisa sed tantum a plurimo. In qualibet enim parte interseritur de aliis uitiis Prima in duas quia primo arguitur cupiditas uirorum. secundo suarum uxorum in p̄ncipio quarti ca. Prima in tres quia primo ponuntur populi flagitia. secundo reco/luntur dei beneficia ibi. ego sum. tertio predicuntur futura supplicia. ecce ego. Circa primum dicitur: super tribus sceleribus etc. quod exponunt aliqui dicentes: ꝙ p̄mum

ſceluſ fuit uenditio Ioſeph Geñ. xxxvii. ſecundū in adoratione uituli. Exo. xxxii. tertium in negatione Dauid. iii. Reg. xii. que nobiſ parſ in Dauid. quartum autem in uenditione ipſiuſ Chriſti propter quam ſunt per orbem captiuati propter qđ dicit̃ non conuertam eum. reducendo ab hac captiuitate. eo ꝙ uendiderit argēto iuſtum. id eſt Chriſtum antonomatice iuſtum. ſed illud quod ſubditur. & pauperem pro calciamentiſ. non uidet̃ bene cōſonare propter qđ hec expoſitio magiſ uidetur myſtica q̄ litteraliſ: Ideo dicendum eſt aliter ſuper tribuſ ſceleribuſ etc. id eſt pro uitiiſ infra ſcriptiſ multotienſ & multipliciter iteratiſ ſicut ſupra dict̄ū eſt de aliſ. eo ꝙ uēdiderit argento iuſtum. id eſt iuſticiam ſubuertendo iudicium pro pretio: & pauperem pro calciamentiſ. id eſt pro re parui ualoriſ. in quo apparet magnuſ contemptuſ pauper̄ Hebrei dicunt: & pauperem pro clauſuriſ. Dictio hebraica hic poſita equiuoca eſt ad calciamenta & clauſuraſ. Et exponit ſic R.a. Sa. dicenſ ꝙ quando pauper habebat uineam uel agrum iuxta diuitiſ poſſeſſiōem moleſtabat eum calumniiſ ut ſic cogeret̃ ſibi uendere poſſeſſionem ſuam & ſic diueſ auferebat clauſuram mediam inter ſuam & pauperiſ poſſeſſionem ponenſ totum ſub una clauſura. & hoc magiſ conſonat littere precedenti. qui conterunt ſuper puluerem etc. eum demendo totaliter a ſuo ſtatu. ſic enim deiectuſ uulgariter dicitur in puluere proſtratuſ. & uiam humilium declinant. i. declinare faciunt. quia humileſ talibuſ ſuperbiſ cedunt in uia: quādo obuiant eiſ declinanteſ a latere. & filiuſ ac pater eiuſ ierūt ad puellam. id eſt pater uiolauit puellā filio ſuo affidatam: ſeu deſponſatam. & in hoc tangitur crimen inceſtuſ. & ſup ueſtimentiſ pignoratiſ accubuerunt. iuxta omne altare faciebant enim aliquando cōuiuia magna in lociſ ubi colebantur idola. & de ueſtimētiſ pauperum apud eoſ ꝑpignoratiſ faciebant ſedeſ ad recumbendum in menſa. & quia conuiuia illa fiebant de ſubſtātia iniuſte oppreſſorum & condemnatorū ab eiſ. Ideo ſubditur: & uinū damnator̄. etc. Ego autem. hic cōſequenter recoluntur illa beneficia illi populo exhibita ut ex hoc flagitia appareant maiora. & ſupplicia ſequentia iuſtiora: & dicitur in ꝑſona dei. ego autem exterminaui Ammorreum: ante faciem populi Iſrael ut patet in lib. Numer. & Ioſue. cuiuſ altitudo cedrorū. id eſt ualde exceſſiua. ultra communē ſtatū boſum. Ideo de eiſ dicitur Numeri. xiii. quibuſ comparati quaſi locuſte uidebamur. & fortiſ ipſe quaſi quercuſ. id eſt ſicut excedebat populum in altitudine ita & in fortitudine. & contriui fructum eiuſ deſuper. etc. id eſt Principeſ & ſubiectoſ illiuſ populi. Conſequenter recolitur aliud beneficium ſcilicet eductio de ſeruitute Egypti cum dicitur Ego ſū etc. & patet littera. & ſuſcitaui de filiiſ ueſtriſ Prophetaſ. ad docendū populū & hoc patet per totum uetuſ teſtamentum. & de iuuenibuſ ueſtriſ Nazareoſ. aliquoſ ad ſemper ut Sampſonem & Samuelem. & aliquoſ ad tempuſ. nunquid non eſt ita. quaſi diceret: non poteſtiſ iſta negare beneficia. & uoſ econtrario me prouocabatiſ. Ideo ſequitur: & propinabatiſ Nazareiſ uinum. ut infringerent uotum mihi factū. & Prophetiſ mandabatiſ. etc. ſicut patet infra. vii. ca. ꝙ Amaſiaſ ſacerdoſ Bethel nitebatur impedire Amoſ a prophetia. Ecce ego. Hic cōſequenter predicunt̃ debita ſupplicia. & primo oſtenditur hec punitio ineuitabiliſ. & ſecundo rationabiliſ. ca. iii. Circa primum dicitur: Ecce ego ſtridebo ſuper uoſ etc. taliſ autem ſtridor cauſatur ex onere ſuperpoſito. & per hoc inſinuatur ꝙ peccata populi erant ita grauia quaſi deuſ nō poſſet ultra tolerare abſq; punitione debita. Hebrei ſic dicunt: ecce ego ſtridebo in lociſ ueſtriſ. quia dictio hebraica hic poſita ẽ equoca ad utrāq; ſignificationē & in hoc notatur moduſ punitiōiſ plauſtrū enim multum oneratū conterit & ſtridere facit illa ſuper que tranſit plauſtrum oneratum. Ideo ſubdit̃: Et peribit fuga a ueloce

quia capiē anteq̄ possit fugere. & tenens arcū non stabit: contra hostes. & robustus corde. i. audax & constans nudus fugiet protectis armis pre timore. .III.

HVdite uerbū. postq̄ punitio regni Israel ostensa est ineuitabilis. hic cōsequēter ostenditur rationabilis. Et diuiditur in duas partes quia primo hec ratiō abilitas declaratur. secundo punitio iterum proclamatur ibi. propterea. Prima in duas quia primo ostenditur rationabilitas ex testimonio diuino. secundo ex humano ibi. auditū facite. Circa primū Prophęta primo excitat attentionem dicens. audite uerbum etc. super omnem cognationem. & sic alloquitur Iudeos generaliter. tantummodo uos cognoui. etc. exhibendo uobis legem diuinam & alia beneficia plura: Psal. c. xlvii. nō fecit taliter omni nationi. & iudicia sua non manifestabit eis. Idcirco uisitabo super uos. acrius puniendo quanto maior fuit uestra ingratitudo dictorum Prophetarum spiritu dei loquentium repellendo. Ideo subditur: nunquid ambulabunt duo pariter. ad unum locum determinatum. nisi conuenerit eis tale. iter ex aliq̄ rōnabili causa q. d. non: & per hoc metaphorice designatur conuenientia dei & Prophete loquentis ex eius ore. nunquid rugiet leo in saltu etc. q. d. non: leo rugiens est deus peccatoribus p os Prophete comminans ad quod sequitur pena sicut ad rugitum leonis preda. & hoc nisi penituerint. & idem intelligitur per hoc quod subditur: nunquid dabit etc. & est repetitio eiusdem sententie ad maiorē assertionem. nunquid cadet auis in laqueū terre id est absconditum in terra. absq̄ aucupe. id est sine opere aucupis laqueum tendentis. q. d. non: per aucupem intelligitur deus peccatores capiens in laqueo pene Psalm. x. Pluet super peccatores laqueos etc. nūquid aufertur laqueus etc. q. d. non: sic intētio dei non frustrabitur a punitione peccatorum in malo perseuerantium. sic clāget tuba in ciuitate pro aduentu aduersariorum super eum. & populus non expauescet. q̄si. d. immo: per tubam intelligitur denunciatio prophetica diuine comminationis propter quod subditur: si erit malum. s. pene. in ciuitate quod non fecerit dominus. id est ordinauerit fieri ut dedecus culpe puniatur decore iusticie. q. d. aliter non fiet. Quia nō faciet dominus deus uerbum. de his que sunt necessaria hominibus nunciari. nisi reuelauerit etc. quia sicut natura non deficit in necessariis sic nec autor nature nunciando per Prophetas ea que sunt necessaria cognosci. & nō possunt uia humana sciri. oīa ista exempla ad hoc posita sunt: ut ultio diuina per Prophetas p̄clamata rationabilis ostendatur. Ideo subditur: leo rugiet. id est deus per Prophetas comminabitur. quis non timebit. q. d. nullus est qui non debeat timere & de malis suis penitere. dīus deus locutus est. Prophetas inspirando. quis nō prophetabit. inspirationem a deo acceptā populo nunciando. q. d. nullus debet tacere pro quacunq̄ persecutione. Auditū. hic consequenter ostenditur rationabilitas punitionis testimonio humano cum dicitur: auditum facite in diebus Azoti. etc. id est inter gentiles legem dei non habentes. congregamini super montes Samarie: & uidete insanias multas. id est idolatrias cōtra deū & calumniam patientes. in quo notantur peccata contra proximum. q. d. si gentiles talia uiderent: sola ratione naturali ducti iuste punienda dicerent. Propterea: oīsa rationabilitate punitionis supradicte. hic iterum proclamat: cum dicitur: tribulabitur & circūietur terra. ita q̄ nihil remaneat absconditum. & detrahetur ex te fortitudo tua. id est Rex Principes & bellatores. & diripientur edes tue. quia bona inde auferentur. & postea incendentur. & hoc fuit impletum tempore Osee. iiii. Reg. xviii. Veruntamen quia aliqui pauci euaserunt. Ideo subditur: quomodo si eruat pastor. etc. eruentur filii Israel. id est. ualde pauci ex eis. in plaga lectuli. id est in regione regni Iude quod dicitur lectulus ratione templi quod erat ibi de quo dicitur Cant. i.

Lectuluſ noſter floriduſ: eo ꝙ ibi quieſcebat deuſ per ſpecialem inhabitationem. Illi enim qui predicto mō euaſerunt tempore Ezechie uenerunt in regnū Iude redeūteſ ad diuinum cultum. & in Damaſci grabato. quia etiam aliqui ex dictiſ euadentibuſ in Damaſcum refugerunt & ibi fuerunt occultati ad tempuſ. Sciendum tamen ꝙ aliqui Hebrei dicunt ꝙ Damaſci non eſt hic nomen loci ſed eſt nomen appellatiuum & ſignificat uictū quia Ezechiaſ dei cultor predictiſ ad regnū ſuum refugientibuſ ꝓuidit modo conuenienti de uictu. Et quia non ſolum fuit populuſ Iſrael punituſ ſed etiam cultuſ idolatrie ibidem diſſipatuſ. Ideo ſubditur: Audite etc. in die cum uiſitare cepero preuaricationem Iſrael. populum puniendo. uiſitabo & ſuper altaria Bethel: omnia idolatrie loca ſubuertendo. & percutiam domum hyemalem cum domo eſtiua. potēteſ enim ex carnalitate habebant uariaſ domoſ pro hyeme & eſtate. & peribunt domuſ eburnee. nō ꝙ totaliter eſſent de ebore: ſed quia ibi erant aliqua opera nimiſ curioſa eburnea. & hoc modo dicitur. iii. Regum. ultimo. de Achab Rege Iſrael & domuſ eburnea quam edificauit. etc.

.IIII.

AVdite uerbum. poſtq̄ deſcripta eſt cupiditaſ uiroꝝ: hic conſequenter idē oñdit̄ de uxoribuſ eorum cum dicitur: Audite uerbum hoc uacce pingueſ. i. potētum uxoreſ que dicuntur uacce propter uituloſ aureoſ quoſ adorabant. & pingueſ ratiōe diuitiarum ad quarum acquiſitionem iniquam uiroſ ſuoſ incitabant. Ideo ſubdit̄: que calumniam facitiſ. i. per uiroſ ueſtroſ procuratiſ: ideo ſubdit̄: que dicitiſ dñiſ ueſtriſ id eſt maritiſ. afferte: & bibemuſ. id eſt ſubſtantiam aliorum rapite ut noſ & familie noſtre poſſimuſ laute uiuere. & ſubditur pena: iurauit dominuſ in ſancto ſuo. id eſt in ſeipſo qui eſt ſanctuſ ſanctorum. ecce dieſ uenient ſuper uoſ. i. ad punitionē ueſtram & leuabunt uoſ. portando in captiuitatem ſicut portantur reſ ponderoſe in turelliſ. & reliquaſ ueſtraſ in olliſ feruentibuſ. id eſt ceteroſ ad fortalicia fugenteſ ibidē cremāteſ cum edificiiſ. & per aperturaſ exhibitiſ. id eſt multe fiunt aperture in muriſ per quaſ extrahemini. & proiciemini in Armon. nomen eſt regioniſ longinque extra terram Aſſyriorum. Venite. poſtq̄ Propheta arguit populum de auaricia: hic conſequenter arguit ipſum de idolatria. Et diuiditur in treſ parteſ quia p̄mo ponitur idolatrie frequentatio. ſecundo frequentantiū obſtinatio ibi. ego quoq; tertio prophete monitio ibi. poſtq̄ autem. Circa primum dicitur: uenite in Bethel. id eſt uenietiſ frequētando locum idolatrie ita ꝙ propheta non inuitat ad idolatriam ſed magiſ arguit eam. ad Galgalam. ibi enim idolatria ſimiliter exercebatur ut dictum eſt ſupra Oſee. xii. ca. & offerte. id eſt offeretiſ: tribuſ diebuſ. ſcilicet in anno ſicut in templo domini qđ erat in Hieruſalem cultoreſ dei debebant apparere ter in anno Exo. xxiii. Hieroboam enim in cultu uituloꝝ quoſ fecit ſtatuit aliqua ſimilia cultui diuino qui fiebat in Hieruſalē ut populuſ faciliuſ aſſentiret. & ſacrificate de fermentato. ſicut & gētileſ idolatre oblationeſ enim deo facte in Hieruſalem erant abſq; fermento. ſic enim uoluiſtiſ filii Iſrael. ſcilicet ſacrificare uituliſ aureiſ. & non de mandato meo. ſed uoluntate ueſtra iniqua. Vnde hic conſequenter ponitur obſtinatio populi qui pluriēſ a deo fuit flagellatuſ propter peccata non tamen emendatuſ & primo ponitur flagellum carniſ cū dicitur: Vnde & ego dedi uobiſ ſtuporem dentium. id eſt famem. Hebrei autē dicunt acuciem dentiū. Vnde & famelici dicunt̄ uulgariter habere denteſ acutoſ. & uentrē uacuum. Ideo ſequitur: & indigentiam panum. ſecundo flagellum ſitiſ cum ſubditur: ego quoq; prohibui a uobiſ hymbrem. & hoc tribuſ menſibuſ ante meſſem que incipit in illa terra de menſe Aprili. & ſic fuit prohibituſ hymber tempore quo magiſ ſolet pluere. & plui ſuper unam ciuitatem. id eſt quādo dedi pluuiam fuit ita modica ꝙ nō

sufficiebat uobis ad potū. Ideo sequitur: & uenerunt due & tres ciuitates. etc. Tertio flagellum uenti urentis terre nascentia corrumpentis. & erucas generantis cum dicitur percussi uos in uento urente. Quarto flagellum occisionis ab aduersariis cū dicitur: misi in uos mortem in uia Egypti. miserunt enim iuuenes electos in Egyptum ad ducendum inde auxilium contra Assyrios: qui preoccupati ab Assyriis fuerunt occisi ab eis: & equi eorum ab aduersariis capti. Ideo subditur: usq; ad captiuitatem equorū & quia cadauera eorum remanserunt insepulta: subditur: & ascendere feci putredinē etc. Quinto flagellum subuersionis terre per aduersarios cum dicitur: Subuerti uos. que subuersio facta est ferro & igne. ideo sequitur: & facti estis quasi torris. i. lignū semiustum: & dicitur a torreo. es. & non rediistis ad me: totiens flagellati. quapropter hoc faciam tibi Israel. id est iterabo tibi penas consimiles & maiores. Postq̄ autē. Hic consequenter ponitur Prophete monitio scilicet ut populus ad dominum conuertat: & ad hoc inducitur duplex motiuum. secundum ponitur ca. v. Primum aūt motiuū est consideratio diuine potentie cui omnis creatura debet se subicere. Ideo dicit: postq̄ autem hec fecero tibi. id est afflictiones predictas. preparare in occursum dei tui. per debitam penitentiam uexatione tibi intellectum dante. Et dicunt expositores nostri communiter & satis rationabiliter q̄ hec est prophetia de conuersione iudeorum circa finem mundi futura. Vnde &. x. Tribus adhuc non sunt de captiuitate liberate & secundum hoc exponitur: preparare in occursum etc. id est preparabis te. ad hanc aūt conuersionem seu penitentiam dictam debet mouere excellentia diuine potētie. Ideo sequitur: quia ecce formans montes etc. & annuncians homini eloquium suum. dando ei prophetie spiritum deus exercituum. id est angelorum. .V.

AVdite. hic ponitur secundum motiuū quod est diuine iusticie cōsideratio acriter peccata punientis. Et diuiditur in duas partes quia primo ponit hec consideratio secundo arguitur populus de oppositio ibi. qui conuertitis. prima in duas quia primo inducit populum ad considerationem pene preterite: secundo ad euasionem future ibi quia hec dicit. Circa primum dicit Propheta: audite uerbum istud: non solū aure sed etiam corde. quod ego super uos leuo planctū. cōpatiens miserie uobis ifflicte. domus Israel cecidit: a statu prosperitatis. & hoc fuit a tempore Azael Regis qui supra secundum quod dicitur. iiii. Reg. xiii. Iratusq; est furor domini cōtra Israel & tradidit eos in manu Azael Regis Syrie etc. & subdit attriuerat eos Rex Syrie nō adiiciet ut resurgat in preterita potestate. & ad idem facit quod sequitur. uirgo Israel p̄iecta est. quia expressio est eiusdem ad maiorem assertionem: quod declaratur per id quod subditur: urbs de qua egrediebantur mille etc. Quia hec dicit dominus. hic inducit ad euasionem pene future dicens in persona dei. querite me: per opera bona. & uiuetis. corporali & spirituali uita. & nolite querere Bethel etc. i. nolite colere idola que colūt in Bethel & Bersabee. quia Galgala captiua ducetur etc. id est populus idolatriam exercens ibidem. querite dominum & uiuite: exponatur ut prius. ne forte comburat ut ignis. qui totaliter deficit per consumptionem materie combustibilis. domus Ioseph id est regnum Israel quod denominatur a Ioseph eo q̄ Hieroboā primus Rex Israel fuit de Tribu Effraim filii Ioseph. Qui conuertitis. hic arguit cōsequenter populū de oppositio. scilicet q̄ peccabāt sine freno timore dei postpositio. & primo arguit eius transgressiones. secūdo derisiōes ibi. ueh desiderantibus. Prima in duas q̄a p̄mo arguit populi multiplex transgressio. secundo subditur punitio ibi. idcirco. Circa primū dicit qui conuertitis in absinthium. id est amaritudinem iudicium pauperum eos iniuste condemnantes. & iusticiam. i. deum qui est iusticia per essentiam sicut & uita. in terra

relinquitis: pro idolis uestris. facientem arcturum & orionem. Est aũt arcturus quedã constellatio que reuoluitur circa polum septemtrionalem. & uocatur ursa maior ab Astrologis & currus Caroli a laicis. Orion autem est quedam cõstellatio clara & nota partim in signo tauri & partim in signo geminorum. & ortus eius significat tẽpestates propter quod dicit Philosophus in secũdo Meter. ꝙ Orion est indiscretus & difficilis conuertentem in mane tenebras etc. id est successionem facit diei & noctis. qui uocat aquas. eleuando eas in uaporibus humidis. & effundit eas super faciem terre. cõuertẽs eas in pluuiam. qui subridet uastitatem. In Hebreo habetur. qui uiolentat fortem. eũ reprimendo. & sic subridet. i. cõtemnit. uastitatem a forti factã. & depopulationẽ super potentem affert. populum de regno potenti transferendo & captiuando. Ista dicta sunt de deo ad ostendendum: ꝙ non est pro idolis relinquendus. Et reuertitur ad ostendendum populi transgressionem dicens. odio habuerunt in porta corripientẽ In portis enim antiquitus sedebãt Iudices & senes ut quilibet etiã extraneus inueniret eos in promptu. & loquentem perfecte. id est sanos Prophetas & doctores. abominati sunt: eorum doctrinam refutando. Idcirco: hic consequenter subditur punitio cum dicitur: pro eo ꝙ diripiebatis pauperem: & subditur modus direptionis. & pdã electã id est illud quod erat melius & uobis placẽtius tollebatis. Ideo in penam huius & aliorꝝ peccatorum dicitur: domos quadro lapide edificabitis. id est sumptuose & laboriose. & non habitabitis in eis. quia in captiuitatẽ ducemini. quia cognoui multa scelera uestra ad puniendum. & fortia: id est grauia. hostes iusti: id est iustitie. Ita ꝙ iustum ẽ hic neutri generis. accipientes munus: pro subuersione iustitie. Ideo prudens in tempore illo tacebit. cessans a correptione uestra uidens ꝙ non erat ad uestram emendationẽ sed magis ad peccatorum uestrorum aggrauatiõem. Ideo sequitur: quia tempus malũ est: nõ propter se: sed propter malitiam gentis: & propter hoc ante tempus illud pro/
pheta monet eos de correctione dicens: querite bonum. per emendationem uite. ut uiuatis: corporaliter & spiritaliter. & erit dominus deus exercituum uobiscũ. p gratiã suam uos protegendo. sicut dixistis. id est desideratis. sed quia hoc non impletur: nisi mala uita corrigatur. Ideo subditur: odite malum. Due enim partes sunt iustitie. s. declinare a malo: & facere bonum. & constituite in porta iudicium. id est Iudices in portis ciuitatum & uillarum sicut precipitur Deut. xvi. ad hoc ut quilibet tã pegrinus q̃ ciuis possit statim Iudices inuenire. si forte misereatur dominus. non dicit̃ hic forte propter aliquam mutabilitatem que fit in deo sed in libero arbitrio hominis. reliquus Ioseph. id est regno Ioseph quod dicitur hic reliquie post eius diminutionẽ ut p̃dictũ est. Dicit hic regnum. x. Tribuum regnum Ioseph eo ꝙ Hieroboam primus Rex fuit de Tribu Effraim filii Ioseph. Propterea hec dicit dominus etc. In omnibus plateis planctus. hec sententia nõ refertur ad litteram immediate precedentem sed ad illud quod dicitur supra. hostes iusti accipiẽtes munus & pauperes in porta dep̃mẽtes. exquo concluditur hic: propterea. & subditur: in omnibus plateis. scilicet ciuitatum. planctus & in cunctis que foris sunt. id est uiculis & oppidis in campestri terra situatis. dicetur ueh ueh: propter multiplicationem miserie. & uocabunt agricolam ad luctum in uiculis & oppidis in quibus non sunt habentes artem plangendi. & ad planctum in ciuitatibus. eos qui sciũt plangere. i. canere carmen lugubre. tales. n. solẽt ĩ ciuitatibus manere. & in omnibus uineis. id est campestribus locis. erit planctus. cuius causa subditur: quia pertransibo in medio tui. Faciens executionem iustitie mee per Assyrios. Veh desiderantibus. Hanc litteram exponunt aliqui de regno duarũ Tribuũ de quo prophetauerat Hieremias & alii Prophete ꝙ populus iturus esset in captiuitatem

babylonicam & inde per. lxx. annos rediturus. & habiturus maiora bona q̄ ante: qđ tamen non erat intelligendum statim post reditum: sed longe post scilicet in aduentu Christi prout declaraui supra in pluribus locis Esa. & Hiere. & aliorum Prophetarū multi tamen de populo intelligebant q̄ talia essent habituri statim in reditu propter quod desiderabāt accelerationem illius captiuitatis. propter accelerationem ꝓsperitatis in reditu. & ad hoc applicant litteram sequentem in qua Propheta eos increpat de tali desiderio: ut dicunt isti. Sed istud non uidetur conuenienter dictum quia non solum Reges scilicet Ioacim & Sedechias sed etiā Principes & sacerdotes & Pseudoprophete & communis populus persequebantur ad mortem Hieremiam eo q̄ denunciabat illius captiuitatis accelerationem. exquo patet q̄ non desiderabant eam sed magis abhorrebant: propter quod sicut dictum est supra. hic Propheta arguit illusores. multi. n. in populo reputabant dicta Prophetarum friuola de diuina punitione futura. & sic deridendo dicebant Hieremie. xvii. ubi est uerbum domini? ueniat. sicut fuit ibidem expositum ita dicitur hic: ueh desiderantibus. etc. Et diuiditur in duas partes: qa p̄mo predicitur supplicium. secundo aufertur remedium ibi: odi. Circa primum dicitur ueh desiderantibus diem dñi. id est diem diuse ultiōis denunciatā a Prophetis de quo ironice dicebant: ueniat dies illa loquendo per modum optatiuum. ad quid eam uobis. i. qualis est nobis futura dies illa: & respondet: dies domini ista tenebre. id est erit uobis tribulationis plena. que per tenebram metaphorice significatur. Ideo subditur: quomodo si effugiat uir a facie leonis. etc. id est tunc occurrent uobis tot pericula q̄ si aliquis euadet unū incidet in aliud. Ideo concluditur. nunquid non tenebre etc. quasi diceret sic & exponatur ut supra. Odi. hic consequenter aufertur remedium quod posset eē per diuinam placationem. quod tollitur: cum dicitur in persona dei: odi & proieci festiuitates uestras. etc. & patet littera: aufer a me tumultum carminum tuorum. id est si offeras mihi laudes uocibus humanis seu musicis instrumentis non acceptabo quia nō est sponsa laus in ore peccatoris: Ecclesiastici. xv. Et reuelabitur quasi aqua. id est ualde manifeste. iudicium. id est executio iustitie mee. quasi torrens fortis. qui suo impetu rapit ea que inuenit quasi diceret ita rapiemini in captiuitatem. nūqd hostias etc. istud refertur ad tempus in quo filii Israel fuerunt in deserto. Et dicūt aliqui expositores nostri q̄ a conflatiōe uituli Exo. xxxii. nō obtulerūt sacrificia & oblatiōes domino. sed idolis que portabant in itinere. sed hoc non uidetur uerum quia pro adoratione uituli populus fuit grauiter punitus: ut habetur ibidem. & similiter pro peccato idolatrie Phegor Numeri. xxv. & ideo non est uerisimile q̄ si tam diu idolatriam exhibuissent idolis que secū portassent: quin populus fuisset multotiēs de hoc punitus & quin de hoc esset expressa mentio in libris Moysi. & ideo istud inducitur ad ostendendum q̄ sacrificia non sunt deo accepta nisi assit bona uita. & hoc per oppositum. s. quia ista sacrificia fuerunt omissa longo tempore cum populus Israel esset in deserto. & tñ dominus quasi benignus & placatus illi populo contulit multa beneficia p̄bendo manna continue & ducatum ignis & nubis de nocte & die & multa alia beneficia. de dicta uero omissiōe sacrificiorum dicit Ra. Sa. super illud Numeri. ix. fecerūt Israel Phase tempore suo q̄ toto tempore quo fuit populus in deserto non fecit nisi illud Phase tantum. & tamen erat principalis sollemnitas anni & in qua debebant offerri sacrificia sollemnia & si illud fuit omissum multofortius alia minus principalia. fuit. n. super hoc populo dispensatum proprer incertum nubis motum. sicut & de omissione circumcisionis. Ista tamen omissio sacrificiorum non est intelligenda generaliter quod illo tempore fuerint nulla sacrificia oblata quia in dedicatiōe tabernaculi obtulerūt

principes plura animalia in sacrificium dñi Numeri.vii.& idem contigit ex aliquibus alijs causis specialibus & secundum hoc dicitur: núquid hostias & sacrificium etc.q.d. pauca obtulistis & ideo non computantur: secundum illud quod dicitur.ii.Physi.ꝙ modicum est: pro nihilo reputat'.& portastis tabernaculum Moloch.sed ꝙ dicit Ra. Sa. & secundum ea que predicta sunt de statu populi in deserto istud referē ad lit/teram immediate precedentem sed ad illud quod supra dictum est.dies domini tenebre & non lux.id est dies punitionis uestre erit plena tribulatione cui coniungit'. & por/tastis.id est portabitis loquendo de futuro per modum preteriti propter certitudinē prophetie.tabernaculum Moloch etc.Dicit Ra.Sa.ꝙ Assyrii ducentes.x.Tribus in captiuitatem posuerunt idola que coluerāt super humeros eorum in itinere ut sic appareret ꝙ dii quos colebant: nó potuerant eos saluare contra Assyrios.& huic ex/positioni consonat littera sequens.& migrare uos faciā trans Damascū.& ultra Syrie regnum mitto uos in captiuitatem in terram ualde longinquam. .VI.

Eb qui opulēti estis.In hoc autem ca.arguit populū de superbia & carnalitate Et diuiditur in duas partes quia primo exprimitur culpa.secundo subditur pena ibi.quapropter.& in hoc ca.loquitur Prophcta contra regnum Iuda dicit igit'.ueh qui opulenti estis.diuitis male acquisitis.in Sion.id est in regno Iuda sic nominato eo ꝙ Hierusalem ibi metropolis in qua erat templum & domus regia in monte Sion.& confiditis in monte Samarie.id est in potentia Regis Israel cuius metropolis erat Sa/maria in monte sita ut habetur.iii.Reg.xvi.optimates.id est principales in populo ingredientes pompatice domos Israel. id est cum superbia magna ostentantes uos in populo.transite in calāne.id est in babylonia ut dicit Ra.Sa.& ite inde in Emath. que nunc dicitur Antiochia.& descendite in Geth Palestinorum.que erat p̄ncipalis inter quinq; ciuitates Phylistinorum.si latior terminus eorum termino uestro est.q. diceret: non immo dedi uobis latiorem & meliorem terram & hoc est uerū si cōsiderāt principia istorum regnorū.que fuerunt minora in extensione & bonitate a p̄ncipio q̄ regnum Iude datum Israel a deo.sed regnum Babylonie & Antiochie postea fue/runt magis dilatata in spatio & fortitudine.qui separati estis.in dei prescientia in diē malum.id est ad punitionem magnam eo ꝙ regno uobis dato abusi estis.Ideo subdit: & appropinquatis solio iniquitatis.Consequenter arguit eos de carnalitate dicens.qui dormitis i lectis eburneis.notans eos de nimia curiositate & luxuria.similiter de gula. ibi.qui comedetis agnum etc.& de impleta leticia ibi.qui canitis etc.sicut Dauid pu/tauerunt se habere cantici uasa.id est instrumentis musicis uti. q.d.non est ita: quia Dauid utebatur in diuinis laudibus ipsi autem in lasciuis & dissolutionibus.bibentes uinum in phialis.cum excessu & nimia carnalitate.& optimo unguento delibuti. ad odorem sue carnis inepte procurando.& dicunt aliqui hic ꝙ optimum unguentū dicit' hic illud quo ungebātur uasa diuino cultui applicanda.de quo precipit' Exo.xxx. ꝙ nullus sub pena mortis utatur ad odorem sue carnis.& nihil patiebantur.id est cō/patiebantur.super contritione Ioseph.id est de destructiōe populi Israel p̄ p̄phetas nunciata.reputabant enim uerba eor̄ friuola.Quapropter.hic consequenter subdit' pena debita.Et diuiditur in duas partes quia primo predicitur pena. secūdo resumit' culpa ibi.nunquid currere.Circa primum dicitur: quapropter.id est propter p̄dictas culpas.nunc.id est circa optimates: qui sunt capitanei erunt in captiuitate p̄mi.& au/feretur factio lasciuientium.id est adulatio eorum: qui nutriebant eos.in facinoribus suis.Iurauit dominus.id est firmiter statuit ꝙ hec pena erit: ideo subditur: detestor ego superbiam Iacob.id est populi Israel.& domos eius odi.id est domos.x.Tribuū.

& domum duarum. & tradam ciuitates. id est ciuitatem in manibus aduersariorum. q̄ si reliqui fuerint. euadētes aduersarios per absconsionem in locis occultis. & ipsi moriēt ibi fame uel fumo incendii. & tollet eum. id est quemlibet sic mortuum. propinquus suus. qui euasit manus Assyriorum. & comburet eum. nō potens eum deferre ad locū sepulture. Vt efferat ossa. que facilius possunt portari ad locum sepulture: q̄m totum corpus. & dicet scilicet dictus propinquus. Et qui in penetralibus domus est querens mortuos in locis occultis. nunquid adhuc penes te est: supple aliquis mortuus. & respondebit finis est. id est non inuenio plures. & decet ei. i. proximo ab eo querēti tace. & non recorderis nominis domini. qui fecit nobis mala ista quod est uerbū hois impatientis. contra deum secundum expositores nostros. secundum hebreos uero est hec littera. & tollet eum propinquus de combustione sua. id est de loco ubi fuerat cō/ bustus: ut efferat ossa. de cōbustione remanētia ut sepeliat ea. & dicet ei etc. exponat ut supra ibi. & dicet ei. id est proximo sibi loquenti. tace. id est non loquaris ultra de ista inquisitione & sepelitione & subditur ratio: & non ad recordandum nomen domini id est ista mors contigit eis eo q̄ non recordabantur nominis domini. & ideo non est curandum de eorum sepultura. sic exponunt Hebrei. Quia ecce dominus mandauit. i. aduersarius Iudeorum inspirauit uoluntatem ueniendi contra eos. & percutiet: p̄ eos. domum maiorem ruinis. id est regnum. x. Tribuum irreparabiliter. & domū minorē id est regnum duarum Tribuum. scissionibus: quia captiuitas duarum Tribuum re/ laxata fuit per Tyrum. captiuitas uero. x. Tribuum adhuc non est relaxata secūdū Hebreos. Nunquid. hic Propheta resumit populi maliciam dicens. nunq̄d currere queunt in petris equi etc. q. d. non: quia hoc esset contra solitum nature & tamen sic facitis in moralibus. Ideo sequitur: quoniam in amaritudinem uertitis iudicium. ecce. ducentes uitam pauperum ad amaritudinem per iusticie conuersionem. qui letamini in nihil: id est in uana gloria mundi. qui dicitis. uos iactando: nūquid non in fortitudie ista assumpsimus nobis cornua? id est potestatem temporalem acquisiuimus nobis p̄pa uirtute & industria. q. d. sic: ideo subditur pena: ecce ego suscitabo etc. gentē: scilicet Assyriorum contra regnum Iuda. & conteret uos ab introitu Emath. que est iuxta terminum Iude in parte aquilonari. usq; ad torrentem deserti. qui est in extremitate australi & sic comminatur destructionem Iudee totius. .VII.

Ec ostendit. Superius Amos denunciauit suam prophetiam: hic ex hoc patitur calumniam secūdum q̄ dicit Io. os aureum. Incurrit odium qui arguit crimina os. Et diuiditur in duas partes: quia primo arguit calumniam. secundo resumit suā pro/ phetiam ca. VIII. Prima in duas quia primo ponitur calumnie specialis occasio. secūdo calūnie impositio ibi: & misit. Prima adhuc in duas quia primo ponit occasio īdirecta secundo directa ibi. hec ostēdit. licet autem tota p̄phetia Amos fuit occasio calūniādi ipsum generaliter tamen prophetia in hoc ca. posita fuit occasio specialis. Et ponunt hic primo due uisiones que fuerunt huius calumnie occasio indirecte tamen secunda ponitur ibi. hec ostendit. Circa primū sciendum q̄ Propheta uisiōe imaginaria uidebat deum producentem locustas ad corrosionem terre nascentium tamen ad preces eius nō produxit ad effectum sicut ad penitentiam Niniuitarum fuit subuersio ciuitatis per Ionam denunciata reuocata. & hoc est quod dicitur. Hec ostendit mihi. in uisione imaginaria cuius tamen uisionē intellexit Propheta & sic intelligende sunt alie uisiones sequentes. & ecce fictor. id est deus formator: locuste. id est locustarum sicut Exo. VIII. uenit musca grauissima. id est multitudo muscarum in principio germinantium. serotini hymbris. id est illo tempore quo solent blada tuellare. & ecce serotinus post

tonſorem gregiſ. In Hebreo habetur: poſt tonſionem Regiſ. & uidetur hec littera falſificata per imperitiam ſcriptorum propter ſimilitudinem dictionum uel propter imaginationem aliquorum correctorum eo ꝙ tonſio magiſ dicitur de gregibuſ q̃ de Regibuſ. Ad intellectum igitur huiuſ littere ſciendum ꝙ ſicut in terra iſta qñ blada ſunt adhuc in herba & non dum inceperunt tuellare ponuntur ibi agriculi ad come/dendum ſummitateſ & ſic in Iudea tunc tondebant blada & illa tõſio erat ꝓ aĩalibuſ Regiſ nutriendiſ. Ideo dicebatur tonſio Regiſ & ſecundum hoc dicit: ecce ſerotinuſ. id eſt tempuſ in quo incipiunt blada tuellare. poſt tonſionem Regiſ. quia ſi poſtea tonderentur nõ poſſent fructificare. & factũ eſt cum conſummaſſet comedere herbã terre. ſcilicet multitudo locuſtarum hoc tamen non erat in re ſed in imaginaria uiſiõe dixi: deprecãdo ne inferretur hec plaga populo. quiſ ſuſcitabit Iacob? id ẽ releuabit populum Iſrael ab iſta plaga ſi inferatur. q. d. nulluſ niſi tu. miſertuſ eſt dominuſ. nõ inferendo plagam oſtenſam. Hec oñdit. hic ponitur ſecunda uiſio de futuro incẽdio que finaliter fuit impedita per orationẽ Prophete & quantum ad hoc dicitur. & ecce uocauit iudicium. id eſt angeloſ executoreſ ſue iuſticie. ad ignem. id eſt ad ſuccendẽdã totam regionem. & deuorabit abyſſum multam. ſic enim imaginarie uidebat̃ ꝓphete ꝙ igniſ erat ita fortiſ ut cõſumeret etiam aquaſ profundaſ nomine abyſſi ſignificataſ. & per hoc intellexit Prophetа comminationem incendii futuri in terra. & dixi. dep̃/cando ut non fieret. & exponatur ut ſupra. Ex dictiſ patet ꝙ illa expoſitio que dicit exercitum Aſſyriorum ſignificatum per locuſtaſ in uiſione prima ad deſtructionem regni Iſrael & exercitum Chaldeorum per ignem: in ſecũda que incendit Hieruſalẽ non eſt conueniens quia plage hic extenſe reuocate fuerunt ille uero non. Iſte etiam due uiſiõeſ fuerunt indirecte cauſa calumnie contra Amoſ inquantum pro plagiſ illiſ inuocandiſ: que tangebant populum communem orauit. & pro reuocatione ſequẽtiſ non orauit. que tangebat domum regiam. Hec oſtendit. hic ponitur tertia uiſio cũ dicitur: ecce dominuſ ſtans ſuper murum litum. id eſt linitum & per murum intelligit̃ robur regni. x. Tribuum per linitionem diuina protectio eo ꝙ muri linitio protegit eum a niue & pluuia. & in manu eiuſ trulla cementarii. que eſt inſtrum̃tũ ad liniendũ & ſequitur. poſt ecce ego ponam. id eſt deponam. trullam. ſubtrahendo a regno decẽ Tribuum protectionem meam. non addam ultra ſuperinducere. id eſt linire ꝓ quod intelligitur protegere ſecundum predicta. Hebrei habent aliam litteram tamen ad eandem ſententiam que eſt taliſ. ecce ſtans ſuper murum lineatũ. & in manu eiuſ linea & accipitur hic linea pro corda latomi in cuiuſ extremitate eſt plumbum in qua con/ſiderat ſi muruſ erigitur recte ſuper fundamentum. & ſi inuenit diſtorſionem reducit eum ad rectitudinem & per hoc deſignatur diuina iuſticia tortuoſitatem culpe eñdáſ per penam. Ideo ſequitur: ecce ego ponam lineam in medio populi mei Iſrael. id eſt rectitudinem iuſticie mee eiuſ peccata puniendiſ. non adiiciam ultra pertranſire eum. id eſt diſſimulare eiuſ peccata abſq; punitione. & demolient̃ excelſa idoli. id ẽ Bethel & Dan ubi colebantur uituli. & ſanctificationeſ Iſrael: id ẽ omnia loca ubi offerunt oblationeſ & ſacrificia. deſolabuntur. quod fuit impletum per Sellum qui interfecit Zachariam filium huiuſ Hieroboam & regnauit pro eo. iii. Reg. xv. & hec uiſio fuit directe occaſio calumnie contra Amoſ. Et miſit. hic conſequenter ponit̃ calũnia contra Amoſ & primo ponitur hec calumnia. ſecundo calumniatoriſ pena ibi: & rñdit prima in duaſ: quia primo Amoſ accuſatur. ſecundo moleſtat̃ ibi. & dixit. Circa ꝑmũ dicit: & miſit. ſcilicet nunciоſ. Amaſiaſ ſacerdoſ Bethel: qui erat locuſ principaliſ cultui uituli dedicatuſ. ad Hieroboam Regem. Iſte fuit Hieroboam filiuſ Ioaſ. iii. Regũ.

xv. rebellauit contra te Amos. excitans populum ad te odiendum. non poterit terra
sustinere etc. id est non est dignū ipsum ampliꝰ uiuere super terram. Quia dicit. Hec
in gladio morietur Hieroboam. hec accusatio fuit falsa. Amos enim non dixerat hoc
de Hieroboam sed de domo eius seu de posteritate ut patet per predicta. Et dixit.
hic consequenter Amos molestatur. uidit enim iste Amasias ꝙ Rex parum curauit de
sua accusatiõe: quia cognouit eam esse falsam uel quia reputauit uerba Amos friuola
ideo temptauit Amos fugare de illa terra dicens. qui uides. id est tu Amos qui dicis te
habere dei uisiones. fuge in terra Iuda. ubi audiuntur talia. & comede ibi panem. qui
dabitur tibi pro tua prophetia. & in Bethel non adicies ultra ut prophetes quia sanc/
tificatio Regis est. id ẽ locus dedicatus a Rege pro cultu uituli ut habetur. iii. Regum
xii. Et respondit. hic consequenter predicitur calumniatoris pena tamen Amos p̃mo
respondit ironice sibi illate scilicet ꝙ prophetaret in terra Iuda pro pane dicens. non
sum Propheta etc. id est non sum de Prophetis falsis qui prophetant pro talibus ac/
quirendis secundum ꝙ dicitur Eze. xiii. Violabant me ad populum meum propter
pugillum hordei & fragmen panis etc. sed armentarius. i. habens animalia que erant
diuitie illius temporis. q. d. non indigeo uictu necessario ut pro illo prophetem men/
daciter. sed sum uerus Propheta. ideo subditur: Et tulit me dominus etc. ita ꝙ loquor
ex inspiratione diuina sic exponit Ra. Sa. Aliqui uero exponunt sic: non sum pro/
pheta etc. id est non sum tactus actualiter spiritu prophetie. Sed hec expositio non
uidetur conuenies: primo quia in toto ueteri testamento & nouo non solum dicitur
Propheta qui actu tangitur spiritu prophetie: sed etiam qui consueuit tangi: q̃uis
actu non tangatur. secundo quia statim in eadem serie predixit prophetice punitiõem
Amasie dicens. tu dicis non prophetabis etc. uolens impedire uerbum domini. propter
hoc. hec erit pena tua. uxor tua in ciuitate fornicabit: ab Assyrius ciuitatẽ capiẽtibus
qui polluẽt in oculis tuis uxorem tuam. & occident prolem tuam. & humus tua in fu/
niculo metietur. id est extraneis gentibus diuidetur. Rex enim Assyriorum captiuato
regno. x. Tribuum misit illuc gentes alienas ad possidendum terram. iiii. Regũ. xvii.
& tu in terra polluta morieris. id est in terra Assyriorum multis idolatris polluta.
Dicit autem Hieronymus in ꝓlogo huius Prophete. iii. ꝙ Amasias sacerdos frequẽter
plagis afflixit Amos & tandem filius eius Osias eum uecte per tempora transfixit. &
sic dolore uulneris expirauit. quod hic non exprimitur. .VIII.

HEc dicit. Postq̃ Amos passus fuit iniuriam: hic cõstanter resũmit suam ꝓphetiã.
Et diuiditur in duas: quia primo denunciat populi destructionem. secundo eius
reedificationem post medium. ix. ca. ibi. in die illo. Prima in duas: quia p̃mo ꝓphetat
contra regnum. x. Tribuum. secundo contra regnum duarum ca. ix. Prima in tres:
quia primo contra decem Tribus predicit penam succincte. secundo arguit crimen
auaricie ibi: audite. tertio resummit penam magis diffuse ibi. iurauit. Circa p̃mum dicit
ecce uncinus pomorum. poma que possunt manu colligi primo colliguntur. & postea
illa que non possunt capi nisi cum uncino quo rami attrahuntur. & ideo per hanc ui/
sionem designabatur diuina ultio ultimata absq; retractiõe. Ideo subditur: uenit finis
super populum meum Israel non adiciam ultra ut pertranseam eum. dimittendo eũ
absq; punitione. Hebrei dicunt ꝙ hec est littera. ecce calathus ficorum. s. pessimarum
que nihil ualent sed proiciũtur. & per hoc captiuatio populi designatur. & stridebũt
cardines templi. in quo adoratur uitulus & per stridorem cardinum intelligitur de/
structio edificiorum. In hebreo autem habetur. & stridebunt cardines palatii. id est
palatiorum Regis & Principũ. multi morientur. non tñ omnes quia Assyrii aliquos

reſeruauerunt ut in captiuitatem ducerentur. in omni loco proiicietur ſilentium. id ē ab omni loco repelletur per clamorem morientium. Audite. hic conſequenter arguit in potentibuſ crimen auaricie. audite hoc qui conteritiſ pauperem. id eſt pauperes ad nihilum redigitiſ. dicenteſ: cum deſiderio. quando tranſibit meſſiſ. i. abundantie tpus ut ſic tempore caristie blada uēdamuſ cariuſ. & ſabbatū. in quo fit quieſ a uenditiōe & aperiemuſ frumentum. id eſt horrea frumenti. ut menſuram imminuamuſ: doloſe. augeamuſ ſiclum. id eſt pretium. & ſupponamuſ ſtateraſ doloſaſ. in pondere monete. ut poſſideamuſ in argento egenoſ. quia cōpellentur ſe nobiſ uendere in ſeruoſ. & pau/peres pro calceamentiſ. In hebreo habetur: pro clauſuriſ. & exponatur ut ſupra ca. ſecundo circa medium. & quiſquiliaſ. i. purgamenta que non debent uendi cū frumto ſed eiici. Iurauit. hic Propheta reſummit penam populi magiſ diffuſe explicando: & primo quantum ad penam corporalem. ſecundo quantum ad ſpiritalem ibi: ecce dieſ. Circa primum dicitur: iurauit dominuſ. id eſt firmiter diſpoſuit & irreuocabiliter. in ſuperbiam Iacob. id eſt contra ſuperbiam populi. x. Tribuum. ſi oblituſ fuero etc. i. non obliuiſcar: ſed puniam eorum opera mala. nunquid ſuper iſto non cōmouebitur terra. etc. id eſt commouebitur afflictione magna. & aſcendet quaſi fluuiuſ. etc. per hoc deſignat captiuitaſ populi futura ſicut aque fluminiſ tranſeunt de loco ſue origiſ ad loca longinqua. occidet ſol in meridie. id eſt tempore quo ſperabant proſperitatē ſuperueniet aduerſitaſ. & idem intelligitur per hoc quod ſubdit: & tenebraſcere facta etc. eſt enim expreſſio eiuſdem ſententie per alia uerba ad maiorem aggerationem. & induam ſuper omne dorſum ueſtrum ſaccum etc. ſic enim ducebantur captiui induti ſacco & capita raſi ſecundum q̄ dicitur Deut. xxxii. de captiuitate nudati capitiſ inimicorum. & ponam eum quaſi luctum unigeniti. id eſt in tanta amaritudine ſicut eſt mater lugenſ unigenitum. Ecce dieſ. hic conſequenter explicatur pena ſpiritaliſ cum dicitur: & mittam famem in terram non famem paniſ etc. ſcilicet ſolum. ſed audiendi uerbum dei. iuſto enim dei iudicio factum eſt ut populuſ. x. Tribuum qui Prophetaſ partim occiderat & partim fugauerat imminente tribulatione eorum per Aſſyrioſ: quereret conſilium a Prophetiſ & non inueniret. Ideo ſubditur: & commouebuntur a mari uſq; ad mare. id eſt a mari mediterraneo uſq; ad mare galilee. & ab aquilone. id eſt a termino aquilonari regni. x. Tribuum: uſq; ad orientem. id eſt terminū orientalem. querenteſ uerbum domini: per omneſ parteſ regni ſui. & nō inuenient: quia non ſunt digni ratione p̄dicta. in die illa deficient uirgineſ pulchre. a ſua pulchritudīe & adoleſcenteſ. a ſua fortitudine. in ſiti: corporali exquo patet quod dictum eſt: q̄ cum defectu cibi & potuſ corporaliſ fuit etiam defectuſ cibi ſpiritaliſ. qui iurant in delicto Samarie. i. in uitulo quem fecit Hieroboam Rex Samarie. & in hoc faciebant ei reuerentiam quia omneſ per maiorem ſuum iurant Hebre. vi. & dicunt uiuit deuſ tuuſ Dā. Ibi enim fuit poſituſ unuſ de duobuſ uituliſ a Hieroboam factiſ. & ei attribuebant deitatem. hoc modo iurando. & uiuit uia Berſabee. id eſt ille pro cuius adoratione itur in Berſabee ibi enim uigebat idolatria prout dictum eſt ſupra ca. quīto. Sciendum tamen q̄ illa Berſabee eſt alia ab illa que eſt in termino auſtrali terre promiſſionis qui eſt in Tribu Iuda de qua dicitur. iii. Regum. xix. q̄ Heliaſ uenit in Berſabee Iuda. & cadent & non reſurgent ultra. illa enim captiuitaſ. x. Tribuū nō fuit relaxata ut frequenter ſupra dictum eſt.

.IX.

Vidi dominum. hic conſequenter Amoſ propheta cōtra regnum duarū Tribuū Et diuiditur in treſ parteſ quia primo ponitur pene acerbitaſ. ſecundo eiuſ ieuitabilitaſ ibi: non erit. tertio rationabilitaſ eiuſ ibi. nunquid. Circa primum dicit.

uidi dominum super altare. scilicet holocaustorum ꝙ erat in Hierusalem metropoli duarum Tribuum. & dixit: executoribus sue iusticie. percutite cardinem. s. templi. & commoueãtur super luminaria. per quod designabatur destructio templi futura sub Rege Sedechia. & subditur causa tamen partialis cum dicitur: Auaricia enĩ in capite omnium. id est in Rege & Principibus & Sacerdotibus. & nouissimum eorum. id est, minimum de populo. in gladio interficiam. per hoc designabatur ꝙ a maioribus usq; ad minimos omnes subiicerentur Regi Babylonis armorum uiolentia & sic adimpletũ fuit sub Sedechia. iiii. Reg. ultimo. Non erit: hic consequenter ponitur pene ineuitabilitas cum dicitur: non erit fuga eis. nisi ad horam postea capiẽtur. Ideo subditur: & qui fugerit etc. Si descenderint usq; ad infernum. in locis subterraneis se abscondẽdo. inde manus mea. id est potestas mea. educet eos: per Chaldeos qui querent eos. & ibi, inuenient. & si ascenderint usq; ad celum. fugiendo ad montes altos quorum cacumĩa uidentur tangere celos: inde detraham eos. per Chaldeos ibi eos insequentes. Et si celauerint se ab oculis meis in profundo maris. id est si possent hoc facere. ibi mandabo serpenti & mordebit eos. id est per hoc non saluarentur. & si abierint in captiuitatem etc. Ibi enim tanq̃ uiles persone & abiecte occidebantur pro modica causa. & ponam oculos meos super eos in malum. inducendo super eos malum pene. & dominus deus exercituum. id est angelorum ipse supple est. qui tangit terram. duarũ Tribuũ uirga iusticie sue. & ascendet sicut riuus omnis. per hoc designatur captiuitas duarum Tribuum generalis per fluxum aque sicut dictum est capitulo precedenti de decem Tribubus. qui edificat in celum ascensionem suam: hoc dicitur: quia licet deus ubiq; sit: tamen eius maiestas relucet in celo. & fasciculum suum super terram fundauit. per fasciculũ intelligit̃ regio elem̃taris que modica est respectu ambitus celestis. qui uocat aquas maris. quia uapores humidi eleuantur inde pro maiori parte. & effundit eas. resoluendo uapores in pluuias. Nunquid. hic cõsequenter oñditur predicte punitiõis rationabilitas: cum dicitur: nunquid non Israel ascendere feci de terra Egypti. quasi diceret sic educẽdo eos de dura seruitute ad terram fluentẽ lacte & melle & ideo huius beneficii ingrati sunt magis digni punitiõe. & Palestinos. id est Phylisteos. de Cappadotia quasi diceret sic: & hoc habetur Gñ. x. & Syros de Cyrene. quasi. d. transfero gentem de terra ad terram prout placet uoluntati mee & aliquãdo propter demeritũ sue culpe: Ideo subditur: Ecce oculi domini super regnum peccans. eius peccata considerando & puniendo: Ideo subdit̃: & conterã illud a facie terre: totaliter destruẽdo. Temperat tamen istum rigorem quantum ad Iudeos dicens. ueruntamen conterens non conteram. id est non destruam omnino domum Iacob: sed per orbem dispergam Ideo subditur: ecce enim etc. sicut conuertitur in cribro: ut purgetur: sic enim pene a deo inflicte sunt peccatorum purgatiue quando patienter tolerantur. & non cadet lapillus super terram. id est de uerbis meis nihil transibit in uanum: quin impleatur. in gladio morientur omnes peccatores populi mei. qui sunt in peccatis suis obstinati: qui dicunt non appopinquabit: quia comminationes Prophetarum friuolas reputabãt. In die illo: postq̃ Amos denunciauit populi Israel destructionem: hic ultimo denũciat finalem reparationem populi Iude que facta est in reditu captiuitatis Babylonice sub Zorobabel Duce ut dicunt aliqui sed hoc nõ uidetur uerum quia populus ille nunq̃ fuit in tanta prosperitate que hic describit̃ cum subditur: & possideant reliqas Idumee & omnes nationes. immo semper fuit in subiectione & seruitute primo Persarũ. secũdo Grecorum. tertio Romanorum: propter quod beatus Iacobus Actuum. xv. allegat hanc scripturam dictam de edificatione Ecclesie per fidem. Ra. Sa. etiam exponit

quod dicitur hic. suscitabo tabernaculú Dauid etc. id est regnum Dauid qđ secundú omnes Hebreos intelligitur suscitandum per aduentum Messie & sic secundum Ra. Sa. scriptura hic loquitur de tempore Xpristi q̃uis erret dicendo hoc tempus futurú quod iam est preteritum. Item in libro Senhedrin qui apud Hebreos est autẽticus dicitur: Erigam tabernaculum Dauid quod cecidit: dicit Ra. Iohannam generatio in qua filius Dauid id est Messias uenturus est sapientes magistri minorabuntur: & sic fuit tempore Christi quia aliqui Iudeorum erant Saducei qui negãt spiritum & angelum & resurrectionem quod est maxime erroneum. Alii uero Pharisei qui ꝓpter traditiones suas irritauerant mandatum dei quod est ualde fatuum: patet etiam ꝙ hec scr̃ptura: suscitabo tabernaculum Dauid etc. refertur ad tempus Christi secundú Hebreos. Ideo sequendo sententiã beati Iacobi exponẽda est hec littera de reedificatiõe Ecclesie in unione gentium & Iudeorum sicut allegatur Actuum. xv. Et diuiditur in duas partes quia primo ponitur hec reedificatio. secundo reedificationis acceleratio ibi: ecce dies. Ad intelligentiam primi sciendum ꝙ tempus Christi nõe Dauid nõiat̃ in scriptura ue. te. Osee. iii. post hec reuertentur filii Israel & querent dñm deú suú & Dauid Regem suú ubi habet translatio Chaldaica: reuertent̃ filii Israel & querẽt cultum dei sui. & obedient Messie filio Dauid Regi suo sicut ibidem fuit expositum & similiter Hiere. xxx. Seruient dño deo suo & obedient Messie filio Dauid. Item sciendum ꝙ una est Ecclesia que incepit a primo Abel iusto usq; ad ultimum electum qui in fine mũdi nasciturus est secundũ ꝙ dicit beatus Greg. hom. vii. & ista ecclesia uocatur tabernaculum dei siue Christi. Esa. iii. Erit tabernaculum dei cum hoibus etc. Istud igitur tabernaculum in quo est uerus cultus dei cecidit post diluuiú oñibus ad idolatriam declinantibus a tempore Nemroth qui coegit homines ignem adorare paucis tamen exceptis ut Abraham & aliquibus aliis fidelibus multi etiam de illis qui descenderunt ab Abraham declinauerunt ad idolatriam ut Ismahelite & filii Cethure & Idumei ab Isaac descendentes & licet oñes filii Iacob fuerint fideles: tñ multi ab eo descendentes postea fuerunt idolatre ut patet Exo. xxxii. de adoratione uituli & in libris Iudicũ & Regũ de cultu idolorꝫ. Sed casum huius tabernaculi reparauit Xp̃us & eius discipuli per quorꝫ predicationẽ idolatria cessauit per orbem & uocati sũt Iudei & gẽtiles ad fidem: & hoc est quod dicitur hic. In die illa. id est tempore gratie quod dicit̃ dies Ro. xiii. nox precessit dies appropinq̃uit. suscitabo tabernaculú Dauid. i. Ecclesiam Xp̃i qui secundum deitatem est ab eterno Hebr. xiii. Iesus Xp̃us heri & hodie ipse est in secula. ꝙ cecidit per idolatriã: modo predicto. & reedificabo apturas muroꝝ eius. i. scissuras gentiũ p diuersos ritus quia alique colebant Iouem alie Dianã alie Martem & sic de aliis que per predicationem Xp̃i & Apostolorꝫ reducte sunt ad unum uerum dei cultum. & ea que corruerant instaurabo. quia multi qui corruerãt a fide unius dei ad eam sunt releuati. & reedificabo eum sicut in diebus antiquis. i. sicut ante diluuiú qñ oñes cõmuniter colebant unú deum secundú ipsius Ade instructionẽ licet postea corrupti fuerint cõmuniter carnalitate & lasciuia Gñ. vi. oñis qppe caro corruperat uiam suam. & possideant reliquias Idumee & omnes nationes. Ista autem possessio nõ intelligitur per diuinum tpale: sed spiritale inq̃tum Apostoli & fideles alii colla gentium subiecerunt fidei. Ideo Act. xv. ubi allegatur hec scriptura secundum translationem Hiero. que tunc erat multum autentica proeo dicitur hic: ut possideãt reliquias Idumee & omnes nationes eo ꝙ inuocatum sit nomen suum super eos. dicit̃ ibi. ut requirant ceteri hominum dñm. & omnes gentes super quas inuocatú est nomẽ meum. & ideo ꝙ dicitur hic. eo ꝙ inuocatum sit nomen meú super eos: referẽ ad illos

qui uocati ſunt ad fidem. exprimũtur hic autem Idumei. quia ipſi & Iudei de duobus fratribus deſcenderunt ſcilicet Iacob & Eſau & Xpriſtus de Iudeis deſcendit ſecundũ carnem & ſimiliter Apoſtoli & primi credentes. Ecce dies. hic conſequenter deſcribit dicte reedificationis acceleratio que facta eſt per celerem Euangelii publicationẽ qa uiuente adhuc beato Petro & pluribus aliis Apoſtolis fides Catholica fuit per totum orbem predicata: ſicut plenius declaraui ſuper illud pſal. xviii. In oĩem terrã exiuit ſonus eorum etc. & breuiter poteſt hic reſummi. predicatio enim Euangelii incepit a Hieruſalem que eſt in medio terre habitabilis Act. i. & inde deriuata eſt circũquaq;. Verſus aũt occidentẽ publicata eſt uiuente Petro qa diſcipuli ab eo miſſi in Franciã pro predicatione Euangelii edificauerunt Senonis Eccleſiam dicti ſancti Petri uiui in quo pluries ego fui & eodem tempore fides Catholica fuit predicata per oĩa loca notabilia regni Francie uſq; ad mare oceanum qđ eſt terminus terre habitabilis ſcđm aſtrologos & eadem rõne Euangeliũ tunc fuit predicatũ uerſus alias partes ab Hierusalem ſcilicet orientis auſtri & aquilonis immo probabilius hoc uidetur: quia plures Apoſtoli & alii Chriſti diſcipuli diſperſi fuerũt ad predicandũ Euangeliũ uerſus illas partes q̃ uerſus occidentem. & ſic acceleratio uocationis gentium ad fidem. Itẽ ſciendũ q̃ conuerſio gentium ad fidem meſſis nomine deſignatur. Luc. x. meſſis quidẽ multa etc. & ſimiliter calcatio uue & ſeminatio parabolice dicunt. Prophete enim hoc mõ frequenter loquuntur. & Chriſtus in Euangelio. Vnde Luc. viii. ſemen eſt uerbũ. Eſt igitur ſenſus. Ecce dies uenient. i. tempus noui teſtamenti. & cõprehendet arator meſſorem. i. predicator ſtatim attinget ad fidelium conuerſionem. ſicut patet Act. ii. ubi ad predicationẽ Petri ſtatim cõuerſi ſunt tria milia. & iiii. ca. v. milia. & calcator uue. i. propinator ſacre doctrine. mittentẽ ſemen. i. faciet diſcipulos aptos ad p̃dicãdũ ſicut patet in Actibus Apoſtolorum in pluribus locis. q̃ edocti ab eis p̃dicabãt uerbũ dei. & ſtillabũt montes. i. Apoſtoli ceteris p̃eminentes. dulcedinẽ: euangelice doctrine & omnes colles. i. minores doctores. culti erunt. cultura ſpiritus ſancti ad proferendũ fructũ in Eccleſia dei. & conuertam captiuitatem populi mei Iſrael. liberando eos de ſeruitute diaboli. & edificabũt ciuitates etc. per hoc intelligunt diuerſi ſtatus in eccl'ia per ciuitates: ſtatus cõiugatorũ in quo requiritur conſenſus aĩorum. Vnde & ciuitas dicitur ciuium unitas. per uineas: uero ſtatus prelatorũ & doctorũ. Vñ & Xp̃us dixit Apoſtolis Io. xv. Ego ſum uitis & uos palmites. per hortos: uero ſtatus religioſorum qui ſunt clauſi ſub diſciplina regulari. Iſti. n. ſtatus ſunt inſtituti a tpribus Apoſtolorũ Chriſti. & perceptio utilitatis ſeu fructus conſequentis eſt conſecutio meriti in pãti & premii in futuro quod nobis concedat qui cum patre etc.

Incipit Abdias.

Iſio Abdie. Secũdum doctores Hebreos & Latinos iſte Abdias fuit diſpenſator domus Achab Regis Iſrael: qui cum Iezabel interficeret Prophetas domini abſcondit ex eis quinq̃genos & quinquagenos in ſpeluncis & pauit eos. iii. Regũ. xviii. & ideo meruit a domino ſpiritũ pphetie ſecundũ dictũ Saluatoris Mat. x. qui recipit Prophetã in noĩe Prophete mercedem Prophete accipiet. hic autem prophetat contra Idumeos qui cũ debuiſſent Iudeos diligere eo q̃ a duobus fratribus deſcendiſſent: & ipſi ecõtrario habuerunt eos odio. & eorum perſecutoribus auxilium prebuerunt. Diuiditur ergo prophetia iſta

in duas partes: quia primo denunciatur Idumeorum uastatio. secundo Iudeorum consolatio ibi. & in monte. prima in tres: quia primo nunciatur eorum uastatio propter culpam superbie. secundo propter culpam superstitiose scientie ibi: non est prudētia. tertio propter culpam fraterne inimicitie ibi: propter interfectionem. Circa primum dicitur Visio Abdie: supple est hec que sequitur: auditū audiuimus etc. a dño. ego & alii pphete inspirati ab eo. & legatū ad gentes misit. Iste legatus ē instinctus diuinus excitans aduersarios Idumeorum ad deuastandos eos propter peccata: Ideo subditur confederatio eorum ad hoc agendū cum dicit: surgite & consurgamus etc. ecce paulū dedi te. uerbum est domini loquentis de futuro per modū p̄teriti: ppter certitudinem prophetie super Idumeam uenture. superbia cordis tui extulit te. ultra modū uirtutis tue. habitantē in scissuris petrax. i. in locis difficilis accessus in quibus nimis confidis. Qui dicis in corde tuo quis detrabet me in terram. i. deiciet me a mea magnitudine: ac si nō timeas hominem nec deum: Ideo subditur respōsio diuina: si exaltatus fueris. & subdit omnium bonorum direptio totalis cum dicitur: si fures introissent ad te: & patet littera usq; ibi. & omnes uiri federis tui: in quo ostenditur q̄ talia passura sit Idumea nō solū ab inimicis suis sed ab illis qui prius erant amici sui sibi confederati qd̄ est satis grauius secundum illud Psal. liii. Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem utiq; etc. Nō est prudentia. hic consequenter denunciatur uastatio Edom propter scientiā superstitiosam intendebant enim diuinationibus & augurijs: ideo dicitur hic: nō ē prudētia in eo. Intendentes enim talibus frequenter decipiunt. Ideo subditur: nunquid non in die illa. s. uastationis Idumee. pdam sapientes de Idumea. qui suis superstitionibus denūciabant ei securitatem. q. d. sic: per effectū contrariū. & timebunt fortes tui a meridie ab illa enim parte intrauit exercitus aduersarios. ppter interfectionē. hic cōsequēter denunciatur uastatio Edom ppter crimen inimicitie fraterne cum dicit: ppter interfectionē & propter iniquitatē in fratrem tuū Iacob. Esau. n. psequebat fratrem suū. Iacob ad mortem Gn̄. xxvii. pro benedictione paterna & eodē mō Idumei ab Esau descendentes persecuti sunt populū Israel a Iacob descendentē ppter qd̄ notatur hic Iacob. operiet te confusio. superueniens tibi ex omni pte. & peribis in eternum absq; regni recuperatione. in die cum stares aduersus eum. i. iudaicū populum. qn̄ capiebant alieni. i. Assyrii primo postea Chaldei. & extranei ingrediebant portas eius. in Hierusalem & aliis ciuitatibus. & sup Hierusalē. i. sup predā Hierusalē ut quilibet portaret suā tu quoq; eras quasi unus ex eis ciuitates destruendo & bona rapiendo. & nō despicies in die fratris tui. i. in die uastationis eius non despicies eum quia tu eris magis contemptibilis. in die pegrinationis eius. i. captiuationis ad terrā extraneam. & non letaberis. quia habebis occasionē maioris tristicie. & non magnificabis os tuū. iactādo te q̄ fueris in templi & ciuitatis cōbustione exquo contigit maxima Iudeorū āgustia licet Idumei plures fuissent contra regnū Iuda cū Assyrijs & Chaldeis ut dictum est supra. tn̄ ante cōbustionem ciuitatis & templi per Nabuzardan fuerunt captiuati ut dicunt expositores aliq & sic non fuerunt in illa: Ideo subdit: neq; ingredieris portā etc. & patet littera. & nō emitteris aduersus exercitum eius. i. ad psequendū Sedechiā fugientem cum uiris bellatoribus. neq; stabis in exitibus. s. ciuitatis ad interficiendum fugientes. & non concludes reliquos. qui non poterunt fugere de ciuitate. qm̄ iuxta est. i. prope & ante dictā destructionē Hierusalē. dies dn̄i. i. tpus sue uindicte sup oēs gentes. s. regni Idumee. Sed quia Esa. xxi. &. xxxiiii. &. lxix. & Hiere. xlviii. & Eze. xxxv. uidetur dicere textus q̄ Idumei fuerunt cum Chaldeis in destructione Hierusalem p Chaldeos & sic ibidem fuit dictum: & idē sonat q̄ hic premittit: & sup

Hierusalē mittebant sortē. i. sup predā de Hierusalē ut quisq; partē suā tolleret. cu quoq; eras unus ex eis. que diuisio prede maxīe fuit in captione ciuitatis p Chaldeos: ideo aliter exponenda est littera ab illo loco. & nō despicies in die fratris tui. i. de die uastatiōis eius facta sicut Prouer. xvii. di. Qui in ruina letat alterius. i. de ruina alterius q. d. maius malū euenīet tibi cito post ruinā Hierusalē & ita cessabis despicere populū Iudaicū. & nō letaberis. de supuenīēte tibi occasiōe. tristicie. n. maiores depellūt minores. & nō magnificabis os tuū. ultra te iactādo q fuisti in ciuitatis & tēpli captiōe eadē causa. neq; ingredieris portā eius. post ciuitatis reedificationē per Neemiā. nec emitteris aduersus exercitū eius. cūc sicut missus fuisti añ per Nabuc. nec stabis ī exitibus. s. hierusalē ad iterficiēdū fugiētes de ea sicut feciſti tpe obsidiōis eius p Chaldeos & nō cōcludes reliquos. remanētes in ciuitate sicut tunc feciſti. quia iuxta est. i. ppe quia cito post destructionē Hierusalem fuerunt captiuati Idumei. dies dñi. i. tēpus sue uidicte sup oīs gētes scilicet regni Idumee de qbus loquit Propheta sicut feciſti i. psequēdo nequiter filios Iuda ita alii psequēt te. quō enim bibisti sup mōtē etc. i. laute uixisti de bonis acceptis de templo quod erat in mōte Moria. bibent oīs gētes hauriēdo bona tua. & absorbebūt te. ueniētes sup te in tāta ciuitate q nō poteris resistere: et erūt quasi nō sit. alicuius uirtutis gētes tue. Ideo seqt: sicut feciſti psequēdo nequiter filios iude: sic alii psequēt te. qūo enī bibisti. i. letanter feciſti. sup montem sanctū meū. i. de malo uenīēte supra mōtem ubi est templū noīe meo dedicatū: bibent oīs gētes. hauriēdo bona tua & letando de tua miseria & absorbebūt te. te totaliter deuorando & erūt quasi nō sit. s. gentes tue Vnde istud refertur ad illud quod supra dicit dies dñi sup oīs gentes. Et in monte. Hic post destructionē Idumeoꝝ núciat propheta consolationē Iudeorū & dicūt aliqui expositores q residuū huius ppbetie intelligitur ad litteram de reditu captiuitatis Babilonice sic & in monte Sion erit saluatio. quia liberati de captiuitate illuc uenerunt. ut habetur primo. Esdre. scdo & erit sanctus. quia ibi reedificatum fuit templum in loco suo. & possidebūt domos Iacob eos qui se possederāt. qđ maxime fuit impletū tēpore Machab. qui pugnātes uiriliter suos aduersarios sibi subiecerunt. & erit domus Iacob ignis etc. dicuntur hic domus Iacob isti de regno Iude qui redierunt de captiuitate & domus Ioseph illi de regno Israel q euadentes manus Assyriorū postea uenerunt ad habitandum in regno Iude & cum illis de regno Iuda captiuati fuerunt & cum redeuntibus redierunt. & domus Esau stipula. id est Idumea ita faciliter destruetur ab eis sicut stipula ab igne. Et hereditabunt ii qui ad austrum etc. quia tempore Mach. dilatauerunt terminum habitationis sue circunquaq;. & transmigratio exercitus eius. id est illi qui de regno Iuda transmigrauerunt in Babylonem hereditabunt supple. omnia Chananeorū loca id est que fuerunt a Chananeis possessa anteq̄ filii Israel ingrederent terram illam. usq; ad Sareptā. ciuitas est ī qua mulier uidua pauit Heliā. & transmigratio Hierusalē que est in Bosphoro. nomen est loci in regno Babylonie secundū istā expositionē ad quem aliqui de Hierusalem fuerunt translati. & ascendent saluatores. id est Esdras & Neemias uel Machabei ut dicunt alii. & erit domino regnum. id est uirtute diuina fient ista cui seruiēt a captiuitate liberati. In aliquibus autem libris additur in fine Amen. sed non est in Hebreo nec in libris correctis. Ista expositio uidetur habere aliqua dubia: primo quia non habetur plane de scriptura q̄ termini Iudeorū fuerint ita dilatati tpribus predictis & maxīe qa hic dicit: & possidebunt regionem Samarie quia Samaritani illuc missi a rege Assiriorū. iiii Regum. xvii. habitauerunt regionē illam usq; ad tēpora Christi ut patet. Io. iiii. & in pluribus aliis locis ex Euangelio.

Item qđ dicit. & erit dño regnú. uidet extorte exponi ꝙa interruptio regni Dauid qđ dicit regnú dei in ſcꝑtura a doctoribus latinoꝝ & hebreoꝝ dicit repanda ꝑ xp̃m & hoc uident manifeſte ſonare dicta ꝓphetarú. ꝓpter qđ R.a. Sa. & alii hebrei exponunt totã ꝑtem iſtã de conſolatione Iudeoꝝ ꝑ Xp̃m. ſed in hoc deficiũt qa dicũt eſſe futurú qđ iam eſt adimpletú. & ideo pót iſta ꝑ ſ exponi de tpre Xp̃i cũ dicit: & in monte Sion erit ſaluatio. qa Xp̃us Saluator noſter ibi pluries p̃dicauit in tẽplo: & plures infirmos curauit ſpiritaliter & corpaliter. & erit ſanctus: quia ibi miſſus fuit ſp̃us ſcũs in ſigno uiſibili in die Penth. ſecundú qđ dicit Hiero. in epiſtola ad Paulinú & poſſidebit domus Iacob. i. Apoſtoli aliq; ꝓmi credẽtes qui fuerunt de Iacob & iſta poſſeſſio non eſt ꝑ tpale dominiú: ſed qa potentes huius mũdi poſuerunt colla ſua ſub iugo fidei. & erit domus Iacob ignis etc. qa ſup eos appuit ſp̃us ſanctus in ſp̃e ignis Act. ii. & domus Eſau. i. generaliter gentiles ex hoc. n. ꝙ Eſau ꝑſequebat Iacob & deſcendẽtes ab eo ſ. Idumei ꝑſequebant filios Iſrael a Iacob deſcendẽtes. oẽs q populú Iſrael ꝑſecuti ſunt: cuiuſmõi erant gentiles: uocati ſunt noie Edõ ut dicũt hebrei. & ulteriuſ deductú ẽ hoc nomẽ ad oẽs ꝑſecutores fideliũ. & hoc idẽ dicit Hiero. in ꝓmo ꝓlogo huius ꝓphete & ꝑ hoc ꝙ dicunt hic ſtipula: & Apoſtoli ignis. intelligit eorú cõuerſio facilis ad fidẽ. & deuorabũt eos. i. corpi Xp̃i myſtico incorpabũt. & hoc mõ dicit Act. x. ſurge Petre occide & mãduca de cõuerſione Cornelii & aliorũ gentiliũ cũ eo exñtiũ ſtati futura. & non erũt reliqe etc. i. nõ remanebit in eis aliqd idolatrie ꝓcedentis ſicut dicit Prouer. xii. uerte impios & non erũt. ſ. ampliuſ impii. manebunt tñ ad pietatẽ cõuerſi. & hereditabũt etc. Act. i. dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ & in oñi Iudea & Samaria & uſq; ad ultimú terre qa fidẽ Chriſti ꝓmo p̃dicauerũt in Hieruſalẽ & poſtea ꝑ alios ꝑtibus circunq; ſubmittẽtes colla gẽtiũ iugo fidei. & ſecundú hoc dicũt hic aliq hereditare diuerſas terras ad q̃s uerũt. Et exꝓmunt ſpecialiter alique terre ꝓpinque Hieruſalem & Iudee ut mons Eſau: terra Phyliſtiim. Samaria. & Galaad. & Sarepta. Sidoniorũ. & p iſta loca intelligunt oñia alia loca ad que deriuata eſt ꝑ Apoſtolos fides Catholica. Sciendũ tñ ꝙ ubi trãſlatio noſtra habet. uſq; ad Sareptã: In hebreo habet: uſq; ad Sarphat. i. uſq; ad Franciã ut dicit R.a. Sa. Et ſecũdú hoc exponit ꝙ dicit hic. & tranſmigratio exercitus huius id ẽ collectiõis fideliũ in Iudea exiſtentiũ: qui erant exercitus fortis contra Diabolú & ꝑſecutionẽ infideliũ quoꝝ aliq trãſmigrauerũt ꝑ uaria loca infideliũ q hic Chananei notant ꝓcedẽtes uſq; in Franciã. ſ. ſanctus Sauinianus qui fuit de. lxxii. diſciplis unus & conuertit ad fidẽ ciuitatẽ Senonenſẽ que tũc erat metropolis in tota Frãcia & ciuitas aurea uocabat & poſt ciuitatis cõuerſionẽ eã dño dedicauit faciens cruces in muris ciuitatis cũ pollice cui cedebat lapis ſicut cera mollis & adhuc appent in pluribus locis ſicut ego uidi q hec ſcꝑſi. & ſotii ſancti Sauiniani alias ciuitates Frãcie plures ad fidẽ cõuerterũt ut ex Actibus eoꝝ habet. & trãſmigratio Hieruſalẽ que ĩ Beſphoro. In hebreo habet: in Cepharad. i. in Hiſpania ut dicit R.a. Sa. qđ fuit impletum per Iacobú Apoſtolú & eius diſcipulos ibi fidẽ Xp̃i penitus p̃dicãtes & colla gentiũ ſubiugãtes. Ideo ſubdit: poſſidebit ciuitates auſtri. licet. n. Hiſpania reſpectu Hieruſalẽ ſit in ꝑte occidẽtali tñ reſpectu Francie de q̃ fecerat mentionẽ ĩmediate magis eſt ad auſtrũ. & aſcendẽt ſaluatores. i. Petrus & Paulus q dicunt ſaluatores ꝓcipatiue eo ꝙ ſunt p̃ciput Apoſtoli. in montẽ Sion. i. in Eccleſiã que mõs Sion dicitur Eſa. ii. & Hebr. xii. ut ibidẽ dictú ẽ. iudicate montẽ Eſau. i. Romã ut dicit R.a. Sa. qa apparentes Cõſtãtino & eũ arguẽtes de ꝑſecutiõe Chriſtianoꝝ induxerũt eũ ad defenſionẽ Chriſtianoꝝ & edificationẽ Eccleſiarú ꝑ Romanú Impiũ. & erit dño regnum: quia

Romā caput mundi dimisit uicariu Christi trâsferens sedē Impii Constantinopolim. aliter etiā pót exponi de tpre futuri iudicii cú dicit: & ascēdēt saluatores. i. Apostoli q erút Iudicii assessores ad pfectā salutē electoz túc habendā. in montē Sió qa circa illú locú erit finale iudicii ut dictú ē supra Ioel. iii. Iudicare móte Esau. i. códēnare supbiā ifideliú q noie Edó uel Esau designāt ut dictú ē supra. & erit dño regnú: qa túc oīa pfecte subiicient dño nostro Iesu Christo: cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Incipit Ionas. Capitulú .I.

FActú ē. Hic incipit Ionas Propheta. & diuidit in duas ptes qa ṕmo oñdit eius inobedietia & secúdo penitētia. ii. c. Prima in tres: qa ṕmo describit Ione rebellio. scd̄o rebellātis repḥensio ibi. dñs aút. tertio depḥensi punitio ibi: & dixerūt. Circa primú dicit: & factú ē uerbú dñi ad Ionā. q ꝓphetauit tpre Hieroboā Regis Israel ut habet. iiii. Reg. xiii. filiú Amathi. dicút aliq ꝓ nomē ꝓpriú ē patris ipsius. sed hoc nó uidet uerú: qa secúdú oēs doctores Hebraicos & Latinos iste Ionas fuit filius multeris uidue quē suscitauit Helias. iii. Reg. xvii. Ista non fuit de populo Israel. sed fuit gentilis ut patet per uerba Saluatoris Luc. iiii. multe uidue erāt in diebus Helie in Israel & ad nullā eaz missus ē Helias etc. & p cósequēs eius maritus fuerat gētilis. talibus aút nó dabat tunc spūs prophetie & tñ opteret hoc dicere si fuit pater Ione scd̄m regulā doctoz hebraicoz & Catholicoz. s. qñ in ṕncipio alicuius Prophete exṕmit nomē patris: itelligit fuisse Propheta: sicut & filius. ideo dicēdú q Amathi ē nomē appellatiuú & sonat ueritatē in latino. Resuscitato. n. filio dicte uidue dixit ipsa Helie núc in isto cognoui qm uir dei es tu. & uerbú tuú in ore tuo uerú ē. & ob hoc puer suscitatus uocatus ē filius Amathi. i. ueritatis. Et hoc idē dicit Hiero. i ꝓlogo sicut aliqs dicit filius mortis q fecit aliqd dignú morte. ii. Reg. xii. surge & uade in Niniuē: que erat ciuitas lóge posita & ꝑdica in ea eius subuersionē. qa ascendit malicia eius corā me. i. malicia in ea habi/ tantiú meruit q subuertat. & surrexit Ionas ut fugeret i Tharsis. ciuitas ē Cilicie de q̄ Paulus fuerat oriúdus. Act. xxi. & descēdit in Ioppen. portus ē in Iudea sup mare mediterraneú. & dedit naulú eius. i. ꝑciú nauis ꝓ sua portatióe. Hic occurrút duo du/ bia. Primú q̄re uolebat fugere. Ad cuius intellectú sciendú q duplex ē ꝓphetia q̄tú spectat ad ꝓpositú. Vna que dicit ꝑdestinatióis. s. qñ aliqd reuelat futurú eo mó quo ē in diuina ꝑordinatione. & illud semp ipleť: hoc mó dñs reuelauit Samueli deiectionē Saulis. i. Reg. xv. ꝓpter qd̄ dixit Samuel. porro triúphator in Israel nó ꝓcet. & penitudie nó flectet. neq. n. homo ē ut agat penitētiā. Alia ē ꝓphetia cóminatióis. s. qñ aliq̄ punitio reuelat futura put ē in causis secundis secundú eaz dispositionē. & se/ cundú hoc Esaias de mādato dei dixit Ezechie. iii. Reg. xx. ꝑcape domui tue. mo/ reris. n. tu & nó uiues. talis. n. erat infirmitas: q secundú naturā nó poterat euadere mortē. & hec nó semp impleť. ꝑordinauerat. n. deus eú sanare miraculose ꝓpter eius ꝑces & lachrymas. Itē sciendú q spūs sanctus put uult tāgit corda Prophetarum. s. mius pfecte uel pfectius. sicut Esaie fuit reuelata mors Ezechie futura secúdú naturę cursú. ideo dicit morieris tu & nó uiues. postea uero eius sanatio miraculosa sicut ibidē subdit: Reuertere dic Ezechie etc. Audiui orónē tuā & lachrymā uidi. & ecce sanaui te. ꝓphetia aút ista de subuersióe Niniue fuit tm̄ cóminatióis qa tunc nó fuit ipleta ꝓpter penitentiā Niniuitarú. Verútn̄ hoc nó fuit reuelatú Ione a ṕncipio. sed solú

ꝙ denunciaret Ninive ſubuerſionē. Ionaſ uero cōſideranſ diuine míe magnitudinē: ex altera ꝑte cōiecturāſ ꝙ Ninuite peniterēt ad eiuſ denúciationē timuit ne ꝓphetia ſua impleret: & ſic falſuſ Prophetа diceret: ꝓpter qđ uoluit mandatú dñi declinare. & hoc ē qđ dicit infra. c.iiii. ꝓpter hoc ꝓoccupaui ut fugerē in Tharſiſ. ſcio.n. ꝙ tu deuſ clemēſ & miſericorſ es etc. Sed cōtra hoc poſſet dici ꝙ Ionaſ poterat nūciare deſtructionē Ninive conditionaliter. ſ. ſi nó peniterēt: & ſic nó poſſet notari falſuſ ꝓphetа: propter qđ ratio fuge uidet nulla. Ad qđ ſciendú ꝙ Ionaſ Prophetа ſciuit ꝙ ꝓphetatio uerbi ꝓphetici magiſ ſeqt formā diuine uolútatiſ q̄ hūane ſicut patet Nu. xxiii. de Balaā q uolebat maledicere populo Iſrael & ecōtrario bñdicebat. Ionaſ aút ſciebat circa hoc diuinā uoluntatē. ſ. ꝙ ſubuerſio Ninive nunciaret abſolute. & ideo ſterponere cōditionē nó erat ptātiſ ſue. Secundú dubiú ē qúo uoluit fugere a facie dñi quē ſciebat ubiq; pñtem. Ad qđ dicendú ꝙ licet ſciret deú eē pñtem ubiq; p eſſētiā pñtiam & potentiā: ſciebat tñ cú hoc ipm eſſe ſpealiter in aliquo loco: & nó i alio ad aliquē actú determinatú ſicut q̄tum ad miſſionē ſpūſ ſancti in ſigno uiſibili fuit in domo: in q̄ erāt diſcipuli cōgregati: ſecúdú ꝙ dicit Act. ii. & repleuit totā domú: ubi erāt ſedētes. & nó alia loca. Tꝑe uero Ione ꝓphete ſpūſ nó dabat in terra gentiliú ſed tm̄ Iudeoꝝ. nec ualet cōtra hoc ꝙ Ezechiel & Daniel ꝓphetauerút i Chaldea qa hoc fuit lōge poſt Ione tꝑa & ideo eſtimauit ꝙ ſi eſſet extra terrā Iſrael non fieret ſibi mandatú diuinú de ꝓphetica nunciatiōe ſicut. i. Reg. x. dicit de Saule ꝙ exñſ cú Prophetiſ ꝓphetabat nó alibi licet deuſ hoc poſſet ubiq; facere & ideo Ionaſ uoluit extra terrā Iſrael fugere. hoc etiā a deo ꝓmiſſú ē fieri: ut fugiēſ naufragiú patereť: & a piſce glutireť: in quo triduú ſepulture Xp̄i p̄figuraret ſecundú qđ dicit Matt. xii. ſicut fuit Ionaſ in uētre ceti tribuſ diebuſ & tribuſ noctibuſ ſic erit filiuſ homíſ in corde terre. Dñſ aút. hic cōſequenter deſcribit rebellātiſ depḥenſio. ſ. ꝑ tēpeſtatē a deo miſſā in mare ꝑ quā coactuſ fuit ſuā inobedientiā cōfiteri & patet littera uſq; ibi & clamauerút uiri ad deú ſuú. i. qlibet ad deú quē colebat. dicit. n. Ra. Sa. ꝙ ibi erāt boíeſ de uariis gētibuſ & diuerſoꝝ rituú. & Ionaſ deſcēdit ad interiora nauiſ. horrenſ uidere mariſ tēpeſtatē maxíe qa ſciuit eā ꝓpter ſe exortā. & dormiebat ſopore grauí abſorptuſ ꝑ triſticia euētuſ ſicut Apoſtoli in paſſióe Xp̄i Luc. xxii. Et dixit uir ad collegā ſuú. i. uiri exñteſ in nauí hoc inter ſe dixerút. uenite & mittamuſ ſorteſ. dicit aút Ra. Sa. ꝙ uidebāt alioſ ab eiſ diſtātes ꝓſpere nauigare ita ꝙ tēpeſtaſ erat ſolú circa nauē illā & hoc uidet ex eo ꝙ dicit infra. & remigabāt uiri ut reuerterentur ad aridā. & nó ualebāt qa mare ibat & intumeſcebat ſup eoſ. exquo uidetur ꝙ fluctuſ mariſ ueniebāt cōtra eoſ ad quācunq; ptē ſe uerterēt. & ꝑ hoc cōceperút: ꝙ illa tempeſtaſ erat exorta propter maleficiú alicuiuſ exñtiſ in nauí & ideo miſerunt ſorteſ ad inueniendú ipm. Qualiter aút licitú ſit uti ſortibuſ & q̄liter nó: dictum fuit diffuſiuſ Nu. xxxiii. pót tñ hic aliqd breuiter repeti. Circa qđ ſciēdú ꝙ duplex ē ſorſ quedā diuiſoria ut qñ ad aliquā rē diuidendā mittút ſorteſ ut ꝑ hoc determineť qſ quā ꝑtē accipiat cōmittēdo totú euentú fortune & hoc nullú ē peccatú. Alia cōſultoria q̄ per ſorteſ cōſulit: qd agendú uel dimittendú & ſi expectet oñſio ꝑ ſorteſ a demōe illicitú ē. ſimiliter ſi a corpe celeſti cuiuſ effectuſ ad hoc ſe nó extēdit. & ideo nó caret occulto pacto demonú. Si aút expectet a ſanctiſ angeliſ nullú ē peccatú: niſi in caſu ut cú hoc fit ſine neceſſitate. qa túc ad dei tēptationē ptinet. uel ſi in neceſſitate debita dei reuerentia omittatur: ꝓpter qđ p̄miſſa oróne Apoſtoli ſorteſ miſerunt in electione Mathie. Vel ſi electiōeſ eccleſiaſtice que inſtinctu ſpūſ ſancti debent fieri fortune ſortiú cōmittunt: róneſ & autoritateſ omitto qa poſite ſunt loco ſupradicto. Iſtoſ tñ

nō optet hic excusare de peccato qa sicut dictū ē erāt ibi diuersi hoīes diuersos deos colētes. & ideo uidet q̄ miserūt sortes secundū morē gentiliū q̄ utunt sortibus superstitiosis. deus tñ q̄ elicit bona de malis sic sortes traxit: q̄ Ionas deprehensus fuit: & cōfiteri peccatū suū cōpulsus fuit. secundū qđ dicit Prouer. xvi. Sortes mittunt in sinū sed a deo trant. ideo seqt. & dixerūt ad eū indica nobis etc. & fecerūt sibi q̄ttuor questiones dicētes. qđ ē opus tuū? qa ex ope malo homo ē punīēdus. que terra tua. qa p̄pter malitiā terre aliq̄s aliqñ punit. & quo uadis. qa aliq̄s punīēdus ē qui uadit ad locū malū seu p̄hibitū. & ad istā questionē rñdit se fugere in Tharsis ut declinaret dñi p̄ceptū ut habet ifra. cognouerāt. n. uiri qa a facie dñi fugeret qa idicauerat eis. licet hic taceat uel ex quo populo: qa aliqñ filius punit p̄ malo p̄ntū. & dixit ad eos Hebreus ego sū hoc. n. nomē cōmune ē ab oībus descēdētibus a Iacob Patriarcha. & timuerūt uiri. p̄pter offēsā dei Ione quē cōfitebāt dñm maris & terre. Et dixerūt. hic cōsequēter ponit Ione deprehēsi punitio. de q̄ p̄mo queritur. qd faciemus tibi etc. & subdit rñsio. tollite me & mittite in mare. magis. n. uolebat solus mori q̄ cū eo alii morerent occasiōe sui. uolēs etiā p̄ mortē suā placare offensā dei. & remigabāt uiri tēptantes: si possent euadere sine eius morte. & clamauerūt ad dñm: ne imputaret eis mors Ione. quia tu dñe sicut uoluisti feci sti. expientia. n. tēpestatis iam cognoscebāt ptātem dei quē colebat Ionas. & stetit mare a feruore suo. exquo manifeste appuit ipsius Ione transgressio mandatū dñi declinādo. & timuerūt uiri etc. ex signis uisis fuerūt cōuersi ad colendū unū deū qui habet sup̄ omnem creaturam dominiū. & hoc bonū elicuit deus de malo Ione. Dicit enim Augu. in Encheridion q̄ deus adeo est omnipotens & bonus q̄ non sineret mala fieri: nisi ex eis maiora bona eliceret. .II.

Et p̄parauit. hic cōsequēter oñdit ipsius Ione penitētia & hoc ex duobus: p̄mo ex eius oróne. secūdo ex mādati diuini p̄secutiōe. c. iii. Prima in tres: quia p̄mo ponit orantis locus. secūdo oróis modus ibi: & orauit. tertio exitus ibi: & dixit. Circa p̄mū dicit: & p̄pauit dñs piscē grandē. qa ei obedit oīs creatura ad nutū. & erat Ionas in uētre piscis tribus diebus & tribus noctibus. nec ē mirū si tā diu ibi uixit qa hoc fuit diuina uirtute q̄ pōt ubi uult & qūo uult saluare. Et orauit. hic cōsequēter describit oróis modus cū subdit: clamaui ad dñm de tribulatiōe mea. erat. n. ualde horridum sic deglutiri: & in uētre piscis detineri. & exaudiuit me. Ionas. n. adhuc exīs in uētre piscis cognouit diuinus se exiturū. de uētre inferi. i. de uētre piscis q̄ dicit inferus metaphorice qa ualde horridū erat ibi eē. p̄iecisti me in p̄fundū etc. qa piscis tā magni habitāt in p̄fūdo mari. nō. n. p̄nt natare p̄pe littus. oēs gurgites tui & fluctus tui sup me trāsierūt. transibāt. n. sup piscē & p̄ cōsequēs sup Ionā in eo cōclusū. cetera patēt usq; ibi. ad extrema montiū descēdi. sicut. n. dictū ē talis piscis habitāt in p̄fundo mari qđ multū distat a mōtibus in littore maris exīntibus. terre uectes concluserunt me in eternū. i. ita sum inclusus intra littora maris q̄ in eternū nō potero exire nisi tua uirtute. Ideo subdit: & subleuabis cū angustiaret in me aīa mea. desperans oīm uirtute humana. dñi recordatus sū. a quo solo expecto remediū. q̄ custodiūt uanitates. in eis p̄seuerātes. frustra mīam tuā derelinquūt. i. reddūt se indignos diuina mīa p̄ uanitatibus suis sequendis que nullius sunt momenti. ego aūt in uoce laudis īmolabo tibi. s. cor meū p̄ uerā cōtritionē & penitētiā quecūq; uoui reddā. hoīes. n. i magna necessitate exīntes solēt emittere uota dño & sic fecit Ionas in uētre piscis exīs. Et dixit. Hic cōsequēter ponit ipsius Ione exitus cū dicit: & dixit dñs pisci. dei dicere ē suū facere: fecit. n. piscē Ionā euomere in aridā terram hoc. n. non potuisset facere piscis sine dei speciali opatiōe qa p̄pter suā magnitudinē nō potuisset aride tñ natādo appropiq̄re

ET factū ē. Oñsa Ione penitētia ex eius orōne: hic .III.
cōsequēter idē oñdit ex mādati dei ꝓmpta executiōe. & diuidit in duas ꝑtes qa
ꝑmo ponit hec executio. secūdo sequēs afflictio. iiii. c. ꝑma in tres qa ꝑmo ponit ꝑdi/
catio Ione. secūdo cōuersio Niniue ibi. & crediderūt. tertio cōdescensio miserationis
diuīe ibi: & uidit. Circa ꝑmū ponit mādati diuini reiteratio: cū dicit. & factū ē uerbū
dñi ad Ionā secūdo etc. Secūdo subdit huius mandati executio cum dicit: & surrexit
Ionas & abiit etc. sine dilatiōe. & Niniue erat ciuitas magna itinere dierū triū. Dicūt
aliq ꝙ tres diete ponebāt circūeundo murū ciuitatis. sed hoc nō uidet uerū quia se/
cundū sacrā scripturam & Historiographos Babylonia excessit omēs alias ciuitates in
magnitudīe in tm̄ ꝙ Philosophus dicit de ea ꝙ nō erat proꝑe ciuitas: sed regio clausa
muris. & tñ scd̄m Hiero. circuitus muroꝝ habebat. xxxii. leucas tm̄ que non faciunt
tres dietas cōplete. & ideo melius uidet dicēdū ꝙ iste tres diete sunt accipiēde ꝓcedēdo
ꝑ uicos ciuitatis ubiq; . sic. n. habebat Ionas ꝓcedere denūciando populis subuersionem
ciuitatis. & cepit Ionas introire ciuitatē diei unius. Dicūt hic aliq ꝙ Ionas ita prōpte
exequebat mādatū dei ꝙ iter triū dierū una die cōpleuit. sed hoc nō uidet textui cō/
sonare: qa dicit. & cepit Ionas introire ciuitatē itinere diei unius. si. n. hoc dictū eēt
uerū magis diceret & ꝑcucurrit Ionas ciuitatē itinere diei unius. Et ideo dicendū est
ꝙ ī ꝑma die ꝓcessit ꝑ unā ꝑtē ciuitatis tm̄. & clamauit & dixit: uerbis dñi nihil addēdo
Adhuc. xl. dies & Niniue subuertet. sic. n. meruerāt ciuiū delicta ut dictū est supra
& qa erat ꝓphetia cōminatiōis ut dictū est supra cōditio erat subintelligēda. s. si non
agerēt penitentiā. sed nō erat a Propheta exꝑmēda ut ꝑdictū ē. Et crediderūt. hic
cōsequēter ponit cōuersio populi ad ꝑdicationē Ione cū dicit. & crediderūt uiri Ni/
niuite in deū. qui ꝑus tñ colebāt idola. & ꝑdicauerunt. i. sollēniter indixerūt populo
ieiuniū etc. ut ꝑ carnis afflictionē & humiliationē in uictu & uestitu placarēt dei irā
& nō solū fecerūt hoc populares sed etiā maiores. ideo dicit de Rege ut exēplo eius
magis aīarent alii. & abiecit uestimentū suū: insignia regalia deponēdo. & indutus ē
sacco: in signū penitētie. & sedit in cinere: in signū humiliatiōis magne. & clamauit: ꝑ
os ꝑconis. Hoīes & iumenta etc. huiōi. n. aīalia sunt homini data in adiutoriū & ideo
afflictio eoꝝ in hoīes redūdat. ꝓpter qd̄ ad oñdendū ꝑfectā penitentiā: non solum
indixit Rex afflictionē hoīum sed etiā aīaliū. & clamēt ad deū in fortitudine. defi/
ciēte. n. pastu mugiebāt. q mugitus dicebat ad deū clamare inq̄tū ꝑ hoīes hoc ordīa/
bat ad placationē sue offense. & cōuertat uir. i. qcunq; de populo de malo ad bonū.
& subdit ratio. qs scit si cōuertat: q̄si dicat sicut ꝑ peccata nostra ē offēsus: ita forsitā
ꝑ nostrā penitentiā erit placatus. Et uidit deus. Hic cōsequēter ponit condescēsio
miseratiōis diuine cū dicit. & uidit deus opa eoꝝ. i. acceptauit & approbauit sicut Gñ.
iiii. & respexit deus ad Abel & ad munera eius. & misertus ē: penā cōminatā nō infe/
rendo. Sciendū tñ ꝙ postea Niniuite reuersi fuerūt ad uomitū & sic ciuitas fuit sub/
uersa de qua subuersione prophetauit sanctus Thobias Tho. xiiii. ca. .IIII.
ET afflictus ē. Hic cōsequēter ponit Ione afflictio que ꝑmo ponitur. secundo
arguit ibi: & dixit. Circa ꝑmū dicit: & afflictus ē Ionas. qa uidit ciuitatē adhuc
stantē post terminū. xl. dierū. & sic timuit diffamari & uilipēdi sicut falsus Propheta
ꝙ erat ei afflictio maxīa: in tm̄ ꝙ magis uolebat mori q̄ uiuere in statu tali. nunquid
nō hoc ē uerbū meū etc. s. ꝙ timebat uerbū suū nō impleri ꝓpter magnitudinē mīe
dei ꝓpter qd̄ uoluit fugere a facie dei ut supra dictū ē: & patet littera. Et dixit dñs.
Hic cōsequēter impatiētia Ione arguit: cū dicit: & dixit dñs reꝑhendēs eius impati/
entiā. putasne bñ irasceris tu? i. rōnabiliter. q. d. nō. & egressus ē Ionas. s. añ terminū

xl. dierū. Ita ꝙ hic exitus eius ponit̄ ꝑ recapitulationē. & sibimet fecit umbraculum. cōtra solis estū. q ē ibi multū intensus. & ad melius arguendū impatientiā Ione ponit̄ exemplū sensibile cū dicit̄. & ꝓparauit dñs deus ederā: faciēdo eā subito crescere supra cursū nature. & letatus ē Ionas. duplici. s. causa. qa faciebat sibi umbraculū gratiosū & qa ex eius miraculosa ꝓductiōe estimauit ꝙ deus suā ꝓphetiā adimpleret. & ꝓparauit deus uermē: oīa. n. q̄cūcunq; mīma sua ꝓuidētia disponunt̄. & percussit ederā: corro/ dēdo eius radicē. ꝑcepit dñs uento calido & urenti: ad intendendū solis estū. & petiuit aīe sue ut moreret̄. tū qa estu supra modū affligebat̄: tū qa ex arefactiōe edere sub/ ita cōiecturauit. ꝙ sua ꝓphetia non impleret̄. & sic falsus Propheta crederet̄ qđ erat sibi grauius morte. Ideo subdit̄: melius ē mihi mori etc. exquo eius impatientia irrati/ onabilis cōcludit̄ cū dicit̄: putasne bñ trascris tu sup ederā? i. rōnabiliter de arefac/ tiōe eius. & dixit bñ trascor etc. i. rōnabiliter ex causa p̄dicta ex hoc concludit deus oppositū. tu doles sup ederā: & rōnabiliter secundū tuā estimationē. & ego nō parcā Ninive. q. d. multo fortius debeo cōpati & cōdolere tāte ciuitati ueraciter penitenti & ꝑcere de subuersiōe. q nesciūt qđ sit iter dexterā. i. sunt adhuc infra ānos discretiōis & per consequens adhuc innocentes & ideo propter tantorum innocentiam ratio nabile ē tpari iusticie mee rigorem. etc.

Incipit Micheas Capitulū .I.

Erbū dñi. Hic incipit ꝓphetia Michee que ī duas ptes diuidit̄. s. in phemiū & in tractatū q incipit ibi. audite. In prohemio ꝑmo notificat̄ autor ex noīe: cū dicit̄: ad Micheā. & ex natiuitatis loco cū dicit̄: Morasthitē. i. de Morasthi. secūdo ponit̄ tpus pro/ phetie cū dicit̄: In diebus Ioathā etc. tertio ad quos facta ē p/ phetia ibi. Sup Samariā & Hierusalē. i. sup regna. x. Tribuū & duaꝝ. Samaria aūt erat metropolis in uno: & Hierusalē in in altero. Audite. Hic incipit tractatus q ī duas ptes diuidit̄: qa ꝑmo Propheta po/ pulo cōminat̄. secūdo ipm cōsolat̄. c. iii. Ista tñ diuisio ꝑcisa nō ē: sed tm̄ a plurimo. In ꝑma. n. pte ponūt̄ cōsulatoria aliq̄. ꝑma diuidit̄ in duas ptes: qa ꝑmo cōminatur penā ꝓpter culpā populi generaliter. secūdo ꝓpter culpā maiorē sp̄ealiter. c. iii. ꝑma adhuc ī duas qa ꝑmo ponit̄ cōminatio pene ꝓpter culpā idolatrie. secūdo ꝓpter culpā auaricie. c. ii. Prima ī duas qa ꝑmo ponit̄ pene cōminatio. secūdo cōpassio Prophete ibi: sup hoc. Prima in duas qa ꝑmo fit cōminatio utriq; regno cōiunctī. secūdo cōmi/ natio regno Israel sepatim ibi: & ponā. Prima adhuc in duas qa ꝑmo denūciat̄ pena secūdo declarat̄ culpa ibi. in scelere. Circa primū ꝑmo excitat Propheta attentionem dicēs. audite populi etc. secūdo īducit dei testimoniū pro ueritate dicēda. & sic dñs deus uobis ī testē. q fallere nō pōt nec falli. de tēplo. i. de celo empyreo ubi cū eo sūt āgeli sancti eius laudibus semp intēti. qa ecce egredit̄ dñs de loco suo. ꝓpriū. n. ipius dei ē ꝑcere & misereri. & ideo locus eius dicit̄ mīa. a quo quodāmō uidet̄ egredi qñ punit̄ secundū rigorē iusticie ut dicit R.a. Sa. & talis egressus nō ē ꝑ motū localē. sed qa cā efficiēs similitudinarie dicit̄ egredi in effectū qñ ꝓducit ipm. & descēdet: puniēdo pec/ cata boīum peccatoꝝ. & calcabit sup excelsa terre. nō deferēs alicui ꝑsone ꝓpter eius magnitudinē. Ideo subdit̄: & cōsūmēt̄ mōtes. i. maiores. & ualles. i. minores. sicut cera etc. i. absq; resistētia. qa nō pōt resisti diuie uirtuti. In scelere. Hic cōsequēter sub/ dit̄ culpa cū dicit̄: In scelere Iacob. i. ꝓpter scelus regni Israel qđ notat̄ etiā Iacob ut Patriarcha Iacob fuit binomius. oīe istud. i. pena supradicta & subsequēs cōtiget

& de hoc ſcelere querit cū dicit: qđ ſceluſ Iacob? & rñdet: nóne Samaria? q. d. ſic. &
ꝑ Samariā intelligit idolatriā que exercebat in toto regno Iſrael cuiuſ metropoliſ
erat Samaria ꝑ Regū potentiā. Hieroboā. n. ꝑmuſ Rex ad hoc induxit populū ut
habeꝫ. iii. Reg. xii. & que excelſa Iude? i. unde ꝓcedit idolatria que exercet in mó/
tibuſ regni Iude. nóne Hieruſalē? q. d. ex potētia Regū Iuda quoꝝ ſedeſ regia erat
in Hieruſalē ꝓceſſit iſta malicia. Salomon. n. ꝓpe Hieruſalē edificauit tēplū idoloꝝ
uxoribuſ ſuiſ. iii. Reg. xi. qđ fuit ꝓuocatiuū idolatrie aliuſ. poſtea Achaz altare ſa/
crilegū poſuit in tēplo. iiii. Reg. xvi. & poſtea Manaſſeſ idola poſuit in templo. iiii.
Reg. xxi. & ſic potētia Regū maloꝝ induxit populū ad idolatriā. Et ponā. Hic
cōſequēter ponit cōminatio pene regno Iſrael ſepatim cū dicit: & ponā Samariā ꝙſi
aceruū lapidū. ꝑ deſtructionē Samarie metropoliſ in regno. x. Tribuū intelligitur
deſtructio totiuſ regni qđ impletū fuit tpe Oſee. iiii. Reg. xvii. & oía ſculptilia eiuſ
cōſcindent: ut inde aurū & argentū auferat. & oīneſ mercedeſ eiuſ. i. illa que nō pñt
bñ portari a ꝑdatoribuſ. cōburent igni: cū domibuſ in ꝙbuſ ſunt. quia de mercedibuſ
meretricis. i. idolatre gētis qa idolatria uigebat in regno. x. Tribuū. & uſq; ad mer/
cedē meretricis. i. gētis Aſſyrioꝝ idolatre. reuertent: reptauerūt. n. ꝓcioſa illiuſ regni
ꝙſi ꝑ mercede executiōis diuine iuſticie. Sup hoc. Hic cōſequēter ponit cōpaſſio ꝓ/
phete ſup populū ſuū cū dicit: ſup hoc plangā & ululabo. Eſt aūt ululatuſ uox cō/
fuſa ꝓcedēs ex magno dolore. uadā ſpoliatuſ. i. laceratis ueſtibuſ. Iudei. n. in dolore
poſiti ueſteſ ſuaſ lacerabāt: ut patet in multis locis ue. & no. teſtāti. faciā planctum
uelut draconū. i. ualde horribilē. qa deſpata ē plaga eiuſ. i. nō ē remediabilis malicia
nec ꝑ cōſequēs pena debita ad hoc ſequens & ſubdit etiā alia cauſa cū dicit: qa uenit
uſq; ad Iudā. malicia regni Iſrael & ſimiliter ſequet pena. in Geth nolite núciare: ne
Phyliſtei letent de miſeriis huiuſ populi ꝑ talē modū Dauid loquebat in plāctu ſup
Saul & Ionathā filiū eiuſ. ii. Reg. i. nolite ānúciare in Geth etc. lachrymis ne plo/
retis. i. ſigna triſticie in apto nō oñdatis ne núciet Phyliſteis. in domo pulueris etc. i.
in ſecreto faciatis triſticie ueſtre ſigna. & trāſite uobis habitatio pulchra. i. uoſ hītēs
in regno. x. Tribuū qđ ē pulchre habitatiōis. trāſite. i. cito trāſibitis ducti ī captiui/
tatē. confuſa ignominia. i. habitatio ueſtra que ꝑius erat pulchra cito confundet pre
ignomia ſibi illata. & qa aliq cōminatiōes Prophetaꝝ deridebāt tanq; friuolaſ dicētes
adhuc nō ſumuſ electi de terra noſtra. Ideo dicit Propheta. nō ē egreſſa que habitat
in exitu. i. ꝙuis genſ iſta nō ſit egreſſa tñ ē in ianuis exeūdi. planctum domuſ uicina
accipiet ex uobis. domuſ uicina dicit hic regnū duarū Tribuū ꝙ ímediate erat iūctū
regno. x. Tribuū & accepit malicia idolatrie ab eo ut dictū ē. & ꝑ cōſequēs occaſionē
pene ſequētis & planctuſ. que ſtetit ſibimet. captiuato. n. regno. x. Tribuū regnum
Iuda adhuc ſtetit ꝓpter bonitatē Ezechie Regis q tūc regnauit. iiii. Reg. xvii. cui
ſucceſſit Manaſſeſ: q fuit peſſimuſ. Ideo ſubdit: qa infirmata ē in bonū. poſuit enim
Manaſſeſ idola in tēplo dei. iiii. Re. xxi: & qa ex hoc ſecuta ē deſtructio Hieruſalē
iiii. Re. xxiii. Ideo ſubdit: que habitat in amaritudinibuſ: ꝓpter deſtructionē ciuitatis
& tēpli imminentē. tumultuſ ꝙdrige. i. ꝙdrigaꝝ. habitanſ Lachiſ: nomen ē ciuitatis que
alio nole dicit Dan Iud. xviii. & ē in termio aglonari terre ꝑmiſſiōis ex illa. n. ꝑte
uenit exercituſ Chaldeoꝝ cōtra Hieruſalē Hie. i. Cū tumultu magno quadrigaꝝ &
armatoꝝ timorē habitātibuſ ícutientiū. & iuſte ab illa ꝑte incepit pena: ſicut incepit
culpa: qa in Lachiſ fuit poſitū idolū Miche a ꝓncipio ꝑtis Iudicū ut habet Iudicū
xviii. & inde idolatria ꝓceſſit ad terrā. x. Tribuū. & de illa ad terrā duarū Tribuū
& ſic dicit ꝓncipiū peccati. ꝓpterea: iſtud refert ad ſequentia. Dicit enim Ra. Sa. ꝙ

Gethei cõfederati fuerũt cũ Facee Rege Iſrael aduentendũ cõtra regnũ Iuda ſicut & Syri de quo habet Eſa. vii. & tñ poſtea fuerũt in cõſpiratiõe occaſióiſ Facee cum Oſee filio Hela. iiii. Re. xv. & ſic fuerũt mendaceſ & deceptoreſ ꝓpter qđ meruerũt ꝙ terra eoꝝ uaſtaret ab Aſſyriis. & hoc eſt qđ dicit. ꝓpterea. i. ꝓpter mendaciũ uel deceptionẽ dictã. dabit. ſ. Rex Aſſyrioꝝ. cõmiſſarioſ. i. bellatoreſ ab eo miſſoſ. ſuper hereditatẽ Geth domoſ mẽdacii. Ita ꝙ ꝓ domoſ idẽ intelligit ꝙ ꝓ hereditatẽ Geth. & qa nõ ſolũ Geth fuit deſtructa ſed Mareſa & Odolla. Ideo ſubdit: adhuc heredẽ i. inícum terrã tuã accipientẽ & poſſidentẽ. adducã tibi que habitaſ í Mareſa. i. gẽti ibidẽ habitãti. uſq; ad Odollã uenıet gloria Iſrael. i. cõfuſio que ſic noíat ironice ſicut Michol dixit Dauid. ii. Reg. vi. q̃ glorioſuſ fuit Rex Iſrael hodie. i. q̃ uiliſ. poſſet etiã aliter dici: qa dictio hebraica hic poſita ꝓut uarie punctat: ſignificat gloriam & grauitatẽ & in hoc ſecũdo ſenſu ẽ littera plana. uſq; ad Odollã: que ẽ terminuſ Iſrael uenıet grauitaſ. i. deſtructio ꝓ aduerſarioſ. Ideo cõcludit Propheta. decaluare & tõ/dere. in ſignũ triſticie. ſup filioſ deliciarũ tuarũ. i. nutritoſ in deliciſ. dilata caluiciũ tuũ ſicut aqla. cuiuſ plume cadũt qñ ſunt nimiſ antique quoniam captiui ducti ſunt ex te. id eſt cito ducentur in terram Aſſyriorum. .II.

VEh q cogitatiſ. Hic cõſequẽter cõminat populo ꝓpter culpã auaricie. Et diui/dit in duaſ ptes qa ꝑmo ponit pene cõminatio. ſecũdo Prophete compaſſio ibi. utinã. tertio populi conſolatio ibi. cõgregatione. Prima in duaſ qa ꝑmo Propheta ponit populi culpã. ſecũdo cõminat penã ibi: idcirco. Circa ꝑmũ dicit: ueh q cogitatiſ mutile. i. bona aliena rapere qđ ẽ magiſ nociuũ q̃ utile ſecundũ illud Aug. lucrum in arca dãnũ in cõſcientia. tulit ueſtẽ & ꝑdidit fidẽ. & opami malũ in cubilibuſ ueſtriſ. i. opari diſponitiſ. Ideo ſubdit: in luce matutina faciũt: illud exequendo in ope. quod diſpoſuerũt in nocte. & qd ſit illud ſubdit: Et cõcupierũt agroſ. ſ. alienoſ. & uiolẽter tulerũt: fraudibuſ & uiolẽtiſ. & calũniabant uirũ & domũ eiuſ. ꝓſequẽdo pauperes in ꝓpoſitis & bonis ſuis. Idcirco. Hic cõſequẽter ꝑdicit penã & ſecũdo remouet falſã eſti/mationẽ ibi. ne loq̃mi. Circa primũ dicit: Idcirco. i. ꝓpter dictã malitiã. ecce ego co/gito ſup familiã iſtã. i. ſup regnũ. x. Tribuũ. malũ. ſ. pene. Vñ nõ auferetiſ corda ueſtra. qa erit tã graue ꝙ nõ poteritiſ euadere. & nõ ambulabitiſ ſupbi ſed magiſ de/ꝑſſi & humiliati ut captiui. qm̃ tꝑuſ peſſimũ ẽ. ſ. cõtra uoſ. In die illa ſũmet ſup uoſ ꝓpabola. i. cõmuniſ deriſio. & cãtabit canticũ cũ ſuauitate. ab aduerſariis ueſtriſ dicẽ/tibuſ í ꝑſona ueſtra. depopulatiõe uaſtati ſumuſ. Thеglatphalaſar. n. Rex Aſſyrioꝝ in ꝑte deuaſtauit populũ. iii. Reg. Ideo ſubdit: ꝑ populi mei cõmutata ẽ. qa capti/uauit ꝑtẽ populi quo facto receſſit ad terrã ſuã. & filiuſ eiuſ Salmanaſar captiuauit reſiduũ. & adduxit gẽteſ extraneaſ ad poſſidẽdũ illiuſ regni terraſ qđ ꝓuidẽs ꝓpheta dicat in populi ſui ꝑſona qũo recediſ a me. q. d. qd ualet mihi receſſuſ? cũ reuertat. i. cũ cito ſit reuerſurus filiuſ eiuſ. q regiõeſ noſtraſ diuidet. gẽtibuſ alieniſ. ideo cõcludit Propheta. ꝓpter hoc nõ erit tibi: o Iſrael. mittẽs funiculũ etc. i. bñſ hereditatẽ í pro/miſſiõiſ terra qa genteſ illuc adducte manſerũt ibi uſq; poſt tꝑa Xꝑi ut frequenter ſupra dictũ ẽ. Ne loq̃mi. Hic cõſequẽter excludit falſã eſtimationẽ populi credẽtiſ ſe nõ expelli de terra eo ꝙ erat ſibi data a dño. d. ne loq̃mi loquenteſ: inter uoſ. non ſtillabit ſup iſtoſ. i. pena cõminata a Propbetiſ nõ cadet ſup noſ. nunqd abbreuiatuſ ẽ ſꝑuſ dñi? etc. ſic. n. dicebãt. ſꝑuſ dñi. i. eiuſ uolũtaſ nõ ẽ diminuta ad bñfaciendum nobiſ. nec cogitat nobiſ facere qđ dicũt Prophete: & ſubdit rñſio in ꝑſona dñi. nõne uerba mea bona ſunt cum eo etc. i. uerba mea ꝓmiſſiua ſunt & factiua boni illiuſ qui incedit uia recta & nõ maliſ hoíbuſ de quibuſ dicitur: & econtrario populuſ meuſ in

aduersariū cōsurrexit. ſ. cōtra me ꝓsequēdo me in mēbris meis. Ideo subdit. desuper tunicā palliū sustulistis. uiolēter & male ab impotētibus se defendere: & eos q trāsibāt simpliciter. i. sine culpa. cōuertistis i bellū: suadētes eos sine causa. mulieres populi mei eiecisti de domo deliciarū. interficiēdo uiros earū cū qbus delectabiliter uiuebāt a ꝓ/uulis earū tulistis laudē meā. qa orphani facti ꝓ uos cogūt ꝑ dolore clamare magis q̄ laudare. surgite & ite de terra nostra cito ibitis in captiuitatē. ꝓpter immundiciā eius. ex peccatis supradictis. corrūpet putredie uestra pessima. ſ. gens ista. Vtinā. Hic cōsequēter ponit Prophete cōpassio ꝓpter malū superuenturū populo suo dicentis. utinā nō essem uir hīs spiritū. ſ. ꝓphete in malis que ꝑdixi. & mādatū potius loquerer i. ꝙ illa que dixi nō euenirēt: nō tn sic ē. stillabo tibi. i. penā futuram denunciabo. in uinū & ebrietatē. i. pene abūdantiā que ꝓ potū frequēter designat in scꝑtura & po/tissime Hie. xxv. accipe calicē etc. & erit sup quē stillabit populus iste. i. sup populū istū Israel descēdet pena a me ꝑdicta. Cōgregatiōe. Hic consequenter ponit populi cōsolatio ut post uinū mordificatiuū infundat oleū lenitiuū. Et exponūt aliqui ptē istā de reditu captiuitatis Babylonice. sed hoc nō uidet cōueniēter dictū: qa hic dicit. cōgregabo Iacob tecum. de captiuitate uero Babylonica redierūt tm̄ due Tribus & pauci de. x. Tribubus q euaserant manus Regis Assyriorꝝ & postea habitauerunt in regno Iude & cū duabus Tribubus captiuati fuerūt. & redierūt nō tn oēs: qa plures de illis & de istis remāserunt in Babylonia detēti amore uxorꝝ q̄s ibi acceꝑant. & plis quā genuerāt. & bonorꝝ tpralium que ibi acqsierant puta qa in fine dicit: & transibit Rex eorꝝ corā eis. redeūtes. n. de captiuitate Babylonica nō habuerāt Regē Ducē propter qd istud ē referendū ad Xpi tpus & exponūt aliq de cōuersione Iudeorum generali ad fidē circa finē mundi & pōt ad hoc littera satis applicari. uidetur tn mihi cōueniētius exponi de cōgregatiōe patrū in lymbo & eorꝝ eductiōe per Christū sic cōgregatione cōgregabo Iacob totū. hoc dicit eo mō loquendi quo maiores ciuitatis dicunt tota ciuitas ꝓpter qd factū eorꝝ dicit factū totius ciuitatis. & qa secundū ue/ritatē soli electi dicunt de domo Iacob numero & merito & oēs isti fuerūt ibi con/gregati a principio mundi usq; ad resurrectionē Christi. piter ponā illū q̄si gregem in ouili. qa erāt ibi a deo custoditi usq; ad tpus Christi quo inde trāslati sunt ad gloriā. tumultuabunt a multitudie: ꝑ hanc tumultuationē nō intelligit aliq̄ cōmotio quieti cōtraria: sed ꝑ eā designat multitudo magna. ascendet enī. ſ. ipse Christus. Vñ dicit hic R.a. Sa. ascendet enī. ſ. saluator eorꝝ. pandēs iter: qa sua morte apuit celū. diuidēs ſ. exītes in inferno qa electis inde deductis reprobi remanserūt. Ideo subdit: & trā/sibūt portā. ſ. inferni inde egrediēdo. & trāsibit Rex eorꝝ corā eis etc. id ē dñs Iesus xps uerus homo & uerus deus q uiuit & regnat deus in secula seculorꝝ Amē. .III.

ET dixi. Hic cōsequēter Propheta cōminat populo ꝓpter peccata maiorū. Et ꝓmo sꝑealiter. secūdo magis generaliter ibi: uerūtn. Prima in duas qa ꝓmo po/nit cōminatio ꝓpter culpā ꝓncipū. secūdo ꝓpter culpā Pseudoprophetarum ibi: hec dicit. Circa ꝓmū dicit: audite Principes Iacob. i. totius populi Israel. nunqd uestrū ē scire iudiciū. q. d. ad hoc teneminī q̄ habetis officiū iudicādi. qui odio habetis bonū. & sic ptāte data uobis a deo abutimī. q uiolēter tollitis pelles eorꝝ. bona populi rapiēdo & carnes eorꝝ: in psonis affligēdo. q comederūt etc. ꝑ comestionē & excoriationē & ossiū cōfractionē & concisionē & lebete dant intelligi uarii modi & exqsiti populum affligendi. tunc clamabūt ad dñm. cū ab aduersariis affligent. & nō exaudiet eos. iu/dicitū. n. sine mia fiet ei. qui nō miserebit. Iac. ii. Hec dicit. Hic cōsequenter ponitur cōminatio ꝓpter culpā Pseudoprophetarū cū dicit: q mordēt dentibus suis. detrahēdo

ueris Prophetis. & p̄dicant pacē etc. i. denūciat ꝓspera illis q dant eis munera aliis aūt aduersa. ꝓpterea nox. i. obscuritas ignorātie. uobis ꝓ uisione erit & tenebre. s. tribulatiōis & angustie. & occūbet sol sup ꝓphetas. i. om̄is cognitio ueritatis & claritas prospitatis. deficiet eis. qa non ē rn̄sum: dei. s. uerbū eoꝝ sed magis ab eis cōfictū. Verūtn̄ Hic cōminat̄ ꝓpter peccata oīum maioꝝ generaliter. d. repletus ego sum fortitudīe sp̄us dn̄i. i. sp̄us dei dedit mihi cōstantiā ad arguendū uitia maioꝝ patēter. Ideo subdit̄: audite hoc p̄ncipes q habetis supiorē ptātem in tp̄ralibus. & Iudices: iusticiam in oībus ꝑuertentes. q edificatis Sion in sanguībus. i. de substātia & sanguinē innocentū condēnantes eos ad mortē ut habeatis bona eoꝝ. p̄ncipes eius in muneribus iudicabāt i. ꝓ muneribus iniustā sententiā ꝓferebāt. & sacerdotes eius in mercede docebāt. qui tn̄ ex officio tenebant̄ docere legē liberaliter. & ꝓphete eius in pecunia diuinabāt. i. pro pecunia mēdacia cōfingebāt. & sup dn̄m reqescebāt. i. a dn̄o requiē ꝓmittebant. dicētes nunqd dn̄s etc. q. d. ueraciter deus ē in nobis. & ideo nō habetis timere de aduersariis. ꝓpter hec causa uestri. q falsa ꝓmittitis. Sion q̄si ager arabit̄ etc. i. sic erit destructa ꝙ poterit arari ꝓpter defectū habitantiū qa ꝓpter ꝓmissa falsoꝝ ꝓphetaꝝ Sedechias rebellauit Regi Babylonis. & ex hoc secuta ē destructio ciuitatis & tēpli. iiii. Reg. ult. & mons tēpli in excelsa siluarū. qa in locis destructis & derelictis longo tp̄re solent frutecta crescere. tp̄us uero captiuitatis durauit. lii. annis secundū minorē cōputationē. in tāto tempore potuerunt bene crescere. .IIII.

ET erit. Hec ē ꝑs secūda p̄ncipalis in q̄ ꝓpheta nūciat p̄ncipaliter cōsolatoria. maxīe uero cōsolatoriū erat Xp̄i mysteriū & ideo ꝓpheta p̄mo describit huius bn̄ficii magnitudinē. secūdo iuxta hoc arguit maloꝝ ingratitudinē. ca. vi. Prima in duas: qa p̄mo describit Propheta cōditionē corpis. secūdo capitis. c. v. Corpus autē mysticū Xp̄i ē Ecclesia cuius p̄mo describit conditionē. secūdo tyrannoꝝ ꝑsecutionē ibi. & nunc. Circa p̄mū sciendū ꝙ ꝑs ista ab Hebreis & Latinis exponit̄ de tp̄re xp̄i uarie tn̄. qa Iudei dicūt adhuc Christū uenturū nos aūt dicimus tp̄us sui aduētus preteritū. Et ad cōfirmationē sui erroris accipiūt Iudei aliq̄ argum̄ta ex hoc loco: quia p̄mo dicit̄ hic. & erit in nouissimo dierū etc. tp̄us uero Iesu Nazareni nō fuit nouissimū ut patet: qa post eius mortem fluxerūt multi anni ergo Iesus Nazarenus non fuit Christus. sed adhuc expectat̄ uenturus. Itē qd̄ subdit̄. erit mōs domus dn̄i preparatus in uertice montiū. qd̄ nō ē adhuc factū: qa mōs Sion nō ē in aliquo eleuatus & sunt multi mōtes illo altiores. Itē ꝙ seqt̄: & cōcidēt gladios suos in uomeres: & seqt̄ & nō discent ultra belligerare. post uero tp̄us Iesu Nazareni fuerūt bella grauia & potissime ī Iudea qn̄ ꝑ Romanos fuit destructa. ergo etc. Ista uero argum̄ta & aliq̄ alia solui Esa. ii. ubi consimilis littera ponit̄. pōt tn̄ aliqd breuiter repeti. Ad primum dicēdū ꝙ tp̄us noue legis dicit̄ nouissimū: qa nō succedet ei alia lex sicut successit legi Moysaice & secundū hoc dicit̄. i. Io. ii. c. Nouissima hora ē. Itē Gn̄. xlviii. Cōgregamini ut annunciē uobis que futura sunt in nouissimis diebus & tn̄ secundū Hebreos illa sunt impleta diu ē. s. ab ingressu terre ꝓmissiōis sub Iosue ut ibi fuit dictū. secūdū soluit̄ etiā ꝑ dictū Ra. Sa. q dicit ꝙ illa eleuatio nō ē intelligēda corpaliter sed quia debeāt ibi fieri mirabilia sue diuinitatis oñsiua. Ibi etiā sup Apostolos spiritū sanctū misit in signo uisibili qd̄ fuit mirabile maximū. Ad tertiū patet infra. Ideo exponatur hec littera de ꝓmotiōe Ecclesie sicut & fuit exposita Esa. ii. Et erit ī nouissimo dieꝝ i. tp̄re gratie qd̄ ē nouissimū ut dictū ē. mons domus dn̄i p̄paratus in uertice montiū. ꝑ mirabilia ibi facta maiora q̄ alibi ut dictū ē: & fluent ad eū populi etc. qd̄ uidemus impletū ꝑ orbē in cōuersiōe gētiū. & docebit nos de uiis suis. q̄tū ad p̄cepta. & ibimus

in semitis eius. q̃tũ ad consilia euãgelica. qa de Sion egrediet lex etc. de Hierusalem
ení ꝓcesserunt Apostoli aliiq; discipuli ad p̃dicandũ ꝓ orbẽ fidẽ Christi Act. i. & iu/
dicabit inter populos multos. iudicio discretiõis aliquos uocãdo ad fidem & gratiã aliis
omissis suo iusto iudicio licet nobis occulto. & concident gladios suos in uomeres etc.
Xp̃us. n. fuit natus tpre maxime pacis ꝓpter qđ tunc fuit descriptus uniuersus orbis
Lu. ii. & durauit illa pax ꝓ longũ tpus ꝓpter qđ in multis ptibus plura arma bellica
que protunc nõ erãt necessaria cõuersa fuerũt in instrumẽta agriculture apta. & nõ
dicẽt ultra belligerare. Istud ultra nõ importat semp ꝑpetuitatẽ a pte post sed aliqñ
tpus determinatũ & aliqñ nõ multũ longũ sicut. iiii. Reg. vi. Et non uenerũt ultra
latrones Syrie in terrã Israel. s. tpre illius Regis & Helisei tñ postea multotiẽs ue/
nerunt. & sedebit uir subtus uineã suã etc. i. habebit pacẽ & securitatẽ & hoc impletũ
ẽ in Ecclesia a tpre Cõstãtini & beati Siluestri. qa oñes populi: a fide Christi alieni
ambulabãt unusqsq; in noie dei sui: qa ꝓ longũ tpus post mortẽ Christi diuerse gẽtes
diuersa idola coluerũt. nos aũt ambulabimus in nomine dei nostri. s. Iesu Christi. in
eternũ & ultra. i. ultra omnẽ mensurã q̃tũcunq; longã. In die illa. i. tpre gratie quod
dicit dies. Ro. xiii. Nox p̃cessit dies aũt appropinq̃uit. cõgregabo claudicantẽ. id ẽ
gentilitatẽ que incesserat ꝑ idolatriã. & eã quã eiecerã. qa legẽ nõ dederat gentibus
nec Proppbetas. i. sic quodãmõ eos eiecerat. colligã: in ouili Ecclesie ꝓ Apostolorum
p̃dicationẽ: uidet tñ q̃ melius exponat hec littera de gente iudaica q̃tũ ad illã ptem
que adhesit Christo: cũ dicit: cõgregabo claudicantẽ. i. gentẽ iudaicã que dicit clau/
dicãs ab antiquo. iii. Regũ. xviii. Vsq;quo claudicatis in duas ptes & similiter in ad/
uentu Christi daudicauit: qa aliq adherebãt sibi sicut uero redẽptori. Alii aũt repu/
tabãt eũ deceptorẽ: ut patet ex decursu euãgelii. & eã quã eiecerã: dimittẽdo errare
ꝓ diuersa uitia. colligã: intra Christi Ecclesiã. & quã afflixerã: ꝓ Chaldeos Grecos
& Romanos & subintelligit cõsolabor. & ponã claudicantẽ in reliquias qa pauci de
Iudeis adheserũt Christo respectu nõ adherentiũ. & eã que laborauerat. hoc dicitur
de p̀mis credẽtibus q cũ Christo fuerũt in labore & afflictiõe & post mortem eius ut
patet in Acti. Aplõꝝ in pluribus locis. in gentẽ robustã. qa tolerabãt afflictiões &
torm̃ta nõ solũ patienter: sed etiã gaudenter Act. v. ibãt Apostoli gaudentes a con/
spectu cõsilii qm̃ digni habiti sunt ꝓ noie Iesu cõtumeliã pati. & regnabit dñs super
eos in mõte Sion. i. in Eccĺia que dicit mons Sion eo q̃ Christus ibi fidem Catholicã
p̃dicauit & spiritũ sanctũ sup Apostolos misit. ex hoc nũc & usq; in eternũ. qa statui
Ecclesie militãtis succesit status Ecclesie triumphantis cuius nõ erit finis. & tu turris
gregis. i. templũ qđ erat factũ ad modũ turris: & dicit gregis: qa i atrio iuxta tẽplũ
imolabant greges in altari holocaustoꝝ. nebulosa: ex nebula fumi cõsurgẽte de ho/
locaustis que totaliter incendebant ad honorẽ diuinũ. usq; ad te ueniet. s. redemptor
qđ impletũ fuit qñ ibi oblatus fuit: & p̃dicauit. & subdit cõditio uenientis cũ dicit: &
ueniet ptãs p̀ma etc. rõne sue deitatis. Et nũc. Hic cõsequẽter ponit dei persecutio
Sciendũ tñ q̃ aliq residuũ huius. ca. usq; ibi. nunc uastaberis: exponunt de ductione
Iudeoꝝ in Babylonẽ & reductione & littera põt satis applicari usq; ibi. Surge & tri/
tura: sed ultra nõ bñ applicari põt qa redeũtes de captiuitate Babylonica nunq̃ ha/
buerũt talẽ ptãtem qualis hic describit. sed semp fuerũt sub seruitute: p̀mo Persarum
& Medoꝝ. secũdo Grecoꝝ. tertio Romanoꝝ. ꝓpter qđ Ra. Sa. exponit hãc litterã
de tpre Christi dicẽs q̃ tpre Messie Iudei erũt in maxima ptãte: & subiicient eis oẽs
Reges terre. Litterã uero p̃cedentẽ exponit de captiuitate Babylonica & eius duc/
tiõe sicut & p̃cedẽtes qđ aũt segt. nũc uastaberis etc. exponit de destructiõe babylõis

per Cyrú & Dariú. Alii aút de uaſtatióe Iudee ꝑ Sẽnacherib tꝑre Ezechie. Iſtaſ aút expoſitióeſ nó ꝓſequor qa uidẽt mihi diſtorte. ꝓpter qđ ſaluo meliori iudicio uidẽt mihi q̄ hic ꝑmo ponit ꝓſecutio Eccleſie. & ſecúdo Synagoge ibi. nunc uaſtaberiſ. & licet iſte due perſecutióeſ fuerút eodẽ tꝑre ſaltẽ ꝑ parte: fineſ tñ cótrariоſ habuerút qa ex ꝓſecutione Eccleſia mirabiliter creuit. ex perſecutióe. n. eiuſ que facta fuit ſub Stephano ꝑmo martyre diſꝑſi fuerút fideleſ de Hieruſalẽ ꝑ uariaſ regióeſ ꝑdicádo fidẽ Catholicã Act. viii. Synagoga uero ex ꝓſecutióe eiuſ defecit: quia captiuatiſ Iudeiſ ꝑ Romanoſ ceſſauerút legiſ ſacrificia & oblatióeſ & cóſimilia: que nó pñt ab eiſ offerri extra terrã ꝑmiſſióiſ. Primo igit agit de ꝓſecutióe eccleſie cú dicit: & núc q̄re merore cótraberiſ. hoc dicit q̄tum ad debiliоreſ fideleſ qui i ꝓſecutióe facta ſub Stephano fuerút in afflictióe: & merore Act. viii. nunqd Rex nó ẽ tibi? q. d. imo Xp̄uſ aſſiſtẽſ tibi in p̄ſſuriſ ſecundú qđ dixit Matt. ult. Ecce ego uobiſcú ſú oñibuſ diebuſ uſq; ad conſúmationẽ ſeculi. aut cóſiliariuſ tuuſ ꝑuit. q. d. non: qa ſpúſ ſanctuſ docebit te de oñibuſ. qa comꝑhendit te dolor. ꝑmo in Iudea ex ꝓſecutione Iudeorú & poſtea in aliiſ ꝑtibuſ ex ꝓſecutióe tyranno. qa nũc egredieriſ de ciuitate etc. i. de Hieruſalẽ qa ſicut dictú ẽ in ꝓſecutióe ſancti Stephani fideleſ ꝑ maiori ꝑte exierút de Hieruſalẽ & diſꝑſi ſunt ꝑ regióeſ ꝑdicádo. & ueniеſ uſq; ad Babylonẽ. & nó loqt ibi de Babylone que ẽ in terra Chaldeo. qa iá erat ſubuerſa. & inhabitabiliſ. ſed de Babylone que ẽ in Egypto in q̄ fuit fideſ Chriſti publicata ꝑ Matthеú Apoſtolum i cuiuſ ſortẽ uenit Egyptuſ ut dicit Hier. i libro illuſtriú uiro. uel ꝑ Babylonẽ i. tel/ligit hic Roma ſicut. i. Pe. v. Salutat uoſ eccl̃ia que ẽ i Babylóe collecta. i. i Roma ſecundú qđ dicit Hiero. & oñeſ expoſitoreſ in q̄ publicatú fuit Euangeliú ꝑ Aplóſ Petrú & Paulú. ibi liberaberiſ: a ꝓſecutoribuſ tuiſ q̄ fuit impletú tꝑre Cóſtantini. & nunc cógregate ſunt ſuꝑ te genteſ multe: perſequẽteſ eccleſiã ꝑmo in Iudea ut patet Act. viii. & in pluribuſ aliiſ locíſ & poſtea ꝑ totú orbẽ ꝑ tyrannoſ nitẽteſ extíguere fidẽ Catholicã ideo ſubdit: que debent extingueẽ etc. & qa ſicut dictú ẽ in ꝓſecutióe maxíe creuit fideſ Catholica qđ fuit figuratú Exo. i. in filiuſ Iſrael: qui q̄to magiſ oppmebant: tanto magiſ multiplicabant & creſcebãt. Ideo ſubdit: ipſi aút non cog/nouerunt cogitationeſ dñi. q tyranno. ꝓſecutionẽ cóuertit in eccleſie augm̃tationẽ ꝑ contrariú: ſicut uenditionẽ Ioſeph in eiuſ dominiú. Gñ. xxxvii. Ideo ſubdit: quia cógregauit eoſ q̄ſi fenú aree: tibi ſubiciendú: qa ꝑncipeſ q ꝓſequebãt fidẽ Catholicã ſubmiſerút colla ſua iugo Chriſti: ut patet de Conſtãtino & de aliiſ ꝑncipibuſ ꝑ orbẽ ideo ſubdit: ſurge & tritura filia Sion. i. eccleſia. ſubiice tibi colla gentiú. quia cornu tuú ponã ferreú. i. dabo tibi uirtutẽ ꝑdicandi cóſtanter fidẽ & cófirmãdi ꝑ miracula ita q̄ multitudo gentiú ſubiicieẽt tibi contrita ptãte diaboli. & cóminueſ ꝑplóſ multoſ inducendo eoſ ad ueram penitentiã ſuo. peccato. & interficieſ dño rapinaſ eo. In Hebreo habet: & ſanctificabiſ: qa bona tꝑralia cóuerſo. ad fidẽ ſunt diuino cultui applicata in pluribuſ locíſ ꝑ orbẽ & qa talia bona dicunt amortizata ideo tranſlatio noſtra habet. interficieſ. & fortitudinẽ eo. dño uniuerſe terre. i. Chriſto cui ſubiecta ẽ gentiú fortitudo. Nunc uaſtaberiſ. hic cóſequenter deſcribit ꝓſecutio Synagoge ꝑ Romanoſ in ultionẽ mortiſ Chriſti Luc. xix. In qua quidẽ perſecutióe defecit: quia deſtructo tẽplo & Iudea Iudei ꝑtim trucidati & partim longe capti ſunt. & ſic ceſſa/uerút legalia. & qa hoc fuit ſatiſ cito poſt perſecutionẽ Eccleſie i Iudea de q̄ dictú eſt ꝑte p̄cedẽti: ideo dicit: núc uaſtaberiſ filia: latroniſ. i. genſ iudaica. Vñ & dñſ Matt. xxi. dixit in tẽplo q̄ erat in Hieruſalẽ: domuſ mea domuſ oróniſ uocabit: uoſ autẽ feciſtiſ illã ſpeluncã latronú. obſidionẽ poſuerunt. i. ponent. qa loquit de futuro per

modū ꝑteriti ꝓpter certitudinē ꝓphetie. ſup uoſ. i. Iudeoſ in quoꝝ perſona loquitur Propheta ꝙa erat de gente illa. in uirga ꝑcutient. ſ. Romani. maxillā iudicis Iſrael. i. ita uiliter tractabūt & affligent ꝑſonaſ in ſtatu dignitatis exñteſ ſicut generationeſ. Vñ & Titus ſacerdoteſ q erāt in populo ꝑncipaleſ capta ciuitate iuſſit occidi: ut dicit Ioſephus libro de Iudaico bello.

.V.

ET tu Bethleem. Hic incipit ca. in Hebreo in quo poſtq̄ ꝓphęta denūciauerat Eccleſie ꝑmotionē hic cōſequēter denunciat capitis conditionē. Et diuiditur in duaſ ꝑteſ ꝙa ꝑmo ponit cōditio xp̄i. ſecūdo adherentiū ſibi ibi: ꝓpter hoc. Conditio n. Chriſti ē ꝙ una ꝑſona ē deus ueruſ ab eterno & homo i tꝑre. hoc. n. ē ſibi ſingu/lare. Primo igit exprimit eius humanitaſ ex loco natiuitatis cū dicit: & tu Bethleem Effrata. i. alio noīe ſic noīata ut habet Gñ. xxv. puluſ eſ: ſ. locuſ. in milibus tuis. i. reſpectu populi tui in dignitate & multitudine ꝙa Tribus Iuda fuit Tribus regia. Iñ eni fuit natuſ Dauid. i. Reg. xvi. Et ꝙa nobilitaſ ciuitatis magis conſiſtit in populo q̄ in ſpatio. Ideo Matthęuſ. ii. ca. allegauit autoritatē iſtā ſic & tu Bethleem terra Iuda neq̄q̄ mīma eſ in ꝑncipibus Iuda. ex te mihi egredietꝫ q ſit dñator in Iſrael. glo. Ra. Sa. i. Meſſias filiuſ Dauid. & hoc idē dixerūt ſacerdoteſ & legiſpiti ab Herode requiſiti ubi Xp̄uſ naſceretꝫ. Matt. ii. dicēteſ. In Bethleem iude ſic. n. ſcriptū eſt per Prophetā & tu Bethleē etc. Exquo patet ꝙ aliq Catholici exponēteſ hanc ſcripturā de Ezechie Rege magis iudaizant q̄ Hebrei. & cū hoc diuertūt cū dicit: & egreſſuſ eſt. i. emanatio. ab initio. i. a patre q ē ꝑncipiū filii. a diebuſ eternitatis. ꝙa hec ema/natio ē eterna. ſemꝑ. n. naſcit filiuſ a patre & ſemꝑ natuſ ē. ꝓpter hoc. Hic cōſequē/ter agit de adherētibuſ Chriſto quoꝝ ꝑmo ponit ꝑfectuſ. ſecūdo ꝑficiēdi moduſ ibi. & erūt reliquie. Prima in duaſ ꝙa ꝑmo oñdit ꝓpoſitū. ſecūdo remouet dubium ibi: & iſte erit. Circa ꝑmū ꝑmo ponit cōtinuatio ad ꝓdicta. dictū eſt. n. ꝙ Chriſtuſ ſecūdū humanā naturā fuit de Bethleē & ſic Iudeuſ & legem ſeruauit. & ꝓpter hoc uoluit deferre populo & legi ꝙa q̄uiſ in morte eius lex ceſſauerit q̄tū ad efficatiā tñ ad tꝑuſ ſeruari potuit: ut Synagoga cū honore duceretꝫ ad ſepulchrū ut dicit Aug. ſimiliter ꝙ q̄uiſ populuſ Iudaicuſ q̄tū ad incredulos eſſet morte dignuſ ꝓpter mortē Chriſti tñ iſta punitio fuit dilata uſq; ad annū. xlii. in quo deſtructa fuit ciuitaſ & templum & populuſ captiuatuſ ꝑ exercitū Romanoꝝ. & hoc ē ꝙ dicit: ꝓpter hoc. i. ꝓpter aſſū/ptionē humane nature de Iudeis & honorabili terminatiōe legiſ. dabit eoſ. i. ꝑmittet Iudeoſ habitare in Hieruſalē & Iudea. uſq; ad tꝑuſ in quo ꝑturiens pariet. i. uſq; ad tꝑuſ publicatiōis euāgelii in quo ꝑ orbē nati ſunt Eccleſie filii. & hoc fuit impletum a tꝑre Aplōꝝ ſicut declaratū fuit ſupra Amoſ. ix. & diffuſius ſup illud Pſal. xviii. In omnē terrā exiuit etc. & illud fuit tꝑuſ. xlii. annoꝝ p̄dictoꝝ i quo p̄dicatū fuit euā/geliū & Synagoga ducta ad ſepulchrū. & ꝙa pauci de Iudeis cōpatiue fidē recepunt ideo ſequit: & reliquie. i. pauci cōparatiue. fratrum eius. i. Iudeoꝝ qui dicunt fratreſ Chriſti ꝙa fuit ex eis ſecundū carnē. conuertent ad filioſ Iſrael. i. ad fidē. xii. Patri/archarū qui filii ſunt Iacob alio noīe dicti Iſrael: uel ad. xii. Apoſtoloſ qui dicūt filii Iſrael. i. Chriſti uidentis deū in humanitate ab inſtanti cōceptionis: ꝙa uocati fuerūt de populo Iſrael & ſtabit Chriſti Eccleſia q̄tūcunq; perſecutionibuſ fuerit cōcuſſa. & paſcet filioſ ſuoſ fidei doctrina. in fortitudine dñi. i. miraculis cōfirmata. Matt. ultī. p̄dicauerūt ubiq; dño coopante & ſermonē confirmante ſequentibuſ ſignis. que non pñt fieri niſi diuina uirtute. & in ſublimitate nomiſ dñi dei ſui. i. Ieſu Chriſti in cuius nomine in ꝑmitiua Eccleſia cōmuniter fiebāt miracula ſue deitatis oñſiua. & quia de gentilibuſ plureſ fuerūt cōuerſi ꝑ orbē unuerſū. Ideo ſubdit: & cōuertent: ꝙa nunc

magnificabit̃.ſ.nomen Chriſti uſq; ad terminoſ terre. Et erit. Hic cõſequenter re/
mouet̃ dubiũ:poſſent.n.Iudei Michee cõtẽporanei credere q̃ eiuſ ꝓphetia de aduẽtu
Chriſti & ꝓuentu adherentiũ ſibi deberet cito impleri:Ideo hoc remouet dicẽſ. & erit
iſte.ſ.Xp̃uſ pax & dicit̃ in abſtracto ꝑ excellentiã & hoc mõ dicit Apoſtoluſ Ephe.
ii.ipſe ẽ pax noſtra qui fecit utraq; unũ. aſſyriuſ cũ uenerit in terrã noſtrã etc.q.d.
non erit cito pax iſta ſed oportet ꝑuſ terrã noſtrã cõculcari & deuaſtari ꝑ Aſſyrioſ
& Chaldeoſ de q̃buſ ſubdit̃ infra. Aſſyrii.n. p̃mo uaſtauerunt Iudeã captiuando.x.
Tribuſ.iii.Reg.xvii. & poſtea Chaldei aliaſ reliquaſ duaſ.iii.Regũ.ulti. & ſuſci/
tabimuſ.i.ſuſcitandoſ denunciabimuſ.ego & alii Prophete.ſeptem paſtoreſ.i.ſeptem
duceſ Perſarũ & Medoꝝ de quoꝝ cõſilio Regeſ cuncta faciebant Heſt.i. & iſti de/
derunt conſiliũ Cyro & Dario de inuaſione utriuſq; regni.ſ.Aſſyrioꝝ & Chaldeorũ
& q̃ ceperunt regnũ Babylonie ut patet Dañ.v.ꝑ conſequens & regnũ Aſſyriorum
q̃d erat iam ſub ptãte Babyloniſ redactũ. & octo p̃mateſ.ſ.in exercitu Medorum &
Perſarum qui dicebãt̃ Comeſtabulariꝰ uel Mareſtalli bellatoꝝ directoreſ. & paſcẽt
i.deuorabunt.terrã Aſſur in gladio. In Hebreo habet̃:& confringẽt. & ratio huiuſ
diuerſitatiſ eſt quia uerbũ hebraicum hic poſitũ eſt equiuocũ ad paſcere & cõfrigere
& terrã Nemroth in lanceiſ ſuiſ:hec eſt terra Babylonie in q̃ p̃mo regnauit Nẽroth
Gñ.x. & liberabit ab Aſſur etc:Ita q̃ nõ poterit uenire ĩ terrã noſtrã ſicut uenerat
antea. Et erunt:remoto dubio Propheta reuertit̃ ad oñendũ circa adherẽteſ xp̃o
ꝓficiendi modũ oñdẽſ p̃mo q̃ hoc erit diuina uirtute.ſecũdo q̃ nõ humana ibi:& erit
Circa p̃mũ dicit̃:& erũt reliquie Iacob.i. Apoſtoli & alii p̃mi credenteſ qui ſupra di/
cunt̃ reliquie.in medio populoꝝ multoꝝ q̃ſi roſ.facienteſ populoſ fructificare:quod
uidemuſ impletũ ꝑ orbẽ uniuerſũ.a dño.fructificatio.n.que fit uirtute roriſ nõ fit
humana ꝓuidentia ſed diuina. Ideo ſubdit̃:que nõ expectat uirũ etc.& erunt reliqe
i.p̃dicti Apoſtoli & diſcipuli. q̃ſi leo etc.quia ſicut non impedit̃ leo in cõſecutiõe p̃de
ſic nec Apoſtoli a gentiũ conuerſiõe. Ideo ſubdit̃:qui cum tranſierit etc.exaltabitur
manuſ tua.i.ptãſ Apoſtoloꝝ & mutat̃ moduſ loquẽdi de tertia pſona ad ſecundam.
ſup hoſteſ tuoſ.i.demoneſ quoſ fugabãt ab idoliſ & corpibuſ obſeſſiſ.& oñeſ inimici
tui ꝓibunt.q̃d põt intelligi de ſacerdotibuſ idoloꝝ uel de iudeiſ contra Xp̃m obſti/
natiſ qui deſtructi fuerũt & captiuati ꝑ Romanoſ ĩ ultionẽ mortiſ Xp̃i & diſciplõꝝ
eiuſ.quoꝝ aliquoſ occiderunt ut Stephanũ.Iacobũ fratrẽ Iohanniſ. ut habetur in
Actibuſ Apoſtoloꝝ.& Iacobũ fratrẽ dñi ſecundũ q̃d dicit Ioſephuſ ſecundo lib.anti.
Et erit.Hic conſequenter oñdit̃ q̃ ꝓfectuſ diſcipuloꝝ Xp̃i nõ fuit uirtute humana
ut puta uirtute armoꝝ & munitionũ quẽadmodũ creuit lex Mabometi. Ideo dicit̃:
auferam equoſ tuoſ de medio tui uirtute armoꝝ.& cõſimiliũ.non ꝓficieſ in cõuerſiõe
gentiũ.& perdã ciuitateſ terre tue etc.i.in fortaliciſ non erit confidentia tua:ſed in
ptãte diuina.& ꝑ talẽ modũ loquit̃ Zacharias Propheta.c.ii.Abſq; muro habitabit̃
Hieruſalẽ p̃ multitudine boũm.& loquit̃ de Hieruſalẽ poſt reedificationẽ per Ne/
emiã ut uidebit̃ dño concedente.& ſic cũ dicitur abſq; muro etc.non eſt intellectuſ q̃
careat muriſ:ſed q̃ non eſſent neceſſarii pro defenſione ciuitatiſ.& auferã maleficia:
quia idolatria & diuinationeſ & conſimilia ad idolatriã ptinentia per predicationem
Apoſtoloꝝ & alioꝝ credentiũ ſunt amota.& faciã in furore & indignatiõe ultionem
pene ĩ p̃ñti illate ſunt medicine.& ideo nõ dicunt̃ prope ultio furoriſ ſeu ĩdignatiõiſ
ſed pene gehenne et ideo de ipſiſ hic loquit̃.in oñibuſ gentibuſ que non audierũt.ſ.
p̃dicationẽ Apoſtoloꝝ et doctorum fideliũ qui non cõminant̃ penaſ temporaleſ:ſed
etiam futuraſ.et eternaſ. .VI.

AVdite. Postq̃ Propheta denunciauit Xp̃i aduentũ: Hic consequẽter increpat
populum incredulũ. & p̃mo ponitur hec increpatio. secundo consolatio ut post
uinum mordificatiuum infundatur oleum lenitiuum. vii. ca. ibi: ne leteris. Prima ad/
huc in duas quia primo increpat̃ populus ut ingratus de beneficiis. secũdo ut irretitus
uitiis ibi: audite Tribus. Prima in tres: quia primo multiplex dei beneficium recolit̃.
secundo falsitas gratitudinis excluditur ibi: quid dignum. tertio ueritas concludit̃ ibi.
indicabo. Circa primum dicitur: audite que dominus loquitur quasi diceret: sunt dili/
genter attendenda. surge tu Michea. contende iudicio aduersum montes et cet. id est
aduersus superbos populi mei. & fortiora fundamenta terre. id est Reges & Prĩcipes
quoꝝ officium est terram conseruare. quia iudicium domini cum populo suo. oñdẽdo
suam benignitatem per beneficia & populi ingratitudinẽ. Ideo subditur: popule meus
etc. & patet littera usq; ibi: & misi ante te etc. quia Moyses erat Dux populi. Aaron
Sacerdos. Maria Prophetissa. Exo. xv. memento queso quid cogitauerit Balach.
quia cogitauit debellare populum Israel per adiutorium maledictionis Balaam super
ipsum. Nume. xxii. & quid responderit ei Balaam. quomodo maledicam cui nõ ma/
ledixit dñs. Nu. xxix. & iterum ibidem ad maledicendum adductus sum bñdictionẽ
prohibere non ualeo. de Sechim usq; ad Galgala. id est de exercitu Israel qui tunc
erat in Sechim Num. xxv. & protendebatur usq; prope Iordanem iuxta quem est
Galgala ex opposito tamen in terra ꝓmissionis. Ra. Sa. exponit sic: de Sechim q̃tus
populus Israel in Sechim peccauerit peccato Phegor Nu. xxv. tamen dominus nõ
diuisit eum sed introduxit eum ad Galgalam que est in terra promissionis: ut cogno/
sceres iusticias domini. id est fidelitatem eius ad Abraham Isaac & Iacob implendo qđ
eis promiserat. Quid dignum. Hic consequenter excluditur falsitas gratitudinis cum
dicitur: Quid dignum offeram domino. ad reddendũ gratias debitas de tantis bñficiis
Curuabo genu deo excelso. habendo deuotiõis signa cum mala uita quasi diceret nõ
est hec uera gratitudo Esa. i. Cum multiplicaueritis orationem non exaudiã. nũquid
offeram ei holocaustomata: quasi diceret talibus sacrificiis non placatur deus qa talia
secundum se non sunt accepta sed fide & deuotione. nunquid dabo primogenitũ meũ.
quasi dicens hoc non ualet: quia mors innocentis deo non placet. Vnde & Abraham
non dixit deus immolare filium suum. Gene. xxii. ut sic impleretur sed ut obedientia
Abrahe manifestaretur. Indicabo tibi. Hic consequenter ueritas gratitudĩs cõcludit̃
cum dicitur: indicabo tibi homo quid sit bonum. deo per se acceptum. & dñs requirat
a te. pro gratitudine de beneficiis tibi datis. utiq; facere iusticiam. id est habere iusti/
ciam non tm̃ in habitu sed etiam in effectu. & hoc ad omnes. & diligere misericordiã.
ad pauperes. & dicit diligere: quia opera pietatis non sunt meritoria: nisi fiant ex ca/
ritate: & sollicitum ambulare cum deo tuo. mandata eius diligenter adimplendo.
Vox domini ad ciuitatẽ clamat: per me & alios Prophetas ista predicta. & salus erit
timentibus timore filiali qui est annexus caritati in uia. Audite. Hic consequenter
arguitur populus de uitiis & Primo de uitio fraudulentie. Secundo de uitio fraterne
inimicicie in principio septimi ca. Prima in duas: quia Primo arguitur culpa. Secundo
subditur pena ibi. & ego. Circa primum dicit Propheta Audite Tribus: Israel gene/
raliter uocem domini predictam. & quis approbabit illud? corde assentiendo. & opere
adimplendo: quasi diceret: pauci aut nulli: & subditur causa huius impedimẽti. adhuc
ignis: scilicet concupiscentie ardentis. in domo impii. id est in ipso. uxore. & familia
tota. thesauri iniquitatis. id est iniquitate acquisiti. & mensura minor. ad decipiendum
ementes. ire plena. id est uindicte dei prouocatiua. nunquid suscitabo stateram impiã

quasi diceret: non. cū sim iusticie regula. loquitur enim Propheta in persona domini cetera patent. Et ego. Hic consequenter subditur pena cum dicitur: & ego ergo. i. propter fraudulentiam. cepi percutere perditione. id est captiuatione de terra tua. regnum enim decem Tribuum & regnū duarum primo fuerunt afflicta multipliciter propter peccata sua & tandem captiuata unum per Assyrios aliud per Chaldeos. tu comede. & non saturaberis. cibo tibi deficiendo. id est deficiente. & humiliatio tua in medio tui. id est in medio terre tue. confunderis ab aduersarus. & app̄hendes. In Hebreo habetur: & attinges. scilicet aduersarios tuos ducentes filios tuos secum captos. & non saluabis de manibus eorum: quia eis non poteris prevalere. & quos saluaueris etc. id est si contingat te aliquos ex eis saluare interficientur alitude. tu seminabis & non metes. quia aduersarii tui colligent messem uel destruent. tu calcabis oliuā oleum exprimendo. & non ungeris: pulmenta tua inde condiendo. & mustum etc. q̄si diceret labores tuos comedent & bibent: & tu famelicus & sitibundus remanebis. & custodisti precepta Amri etc. qui fuerunt idolatre pessimi ut habetur. iiii. Regū. & ambulasti in uoluptatibus eorum. quia non solum fuerunt idolatre: sed etiam carnalibus uitiis subditi. ut darem te in perditionem etc. istud ut non tenetur hic causative sed qa captiuitas regni Israel ad hoc secuta est & derisio & obprobrium totius populi. .VII.

Veb mihi. Hic consequenter arguitur populus de peccato fraterne inimicicie. & primo plangit Propheta pro gentis sue malicia dicens: Veb mihi quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos. dimissos eo q̄ non potuerunt maturari: ideo subditur. non est botrus ad comedendū. scilicet aptus. In Hebreo habeē: factus sum sicut qui colligit ficus. & subintelligitur malas eo q̄ comedi nō possunt. Ideo subditur: precoces ficus. que primo maturantur. desiderauit anima mea. sed: supple non inuenit. per hoc Propheta metaphorice exprimit in populo abundātiam mali. & defectum boni. ideo subditur. perit sanctus de terra. interfectus a malis. ideo subdit: omnes in sanguine insidiantur. querentes interficere iustos machinationibus diuersis. malum animum suarum dicunt bonum. quia qualis unusquisq; est: talis sibi finis uidet princeps postulat. leuare extorsionem a subditis. & iudex in reddendo est. i. Iudices sub Rege constituti student per iniusticias ad satisfaciendum Reg: ideo subditur. & magnus locutus est desiderium anime sue. id est Rex ministris exprimit suā uolūtatē & conturbauerunt eam. id est ministri dure tractauerunt gentem subditā p̄ iusticiā. qui optimus in eis ē. id est minus malus. quasi paliurus. i. herba pungitiua. & quercus in comparatione ad nequiores. quasi spina de sepe. pungens & anxians populū iuste Dies speculationis tue. id est captiuitatis tue a Prophetis preuise & prenūciate. nolite credere amico. id est Pseudoprophete p̄mittēti uobis securitatem quasi sit uere amicus & nolite confidere in Duce. id est in Rege credentes q̄ possit uos ab aduersariis liberare. ab ea que dormit etc. id est ab uxore propria. quasi diceret: tanta imminet uobis miseria q̄ nullus poterit confidere de alia persona quantumcunq; sibi coniuncta. ego autem ad dominum aspiciam. ponendo in eo totam meam fiduciam uerbū est p̄phete pro se & suis similibus in futuris tribulationibus. ne leteris post populi increpationem hic ultimo p̄pheta redit ad eius consolationem. Primo denunciando captiuitatis terminationem. secundo post terminum dei consolationem: ibi. pasce populum. Circa primum dicit: ne leteris inimica mea. id est tu Babylon ne leteris de captiuitate Iuda quia cecidi in manibus tuis. consurgam per Cyrum liberanda. Hoc enim non potest intelligi de captiuitate. x. Tribuum que non rediit. cum sedero in tenebris. i. post q̄ fuero in tribulatione captiuitatis. dominus lux mea est. afferens mihi leticiam. iram

domini. id est penam ab eo inflictam mihi. portabo: patienter. donec causam meam iudicet. contra Babylonem. licet enim regnum Iude fuerit punitum iuste ex parte diuine iusticie: tamen Iudei hoc exequebantur iniqua uoluntate. educet me in lucem consolationis. uidebo iusticiam. de Chaldeis fiendam per Cyrum. & Darium. & aspiciet inimica mea. id est Babylonia. & operietur cōfusione. id est undiq; erit confusa. que dicit ad me derisorie. ubi est deus tuus. quasi diceret: nō potest te de captiuitate liberare. oculi mei uidebūt in eam. eius miseriā. nunc. i. cito. erit in conculcatione ut lutū per Cyrum & Darium. dies. supple uenient. ut edificentur macerie tue. uerbum est Prophete alloquentis captiuitatem Iude de reditu captiuitatis Babylonice. sed quia Propheta loquebatur longe ante captiuitatem & eius reditum. Ideo denunciat q̄ terra Iuda esset prius affligenda per Regem Assyriorum dicens. In die illa. id est tempore Achaz idolatre. longe fiet lex. quia fecit deponi altare domini: ubi offerebantur hostie secundum legem & iussit ea offerri super altare sacrilegum. iiii. Reg. xvi. in die illa. id est tempore Ezechie filii Achaz. usq; ad te uenient Assur. id est Sēnacherib Rex Assyriorum qui uenit usq; prope Hierusalem ad capiendum eam. & ad ciuitates munitas. quia uastauit in circuitu totam terram. usq; ad flumen. scilicet Iordanem qui est terminus terre promissionis uersus orientem. & ad mare de mari. i. de mari mortuo usq; ad mare mediterraneum. & ad montem de monte. id est de mōte Sion ad montem Libani qui est in termino aquilonari Iudee. & erit terra in desolationem propter habitatores suos. id est propter peccatū Achaz & aliorum Regum idolatrarum qui fecerunt idolatrare populum. Pasce populum. Hic Propheta denūciat populo consolationem post reditum captiuitatis Babylonice dirigens sermonē ad deum. & dicens. pasce populum tuum. id est pasces. in uirga tua. id est in directione tua eum reducendo de captiuitate Babylonica. habitantes solos in saltu. id est ex tua protectione poterunt habitare secure in saltu ubi habitant fere. Vnde & Esd. viii. dicitur q̄ Esdras non petiuit equites a Rege: dicens eo q̄ in uia ptegerentur diuina protectione. in medio carmeli pascentur etc. id est in loco fertili. uidebunt gentes & confundentur. Samaritani enim uidentes illos qui de captiuitate uenerant prosperari in reedificatione ciuitatis & templi & in aliis fuerunt multum perturbati. & confusi. ut habetur primo Esdre & Neemie. aures eorum surde erunt. id est declinabunt audire prosperitatem eorum pre inuidia: qua torquebuntur sicut serpens in puluere uolutatur. dominum deum nostrum formidabunt. timore seruili timentes a deo puniri propter mala que conabant facere populo suo reuertēti. & propter ista ad dei laudem assurgit Propheta dicens. Quis deus similis tui. quasi diceret: nullus. quia tu es solus uerus. qui auferis iniquitatem a seruis tuis per pene medicinam. non immittet. mutat Propheta modum loquendi de secunda persona ad tertiam. ultra furorē suum si perseueret in bono. talia enim sunt sub conditione intelligenda: sicut dictum fuit diffuse Hieremie decimooctauo. deponet iniquitates nostras. quod erat onus uos aggrauans. & proiciet in profundum maris. id est faciet ea non apparere ad punitionē & reuertitur ad loquendum in secunda persona dicens. dabis ueritatem Iacob etc. id ē adimplebis promissiones factas patribus nostris que tunc implende erant & modo implete sunt in domino Iesu Christo cui est honor & gloria in secula seculorū Amen.

Incipit Naum. Ca. .I.

ONus Ninive etc. Prophetia Naũ in duas ptes diuidit̃. s. in p/
hemiũ & tractatũ qui incipit ibi. dñs emulator. In plogo primo
tangit̃ materia huius ꝓphetie in generali cũ dicit̃: onus Ninive
i. ꝓphetia de malo pene uenturo sup Ninive. sicut dictum fuit
Ione. iii. Niniuitis ad ꝑdicationẽ Ione agẽtibus penitentiã deus
non intulit penã cõminatã. sed qa postea redierunt ad uomitũ:
deus destruxit regnũ Ninive p Nabu. Regẽ Chaldeoꝝ & hãc
destructionẽ ꝑdixit ꝓphetice sanctus Tho. xii. c. Et de ista loquit̃ Naum Prophetа
Secundo notificat̃ autor cũ dicit̃: liber uisionũ Naũ Helchisei. Ita ꝙ notificatur ex
nõe cũ dicit̃: Naũ. qui interꝑtat̃ cõsolator: & cõuenit sue ꝓphetie qa destructionẽ
Assyrioꝝ denunciauit ad consolationẽ. x. Tribuũ: que p Assyrios fuerũt captiuate
& duarũ Tribuũ que p eas fuerunt multũ afflicte tpre Ezechie. Item ex loco na/
tiuitatis sue cũ dicit̃: Helchisei. Tertio ex officio ꝓphetandi non solũ uerbo: sed etiã
scripto: cum dicit̃: liber uisionis. licet. n. xii. Prophete sint collecti in uno uolumine:
tñ ꝓphetia cuius libet posset dici unus liber ꝑticularis. dñs emulator. hic incipit tractatus
in quo primo zelus diuine iusticie declarat̃. secundo ad ꝓpositum applicat̃ ibi. bonus
dñs. Prima in duas: quia ꝑmo ponit̃ rigor diuine iusticie ad puniendũ. secundo uigor
sue potentie ad exequendũ ibi: dñs in tẽpestate. Circa primũ dicit̃: dñs emulator. id ẽ
iracundus seu uindicte appetitor contra peccatores obstinatos. Emulatio. n. aliqñ pro
ira ponit̃. sicut Exo. viii. erat statutũ idolum zeli ad ꝓuocandũ emulationẽ. i. iram
dei: ut ibidẽ dictũ fuit. In Hebreo habet̃: dñs accensus. Ira. n. dupliciter definitur a
Prophetis. Vno mõ materialiter: & sic ira est accensio sanguinis circa cor: & sic dicit̃
in Hebreo. dñs accensus. i. uindicte appetitor ut dictũ est. Sciendum tñ ꝙ passio ire
non est in deo ꝓpe sed metaphorice quia ad modũ irati se habet qñ punit. Ideo subdit̃
& ulciscens. i. puniens & repetit̃ ꝑdicta sententia pluries cũ subdit̃: ulciscens dñs etc. ad
maiorem affirmationẽ diuine uindicte contra peccatores obstinatos. dñs patiens. quia
nõ statim punit peccatores sed expectat eorum penitentiã ut sequens punitio iustior
ostendat̃. & magnus fortitudine. q. d. talis expectatio punitionis non est ex defectu
uirtutis. & mundans non faciet innocentẽ. i. peccatores obstinatos non dimittet trã/
sire sine debita punitione ac si essent innocentes continuando ad ꝓcedentia. uel aliter.
& mundans peccatorẽ a culpa. non faciet innocentẽ. s. liberũ a pena quia pene sunt
quedã medicine peccatoꝝ purgatiue. dñs in tempestate. Hic consequenter ostenditur
uigor diuine potentie cum dicit̃: dñs in tempestate & turbine uie eius. i. sic consueuit
uenire ad puniendũ peccatores obstinatos. de hoc habet̃ exemplũ Exo. xiiii. ubi di/
cit̃: ꝙ punitionẽ Egyptioꝝ ꝓcessit uentus uehemẽs urens tota nocte. & in debellatiõe
exercitus Sisare uenit in tempestate Iud. v. & similiter in debellatione Phylisteorum
orante Samuele. i. Regũ. vii. & in pluribus aliis locis habetur simile. & nebule puluis
pedũ eius. ex uento eius turbinis eleuat̃ puluis obscurans aerem ad modum nebule. &
dicit̃ ꝓcedere ex dei pedibus: quia dicit̃ secundũ illũ modũ loquendi quo dicitur Esa.
lxvii. Celũ mihi sedes est. & terra scabellũ pedum meoꝝ. increpans mare & exiccans
illud. sua uirtute. sicut patet Exo. xiiii. de mari Rubro. & omnia flumina ad desertũ
deducens. sicut. n. siccauit alueũ Iordanis: Ita posset omnia flumina desiccare. infir/
matus est Basan. & Carmelus. que sunt loca uberrima. & flos Libani elanguit. ubi
solet esse uiror continuus. & hoc fuit tẽpore Helie ex siccitate inducta uirtute diuina
tribus annis & sex mensibus. montes cõmoti sunt etc. hoc frequenter apparuit in terre
motibus omnia ista sunt inducta ad ostendendum magnitudinem uirtutis diuine: Ideo

ſubdit̃: ante faciem indignationiſ eiuſ quiſ ſtabit ?q. d. nulluſ: indignatio eiuſ effuſa ẽ ut ignis. hoc patet in ſubuerſione Sodome & Gomorre igne ſulphuris. & petre diſſo/lute ſunt ab eo. ex uehemẽti igne reſolũt̃ lapideſ ut patet in calce. Bonuſ dñſ. hic cõ/ſequenter illud qđ dictũ eſt de rigore diuíe iuſticie & rigore ſue potentie ad ꝓpoſitũ applicat̃: in punitione regni Aſſyrioꝝ in quo metropoliſ erat Ninue. Et diuidit̃ in duaſ ptes qa ꝑmo ponit̃ unius Regiſ. ſ. Sẽnacherib punitio. ſecundo totius regni de/ſtructio. c. ii. Prima in duaſ quia ꝑmo circa Sẽnacherib ponit̃ ultio diuina. ſecundo exultatio in terra iuda ibi. ecce ſup monteſ. Ad intellectũ ꝑmi ſciendũ ꝙ ſicut habet̃ iiii. Reg. xviii. Sẽnacherib uenit in Iudeã. & de Lachiſ miſit Rapſacen in Hieru/ſalẽ ad terrẽdũ Ezechiã & ſuũ populũ. ſed rege Ethiopũ ſuadẽte terrã Sẽnacherib cõpulſuſ fuit dimittere Iudeã ad defendendũ terrã ſuã. ſed habita victoria reuit po/ſtea in Iudeã ad deſtruendũ Hieruſalẽ & tunc angeluſ dñi ꝓcuſſit in exercitu eiuſ. c. lxxxv. milia bellatoꝝ. & ipſe cũ paucis fugit ad terrã ſuã ubi ſterfectuſ fuit a filiis ſuiſ. iiii. Reg. xix. & ſic cõfortatuſ fuit Ezechiaſ cũ populo ſuo & ſecundũ hoc dicit̃ Bonuſ dñſ & confortãſ. ſ. Ezechiã & populũ ſuũ. & ſcienſ ſciẽtia approbatiõis. ſpãtes in ſe. i. Ezechiã & Eſaiã & aliоſ iuſtoſ cõtra Sẽnacherib de diuino cõfidenteſ auxilio & in diluuio ꝓtereunte. i. in fortitudine exercituſ Sennacherib ſecundum qđ dicitur Eſa. viii. Adducet dñſ ſup eoſ aq̃ſ fluminiſ forteſ & multaſ Regẽ Aſſyrioꝝ. & ſequit̃ ibidẽ. & ibit ꝑ Iudeã inundanſ. conſũmationẽ faciet. i. deſtructionẽ per angelũ ut dictũ eſt. qd cogitatiſ contra dñm ? tu Sẽnacherib & exercituſ tuuſ. q. d. uoſ cogitatiſ deſtruere ciuitatẽ dñi & templũ. ſed non poteritiſ. & ſubdit̃ cauſa. conſũmationẽ ipſe faciet exercituſ ueſtri. non conſurget duplex tribulatio. ſ. Sẽnacherib nõ tribulabit regnũ Iuda ipſũ captiuãdo ſicut Salmanaſar pater ſuuſ regnũ Iſrael tribulauit. qa ſicut ſpine ſeinuicẽ cõplectunt̃: & ſic inuicẽ cõburunt̃. ſic conuiuiũ eoꝝ. In ueſpe. n. noctiſ in q̃ angeluſ ꝓcuſſit exercitũ redigẽdo in cineres corpa bellatoꝝ Rex fecerat Principibuſ exercituſ conuiuium. ex te exibit cogitanſ contra dñm maliciã. Iſte fuit Rapſaceſ miſſuſ a Rege ad terrendũ Ezechiã & populũ ut ſic ſe redderent & duce/rent̃ in terrã idolatrie ſubiectã. ſi ꝓfecti fuerit etc. i. ſi bellatoreſ in fortitudíe fuerit & multitudine. ſic quoq; attondent̃. i. ab angelo ꝓcutient̃. que ꝓcuſſio uocat̃ raſio ſiue attonſio Eſa. vii. In illa die radet dñſ in nouacula acuta in Rege Aſſyrioꝝ caput & piloſ pedũ. & barbã uniuerſã. afflixi te. uerbũ eſt dñi ad Ezechiã & populũ ſuũ qui fuerunt afflicti per Regẽ Aſſyrioꝝ. & non affligã ultra. ſ. ꝑ Aſſyrioſ. tñ poſtea tpe Ezechie populuſ fuit afflictuſ ꝑ Chaldeoſ. & nunc conterã uirgam eiuſ. i. ptãtem & uincula tua diſrũpant̃. qm̃ interfecto exercitu poteriſ ire libere in Iudeã. & precipiet ſup te dñſ. uerbũ eſt Prophete ad Sẽnacherib de quo ꝓcepit angelo ut ꝓcuteret ex/ercitũ eiuſ. nõ ſeminabit̃ ex ſemíe tuo ampliuſ. i. nõ naſcent̃ ultra tibi filii qa fugiẽſ ad terrã ſuã cito fuit interfectuſ a filiis ſuiſ. ſ. poſt. xlv. dieſ a fuga ſua Thobie. i. de domo dei tui interficiã. qa in tẽplo idoli fuit interfectuſ. iii. Reg. xix. Ideo ſubditur ſculptile & conflatile ponã ſepulchrũ tuũ. qa inter idola fuit occiſuſ nec in ſepultura factuſ eſt ei honor regius eo ꝙ erat factuſ toti populo exoſus imputãti deſtructionẽ exercituſ ꝓdictã ſupbie Sẽnacherib deũ Iſrael blaſphemantiſ. iii. Reg. xix. Ecce ſup monteſ. Hic conſequenter ponit̃ exultatio populi Iude cum dicit̃: ecce ſuper monteſ pedeſ euangelizantiſ etc. qa ꝓcuſſo exercitu & Sẽnacherib fugiente ſtatim Ezechiaſ miſit curſoreſ ad denunciandũ dei auxiliũ ſibi factũ: ut om̃eſ uenirent in Hieruſalem ad reddendũ grateſ deo de tanto bñficio. qa non aduciet ultra ut ꝓtranſeat in te Belial id eſt abſq; iugo: ꝑ qđ intelligitur Sennacherib qui nec deũ nec hoíeſ reuerebatur.

uniuersus interit. quia post mortem sui exercitus occisus fuit ut dictū est.

HAscendit. postq̄ Propheta denunciauit ꝑcussionē Sennacherib Regis Assyriorꝫ Hic cōsequenter denunciat destructionē regni in quo metropolis erat Niniue que destructio facta fuit ꝑ Nabuc. Regē Babylonis post mortem Sennacherib. Et ꝑmo ponit̄ hec destructio. secundo destructionis ratio. c. iii. Prima in tres quia ꝑmo ponit̄ Niniue obsidio. secūdo obsesse captio ibi. porte fluuiorꝫ. tertio capte dep̄datio ibi. diripite. Circa ꝑmum alloquit̄ Regē Assyriorꝫ. d. ascendit. i. ascendent. curruꝫ & equos. s. exercitus Chaldeorꝫ. qui dispdat cor̄ te: uastando terrā tuā in oculis tuis. & non poteris resistere. qui custodiat obsidionē: circa Niniuē usq; quo capiat eā cōtē/plare uiā etc. i. dispone te ad occurrendū ei tuos bellatores confortādo. q. d. hoc erit pro nihilo ut habet̄ ifra. & subdit̄ causa: qa sicut dñs reddidit supbiā Iacob: deiciēdo Sennacherib eo q̄ supbe egerit contra duas Tribus. sic superbiam Israel: supple ito reddet destruendo totū regnū Assyriorꝫ eo q̄ supbe egerit contra regnū. x. Tribuū ipsū uiliter captiuando. quia uastatores. i. Chaldei uenientes. dissipauerunt eos. i. dis/sipabūt Assyrios. & ꝑagines eorꝫ. i. filios & filias. clipeus fortiū eius. s. Nab. ignitus erant. n. ibi lamine eree ad solis radios refulgentes sicut ignis ad terrorē Assyriorum & ad obfuscandū oculos eorꝫ. uiri exercitus in coccineis. habebant. n. sup arma ornam̄ta ne si aliqs eorꝫ uulneraret̄: ex appentia sanguinis alii terrerent̄. ignee habene curruꝫ i. curruū erant ibi habene limate & sic radio solis fulgebant sicut ignis in die p̄patiōis eius. s. ad p̄lium & econuerso erat de Assyrijs de quibus dicit̄: & agitatores eius. id est aurige. Propheta. n. de uno exercitu loquēdo transit ad aliū & econuerso: sicut solet fieri in descriptione bellorꝫ. consūpti sunt. i. attoniti p̄ stupore. Ideo subdit̄: in itine/ribus conturbati sunt. nescientes curruꝫ ducere: Ideo subditur: q̄drige collise sunt. ex defectu ductionis. & subdit̄ causa huius stuporis cum dicit̄: aspectus eorꝫ. i. Chaldeorꝫ q̄si lampades etc. ꝓpter refulgentiā armorꝫ ut p̄dictū est. quasi fulgura discurrētia. Recordabit̄. n. Rex Assyriorꝫ fortiū suorꝫ qui solebant esse constantes & animosi & facti sunt pauidi. Ideo subdit̄: ruent in itineribus suis. non potentes resistere in cāpo Chaldeis. Ideo subdit̄. uelociter ascendent muros eius. In Hebreo habet̄. festinabunt ad muros eius. ut qui non poterant resistere in campo: defenderent se in muro. & pre/parabit̄ umbraculū. i. tentoria Chaldeorꝫ in circuitu ciuitatis ponent̄ ad eā obsidēdū. & sic patet ciuitatis obsidio. Porte fluuiorꝫ. Hic consequenter describit̄ ipsius captio: cum dicit̄: porte fluuiorꝫ. i. porte Niniue qui confidebant in munitione fluuiorum apte sunt. i. fracte ꝑ impetū Chaldeorꝫ. & templū ad solū dirutū. s. templū idoli Ne/frach q̄d colebant Reges Assyriorꝫ. iiii. Reg. xix. In Hebreo habet̄ & palatium. s. Regis ad solū dirutū. in regni contemptū. & miles captiuus etc. i. milites regni Assy/riorꝫ. In scriptura. n. frequēter ponit̄ singulare pro plurali. In Hebreo habet̄: astās captiua adducta est. & dicit̄ hic astans Regina ut dicit R. a. Sa. secundū illud Pial. xxiiii. Astitit Regina a dextris tuis. & littera sequens concordat: cum dicit̄. & ancille eius minabant̄. captiue a Chaldeis. gementes etc. non audentes alte clamare p̄ timore & Niniue q̄si piscine aq̄rum aque eius. i. munitio fluuiorꝫ de qua cōfidebat nō resistit aduersarus sicut aque piscine resistere non possunt ꝑ sua paucitate. ipsi uero fugerunt scilicet de ciuitate quicunq; potuerunt fugere. Diripite. Hic consequēter describitur ciuitatis capte dep̄datio cum dicitur: diripite uos Chaldei argentū etc. i. quecūq; pre/ciosa. dissipata est. s. Niniue. & scissa: per fractionē murorum in pluribus locis. & cor tabescens. i. deficiens factum est bellatoribus uiris. & dissolutio geniculorū. i. genuū que tremunt ex timore. & ideo dicuntur genicula diminutiue. & defectio in cunctis

renibus.i.q̄ nō poterāt stare.& facies oīum.s.nigredo olle.ex fame & fumo incendii Niniue. Ideo subdit̄ derisorie: ubi est habitaculū leonū.i. Niniue ubi solebāt reges & p̄ncipes habitare qui erant feroces ut leones.& pascua catuloꝝ?i.filiorū.ad quam iuit leo?i.Rex in quā ciuitatē ingressus est: ut ibi habitaret secure? cū catulis suis.i. filiis & famulis.q.d.nulla: quia non habet refugiū a facie Chaldeoꝝ.leo cepit suffi/cienter.i.abundāter bona multoꝝ regnoꝝ sibi diripiendo secundū qd̄ dicit̄.iiii.Re. xix.uere dn̄e dissipauerūt Reges Assyrioꝝ gētes & terras oīum etc.& necauit leenis suis.i.interfecit Reges terre ut eoꝝ p̄ciosa afferret uxoribus & cōcubinis suis.& im/pleuit preda spelūcas suas.i.domos suas. Ideo subdit̄ ultio diuina.ecce ego ad te dicit dn̄s.cuius uirtuti non pōt resisti.& succendā usq; ad sūmū.i.totaliter.q̄drigas tuas in quibus alia regna deuastasti.& leunculos tuos comedet gladius.i.filii tui occident̄.& exterminabo de terra.s.tua.p̄dam tuā.dando eā Chaldeis.& non audiet̄ ultra uox nuncioꝝ tuoꝝ.ad blasphemandū deum sicut Rapsaces a te missus blasphemauit q̄rto Reg.xviii. Stetit itaq; Rapsaces & clamauit uoce magna etc.& sequit̄ ibidē.nolite audire Ezechiā qui decipit uos.d.dn̄s liberabit uos nunquid liberauerunt dii gentiū etc.quasi diceret: nec deus uester poterit nos liberare.

.III.

Ueh ciuitas.post ciuitatis Niniue destructionē: Hic Propheta declarat destru/ctiōis rationē que fuit ciuitatis malicia cū hoc tn̄ interponit̄ de pena.& diuidit̄ in duas ꝑtes quia p̄mo ꝓpter maliciam nunciat̄ eius depopulatio.& secundo multiplex confusio ibi.ecce ego. Circa p̄mū dicit̄: ueh ciuitas sanguinū.i.cuius populus fuit ef/fusor multi sanguinis.uniuersa mendacii.i.tota debita mendatio ut quos non poterat supare uirtute: decipet fraude.dilaceratione plena.i.diuisionibus intrinsecis quod est signū ꝓpinque subuersionis. Matt.xii.om̄e regnū in se diuisū desolabit̄.non recedet a te rapina.i.Chaldei te obsidentes non recedent a te donec rapuerint omnia bona tua.uox flagelli.i.sonus flagelli incitantis equos curruū & equites sup te uenientium & micantis gladii ad te occidendum.& fulgurant haste.i.uelociter uibrate ad modum fulguris.& multitudīs interfecte: de ciuibus tuis.& corruent in corporibus suis.q.d. tanta erit multitudo interfectoꝝ qd̄ unus interfectus sup aliū cadet.& subdit̄ causa. ꝓpter multitudinē fornicationū: spiritaliū que sunt idolatrie & corporaliū meretricis speciose etc.i.Niniue attrahentis alias gentes ad suas idolatrias ꝑ multas uias.& hn̄tis maleficia.i.hn̄tes in se maleficos magicis artibus utentes.que uendidit gentes in forni/cationibus suis.qa pulchras puellas aliarū gentiū captas exponebāt Niniuite ꝓstibulis pro p̄cio.& idē faciebant de pulchris iuuenibus in uitio sodomitico. Ecce ego. Hic consequenter on̄dit̄ ipsius Niniue derisio & sub noīe Niniue totius regni Assyriorū. Et diuidit̄ in duas ꝑtes quia p̄mo on̄dit̄ propositū sub ꝑabola fornicarie.secundo sub ꝑabola locuste ibi.congregate. Prima in duas quia p̄mo ponit̄ ꝑabola.secūdo exēplū de ciuitate alia ibi.nunquid. Circa p̄mū dicit̄ in ꝑsona dei: ecce ego ad te.ponēdo in uitupiū & derisionē.& reuelabo pudenda tua.loquit̄ de ea sicut de muliere fornicaria dep̄hensa cuius turpitudo om̄ibus manifestat̄.& ꝓiciā sup te abominatiōes.quia faciā te despici factis & uerbis sicut uilem.& ponā te in exemplū.s.correctiōis alioꝝ tuam punitionē uidentiū. Ideo subditur: om̄is qui uiderit te: resiliet a te.a maleficiis tuis ne similiter puniat̄.quis cōmouebit sup te caput? tibi cōpatiendo.q.d.nullus.sed dicēt om̄es sup te iudiciū dei. Nunquid. Hic consequenter ponit̄ exemplū de alia ciuitate destructa ꝑ Nabuc.in Egypto qui p̄us uastauit Egyptū q̄ regnū Assyriorum cum dicit̄: nunqd melior es Alexandria.q.d.non: & ideo non poteris stare cōtra Nabu. sicut nec illa. In Hebreo habet̄: nunquid melior es No nutrice. Hec enim uocabat̄

No quãdo deſtruxit eam Nabuchodonoſor & dicebatur nutrix quia ibi nutriebãt pueri Regiſ propter pulchritudinem & bonitatem ſituſ ut dicit Rab. Sa. poſtea per magnum tempuſ Alexander intrauit Egyptum & reedificauit hanc ciuitatẽ. uocanſ eam ſuo nomine Alexandriam. tranſlator autem noſter dimiſit nomen antiquũ quod iam erat obliuioni datum & loco eiuſ poſuit nomen nouum: quod erat famoſum populorum. id eſt que multoſ populoſ habuit ſub ſe. que habitat in fluminibuſ. per hoc deſignatur amenitaſ ſituſ & fortitudo. cuiuſ diuitie mare. id eſt diuitie ibi apportant̃ per mare. aque muri eiuſ. id eſt circundant muroſ eiuſ ad maiorem fortitudinẽ. ethiopia fortitudo eiuſ. id eſt confederata ad eiuſ fortificationem. & Egyptuſ. cuiuſ tunc erat metropoliſ. & non eſt finiſ diuitiarum ſuarum. & fortitudiniſ. Africa & Lybieſ fuerunt in auxilio tuo. id eſt in auxilio Alexandrie. mutatur enim moduſ loquendi de tertia perſona ad ſecundam. ſed & ipſa. nõ obſtantibuſ predictiſ. in tranſmigratiõe ducta eſt: per Nabuc. paruuli eiuſ eliſi. quibuſ conſuetum eſt in belliſ parci. & ĩ hoc notatur crudelitaſ Chaldeorũ. & ſuper inclytoſ eiuſ miſerunt ſortem. ad determinãdũ quiſ quoſ haberet captiuatoſ. & omneſ optimateſ eiuſ confixi ſunt in compedibuſ qui tamen ſolent honeſtiuſ tractari propter reuerentiam ſtatuſ. & tu ergo: Ninsiue. inebriaberiſ. id eſt ſimilibuſ peniſ uel maioribuſ impleberiſ. & tu queriſ auxiliũ ab inimico id eſt illi a quibuſ ſperaſ habere auxilium fient tibi inimici. omneſ munitiõeſ tue ſicut ficuſ. id eſt cito deuicientur ad terram quantumcunq; ſint forteſ. Ecce populuſ tuuſ mulieres. id eſt factuſ eſt pauiduſ & impotenſ ad reſiſtendum. & ſic intrabant hoſteſ. deuorabit igniſ ueſtes tuoſ. id eſt tanta erit uehementia incendii quod faciet ferrum portarum liquefieri. aquam propter obſidionem hauri tibi: ironice loquit̃. q. diceret nulla munitio ualebit tibi uictualium ſeu fortaliciorum. Ideo ſubditur: pibiſ gladio ſcilicet Chaldeorum. deuorabit te ut brucuſ. id eſt ita faciliter ducet te ad mortẽ ſicut brucuſ moritur aduenιente frigore. Congregate. Hic conſequenter oſtenditur eiuſ deriſio & deſtructio ſub metaphora locuſte cum dicit̃: congregate. id eſt ſicut brucuſ & locuſta congregantur in maxima multitudine ita quantumcunq; magnam multitudinem bellatorum congregaueriſ tibi non tamen poteriſ te defendere. Ideo ſubditur: Brucuſ expanſuſ eſt. & auolauit. id eſt exercituſ tuuſ fugiet a facie Chaldeoꝝ. cuſtodeſ tui quaſi locuſte. id eſt bellatoreſ tui impotenteſ cuſtodire. qui cõſidunt. id ẽ ſimul ſedent. in ſepibuſ. moduſ eſt enim locuſtarum aduenιente frigore ſe in ſepibuſ congregare & ibi ſe occultare quantum poſſunt contra friguſ ſed ſi ſupueniat ortuſ ſoliſ anteq̃ ſint mortui ſtatim euolant inde. & per hoc deſignatur metaphorice ꝙ Aſſyrii timore Nabuch. in fortaliciſ congregarentur. & poſtea extra terram ſuam in captiuitatem ducerentur. dormitauerunt paſtoreſ tui. id ẽ conſiliarii tui neſciẽteſ cõſulere tibi. ſepelientur Principeſ tui: ſepultura aſini. Hieremie uicesimoſecundo. latitauit populuſ in montibuſ. fugienſ ad loca inacceſſibilia equitibuſ. Et non eſt obſcura. i. occulta. cõtritio tua. ſed omnibuſ manifeſta. peſſima plaga tua. quia nulluſ apponet remedium. Ideo ſubditur: omneſ qui audierunt auditionem tuam. id ẽ malũ uenienſ ſuper te quod audietur ubiq;. compreſſerunt manum ſuper te. id eſt magiſ ſtuduerunt aggrauare q̃ alleuiare. cuiuſ cauſa ſubditur: quia ſuper quem non tranſiit malicia tua ſemper. quaſi diceret: nulli aut pauci ſunt populi qui non fuerint a te afflicti: & oppreſſi. propter quod gaudent de tua oppreſſione. in hoc etiam applaudenteſ iuſticie dei qui eſt benedictuſ in ſecula ſeculorum Amen.

Incipit Abacbuc .I.

ONus quod uidit Abacbuc. Hic incipit ipsius Abacbuc prophetia Et diuiditur in duas partes scilicet in prohemium & in tractatum q incipit ibi usq; quo. In prohemio primo tangitur breuiter materia huius prophetie cum dicitur onus id est prophetia de malo pene uẽ/turo super regnum Babilonie. sicut.n. Naum prophetauit contra Assyrios qui captiuauerũt regnũ.x. Tribuum.iiii. Regum.xvii. sic iste propbetat contra Babylonios qui captiuauerunt regnũ du/arum Tribuum.iiii Regũ ultimo. & hoc erat ad consolationẽ eorum quia destructo per Cyrum & Dariam Babyloniop regno due Tribus fuerunt de captiuitate liberate i. Esdre.i. Secundo notificatur autor ex nomine: cum dicit̃ Abacbuc & ex offitio cũ dicitur: quod uidit. s. prophetice. De tempore uero huius prophetie dicit Hieronimus in prologo. & expositores nostri cõmuniter q̃ Abacbuc prophetauit de destructiõe Babylonis post destructiõem templi & ciuitatis q̃ Chaldeos. Vsq; quo hic incipit trac/tatus & diuiditur in duas partes quia primo ponitur prophete denuntiatio. Secundo eius oratio .c.iii. Circa primum propheta admiranſ prosperitatem Nab. temporalem cum ipse esset idolatra pessimus & eius populus circa hoc primo mouet domino questi/onem. Secundo audit eius respõsionem.c.ii. Prima in duas quia primo ponitur ipsius Nab. prosperatio. Secundo huius prosperitatis abusio ibi. hec est. prima in duas quia primo querit propheta de ꝓsperitate Nab. contra Iudeos. secũdo cõtra populos alios ibi aspicite. Circa primum dicit propheta usq; quo domine clamabo? in oratione cõtra maliciam Nab. templi & ciuitatis destructorem? & populi in captiuitate detentorem? uociferabor ad te uim patiens? id ẽ angustiam de oppressiõe populi mei. & nõ sanabis q.d. multum tardas nos exaudire quare ostendisti mihi iniquitatem Nab. & exercitus sui. & laborem id est angustiam populi mei uidere predam: quia Chaldei secum por/tauerunt de Iude quecunq; preciosa & iniusticiam contra me. licet enim Iudei iuste punirentur ex parte dei: tamen Nab. & eius exercitus hoc exequebantur iniusta uo/luntate & iniqua. quare respicis contemptores id est Chaldeos tui nominis contẽptores & respicis eos conferendo eis potestatem. & gloriam temperalem. & taces conculcante impio.i. Nab. & eius exercitu iustiorem se id est populum Iudaicũ colentẽ te. & facies hominis quasi pisces maris permittendo q̃ maiores deuorent minores & quasi reptilia non habentia ducem id est per hoc uidetur q̃ non habeas curam plus de hominibus q̃ de bestiis irrationabilibus: de quibus dicit Apostolus .i. Cor.viii. nunquid est cura deo de bobus. & factum est iudicium scilicet peruersum. & contradictio ueritatis. po/tentior. quia ueritas succumbit. propter hoc lacerata est lex. quia fit cõtra dictamen legis nature. potest etiam hoc referri ad legem Mosaicam quã combusserunt Chaldei & nõ peruenit usq; ad finem. s. debitum iudicium. id est executio iusticie sed magis eius contrarium. qa impius id ẽ Nabuc. preualet aduersus iustum Iudee populum in quo erant iusti multi. In populo autem Nab. nulli cum essent idolatre. propterea egredit̃ iudicium peruersum. Iudei enim in Babiloniam ducti frequenter iniuste condẽnabant̃ ad facultatum suarum amissionẽ & aliquando ad mortem. hoc etiam aliter exponitur referendo ad deum. propterea etc. id est ꝓpter predicta uidetur q̃ a te egrediat̃ iudi/cium peruersum. & hoc hominibus profunditatem iudicioꝝ tuorum considerare nesci/entibus. Aspicite. Hic consequenter admiratur Propheta potentiam Nabuc. cõtra alias gentes cum dicitur: Aspicite in gentibus etc. & uidebitis mirabilia. quia opus factũ

est id est cito fiet: quod nemo credet. nulli enim uidebit̃ credibile q̄ regnum Nabuc. ita debilitaretur in tam paruo tempore: ideo subditur. quia ecce suscitabo. q. d. istud mirabile non fiet humana uirtute sed mea. gentem amaram id est ualde crudelẽ & uelocem Ad ambulandum & pugnandum & sic ad regna multa sibi subuciendum. horribilis ex aspectu. terribilis ex actu. ex semetipsa iudicium & onus eius egredietur id ẽ ex actibus suis crudelibus merebitur finaliter a domino iudicari & puniri prout exp̄mitur diffuse ca. sequenti. leuiores pardis equi eius etc. locutio est hyperbolica ad designandum uelocitatem equorum & equitum. oñs ad predam uenit̃ id est ad rapiendū omnia preciosa aliorum. facies eorum uentus urens id est sicut uentus urens uelociter consumit segetes: sic Chaldei suo impetu subuciẽt sibi gentes. ideo subdit̃. & cōgregabit quasi arenam captiuitatem id est multitudinem captiuorum innumerabilem. & ipse de Regibus triumphabit. & p̄ consequens de subiectis eorum. & tyranni. qui erant alius formidabiles & duri ridiculi eius erunt. i. materia derisionis quia faciebat eos duci in catbenis ad ostentationem sue uictorie ipse super omnem munitionem ridebit. reputās se posse eam faciliter capere. ideo subditur: & comportabit aggerem etc. tunc mutabit̃ spetie. quia Nab. post multas uictorias incurrit amẽtiam. & inter feras habitauit estimans se bestiam. ideo subditur: & pertransibit. s. a dignitate regni Dañ. x. tibi dicitur Nab. regnum tuum transibit a te. Hec est. Hic consequenter describitur sibi date potestatis abusus quia uictorias sibi concessas diuina uirtute ad puniendū peccata multarum gentium non attribuebat deo sed idolo. ideo dicitur: hec est fortitudo eius scd̄m suam reputationem. dei sui id est q̄ sibi prouenit a deo suo falso. nūquid non tu a p̄ncipio id est ab eterno solus es deus. domine deus meus. uerbum est Prophete confitētis ueritatem diuine nature iuxta falsitatem ut opposita iuxta se posita magis elucescant & non moriemur scilicet per potestatem Regis Babylonis si saluare nos uoluerit. dñe in iudicium id est in executionem tue iusticie posuisti eum. i. disposuisti eum. & fortem id est dans ei fortitudinem ut corripes multos peccatores per eum. mundi sunt oculi tui. quia nulla immundicia potest in te esse ne uideas malum approbando. ex quo concludit quare non respicis super inique agentes id est super Chaldeos iniqua uoluntate nos opprimentes: eorum maliciam reprimendo? & taces etc. exponitur ut supra. totum in hamo subleuauit etc. loquitur hic de Rege Babylonis sub methaphora piscatoris qui cū hamo paucos pisces cepit: & plures i sagena & rete sic Rex Babylonis i p̄ncipio paucos sibi subiecit postea multos ualde. super hoc letabit̃ id est super uictorias multas. & magnas propterea immolabit sagene sue etc. id est idolo suo quod uocatur hic sagena sua & rete suum quia uictorias sibi concessas a deo attribuebat idolo suo ut predictū est. qa incrassata est ps eius. id est sua potestas magnificata. & cibus electus est id est diuitie in quibus delectabatur sicut gluto in cibis & potibus propter hoc ergo expādit sagenam suam id est potestatem suam quam estimabat ab idolo sibi concessam & semp interficere gentes non cessat unam gentem sibi subiciendo post aliam. .II.

SVper custodiam. Hic consequenter ponitur domini responsio ad questionem sibi prepositam per Prophetam. & diuiditur in duas partes quia primo Propheta se disponit ad audiendum. secundo describit diuinum responsum ibi: & respondit. Circa primum dicitur super custodiam meam stabo etc. loquitur de seipso submetaphora custodis fortalicii obsessi. talibus enim custodibus assignantur loca diuersa ad defendendū & uocant̃ custodie eorum. & quilibet est ualde attentus super locum suum. & hoc mō dicit Propheta se diligenter attendere ad percipiendum diuinum responsum. & quid respondeam ad arguentem me. si male mouit questionem & indiscrete. Et respondit

Hic conſequenter deſcribitur diuina reſpõſio. Circa quam dominuſ primo determinat ſui reſponſi deſcriptionem. Secundo explicat ipſam reſponſionẽ ibi & quó. Circa p̃mú dicit ſcribe uiſum id eſt uiſionem tibi oſtendẽdã ad futuram memoriam. & explana id eſt lucide & intelligibiliter deſcribe. ut percurrat qui legerit eam id eſt faciliter poſſit intelligere quia adhuc uiſuſ procul. iſtud refertur ad hoc quod predicitur. ſcribe uiſum: q.d. ideo ſcribenda eſt uiſio ne detur obliuiói quia nó implebitur ita cito. & apparebit in finem id eſt finaliter implebitur. & ſic apparebit per effectum. & non mencieẽ id eſt ueritaſ eiuſ oſtendetur. ſi moram fecerit tardando ultra tuum deſiderium. expecta illum id eſt impletionem uiſionis pacienter. quia uenienſ ueniet ſecundum meam ordi/ nationem. & non tardabit ultra rationem licet uideatur tibi uel potiuſ infirmiſ. quoꝝ perſona aſſumiſ propter impletionis deſiderium. Ecce qui incredulus eſt uerbis diuinis non erit recta anima eiuſ quia diſtorta eſt a rectitudine ueritatis prime. Iuſtuſ autẽ in fide ſua uiuet uita gratie. Et ideo intelligitur de fide formata caritate. Et quomó Hic conſequenter deſcribitur deſtructio regni Babylonis. & iuſte ſcilicet propter ſex uitia in illo regnantia & ſecundum hoc diuidit̃ in ſex parteſ que patebunt proſequẽdo Ad maiorem intelligentiam dictorum & dicendorum ſciendum q̃ regnum Babylonie cepit eſſe multum potenſ tempore Nab. & durauit hec potentia tempore ſuo & filii ſui & cepit debilitari tempore nepotiſ ſui Balthaſar ſub quo deſtructum fuit regnú Dañ. quinto Propheta igitur loquenſ de Rege Babylonis de tempore uniuſ iſtorum tranſit ad loquendum de tempore alteriuſ quia quaſi una perſona in hoc repſentat̃. licet pro maiori parte loquatur de tempore Nab. Vnum igitur uitium propter quod Regnú Babylonis fuit deſtructum: eſt irreuerẽtia diuina quam cepit Balthaſar q uaſa cõſe/ crata diuino cultui uſibuſ humanis applicauit & bibit in eis & optimateſ eiuſ & uxoreſ & concubine & interfectuſ fuit Balthaſar eadem nocte Dañ. quinto ideo dicit̃. & quó uinum in uaſis ſacris potatum. potantem decipit quia per hoc iram dei meruit. ſic erit uir ſuperbuſ ſcilicet Balthaſar qui incontemptum dei fecit dicta uaſa in conuiuio ap/ portari. & in hoc fuit deceptuſ. & non decorabitur minuſ dicit & pluſ ſignificabit id eſt inbonorabitur priuatuſ regno & uita qui dilatauit quaſi infernuſ qui eſt inſatiabilis animam ſuam id eſt ambitionem ſuam. & ipſe quaſi morſ nulli parcẽſ pre crudelitate. & non adimpletur id eſt non ſatiatur operibuſ malis. Et aggregabit. Hic ponit̃ ſc̃m uitium qd̃ eſt uiolentia qua Rex Babylóis ſubiecit ſibi alia regna & hoc maxime fuit tempore Nab. de quo dicitur & congregabit ad ſe omneſ genteſ eaſ ſibi uiolẽter ſub/ iciendo. nunquid non oñs iſti ſuper eum parabolam ſument: id eſt uerbum deriſorú q.d. ſic & partim fuit impletum in Nab. quando incurrit amentiam & electuſ fuit ab hominibuſ partim in Balthaſar ſub quo defecit regnum & dicetur. de Rege Babylóis ueh ei qui multiplicat non ſua. per uiolentiam uſq; quo aggrauat contra ſe denſú ſuú lutum quanto eſt denſiuſ tanto ponderoſiuſ. & ſic eſt in rapina quia non eſt ibi ablatio alieni tantum ſicut eſt in ſimplici furto. ſed cum hoc fit iniuria perſone cuiuſ bona ui/ olenter rapiuntur. & propter talem aggrauationem denſo luto comparatur. nunquid non reſurgent que mordeant te? q.d. ſic quia Medi & Perſe Regem inte rfecerunt & bona rapuerunt. & populum captiuauerunt quia tu ſpoliaſti genteſ multaſ. bona eorum uiolẽter auferendo ſpoliabunt te omneſ qui reliqui fuerint de populis a te ſpo/ liatis quia comiunxerunt ſe Medis & Perſis contra Balthaſar: propter ſanguinem ho/ minis id eſt hominum a te occiſorum & iniquitatem terre ciuitatis id eſt propter iniqui/ tatem quam conmiſiſti interra Iudee & in terra Hieruſalem quorum habitatoreſ pti occidiſti partim captiuaſti. Veh qui cõgregat. Hic ponit̃ tertiú uitium q̃ eſt auaritia

cum dicitur: ueh q cõgregat auariciam. dicitur autem auarus quasi erus auidus qui nõ potest saciari. ut sit in excelso nidus eius id est ciuitas regia sit potentissima. & fortissima sic fecit Nab. de quo se iactauit Dañ. iiii. Nonne hec est ciuitas magna Babylon. quam edificaui in domum regni in robore fortitudinis mee & in gloria decoris mei. co/gitasti confusionem domui tue quia quanto fuit maior regni exultatio tãto fuit cõ/fusibilior eius depressio tempore nepotis sui Balthasar concidisti populos multos ut de bonis eorum edificares tuam ciuitatem cõtra aiam tuam quia lapis de pariete clamabit etc. ita aperta erit dei uindicta ac si te accusarent lapides & ligna. Veh qui edificat Hic ponit quartum uitium qđ est homicidium cum dicit ueh qui edificat ciuitatem in sanguinibus id est effundens sanguinem multum pro tali edificatione. ideo subdit pu/nitio cum dicatur: nunquid non hec sunt a domino exercituum? q. d. sic. & que sint illa: subdit. laborabũt enim populi id est multitudo Babyloniorum in multo igni scilicet ad extinguendum uel impediendum ciuitatis incendium per Medos & Persas futurum. & gentes scilicet Babylõie in uacuum scilicet laborabunt: quia incendium impedire nõ poterunt. quia replebitur terra Medis & Persis in tanta multitudine q̃ Babylonii nõ poterunt resistere. ut cognoscant gloriam domini id est potestatem eius gloriosam p̃ experientiam sue uindicte que quidem potestas erit quasi aqua operientes mare id est profundum maris. q. d. sic uindicta ueniet super regnum Babylonis q̃ non apparebit ultra sicut nec fundus maris. Veh qui potum dat. Hic ponitur quintum uitium: qđ fuit ignominia illata dignitati Regie dicunt enĩ Hebrei q̃ Nab. ad ostentationẽ sue uictorie fecit adduci in cõuiuio sollẽni Sedechiam incathenatum & fecit sibi dari potũ ualde laxatiuum & sic fedatus fuit in conspectum omniũ qui sentiens se habere in tãto ludibrio mortuus fuit pre dolore: & hoc est quod dicitur. Veh qui potum dat amico suo. fuerat enim Sedechias amicus Nab. qui fecerat eum Regem. iiii. Regum. xxiiii. mittens fel suum id est immiscens quid laxatiuum ultra modum quod dicitur fel ex ef/fectu: quia duxit Sedechiam ad mortis amaritudinem & quia ex corde felleo p̃cessit tale factum ut aspiciat nuditatem eius id est uerecundiã. repletus est ignominia scilicet Sedechias pro gloria que deberet sibi fieri pro dignitate regia. propter quod Nab. considerans se male egisse fecit eum sepeliri honorifice Hie. xxxiii. bibes tu quoq; id est bibes confusionem a domino tibi preparatam. & consopiere id est consopieris uersus in amentiam. circundabit te calix id est pena a deo infligenda. & uomitus ignominie super gloriam tuam id est post gloriam regni ignominia superueniet tibi. & subditur causa: quia iniquitas Libani id est templi per te destructi quod habetur et in plu/ribus locis dicitur Libanus eo q̃ fuit factum de lignis Libani. iiii Regum. v. & uasti/tas animalium id est ablatio sacrificiorum. deterrebit eos scilicet destructores templi & cultus diuini propter hoc enim Chaldei meruerunt destrui. & non solum hoc meruerũt propter peccatum in deum sed etiam í proximum: ideo subdit de sanguinibus hominis id est hominũ per Chaldeos effusis & iniquitatẽ terre id est exercitam in regno Iude ciuitatis. s. Hierusalem a Chaldeis destructe & omnium habitantium in ea qui a Chal/deis fuerunt atrociter uulnerati & captiuati. Quid prodest. Hic ponitur sextum uitium propter quod regnum Babylonie fuit destructum scilicet idolatrie uitium cum dicitur quid prodet sculptile. q. d. nihil quia sculpsit illud fictor & ideo nihil habet numinis aut uirtutis. ut faceret simulacra multa in quo notatur ipius Babylõie multi/plex idolatria. Ex hoc patet q̃ Propheta non loquitur hic de statua aurea in qua Nabuc. faciebat se adorari Dañ. tertio ut dicunt aliqui: sed de idolis que ipse colebat. nunquid ipse docere poterit scilicet lapis sculptus. q. d. non: & omnis spiritus non est in

uiſceribuſ eiuſ id eſt nulluſ ſpiritus eſt ibi quia omniſ non eqpollet nullo. dominuſ aũt in templo ſancto ſuo id eſt in celo ubi magiſ refulget eiuſ gloria: ſileat a facie eiuſ oĩs terra. diuinitatem eiuſ nulli alii attribuendo. .III.

DOmine audiui. Hic ponitur oratio Prophete cui tamen premittitur taliſ tituluſ. In Hebreo & eſt de integritate textuſ ſicut ſunt tituli in libro Pſal. prout ibi/dem fuit dictum. oratio Abacbuc pro ignorantiſ. & dicũt hic aliqui q̃ Propheta pec/uit ex ignorantia murmurãdo de diuiniſ iudiciis quaſi minuſ rectiſ dicenſ. c. 1. ꝓpterea egreditur iudicium peruerſum. & ideo addita diuina reſponſione peccatum ſuum cog/nouit. & pro eiuſ remiſſione orauit. ſed non uidet̃ mihi ueriſimile q̃ Propheta a deo illuſtratuſ & inſpiratuſ ignorauerit diuina iudicia fore recta ſaltẽ in generali licet modũ rectitudiniſ forſitan ignorauerit inparticulari & per conſequenſ non eſt ueriſimile q̃ de eiſ murmurauerit in perſona propria. Sed aſſumenſ perſonam infirmor̃ dediuiniſ beneficiuſ murmurantium ſicut ibidem fuit dictum & hoc apparet eo q̃ dicitur hic. pro ignorantiiſ in plurali ſi enim loqueretur in perſona propria conuenientiuſ diceretur in ſingulari pro ignorantia. ſicut igitur accepit perſonam infirmorum murmurando ita hic orando ut peccatum ignorantie eiſ remitteretur a domino. Domine audiui. Hic conſequenter ponitur oratio in qua Propheta ſic procedit quia primo denuntiat de/ſtructionem Babyloniſ. ſecundo modum captiuitatis ibi nunquid in fluminibuſ. tertio p/rumpit i laudem deuotioniſ ibi ego autem. Sicut ſupra dictum eſt Propheta deſidera/bat potentiam Chaldeorum deſtrui propter eorum maliciam & de eiuſ deſtructione audiuerat diuinam reſponſionem ca. ii. ideo exclamat. domine audiui auditionem tuã id eſt penam Chaldeorum futuram quam audire me feciſti: & timui. pre admiratione rigoriſ tue iuſticie uel aliter: timui. de pena infirmorũ populi mei de tuiſ iudiciis mur/murantium. domine opuſ tuum. id eſt punitionem Chaldeorum que fiet uirtute tua magiſ quam humana. in medio annorum uiuifica illud id eſt uiuificabiſ ponendo in effectu & iſtud medium annorum referunt aliqui ad Balthaſar qui interfectuſ fuit in uirili etate. & ſic in medio annorum ſuorum uidetur autem mihi q̃ meliuſ poteſt re/ferri ad annoſ deſtructioniſ templi a cuiuſ deſtructione uſq; ad primum annum Cyri fluxerunt. lu. anni ſecundum Hebreoſ & inde uſq; ad eiuſ reparationem ſexto anno Darii. xlvi. anni. Io. ii. xl. &. vi. anniſ edificatum eſt templum hoc: & certum eſt q̃ hoc dicebatur de tẽplo per Zerobabel reedificato Balthaſar uero i quo defecit Chal/deorum regnum per duoſ annoſ fuit occiſuſ ante primum ãnum Cyri i quibuſ Dariuſ Meduſ regnauit Dañ. v. & ſic occiſio Balthaſar fuit quaſi in medio dictorum annor̃ quia. l. ſunt ex una parte &. xlviii. ex altera cum iratuſ fueriſ. populum Iude captiuando. miſericordie recordaberiſ ipſum per Cyrum liberando. Deuſ ab auſtro Hic alludit Propheta hiſtorie eductioniſ populi de Egypto que eſt ad auſtrum re/ſpectu Iudee. & eſt ſenſuſ. deuſ ab auſtro ueniet id eſt ſicut deuſ a parte auſtrali uenit populum ad terram promiſſioniſ deducendo ſecundum illud Deutero. ii. nouit dominuſ iter tuum habitãſ tecum. xl. anniſ: ſic ueniet cum Mediſ & Perſiſ ad liberandum ipm de captiuitate Babylonica & ſanctuſ id eſt deuſ qui eſt ſanctuſ ſanctorum de monte Pharan id eſt ſicut perduxit poplum per locum illum Numeri. x. ita deducet populũ ſuum reducendo in Iudeam operuit celoſ gloria eiuſ id eſt poteſtaſ eiuſ gloriоſa in de/ſtructione Babylonie. laudiſ eiuſ plena eſt terra. quia de illa deſtructione multe re/gioneſ gauiſe ſunt: que fuerant a Chaldeiſ afflicte ut dictũ eſt. c. precedenti. ſplẽdor eiuſ id eſt fulgor armorum exercituſ Cyri & Darii qui dicitur ſplendor dei eo q̃ ille exercituſ erat executor diuine iuſticie. cornua in manibuſ eiuſ id eſt arcuſ extenti &

baliſte quia Perſe & Medi erant optimi ſagittarii ibi abſcondita eſt fortitudo eius. qa uictoria illi exercitui conceſſa magis fuit uirtute diuina latente q̃ humana. ante faciẽ eius ibit morſ. In Hebreo habetur. peſtilentia. aduentũ enim Cyri & Darii contra Babyloniam preceſſerit mortalitas debilitãs uirtutẽ Chaldeorum. egredietur diabolus ãte pedes eius. qa tales percuſſiones communiter fiunt per demones ſicut dicit̃ de Egyptiis Pſal. lxxvii. immiſſiones per angelos malos. Stetit. hic incipit uerſus alius in Hebreo & referẽ ad exercitum Cyri & Darii qui ſtetit in obſidione Babilonie uſq; ad eius captionem: ideo ſubditur: & menſus eſt terram. qa terra Babylonie fuit diuiſa principibus ſecundum ſuam proportionem. aſpexit aduerſarios confidenter. & diſſoluit gentes Babylonie & eã adiuuantes. & cõtriti ſunt mõtes ſeculi id eſt maiores Principes Babylõie qui ante erant altiores in hoc ſeculo. Incuruati ſunt colles id eſt humiliati & detecti Principes minores ab itineribus eternitatis eius id eſt a proceſſibus exercituum Cyri & Darii ab eterno preuiſi a deo. pro iniquitate ſcilicet deſtructionis templi a Chaldeis ut dictum eſt ca. precedenti. uidi tentoria Ethiopie ſcilicet turbata & ſimiliter Madiã. Vnde q̃ dicitur hic pelles. in Hebreo habetur cortine. Iſti enim populi fuerunt cum Nabu in deſtructione templi. & cum nepote eius Balthaſar fuerunt debellati. Nunquid. Hic conſequenter ponitur modus captionis & diuiditur in tres partes quia Prophcta primo denuntiat captionis modum. ſecundo approbat diuinum iudicium ibi. audiui. tertio reuertitur ad propoſitum ibi. ficus enim. Prima adhuc in duas quia p̃mo iſte modus exprimitur. ſecundo hiſtorie Ioſue alluditur ibi: ſol & luna. Circa primum ſciẽdum q̃ Perſe & Medi uidentes ciuitatem Babylonie inexpugnabilẽ ꝓpter murorũ altitudinem & fortitudinem longe a ciuitate diuiſerunt fluuium Euphraten in plures alueos & ſic per alueum principalem diminutum intrauerunt ciuitatem ubi non erat murus. & hoc eſt q̃ dicitur: nunquid in fluminibus id eſt in Euphrate qui dicitur fluuius in plurali tum propter eius magnitudinem tum propter diuiſionem dictam. Iratus es domine inferẽdo Babylõis effectũ tue uindicte. q. d. ſic uel in mari id eſt i Euphrate qui nominatur mare more Hebraico quo omnis congregatio aquarum magna mare dicitur: ſecundum illud Ge. i. Congregationesq; aquarũ appellauit maria. indignatio tua. contra Babylõios. q. d. ſic. non enim talis diuiſio Euphratis uidebatur poſſe fieri ſine ſpeciali adiutorio dei qui aſcendes. ſic eſt in libris correctis. & in Hebreo ſuper equos tuos id eſt ſup equos Medorũ & Perſarũ dando eis & equitibus uirtutem capiendi Babolonem. & quadrige tue. in quibus pugnabant antiquitus ſaluatio. captio enim Babylonie fuit ſaluatio populi Iude per Cyrum liberantem eum a captiuitate. ſuſcitans ſuſcitabis arcum tuum. id eſt arcus Medorum & Perſarum qui dominatur tui: quia ad executionem tue iuſticie extenti. iuramenta tribubus que locutus es id eſt ad ſeruandũ iuramẽta que feciſti Abrahã Iſaac & Iacob de terra a tribubus poſſidenda quia per te redierũt due tribus & aliqui de. x. in Iudea Fluuios ſcindes id eſt Euphraten mõ ſupra dicto ita q̃ eſt repetitio eiuſdem ad maiorẽ expreſſionem. uiderunt te in effectu poteſtatis tue. & doluerunt montes id eſt ſuperbi Babylonii. gurges aquarum tranſiit id eſt impetus Euphratẽ a ſuo alueo diuertit mõ predicto. dedit abyſſus uocem ſuam id eſt funduſ Euphratis denudatus aquis ita oſtendit dei uirtutem ſuper Babylonios ac ſi clamaret ſicut dicitur ca. precedẽti lapis de pariete clamabit altitudo id eſt ipſe deus qui nõ ſolũ dicit̃ altus in concreto ſed etiam altitudo in abſtracto ſicut dicitur ueritas & iuſticia & hoc propter excellentiam ſue altitudinis. Sol & luna. Hic Prophcta alludit hiſtorie Ioſue cum dicitur. ſol & luna ſteterunt. etc. ſicut ſteterunt Ioſue pugnante contra Chananeos in ſignum diuine uirtutis ſibi aſſiſtentis ſic aſſiſtet uirtus

dei Medi⁹ & Perſi⁹ pugnantibuſ contra Chaldeoſ ideo ſubditur. in luce ſagitte tue⁊ ibunt & eorum ſagitte ad te dirigentur ad interficiendum Chaldeoſ & ſimiliter eo⁊ haſte ꝓpter qđ dicũtur tue quia a te directe in executiõem tue iuſticie ſ fremitu exercitu⁹ Cyri & Darii. cõculcabi⁹ terram ſcilicet Babylonie & ſ furore id eſt in uindicta tua obſtupefacie⁹ gente⁹. ad auxilium Babyloniorum uenientes. egreſſu⁹ es id eſt egredieri⁹ cum Medi⁹ & Perſi⁹ eoſ dirigendo in ſalutem populi tui. quia per illam victoriã Cyru⁹ dedit populo licenciam reuertendi in Iudeam ideo ſubditur. in ſalutem cũ Xp̃o tuo id eſt Cyro de quo dicitur Eſaie. lv. hec dicit dominu⁹ Chriſto meo Cyro etc. ſciendum tamen ꝙ Cyru⁹ non dicitur ibi Chriſtu⁹ niſi inquantum fuit figura Ieſu Xp̃i. Et ideo hec littera ad Ieſum Chriſtum principaliter eſt referenda ut ſit ſenſu⁹ ſicut fuiſti cum Cyro ad liberationem populi tui de inferno que ſalu⁹ eſt figuranda per ſalutẽ populi a Cyro datam percuſſiſti caput id eſt Balthaſar Regem denudaſti fundamentum id eſt manifeſte oſtendiſti multiplex eiu⁹ uitium per uindicte tue effectum. maledixiſti ſceptri⁹ eiu⁹. i. dominationibu⁹ eiu⁹. capiti bellato⁊ id eſt ꝑncipi ſue militie & ſubditur cauſa uenientibu⁹ ut turbo id eſt cum impetu & furore. ad diſpergendum me id ẽ populũ meum in Hieruſalem & Iudea exultatio eorum etc. in deſtructione ciuitati⁹ & templi & captione populi. Viam feciſti in mari. Hic Propheta reuertit̃ ad narrandum captioni⁹ Babylonie modum ſicut in cantileni⁹ idem frequenter repetit̃ qui modu⁹ fuit per diminutionem Euphrati⁹ qui dicitur hic mare ſicut ſupra cum dicit̃ uiam feciſti in mari ſcilicet in Euphrate. equi⁹ tui⁹ id eſt equi⁹ Medorum & Perſarũ qui dicuntur tui eo ꝙ a te directi in executione tue iuſticie in luto aquarum multarũ quia alueu⁹ Euphrati⁹ nõ erat totaliter exiccatu⁹ & ſic erat lutum derelictum ab aqui⁹ multi⁹ que ibi ante fuerant. Audiui. Hic conſequenter Propheta approbat iudiciũ diuinum de captiuatione populi ſui ad purgationem peccatorum. d. audiui. ſcilicet populum infirmum murmurantem contra tuum iudicium de eiu⁹ captiuatione. & cõturbatu⁹ eſt uenter meu⁹. quia timui ne ſuo murmure ad iram prouocauerit te. a uoce. ſ. murmuri⁹ eorum. contremuerunt labia mea. quaſi loqui non potentia. ſed tantũ cum tremore moueri. ingrediatur putredo. q. d. captiuitas ſuper uoſ ĩducta qua aliquãdo putrefiunt corpora eſt pacienter toleranda: ut requieſcam. a labore captiuitati⁹ in die tribulationi⁹ id eſt in tempore Babylonice deſtructioni⁹. & aſcendam de Chaldea in Iudeam per Cyri licentiam. ad populum accinctum noſtrum id eſt armi⁹ paratum ſic. n. aſcenderunt filii Iſrael de Babylone propter periculum hoſtiũ in uia uel dicit̃ populu⁹ accinctu⁹. i. diſpoſitu⁹ ad gradiendũ: & loquit̃ in populi perſona de Babylone rediturꝝ quia tempore illiu⁹ captiuitati⁹ ipſe erat in Iudea ſecundum hiſtoriam Danieli⁹. xiii. ca. quamui⁹ enim non ſit autentica tamen probabili⁹ reputatur. Ficu⁹ enim ſupra poſuit Propheta modum captioni⁹ Babylonie ex debellatione ciuium hic idem oſtendit ex defectu victualium. dñ⁹. n. ante aduentum Cyri & Darii contra Babyloniam induxit terre ſterilitatem ita ꝙ fortalicia non potuerunt ſufficiẽter muniri. ideo dicit̃: ficu⁹ enim nõ florebit id eſt ita modicũ florebit: quod faciet fructũ modicum quaſi ꝓ nihilo reputatum: ſecundum quod dicitur. ii. Phyſico⁊ ꝙ modicum eſt: nichil reputat̃ & etiam ſecundum communem modum loquendi quo dicitur nihil eſſe in arboribu⁹ qñ eſt ibi modicu⁹ fructu⁹ & ita intelligitur ꝙ ſubditur de uineis oliui⁹ & aru⁹ abſcidet̃ de ouili pecu⁹ etc. quia propter defectum paſtu⁹ animalia poterunt parum fructificare. Ego aũt audita babilonis deſtructione & populi Iude liberatione Propheta exclamat dicẽs ego autem in dño gaudebo. applaudens diuine iuſticie & liberationi populi Iude & exultabo in deo Ieſu meo id ẽ ſalutari meo liberã⁹ populũ meũ de captiuitate

Babylonica & ſecũdum hoc Ieſu eſt nomen appellatiuũ.ſed q̃a ſicut dictũ eſt liberatio de captiuitate Babylonica figura fuit liberationiſ patrum de lymbo inferni tunc fiẽda per Ieſum Chriſtum & utranq; liberationem uidebat Propheta futuram ideo Ieſu eſt hic etiam nomẽ proprium. deuſ dominuſ fortitudo mea. educendo me ſua uirtute p̃mo de Babylone poſtea de inferno ut dictum eſt: & ſic eſt uerbum Prophete loquentiſ in perſona populi in Babylone captiuati & in lymbo detẽti. & ponet pedeſ meoſ quaſi ceruorum. quia redeuntibuſ de Babylone dedit uirtutem & agilitatem gradiendi & liberatiſ de lymbo uirtutem egrediendi & ad celum aſcendendi: ideo ſubditur. & ſuper excelſa mea deducet me uictor quia populuſ de Babylone redienſ aſcendit in Iudeam que eſt terra montoſa & potiſſime quia uenit in Hieruſalem. & ibi templum fundauit in monte Moria. i. Eſdre. iii. & detenti in inferno aſcenderunt in celum cum uictore Chriſto in pſalmiſ canentem quia populuſ rediẽſ de Babylone deum laudabat in uia. & magiſ in termino. i. Eſdre. iii. & ſãcti cum Chriſto aſcendenteſ cum diuiniſ laudibuſ aſcenderunt in illiſ ſine fine perſeuerenteſ Pſal. lxxxiii. beati qui habitant in domo tua domine in ſecula ſeculorum laudabunt te. Ad quam noſ perducat etc.

Incipit Sophoniaſ .I.

VErbum domini prophetia Sophonie in duaſ parteſ diuiditur in p̃/hemiũ & tractatũ qui incipit ibi: congreganſ. In p̃hemio notificat Sophonie ſtatuſ genuſ & tẽpuſ. Statuſ: cũ dicitur. uerbum domini quod factum eſt ad Sophoniam per hoc enim oſtenditur ipſum fuiſſe Prophetam. ii. Petri. i. Non uoluntate humana allata eſt aliqñ propheta ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei hominеſ Et iſte ſtatuſ eſt quaſi mediuſ inter deum & communem populum propter quod Prophete dicuntur dii participatiue ſecundum quod exponit ſaluator illud Pſal. Ego dixi dii eſtiſ: dicenſ Io. x. ca. illoſ dixit deoſ ad quoſ factuſ eſt ſermo dei. ſecundo notificatur eiuſ genuſ cum dicitur: filium Chuſi etc. & ſecundum regulã Hebreorum iſte fuit Propheta eo quod exprimitur. nomen eiuſ in principio prophetie filii ſui ſicut dictum fuit Eſaie. i. & idem eſt de aliiſ tribuſ hic nominatiſ licet non habeantur eorum prophetie & ſic patet q̃ iſte Sophoniaſ non ſolum fuit Propheta ſed de genere prophetali quia pater eiuſ auuſ proauuſ & attauuſ fuerunt Prophete. tertio notificatur tp̃ſ: cum dicitur in diebuſ Ioſie. etc. exquo patet q̃ iſte prophetauit ante tẽpuſ captiuitatiſ Babylonice. Congreganſ. Hic conſequenter ponitur tractatuſ qui diuiditur in duaſ parteſ ſcilicet in partem cõminatoriam & conſolatoriã que incipit. iii. ca. Prima in duaſ quia primo cõminatur peccatoribuſ generaliter. ſecundo magiſ ſpecialiter ibi. & extendam. Circa primum dicit Propheta in perſona domini. congreganſ congregabo omnia a facie terre & iſta congregatio non eſt ad ſalutem. ſed ad penam quod patet ex fine huiuſ partiſ ubi dicitur: & diſperdam hominеſ a facie terre & hoc modo accipitur congregatio Abachuc. i. totum in hamo ſubleuauit & cõgregauit in rete ſuum & ſic cõminatur penam peccatoribuſ generaliter cum dicitur. congreganſ hominem id eſt hominеſ peccatoreſ ad penã. & quia bruta propter hoiem facta ſunt: Ideo comminatur q̃ hec pena extendi debeat ad ipſa cum dicitur: & pecuſ etc. Et extendam. Hic conſequenter cõminatur. peccatoribuſ ſpecialiter & primo Iudeiſ. Secundo Prophetiſ extraneiſ. ca. ii. Prima diuiditur in quinq; parteſ quia primo fit cõminatio ſacerdotibuſ. ſecundo principibuſ. tertio uulgaribuſ. quarto ſe

occultantibuſ. quinto concluditur tribulationiſ ponduſ. parteſ patebunt proſequẽdo iſta tñ diuiſio non eſt ſic preciſa quin de ſententia uniuſ partiſ ponatur aliquid ſ alia ſicut fit communiter in diuiſionibuſ aliuſ prophetarum. Circa primum dicitur in pſona dei: & extendam manum meam ſuper Iudam. ad puniendum eiuſ populum peccatorẽ & ſuper omneſ habitatoreſ Hieruſalem que erat metropoliſ Iude & ibi uigebat uitiũ idolatre in quo magiſ erant culpabileſ ſacerdoteſ qui tenebantur illud extirpare & diuino cultui intendere. ideo ſubditur. & diſperdam de loco reliquiaſ Baal id eſt idolatrie cultum. & nomina edituorum cum ſacerdotibuſ. edituꝰ dicuntur cuſtodeſ loci idolatrie quaſi edem tuenteſ. & illoſ qui adorant ſuper tecta miliciam celi id eſt Solem et Lunã & alioſ planetaſ. tecta enim domoꝝ illiuſ terre erant plana. ideo ibi aſcẽdebãt idolatre ad uidendum & colendum pleniuſ ſydera. & iurant in Melchon. quia ſimul cũ domino colebant idola. & in eorum reuerentiam iurabant per ipſa. & qui auertuntur de poſt tergum domini. i. ſilebitiſ ſicut detecti & confuſi quia iuxta eſt dieſ domini id eſt tempuſ ſue uindicte. quia preparauit dominuſ hoſtiam id eſt populum Iude ad occiſionem. ſanctificauit uocatoſ ſuoſ. In Hebreo habetur preparauit. uerbum enim Hebraicum hic poſitum equiuocum eſt ad preparare & ſanctificare. Hebrei ſecunꝺ unam ſignificationem. & tranſlatio noſtra aliam: poſſunt etiam iſti dici uocati a deo ſanctificati id eſt applicati ad executionem diuine iuſticie. & iſti fuerunt Chaldei. Et erit. hec eſt ſecunda parſ in qua comminatur Principibuſ cum dicitur. & erit ſ die hoſtie domini id eſt occiſioniſ peccatorum ſecundum ordinem diuine iuſticie. uiſitabo ſuper Prícipeſ & ſuper filioſ Regiſ. Principeſ enim Sedechie & filioſ eiuſ fecit Nab. occidi & oculoſ eiuſ erui. iiii. Regum ultimo. & ſuper omneſ qui induti ſunt ueſte peregrina id eſt ueſtibuſ cultui alienorum deorum deputatiſ. talibuſ enim utebantꝰ ſacerdoteſ Iudeorum aliquando quia cum domino etiam idola colebãt ut dictum eſt. & uiſitabo ſuper omnem qui arroganter ígreditur ſuper limen. ingredienſ domum dñi magiſ ad ſuam pompam q̃ ad dei reuerentiam in Hebreo tamen habetur. ſuper oẽm tranſilientem limen. quia aliqui uolenteſ ſacerdoteſ dagon & eiuſ cultoreſ imitari qui non calcant ſuper limen templi dagon. i. Regũ. v. ſic ingredienteſ templum domini limen tranſiebant abſq; eiuſ calcatione ſecundum quod dicit hic Ra. Sa. qui complẽt domum dñi dei ſui iniquitate & dolo id eſt tractãteſ negotiatiõeſ & cõſimilia ut patet Io. ii. quẽ habent iniquitatem & dolum annexa. Et erit. Hec eſt tertia parſ in qua comminatur uulgaribuſ. d. uox clamoriſ a porta piſcium. ſic nominata quia reſpiciebat mare & per illam piſceſ inferebantur in Hieruſalem & erat in muro exteriori & ululatuſ a ſecunda ſcilicet a porta ſibi correſpondente in muro ſecundo & contritio magna a collibuſ id eſt a monte Syon in quo erat templũ & domuſ regia que claudebatur muro tertio. triplicem enim clauſuram fecit Salomon in Hieruſalem & per iſta oſtenditur q̃ totuſ populuſ ciuitatiſ eſſet affligenduſ in omni parte. Vlulate habitatoreſ Pile. id eſt Hieruſalem ut dicunt expoſitoreſ noſtri communiter que dicitꝰ pila eo q̃ eſt in medio Iudee ſicut peſ pontiſ q̃ pila dicitꝰ ẽ in medio eiuſ. unde uerſuſ Eſt pila peſ pontiſ pila luduſ pila taberna.

In Hebreo habetur habitatoreſ Hamaqueteſ & ſonat profũdam in Latino & dicit Ra. Sa. q̃ illa eſt ciuitaſ que uocatur Tybertaſ nominata profunda eo q̃ eſt in dimiſſiori loco Iudee conticuit omniſ populuſ Chanaan id eſt Iudeoꝝ ſiue Iudee quia ibi habitauerũt Chananei ãte filioſ Iſrael & q̃a filii Iſrael imitabantꝰ moreſ Chananeoꝝ diſperierunt omneſ inuoluti argento id eſt pleni diuitiiſ male acquiſitiſ que inuoluũt hominеſ peccatiſ ſecundum illud Ti. vi. Qui uolunt diuiteſ fieri incidunt in laqueũ

& temptationem diaboli etc. Et erit. Hec est q̃rta pars in qua cõminatur Propheta latentibus dicens scrutabor Hierusalem in lucernis. quia capta ciuitate Iudei cum luminaribus querebant absconditos in locis subterraneis & obscuris. & uisitabo. inferẽdo penam super uiros defixos in fecibus suis id est obstinatos in peccatis suis qui dicunt in cordibus suis male sentiendo nõ faciet dñs bene cultoribus suis: & non faciet male suis contemptoribus ceciderunt in errorem illorum qui dicunt dei prouidentiã nõ extẽdi ad hec inferiora ex quorum persona dicitur Iob. xxii. Circa cardines celi pambulat nec nostra considerat. & erit fortitudo eorum id est diuitie eorum. Vnde in Hebreo habetur. substantia eorum in direptionem Chaldeis & domus eorum in desertum etc. Iuxta est. Hec ẽ ps quinta in qua concluditur pondus tribulationis imminentis cũ dicit. iuxta est dies domini magnus magnitudine sue uindicte. uox diei domini amara quia omnes clamabunt pre amaritudine & angustia. tribulabitur ibi fortis. & multo magis alii. dies illa dies ire. i. dies uindicte dies tribulatiõis. exterius & angustie interius dies calamitatis id est luctus. & miserie id est cuiuslibet boni defectus. dies tenebrarum & caligenis. q. d. tanta erit tribulatio ꝙ nullus poterit uidere locum fugiendi seu se abscondendi. & turbinis. id est impetus Chaldeorum omnia rapientis. dies tube & clangoris Chaldeos ad bellum incitantis. & super angulos excelsos id est turres excelsas que solent fieri in murorum angulis & ambulabunt ut ceci id est incidentes in periculis undiq; sicut cecus ambulans cadit in foueam. & impingit in lapidem & subdit causa: qa domino peccauerunt. multipliciter: ut patet per supradicta. & effundet sanguis eorꝝ sicut humus id est ita ꝙ tota erit operta sanguine. & corpora eorum sicut stercora id est dimittentur insepulta in igne celi eius id est uindicte dei deuorabitur omnis terra. scilicet Iudee de qua loquitur Propheta. .II.

Conuenite postq̃ Propheta cõminatus est Iudeis. Hic consequẽter comminatur extraneis. & diuiditur in duas partes quia primo continuat se ad dicta. secundo exequitur dicenda ibi: quia Gaza. Circa primum post commination em. c. precedẽti positam inducit populũ suũ ad penitentiã ut euadat penam comminatam. d. cõuenite per mutuam delectionem. congregamini in loco diuini cultus ad impetrandum peccatorum uestrorum remissionẽ. priusq̃ pariat uisio id est antequam pena mihi ostensa reuelatione diuina super uos ueniat in effectu quasi puluerem transeuntem diem. Ista littera apud Hebreos dicitur truncata quia ad eius intellectũ oportet supplere aliqua. & continuatur sic precedenti littere. priusq̃ pariat uisio id est pena preuisa tollat uos de terra uestra ita uelociter sicut uentus tollit puluereꝫ & sicut sol suo transitu uelociꝰ facit diem. anteq̃ ueniat super uos ira furoris domini id ẽ pena sue uindicte anteq̃ ueniat super uos dies indignationis eius. repetitio est eiusdem sententie ad maiorem assertionem & sic est in Hebreo propter quod aliqui male corrigunt detrahẽtes istud quasi non sit de textu. querite dominum omnes mansueti terre. ut per uestram iusticiam & orationem aliis parcatur a pena cõminata sicut Ge. xviii. dixit dominus se uelle parcere toti ciuitati Sodomorum pro. x. iustis si ibi inuenirẽtur. querite iustũ etc. id est ipsum deum considerando eius iusticiam & mansuetudinem. q. d. sicut cõminatus est penã peccatoribus ex sua iusticia sic paratus est parcere penitentibus ex sua misericordia. Quia Gaza. Hic consequenter Propheta exequit̃ dicenda extraneis cõminando & primo Philistheis. Secundo Moabitis & Ammonitis ibi audiui. Tertio Ethiopibus & Assyrijs ibi: sed & uos. Circa primum dicit: quia Gaza destructa erit q. d. ꝓpter hoc monui uos ad penitentiã quia terra Philistinoꝝ que ẽ uestra fortior destruet̃ ꝓpter sui obstinationẽ in peccato & exꝑmit hic nomina quattuor ciuitatũ. &

consequenter toti populo comminatur. d. ueh qui habitatis funiculum maris id est ptē terre sitam supra mare. trera enim Phylistinorum sita est supra mare mediterraneum uerbum domini super uos Chanaan. qui erat una portio regnorum Chanaā ut patet in libro Iosue. & erit funiculus maris. id est terra Phylistinorum requies pastorū. qa destructis ciuitatibus & erectis habitatoribus terra remanebat in culta. & sic solis pas/cuis apta. & erit funiculus eius qui remanserit de domo Iuda etc. id est reuertentes de Babylone ibi pascent animalia sua ad uespeꝛ requiescent cū animalibus suis in caulis. quia uisitabit eos dominus. liberando eos de captiuitate Babylonica per Cyrum. Audiui hic consequenter commīatur Moabitis & Ammonitis dicens in persona dei. Audiui obprobrium Moab etc. dicit hic R.a. Sa. ꝙ cū Iudei ducerent in Babylonē captiui gementes & flentes Moabite & Ammonite per quorum terram ducebant de/risorie eis dicebant: q̄re lugetis & tristamini qa ad terram uestram ducimini. Inde enim natus fuit Abraham pater uester Ge. xi. & magnificati sunt super terminos eorum. quia Iudeis in captiuitatem ductis Moabite & Ammonite occupauerūt partem terre eorum & subditur pena. propterea uiuo ego dicit dominus id est ꝙ sicut uerum est ꝙ ego sum uita per essentiā sic punient Ammonite & Moabite. quia Moab ut Sodoma erit etc. li ut non dicit hic equalitatē qa iste terre nō fuerunt sic subuerse sed ad tpus fuerunt non habitate habitatoribus eius & cultoribus ptim occisis & partim captiuatis siccitas spinarum. id est non crescent ibi nisi spine & acerui salis. sal enim reddit terram sterilem ideo per hoc designatur sterilitas terre propter defectum culture ut dictum est. usq; in eternum. in Hebreo habetur usq; in seculum. & ideo eternum nō ꝑportat hic perpetuitatem a parte finis sed longitudinem temporis. reliquie populi mei id est reuertentes de Babylonia diripiens eos. quod fuit impletum tempore Machabeorum & causa huius replicatur cum dicitur: hoc eis eueniet etc. & exponatur ut supra. hor/ribilis dominus sup eos. grauiter puniendo. & attenuabit omnes deos terre. idola Mo/abitarum & Ammonitarum conterendo. & adorabunt eum id est dominū. uiri id est Iudei de loco suo id est de templo in Hierusalē per Zorobabel reedificato. omnes insule gentium. id est aliqui de omnibus insulis quia propter sanctitatem templi multi gentiles de diuersis partibus uenebant adorare dominum in Hierusalem ut habet. ii. Regum. viii. & Io. xii. uel potest istud. & attenuabit etc. exponi ut sit de tempore Christi prophetia in quo detecta est idolatria. & omnes gentes adorabunt unum deū licet diuersimode exceptis aliquibus Barbaris in quibus dicitur ab aliquibus adhuc ma/nere idolatria. Sed & uos. Hic ultimo commīatur Ethiopibus & Assyrijs. d. sed & uos Ethiopes. qui frequenter populo meo molesti fuistis. ii. Paralypō. xiii. inter/fecti gladio meo eritis. gladiū suū dicit gladiū Regis Babylonis q̄ i hoc erat executor diuine iusticie. & uictorias agebat diuina uirtute. & tēdat manum suā. i. uindicte sue ptātem. sup aq̄lonē. in illa. n. parte est regnū Assyrioꝝ respectu Hierusalē & ponet sponsam id est Niniuem que erat metropolis in illo regno. Vnde superius Naum. iii. assimilatur meretrici sponse & accubabunt in medio eius greges. q. d. ita diu manebit eius destructio ꝙ in plateis eius crescent herbe animalium pascui apte. & onnocrotalus & erinius etc. tales enim aues & bestie solēt in edificijs destructis habitare. hec ē ciuitas gloriosa id est superba. habitans in confidentia. quia propter magnitudinem sue po/tentie nullum timebat. que dicebat pre nimia supbia ego sum. s. sola. potens. alie aūt ciuitates nullius reputatiōis sunt respectu mei & per ciuitatem metropolin intelligitur regnum quomodo facta est in desertum. q. d. nō est factum sola uirtute humana sed magis diuina omnis qui transibit per eā sibilabit designans ꝙ eius potestas sicut sibilus

transiit. mouebit manum suam. notando mala que regni alii fecit.

VEh prouocatrix. Hec est secunda pars principalis que est populi Israel consolatoria & exponunt aliqui consolationē istā pro reditu captiuitatis Babylonice. Sed aliqua ponuntur hic que non uidentur huic intellectui consona ut uidebit̄ prosequendo propter quod uidetur mihi sine preiuditio: ꝙ istud sit referendū ad cōsolationem factam & fiendam per Christum. Sciendum tamen ꝙ licet aduentus Christi fuerit omnibus consolabilis quātum est de se: factus est tñ tristabilis pluribus Iudeoꝝ pro sua incredulitate. & ideo presens. c. in duas partes diuiditur: quia primo ponitur incredulorum increpatio. Secundo credentium consolatio ibi quia tunc reddā. prima adhuc in duas quia primo increpatur credulitas Iudeorum. secundo ponitur cōuersio finalis eorum ibi dixi. prima adhuc in duas quia primo increpatur culpa. secūdo subditur pena ibi dominus iustus. Circa primum dicitur. ueh prouocatrix & redempta ciuitas columba. ista ciuitas intelligitur Hierusalem secundum omnes expositores Hebraicos & Latinos que dicitur prouocatrix ire diuine propter maliciā Sacerdotū & Scribarum contra Christum insurgentium. & redempta. quantum ad bonos ꝑ Xpi aduentum. & columba propter simplices qui in petēdo mortem Christi fuerūt decepti per Sacerdotes. Mat. iii. non audiuit uocem scilicet Christi predicantis. & nō suscepit disciplinam. recedendo a peccatis. In dño nō est confisa. sed magis in hominibus unde Io. xi. consenserunt consilio Caiphe de morte Christi ne uenirent Romani & tollerēt locum & gentem. ad deum suum scilicet Christum non apropinquauit. sed magis se elongauit. Principes eius in medio eius quasi leones etc. populus enim Iudaicus ꝑ Sacerdotes regebatur & secundū hoc erant Principes & Iudices populi qui dicūtur hic leones rugientes propter crudelitatem contra Christum & lupi erga populum quia eius bona ꝑtim uiolētia partim fraudulentia rapiebant. qa ualde auari & cupidi erant. ut patet ex Euangelio. & Iosephus hoc declarat multipliciter libro de Iudaico bello Prophete eius uani: sicut patet de Caipha qui prophetauit de morte Christi. Io. xi. & tamen fuit pessimus & infidelis licet enim prophetia sua uera fuerit hanc tamen nō intellexit ut ibi declarabitur. sacerdotes eius polluerunt sanctum id est legem & tēplū quia legem dei irritauerunt propter suas traditiōes. Mat. xv. & templum polluerūt permittendo & faciēdo ibi seculares negotiationes. Io. ii. que tamen habent annexa mēdacia & dolositates. Dñs iustus. Hic cōsequēnter ponit̄ debita pena circa quā ꝑmo Christi iusticia ex qua processit punitio ista cum dicitur. Dominus iustus in medio eius id est dominus Iesus Christus qui fuit in medio populi. non solum diuinitate sed assumpta humanitate non faciet iniquitatē in persona propria nec dimittet impunitam in alia. mane mane id est celeriter dabit iudicium suum id est punitionem, suam cōtra ciuitatem & populum incredulum. xlii. anno a passione Christi per Romanos fuit Hierusalem destructa & populus incredulus partim occisus est partim captiuatus in luce. quia punitio ista toto orbi fuit manifesta. nesciuit autem iniquus id ē populus incredulus confusionem sibi futuram ꝑ morte Christi quia si presciuisset nō eam peteruisset. disperdidi gētes de Iudea & dissipati sunt anguli earum. id est Principes ꝗbus adherebant sicut parietes angulo. uel qa tota terra Iudee fuit destructa ꝑ Romanos usq; ad extremos angulos desertas feci uias eorum populo Iudee capto ideo subditur desolate sunt etc. & patet littera. Dixi: Hic consequenter ponitur primo Iudeoꝝ finalis cōuersio. secundo circa hoc remouetur dubitatio ibi: ueruntamen. Circa ꝑmū dicitur. attamen timebis me. timore filiali suscipies disciplinam. s. Christi detecta per Enoch & Heliā falsitate Antexp̄i. & non ꝑbit habitaculū eius. i. habitaculū beatoꝝ

non tolletur a conuersis. propter omnia in quibus usitaui eam id est propter longam captiuitatem quam induxi super gẽtem Iudaicam ex quo uidebatur a deo totaliter reprobata. Veruntamen. Hic remouet dubium posset ení aliquis credere q̃ Iudei essent totaliter ad Christũ conuertendi tempore sue predicationis. Ideo hoc remouet q̃ erit circa finem mundi. Ad cuius intellectum sciendum q̃ secundum glo. sup illud Mat. xii. hic est heres Principes sacerdotum cognouerunt Iesum Nazarenum esse Xp̃m sed qa postea manifeste predicauit cõtra eor̃ uitia: inuidiã & odiũ cõcceperũt contra ipsum propter quod precedens cognitio fuit subuersa. & excecatio sacerdotum causa fuit excecationis aliorum. & ex hoc conuersio Iudeorum generalis est dilata & gentilitas ad fidem uocata secundum q̃ dicit Apostulus Ro. x. ca. Cecitas contigit in Israel donec plenitudo gentium intraret etc. & hoc est quod dicitur hic. ueruntamen diluculo id est tempore predicationis Christi quod dicit diluculum supra Osee. vi. q̃si diluculũ p̃paratus est egressus eius etc. surgentes .s. Iudei contra Christũ corruperũt omnes cogitationes suas id est cognitiones quas habebant de Xp̃o. quapropter exspecta me id est expectabis manens in tua cecitate. In die resurrectionis mee in futur̃ id est usq; prope finem mundi in quo resurgent mortui que dicitur hic resurrectio domini quia fiet uirtute diuina quia iudicium meum. s. finale ut congrgẽ gentes generaliter. & effundam super eos indignationem meam. quod intelligitur quantum ad malos qui fuerunt in maiori numero totum autem a maiori parte denominatur in igne enim zeli mei id est in zelo meo accenso deuorabitur omnis terra iste erit ignis conflagrationis precedens iudicium quia tunc id est tempore precedenti iudiciũ anti/ xp̃o interfecto reddam populis labium electum. quia omnes confitebuntur Christũ ut inuocent omnes nomen domini scilicet Ihesu Christi & seruient ei humero uno. id est uno cultu Christiano. Et q̃ hoc intelligatur de Christo secundum doctores anti/ quos Hebreor̃ patet p̃ glosã super Geñ. xli. ubi allegatur hec scriptura sic scriptũ est tunc conuertam ad populos labium electum ad inuocandum nomen domini & co/ lendum eum humero uno & sequitur exponendo non est autem dictum hic nomen domini nisi Rex Messias & ad colendum eum humero uno quia erit principatus sup humerum eius. ultra flumina Ethiopie etc. id est omnes gẽtes quantumcunq; longin/ que deuote credent Christo & seruient. In die illa post increpationem incredulorũ iudeorum. hic consequenter ponitur consolatio credentium qui in aduentu Christi fuerunt pauci cõperatiue ut predictum est: cum dicitur. in die illa. hoc non referẽ ad litterã immediate precedentem: sed ad illud quod dictum est de tempore predicatiõis Xp̃i in quo principes Iudeorum fueruut predicto modo excecati. & consequenter multitudo populi. Apostoli uero & alii credentes illuminati. de quibus dicitur hic non cõfunderis super adinuentionibus tuis id est peccatis preteritis per passionem Xp̃i totaliter deletis. quia tũc aufferam de medio tui magniloquos id est Principes Sacer/ dotum & Scribas superbos qui inultionem mortis Christi simul cum populo eis adhe/ rente fuerunt destructi per rationes & non aduc̃ exaltari. id est superbe eleuari in monte sancto meo id est in monte Sion ubi erat templum: quod fuit per Romanos destructum & ante eius destructionem multum gloriabanẽ Iudei de ipso. & derelinq̃ in medio tui populum pauperem scilicet Apostolos & fideles alios & cõtẽptores terre/ norum. & sperabunt in nomine domini. non in potentia mundi ut patet in Actibus apostolorum in pluribus locis non facient iniquitatem etc. quia ualde munde & iuste uiuebant inprimitiua Ecclesia quoniam ipsi pascentur. Apostolorum doctrina. & accubabunt in unitate ecclesiastica. & non erit qui exterreat terrore eiciente a fide

uera & quia multi eorum non timebant tormenta ideo subditur lauda filia Sion id ē Ecclesia militans. iubila etc. repetitio est eiusdem sententie ad maiorem expressionem abstulit dominus iudicium tuum id est penā pro peccato Ade inflictam quantum ad descensum in infernum. auertit inimicos tuos. reprimendo potentiam demonum Rex Israel dominus. s. Iesus Christus in medio tui. secundū quod dicit ē. Mat. ultimo. Ego uobiscum sum omnibus diebus & hoc per Apostolos & alios predicatores confortādo fideles infirmiores usq; ad consumationem seculi. In die illa dicetur Hierusalem id ē Ecclesie militanti que nomine Hierusalem designatur Esaie. ii. & hoc per Apostolos & alios predicatores confortando fideles infirmiores. noli timere. a persecutionibus Iudeorū & Tyrānorum. non dissoluātur manus tue. te retrahendo a bono ope. dñs deus tuus. scilicet Ihesus Christus in medio tui. sicut iam expositum est. ipse saluabit te in pressuris. gaudebit super te propter perseuerantiam infide silebit scilicet peccata preterita. nugas id est homines uanos. quia lege recesserant id est a fide Christi & deuotione decepti per sacerdotes & Scribas ut predictum est. congregabo. ad fidē Xpi reducendo. Vnde predicante Petro sic reducti sunt ex illis tria milia una die. quia exte erant id est de numero predestinatorum ad fidem. & non ultra habeas super eis obprobrium scilicet sue infidelitatis. ecce ego interficiam eos qui afflixerunt te. p̄mittua enim Ecclesia fuit ualde afflicta a iudeis in p̄secutione que facta fuit sub Stephano Actuū. viii. & illi fuerunt omnes interfecti a Romanis uel in seruitutem redacti per captiuitatem: que seruitus est mors ciuilis. & saluabo claudicantem. in persecutione. n. sub Stephano credentes pro maiori parte dispersi sunt per regiōes Apostolis in Hierusalem remanentibus qui erāt fortiores. & sic Ecclesia uidebatur quodammodo claudicare in debiliori parte. & eā que electa fuerat. p dispersionē predictam cōgregabo in unitate caritatis uel quia post destructionem ciuitatis Hierusalē per Titū Helius Hadrianus eā reedificauit & Christianis habitare cōcessit. & sic multi de Christianis qui erant dispersi per regiones ibi fuerunt iterum congregati. & ponam eos in laudem quod maxime fuit impletū a tēpore Cōstantini & citra in omni terra cōfusionis eorū id est ubi prius fuerant confusi quia ante reputabātur malefici & sacrilegi ut patet ex actis Apostolorum & Martyrum. in tempore illo quo adducam uos. de locis occultis ad publicum sicut patet de Siluestro & multis aliis latētibus propter rabiem p̄secutōis qui per Cōstantinum & alios Principes fideles fuerunt assecurati & ualde exaltati cū conuertero captiuitatem uestram. prius enim illi qui deprehendebantur tanq̄ Christiani occidebantur uel damnabantur sicut captiui ad fodiēdam arenam & alia opa seruilia & dura ut patet ex gestis multorū Martyrū. dicit dominus. qui est ipsa ueritas & regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Incipit Aggeus .I.

IN anno secundo. Incipit prophetia Aggei que diuidit ē in duas p̄tes scilicet in prohemium & tractatum qui incipit ibi hec dicit. In prohemio uero ponitur primo tempus huius prophetie cum dicitur in anno secundo Darii Regis. secundum Iosephum libro. xii. antiquitatis iudaice iste Darius fuit filius Hystaspis & fuit amicus Zorobabel. & fauorabilis Iudeis ut patet p̄mo Esdre. vi. & hoc maxime fuit ut dicit Iosephus: quia antequam promoueretur ad regnum Persarum fecit uotum q̄ si contingeret eum sic promoueri

faceret templum in Hieruſalem edificari & ibi uaſa deferri Secundū uero Ra. Sa. iſte Dariuſ fuit filiuſ Aſſueri Regiſ & Heſter Regine & ſic fuit fauorabiliſ Iudeis ratione matriſſue que fuit Iudea & iſtud ſecūdo dictū uidetur mihi probabiliuſ ſicut declarauī diffuſiuſ ſuper primum ca. libri Heſter: tamen ſecundum utrumq; dictum Aggeuſ prophetauit poſt reditum captiuitatiſ Babylonice quoniam uterq; ſi tamen duo fuerunt regnauit poſt Cyrum. in die una menſiſ: id eſt prima die menſiſ eodem modo loquendi quo dicitur Geñ. i. & factum eſt ueſpere & mane dieſ unuſ. i. primuſ Secundo ponitur nomen Prophete cum dicitur factum eſt uerbum domini in manu Aggei id eſt per ipſum Aggeum tanq̃ dei miniſtrum. Iſte eſt enim moduſ loquendi Hebraicuſ. poteſt etiam dici q̄ in hoc exprimitur donum prophetie datum Aggeo p̄ ſimilitudinem doni corporaliſ quod ponitur in manu recipientiſ. Tertio ponit̄ q̄buſ prophetauit cum dicitur: ad Zorobabel filium Salathiel: & ſic iſte Zorobabel fuit nepoſ Ioacim Ma. i. quem Euilmorodath leuauit de carcere & poſuit thronum eiuſ ſuper thronum Regum qui erant cum eo in Babylone. iii. Regum ultimo. ducem Iuda. eo q̄ erat de Tribu Iuda. & ad Ieſum filium Ioſedech Sacerdotem magnum. iſti duo erant Principalioreſ in populo. & ideo prophetia Aggei dicitur eiſ facta p̄n/cipaliter & reliquo populo cōſequenter. Hec dicit. Hic incipit tractatuſ. circa. q̄d̄ ſciendum quod populuſ redienſ de Babylone ſtatim fundauit templum in Hieruſalē i. Eſdre. iii. ſed ſtatim fuit impeditus a uicinis gentibuſ propter quod dicebat nōdum aduenīſſe tempuſ edificandi templum. ſi enim placeret domino pro tunc illa edificatio tolleret impedimenta: ut dicebat. propter quod fuit negligenſ de illa edificatione uſq; ad tempuſ Darii Regiſ in quo Aggeuſ ſpiritu ſancto illuſtratuſ reprehendit eorum negligentiam exhortanſ ad templi edificationem quod completum fuit. vi. Darii anno. i. Eſdre. vi. ſecundum Ioſephum anno eiuſ. viii. quia fuerunt diligenteſ in operando. Sic igitur iſte tractatuſ in duaſ parteſ diuiditur: quia p̄mo arguit̄ p̄cedēſ negligētia. Secundo confortatur ſequenſ diligentia ca. ii. Prima in duaſ quia primo ponit̄ argutiōiſ actuſ. Secūdo eiuſ effectuſ ibi: audiuit. Circa primū dicit̄: populuſ iſte dicit nondum uenit tempuſ etc. hoc dicebant propter impedimenta ſuper uenīē/tia a deo permiſſa ut dictum eſt ſed hoc non ualebat. deuſ enim aliquando permittit in opere ſibi placito impedimenta occurrere: ut maiuſ meritum habeatur in maiori labore ideo ſubdit̄: nunquid tēpuſ uobiſ etc. ut faciat uobiſ edificia curioſa & domuſ domini ſit deſerta? q. d. non quod probat per effectum ponite corda ueſtra ſuper uiaſ ueſtraſ. id eſt cogitate de operibuſ pro ueſtriſ neceſſitatibuſ. & inuenietiſ defectum notabilem propter operiſ templi negligentiā: ut habetur infra. ideo ſequitur. ſemina/ſtiſ multū. ſ. reſpectu fructuſ inde ſequētiſ ita q̄ non habuiſtiſ cibū ad ſufficientiam. nec potum. nec operimentum. & qui mercedeſ congregauit. ut inde lucraretur: miſit eaſ in ſacculum partuſum. id eſt paruum aut nullum habuit inde lucrum. propter ne/gligentiam edificandi domini templū. ideo conſequenter inducit ad hoc edificandum dicenſ aſcendite in montem ſcilicet Libani ubi erant ligna huic edificio apta cetera patent in littera uſq; ibi: & uoſ feſtinatiſ unuſquiſq; in domum ſuam. id eſt cū magna diligentia intenditiſ utilitatibuſ ueſtriſ. & quia non ualet taliſ diligentia ſine dei pro/uidentia. ideo ſubditur. propter hoc. id eſt propter nimiam diligentiam in operibuſ ueſtriſ & negligentiam in diuiniſ. ſuper uoſ prohibiti ſunt celi ne darent rorem. ſuffi/cientem ad terre fecundationem & per conſequēſ impedita ſunt terre naſcentia & per conſequenſ homineſ & iumenta ſufficienſ nutrimentum non habentia. quod requiritur ad multiplicationem hominum & iumentoꝝ. quia ſemē eorū eſt de ſuperfluo alimēti.

uirtus enim nutritiua materiam ministrat generatiue. secundo de anima. & sup omnē laborem manuum. quia homines non possunt bene laborare nisi habeant sufficiens nutrimentum. Et audiuit. hic consequenter ponit̄ argutionis effectus quia ad uocē Propbete dux populi & Sacerdos magnus & consequenter totus populus cōceperūt uoluntatem & constantiā edificandi domū dñi & patet littera paucis exceptis que dis/ current̄. & dixit Aggeus nuntius dñi de nuncius dñi. i. de numero Prophetaꝝ a deo missoꝝ ego uobiscum sum dicit dominus. paratus uobis auxiliari in edificio templi. & suscitauit dominus spiritum. id est uoluntatē & constantiam ad edificandū. .II.

IN die. xx. Postq̄ rep̄hensa populi negligētia. hic cōsequēter cōfortat̄ eius se/ quēs diligētia. Et diuidit̄ in duas p̄tes qa p̄mo confortat̄ de opis p̄fectu. secūdo de Christi aduentu ibi. nolite timere. Circa primum ponitur primo continuatio re/ spectu predicti. secundo executio propositi: ibi. in septimo. Circa primum dicitur: in die uicesima & quarta mensis etc. immediate enim promiserat Propheta & faciebant opus in domo domini exercituum dei sui & non dixerat quo tempore inceperant illud opus: ideo hic manifestat quantum ad annum cum dicitur: in anno secundo Darii. & quantum ad mensem cum dicitur: in sexto mense. & dicunt aliqui q̄ iste fuit mēsis septembris quia secundum eos primus mensis apud Hebreos est Aprilis. sed ostensū fuit Geñ. vii. & Exo. xii. q̄ p̄mus mēsis apud Hebreos est Martius tamē aliqñ cōcurrit cum Aprili nostro quia faciunt menses per lunationes. & secundūboc iste mensis esset Augustus qui est sextus a Martio. sed quia. xxiiii. dies Augusti nō est tempus in quo solēt edificia magna inchoari: sed magis circa principium ueris & adhuc minus ē apta xxiiii. dies mēsis septembris. ideo aliter dicendū: q̄ licet martius sit primus mensis apud Hebreos. secundnm ordinem festorum per anin circulum tamen september ē p̄mus secundum ordinem negotiorum quia est primus simpliciter secundum eos eo q̄ in ipō fuit creatus mundus: sicut declaratum fuit diffusius. Geñ. vii. & secundum hoc mēsis sextus hic accipitur februarius cuius. xxiiii. dies appropinquat ad ueris principiū & in illo tempore solet materia disponi edificiorum in uere exequendorum. In septimo mense. hic consequenter exequitur propositum. circa quod primo ponitur tēpus cum dicitur: In septimo mense. secundo subditur cōfortatio operantiū cum dicitur. loquere ad Zorobabel etc. dirigendo primum sermonem ad principales. secūdo ad totum po/ pulum quis in uobis est derelictus. scilicet in uita qui uidit domum istam. a Salomone edificatam. nunc tamen destructam. in gloria sua prima: scilicet tempore Sedechie. uiuebant enim adhuc aliqui reuersi de captiuitate Babylonica q tempore Sedechie uiderant templum a Salomone edificatum anteq̄ destrueretur per Nabudazardan ut habetur. i. Esdre. iii. nunquid non ita est quasi non sit. q. d. sic: quia redeuntes de Babylone statim inceperunt reedificare templum sed impediti ab aduersariis modicum fecerunt usq; ad secundum Darii annum. ita q̄ illud quasi nihil erat computa ndum & nunc confortaret Zorobabel. etc. q. d. proficietis in ope mea assistentia. uerbum quod pepigi uobiscum. id est cum patribus uestris cum egrederemini de terra Egypti in ipsis. quia filii preexistunt in parentibus uirtualiter seu originaliter. promisit. n. populo assistere dū tamen seruiret ei fideliter ut patet in Exo. & Deut. in pluribus locis. Noli timere. Hic consequenter ponitur populi consolatio de aduentu Xp̄i & diuiditur in duas partes qa p̄mo ponit̄ consolatio populi de aduentu Xp̄i. secundo de multiplici terre fructu ibi. in uicesima. Circa primum dicitur. adhuc unū modicū est. id est tempus breue respectu precedentis durationis mundi. & ego mouebo celū. istud fuit impletū quādo stella noua in Christi natiuitate apparuit Mat. ii. & terrā &

mare.quod fuit impletum per victoriam Romanoꝝ in omni terra & in insulis maris. & mouebo omnes gentes:hoc fuit impletum iminente Christi natiuitate propter quod tunc exiit edictum a Cesare Augusto ut describeretur uniuersus orbis redactus sub dominio Romani Imperatoris propter quod ibant singuli ad ciuitatem suam & tunc Christus fuit natus Lu.ii.ideo subditur.& uenıet desideratus cunctis gentibus: id est Christus pro salute omniū gētium mittendus.& implebo domum istam gloria.quia in templo per Zorobabel reedificato Christus fuit a matre oblatus & ibi pluries predi/ cauit. & multa miracula fecit ex quibus domus illa fuit summe glorificata. & huic dicto cōcordat expositio Ra .Aaquiba.de quo dicitur in libro Cenbendrin q apud Hebreos autēticus est qui sic exponebat passum istum. Adhuc unum modicum est. scilicet regni uenturi Israeli post destructionem prime domus. & post illud regnum mouebo celum & terram & mouebo omnes gentes & uenıet Messias:quia post paucos Reges de genere Machabeorum Christus uenit tempore Herodis omnibus terris sub dominio Romani Imperatoris redactis.Iohannes enī Hircanus imposuit sibi dia/ dema regium & durauit illud regnum usq; ad Herodē qui fuit alienigena ꝓut diffuse declaratur in Scholastica historia.meum est argētum & meum est aurum .q.diceret prouidebo uobis de expensis pro edifitio domus mee.magna erit gloria domus istius nouissime.quam incepistis reedificare.plusq̄ prime.per Salomonē edificate ista uero gloria maior non potest intelligi de edificiis nec de ornamentis seu diuitiis. Ista enī modica fuerunt in secunda domo respectu prime arca etiam testamenti de q̄ summe gloriabantur Iudei fuit in prima & non in secunda secūdum Catholicos.& Hebreos & sic in nullo potuit dici gloria maior domus secunde q̄ prime nisi ex presentia Xp̄i ut predictum est:qui est sanctus sanctorum Dañ.ix.& in loco isto dabo pacem. Vnde Nato Christo angeli cantauerunt gloria in altissimis deo:& in terra pax ho/ minibus etc.Luc.ii.respondent tñ aliqui Iudei ad hoc:ꝙ ista maior gloria intelligiē de annis quia ista secunda durauit.cccc.xx.annis. Prima uero .cccc x.sed non ualet quia si computantur anni per tempora Regum ab anno in quo Salomon cōsū mauit templum usq; ad destructionem eius per Nabuzandan inueniuntur anni.cccc.xxii. & sic prima domus plus durauit q̄ secunda duobus annis. deductionem autem huius/ modi omitto propter prolixitatem. potest tamen uideri discurrēdo per tertiū & q̄rtū Regum preterea dato ꝙ secunda domus durasset plus q̄ prima per.x. annos ut isti dicunt hec tamen gloria quasi nulla esset reputanda maxime quia per plures annos ista domus fuit uilificata tempore Antiochi qui posuit ibi abominandum idolum ut habetur primo Mach.ideo alii exponunt de templo per Regem Messiam edificādo sed patet falsum per hoc ꝙ dicitur hic & implebo domum istam gloria. ex quo patet ꝙ propheta loquebatur de domo que edificabatur & quam digito ostendebat. Item per hoc quod subditur istius domus nouissime.ex quo patet ꝙ non est alia.tertia ma/ terialis expectanda.Et ex hoc manifeste ostendit prius Christi aduentus completus qui prophetatur hic uenturus in domo illa stante & eam sua presentia glorificaturus ista autem destructa fuit per Romanos iam diu est.s.anno.xlii.post passionē Xp̄i. In uicesima: Hic ponitur consequenter populi cōsolatio de multiplicatione fructuū. Secundo redit ad denuntiandum Christi aduentum ibi. & factum est.prima in duas quia primo quedam parabola ponitur. secundo ad propositum applicatur ibi: & respondit.Circa primū ponit tempus determinatum cum dicit.in uicesima etc.& .iiii. etc.secundo subdit pabola ꝑ modū interrogationis cū dicitur: interroga sacerdotes legem.quia ex officio tenent scire eam.si tulerit homo carnē sanctificantē. & patet

littera. & ſubditur reſponſio. dixerunt non. & ſubditur ſecūda queſtio de oppoſito cū dicitur: ſi tetigerit pollutuſ in anima. id eſt qui incurrit pollutionem ex tactu mortui uel alicuiuſ huiuſmodi & ſubditur reſponſio. contāminabitur. ratio uero quare pānuſ ex tactu carniſ ſanctificate ſanctificatuſ per tactum ſuum nō ſāctificat aliud ad cibū uel potū ptinēſ & tñ hō pollutuſ ex tactu rei īmunde polluit illud pōt dupliciter aſſignari una qa ſicut faciliuſ eſt deſtruere. q̄ cōſtruere ita faciliuſ ē polluere q̄ ſanctificare. Alia qa hō ē magiſ ſuſceptiuuſ ſanctificatiōiſ & pollutioniſ q̄ reſ inanimata que non eſt ſuſceptiua uitii & uirtutiſ: ſicut homo: ꝓpter qđ homo pollutuſ modo predicto magiſ polluit aliquid tactu ſuo: q̄ pannuſ ſanctificatuſ aliud ſanctificat. Et reſpondit. Hic applicatur ad propoſitum cum dicitur: ſic populuſ iſte. qui eſt uirtutiſ & uitii. ſuſceptiuuſ. ante faciem meam. pollutuſ reputatur uſq; quo edificetur. & omnia que obtulerunt ibi. id eſt extra locum templi. contaminata erūc. quod ſtatī declarat per effectum: cum dicit: & nunc ponite corda ueſtra etc. id eſt diligenter cō/ſiderate tempuſ precedens inchoationem edificationiſ templi cū aſcenderitiſ ad aceruū ſcilicet ſegetum. xx. modiorum. id eſt que ſecundum humanam eſtimationem deberēt facere. xx. modioſ & faciebant tantum. x. & ita de uuiſ in torculari. percuſſi uoſ uēto urente. etc. i. immiſi peſtilentiaſ ꝓ magna parte uaſtanteſ nihil impedienteſ terre naſcentia. & iſte ſunt diuine ire contra populum ſigna. ponite corda ueſtra etc. & ſubdit̄ a die qua fundamenta iactata ſunt templi domini. Circa qđ ſciendum q̄ redeunteſ de Babylone ſtatim fundauerunt templum ut ſupra dictum eſt: ſed propter impe/dienteſ opuſ fuit intermiſſum uſq; ad ſecundum Darii annum. & ideo cum dicitur hic. a die qua fundamenta iactata ſunt templa domini. non eſt intelligendum de fun/damentiſ inferioribuſ & primiſ que ante iam facta fuerant: ſed dicunt̄ hic fūdamēta illa que ſupra priuſ edificata primo poſita fuerunt: quia reſpectu ſuperiorum ptium habebāt rationem fundamenti. ponite ſuper cor ueſtrum. id eſt attendite diligenter imitationem terrenaſcentium. nunquid iam ſemen in germine eſt ita q̄ non poteſt uideri ſequēſ fertilitaſ uel ſterilitaſ: & idē de fructu arboꝝ eſt. ex die iſta. i. a die re/ſūptioniſ edificii templi operando in templi muro quod fuit menſe nono. tñ a. xxiiii. die menſiſ ſexti cepant operari: ut dictum eſt & hoc materiā p̄parando. benedicā. id ē multiplicabo fructuſ terre. q. d. hoc erit uobiſ ſignū manifeſtum acceptationiſ mee. Et factum eſt. Hic ultimo redit Prophetа ad denuntiandum Chriſti aduentū quod erat principale propoſitū: quia ſicut dicit R.a. Sa. uniuerſi Prophete non ſunt locuti niſi ad dieſ Meſſie quod eſt intelligendum de principali intentione ſicut plenius dictū fuit in principio Eſaie & Hie. Primo igitur ponitur tempuſ huiuſ reuelationiſ cum dicitur in uiceſima & quarta menſiſ. ſecundo replicat̄ reuelatio cum dicitur: loquere ad Zorobabel. quia de ipſo erat Chriſtuſ naſciturus ſecūdum carnem. ego mouebo celum pariter & terram. exponatur ſicut ſupra dictum eſt. ideo ſubditur. in die illa id eſt tēpore gratie quod dieſ ē. Ro. xiii. nox preceſſit. dieſ autem appropinquauit. aſſumā te Zorobabel. R.a. Sa. exponit hoc ad litteram de ipſo Zorobabel. & cum ſubditur. & ponam te quaſi ſiguaculum. hoc dicitur ſecundum ipſum contra illud qđ de Iechonia auo ipſius dicit̄ Hiere. xxii. uiuo ego dicit dñſ: quia ſi fuerit Iechoniaſ filiuſ Ioachim Regiſ Iuda anulſus in manu dextera mea inde auellam eum: hic autē accipitur ſignaculum pro ānulo: quia antiquitus ſignabant̄ littere principum ānuliſ ſuiſ ut habetur Heſter. viii. Eſt igitur ſenſuſ ſecundum R.a. Sa. q̄ ſicut Iechoniaſ fuit a deo repulſus propter eius maliciā ſic Zorobabel nepoſ eius deo acceptuſ ꝓpter iuſticiam ſuam. quia te elegi. ſ. ad opuſ reedificationiſ templi. Sed hec expoſitio non

uidetur conueniens quia illud quod promittit. ego mouebo celum pariter et terram etc. ab omnibus doctoribus Latinis & Hebreis exponitur de mutatione regnorum longe post tempus Zorobabel. Vnde & ipse Ra. Sa. exponit hoc de terminatione regni Grecorũ ꝙ per longum tempus fuit post tp̃s Zorobabel & ideo ꝙ immediate subditur. in die illo dicit dominus exercituum assumam te Zorobabel. non uidetur conuenienter exponi de ipso in persona sed de Christo ut dictum est: qui designatur hic nomine Zorobabel eo ꝙ descendit de eo secũdum carnem & in eo fuit figuratus sicut. Hiere. xxx. nominatur Dauid ubi dicitur seruiet domino deo suo & Dauid Regi suo & similiter Osee. iii. reuertentur filii Israel & querent dominum deum suum & Dauid Regem suum sicut ibidem fuit plenius declaratum dicit ergo. assumam te Zorobabel. quia humana natura Christi assumpta fuit a uerbo diuino in unitate persone. filii Salathiel. Xp̃s enim secundum carnem dicitur filius Salathiel sicut & Dauid & aliorum in genealogia Christi positorum. serue meus. secundum humanam naturã in q̃ minor est patre. & ponam te quasi signaculum. id est signum federis inter deum & genus humanum propter quod sanctus Simeon dixit de eo Luce. ii. Ecce positus est hic in ruiam & in resurrectionẽ multorum in Israel. & in signum cui contradicetur scilicet a Sacerdotibus & Scribis. quia elegi te ad opus redemptionis humane dicit dominus exercituum qui est ueritas in secula seculorum. Amen.

Incipit Zacharias .I.

IN mense octauo. Hic incipit prophetia Zacharie & diuiditur in duas partes scilicet in prohemiũ et tractatum qui incipit ibi. iratus ẽ. Circa primũ primo ponit huius prophetie tempus. In mẽse octauo etc: & sic patet ꝙ hoc fuit postq̃ resumpserant opus templi domini. quia resumpserunt illud anno. ii. Darii. vi. mense. xxiiii. die mẽsis ut habetur Aggei. i. In anno secundo Darii. secundum Iosephum iste fuit Darius filius Hystaspis & fuit fauorabilis Iudeis eo ꝙ ãteq̃ promoueretur ad regnum fuit familiaris Zorobabel & fecit uotũ de edificatiõe tẽpli domini in Hierusalam si eum promoueri contingeret ad regnum. Secundum uero Ra. Sa. iste Darius fuit filius Assueri & Hester Regine & ideo fuit fauorabilis Iudeis ratione matris sue que autem istarum opinionum sit uerisimilior tractaui diffusius in p̃ncipio libri Hester. Secũdo in hoc prologo notificat autor instrumẽtalis huius prophetie & primo ex prophetie dono cum dicitur: & factum est uerbum dñi Secundo ex nomine proprio cum dicitur. ad Zachariam: qui interpretatur memor dei. tertio ex patre & auo cum dicitur filium Barachie etc. & secundum regulã Hebreorum isti duo fuerunt Prophete sicut & Zacharias licet non habeantur eorum prophetie. dicunt autem hic aliqui ꝙ iste Abdo fuit ille Propheta qui missus fuit ad Hieroboam. iii. Regum. xiii. & secundum hoc non fuit auus Zacharie sed magis remotus quia inter illum & Zachariam fluxit ualde longum tempus dicitur tamen filius eius quia fuit de genere ipsius sicut Christus in Euangelo dicitur filius Dauid qa de eius genere descendit secundum carnem. Sed hoc dictum de scriptura non habet autoritatem quia. iii. Regum. xiii. non exprimitur ꝙ ille fuerit uocatus Abdo nec etiam. ii. Paralypõ. xii. nisi coniecturaliter sed non certitudinaliter & dato ꝙ sic exprimeret: adhuc non ualeret quia plures Prophete nominati sunt eodem nomine sicut Zacharias filius Ioiade et Zacharias filius Barachie & sic iste Abdo. non enim

consuetum est q̄ Prophete sicut genealogizentur: uidelicet per patrem & per auum sic remotum a patre intermedius omissis. Iratus est. Hic consequenter ponitur tractatus in quo primo agitur de ciuitatis & templi reedificatione. Secundo de edificātiū consolatione. c. iii. prima adhuc in duas quia primo agitur de templi reedificatione. Scd̄o de ciuitatis reperatione. c. ii. Prima adhuc in duas qa primo ponit̄ populi monitio. secundo eiusdem consolatio ibi: in die uicesima. Monitio autē in hoc consistit: q̄ non sint increduli uerbis domini & in peccatis obstinati sicut fuerunt patres eorum propter quod dominus permisit destrui ciuitatem & templum & hoc est quod dicitur: iratus est dominus super patres uestros. permittēdo eos captiuari & ciuitatem & tēplū uastari propter eorum peccata. ideo subditur in persona dei. conuertimini ad me. per ueram penitentiam. & conuertar ad uos. per clementiam. ne sitis sicut patres uestri. in peccatis obstinati. ad quos clamabant Prophete priores. tempore Sedechie & ante & non audierunt: sed magis contempserunt: propter quod iuste puniti fueruut. ideo subditur: patres uestri ubi sunt. q. d. partim fuerunt occisi a Chaldeis partī in ciuitate mortui. & Prophete. s. falsi promittens ei pacem & uictoriam. q. d. incurrerunt eandē sentētiam. R. a. Sa. aliter exponit scilicet de prophetis domini ut sit quedam obiectio cōtra dicta que possent dicere illi quibus loquebatur Propheta sicut patres uestri sūt mortui: ita & Propheta domini & sic non habuerunt aliquā prerogatiuā ante patres uestros propter suam iusticiam. & subditur responsio domini. nunquid in sēpiternum uiuent. q. d. natura mortalis non permittit q̄ semper uiuerēt: ueruntamen uerba mea quantum ad mores. & legitima mea. quantū ad legem. que mandaui seruis meis Prophetis. ut dicerēt patribus q̄ captiuarent̄ & interficerentur: nisi se corrigerent a moribus malis & transgressionibus malis. nunquid non comprehenderunt patres uestros? q. d. sic. quia sic accidit eis ut predixerunt: & per consequēs q̄ fuerunt ueri Prophete ideo uiuunt in anima licet mortui sint corpore. & conuersi sunt. scilicet aliqui de patribus uestris in captiuitatem ducti afflictione dante eis intellectum. & dixerunt. confidentes dei iusticiam in sua punitione: sicut cogitauit dominus secundū ordinem iusticie sue. ideo subditur. secūdum uias uestras etc. & dicuntur hic uie peccata sua cōsueta. adinuētiones aūt enormia & insolita que adinuenit humana malitia. In die. Hic consequenter ponitur populi consolatio & diuiditur in duas partes secundum duplicem uisionem consolatoriā. secunda ibi. & leuauit. Prima in duas quia primo ponit̄ uisio. secundo eius expositio ibi. & dixi. Circa primum ponitur huius uisionis tempus cum dicitur. In die uicesima & quarta undecim mensis. & sic ista uisio fuit facta post precedentē que facta fuit mēse. viii. anni. ii. Darii. Regis mēse Sabach: in Hebreo dicit̄ Sebeth & correspondet ianuario. expositores tñ dicunt cōmuniter q̄ februario & hoc est quia aliquando concurrit cum eo in parte uel in toto. Iudei enim faciunt p lunationes menses. & ideo in. iii. anno mēsis eorum duodecimus qui dicitur Ada & duplicatur. marcius enim secundum cursum festorum est primus apud Hebreos ut diffusius declarauit Gen̄. vii. & Exo. xii. primus enim mensis secundum ordinem festorum semp̄ incipit apud Hebreos a p̄ma lunatione que est propinquior equinoctio uernali siue sit ante siue post siue in ipso equinoctio quod quidem equinoctiū modo est. xii. die martii. Consequenter ponitur ipsa uisio cum dicitur: uidi per noctem que ratiōe quietis est magis apta reuelationibus prophetici q̄ dies. & ecce uir. id est angelus in specie uiri. ascendens super equum ruffum. in Hebreo habetur. rubeū. & per hoc designabatur uindicta diuina de aduersarius Iudeorum. & ipse stabat inter myrteta. est aūt myrtetū locus in quo crescūt myrti. Est aut myrtus arbor faciēs pulcherrima

& odorifera poma unde & Leuitici .xiii. ubi translatio nostra habet fructus arboris pulcherrime. In Hebreo ponitur eadem dictio que & hic habetur. & idem significat Hieronymus in plogo huius Prophete dicit q̄ p̄ pulchritudinē ligni & odorē fructus designatur gaudium affuturum de reedificatione templi & ciuitatis. & de repressione aduersariorum. que erant inp̄fundo. id est in ualle. in uallibus enim magis crescunt myrti & pulchriores & fecundiores q̄ alibi. & post eum equi ruffi albi & uarii. & per hoc intelliguntur Perse Grecia & Romani qui afflixerūt populum Iudeoꝝ secundū successionem: ita q̄ per equos intelliguntur isti populi: per ascēsores eorum angeli eis prelati: ut dicunt expositores cōmuniter Ra. Sa. uero dicit q̄ per hoc intelliguntur diuersorum ordinum parati ad exequendum uoluntatē domini & huic dicto uidetur littera sequens concordare: ut uidebitur. Et dixi. Hic ponitur dicte uisionis quātū ad aliquam partem expositio. secundo ex hoc subditur angeli deprecatio ibi. domine exercituum. Circa primum dicitur. & dixi ego Zacharias. qui sunt isti. id est quid significant equi ruffi uarii & albi. & dixit ad me angelus qui loquebatur in me. id est mihi deputatus ad custodiam. ego ostendam tibi. id est faciam ostendi per angelum superiorem qui preest toti populo Iudeorum. & iste dicitur esse Michael Dañ. x. ideo subditur. & respōdit uir qui stabat intra myrteta. id est angelus toti populo prelatus isti sunt quos misit dominus ad exequēdam suam uoluntatem: & responderūt angelo domini qui stabat inter myrteta. tanq̄ superior perambulauimus terram. considerādo statum regnorum. & ecce omnis terra habitatur & quiescit. illo enim tēpore nō erant bella notabilia in regnis predictis. Et respondit. Hic consequenter ponitur angeli Iudeis prelati deprecatio cum dicitur: domine exercituum usq; quo. tu nō miserebēris Hierusalem .q. d. exquo alie terre sunt in pace in quibus sunt gentiles & idolatre quare tardas restituere Hierusalem & templum & alia loca Iudee in statum suum? & ad hoc inducit rationem ex uerbo dei Hiere. xxviii. cū ceperint impleri in Babylōe lxx: anni etc. ideo dicitur. Iste. lxx. est annus supple transactus scilicet a tempore Cyri qui dedit populo licentiam redeundi. & tamen ciuitas & templum nō sunt adhuc reedificata. & respondit dominus angelo qui loquebatur ut mihi denuntiaret bonum nuntium. ideo sequitur: hec dicit dominus exercituum etus uerbum non potest esse falsum. zelatus sum Hierusalem & Sion. id est montem in quo erat templum. zelo magno. est autem proprie zelus amor singularis quo uir diligit uxorem nolens in ea habere participem. & ideo quando in hoc delinquit aspere castigat eam. & per hoc insinuat q̄ dñs castigauerat populū Iudaicum nō ex odio sed ex amore: ut reduceret ad cultum latrie. & sic factum fuit. quia post reditum captiuitatis Babylonice non legitur populus Iudaicus ad idolatriam declinasse nisi aliqui pauci tempore Antiochi Illustris. & ira magna ego irascor super omnes gentes opulentas. id est regna uos affligentia. & dicit ira magna. quia fuerunt puniti a deo non tm̄ temporaliter: sed etiam eternaliter. quia ego iratus sum parū. scilicet uobis Iudeis puniendo uos pena tēporali ipsi uero. scilicet Assyrii & Chaldei adiuuerunt in malum. scilicet pene uestre quia fuerunt executores diuine iusticie. ꝓpterea. scilicet quia fuistis puniti secundū ordinē mee iusticie. reuertar ad Hierusalem per uiam misericordie. & domus mea edificabitur in ea. quod fuit impletum sub Zorobabel duce & dario regnante. & perpendiculum id est instrumentum ligneum in cuius medio pendent corda habens plumbum in extremitate sua in qua perpenditur si murus directe edificatur. adhuc clama non solum de edificatione templi sed etiā de prosperitate populi. adhuc affluent ciuitates mee. id est iudee bonis quod ī parte fuit impletū tp̄e Zorobabel & Neemie & Machabeoꝝ

perfectius tempore Christi ibi predicantis & miracula facientis & plenitudinē spiritus sancti concedentis. Et leuaui. Hic ponitur secunda uisio de detectione aduersariorū populi Iudaici. & leuaui oculos meos & uidi. imaginaria uisione. & ecce. iiii. cornua sic enim uidebatur ei uisione imaginaria. & dixi ad angelum. mee custodie deputatū quid sunt hec? id est quid significāt hec quattuor cornua. hec sunt cornua que uēti/ lauerunt Iudam etc. id est. iiii. regna que afflixerunt Iudeos successiue. s. Chaldeorū Persarum. Grecorum. & Romanorum. ut communiter exponitur Ra. Sa. p. iiii. cornua intelligit aduersarios Iudeorum secundum quattuor partes mundi quia ab oriente fuerunt afflicti. & ab occidente. & a meridie. & acquilone. & hoc per diuersas gentes circa Iudeam habitantes: ut patet ex. iiii. Regum & .ii. Paralipō. & ostendit mihi dominus .iiii. fabros. id est angelos patos frangere dicta cornua quia sunt exe/ cutores diuine iusticie. & nemo eorum. id est Iudeorū. leuauit caput suum: id ē potuit resistere aduersarius predictis. & uenerūt isti: id est dicti fabri deterere ea. i. predicta regna uel aduersarios secundum quattuor partes mundi ut predictum est. ut deiciāt cornua gentium. id est potestates earum quod in Christo uidemus impletum. cuius imperio submiserunt colla Principes gentium .II.

Et leuaui. Hic denuntiatur reedificatio ciuitatis Hierusalem. Circa qđ sciēdū q̄ edificatio que facta fuit sub Zorobabel fuit figura edificationis Ecclesie per Christum que dicitur spiritalis Hierusalem ut frequenter supra dictum est. & ideo de uno edificio fit transitus ad aliud ideo primo nuntiat̄ materiale. secundo spirituale, ibi & ecce. Circa primum dicitur. & uidi: uisione imaginaria & intellectuali. & ecce uir. id est angelus in specie uiri. & in manu eius funiculus mensorum. id est aptus ad mensurandum loca in quibus debent fieri edifitia ideo subditur: ut metiar Hierusalem quantum ad ciuitatem metropolim. & iudeam quantum ad alia loca in iudea. quanta sit longitudo eius etc. anteq̄ enī edificentur ciuitates & loca accipiuntur mensure edi/ ficiorum secundum longitudinem & latitudinem ut exponunt aliqui & male. quia in Hebreo habetur: ut uideam. quia angelus solum loquitur de Hierusalem. Et ecce. Hic consequenter nuntiatur edifitium spiritalis Hierusalem. Alia enim que sequunt nunquam fuerunt in Hierusalem per Neemiā reedificata sed semper fuit in timore aduersariorum & subiectiōe extraneorum dicit ergo. ecce angelus mihi pro custodia deputatus. egrediebatur ad habendū reuelationē nouam de futuris ab angelo supiori quia secundum ordinem hierarchiarū superiores illuminant medios. & medii inferiores & ex hoc patet q̄ hec reuelatio ē de alia re q̄ precedens: qa est de Hierusalē spiritali ideo sequitur: absq; muro habitabitur Hierusalē. quia Ecclesia nō confidit in muroꝝ fortitudine: sed in diuina protectiōe. pre multitudine. quod impletum uidet̄ infideliū multiplicatione per orbem uniuersum: hominum & iumentoꝝ. quia credentium aliq sunt sapientes & litterati: q̄ homines dicūtur. Alii uero simplices & illiterati q̄ iumēta nominantur Psal. lxxii. ut iumentum factus sum. & ego semper tecum. & ego ero ei ait dominus murus id est protector & defensor. & in gloria eorum in medio eius. quia deus in Ecclesia honoratur. ideo ad eam homines inuitantur: cum subditur: fugite de terra acquilonis. id est de potestate diaboli: quoniam in quattuor uentis celi dispersi uos. id est spergi permisi per uarios errores ante aduētum Christi. o Sion. i. populus preuisus ad fidem. nomine enim Sion & nomine Hierusalem intelligitur Ecclesia ut declaratū fuit diffuse Esaie. ii. ca. que est idē q̄ fidelis populus: quia Ecclesia nō ē ipsi parietes sed fideles. fuge. de potestate diaboli que habitas apud filiam Babylonis. id ē cultum idolatrie. non enim potest hic intelligi conuenienter p filiam Babylonis ciuitas

uel terra Babylonie quia longe ante tempus huius Prophete ciuitas Babylonis fuit de-
structa per Cyrum & Darium & Iudei remissi in Iudeam ut habetur.1. Esdre.& licet
aliqui remanserint in terra Babylonis detenti amore uxorum quas ibi acceperant: &
prolis quam fecerant ut dictū fuit ibidem: tamē illi uidentur probabiliter fuisse pauci
comperatiue quia omnes naturaliter inclinantur ad reuertendum in terram originis
sue.& maxime de terra in qua detinentē in captiuitate & seruitute.nec rationabiliter
potest dici q illi qui remanserunt moneantur hic fugere propter uastationem immi-
nentem illi terre quia a tempore Cyri legitur regnum eius & successorum suorū fatis
quietum fuisse usq; ad tempus Alexandri magni qui regnum illud ui armorū subiecit
sibi. Item quia terra que hic dicitur filia Babylonis immediate supra dicitur terra Ac-
quilonis. Babylonia uero non est ad acquilonem respectu Iudee sed magis ad orientē
& ideo per Babylonem que confusio interpretatur & per acquilonem de quo dicitur
Hie.1. Ab aquilone pandetur omne malum: potestas demonis metaphorice seu figu-
raliter designatur sicut & beatus Petrus in fine prime Cantice dicit: Salutat uos
Ecclesia in Babylone collecta.i.in Roma quia tunc tēpore Neronis ibi urgebat prās
demonis .quia hec dicit dominus exercituum. id est angelorū: unde in Hebreo ponē
hic nomen Tetragrammaton soli deo appropriatum ubi translatio nostra habet. dñs
post gloriam misit me. secundum seriem textus non est uerbū Zacharie sed dei dicētis
se mitti quod uerificat in Christo qui est uerus deus a patre missus pro salute generis
humani. & huic consonat quedam glosa Hebraica hic a Ra. Sa. inducta que est
talis. post gloriam misit me. glosa post honorem redditum Esau ueniet Messias. In
antiquis autem glosis Hebraicis Princeps Romanus frequēter Esau & Roma mons
Seir nominātur.& sic impletum est a domino Iesu Christo quia post gloriā Monar-
chie adeptam a Romano Principe Cesare Augusto propter quod fecit describi orbē
uniuersum tanq̄ sibi subiectū natus fuit Xps: ut patet Luce.ii.ad gentes que spolia-
uerūt uos.i.ad Iudeos qui fideles p̄mitiue Ecclesie grauiter tractauerūt Actuū. viii.
quibus predicauit Christus in persona propria. & dicunt hic. gentes quia tunc non
uiuebant secundum legem dei sed eam transgrediebantur propter mandata hominum
ut patet in Euangelio. uel ad gentes. id est Romanos Principes qui in primitiua
Ecclesia fideles persequebantur in corporibus suis & bonis quibus predicauit Christus
per Apostolos Petrum & Paulum & alios doctores sequentes. qui enim tetigerit uos
etc. id est sollicite uos custodiam: sicut custoditur oculi pupilla licet enim tunc Xps
permiserit fideles corporaliter pertubari tñ custodiuit eos sollicite in spiritalibus bonis
in quibus tunc creuit Ecclesia merito & numero fidelium magis quam tempore pacis
quod fuit figuratum in filius Israel qui quanto magis affligebantur ab Egyptiis tanto
magis multiplicabantur & crescebant Exo.i. ideo subditur. Ecce ego leuo manum
meam.i.uir tutē super eos. id est Principes Romanos & eorū ministros.& erunt prede
iis qui seruiebant sibi quia Principes Romani & alii eis subiecti qui in primitiua Ec-
clesia affligebant fideles seruitute dura & eis abstulerunt bona sua modo suppositū
colla sua iugo Christi & eius ministris dotantes Ecclesias tpalibus bonis & cognoscetis
per experientiam bonorum. quia dominus exercituum.i. deus pater dñs angelorum
misit me. pro generis humani salute. ideo pro tāto beneficio inuitat Ecclesia ad laudē
diuinam cum dicitur. Lauda & letare etc. quia ecce ego uenio p carnis assumptionē.
& habitabo in medio tui. predicando & conuersando Io. p̄mo uerbum caro factum ē
& habitauit in nobis: & applicabūtur gentes multe ad dominum: quod patet impletū
per conuersionem gentium ad fidem Christi per orbem uniuersum. & erunt mihi in

populum. quia inter credenteſ non eſt diſtinctio Iudei & Greci. nam idem dñs omniū Ro.x.ca. & poſſidebit dominuſ Iudam. etc. id eſt cōfitenteſ deum quia corde creditē ad iuſticiam: & ore fit confeſſio ad ſalutem. Et q̄ per domum Iuda taleſ intelligātur etiam ſecundum doctoreſ Hebreoſ fuit oſtenſum Hie.xxxiii. & .xxxiiii. partē ſuā id eſt premium ſuum. in terra ſanctificata. id eſt in celo quod uocatur terra uiuentiū & eliget adhuc Hieruſalem. ſcilicet celeſtem. ſileat omniſ caro a blaſphemiſ domini noſtri Ieſu Chriſti: qa conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo. id eſt conſurget in finali iudicio ad mala puniendum & bona premiandum. .III.

Et oſtendit. Poſt ciuitatiſ & tēpli reedificationē hic ꝓpheta cōſequenter denuntiat edificantiū conſolationem & p̄mo Ihesu ſummi Sacerdotiſ. ſecundo Zorobabel Ducis. iii. ca. Circa quod ſciendū q̄ ſicut dicit Ra. Sa. Prophete p̄cipaliter locuti ſunt de diebuſ Meſſie ideo Propheta primo denunciat conſolationem ſummi Sacerdotiſ de eiuſ emūdatione. ſecundo de Chriſti incarnatione ibi audi Ieſu. Circa primum ſciendum q̄ Iudei redeunteſ de Babylone peccauerunt grauiter accipiendo alienigenaſ uxoreſ: ut habet̄. i. Eſdre. x. ca. & ſacerdoteſ ſicut alii i hoc peccauerūt & cum eiſ Ieſuſ filiuſ Joſedech Sacerdotiſ ſummi ſed ad exhortationē Eſdre eiecerūt eaſ. & hoc eſt: q̄ dicitur: & oſtendit mihi dominuſ Ieſum Sacerdotem magnū ſtātem coram angelo domini. ſcilicet Michaele Prelato toti populo Iudeorum: ut predictū eſt. & Sathan ſtabat a dextriſ eiuſ ut aduerſaret̄ ei. accuſando eum de trāſgreſſiōe filiorum ſuorum: ſicut Heli fuit reprehenſuſ a domino & punituſ de tranſgreſſione filiorum ſuorum. i. Regum. iii. nō enī legitur q̄ iſte Ieſuſ in perſona propria uxorē alienigenam acceperit: & dixit dominuſ ad Sathan: hic in Hebreo ponitur nomen domini Tetragrammaton ſoli deo appropriatum ubi tranſlatio noſtra habet dominuſ & quia ponitur hic ter & loquendo quaſi de perſona alia ſatiſ aperte oſtenditur in deo trinitaſ perſonarum. nunquid non iſte. ſcilicet Ieſuſ. torriſ eſt erutuſ de igne. id eſt quaſi titio ſemicombuſtuſ in tribulatione captiuitatiſ Babylonice. q. d. adhuc uiſ eum totaliter comburere: & Ieſuſ erat indutuſ ueſtibuſ ſordidiſ. quia culpam incurrerat ex negligētia arguendi filioſ ſuoſ: & etiam alioſ: ad quod tenebatur ex officio cum eſſet Pontifex ſummuſ. & ait ſ. Michael ad eoſ qui ſtabant coram ſe. id eſt āgeliſ inferioribuſ: aufferte ueſtimenta ſordida ab eo. per hoc deſignabatur remiſſio culpe de qua penituit. & filioſ. & populum ad eiciendum uxoreſ alienigenaſ induxit. & induite mutatoriuſ. id eſt gratie & uirtutum indumentiſ. ponite cydarim. id eſt mitram qua utebat̄ ſummuſ Pōtifex. & p̄ hoc deſignabatur q̄ digne exerceret officium culpa per gratiam deleta. & angeluſ domini. ſcilicet Michael conteſtabatur Ieſum in bono ipſum confirmando. hec dicit dominuſ. qui eſt ipſa ueritaſ: ſi in uiiſ meiſ ambulaueriſ legem meam cuſtodiendo. & cuſtodiam meam cuſtodieriſ. reuerenter & debite officiū Pontificiſ exercendo: tu quoq; iudicabiſ etc. id eſt in officio Pontificiſ perſeuerabiſ. & dabo tibi ambulanteſ de hiſ qui nunc hic aſſiſtunt. id eſt de angeliſ hic aſſiſtentibuſ dabo tibi adiutoreſ & directoreſ in officio tuo. Audi Ieſuſ. Hic conſequēter ponit conſolatio Ieſu Sacerdotiſ de Chriſti incarnatione quod ſumme deſiderabant patreſ. ue. teſ. ideo dicitur. audi Ieſuſ. q. d. rem ualde grandem ego ſum tibi dicturuſ. tu & amici tui. id eſt illi qui ſunt parati ad eiciendum alienigenaſ uxoreſ & legem ſeruare quia uiri protendenteſ ſunt. id eſt in futurum expectanteſ. ſcilicet Chriſti myſterium dicitur enim protendenſ a protēdo diſ. id eſt in longinquum deſignare uel expectare Ra. Sa. dicit q̄ iſti fuerunt Ananiaſ. Miſael & Azariaſ qui de Babylone redierūt cū Zorobabel & Ieſu Sacerdote & erant ei familiareſ & amici & dicuntur hic uiri

protendentes: quia in eis fuit factum portentum. id est mirabile signum quando de camino ignis exierant illesi ut habetur Dañ. tertio. ecce ego adducam seruum meum orientem. In Hebreo habetur. germinantem & exponit hoc Ra. Sa. de Zorobabel qui dicitur hic germinans eo q̃ genuit Neemiam ut ipse dixit qui edificauit ciuitatem Hierusalem. sicut pater suus templum ante construxerat. Sed non uidetur uerum: quia secundum Mach. dicitur q̃ iste Neemias erat sacerdos & sic de Tribu Leuitica. Zorobabel autem fuit de Tribu Iuda ut patet Mat. primo & ideo alii expositores Catholici dicẽtes cum Ra. Sa. q̃ hec scriptura intelligitur ad litteram de Zorobabel dicunt: q̃ hic uocatur oriens quia fuit ortus de Tribu regia. & quia prosperatus fuit in edificio templi. Sed isti cum Ra. Sa. nimis uidentur iudaizare & magis q̃ antiqui Hebrei: unde ubi translatio nostra habet. ecce enim ego adducam seruum meum ori/ entem: etc. translatio Caldaica apud Hebreos autentica sic habet ecce ego adducam seruum meum Messiam & reuelabitur. ex quo patet q̃ de Christo ad litterã intelli/ gitur. quia ecce lapis. id est Christus qui dicitur lapis abscisus de monte sine manibus Dañ. ii. quem dedi coram Iesu. quia uidit eum per fidem futurum sicut saluator dicit Io. x. Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum uidit & gauisus est sup lapidem unum. id est Christum qui est unus in persona licet in eo sit duplex natura. septem oculi sunt. id est septem dona spiritus sancti que in plenitudine quiuerunt in Christo homine sed q̃ dicitur Esaie. xi. requiescet super eum spiritus domini etc. qđ ad litteram intelligitur de Christo etiam secundum dicta Hebreorum: ut ibidem fuit diffusius declaratum. ecce ego celabo scripturam eius. quia corpus Christi formatum fuit in utero uirginis uirtute diuina. & auferam iniquitatẽ terre. i. mundi totius uel p̃ septem oculos uniuersitas angelorum designat̃. Vnde Dañ. iii. angeli dicunt̃ uigiles & Mat. xviii. angeli eorum semper uident faciem patris. & isti septẽ oculi sunt sup Christum quia semper sunt attenti ad exequẽdum eius mandatum quia ipse est Rex angelorum. & hec expositio magis concordat littere sequenti. In die una. id ẽ in die passionis sue secundum quod dicitur Io. primo. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Considerandum autem q̃ hic dicit Ra. Sa. q̃ ipse nescit que sit ista dies: qa non potest assignare aliquam diem secũdum perfidiam iudaicam que negat Christũ uenisse in qua terra iudee fuerit absq; iniquitate. & ideo ex hoc q̃ confitetur hanc ignorantiam preter eius intentionem confirmat catholicam ueritatem. in die illa. id ẽ tempore Christi. uocabit uir amicũ suum subtus umeã etc. & per talem modũ loquẽdi significatur tempus magne pacis in pluribus locis sacre scripture & sic fuit in Christi natiuitate propter quod descriptus fuit orbis ut dictum est supra omnibus terris sub imperio Romano pacatis.

.IIII.

ET reuersus est. Hic consequenter ponitur consolatio Zorobabel ducis de cõ/ solatione templi futura q̃ ipse fundauerat: sed postea opus impeditum fuerat usq; ad secundum annum Darii Regis Persarum in quo Zorobabel & ei adherẽtes resumpserunt opus ut dictum est supra Aggei. i. Igitur presens ca. in duas partes diuiditur: qa primo huius consumationis ponit̃ prophetica uisio. secundo huius uisi/ uisionis expositio ibi: & respondi. Circa primum dicitur: & reuersus est angelus. mihi pro custodia deputatus: qui ad horam disparuerat. & suscitauit me. ad uisionẽ. n. Pro/ pheticam oportat excitari uel eleuari mentẽ: & sequitur uisio: cũ dicitur: uidi & ecce candelabrum. uidebat enim uisione imaginaria candelabrum aureum simile illi quod fuerat in tabernaculo Moysi de cuius materia & forma dictũ fuit plenius Exo. xxv. & lampas eius. id est sedes lucerne que erat de auro mundissimo super caput ipsius id ẽ

in ſummitate candelabri & accipitur hic lápaſ in ſingulari pro plurali ſicut Exo. viii. uenit muſca grauiſſima id eſt multitudo muſcarú qa. vii. erant ſedeſ lucernarum ſicut & ſeptem lucerne. Vel poteſt dici q̄ hic fit ſpecialiſ mentio de una illarum que erat in medio ſuper ſtipitem candelabri & treſ hinc & inde ſuper ſex calamoſ eiuſ. & ſeptem fuſoria. id eſt uaſa aurea cum quibuſ infúdebatur oleum in lucerniſ. & due oliue. id ē rami oliuarum in ſuperiori parte quaſi formam ſpicarum habenteſ. Et reſpondi. hic ponitur predicte uiſionis expoſitio. & primo de ſignatione candelabri. ſecundo de ſpiciſ oliuarum ibi. & reſpondi. Circa primum ſciendum q̄ candelabrum erat unum de principalibuſ ornamentis templi & ideo nó ponebat ibi niſi poſt completionē ipiuſ tēpli & ideo p uiſionem cādelabri deſignat̄ futura conſumatio templi ſub Zorobabel a quo fuerat inchoatum. & hoc eſt: quod ſubditur: hoc eſt uerbum domini a Zoro/ babel. id eſt uiſio predicta eſt ſignificatiua cóſumationis templi ſicut & uerbú ſenſibile eſt ſignum rei ſignificate: non in excercitu neq; in robore. id eſt non uirtute humana conſummabitur templum: ſed diuina: ideo ſubditur. ſed in ſpiritu meo. quia deuſ inſpi/ rauit Dario conſummare templum in Hieruſalem inchoatum & ad hoc prebere ne/ ceſſaria & remouere impedimēta. ut habetur. i. Eſdre. vi. quiſ tu monſ magne. id eſt diabole per ſuperbiam eleuate qui opuſ templi impediſti: incitando ad hoc gentileſ & Cambyſem filium Cyri coram Zorobabel in planum. id eſt abiicieriſ ab intento: & ampliuſ impedire non poteriſ. & educet lapidem primarium. id eſt Zorobabel ſuper lapidem fundamenti iam ante poſitum educet edificiú in altum. & exequabit gratiam gratie eiuſ. id eſt ſicut Cyruſ dedit licentiam edificandi ita p impetrationē Zorobabel Dariuſ dabit gratiam cōſumandi. ideo ſubditur: manuſ Zorobabel fundauerút domú iſtam. ſub Cyro: & manuſ eiuſ perficiet eam ſub Dario. & ſcietiſ. per impletionē uerbi mei quia dominuſ exercituum miſit me ad uoſ: de edifitio templi exhortando per im/ pletionem enim propbetie ſue apparuit manifeſte q̄ fuerat a deo miſſuſ ſicut Pro/ pheta ueruſ. quiſ enim deſpexit dieſ paruoſ. id eſt ſtatum redeuntium de Babylone qui deſpiciebantur & affligebantur a gentibuſ circumſtantibuſ: ut patet. i. Eſdre. quia tamen hiſ non obſtantibuſ templum fuit per Zorobabel conſummatum ideo ſubdit: & letabuntur. ſcilicet iudei priuſ deſpecti & impediti. & uidebunt lapidem ſtagneum. In Hebreo habetur. plumbatum. per quod deſignatur edificium templi recte ſubli/ matú. in manu Zorobabel. id eſt per ſolicitudinem & diligentiam eiuſ. Conſequēter exponit q̄ dictum eſt ſupra de oculiſ ſuper lapidem unum: cum dicit̄: ſeptem iſti oculi id eſt uniuerſitaſ angelorum deſignata per ſeptenarium eo modo loquendi quo dixit Raphael angeluſ Thobie. xii. Ego ſum unuſ ex ſeptem angeliſ qui aſtamuſ ante dominú. omneſ enim angeli aſſiſtút coram deo inquantum faciem eiuſ clare uident. & omneſ mittuntur in miniſterium ſecundum quod dicitur Hebre. p̄mo omneſ admi/ niſtratorii ſpirituſ ſancti etc. inquantum uoluntatem eiuſ exequútur. licet enim ſup/ ioreſ angeli non mittātur. ad exteriora exequenda: propter quod dicuntur aſſiſtēteſ alii adminiſtranteſ: tamen etiam ſuperioreſ mittuntur ad inferiora. quia ſuperioreſ illuminant mediоſ. & medii inferioreſ de agēdiſ: ſecundum ordinem diuine uolútatiſ ideo ſubditur: qui diſcurrunt uniuerſam terram. quia agunt ad ea que faciunt circa humanam naturam. Et reſpondi. Hic conſequenter ponitur expoſitio de duabuſ oliuiſ & ſpiciſ earum & roſtriſ candelabri & quia eadem eſt eorum ſignificatio: ideo datur una reſponſio cum ſuditur in fine ca. iſti ſunt duo filii olei. id eſt Zorobabel & Ieſuſ Pontifex qui dicuntur filii olei quia Zorobabel erat de Tribu Regia Ieſuſ. autem de Sacerdotali dignitaſ autem utriuſq; per inunctionem debebat conferri. tñ

ista unctio non fuit tempore seccundi templi secundū Hebreos. qui assistunt dñatori uniuerse terre. fideliter assistentes operi eius in tēpli edificatione: rostra aurea secundū uisionē imaginariam erant due recuruationes in candelabro in quibus pendebāt infusoria de oliuis autem & spicis earum dictum est supra. .V.

ET conuersus est hec est secunda pars principalis huius prophetie in qua ponunt prophetie spectantes ad tempus habitationis ciuitatis reedificate & primo sub regno Persarum secundo Grecorum. capi. nono. Sciendum tamen q̄ hec diuisio non est precisa sed frequenter de alio tempore inuenitur in una parte & econuerso quia sicut frequenter dictum est supra talis diuisio sic precisa non inuenitur in Prophetis qui secundum tactum uarium spiritus sancti de uno transeunt ad aliud aliqua occasione habita. Prima diuiditur in tres partes quia primo ponitur expulsio multiplicis uitii. Secundo successio quadruplicis Imperii. ca. VI. Tertio solutio dubii ca. VII. Prima in duas secundū duplicē uisionē. secunda ibi. ingressus ē. Circa primū dicit & conuersus sum. ad capiendum diuinam reuelationem. & uidi uisione imaginaria. & ecce uolumen uolans. id est extens de templo & ciuitate: cuius quantitas subditur. longitudo eius uiginti cubitorum. id est secundum longitudinem porticus templi cuius longitudo erat. uiginti cubitorum secundum latitudinem templi. & latitudo. x. cubitorum. ante faciem templi ita q̄ uolumen illud uidebatur de templo egredi: & dixit ad me. exponendo significationem uoluminis hec est maledictio. id est pena p̄ peccatis inflicta sicut Ezechielis secundo ca. uidit librum in quo erant scripte lamentationes. que egreditur super faciem omnis terre. cum iudeis peccatoribus de Hierusalem & iudea captiuitatis ad diuersas partes orbis propter peccata futuri periurii que ante destructionem ciuitatis uigebant ibi. Vnde & Sedechias Rex traditus fuit in manus Nabuc. propter peccatū periurii. quod incurrerat erga ipsum ut habet̄ .ii. Paralipō. ultimo. quia omnis fur sicut ibi scriptum est. in uolumine iudicabitur. id est punietur. & educam illum. extra Hierusalem & Iudeam. & per hoc designat̄ q̄ reedificata Hierusalem talia peccata non abundauerunt in Iudea. & ueniet ad domum furis. etc. i. ultio diuina ueniet super iudeos captiuatos propter peccata ista & cōsumet eam & ligna eius. id est totam progeniem transgressorum. Et egressus est. Hic ponitur secunda uisio. uidebat enim Prophetа uisione imaginaria quandam amphorā de templo & ciuitate egredientē in qua sedebat quedam mulier ita q̄ per os amphore apparebat desuper. uidebat etiam talentum plumbi portari ab angelo. qui depressit Mulierem infra am horam opilans os amphore talento uel massa plumbi ne mulier posset egredi inde & desuper apparere. uidebat ulterius duas mulieres alatas portātes illam amphoram ad Babylonis terram. per amphoram autem que est genus mensure designatur q̄ populus regni Iude dolose egerat in mensurando ea que uendebat. & propter hoc ductus captiuus fuit in Babylonē: ut dicit R. a. Sa. sed quia p̄ncipaliter fuit ibi ductus propter idolatriam ut patet. iii. Regum & .ii. Paralypō. in pluribus locis ideo alii dicūt & melius: ut uidet̄: q̄ p̄ amphoram que est genus mensure intelligitur multiplicatio peccatorum in regno Iuda. & in tanta mensura q̄ diuina iustitia exibat: ut ultio inferretur secundum mensuram peccatorum: secundum illud Deut. secundum mensuram peccati erit & plagarum modus. per mulierem sedentem in amphoram & desuper apparentem intelligitur idolatria que est directe contra deum & ideo excedit peccata que sunt contra proximum: ideo uocatur impietas quia sicut cultus diuinus uocatur pietas secundum Tullium: ita & idolatria impietas. talentum uero plumbi significat grauitatem peccati due mulieres amphoram portantes in terrā

Sennaar que est eadem cum terra Babylonis ut patet Ge.xi. significat duas Tribus a qbus regnū duarū Tribuū que propter peccatū idolatrie principaliter & alia consequenter fuerunt captiuate in Babylonem. & his dictis patet littera usq; ibi. & edificetur ei. id est idolatrie & cetere malicie. domus. id est mansio. in terrā Sennaar. id est Babylōis cum peccatoribus ibi captiuatis. & ponatur ibi super basin suam. id est sic situetur: q̄ non reuertatur in iudeam & sic factum fuit: quia post reditū captiuitatis Babylonice nō legitur ille populus ad idolatriam declinasse nisi aliqui pauci tempore Antiochi & magis timore tormenti quam libidine peccandi. .VI.

ET conuersus sum. Hic ponitur successio quadruplicis regni cui successiue seruierunt Iudei scilicet regni Chaldeorum Persarum Grecorum & Romanorum. Et diuiditur in duas partes quia primo ponit dicta successio. Secundo Iudeorum ꝓsperatio tamen sub seruitute. secunda ibi. & factum est. Prima in duas quia primo ponitur conditio. secundo eorū dilatatio ibi: in qua. Circa primum dicitur: uidi uisione imaginaria. & ecce quattuor quadrige. id est quattuor regna predicta. egredientes de medio duorum montiū etc. id est succedentes sibi in orbe secundum dicta Prophetarum sanctorum qui de ipsis prophetauerunt: ut patet hic. & Dañ. secundo & in pluribus aliis locis. & dicuntur isti Prophete montes propter altitudinem contemplationis & erei propter stabilitatem uirtutis. & duo quia fuerunt de duobus regnis. Aliqui enim fuerunt de regno Iude. & aliqui de regno Israel ut patet in libro Regum.ii. Para. In quadriga prima. id est in regno Chaldeorū equi ruffi. In Hebreo habetur. rubei quia Chaldei multum sanguinem effuderūt. & potissime de Iudeis in obsidione Hierusalem & eius captione. & in quadriga secunda. id est in regno Persarum & Medorum equi nigri propter horrorē quem incusserūt Perse & Medi Iudeis tempore Assueri qui suadente Ammon precepit omnes Iudeos in terra sua interfici. in quadriga tertia. id est in regno Grecorum equi albi qa primus Rex Allexander Magnus licet ueniret contra Hierusalem ad destruendam eam tamen uersus fuit in mansuetudinem eo ꝙ summus Sacerdos & alii sacerdotes ex reuelatione diuina exierunt obuiam sibi in pōtificalibus & sacerdotalibus indumentis. & descendens de equo deum celi in summo Pontifice adorauit: dicens ꝙ cum adhuc esset in terra sua deus apparuit sibi in tali effigie promittens ei uictorias de Regibus terre: ut habetur in scolastica historia. & in quadriga quarta. id ē in regno Romanorum. equi uarii: quia aliqui Imperatores fuerunt Iudeis mansueti ut Agustus & Tyberius & aliqui feroces ut Caius. Nero. et Vespasianus. & fortes. quia regnum Romanorum in fortitudine precedentia regna excessit. quid sunt hec domine mi? id est quid significant iste quadrige & equi? & ait ad me uisionem exponendo. Isti sunt quattuor uenti celi. id est quattuor regna ad modum uentorum per terras discurrentia: uel quia orta fuerūt in quattuor partibus mundi unde oriuntur uenti. ut stent in potestate. & dominio temporibus sibi p̄fixis a deo a quo est omnis potestas terrena. In qua. Hic consequenter ostenditur ubi inceperunt bellare ad se dilatandum. tñ de quadriga prima in qua equi ruffi erant non fit hic mētio qa regnum Chaldeorum iam erat destructum per Cyrum & Darium in qua erant equi nigri. id est Perse & Medi ut iam dictum est. egrediebātur ad terrā acquilonis. licet enim Chaldea non esset in acquilonari parte respectu Medie & Persidis ut in superioribus dictum est: tamen regnum Chaldeorum se extendebat usq; ad partes acquilonares. Vnde ex illa parte collegit Nabucodonosor exercitum aduenendum contra Hierusalem ut dictum fuit Hiere. primo & in illis partibus que sūt propinque Medis & Persis ut in superibus dictum est. tamen regnum Chaldeorum

se extẽdebat usq; ad partes aquilonares. Vnde ex illa parte collegit Nabucodonosor exercitum ad uenendum contra Hierusalem ut dictum fuit Hiere. primo & in illis partibus que sunt propinque Medie & Persidi inceperunt Medi & Perse impugnare regnum Chaldeoꝝ. & albi. id est Greci. egressi sunt post eos. quia Allexander Magnus ibi debellauit Darium Regem Persarum & Porum Regem Indorum. & uarii. id est Romani. egressi sunt ad terram austri. ibi se dilatantes respectu situs Rome. qui aũt erant robustissimi. isti sunt etiam Romani qui supra dicti sunt uarii & fortes. exierunt & querebant ire etc. quia non se dilatauerunt tantum ad unam partem sed ad omnes partes orbis ideo sequitur: & dixit. scilicet dominus a quo est omnis potestas. ite perambulate terram. ex omni parte subiugando eam. & ecce qui ingrediuntur ad terram. aquilonis. inpugnando regnum Chaldeorum. requiescere fecerunt spiritum meum. id est iram meam. loquitur enim deus de se ipso ad modum hominis irati cuius ira quiescit: quando punit. deus autem punuit Chaldeos per Persas & Medos quãdo Balthasar Regem interfecerunt. & regnum eius occupauerunt Dañ. v. Et factũ est. Hic consequenter ponitur Iudeorũ consolatio de edificatione templi & honore edificati. Circa quod sciendum q̃ aliqui Iudei de Babylone uenerant apportantes munera argenti & auri pro templi edificatione & eius ueneratione & in reuelatione diuina preceptum est Zacharie q̃ ex illo auro & argento faceret coronas & poneret eas in capite Iesu Pontificis ad denotandum profectum in edificatiõe templi & administratione pontificalis edifitii & q̃ postea ille corone suspenderentur in templo edificato in loco patenti ad templi decorem & offerentium memoriam & his dictis patet littera paucis exceptis que discurrentur. Ecce uir oriens nomen eius. id ẽ Iesus Pontifex in bono proficiens. & subter eum orietur. id est sub eo edifitium templi p̃sperabitur. & consilium pacis erit inter duos illos. id est Iesum Pontificem & Zorobabel Ducem. & qui procul sunt. non solũ Iudei sed etiã gentiles uenient in Hierusalẽ ex deuocatione. & edificabunt in templo domini. offerentes munera preciosa ad tẽpli edificationem necessaria secundum q̃ habet̃. ii. Mach. iii. fiebat etiam ut ipsi Reges & Principes locum summo honore dignum ducerent. & templum maximis muneribus illustrarent & scietis. per impletionem prophetie mee & sic est uerbum Zacharie. erit autem hoc si auditu audieritis. etc. per hoc patet q̃ hec promissio de bono futuro & alie consimiles frequenter intelliguntur in scriptura sub condictione scilicet si illi q̃bus fiunt: in bono perseuerent: & similiter comminationes de malo pene: si permaneãt in peccatis. Sciendum autem q̃ ubi translatio nostra hic habet: ecce uir oriens nomẽ eius translatio Chaldaica apud Hebreos autentica sic habet . ecce uir Messias nomen eius. & sic intelligitur ad litteram de Iesu Nazareno qui est uere Messias in lege & Prophetis promissus qui dicitur oriens: quia secundum deitatem eternaliter oritur a patre. & subter eum audietur quia tunc erat nasciturus secundum humanitatẽ temporaliter de matre: & ipse edificabit templum domino. id est ecclesiam de fidelibus suis tanquam de lapidibus uiuis. & ipse exstruet templum. repetitio est eiusdẽ ad maiorem assertionem. & ipse portabit gloriam. in sua resurrectione. & sedebit & dominabitur super solio suo. in sua ascensiõe ad dexteram patris ut dicit̃ Mat. ultimo. Assumptus est in celum & sedet ad dexteris dei. & erit Sacerdos etc. Vnde dicitur de ipõ Hebreo septimo. hic autem eo q̃ maneat in eternum: sempiternum habet sacerdotium. & cõsilium pacis erit inter illos. id est inter Iudeos & gentiles equibus facta est una Ecclesia sub uno pastore Iesu Christo. Cetera exponantur sicut prius nec mirandum q̃ in principio huius partis loquitur scriptura de Iesu filio Iosedech qui fuit figura re &

nomine Iesu Christi filii dei quia propter similitudinē figure ad figuratū sacra scrip/
tura frequenter transit sub uno contextu de uno ad alterum sicut dictum fuit Esaie
xxiii. q̄ scriptura loquendo deRege Babylōis transit ad loquendum de demone per
eum figurato & similiter fit inpluribus locis aliis. .VII.

ET factum est. Hic interponitur solutio cuiusdam dubii. Et diuiditur in duas
partes quia primo questio proponitur: & secundo soluitur ibi. & factum est.
Circa primum sciēdum q̄ post destructionē ciuitatis & templi tempore Sedechie iudei
postea ieiunauerunt annuatim illa die. & qa populus redierat de captiuitate & templū
erat prope consumationem: Ideo Iudei qui remanserunt in Babylone miserunt nūtios
in Hierusalem ad Prophetas & Sacerdotes querendo si deberent ab illo ieiunio ces/
sare & hoc est. q̄ dicitur: & factum est in anno. iiii. Darii. Regis. in cuius anno sexto
templum fuit consumatū in quarta scilicet die noni mensis qui est Casleu cui apud nos
correspondet Nouember. & sic accipitur nonus mensis secundum ordinem festorum: in
quo ordine Martius est primus. ut declaratum fuit diffuse Gen. septimo & Exo. xii.
& miserunt. de Babylone. Sarasar. iste erat principalis inter nuntios. ad deprecandū
faciem domini. quia omni bono negotio premittenda ē oratio. ut sacerdotibus diceret
etc. qui debent respondere de lege & de aliis dubiis. nunquid flendum est mihi. id est
populo Iudaico. in mense quinto. licet enim ciuitas fuerit capta quarto mense tamen
non fuit combusta usq; ad mensem quintum ut dictum est supra tricesimonono et
habetur. iiii. Regum ultimo. Et factum est. Hic consequenter questio proposita
soluitur. in qua solutione sic proceditur: quia primo increpantur de modo ieiunandi
preterito. secundo consolantur de bono futuro. ca. octauo. tertio impletur questiōis
solutio uersus finē. c. viii. ibi & factū ē. Prima i duas qa p̄mo Propheta arguit modū
indebitum ieiunandi. Secundo inducit ad rectum modum uiuendi ibi: & factum est
Circa primum sciendum q̄ licet iudei in diebus ieiuniorum suorum abstinerēt ab ali/
quibus cibis non tamen abstinebāt a uitiis propter quod erant reprehensibiles secūdū
quod diffuse ostenditur Esaie. lviii. ideo ibidem dicitur nolite ieiunare sicut ad hanc
diem. & hoc modo arguit eos Propheta dicens. cum ieiunaretis & plangeretis in q̄nto
scilicet mense pro ciuitatis & tēpli destructione & in septimo: p̄ interfectione Godolie
ad quam secuta est dispersio reliquiarum populi Iude per hos. vii. annos scilicet cap/
tiuitatis. nunquid ieiunium ieiunastis mihi? id est ad bonorem meum quasi diceret
nō quia non abstinuistis a peccatis. & cum comedistis & bibistis. laute post ieiunium.
nunquid non uobis comedistis etc. id est ad propriam uoluptatem q̄si. d. sic & nihil
pauperibus dedistis. nunquid non sunt uerba que locutus est dominus? de modo ieiu/
nandi in debito. in manu Prophetarum priorum. sicut allegatum est de Esaia q̄ suo
tempore arguit ieiunantes male. Et factum est. Hic consequenter inducit populū
ad debitū uiuēdi modum cum subditur iudicium uerum iudicate. non deferentes alicui
contra iusticiam timore aut fauore. & misericordiā. q̄ntum ad mentis affectū. & mi/
serationes. quantum ad multiplicem effectum. facite. cum personis indigentibus cuius/
cunq; conditionis aut sexus. uir fratri suo. id est proximo suo. non cogitet in corde
suo malum. exquo patet falsitas Iosephi dicentis libro antiquitatum. xii. q̄ cogitatio
non est peccatum nisi procedat ad effectum. & noluerunt attendere ad uerba Pro/
phetarum patres uestri qui erant in Hierusalem & regno Iude ante destructionem
Hierusalem sed magis Prophetas persecuti sunt ad mortem & facta est indignatio
magna a domino. qui per Chaldeos ciuitatem & templum destruxit populum partim
occidendo & partim captiuando. ideo sequitur & dispersi eos per omnia regna id est

per multa ut p regna Assyriorum. Chaldeorū. Persarum. & Medorum. & posuerunt terram desiderabilem. id est Iudeam que fuit desiderabilis patribus sanctis non tamen propter eius fertilitatem quia terra Egypti est fertilior q̄ propter mūdi redemptorē qui in ea operatus est salutem.

.VIII.

ET factum est. Hic post populi increpationem ponit Propheta boni ꝓmissionē ut bonus Samaritanus post unum mordificatiuum infundens oleum lenitiuum. Et diuiditur in duas partes quia primo ponitur dicta promissio. Secundo ꝓmissionis confirmatio ibi. hec dicit. promissio uero est de prospera habitatione ciuitatis Hieru/ salem reedificate. premittitur tamen preterita castigatio cum dicitur in persona dei: zelatus sum Sion. sicut uir uxorem qui acriter corripit eam delinquētem. & accipit hic Sion pro populo qui ibi conuenitebat ad templum. & etiam pro templo qa popu/ pulus castigatus fuit per captiuitatem & templum incensum propter populi malicia & reuersus sum ad Sion propter dulcedinē clemētie. & habitabo in medio Hierusalē quia post reedificatiōem templi ibi uiguit cultus dei & etiam ibi erat multitudo populi ideo sequitur: adhuc habitabunt senes etc. quia non interficiētur in iuuentute sicut antea cetera patent. Hec dicit. Hic consequenter ponitur dicte promissionis con/ firmatio & diuiditur in duas: quia primo confirmatur ratione. Secundo exemplo: ibi. hec dicit. ratio autem accipitur ex dei potentia cui nihil est difficile. & hoc est q̄ dicit si difficile uidetur in oculis reliquiarum populi huius. propter paucitatem plebis tpe Zacharie uidebatur hominibus q̄ decetero Hierusalem non posset sufficienter po/ pulari. sed hoc non obstat potentie dei ideo subditur: nunquid in oculis meis etc. & subditur modus populationis cum dicitur. ecce ego saluabo. quia reedificata ciuitate & statu eius prosperante multi iudei de diuersis partibus instinctu diuino uenerūt ad habitandum ibi. Hec dicit. hic consequenter confirmatur p hoc q̄ anteq̄ resumeret reedificatio templi populus erat in misero statu. & opere resumpto cepit meliorari: & ideo dicitur. qui auditis in diebus his sermones istos per os Prophetarū. scilicet Aggei & Zacharie ad edificium templi exhortantium. siquidē ante dies illos merces hominis non erat. etc. id est homines & iumenta laborabant quasi frustra: quia non cedebat eis ad lucrum. nec introeunti nec exeunti erat pax. propter insidias aduersariorum. nunc autem. id est post operis resumptionē. non iuxta dies priores. in quibus populus erat in miseria magna sed semen pacis erit. id est populus poterit pacifice seminare & metere & erit abundantia fructuum. ideo subditur: uinea dabit fructum suum etc. & erit sicut erat maledictio in gentibus. quia quando gentiles maledicebant alicui dice/ bant sic tibi contingat sicut miseris Iudeis. sic saluabo uos de malis. & erit benedictio. quia bñdicens alicui dicet: fiat tibi sicut Iudeis. licet istud aliqualiter fuerit impletū tempore templi consummati & ciuitatis reedificate tamen multo perfectius impletum fuit tempore Christi & Apostolorum cetera patent usq; ibi. hec sunt ergo uerba ubi concludit q̄ promissio dictorum bonorum implebitur in eis si permaneant in iusticia ideo subditur: loquimini ueritatem sine dolo & deceptione. ueritatem & iudicium pacis iudicate. sine personarum acceptione. in portis nostris. in portis enim ciuitatis sedebāt antiquitus Iudices ut omnes tam indigene q̄ aduene in promptu possent eos inue/ nire. cetera patent. Et factum est. Hic consequenter ponitur completio solutiōis. Secūdo aduentus Christi denuntiatio ibi. hec dicit. qa p̄ncipalis intentio Propheta ꝛ est nuntiare dies Messie ut dicit Rabbi Salomon infra nono capitulo & alii doctores Hebrei ideo frequenter loquendo de aliis interserunt de pertinentibus ad aduentum Christi. Circa primum sciendum q̄ questio fuit mota de ieiunio quinto mēse &. VII.

& occasione huius fit mentio de aliis ieiuniis que apud iudeos fiebāt per anni circulū cum dicitur. ieiunium quarti scilicet mēsis in quo rupta fuit ciuitas Hierusalē & capta quarto Regum ultimo & ieiunium quinti in quo templum & ciuitas Hierusalem fuerunt combusta. & ieiunium septimi in die expiationis & propter mortem Godolie ut predictum est. & ieiunium decimi quia tūc Ezechiel & populus existens in Babylónia audierunt rumores de subuersione Hierusalem & templi. erit domui iude in gaudium id est uertetur in eorum prosperitatem. & solatium. si tamen ieiunent debite scilicet a uitiis abstinendo. & opera iusticie faciendo ideo sequitur: ueritatem tantum & pacem diligite. iuste & pacifice cum proximo conuersando. Hec dicit. Hic consequenter denuntiatur multiplicatio fidelium in aduentu Christi cum dicitur: usq; quo ueniant. etc. & continuatur sic cum precedenti littera ueritatem tātum & pacem diligite. iuste & pacifice conuersando. usq; quo ueniant populi multi ad fidē m Christi. in lege & Prophetis promissi. & habitent in ciuitatibus multis: per orbem diffusis sicut uidemus impletum per orbem uniuersum. & uadant habitatores. etc. se inuicem exhortātes ad bona opera. uadā etiam ego. qa deus in humana natura assumpta uenit in Hierusalē ubi oblatus fuit in templo ibi frequenter orauit. & predicauit populum exhortando in diebus illis in quibus apprehēdent decem homines etc. & quia sunt .lxx. lingue que multiplicate per decem faciūt septingentos & iterum in palmis Iudeorum erant q̄ttuor fimbrie per quattuor angulos septingenti uero ducti per quaternarium faciunt duo milia octingentos & dicit hic Ra. Salomon q̄ tot gentiles de omnibus linguis sequētur quemlibet Iudeum conuersi ad Iudaismum. & quia hoc non fuit impletum a reditu captiuitatis Babylonice usq; ad tempus istud: ideo cogitur hoc reducere ad tps futurū in quo dicit Messiā uenturum. sed quod dicit implendum: iam impletum est a tēpore Apostolorum qui fuerunt Iudei natione. quia in predicatione ipsorum in sortibus suis non solum de gentilibus adheserunt uni Apostolo duo milia octingenti sed etiam multoplures ad fidem Christi conuersi. dicitur tamen hic. apprehendēt decem homines. quia denarius est primus limes numerorum ut habetur tertio Phys. & sequentes numeri sunt replicationes denarii. ut secundo bis decem. tertio ter decem. & sic consequenter. & ideo per denarium notatur multitudo adherētium Apostolis ad sequēdū Christum ex omnibus linguis. propter hoc donum linguarum in die Pent. fuit datū Apostolis ut fidem Christi predicare possent in omnibus liguis. .IX.

ONus uerbi. Postq̄ posite sunt prophetie respicientes tempus Hierusalē reedificate sub dominio tamen Persarum. hic ponuntur prophetie ad idem sub tēpore regni Grecorum. Et diuiditur in tres partes quia primo nuntiatur consolatio Iudeis ex aduersariorum detectione. Secundo ex Christi missione ibi. exulta satis. Tertio ex bonorum multiplicatione capitulo decimo Primam uero partem exponit Rabbi Salomon de subiectione terrarum & ciuitatum que nominantur hic tempore Messie quem expectant uēturum Iudei. sed quia hoc iam transiit in preteritum ideo alii exponunt de uictoriis Machabeorum sed quia uictorie eorum non uidētur aliqualiter se tantū extendisse ut littera sonat ideo alii exponūt & melius ut credo de uictoriis Alexādri Magni q̄ fuit p̄mus Rex in Monarchia Grecoꝝ & destruxit Monarchiā Persaꝝ & Medorum. Igitur secundum hanc sententiam exponitur sic littera onus uerbi dñi in terra Adrach etc. i. prophetia de malo pene superuēturo terris infranominatis & deficiente earum potestatem sicut onus graue deficit hominis portantis uirtutem. in terra Adrach. id est Syrie & Damasci. id est requiei eius quia Damascus erat caput Syrie ut habetur Esaie septimo & ideo in ipsa quiescebat Syria sicut in

metropoli & fortiori ciuitate. qa domini eſt oculuſ hominiſ etc. quia dominuſ ꝓuidet & diſponit omnia ſuper homineſ uentura & potiſſime reſpicit populū Iſrael: inquantū aſſumpturuſ erat humanam naturam de eo. hoc autē hic introducit ad ſignificandū ꝙ tribulationeſ hic nunciante ſuper terraſ iſtaſ uenture per Alexandrum Magnum uenerunt propter mala que fecerunt populo Iudeorum ſaltem pro parte. Emath quoq; nomē ē ciuitatiſ Syrie ꝓpe terminoſ Iudee & Tyruſ & Sidō ſimiliter ut patet ex tertio Regum. aſſumpſerunt quippe ſibi ſapientiam. ſcilicet terrenam. ideo ſubdit: & edificauit Tyruſ munitionem ſuam. ut non timeret hominem. & coaceruauit ar/ gentum quaſi humum. id eſt in magna ualde abundantia. & hoc ex mercibuſ que afferebantur ibi per mare ex terriſ diuerſarum gentiū ut habetur Ezechie. xxvii. ſed quia ſapientia terrena non ualet contra dominum: Ideo ſubditur: ecce dominuſ poſſidebit eam. per Alexandrum. & percutiet in mari fortitudinē eiuſ. Tyruſ .n. erat undiq; mari circūcluſa. ſed Alexander Magnuſ ex ligniſ & lapidibuſ & terra ꝓpoſitiſ contiguauit eam propinque littori. & ſic cepit eam & combuſſit. uidebit Aſcalō etc. iſte enim ciuitateſ Phyliſtinorum erant ſite ſupra mare mediterraneum & propinque Tyro & ei confederate & ideo uidenteſ deſtructionem eiuſ timuerunt de deſtruc/ tione propria: ideo ſubditur. quoniā confuſa eſt ſpeſ eiuſ quā habebat in fortitudine & auxilio Tyri. & ſedebit ſeparator in Azoto. que eſt ciuitaſ Phyliſtinorum. & dicit hic ſeparator Alexander qui bona terre ſeparauit: & diuiſit ſuiſ bellatoribuſ. In He/ breo habetur: & ſedebit ſpuriuſ in Azoto. & hoc conuenit Alexandro qui fuit natuſ de adulterio. Nectanabo enim per illuſioneſ magicaſ ſub ſpecie Ammoniſ dei Lybie cognouit matrem Alexandri & eum genuit. ut habetur in hyſtoria Alexandri. & auferā ſanguinē eiuſ de ore eiuſ. ſ. Alexādri qui indignatuſ cōtra Iudeoſ dixit ſe uelle deſtruere Hieruſalem & Iudeorum ſanguinem effundere: ſed uiſo ſummo Sacerdote fuit uerſuſ in manſuetudinem. ut dictum eſt ſupra capitulo ſexto. & abominationeſ eiuſ. id eſt blaſphemiaſ de deo Iſrael quibuſ dicebat ipſum impotentem ad defen/ dendum populum Iſrael contra ipſum. de medio dentium eiuſ. id eſt de lingua eiuſ: que eſt in medio dentium. & relinquetur. id eſt ſeruabitur. etiam ipſe deo noſtro. qa Alexander deo ſacrificauit in Hieruſalem ſecundum Pontificiſ oſtenſionem. ſecundū ꝙ dicit Ioſephuſ libro Antiquitatum undecimo. & erit quaſi dux in Iuda. quia liber/ tateſ populo dedit ut ibidem habetur. & Acharon quaſi Hiebuſeuſ. quia illam ciui/ tatem ſubiecit Iudeiſ ſicut Hiebuſeuſ fuit ſubiectuſ per expugnationem Dauid .ii. Regū qnto. & circundabo domū meam. .i. tēplū ex iſ qui militant mihi. i. ex Iuda Machabeo & fratribuſ eiuſ qui templum. cōtra Principeſ Anthiochi Illuſtriſ recupe/ rauerunt. & mundauerūt. ꝑmo Machabeorum quarto. euunteſ & redeunteſ. ad bella contra aduerſarioſ inſurgenteſ. & hoc fuit poſt tempuſ Alexandri ut patet. ꝑmo Machabeorum. & non tranſibit ultra ſuper eoſ exactor. ſcilicet tributi. Vnde ꝑmo Machabeorum tertiodecimo dicitur: Anno centeſimo ſeptuageſimo ablatum eſt iugū gentium ab Iſrael. quia nunc uidi oculiſ. clementie afflictionem populi. & dicitur hoc in perſona dei. Exulta. Hic conſequenter annuntiat aduentuſ Chriſti quē ſūme deſiderabāt patreſ antiqui. Et diuiditur in duaſ parteſ: quia primo denuntiatur ad/ uentuſ Chriſti. Secundo multiplicatio fideliſ populi ibi. conuertimini. Circa primum dicitur exulta ſatiſ filia Sion. etc. quod patet impletum in domino Ieſu Xp̄o Mat. uiceſimoprimo ubi allegatur hec autoritaſ tunc impleta quando Chriſtuſ uenienſ in Hieruſalem ad paſſionē ſuā fuit receptuſ in ciuitate & tēplo cū letitia & exultatione populi. ecce Rex tuuſ uenit tibi. id eſt ad ſalutem tuam. Vnde dicit Rabbi Salomō

ꝙ ſcriptura iſta nó poteſt intelligi niſi de Rege Meſſia. iuſtuſ & Saluator. ſaluauit enim uoſ per uiam iuſticie ſe ipſum morti offerendo. ipſe pauper. pauperē enim uitā duxit a principio natiuitatiſ ſue uſq; ad horā mortiſ ut patet ex decurſu Euangelii. & aſcendenſ ſuper aſinam & ſuper pullū. ſuper utrunq; enim aſcendit ſucceſſiue tunc uenīēſ in Hieruſalem ut patebit Matthei uicēſimoprimo. & diſperdam quadrigam ex Effraim etc. quia non ut armorum triumphauit ſed euidentia miraculorum ut dicit hic Rabbi Salomon ꝙ Meſſiaſ non indigebit bellatoribuſ ad ſubiugandum ſibi multitudinem gētium. ſed erronee dicit futurum: quod iam eſt preteritum. p p̄dicationē Apoſtoloꝝ: ideo ſubditur. & loquetur pacem gentibuſ. que cóuerſe ſunt non uiolētia ſed p perſuaſionē pacificā. & poteſtaſ eiuſ a mari etc. quia in omnibuſ ptibuſ orbiſ ſút aliqui fideleſ Chriſtū confitenteſ. & Mat. ultimo dicit: data eſt mihi omniſ poteſtaſ in celo & in terra. tu quoq; o Chriſte & mutatur moduſ loquendi de tertia perſona ad ſecundam in ſanguine id eſt uirtute ſanguiniſ tui in cruce effuſi teſtamenti tui quia ſanguiſ ille eſt confirmatio noui teſtamenti Matthei uicēſimoſexto. emiſiſti uinctoſ tuoſ etc. id eſt patreſ in inferni lymbo detentoſ eduxiſti. Conuertimini. Hic cóſequenter inducuntur populi ad fidem Chriſti. aliqui tamen exponunt reſiduū huiuſ capituli de Iudeis qui fugerant tempore perſecutionis Regiſ Antiochi. ſed audito ꝙ Iudaſ Machabeuſ & fratreſ eiuſ preualuerant aduerſuſ Duceſ Antiochi redierunt de diuerſis partibuſ cum Iuda fortiter cōtra aduerſarioſ preliantes. & ad hoc ſatiſ pōt applicari littera. Sed ſaluo meliori iudicio mihi uidetur meliuſ exponi conſequenter ad litteram precedentem de uocatione ad Chriſti fidem: cum dicitur: conuertimini ad munitionem. id eſt ad Chriſti fidem que eſt tanq̄ fortaliciū credentibuſ. ſecundum illud Prouerbi. decimooctauo turriſ fortiſſima nomen domini. ad ipſam currit iuſtuſ. & ſaluabitur iuncti ſpei. quia iuncti ad inuicē caritate ſpe retributionis eterne. hodie quoq; id eſt noui teſtamenti tempore: quod dicitur dieſ. Ro. tertiodecimo Nox p̄ceſſit dieſ autem appropinquauit. annuntiāſ duplicia reddam tibi. tempore enim noui teſtamenti predicatur publice gloria fidelibuſ reddenda. ſcilicet corporiſ & anime. quoniam extendi mihi Iudam. id eſt Ieſum Chriſtum ex Tribu Iuda natum. quaſi arcum. in cruce quo arcu percuſſuſ eſt demon. impleui Effraim. id eſt Apoſtoloſ qui omneſ uel fere omneſ fuerūt de regno decem Tribuum. quod uocatur Effraim frequenter in ſcriptura ueteriſ teſtamenti eo ꝙ Hieroboam primuſ Rex fuit de Tribu Effraim. boſ aūt Apoſtoloſ impleuit dominuſ ſpiritu ſancto Actuum ſecundo. ſuſcitabo filioſ tuoſ Sió. id eſt Apoſtoloſ. ſuper filioſ tuoſ Grecia. in qua plureſ Apoſtoli predicauerūt fidem Chriſti. ideo dicitur. & ponam te quaſi gladium fortium. p̄dicādo dei uerbum. ꝙ eſt gladium ſpiritus Ephe. ſexto & dominuſ deuſ ſuper eoſ uidebitur: in miraculiſ uiſibilibuſ diuina uirtute fiendiſ ad inuocationem Apoſtolorum. & exibit ut fulgur iaculum eiuſ. id eſt effectuſ ſue poteſtatiſ ita manifeſtabitur ſicut fulgur egredienſ de nubibuſ. & dominuſ deuſ in tuba canet. in tuba. ſcilicet predicationiſ per Apoſtoloſ de qua dicitur Eſaie quinquageſimooctauo. quaſi tuba exalta uocem tuā & uadet in turbine auſtri. id eſt idola auferet ſicut uentuſ turbiniſ ſtipulam. dominuſ exercituum. id eſt angelorum. proteget eoſ. dando eiſ conſtantiam contra p̄ſecutiones Tyrannorum. & deuorabunt. id eſt incorporabunt Chriſto genteſ per ſuſceptionem fidei & ſubiicient iugo Chriſti. lapidibuſ funde. id eſt predicationibuſ procedentibuſ ex caritate que per fundam deſignatur. eo ꝙ de chorda efficitur. & bibenteſ inebriabuntur. quaſi a uino. id eſt delectabuntur in conuerſione gentium ſicut delectantur illi qui bibunt uinum. & replebuntur ut phiale. meritiſ in dicta conuerſione. & quaſi

cornua altaris. scilicet holocaustorum ubi inter cornua ponebant carnes cōcremāde ad honorem diuinum. & saluabit eos dominus deus eorum in die illa. id est tempore noui testamenti ut predictum est. & gregem populi sui. id est sicut bonus pastor diligenter custodit gregem suum. quasi lapides sancti. id est electi dei. eleuabunt super terram. primo per meritum gratie & postea per premium glorie. & hoc est qđ dicit hic. lapides sancti: apparet manifeste quia Propheta loquitur metaphorice quia lapides materiales non sunt sanctitatis uel uitii capaces. ideo subdit adhuc metaphorice quid enim bonum eius etc. id est quid est placens coram deo. nisi frumentum electorꝝ id est corpus Christi cōsecratum in pane frumenti in quo nutriunt spiritaliter electi. & uinum. id est sanguis sub specie uini. & germinans uirgines. id est multiplicans uirgines in Ecclesia dei sequentes uestigia Christi passi. .X.

Petite a domino. Hic consequenter consolatur populus de bonorum multiplicatione. Et diuiditur in duas. quia primo Propheta denuntiat bonorum multiplicationem. secundo dispersorum congregationem ibi sibilabo eis. Prima pars ab Hebreis expositoribus & Catholicis communiter exponitur de habundātia terre/ nascentium & de uictoriis Machabeorum & satis potest ad hoc applicari littera sed saluo meliori iudicio uidet mihi exponenda ꝑ bonis spiritalibus hic ꝑ corporalibus metaphorice designatis dicendo consequenter ad precedentia & subsequentia ut uidebitur in parte enim immediate precedenti Propheta locutus fuerat de uocatione ad fidem Christi & de nutritione in ea cibo & potu sacramentali ad que disponit uerbum diuinum ideo consequēter dicit Propheta: petite a domino pluuiam. id est doctrinā Euangelicam sicut Deut. triceſimosecūdo concrescat ut pluuia doctrina mea fluat ut ros eloquium etc. in tempore serotino. id est tempore noui testamenti quod dicit serotinum respectu temporis ueteris testamenti. Vnde dicitur ꝑmo. Io. secundo nouissima hora est. & hoc est quod dicitur hic. in tpe serotino. uidetur ꝙ non loquat de pluuia materiali ꝑ terrenascentibus quibus pluuia primitiui temporis est tantū uel plus necessaria. & dominus faciet niues & pluuiam. id est doctrinam Euangelicam que dicitur nix quia refrigerat concupiscentie estum & pluuia quia multiplicat boni operis fructum. dabit eis singulis herbam. sicut enim frumentum primo facit herbam & postea spicam & ultimo granum sic fructificatio spiritalis de minus perfecto ꝓcedit ad debitum augmentum i agro. scilicet dominico qui est Ecclesia Mat. tertiodecimo ꝙa simulacra locuta sunt inutile. gentilibus enim ante conuersionem in idolis dabant responsa: que non solum erant inutilia sed etiam nociua. & diuini. etc. talibus enim erant intenti gentiles ante conuersionem ad fidem. Idcirco abducti sunt. a recta uia per uarios errores. Affligentur. remanentes in erroribus. quia non est in eis pastor. id est doctor uerus sed falsus. ideo subditur. super pastores. id est sacerdotes idolorum & doctores gentilium. iratus est furor meus. quia non solum sunt mali. sed etiam alios pertrahunt ad malum. de quibus subditur: & super hircos uisitabo. & super reproboꝭ qui dicūtur hedi uel hirci Mat. uicesimoquinto. Et accipitur hic uisitatio ꝓ malo pene. quod autem subdit: quia uisitauit dominus etc. accipitur uisitatio in bonū domū Iuda. id est cetum Apostolorum Xp̄m confitentium. quia per domum Iuda intelligunt Xp̄mcōfitētes & secūdū Hebreos ut dictū fuit Hiere. xxiii. &. xxxiii. & posuit eos quasi equū glorie sue quia deduxit eos pro sua uolūtate ad declarandū gloriam maiestatis sue per opera miraculosa. in bello. contra humani generis inimicū ex ipso. id est Apostolorum cetu & successorum suorum. angulus. coniungens Iudeos & gentiles in una Ecclesia. ex ipso paxillus sustentās debiles & infirmos. in ipso arcus

prelu. contra hereſes & erroreſ inſurgenteſ & maxime tempore Antichriſti. & ex ipo egredietur. id eſt abuietur . omniſ exactor. id eſt Antichriſtuſ cum ſuiſ ſatellitibuſ qui a domino Ieſu Chriſto interficietur. ſecunda ad Thess. ſecundo. ideo ſequitur poſtea: quia cum eiſ dñs. ſcilicet Ieſuſ Chriſtuſ . & confundentur aſcenſoreſ equorū id eſt militeſ Antichriſti . & confortabo domum Iuda . & domum Ioſeph. quia aliqui Apoſtoli fuerunt de utroq; regno. uel per domum Iuda intelliguntur fideleſ de iudeis credenteſ. & per domum Ioſeph qui interpretatur accreſcenſ: fideleſ de gentibuſ qui ſunt in magno numero. & cōuertam eoſ. reducendo ad ueritatē fidei aliquoſ auerſoſ ab ea tempore Antichriſti. & erunt ſicut fuerunt quando proieceram eoſ. id eſt ante perſecutionem Antichriſti in qua uidebātur fideleſ quaſi a deo proiecti. & erunt q̄ſi forteſ Effraim. in fide firmati. & filii eorum uidebunt. id eſt ab eiſ edocti & regenerati per baptiſmum. & letabuntur. de detectione Antichriſti. ſibilabo eiſ. hic Propheta denuntiat diſperſorum congregationem & dicit hic Ra. Sa. q̄ hec congregatio referenda eſt ad tempuſ futur· quod uocat tempuſ Meſſie & in hoc dicit uerum. ſed quod dicit futurum iam impletum eſt per Chriſtum in uocatiōe fidelium q̄ cōgregati ſunt in una Eccleſia non locali motione ſed fidei & caritatiſ unione. & hoc eſt quod dicitur: ſibilabo eiſ. inſpirando ſpiritum deuotioniſ . & congregabo illoſ. fide & caritate. quia redemi eoſ. mea paſſione. unde dicitur Io. undecimo q̄ Ieſuſ moriturus erat nō tantum pro gente: ſed ut filioſ dei qui erant diſperſi per uarioſ erroreſ gētiliū congregaret in unum modo predicto. & multiplicabo eoſ. ſicut ante fuerant multiplicati. ſcilicet tempore Dauid. & Salomoniſ in quo fuerunt multi fideleſ Eccleſie. quia una eſt Eccleſia fidelium a primo Abel iuſto uſq; ad ultimum electū qui in fine mūdi naſciturus eſt: ut dicit Gregoriuſ Homel. quinto & non ſolum tot immo multoplureſ fideleſ multiplicati ſunt tempore noui teſtamēti q̄ ueteriſ. & ſeminabo eoſ in populiſ. per predicatoreſ miſſoſ ad diuerſaſ parteſ orbiſ. & de longe. id eſt de longiquiſ pribuſ recordabuntur mei. id eſt beneficiorum meorum. & uiuent uita gratie. cum filiiſ ſuiſ. id eſt imitatoribuſ ſuiſ. & reuertentur & reducā eoſ etc. quia de diuerſis partibuſ orbiſ ante tempuſ Antichriſti uenient fideleſ & occupabunt Hieruſalem & terram p̄miſſionis. & non inuenietur eiſ locuſ. hoc dicitur ad deſignandū magnam multitudinem uenientium. & tranſibit. ſcilicet dominuſ. in mariſ freto. etc. danſ eiſ tranſitum p̄ſperū ideo ſequitur: & percutiet in mari fluctuſ. faciens eoſ quieſcere. & confundentur oīa profunda fluminiſ. id eſt terra Egypti ut dicit Ra. Salomon. eo q̄ inundatur inundatione Nili. & humiliabitur ſuperbia Aſſur. etc. in hiſ enī terriſ habitant Sarraceni qui a Chriſtianiſ debellabuntur quia lex Mahometi a gladio incepit. & per gladiū tenetur. & gladio terminabitur. confortabo eoſ in domino. ſcilicet Chriſtianoſ. & in nomine eiuſ ambulabunt. non preſumenteſ de ſua potentia ſed diuina capitulo .xi.

APeri Libane. Iſtud capitulum uarie exponitur .XI.
ab Hebreis & Latiniſ & omneſ expoſitioneſ mihi uidentur in aliquibuſ a littera diſſonare propter quod ſine preiudicio intendo de diuerſis expoſitionibuſ aliqua aſſumere & aliqua addere ad litteram concordandam. Preſens igitur capitulum in treſ parteſ diuiditur. quia primo ponitur templi ſecundi deſtructio. ſecundo deſtructiōiſ ratio ibi: hec dicit. tertio Antichriſti perſecutio ibi. & dicit dominuſ. Prima parſ non ſolum a Latiniſ ſed etiam ab Hebreis antiquiſ exponit̄ de deſtructiōe templi facta per Romanoſ unde in libro qui dicitur Ioma apud Hebreoſ dicitur q̄ ante deſtructionē templi porte eiuſ de nocte aperiebantur ſine homine: & dixit Rabbi Iohannā templū q̄re deſtruiſ te ipſum. ſcio enim de te q̄ finiſ tuuſ erit deſtructio ſuper te. nāq̄

prophetauit Zacharias.aperi Libane portas tuas & deuoret ignis cedros tuas. Romani.n. capta ciuitate incenderũt tẽplũ.ulula abies qa cecidit cedrus.que est maior te & subdit̃ expositio.qm̃ magnifici uastati sunt .i.illi q erant maiores in populo Iudeorũ in Hierusalẽ existentes in locis alis debebant diffidere de seipsis.ululate quercus Basan.in q̃ tunc habitabant aliq Iudei. qm̃ succisus ẽ saltus munitus.i.Hierusalẽ que tanq̃ metropolis erat magis munita contra Romanos alis ciuitatibus. uox ululatus pastorũ.id est Sacerdotũ qui tunc regebãt populũ. qa uastata est magnificẽtia eorũ id ẽ templũ de quo gloriabant̃ & magnifice uiuebant.uox rugitus leonũ.i.p̃donũ:q ante destructionẽ tẽpli habitabant in Iudea ut dicit Iosephus lib. de Iudaico bello. qm̃ uastata ẽ superbia.i.diuitie que sunt materia superbiẽdi. Hec dicit. hic cõsequẽter describit̃ p̃dicte destructionis ratio:que fuit iudeorũ ingratitudo. Et diuidit̃ in duas partes:qa p̀mo ponit̃ magnitudo bñficiorũ diuinorũ.secũdo ingratitudo Iudeorũ ibi. & dixi. Prima in duas:qa p̀mo ponunt̃ bñficia dei in exitu de Egypto.secũdo in iudee territorio ibi:& assumpsi.Circa p̀mũ dicit:hec dicit dñs deus.recolendo bñficia iudeis p̃stita.pasce pecora occisionis.i.dic q̃ paui filios Israel:q dicebant̃ pecora occisionis in Egypto tũ qa masculi nascentes in flumine p̨iciebant̃.& adulti duris laboribus affligebant̃ in tm̃ q̃ uita eorũ ad amaritudinẽ deducebat̃. ut habet̃ Exo.p̀mo.que q̃ possederant.s.Egyptii occidebãt mõ p̃dicto.uenũdabãt ea.qa Pricipes Egypti habebant eos seruos.& unus aliqñ uendebat alii dicẽtes.bñdictus deus q̃ tradidit istos manibus nostris.diuites facti sumus.qa uendẽs gloriabat̃ de p̃cio & emẽs de mãcipio & pastores eorũ.i.dñi eorũ.nõ parcebant eis.de laboribus duris.& ego nõ parcã ultra super habitãtes terram.i.Egyptios quos multis plagis afflixit & postea in mari submersit Exo.xiiii.ecce ego tradã hostes etc.qa multi eorũ sequentes Regẽ submersi sũt cum eo.& remanẽtes postea contendebãt adinuicẽ:qa unus ponebat alteri q̃ fuerat in causa detẽtionis filiorũ Israel de Egypto cõtra p̃ceptũ dñi ex q̃ secute fuerant plage Egypti.& cõcident terrã.i.lacerabũt se inuicẽ.& pascã pecus occisionis.i.filios Israel quos pauit in deserto mãna celesti.xl.annis. ꝓpter hoc.i.ꝓpter afflictionẽ quam sustinuerunt ab Egyptiis.o paupes gregis.i.o uos Hebrei qui fuistis in Egypto depauperati. Et assũpsisti.Hic consequẽter recolunt̃ bñficia in Iudea p̃stita in qua pduxit populũ in honorẽ Regiũ tpe Dauid & Salomonis.& q̃uis Salomon demeruisset ad nihilationẽ regni.tñ hoc nõ fecit:sed regnũ in duo diuisit.iii.Reg.xi.& hoc est:qđ dicit̃:& assumpsi mihi duas uirgas.i.duos Reges.unã uocaui decorẽ.s.Hieroboã q locutus fuit pulchre populo ꝓmittẽs ei libertatẽ.& alterã uocaui funiculum.s. Roboã q locutus fuit populo dure:dicẽs pater meus cecidit uos flagellis:ego autem cedã uos scorpionibus.est aũt scorpio genus flagelli a cuius manubio dependẽt chordule nodulos habentes ferreos aut plumbeos in extremitate.& ideo uocat̃ scorpio tũ qa grauiter p̨cutit:tũ qa p̨cutiẽdo finẽ chordularũ super corpus p̨cussi reflectit sicut scorpio reflectendo caudã pungit. ꝓpter qđ Roboam hic uocat̃ funiculus. & paui gregẽ .i.sustentaui populũ Iudaicũ in utroq; regno absq; meritis eorũ cũ declinarent ad idolatriã ꝓpter quã subdit̃.& succidi tres pastores in mẽse uno.s.Iorã regẽ Israel & Ochoziã regẽ Iuda.& Iezabel que cũ Iorã filio suo regnũ administrabat ut habet̃ ex.iii.&.iiii.Regum Istos.n. tres interfecit dñs ꝑ Hieu.filiũ Nausi eo q̃ erant idolatre pessimi ut patet.iiii.Reg. Ideo subdit̃ & contracta est anima mea in eis.i. retracta ab eis ꝓpter nimiã eorũ malitiã.ideo subdit̃.siquidẽ & anima eorũ uariauit in me. in multiplici actu idolatrie. & dixi nõ pascã uos.i. demerita uestra exigunt ut nõ sustentẽ uos.unde.iii. Reg.x. dicitur in diebus illis cepit dñs tedere sup Israel.

percussitq; eos Asael etc. ideo subdit: qđ mortui: moriat etc. & reliq uorent unusqsq
carnē ꝓximi sui. qa nō solū occidebant ab extraneis ímo etiā dissensionibus in testa/
mētis. & ꝓpter hec mala subdit. Tuli uirgā meā que uocat decor. i. regnū Israel qđ
dñs ꝑ Salmanasar tpe Osee abstulit. iiii. Reg. xviii. & abscidi eā. qa illud regnū nō
fuit restitutū nec captiuitas illa redit. ut irritū faciā fedus meū. li ut tenet hic cōse/
cutiue qa hec irritatio secuta ē. qđ ꝑcussi cū oībus populis. ꝙ. s. nō dñarent Iudeis qm̄
diu Iudei fideliter seruirēt mihi & ꝑ talē modū loquēdi dicit Osee. ii. & percutiā eis
fedus in die illa cū bestia agri & cū uolucre celi etc. s. ꝙ non noceant populo meo ut
patet ibidē. & irritū deductū ē in die illa. qñ. n. regnū Israel fuit translatū in Assyrios
manifeste patuit ꝙ fedus p̄dictū erat irritatū. & cognouerunt sic pauꝑes gregis. id est
pauperes populi Israel. qui custodiūt. s. legē mihi. i. ut obediant mihi & isti erāt aliq
iusti in populo isto qui a maioribus erant depauꝑati qa iustos ꝑsequebant. qa uerbū
dñi ē. s. talis translatio Regis & populi ꝓpter peccata. hoc. n. p̄dixit dñs ꝑ Moysen
Deut. xxviii. ducetq; te dñs & Regē tuū quē constitueris sup te in gentē quā igno/
res tu & patres tui. etc. iusti. n. de populo israel qui custodiebāt legē Moysi uiderūt
tūc hoc uerbū dñi esse ípletū. Et dixi. hic cōsequēter ponit Iudeoꝝ ingratitudo que
maxime apparuit in procuratione mortis Xp̄i & quantū ad hoc dicit: & dixi ad eos
id ē ad Iudeos remanētes post captiuitatē predictā & etiā post captiuitatem Babylo/
nicā: si bonū ē in oculis uestris auferte mercedem meā. i. seruite mihi decetero fide/
liter ꝓ bñficiis uobis a me collatis. & si nō: quiescite. s. a mea seruitute. hoc non dixit
inducendo ad malū sed ꝑ hoc insinuās ꝙ dimittit hoīes in libertate arbitrii bonū uel
malū faciendi. ꝑ hoc tñ ꝙ dicit hic. & si nō: qescite scđm modū loquendi dat intelligi
ꝙ nō seruirent deo sicut grati: sed magis agerēt cōtra eū ut ingrati ipsum in natura
assumpta ꝑsequendo ideo subdit. & apprehenderūt mercedē meā. i. p̄ciū corpore meo
sibi tradēdo sicut merces que dicit p̄ciū quo uenditur: & emit. xxx. argenteos. ipsi
Iude ꝓditori: scđm ꝙ habet Mat. xxvi. & . xxvii. ubi Mattheus spiritu sācto illu/
minatus dicit hanc ꝓphetiā tūc ípletā. & dixit dñs ad me. s. Zachariā. ꝓiice illud. i.
hoc preciū p̄dic ꝓiciendū. ad Statuariū. i. fusorē statuaꝝ ut dicūt expositores nostri
ꝑ quē intelligit ipse deus q ē fortior omniū. & ē sensus ꝓiice illud ad Statuariū. id ē
predic illud corā deo ponendū ut uideat & iudicet hoc factum. decoꝝ preciū. i. uile &
est hic modus loquendi ironicus etiā scđm Hebreos quo intelligit oppositum sicut de
nano dicit ironice ē magnus gigas. quo app̄ciatus sū ab eis. i. emptus a Iuda. q. d. tā
uili & paruo p̄cio nō debui app̄ciari. Hebrei dicūt ꝙ hec est littera: proiice illud ad
Thesaurariū uel ad figulū. Dictio. n. Hebraica hic posita ē equoca ad Thesaarariū
& formatorē & formator potest dici Figulus q format uasa de terra & Statuarius
de alia materia. translatio uero nostra accipit hāc tertiā significationē. Hebrei uero
aliq p̄mā & aliq scđam. & illoꝝ acceptio magis consonat Euāgelio ubi dicit: ꝙ Iudas
retulit. xxx. argenteos Sacerdotibus q custodiebant Thesauros templi & ꝙ ex illa
pecunia emerunt agꝝ Figuli. Mat. xxvii. sic igit potest littera exponi ꝓiice illud ad
Thesaurariū. i. p̄dic preciū Xp̄i corā sacerdotibus q erant Thesaurarii ꝓiciendum
sicut dicit Mat. xxvii. Et Iudas proiectis argenteis corā Sacerdotibus recessit. uel
ꝓiice illud ad Figilū. i. p̄dic proiciendū ad emēdū inde Figuli agꝝ. tñ li ad nō est
intelligendū causaliter sed consecutiue qa emptio agri cōsecuta est ad illā ꝓiectionē
decoꝝ p̄ciū etc. exponat ut supra. & tuli. xxx. argenteos etc. sic uidebat Prophete
uisionē imaginaria ac si acciperet. xxx. denarios & poiceret in domo dñi. per qđ de/
signabat sic fiendū de precio Xp̄i a Iuda proditore q proiecit illud in tēplo. & p̄cidi

uirgā meā ſecundā. uidelicet regnū Iuda ut uiſū ē ſupra qđ nō fuit p̄ciſū in captiõe Sedechie qa illa captiuitaſ redit de Babylõe. & habuit populuſ Duceſ ut Zorobabel & plureſ aliоſ. & poſtea aliquoſ Regeſ ante aduentū Xp̄i ut habet in ſcolaſtica hiſtoria. ſed p̧prie fuit p̄ciſū in deſtructione Hieruſalē p̧ Titū & Veſpaſianū: qa tūc Iudei fuerūt p̧ orbē captiuati nō habētes Ducē nec principes & illa captiuitaſ adhuc manet ut diſſoluerē germanitatē iter Iudā & Iſrael. i. iter Xp̄ianoſ xp̄o de Tribu Iuda ſcđm carnē adherenteſ quoꝝ plureſ fuerūt ad litterā de Tribu Iuda & Iudeoſ in infidelitate p̧manenteſ. & hoc fuit figuratū. iii. Reg. xi. ubi dicit̄ q̄ Iſrael ſepauit ſe a Iuda dicenſ: nō ē nobiſ parſ in Dauid etc. unde & Iudei ſunt odioſi Xp̄ianiſ & econuerſo. Et dixit. Hic conſequenter agitur de p̧ſecutione Xp̄i & cōtinuatur ſic littere p̄cedenti qa Iudei p̧ maiori p̧te negauerūt uel Xp̄m ipſum repellētes. ideo iuſte p̧mittent̄ a deo recipere Antixp̄m q̄ falſo ſe dicet eſſe Xp̄m Io. x. ego ueni in nomine patriſ mei & nō accepiſtiſ me. ſi aūt aliuſ uenerit in nomine ſuo: illū accipietiſ ſic ergo p̧ceditur: qa p̀mo ponit̄ p̧ſecutio Antixp̄i breuiter & ſuccincte. ſcđo magiſ diffuſe. xii. ca. Circa primū dicit̄ ſume tibi uaſa. i. iſtrumēta ut uirgā & perā paſtoralem & huiuſmodi: inſtrumēta. n. cuiuſlibet artiſ dicunt̄ uaſa ſcđm p̧prietatē idiomatiſ Hebraici. paſtoriſ ſtulti. in ſignū q̄ Iudei recepturi ſūt Antixp̄m q̄ erit tante amentie: q̄ dicet ſe eſſe deū. ii. Theſ. ii. qa ego ſuſcitabo. i. ſuſcitari p̧mittā. paſtorē i terra. i. Antixp̄m dñatuꝝ i ea. q̄ derelicta nō uiſitabit. etc. i. nullū opuſ pietatiſ exhibebit ſed maxime crudelitatiſ erga iuſtoſ. ideo ſubdit̄ : & carneſ pinguiū comedet eoꝝ bona rapiēdo. & ungulaſ eoꝝ diſſoluet. corporaliter eoſ affligendo. & occidēdo. o paſtor & idolū. idolū dicit̄ qđ p̧ deo colit̄: & nō eſt ſic erit de Antixp̄o q̄ ſedebit in templo dei tanq̄ ſit deuſ ſcđa Theſ. ii. gladiuſ. i. ſentētia dei ſup brachiū eiuſ. i. ſuper uirtutē eiuſ corp̧alē. & ſup oculū dextꝝ. i. eſt ſup animā in q̄ eſt itellectuſ q̄ dicit̄ oculuſ. brachiū eiuſ ariditate ſiccabit̄. qa corpuſ eiuſ per Michaelē de p̄cepto Chriſti fulminabit̄. & oculuſ dexter eiuſ tenebraſcenſ obſcurabit̄: qa eiuſ anima ad tenebraſ exterioreſ deducetur.

.XII.

ONuſ. Iſtud capitulū ab aliq̄buſ noſtriſ doctoribuſ quātū ad ſui p̀ncipiū exponit̄ de deſtructione Hieruſalē p̧ Romanoſ. ſed huic obuiare uidet̄ qđ hic dicit̄ ſed & Iuda erit in obſidione cōtra Hieruſalē. Itē q̄ ſubdit̄. in die illa dicit dñſ p̧cutiā omnē equū in ſtuporē & aſcēſorē eiuſ in amētiā. qa nō legit̄ Tribuſ Iuda fuiſſe cū Ro. in obſidione Hieruſalē cōtra Iudeoſ obſeſſoſ nec q̄ exercituſ Romanoꝝ a deo tūc fuerit ſic p̧cuſſuſ. imo ualde p̧ſpere triumphauit de Iudeiſ ſcđm q̄ declarat diffuſe Ioſephuſ lib. de Iudaico bello. p̧pter qđ alii expoſitoreſ noſtri exponūt hoc de p̧ſecutione Eccleſie p̀mitiue a Iudeiſ & p̀ncipibuſ Romaniſ. Sed hec expoſitio uidet̄ magiſ myſtica q̄ litteraliſ. ponunt̄ etiā hic i textu aliq̄ que uident̄ ab hoc eſſe diſſona ut uidebit̄ Ra. Sa. uero exponit hoc ca. & quaſi omnia ſequētia uſq; ad finē huiuſ prophetie: de bello Gog & Magog cōtra Iudeoſ. quoſ dicit p̧ Regē Meſſiā futuꝝ debellandoſ. ſed hoc fundat̄ ſup falſū fundamentū ſicut dixi de Gog & Magog Ezech. xxxviii. ubi dixi q̄ p̧ Gog & Magog intelligit̄ Antixp̄uſ & eiuſ exercituſ. ideo hic conſimiliter ſaluo tñ meliori iudicio uidet̄ textuſ de perſecutione Antichriſti exponendus uſq; ad finem huiuſ Prophete. licet aliqua alia interſerant̄. & ideo ſicut dixi ca. p̄cedenti hic deſcribit̄ p̧ſecutio Antixp̄i magiſ diffuſe & diuidit̄ in treſ p̧teſ qa p̀mo p̧ſecutio Antixp̄i deſcribit̄. ſcđo queſtio tacita ſoluit̄ ca. xiii. ibi framea. tertio reſumit̄. ca. xiiii. p̀ma adhuc in treſ qa p̀mo ponit̄ Antixp̄i p̧ſecutio. ſcđo eiuſ deiectio ibi: i die illa: tertio Iudeoꝝ cōuerſio ibi & effundā. Circa primū dicit̄ onuſ

uerbi dñi.i. prophetia de afflictione futura ex ordinatione diuina. ſuper Iſrael. id ẽ congregationẽ fideliũ ad quã nomẽ Iſrael in nouo teſtamẽto eſt tranſlatũ ſicut declarat diffuſe Eſaie. xliii. & habetur Ro. ii. dixit dñs extendens celũ. hoc dicit: quia celũ ad modũ tentorii ſuper terrã extẽdi uidet. & fundat terrã qa nihil eſt ſub ea. cũ ſit infimũ elementũ. & fingit ſpiritũ hominis in eo: qa anima a deo creat & infundit corpori organizato. ecce ego ponã Hieruſalẽ. i. eccleſiã que uocat Hieruſalem Eſaie. ii. ut ibidẽ dictũ fuit: & Apo. xxi. uidi ciuitatẽ ſanctã Hieruſalẽ deſcẽdentẽ de celo etc. ſupliminare crapule ad qđ Hebrei impingunt. qa Antixp̃us & eius exercitus poſt pſecutionẽ Eccleſie deficient ibi ut dictũ ẽ. In Hebreo habet. baccinum amaritudinis. qa Eccleſia amaricabit in pſecutione Antixp̃i. & poſtea ipſe & eius exercitus. ideo ſubdit. omnibus populis. qa de oĩbus populis aliq adherebũt Antixp̃o ideo ſubdit. ſed & Iudas erit in obſidione cõtra Hieruſalẽ. quia tũc aliq Chriſtiani timore ducti erũt in exercitu Antix p̃i. in die illa ponã Hieruſalẽ lapidẽ oneris. lapis ẽ ponderoſus qñ mouet de loco ſuo affligit motores. ſic Antixp̃us & eius exercitus querẽtes tollere ſtabilitatẽ Eccleſie affligent & turbabunt fideles. & hoc ẽ q̃ ſubdit oĩs q leuabũt eũ etc. & colligent aduerſus eã oĩa regna terre. i. de omnibus regnis adherẽtes Antixp̃o. In die illa. Hic conſequẽter ponit Antixp̃i & ſui exercitus dejectio cũ dicit: percutiã omnẽ equũ in ſtuporẽ & aſcenſorem eius. etc. qa ipſe fulminabit ut dictũ ẽ: & magna pars ſui exercitus p̃bit. & ſup domũ Iuda. i. ſup Xp̃ianos in eius exercitu exiſtentes timore. aperiã oculos meos miſericordie. qa nõ p̃bũt cum ceteris Antixp̃o adherentibus uoluntarie ideo ſubdit: & dicent Duces Iuda. i. p̃ncipales in illis Xp̃ianis Antichriſto timore adherentibus. confortent mihi habitatores Hieruſalẽ etc. qa Xp̃iani timore Antixp̃i in eius exercitu futuri deſiderabant corde p̃ſperitatẽ Xp̃ianorũ obſeſſorũ licet hoc oſtendere nõ audeant manifeſte. hec autem littera diſſonat illi expoſitioni que expõit paſſũ iſtũ de pſecutione p̃mitiue Eccleſie p Principes Iudeorũ ut patet in actibus Apoſtolorũ. Itẽ illud qđ poſtea dicit hic. & ſaluabit dñs tabernaculũ Iuda. qa iudei pſequentes Eccleſiã p̃mitiuã non deſiderauerunt p̃ſperitatẽ Xp̃ianorũ. nec fuerũt ſaluati aduenientibus Ro. cõtra Hieruſalem. ſed magis occiſi & deſtructi. in die illa ponã duces Iuda etc. qa Xp̃iani exiſtentes in exercitu Antixp̃i. Antixp̃o fulminato & p̃cute exercitus eius p̃te timore depoſito cõtra reliquos remanentes de parte Antixp̃i pugnabũt. & habitabit Hieruſalem rurſus a Xp̃ianis pacifice mortuo Antixp̃o & eius exercitu diſſipato. & accipit hic Hieruſalẽ nõ ſolũ p Eccleſia militante ſed etiã p ipſa ciuitate ad litterã: inquantũ uenient cõtra ipſũ. & ibidẽ interficient: obtenta tñ p̃ius ciuitate & tẽplo. & ſaluabit dñs tabernacula Iuda. i. reſ & corpa Xp̃ianorũ cũ Antixp̃o timore exiſtẽtiũ ut p̃dictũ ẽ. ſicut in p̃ncipio. i. ãteq̃ eſſẽt cũ Antixp̃o ut nõ magnifice Glorient domus Dauid etc. i. ne fideles impugnati ab Antixp̃o extimore ſequẽtes Antixp̃m deſpiciant Xp̃ianos dicendo q̃ merito p̃iſſent ſicut infideles ſi fuiſſẽt mortui cũ alia gente Antixp̃i. nõ. n. cõtra ſuos uenirẽt uolũtarie. ſed coacti timore quo remoto ad ſuos reuertent. ideo ſequitur: in die illo p̃teget dñs habitatores Hieruſalẽ ab ipugnatiõe Antixp̃i. & erit q offẽderit ex eis. timore ductus mõ p̃dicto: uel deceptus ab Antichriſto qa multi Xp̃iani tunc decipient: credentes ipſũ eſſe uer̃ Xp̃m. q̃ſi Dauid. i. cito miſericordiã conſequetur ſicut Dauid: ſi uere peniteat: ſicut ipſe Dauid. ut patet. ii. Regũ. xii. ubi dicit q̃ ipſo confitente peccatũ cũ Berſabee Nathan Propheta ſtatim dixit ei dñs tranſtulit peccatũ tuũ. & domus Dauid. q̃ſi deus. i. ſicut illi q ſtabant in fide Xp̃i. in die illa queram conterere omnes gentes. i. Antixp̃m & ei adherentes ita q̃ eſt repetitio eius q̃ ſupra

dictū ē ad maiorem assertionē. Et effundā. Hic consequenter describit Iudeorum conuersio. & scdo eoꝝ regeneratio in ꝑncipio ca. xiii. Circa ꝑmū sciendum ꝙ sicut dicit sāctus Methodius Martyr detecta falsitate Antixp̄i p Enoch & Heliā Iudei qui prius adhesērūt sibi conuertent ad Xp̄m fideliter pati p eius fide mori. ita ꝙ. c. xliiii milia coronabunt martyrio ex omni Tribu Israel ut dicit Apoc. vii. & hoc est qđ dicit. & effundā sup domū Dauid. i. Iudeos reuertētes ad Xp̄m. & sup habitatores Hierusalē. i. sup oēs generaliter credētes i Xp̄m spiritū gratie. inquātū illos reducet ad fidē uerā. & p̄cum. qa alios fideles ꝓteget ab ipugnatiōe Antixp̄i exaudiēs preces eoꝝ. & aspicient ad me. s. Iudei q tunc uere cōuertent. quē cōfixerūt. tūc. n. confitebunt ꝙ Iesus Nazarenus ab eis crucifixus. i. a patribus eoꝝ fuit & est uere Xp̄s in lege & Prophetis ꝓmissus. & plangēt eū. i. dolebūt de hoc ꝙ eū offenderunt & mutat hic modus loquendi de ꝑma ꝑsona ad tertiā qđ fit frequēter in Prophetis ut supra uisū est: q̄si sup unigenitū. i. ita dolebūt ex uera contritione sicut solet hō dolere de ꝑmogeniti sui morte q apud homines solet esse dolor maximus. & dolebunt sup eū. repetitio ē eiusdē ad maiorē exp̄ssionē. & quia tunc in Ecclesia nō solum erit planctus de Xp̄o mō dicto sed etiam de iudeis martyrizatis ab Antixp̄o q plāgent a contribulibus suis remanentibus ideo sequit. In die illa etc. sicut planctus Adremō. nomen est ciuitatis ꝑpinque campo Magedo i quo fuit Iosias occisus de cuius morte fuit magnus planctus in tota terra Israel ut patet. ii: Paralypō. xxxv. & incepit in illa ciuitate Adremon que erat ꝑpinq̄ loco occisionis. & plangēt terre familie & familie seorsū. i. quelibet Tribus mortuos de sua Tribu Ra. Sa. uero dicit hic ꝙ quelibet Tribus plāget spetialiter mortuos suos in bello Gog & Magog. & i hoc cōuenit mecū q̄tū ad aliqd quia p Gog & Magog intelligo Antixp̄m & eius exercitum ut dictū est supra. familie domus Dauid seorsū & mulieres eoꝝ seorsū. qa in loco orationis ubi solet fieri talis plāctus mulieres erant segregate a uiris apud Hebreos & similiter ē apud Xp̄ianos i Ecclesia ꝑpter honestatē seruādā. & nominant hic exp̄sse familie ꝑncipaliores ꝑmo Regū cū dicit domus Dauid. Secudo domus Prophetaꝝ ibi domus Nathā etc. tertio Sacerdotū & Leuitaꝝ ibi. familie domus leui. & quarto cuiuslibet notabilis uiri ibi familie semei. qnto reliq in generali ibi. oēs familie etc. .XIII.

IN die illa. Hic consequenter describit Iudeoꝝ regeneratio p baptismū & diuidit i duas ptes qa ꝑmo ponit hec regeneratio scdo idolatrie & falsitatis remotio ibi. & erit. Circa ꝑmū dicit in die illa in q̄ detegit falsitas Antichristi. erit fons patens domui Dauid. qa oēs Iudei tūc cōfluent ad baptismū in ablutione peccatoris & mēstruate p menstruatā intelligit peccatū originale qđ contrahit in matris uentre per peccatorē peccatū actuale. utꝝq. n. lauat baptismus in adultis ad baptismū uentibus q̄les erunt tūc uenientes p maiori pte ut patet ex p̄dictis. Et erit. Hic cōsequēter ponit abiectio idolatrie. & scdo false ꝓphetie ibi. & erit. Circa primū sciēdū ꝙ licet p predicationē Apostoloꝝ aliorūq; succedētiū doctoꝝ idolatria cessauerit per mundū: p maiori pte tñ adhuc aliqd remansit. qa inptibus aqlonaribus sunt aliqui populi & i magna multitudine qui dicunt Viuitaru & illud uiuū qđeis ꝑmo occurrit q̄libet die uenerant ut deū suū p illa die sicut relatione fide digna intellexi Antixp̄s uero faciet se adorari ut deū ut habet. ii. Thes. ii. & ideo usq; post mortē eius nō cessabit totaliter idolatria. tūc. n. oēs uiuēt i fide catholica. & hoc ē qđ dicit: & erit i die illa. s. mortis Antixp̄i. perdam nomina idoloꝝ de terra. qa sicut dictū ē tūc omnino cessabit idolatria. & ita illud qđ ego dixi in aliquibus locis supra. s. ꝙ ad predicationē Apostoloꝝ & aliorū doctoꝝ sequentiū cessauit idolatria p mundum intelligendum est

ſimpliciter nó tñ totaliter.ſicut ethiopſ dicit̃ niger ſípliciter q̃uiſ ſit albuſ ſcd̃m denteſ. que albedo eſt modica reſpectu nigredinis & ideo quaſi nihil reputatur ſcd̃m ſẽtentiã Philoſophi.ii. Phyſ. ubi dicit: ꝙ illud ꝙ modicũ eſt q̃ſi nihil reputat̃. & etiã ſecundũ cómunẽ modũ loquendi illud qd̃ eſt modicũ nihil dicit̃.& ſic eſt in ꝓpoſito: quia illa idolatria que remãſit in aliqbuſ gentibuſ barbariſ ut aſſerit̃ illa eſt modica:& quaſi ꝓnichilo reputãda reſpectu illiuſ que ceſſauit ꝓ aliaſ ꝓteſ mũdi. Et Prophetaſ. Hic cõſequẽter ponit̃ ceſſatio falſe ꝓphetie cũ dicit̃: & Prophetaſ.ſ.falſoſ q ꝓ ſuã malitiã fingunt ſe eſſe Prophetaſ ꝓpter queſtũ. & ipſum ímundũ .i. ꝓphetanteſ a demone arreptoſ & in omnibuſ aliiſ modiſ ꝓ reſponſa demonũ. auferã de terra.qa nihil remanebit de tali ꝓphetia. & erit cũ ꝓphetauerit quiſpiã.etc.i.ſi aliqſ uellet p̃dicto modo ꝓphetare amici ſui etiã intimi non ꝓmitterẽt.ſed ipſũ grauiter punirẽt. ideo ſequit̃. In die illa confũdent̃ Prophete qa nulluſ audebit Prophetã ſe dicere nec etiã oſtẽdere.ideo ſubdit̃:nec coopient̃ pallio ſaccino.i. ueſte aſpera tali.n. ueſte utebantur antiquitus Prophete ſaltẽ aliq ut patet de Helia.iiii. Reg.i.& cõſimilẽ habitũ accipiebant falſi Prophete ut magiſ crederet̃ eiſ. Adã exemplũ meũ.i. intentuſ agriculture ſunt exemplo ipſiuſ Ade de quo dicit̃ Genñ. iii.emiſit q; eũ dñſ deuſ de ꝑadiſo uoluptatiſ ut oparet̃ terrã de q̃ ſumptuſ eſt. In hebreo habet̃.hó pecudiauit.i.cõduxit me ad cuſtodiendũ pecora.q.d. nó ſũ Propheta.quid ſunt plage iſte.etc. & dicet̃ hiſ plagatuſ ſum etc.i.iſta nó ſunt mihi facta ex odio.ſed ex amore ꝓ mea correctiõe. Framea. Hic ſoluit̃ tacita queſtio & primo queſtio ſoluit̃,ſcd̃o ex hoc multiplicatio fideliũ concludit̃.ibi:& erũt. Queſtio uero ortũ habet ex p̃miſſiſ: qa dictũ ẽ. ꝙ fideleſ grauiter affligent̃ ab Antixp̃o. & ſatellitibuſ ſuiſ. Ex hoc poſſit aliqſ admirari. & querere quomõ deuſ ꝓmittet iuſtoſ ſic affligi ab iniqſſimo homine: & reſpondetur ꝙ nó eſt mirandũ qa ꝓprio filio ſuo nó pepcit:ſed ꝓ nobiſ tradidit illũ morte acerbiſſima condẽnandũ.& hoc ẽ qd̃ dicit̃.framea.i.gladiuſ acerbe afflictioniſ.ſuſcitare ſuper paſtorẽ meũ.i.ſup Xp̃m q dicit de ſeipſo. Io.x. ego ſũ paſtor bonuſ etc. & ſup uiꝝ coherentẽ mihi. qa humanitaſ Xp̃i inſeꝑabiliter iuncta eſt deitati Ra. Sa. hoc exponit de Imperio Ro.ꝑ Meſſiã deſtruendo ꝓpter mala que fecit Ro. Impiũ populo Iudaico & apparet ꝙ ualde extorte & male expónit qa Imꝑatorẽ Ro.uocat nequam & peſſimũ. & ſic ſcd̃m eum non pót dici paſtor dei nec inherenſ ſibi qa taliſ inherẽtia amicitiã ſportat.unde ĩ Hebreo habet̃ ſup uiꝝ mihi aſſociatũ.qd̃ de Xpo optime exponit̃ ut dictũ eſt. ꝓcute paſtorẽ: & diſpgent̃ oueſ. hoc fuit impletum q̃n Apoſtoli in paſſione relinquerent Xp̃m ut dicit ſaluator Mat.xxvi. ex quo patet ꝙ hic paſſuſ intelligit̃ de Xpo.& cõuertã manũ meã.i.poteſtatatẽ meã ad puuloſ.i. ad Apoſtoloſ:q dicunt̃ paruuli eo ꝙ timore fugerũt in paſſiõe Xp̃i q poſtea uirtute diuina ſic fuerũt firmati & ſolidati ꝙ gaudebant in tormentiſ ſcd̃m qd̃ dicit̃ Actuũ v.ca.ibãt Apoſtoli gaudenteſ a cõſpectu cõſilii q̃m digni habiti ſunt ꝓ nomine Ieſu contu.pa. Et erũt. Hic incipit uerſuſ in Hebreo ubi agit̃ de fideliũ multiplicatiõe ad paſſionẽ Xp̃i ſequente ſcd̃m ꝙ dicit̃. Io.xii. niſi granũ frumenti cadenſ in terram mortuũ fuerit ipſũ ſolũ manet ſi aũt mortuũ fuerit: multũ fructũ affert. Sciendũ igit̃ ꝙ poſt paſſionẽ Xp̃i & publicationẽ Euangelii populuſ totiuſ mũdi in treſ ꝓteſ diuiſuſ eſt q̃rũ ꝑma eſt Iudeoꝝ obſtinatoꝝ. Alia eſt gentiliũ in infidelitate ꝑmanẽtiũ.& de iſtiſ dicit̃. ꝓteſ due in ea.i.in terra diſpdent̃.i.deficiẽt. & hic defectuſ poteſt dupliciter intelligi.uno mó de defectu gratie & uirtutiſ & ſic a tpe publicatiõiſ Euãgelii in quo oñſ tenent̃ ad fidẽ Catholicam defecerunt due parteſ iſte. Alio modo de ceſſatione utriuſq; ſecte & ſic in morte Antixp̃i q̃n omneſ Iudei & gentileſ cõuertent̃

ad fidē. tertia uero pars est Xp̄ianoꝝ de q̄ dicit. & tertia pars relinquet in ea. i. in terra aliis duabus deficiētibus modis p̄dictis. & ducā tertiā ptē p ignē .s. acerbe tribulationis qa Xp̄iani p̀mo fuerūt afflicti a iudeis ut patet in Actibus Apostolorū & in pluribus locis & postea a Ro. Principibus & aliis Tyrannis & grauius affligentur in p̄secutione Antixp̄i. uerūtn̄ qa hec tribulatio ē ad p̄bationē electoꝝ & augmentum glorie ipsoꝝ. ideo subdit. & urā eos sicut urit argētū. etc. ut nulla remaneat i eis immūdicia & qa p̄ces taliū sunt exaudibiles: ideo sequit: ipse uocabit nomē meum id est inuocabit in oratione deuota. & ego exaudiam eum ad nutum. & ipse dicet mihi etc. quia confitebit me per fidē. & ego eum per approbationem .XIIII.

Ecce dies. Hic consequēter resumit p̄secutio Antixp̄i ad hoc q̄ aliqd explicet: qđ nō est supra explicatū. & diuidit in tres ptes qa p̀mo ponit dicta p̄secutio. scđo aliq̄ sequentia ad ipsā ibi: & uenient. Circa p̀mū dicit. ecce dies uenīt dn̄i. i. a deo dispositi & p̄uisi & diuident spolia tua. ab Antixp̄o & eius exercitu i medio tui. capta s. ciuitate de q̄ subdit. & cōgregabo omn̄s gētes: qa de oībus gētibus aliq erūt in exercitu Antixp̄i. & uastabūt domus. qa inde bona rapient. & mulieres uiolabuntur. Antixp̄s. n. adherētibus sibi laxabit habenas cōcupiscentie. & egrediet p̄s ciuitatis in captiuitatē. uēditi p satellites Antixp̄i & reliquū populi nō auferet ex urbe. qa aliq ibi morient: & aliq obediēt Antixp̄o p̄ti timore & p̄ti decepti ab eo ut dictū ē supra & qa ubi deficit humanū remediū solet adesse diuinū. ideo subdit: & egredietur dn̄s per effectū sue iusticie. & p̄liabit cōtra gētes illas. i. cōtra Antixp̄m & exercitū. sicut p̄liatus ē in die certaminis. qn̄ Regē Egypti cū exercitu suo filios Israel in sequentem submersit in mari rubro. Exo. xiiii. & stabunt pedes eius etc. quia in monte oliueti fulminabit Antixp̄s ut dictū ē supra. & qa i talibus dei uindictis solet cū fulgure esse terremotus. ideo p̄babiliter pōt dici q̄ in fulminatione Antixp̄i erit etiā terremotus quo p̄bit aliq̄ p̄s sui exercitus. ideo subdit. & scindet mons oliuaꝝ. etc. exponūt aliq hāc sasionē in. iiii. ptes fieri. s. ad orientē ad occidentē ad aquilonē & meridiem. Ra. Sa. dicit ipsā fieri in duas ptes ita q̄ una p̄s montis inclinabit ad aqlonē alia ad meridiē & scissura erit intermedia: ita q̄ longitudo eius erit ab oriente in occidentē. & hoc consonat ei qđ postea subdit. qm̄ cōiunget uallis montiū. i. uallis Iosaphat que est inter mōtē Sion & mōtē oliueti usq; ad proximū. s. locū dicte scissure que scisso mōte oliueti iunget ualli Iosaphat. & fugietis timore ducti sicut fugistis a facie terremotus in diebus Osie Regis Iuda q scđm qđ habetur. ii. Paralypō. xxvi. uoluit sibi usurpare Pōtificis officiū. & tūc fuit p̄cussus lepra & factus fuit terremotus ut de tali p̄sumptione ostenderet ira diuina. Et uenient. Hic consequēter ponunt tria sequētia mortē Antixp̄i. s. finale iudiciū & beatoꝝ p̄mium ibi. & erit. & status Ecclesie post Antixp̄i exterminiū ibi & reuertentes. Circa p̀mū dicit. & uenient dn̄s deus meus. s. ad iudiciū nō tn̄ imediate post mortē Antixp̄i ut plenius dixi Eze. xxxix. omn̄sq; sācti cū eo qa cū ipō iudicabūt reprobos & maxime Apostoli qbus dicit Mat. xviii. sedebitis & uos sup sedes. xii. iudicātes etc. in die illa. s. iudicii. nō erit lux. s. reprobis quoꝝ erit maior numerus scđm q̄ dicit Mat. vii. lata ē uia que ducit ad p̄ditionē. & multi ītrāt p ea sed frigus & gelu. i. horror & timor que p gelu & frigus designant eo q̄ ex frigore causant refugiente sāguine ad cor & sic mēbra exteriora reddunt frigida & tremētia. & erit dies una. s. iudicii que nota ē dn̄o scđm qđ dicit Mat. xxiiii. de die & hora illa nemo scit neq; angeli in celo sed pater solus p hoc tn̄ nō excludunt filius & spiritus sāctus quoꝝ una ē noticia cū patre. nō dies neq; nox. s. p̄prie. dies. n. p̄prie est latio solis sup terrā & nox latio eius sub terra. Ingenerali uero resurectiōe

mortuoꝝ corpora erũt incorruptibilia & sic cessabit generatio & corruptio ẽ elemẽtis & motus celi q̃ est causa generationis & corruptionis & sic nó erit dies & nox proprie que causant̃ ex motu solis. & in tpe uespi erit lux. i. cessãte tpe q̃d causat̃ ex motu celi erit lux pfecta beatis in gloria celesti sicut dictũ ẽ de reprobis ꝙ nó erit eis lux sed frigus & gelu. Et erit. Hic ponit̃ scd̃m. s. retributio p̃mii cũ dicitur: in die illa exibũt aque uiue de Hierusalẽ. s. celesti de q̃ dicit̃ Hebre. xii. Accessistis ad montem Sió ad ciuitatẽ dei uiuẽtis Hierusalẽ celestẽ. & p̃ aquas uiuas intelligit̃ hic beata uita scd̃m q̃d dicit̃ Apo. vii: agnus q̃ reget eos ducet eos ad uite fótes aquaꝝ que dicunt̃ exire de Hierusalẽ qa deriuabunt̃ ad oĩs ideo subdit̃. mediũ eaꝝ ad mare orientale etc. qa uita beata deriuabit̃ equaliter supposita equalitate meritoꝝ ad electos qui in p̃ncipio mũdi sunt nati & ad illos q̃ in fine mũdi sunt nascituri. ꝙ aũt p̃ mare ẽtelligit̃ cógregatio hominũ patet Apoc. xvii. ubi dicit̃ ꝙ p̃ aquas multas intelligunt̃ populi multi mare uero dicit̃ cógregatio aquaꝝ Geñ. i. congregationesq; aquaꝝ appellauit maria in estate & in hyeme erũt. i. perpetuo duratio. n. ppetua. a pte finis ẽ de ratiõe beatitudinis que ppetuitas hic designat̃ p̃ successionẽ estatis & hyemis nó qa tunc sint differẽtie tpris q̃d tũc cessabit sed qa ppetuitas nó pót significari a nobis nisi p̃ partes tpris. sicut. n. dicit̃ de eternitate diuina Apoc. i. q̃ ẽ & q̃ erat & q̃ uenturus est. & erit dñs Rex sup̃ omnẽ terrã qa tũc cessabit p̃latio & diuinũ nó solũ in hoibus sed etiam in angelis inq̃tũ respicit offitiũ administrationis scd̃m q̃d dicit̃. i. Chor. xv. ꝙ Xp̃us euacuabit omnẽ principatũ cũ tradiderit regnũ deo & patri. ideo subdit̃. & in die illa erit dñs unus hoĩm & angelorum. & erit nomẽ eius unũ. in p̃senti. n. nominat̃ a nobis pluribus nominibus qa nominamus eũ sicut cognoscimus in cognitione aũt dei pueni/mus ex pfectionibus creaturaꝝ que sũt pures & distincte sed in patria uidet̃ p̃ se ip̃m immediate. & sic nominat̃ uno simplici nomine ab una simplici pfectiõe. Et reuertet̃. Hic cõsequenter ponit̃ tertiũ. s. status Ecclesie post mortẽ Antixp̃i q̃ licet precedat iudiciũ & beatoꝝ p̃miũ tñ ponit̃ hic post qa sacra scriptura nõ p̃seq̃t̃ ordinẽ tpis. sed frequẽter p̃ua facta ultimo narrant̃. & diuidit̃ ĩ tres ptes qa p̃mo Prophetа describit hũc statũ. scd̃o resumit penã Antixp̃i & sui exercitus ut addat aliqd q̃d supra nó est explicatũ ibi: & hec erit. tertio redit ad p̃positũ ibi. & oĩs. Circa p̃mũ dicit. & reuer/tet̃ oĩs terra. i. oĩs habitãtes in terra ad dñm Iesum Xp̃m mortuo Antixp̃o ut supra dictũ ẽ. usq; ad desertũ etc. i. a quocũq; loco q̃tũcunq; paꝝ ab hoibus habitato. & exaltabit̃. s. Ecclesia que fuerat ab Antixp̃o & suis dep̃ssa. p̃t etiã intelligi de Hie/rusalẽ ad litterã que capiet̃ & dep̃met̃ ab antixp̃o ut supra dictũ ẽ. & post mortẽ eius exaltabit̃. & habitabit̃ in loco suo etc. qa multi de Hierusalẽ captiuabunt̃ p̃ Anti/xp̃m. & timore eius fugiẽt multi qui ip̃o mortuo reuertent̃. ita ꝙ ciuitas in omnibus partibus suis habitabit̃. & anathẽa. i. maledictio. nõ erit amplius qualis fuit tempore Antixp̃i. sed sedebit Hierusalẽ secura. qa p̃secutio Antixp̃i erit ultima. Et hec erit. Hic Prophetа resumit exercitus Antixp̃i exterminiũ cũ dicit̃: & hec erit plaga etc. s. Antixp̃i & sui exercitus qui pugnabãt cõtra Hierusalẽ ut dictũ ẽ supra ĩ p̃ncipio huius ca. tabescet caro uniuscuiusq;. i. deficiet pestilentia & morte. & occuli eius con/tabescent. deficiẽte uirtute uisiua ĩ foraminibus suis. i. in locis suis que sũt quedã fora/mina in capite. in die illa erit tumultus dñi. id est ĩmissus a dño & qs̃ sit ille: subdit̃. & app̃hendet uir manũ p̃ximi sui. qa mutuis gladiis se interficiẽt quantũ ad aliquã ptẽ exercitus illius sicut de Phylisteis turbatis dicit̃. i. Re. xiii. sed & iudas pugnabit ad/uersus Hierusalẽ exponat̃ ut supra. xii. ca. & cógregabunt̃ diuitie omniũ gentiũ in circuitu. s. Hierusalem ibi. n. apportabunt̃ diuitie q̃s̃ alibi recipiet Antixp̃s̃ & eius

exercitus & ibi erit sue uite terminus ut dictū est & sic erit ruina equi & muli. etc. qa alia exercitus Antexpi peucient pestilētia sicut & hoies. & ista duo nō fuerūt supius explicata. Et oīs. hic ppheta resumit pposituī. s. statū Ecclesie post Antixpm qñ oēs generaliter cōuertēt ad xpm ut supra dictū ē. ideo dicit: & oīs q reliq fuerit de uniuersis gētibus q uenerūt cōtra Hierusalē. qa aliq uenīēt cū Antixpo magis ꝙ uolūtarie ꝙ uolūtarie. & isti cōuertent ad xpm uisa alioꝝ morte. ideo subdit. ascēdēt ab āno in annū. i. singulis ānis diebus sollēnibus ad hoc statutis ab Ecclesia. ut adorēt Regē dīm exercituū. i. xpm q ē Rex nō solū hoim sed etiā āgeloꝝ. & celebrēt festū Tabernaculoꝝ. nō put iudei celebrabāt: qa cultus ille cessauit a tpe publicatiōis Euāgelii. ex tūc. n. ille cultus fuit mortiferus. & ē i cultū spiritalē mutatus. Ista aūt festiuitas tabernaculoꝝ fiebat i lege i memoriā q filii Israel i deserto habitauerūt i tabernaculis. & sic ꝑcedēdo intrauerūt terrā pmissiōis. & figurabat ꝑ hoc futuꝝ tpe noue legis q fideles ꝑcedēdo de uirtute in uirtutē tpe pegrinatiōis huius uite itrarēt terrā uiuētiū aperta ianua ꝑ xpm. & hoc mō celebrāt boni xpiani & hūc mūdū trāseūtes ut pegrini: ut deueniāt ad patriā padisi. & magis celebrabit post mortē Antixpi oibus gētibus ad fidē cōuersis. pōt etiā dici: q sicut xpiani celebrāt festū pasche & pēth. alio tñ mō ꝙ Iudei sic & festū Tabernaculoꝝ celebrādo offitiū & ieiunia. iii. tpm in septēbri i quo mēse a iudeis celebrabat festū tabernaculoꝝ. xv. die mēsis & ista obseruatio xpianoꝝ magis uigebit post mortē Antixpi sicut & alie obseruātie noue legis ut dictū ē. & erit q nō ascēderit de familiis terre ad Hierusalē. patet q nō loquit hic de Hierusalē historice sed metaphorice inq̄tum ꝑ Hierusalē significat militās Ecclesia sicut dictū fuit diffuse Esaie. ii. nō. n. potuerūt cōuenire oīs familie terre i ciuitate Hierusalē historice qa de oibus ꝑtibus mūdi nō possēt sic singulis ānis cōuenire nec etiā ibi capi ꝑpter qđ quedā glo. Hebraica supistud. c. dicit q ciuitas Hierusalē i aduētu Messie dilatabit usq; ad fines terre qđ nō pōt intelligi de aliq̄ ciuitate materiali: sed iā ē ad ipletū qa Ecclesia nomine Hierusalē significata usq; ad finē terre ē dilatata. qa in oibus terris sunt aliq Xpiani. & magis adiplebit mortuo Antixpo. qa tūc oīs uenīēt ad fidē Xpi. nō erit sup eos hymber. s. diuine gratie. & Euāgelice doctrine eo mō loquēdi quo dicit Deut. xxxii. q. hymber sup terrā etc. q & si familia Egypti. i. gētiles q ꝑ Egyptios itelligūt & iā alii. sed erit ruina. i. hymbris p̄dicti carētia & q ꝑ egyptios itelligant alii gētiles subdit hoc erit peccatū Egypti hoc peccatū oium gētiū. q. d. qđ dictū ē de Egypto: extēdit ad aliās gētes. i die illa erit qđ sup frenū eq scī dño. qđ exponit glo. q mortuo Antixpo tāta erit pax q nō erit necessarius usus armoꝝ & equoꝝ & ideo auꝝ & argētū qđ āte ponebat i fremis offeret ad cultū diuinū. q ualde augmētabit mortuo ātixpo ut dictū ē. & erūt lebetes i domo dñi. i. uasa ad diuinū cultū apta ut calices & huiusmodi q uocāt hic lebetes qa ppheta hic methaphorice loquēs exp̄mit cultū noui testamēti ꝑ ea que erāt i cultu ueteris ut dictū ē de festo Tabernaculoꝝ & hierusalē & ad hoc designādū subdit: q̄si phiale corā altari phiale sūt uasa ad uini poculum apta Amos. vi. bibētes i phialis uinū. & uenīēt oēs imolātes sacrificium noue legis qđ ē Eucharistia. & coquēt i eis. i. hoc sacrificiū offerēt i ardore caritatis q tūc uigebit i Xpianis. & ē hic metaphorica locutio sicut & supra. & nō erit mercator etc. qa uitiū simōie totaliter cessabit i Ecclesia. Sciendū aūt q ꝓ expositores nostri cōmuniter tres ꝓtes ultimas huius. c. exponūt aliter ab illo. n. loco. & reuertet oīs terra etc. usq; ibi. & sedebit hierusalē secura. iclusiue exponūt de p̄mio bonoꝝ post iudiciū cōsūgēdo littere p̄cedēti & qđ subdit. & hec erit plaga. usq; ad locū illū iclusiue. sicut ruina: exponunt desupplicio reproboꝝ. & qđ subdit. & oēs q reliqui fuerit etc. usq; ad finē ca. exponunt de

pfectu Eccleſie poſt mortē Xp̄i ita qđ illud q̄ dicit̄ in die illa erit q̄ ſup frenū eq̄ eſt ſcīm dño. exponūt de tpe Cōſtantini ī quo multū fuit dilatata Eccleſia ī cuius freno mater eius Helena dicit̄ feciſſe poni unū de clauis Xp̄i & aliū ī eius galea ut ſic eſſet ſecurus inter p̄lios p̄icula. Iſtas expoſitiōes nō p̄sequor ī p̄ticulari: qa ī gloſis & aliorū poſtilliſ poſſūt a quolibet uideri uidet̄ tn̄ mihi ſaluo meliori iudicio qđ expoſitio quā poſui ſup̄ iſtas tres p̄tes magiſtri littere iſtarū p̄tiū cōſonat & etiā p̄cedēti.

Incipit Malachias .I.

ONus uerbi dn̄i. Hic incipit p̄pheta Malachie. Et dinidit̄ ī duas p̄tes. ſ. in p̄hemiū. & tractatū. tractus incipit ibi. dilexi uos. In p̄ma p̄te deſcribit̄ ī poſitio officii p̄phetiſādi ip̄i malachie cū dicit̄. onus uerbi dn̄i. i. offitiū denūtiādi uerbū diuinū. offitiū. n. alicui ī poſitū dicit̄ onus eius ſcđm cōmunē modū loquēdi quo cōmūiter utūt̄ p̄phete. ſcđo oſtēdit̄ cui uerbū huiuſmodi ſit denūtiādū cū dicit̄. ad Iſrael. poſt reditū. n. captiuitatis Babylonice quo tpe p̄phetauit Malachias populus Iſrael nomē obtinuit qa captiuitas. x. tribuū nō reduit. tertio notificat̄ p̄pheta ex noīe cū dicit̄. ī manu Malachie. i. p ip̄m Malachiā. Malachias aūt īterpretat̄ ăgelus dn̄i. ex hoc aūt dixerūt aliq̄ q̄ fuit ăgelus in corpore aſſūpto. Alii uero q̄ fuit Eſdras Scriba. ſed iſta nō hnt̄ autoritatē a ſcriptura ideo eadē facilitate cōtemnūt̄ q̄ p̄bant̄. dilexi uos. hic incipit tractatus. circa qđ ſciēdū q̄ p̄ncipalis ītētio p̄phetaq̄ fuit denūtiare xp̄i aduētū. ut diffuſius dictū fuit ī p̄ncipio Hiere. & ideo Malachias p̄mo arguit multiplex peccatū populi. ſcđo denūtiat aduētū Xp̄i. c. iii. qa penitētia de peccatis ē diſpoſitio ad receptionē redēptoris ſcđm q̄ dicitur Mat. iii. penitētiā agite apropinq̄bit. n. regnū celoq̄. p̄ma diuidit̄ in duas quia p̄mo arguit p̄pheta ſacerdotes & populū cōiunctī. ſecūdo magiſtraliter ibi. filius. tertio iterū cōiūctī ibi. nūqd igit̄. p̄mo arguit omīſſimul de īgratitudine ī p̄ſona dei dicēns: dilexi uos. & hec īgratitudo patet ex p̄ſona populi. cū dicit̄: ī quo dilexiſti nos? q. d. nō apparet erga nos tua dilectio ſpecialis pre ceteris. ſed hec reſponſio tanq̄ falſa excludit̄ cū ſubdit̄ ī p̄ſona dei: nōne frater erat eſau Iacob? q. d. ſic. qa fuerūt filii eiuſdē patris & matris ut patet Gn̄. xxv. & dilexi Iacob dādo ei bn̄dictionē. paternā & hereditatis p̄miſſionē que tn̄ ānexe erāt tūc tp̄ris p̄mogeniture. Eſau aūt odio habuit: denegādo iſta ſibi cū tn̄ eſſet p̄mogenitus ut patet Gn̄. xxv. & .xxvii. hec aūt dilectio Iacob & odiū Eſau fuerūt ſigna electiōis & reprobatiōis eterne. & ſic allegat apoſtolus Ro. ix. & ī hoc apparet electio dei ſpecialis ad populū Iſrael. & odiū ad populū deſcēdentē de eſau p effectū. & poſui mōtes eius. i. terrā eſau mōtoſā ī ſolitudinē. p nab. regē. & hereditatē eius ī dracōes. talia. n. aīalia ſolēt habitare ī terra deſerta & ī ruinis edificiorū. q̄ ſi dixerit idumea. i. populus Idumee deſtructi ſumus: ſed reuertētes edificabimus. terrā noſtrā meliuſ q̄ Iudei reuerſi reedificauerūt ſuā: hoc excludit̄: cū ſubdit̄ ī p̄ſona dn̄i Iſti edificabūt: & ego deſtruā. & uocabūt̄ termini ī pietatis. i. terra ī q̄ uiguit ī pietas: p̄pter quā dn̄s iratus ē cōtra terrā & populū ī ea habitātē. & oculi noſtri o Iudei uidebūt. uidictā meā ī idumeis q̄ ſēp fuerūt uobis moleſti. & uos dicetis magnificet̄ dn̄s. i. appareat magnitudo eius. ſup terram Iſrael. ipſā & habitatores ab hoſtibus p̄tegēdo & ī bonis multiplicādo. Filius. Hic cōſequēter arguit ſacerdotes & populū diuiſim. & p̄mo de peccatis ī deū. ſcđo ī p̄ximū. c. ii. p̄ma ī duas qa p̄mo arguit ſacerdotes. ſcđo populares ibi. & uos. p̄ma adhuc ī duas qa p̄mo ſacrificiū ſacerdotū excludit̄ tanq̄ malū ſcđo ſacrificiū noue legis cōcludit̄ tāq̄ deo acceptiſſimū ibi. nō ē. Circa p̄mū ſciēdū q̄ licet totus populus diceret̄ dei filius. Exo. iii. filius meus p̄mogēitus Iſrael tn̄ ſacerdotes ad eius miſteriū de p̄ſenti dicebant̄ dei filii & ſerui mō ſpeciali & ſic loquit̄ hic. filius

honorat patrē.i. teneť honorare. qa habet ab eo eſſe.nutrimētum.& documētum.& ſeruuſ dñm ſuū ſepe timebit:qa nō ē ī Hebreo nec ī libriſ correctiſ.ſed ſubintelligiť.ſi ergo pater ego ſū.& accipiť hic ſi ꝑ qa.qa deuſ ē pater oīm ꝑ creationē & ſpecialiter iudeoꝝ ꝑ legiſ dationē que nō fuit data aliſ populiſ:pſal.c.xlvii. nō fecit taliter oīi nationi & iudicia ſua etc.& adhuc ſpecialiuſ Sacerdotū quoſ elegit ad ſuū miſteriū ubi ē honor meuſ?q.d. nō mihi defertiſ honorē ut debetiſ.& ſi dñſ ego ſū.ſ.ꝑ gubernati/onē ueſtri ſpecialē:ubi ē timor meuſ?q.d.nō apparet ī uobiſ. Et ſciēdū ꝙ ubi dicitur hic & ſi dñſ ego ſū.ī Hebreo habeť.& ſi dñi ego ſū.ī quo deſignať ī deo pluralitaſ ꝑ/ſonaꝝ ī unitate eſſētie qa nomē plurale cōiúgiť cū ꝓnoīe ſingulari.dicit dñſ exercituū ad uoſ o Sacerdoteſ.etc.ab illo.n.loco.filiuſ honorat etc.uſq; ibi īcluſiue. in quo de/ſpeximuſ nomē tuū:totū ē ſub uno uerſu ī Hebreo ex quo patet ꝙ ab illo loco īcipit arguere ſacerdoteſ. & ſubdiť rñſio dñi.offertiſ ſup altare meū pollutū panē.paneſ.n. ꝓpoſitiōiſ debebāt ꝑ manuſ ſacerdotū piſtari formari & decoq.& ipſi ad euitandū la/borē faciebāt ꝑ aliоſ hoc fieri ut dicūt aliq.alii uero dicūt:ꝙ diciť hic paniſ polluтuſ eo ꝙ erat de tritico ꝑ rapinā acqſito formatuſ.& dicitiſ.uoſ male excuſādo:ī quo pol/luimuſ te. & ſubdiť dñi rñſio:ī eo ꝙ dicitiſ.i. facto oſtēditiſ.mēſa dñi deſpecta ē.per hoc.n.ꝙ ibi ponitiſ panē ꝑdicto mō formatū dehonoratiſ eā.& ad hoc īducit exēplū dicēſ.ſi offeratiſ claudū etc.i. aīal indebitū ſup altare holocauſtoꝝ. nōne malū ē?q. d.ſic qa hoc ē ꝓhibitū ī lege.offer illud duci tuo etc .q.d.ſi offerreſ illud ꝓncipi ter/reno q eſt cmiſ & puluiſ:nō placeret ſibi.nec ꝓpter hoc exaudiret ꝑceſ tua.& multo/minuſ debēt talia deo offerri.ideo īducit eoſ ad penitētiā.d.& nūc deꝑcami uerbū dei etc. qſ ī uobiſ claudat hoſtia.q.d.nulluſ de uobiſ īpēdit mihi iſta offitia gratiſ.qa ho/ſtiaru tēpli & illi q nutriebāt ignē ī altari habebāt īde magnū emolumētum. Nō eſt mihi. Hic cōquēter cōcluditť ſacrifitiū deo gratū excludēdo ꝑdictū offerēdi modū cū diciť nō ē mihi uolūtaſ in uobiſ.i.bñ placitū ꝓpter malū ueſtꝝ.& munuſ nō ſuſcipiā de manu ueſtra.qa ſacrifitia ue.le. nō erāt accepta niſi ex bonitate offerētiſ. ideo diciť Gen.iiii.reſpexit dñſ ad Abel & ad munera eiuſ.ab ortu.n.ſoliſ uſq; ad occaſū.i.ꝑ or/bē uniuerſū. magnū ē nomē meū ī gētibuſ.qđ exponit Ra. Sa.dupliciter.uno mō qa licet gētileſ adorēt idola ut deoſ.tñ dicebāt deū celi & terre excellētiorē illiſ diſ.ſed ab hac expoſitiōe diſcordat qđ ſubdiť.& ī omni loco ſacrificaťur & offeretur nomini meo ob/latio mūda. qa ſi gētileſ cum deo celi idola colenteſ deo facerēt oblationē illa nō eſſet mūda corā deo.qa ab idolatriſ eſſet oblata & ideo cū hoc ponit aliā expoſitionē dicēſ: ꝙ iſte paſſuſ itelligiť de Iudeiſ iter gētileſ ꝑ orbē diſpſiſ deū honorātibuſ deuote.quoꝝ oratio diciť hic mūda oblatio & ꝑ eoſ nomē dñi ꝑdicatur magnū ī terriſ gētilium.ſed iſtud nō uideť ueꝝ.nō.n.ē ueriſimile ꝙ illi q erāt diſpſi iter gētileſ idolatraſ tpe Ma/lachie eſſēt iuſtioreſ & mūdioreſ q̄ illi ſacerdoteſ q redierūt de Babylōica captiuitate. quoſ hic arguit ut dictū ē. ſed magiſ ſequebāť moreſ gētiliū ꝓpter qđ dicēdū ꝙ iſte paſſuſ loqť ad litterā de ſacrifitio no.le.qđ ē euchariſtia qđ ē mūdiſſimū & deo accep/tiſſimū.ī oībuſ etiā terre natiōibuſ ſūt aliq Xp̄iani hoc ſacrifitiū offerēteſ & cū diciť. magnū ē nomē meū.etc. loqť ꝓpheta de futuro ꝑ modū pñtiſ ꝓpter certitudinē ꝓ/phetie. Et uoſ polluiſtiſ. Hic cōſequenter ꝓpheta arguit populareſ qa illi q debebāt offerre oblatiōeſ mūdaſ & electaſ offerebāt de peioribuſ ut uidebiť infra & ideo hic arguunť cū diciť:& uoſ polluiſtiſ illud.ſ.nomē meū q̄tū ī uobiſ ē.in eo ꝙ dicitiſ. ſicut Sacerdoteſ. mēſa dñi cōtāminata ē.i.pōt ibi fieri licite oblatio de minoribuſ boniſ.cū igne q deuorat illud.i.cū igne q erat ſemꝑ in altari holocauſtoꝝ ad cremādum adipeſ ſacrificioꝝ: q poterat fieri ex qbuſcunq; ligniſ.& eodē modo arguebāt de ſacrificiiſ ibi

offerēdis.& dixistis.uos mēdaciter excusādo.ecce de labore.i.cū magno labore potui/
mus illa sacrificia offerre ꝓpter pauptatē nostrā.& exufflastis illud.i.bonū qđ debe/
bat offerri reduxistis q̄si ad nihilū.& itulistis de rapinis claudū. & lāguidū etc. ita ꝙ
erat ibi duplex peccatū. Vnū cōtra ꝓximū.s.rapina. & aliud cōtra deum.s.offerre
lege ꝓhibitū.ideo seqt̄.nō suscipiā illud acceptando & ꝙ ista intelligant̄ de popula/
ribus offerentibus ostendit̄ ꝑ hoc qđ subdit̄: maledictus dolosus q̄ habet in grege suo
masculū.i.aīal bonū & aptū ad sacrificandū deo.& uotū faciēs.de sacrificio deo offe/
rēdo.imolat debile.i.animal lāguidū uel animal ineptum ad offerēdū qa Rex magnus
ego.s.sup omnē creaturam & nomē meū horribile.i.timendū. .II.

ET nūc ad uos. Hic cōsequēter arguit Prophēta sacerdotes & populū de peccatis
cōtra ꝓximū.& cū hoc ponit̄ aliqd de peccatis cōtra deū. Et diuidit̄ i duas ptes
quia ꝑmo arguit sacerdotes.scđo populares ibi:nūquid. Circa ꝑmū ponit̄ monitio cū
dicit̄: ecce nunc ad uos mandatum hoc o sacerdotes.q.d.debetis diligenter attendere ꝙ
si nolueritis: puniam uos.ideo seqt̄: mittā in uos egestatē. quā supra modū timebant
qa auari.& cupidi erāt.& maledicā bñdictiōibus uestris.i.illis que consueuistis bñdi/
cere.s.uineis & bladis & huiusmodi ita ꝙ erit penuria ita exponit Ra. Sa. & subdit̄
causa.qm̄ nō posuistis sup cor.s.exercere offitiū uestꝝ debito mō deū colēdo & populū
instruendo.ecce ego ꝓiciam uobis brachiū.auferendo a uobis uirtutē & sustētatione
& dispgam super uultum uestrum stercus.i. ex celebrationibus huiusmodi nō repor
tabitis honorē sed cōfusionē.& assumet uos secū.s.stercus ita ꝙ eritis cōtēptibiles sicut
& ipsum.& scietis ꝑ experientiā mee punitionis.qa misi ad uos. Sacerdotes & Leuitas.
mandatū istud.de cultu dei & doctrina populi.ut esset pactū Leui. cū Tribu Leui
que fuit ad hoc a deo electa Numeri.ii.c.pactū meū.i.lex.fuit cum eo uite & pacis.
Fuit.n. ꝓmissum a deo ꝙ populus in pace uiueret:si legē seruaret.& sic fuit adīpletū,
q̄diu seruauit ut patet ex decursu ue.te.& dedi eis timorem. scilicet Moysi & Aaron
& pluribus ab eis descēdentibus qui deum timuerunt.lex ueritatis fuit i ore eius.ad do/
cendū populum.& iniquitas non est inuenta in labiis eius. ꝙ enim Aaron fecit uitulū
conflatilem fuit ex timore mortis ut dictum fuit plenius Exo.xxxii. nec ipse nec alii
Leuite crediderunt ꝙ in ipso esset aliqd numinis. quod patet ex hoc:ꝙ tota Tribus
Leui iunxit se Moysi ad interficiendū illos qui peccauerunt in idolatria uituli.Exo.
xxxii. in pace & equitate ambulauit mecum. iuste uiuendo.& me deuote colendo.&
multos auertit ab iniquitate docēdo populum hoc enim pertinet ad officium Leuitici
& potissime sacerdotum ideo subdit̄.labia enim Sacerdotis etc.& subditur causa.quia
angelus domini exercituū est. habet enim officium angelicum scilicet colere deum. &
dirigere populū sicut angeli in ministerium missi propter electos ꝙ salutem semp uident
faciem patris qui in celis est. Mat.xviii.uos autem.sacerdotes & Leuite huius tempis
recessistis de uia quam tenuerunt Moyses & Aaron & alii iusti & scandalizastis pluri/
mos in lege.id est fuistis eis occasio delinquendi. scandalum est enim impactio pedis
ad aliquid quod facit incidentem ruere. malicia autem sacerdotum & doctorum facit
errare populum.unde dicit Saluator ceci sunt & duces cecorum. Si autem cecus ceco
ducatum prestat:ambo in foueam cadunt. propter quod dicit Grego. in pastorali.
cum pastor per abrupta graditur:consequens est ut grex ad precipicium sequatur.ir/
ritum feceris pactum Leui.de officio sacerdotii. propter quod & ego dedi uos con/
tēptibiles & humiles.id est abiectos.& accepistis faciem in lege.iustificantes impium ꝑ
munere. sacerdotes enim iudicabant populum maxime post reditum de Babylone.
Nunquid. Postq̄ reprehendit sacerdotes & Leuitas de malo regimine populi: Hic

consequenter arguit ceteros de contemptu proximi & primo in generali cum dicitur: nunqd non pater unus etc. quasi diceret sic scilicet Adam: ut dicũt aliqui uel Abrabã secundum aliquos. & est uerbum Propbete nunquid non deus unus creauit uos? q̃si diceret sic. quia omnes anime bumane creãtur a deo immediate. quare ergo despexit unusquisq; uestrum fratrem suum. propter paupertatem suam. quasi diceret non babemus causam. uiolans pactum patrum nostrorum. id est legem datam patribus nostris que precipit diligere proximum. secundo in speciali arguit contemptum uxoris que debet esse una caro cum uiro cum dicitur: transgressus est Iudas etc. & ista transgressio specificatur: cum subditur: quia contamminauit Iudas sanctificationem domini. scilicet latriam. quam dilexit. scilicet dominus. & babuit. scilicet Iudas. id est illi de regno Iude. filiã dei alieni. reuertentes enim de Babylone contempserunt uxores suas Iudeas: que ex frequẽti partu & labore itineris erant deturbate. & duxerũt uxores alienigenas ut patet primo Esdre. ix. ca. & primas tenebant in domibus sicut ancillas mulieres enim docent pueros suos mores proprios. & sic alienigene docebant filios a Iudeis genitos idolatrare. quod erat pessimũ ideo sequitur. disperdat dominus uirũ qui fecerit. boc magistrũ & discipulũ. id ẽ magnũ siue paruũ. & offerentẽ munus id est de Tribu sacerdotali quia in illa Tribu inuẽti sunt uiri qui acceperant uxores alienigenas p̃mo Esdre. x. ca. & hoc rursum fecistis operiebatis lachrimis etc. credẽtes expiare hoc peccatum absq; emissione alienigenarum: quod tamen est: falsum: ideo subditur. ita ut non respiciam. & dixistis quã ob causam. non dimittitur istud delictũ per solum sacrificium? ad quod respõdetur: cum dicitur: quia dominus testificatus est inter te & uxorem. de mutua cohabitatione & dilectione dicens per Adam prophetice Geñ. ii. ut ibidem fuit declaratum. quam obrem derelinquet bomo patrem suum & matrem suam & adberebit uxori sue & erunt duo in carne una. quam tu despexisti tenendo eam ut ancillam. & bec particeps tua. id est sotia non ancilla. & uxor federis tui. per consensum animorum qui facit matrimoniũ nonne unus fecit? quasi diceret sic. quia unus deus fecit Adã & Euam. & residuum spiritus eius ẽ ad hoc enim fecit deus mulierem de costa uiri: & sicut sunt una caro: ita sit unus spiritus. & una anima per ueram dilectionem. & quid unus querit nisi semen dei? quasi diceret ad hoc est unitio seu coniũctio matrimonii: ut inde procreetur semen ad cultum dei. Ideo subditur. custodite ergo spiritũ uestrum. id ẽ bonã uolũtatem ad uxorem. cum odio habueris: dimitte. dando ei libellum repudii. ut alteri sic possit nubere. & non sicut ancilla a te uiolenter teneri. boc enim est minus malum. quam affligere uxorem sine causa ut ancillã. libellus. n. repudii nõ fuit concessus ut per se licitus: sed ad maius malum euitandum. ut diffuse declarauit Deuteronomii. xxiiii. operiet autem iniquitas uestimentum eius. id est uestimentum uiri sic enim sonat littera Hebraica que non potest referri ad feminam sed ad masculum tantum secundum modum loquendi Hebraicum & est sensus. operiet etc. id est per dei uindictam sic apparebit iniquitas uiri despicientis uxorem mõ p̃dicto: sicut apparet illud qd̃ ponit̃ sub uestimentũ eius etc.

LAborare fecistis: Hic incipit ca. in Hebreo ubi .III.
incipit aduentus Christi denuntiatio. Et diuiditur in duas partes. quia primo occasio huius denuntiationis ponitur. secundo ipsa denuntiatio subditur ibi. ecce ego mittam. Circa primum sciendum q̃ populus iudeorum saltem pro magna parte uidẽs alias gentes in boc mũdo prosperari ut Chaldeos Persas & Medos q̃ erant idolatre & se ferquenter deprimi & captiuari dicebat: q̃ deus diligebat malos & de seruitoribus suis non curabat. uel q̃ de istis inferioribus prouidentiã nõ babebat. ex quo seruiẽtes

sibi sic negligebat & alios exaltabat. & sic deo imponebat maliciam malos diligendo uel ignominiam merita & demerita hominum non uidendo. & utrumq; est erroneū & deo odiosum. ideo dicitur. laborare fecistis dominum in sermonibus uestris. blasphematoris. & loquitur scriptura de deo quasi de homine afflicto de malo quod audit: in eo q̄ dicitis erronee: omnis qui facit malum etc. ex dictis patet sententia. aut certe ubi est deus iudicii. id est diiudicantis inter bonos & malos. Ecce ego. Hic consequēter denuntiatur Christi aduentus in quo fit bonorum & malorum discretio quia in primo aduentu Christi factum est iudicium discretionis uocando aliquos ad graciam ceteris dimissis iusto dei iudicio licet nobis occulto. sed in secundo aduentu fiet iudicii discussionis malos puniendo & bonos premiando. sic ergo proceditur. quia primo uterq; aduentus denuntiatur. & secundo predictus error euacuatur ibi. inualuerunt Prima in duas quia primo ponitur dicta denuntiatio. secundo populi monitio ibi. ego enim. Prima in duas quia primo nuntiatur uterq; aduentus. secundo utriusq; effectus ibi. ipse enim. Circa primum primo denuntiatur primus aduentus Christi cū dicitur in persona Christi. ecce ego mittam angelum meum. id est Iohannem Baptistam qui magis duxit in terra uitam angelicam q̄ humanam. q̄ enim hec scriptura dicatur de ipso ad litteram patet. Matthei undecimo ubi dicit Saluator de Iohanne. hic est de quo scriptum est ecce ego mitto etc. & preparabit uiam quia predicatio et baptismus Iohannis fuerunt quedam preparationes ad baptismum & predicationem Christi. & statim ueniet ad templum suum. quia ibi Christus oblatus fuit & ibi plurimos predicauit & miracula fecit. dominator quem uos queritis. id est Christum cuius aduentum summe desiderabant patres antiqui. & angelus testamenti. quia Christus fuit nuntius noui testamenti ut predixerat Hieremias tricesimoprimo capitulo. secundo denuntiatur aduentus Christi secundus cum dicitur: ecce uenit. id est ueniet certitudinaliter ad iudicium. & quis poterit cogitare diem aduentus eius? quasi diceret nullus. unde dicit Matthei uicesimoquarto de illa die & hora nemo scit etc. & quis stabit? id est poterit stare ad uidendum eum. quia sicut primus eius aduentus fuit in humilitate & mansuetudine: Ita secundus erit in potestate & terrore. Ipse enim. Hic consequenter ponitur effectus utriusq; aduentus tamen in quodam generali. & p̄mo primi. & secundo secundi ibi. & accedam. Effectus autem primi fuit uocatio aliquorum quos primitiua Ecclesia probauit quasi aurum in fornace per tribulationes in Iudea: ut patet in actibus Apostolorum in pluribus locis. & postea per Tyrannos in omnibus partibus orbis. & hoc est q̄ dicitur: ipse ē quasi ignis conflans. ad probationem electorum. & quasi herba fullonum. qua utuntur fullones ad purificandum uestes & faciendum nitidas. & purgabit filios Leui. id est Apostolos quorum aliqui fuerunt de Tribu Leui. & omnes fuerunt noue legis Episcopi ad perfectam mundiciam deducendo. & erunt duo offerentes sacrificia. id est Eucharistiam per uarias legis sacrificia figuratam sicut perfectum per plura imperfecta. & placebit dominus etc. quia istud sacrificium est deo aceptissimum sicut dies seculi. & sicut anni antiqui unde in canone misse dicitur sicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel. & sacrificium patriarche nostri Abrahe & q̄ tibi obtulit sacerdos tuus Melchisedech. Sciendum tamen q̄ istud sicut non designat equalitatem sed correspondētiā dei figurate ad figuram sicut enim res figurata excellit figuram sic sacrificium noue legis quod est Eucharistia omnia ueteris legis sacrificia. Et accedam. Hic ponitur effectus aduentus secundi cum dicitur. & accedam ad uos in iudicio quia Christus ueniet ad iudicium in forma humana tamen gloriosa. & ero testis uelox. quia illud

iudicium breui tempore expedietur. maleficis & adulteris etc. id est quibuscunq; peccatoribus quia uirtute Christi nota fient omnibus eorum peccata & sententia iudicis iusta. Ista tamen peccata specialiter exprimuntur: que crudelitatem importãt sicut. & Matthei uicesimoquinto ubi processus iudicii ponitur a saluatore. Ego enī dominus. Hic consequenter post effectum extremi iudicii ponitur monitio populi que tunc non habebit locum sed ante dicit igitur ego enim dominus ad quem spectat omniū generale iudicium. & non mutor in memetipso licet sit mutatio in effectibus meis secundum uarietatem meritorum hominum & uos filii Iacob non estis cōsumpti licet hoc meruissent mala uestra tamen saluaui aliquos ex mea misericordia .a diebus enim patrum uestrorum recessistis.quia cito post dationē legis in monte Synai peccauerunt in adoratione uituli. Exodi. tricesimosecundo. reuertimini ad me. per ueram penitentiam & reuertar ad uos per clementiam. & dixistis. uos male excusādo in quo reuertemur. quasi diceret non declinauimus a domino cuius contrarium ostenditur: cum subdit.si affiget homo deum: quia uos confixistis me. loquitur enim scriptura de deo sicut de homine cuius bona per uiolentiam rapiuntur. decime uero ipsius dei sunt pro sustentatione ministrorum suorum que retinebantur iniuste a iudeis laicis. ideo subditur: in decimis que debebantur Leuitis. inprimitiuis. que debebantur sacerdotibus & ad hanc sententiam reducitur translatio nostra. homo enim dicto modo uiolentatus secundum communem modum loquendi dicitur usq; ad cor confixus. in penuria uos maledicti estis. in penam enim dicti peccati deus immittebat sterilitatem terrenascentium. ideo subditur: inferte omnem decimam in horreo. scilicet Leuitarum. & probate me. id est effectum bonitatis mee si de dictis decimis feceritis quod debetis ideo subditur: si non apparuero uobis Cataractas celi. dando uobis rorem & pluuiam ad fecundationem terre conuenientes. & effundero uobis benedictionem. id est bonorum temporalium multiplicationem . & increpabo pro uobis deuorantem. id est faciam ꝙ uentus urens locuste & huiusmodi non deuorabūt seu peiorabunt terrenascentia. & beatos uos dicent omnes gentes. que sunt in circuitu uestro ex bonorum uestrorum multiplicatione ista tamen promissio est sub conditione. scilicet si fecerint bene quod quia non fecerunt: promissio non fuit impleta. Inualuerunt. Hic error suprapositus remouetur. Et diuiditur in duas partes quia primo dictus error repetitur ut non addatur. & secundo euacuatur ibi: tunc locuti sunt. Circa primum dicitur in persona dei. inualuerunt super me uerba uestra. id est contra me sunt multiplicata & que sint illa subditur: uanus est qui seruit deo. quia ad hoc non sequitur aliqua eius retributio quia sicut dictum est superius: negabant deum habere prouidentiam de actibus humanis uel iusticiam & ad utrumq; sequitur defectus boni retributionis: ideo subditur in persona talium & quod emolumentum quia custodimus precepta eius quasi diceret nullum. & quia ambulauimus denigrati. & ideo ulterius concludebantur. ergo nunc. id est in presenti uita. beatos dicimus arrogantes. id est eleuatos in pompa & potentia quia bene est eis in hac uita nec expectatur alia. si quidem edificati sunt. in domibus & possessionibus. & temptauerunt deum. ipsum prouocando & contemnendo. & salui facti sunt. exquo concludit ꝙ non habeat de malis eorum noticiam uel si habet ꝙ de talibus non faciat iusticiā. Tunc locuti sunt. Hic consequenter dictus error tollitur: & primo succincte. secūdo magis diffuse capitulo quarto. Circa primum dicitur: tunc locuti sunt timentes deum qui profitentur diuinam prouidentiam & eius iusticiam ad omnia se extēdere. unusquisq; cum proximo suo de premiatione bonorum & punitione malorum in seculo

futuro ideo subditur. & attendit dominus. scilicet bona & mala que fiunt in presenti uita. & scriptus est liber. id est ista sunt in diuina scientia indelebiliter. & erunt mihi ait dominus. qui non potest mentiri. in die qua ego facio. id est in die iudicii. in pecu/ lium. i. in populum amicabilem & familiarem. & parcā eis. a penis eternis. sicut parcit uir filio suo. q castigat eū ne incurrat maius malū. & conuertimini. s. ad me uos q estis in p̄dicto errore. & uidebitis qd sit iter iustū & impiū. qa licet iustus i p̄nti castigeē: tñ per hoc conseruaē in bonis gratie. & postea ad bona glorie deduceē .IIII.

Ecce enim. Hic predictus error remouetur magis explicite ex premiatione bonorum & punitione malorum. & primo ponitur malorum punitio. secundo bonorum retributio ibi. & orietur. Circa primum dicitur: ecce enim dies uenit. s. iudicii. succensa quasi caminus. quia illam diem precedet ignis conflagrationis ad pur/ gationem elementorum & eam sequetur ignis gehenne ad punitionem reproborum ideo subditur: & erunt omnes superbi. peccantes contra deum. & omnes facientes im/ pietatem per peccatum contra proximum. stipula gehenne deputata. que non relin/ quet eis radicem: quia post finalem sententiam non erit tempus neq; locus reuertendi ad gratiam. Et orietur. Hic consequenter ponitur bonorum retributio cum dici/ tur: & orietur uobis timentibus nomen meum. timore filiali qui habet caritatem annexam. sol iusticie. id est Christus qui tunc apparebit electis retributor & saluator iustus. & sanitas in pēnis eius. scilicet orietur: quia per ipsum gloriam anime & cor/ poris consequetur. & egrediemini. ad cōsiderationem pene reproborum quam euadetis & saltietis sicut uitulus de armento. quia talis uisio erit eis exultationis occasio tum propter eius euasionem: tum propter diuine iusticie impletionem. secundum quod di/ citur Psalm. quinquagesimoseptimo letabitur iustus cum uiderit uindictam etc. & calcabitis impios cum fuerint cinis. id est afflicti pena ignis gehennalis quia corpora damnatorum non incinerabuntur sed semper uiuent ut semper crucientur. in die qua ego facio. id est in die iudicii. Mementote. Hic consequenter ponit generalis monitio. & maxime iudeorum quorum plures conuertentur ante iudiciū. ideo dicit: mementote legis Moysi serui mei. in qua fit mentio de aduentu Christi: secundum quod dicit Saluator Iohannis quinto si crederetis Moysi: crederetis forsitan & mihi quam mandaui in Oreb. Exodi. uicesimo. precepta. scilicet decalogi que seruanda sunt tempore noui testamenti. & iudicia. id est illa que continent iustum modum uiuendi ad p̄ximū que similiter seruanē in no. le. licet nō eodē modo quantū ad oia q̄a p̄cepta iudicialia que seruanē in no. le. obligant ut de nouo instituta. de cerimo/ nialibus nō fit hic mentio quia illa sunt totaliter exclusa in no. le: ita q̄ non possunt obseruari licite eo quod erant respectu no. te. figure. & ideo cessauerunt aduenīēte ueritate. ecce ego mittā uobis Heliā Prophetā. q ad hoc reseruaē in uita cū Enoch ut predicent cōtra p̄fidiam Antix̄pi. ideo subdit. anteq̄ ueniat dies dñi. q̄a illam diē p̄cedet p̄secutio Antichristi. & conuertet cor patrum ad filios. reducendo illos qui tunc increduli erūt ad fidē X̄pi in quā crediderunt patres antiq. & sic illi patres di/ ligent filios. & ecōuerso in caritate X̄pi. ne forte uenia. In Hebreo nō est forte q̄a aduēt̄us X̄pi ad iudiciū certus est. pōt etiā dici secundū translationem nostram q̄ nō ponitur hic forte propter incertitudinē aduentus sed p̄pter incertitudinē temporis unde X̄p̄s dixit Apostolis Actuū. i. non est uestr̄ę nosse tempora uel momenta etc. & percutiam terram. i. habitatores in terra generaliter. anathemate. id est sempiterna separatione ab ea licet aliqui scilicet electi adhereant mihi sempiterna fruitione quā nobis cōcedat q cū patre & spiritu sāncto uiuit & regnat in secula seculoꝝ Amē.

Incipit Postilla in librum Macha/
beorum. Capitulum primum.

ET factum est. Post historiam libri Iudith: quātum ad historias in sacra scriptura contentas: sequitur historia in libro Macha/beorum descripta: licet per magnum tempus contigerit postea. Nam historia libri Iudith contigit tempore Cambisis filii Cyri secundum cōmunem expositionem doctorum nostrorum quam secutus sum exponendo librum illum. historia uero Machabeorū contigit tempore Anthiochi Ephiphanis regis Syrie: ut patet ī principio primi libri. Verum tamen hystoria uidetur intricata. propter duos fratres: scilicet Seleucium & Anthiochum Ephiphanen: & eorum posteros qui se mutuo ex/pulerunt de regno guerra inter eos quasi inpacabili commota. Ad euidētiam hystorie aliquid est hic premittendum de dicti regni successione. Sciendum igitur post mortē Alexandri Magni eius monarchia in quatuor regna fuit diuisa. scilicet Macedonie. Asie. Egypti & Syrie sicut Dani. viii. fuerat prophetatū. Sed de duobus p̄mis regnis non fit mentio. et primo Machabeorū libro. sed procedit secūdum processum regni Syrie quod multum Iudeam afflixit resistentibus pro ut poterant Machabeis: & aliq̄ de regno Egypti occasionaliter interponitur. Sciendum igitē ꝙ mortuo Allexādro Magno primus regnauit in Syria Seleucus. & alii quatuor post ipsum: & sextus fuit Anthiochus Magnus. qui duos habuit filios scilicet Seleucum Philopatorē: qui sibi suc/cessit in regno tanq̄ p̄mogenitus & Anthiochū Ephiphanen q traditus fuit Romanis obses & audita morte patris & inertia Seleuci sui fratris uenit in Syriā: & ab aliqbus ciuitatibus receptus fuit. & tandem Syrie regnum optinuit: propter quod īter poste/ros eius & inter posteros fratris sui de Syrie regno fuit lōga concertatio. & aliquādo prevalebat una pars. aliquando uero altera. & sic Syrie regnum de una posteritate ad aliā trāsibat. ut patet ī pagīa figura sequēti posita ī cuius sūmitate ponit Anthiochus Magnus: & eius duo filii ī duobus lateribus descendēdo & sub eis eorū posteri p̄cessus uero regni īcipiēdo ab Anthiocho Magno de posteritate unius filii ad alterius poste/ritatē: uel in eadem posteritate de patre ad filiū uel ad aliū successorem: patet ī linia transuersali de Minio facta & ad Maiorem euidentiam super quemlibet successiue regnum optinentem: posui litteras alphabeti secundum processus ordinem dicti regni. Et quomodo de summis sacerdotibus Iudeorum in libris Machabeorum fit mētio. ideo sciendum quod Iadus Alexandri tempore fuit summus sacerdos post eum Onias sub quo Ptholomeus Socher Rex Egypti multos Iudeos captiuauit post eum Symeon Iustus. deinde Eleazarus frater eius. deinde Onias Symeonis iusti filius qui usq; tunc fuerat puer. post eum Symeon filius eius. deinde Onias filius eius tempore Anthiochi Magni: & Seleuci eius filii. cuius tempore Heliodorus ad spoliādum erarium in Hie/rusalem fuit missus & huiusmodi Onias secundum Iosephum. xii. antiquitatis Iudaice capitulo. vi. habuit duos fratres Iasonē & Menelaum qui successiue licet usurpa/tiue tenuerunt summum sacerdotium quibus successit Alchimus per institutionē violē/tam Anthiochi Ephiphanis quia nō erat de linea sacerdotali licet descēdisset ab Aarō ut habet infra. vii. capitulo & tunc sacerdotiū deuenit ad Machabeos. q Anthiocho Regi & eius factis quantum poterant resistebant habebant etiam ibi aliquid iuris nā Mathathias pater eorū descēderat de illis. xxiiii. quos Dauid īstituerat ad deseruiē/dum templo domini per uices suas. i. Paralippo. Sed quia huius primi: libri & secundi

Machabeorum maior est autoritas quã Iosephiani: ab ecclesia recepti sint ad legẽ/
dum: ideo non ẽ dimittendus textus propter Iosephum. sed magis econuerso. secundo
uero libro .iiii. capitulo dicitur expresse quod Iason fuerit frater Onie. ꝙ & Me/
nelaus & Lysimachus fuerunt fratres Symeonis prepositi templi de tribu Beniamin.
sicut & iste Symeon: ut habeẽ. ii. libro ca. iii. De Alchimo uero habeẽ. ii. libro. xiiii.
ca. qđ fuerat sũmus sacerdos tẽpore Anthiochi Ephiphanis. sed electus fuit inde: eo
ꝙ ritu gentilium fuerat inquinatus. quem tñ restituit Demetrius Seleuci. ut habetur
ibi. vii. ca. & ideo sequendo textum intendo exponere libros Machabeorum.
Per figuram igitur prepositam patet processus regni Syrie quantum ad principes ꝙ
Iudeorum populum afflixerunt. diuisio tamen libri accipienda est secundum duces ꝙ
populum Israel liberauerunt. tamen liber totalis p̃mo in duas partes diuidiẽ secundũ
duos libros partiales. primum scilicet & secũdum. Primus autem liber diuidiẽ in q̃tuor
partes. quia primo ponitur liberatio populi sub Mathathia. secũdo sub Iuda. tertio
capitulo. tertio. sub Ionatha. ix. capitulo. q̃rto sub Symeone. xiii. capitulo. Pri/
ma in duas. quia primo ponitur detectio populi & templi facta per Anthiochum ca/
pitulo. ii. Prima adhuc i tres. secundum triplicem percussionẽ per Anthiochũ factã.
Prima facta fuit per ipsum personaliter. secunda per eius ducem. que ponitur ibi. &
post duos annos. tertio per eius nuncios. & scripturam ibi. scripsit. Circa primum p̃mo
scribitur affligẽtis origo. secũdo afflictiõis occasio. ibi. in diebus illis. tertio afflictiõis
tempus & ordo ibi. & preparatum est. quarto multipliciter afflictorũ oppressio ibi. &
conuertit. Circa primum dicit. Et factum est postquam percussit Alexãder. scilicet
magnus Philippi Regis Macedonũ filius. qui primus regnauit in Grecia. scilicet tota
nam in Macedoĩa que est quedam pars Grecie prius regnauerat pater eius & plures
alii. sed iste fuit primus monarcha non solum Grecie: sed etiam totius Orientis: ꝓpter
quod ab eo incipit regnum Grecorum. Darium Regem Persarum. Iste Darius scđm
Hebreos fuit filius Assueri & Hester Regine. sicut dictum est supra i prĩcipio libri
Hester. & Danielis. ix. capitulo. & pluribus alis locis. secundum alios uero Hysto/
riographos fuit alius Darius qui postea regnauit per longum tempus. Constituit p̃lia
multa. contra regna sibi resistentia. Et obtinuit omnium sibi resistentium munitiões
id est castra & fortalitia & bona in eis reposita. Et pertransiuit usq; ad fines terre ha/
bitabilis ex parte Orientis. Et siluit terra in conspectu eius. quia nullus audebat sibi
resistere facto uel uerbo. Et congregauit uirtutem etc. hic ponitur ad respondendũ
tacite questioni: qua posset queri. quomodo fecit tanta cum paruũ esset regnũ Ma/
cedonie. & respondetur quod congregauit sibi excercitum ualde fortem: non solum de
Macedonia: sed de alis locis & bellatores undecumq; sibi libenter adherebant. nam
in uictoris non retinebat sibi nisi bonum honorabile concedens alis bonum utile ex
sua liberalitate. Et facti sunt illi in tributum ad sui excercitus sustẽtamentũ. Et post
hec decidit in lectum. egritudine ualida. Et cognouit quia moreretur. habuerat enim
de hoc responsum ab arboribus solis & lune consecratis: a quibus quesierat sibi deuicto
orbe terrarum redieret ad matrem suam: & sorores carissimas: & responsũ est nõ quia
cito esset morituris. Et uocauit pueros suos nobiles. i. socios familiares. nullus enim de
filius suis si tamẽ aliquos habuit legit̃ post eũ regnasse. et multiplicata sũt mala i terra.
quod regnum Syrie & regnũ Egypti ab Alexãdro descendentia: afflixerũt populũ
Israel colentem dominũ. & quia premissa dicta sunt ut ad Anthiochum illustrẽ de/
ueniretur ideo subditur. Et exiit ex eis scilicet ex Regibus Syrie ut patet in figura
supra posita. Radix peccati. nã ex eo pululauerũt plura mala quã ex alis p̃cedẽtibus

Anthiochus illustris id est preclarus seu nobilis & significat idem quod Ephiphanes. q̄ est nomen grecum. & dicitur ab ephi quod est supra & phanes apparitio. quasi super alios eminens uel apparens. Filius Anthiochi magni. Qui fuerat Rome obses. Nam Anthiochus Magnus pater eius per Romanos fuit repressus ab infestatiõe uicinarum sibi gentium Romanis federatarum. & ad maiorem securitatem acceperũt obsidẽ filium suũ iuniorẽ. qui audita morte sui patris & inertia Seleuci sui fratris de Roma clam recessit. & in Syriam ueniens aliquas ciuitates maritimas habuit: & tandẽ regnũ ideo subditur. Et regnauit in anno .c.xxxvii. regni Grecorũ. q̄d incepit ab Alexandro Magno ut dictum est supra. dicunt tamen aliqui quod hec numeratio incipit a primo anno Seleuci qui immediate successit Alexandro Magno in Syria. Sed hoc non uidetur bene dictum. quia hic & infra. vi. ca. & Dani. viii. Alexander dicitur primus in regno Grecorum. nec obstat quod ipsi per tempora Regum intermediorũ numerat. c.xxxvii. annos. a quo anno Seleuci usq; ad primũ annũ Anthiochi Ephiphanis: quia idem annus dicit̃ ultimus Regis precedentis. & primus immediate sequẽtis. & sic bis computat̃. Anthiochus autẽ Ephiphanes fuit nonus ab Alexãdro Magno: & sic per talem computationem uniusanni bis habentur nouem anni secũdũ ueritatem qui fuerunt de tempore Alexandri Magni. postquam regnauit ĩ tota Grecia xii. aũt anni q̄bus dicitur regnasse incipiunt a tempore quo post patrem imediate regnauit in Macedonia tantũ & sic regnum Grecie incboandũ est ab ipso. In diebus illis. Posita origine persecutoris. hic consequenter ponitur occasio persecutionis. que processit ex malicia aliquorum de populo Israel. ideo dicitur. In diebus illis exierunt ex Israel filii iniqui non solum in seipsis formaliter: sed etiam in alios effectiue. Ideo subdit̃. Et suaserunt multis dicentes eamus & disponamus testamẽtũ. i. fedus societatis cum gentibus incircumcisis & idolatris nos eis conformando & subditur ratio. Quia ex quo recessimus ab eis inuenerunt nos multa mala. Istud dictũ uidebat̃ habere colorẽ. quia ante captiuitatem Babylonicam populus Israel multum declinauit ad Idolatriã. ut patet. iii. & .iiii. Regum. & tamen habuit Reges potentes. s. in Samaria & Hierusalem. post reditũ captiuitatis Babylonice usq; ad hoc tempus ad idolatriam nõ declinauerat & tñ regẽ non habuerat: & sub tributo regũ aliorũ seruiebat. sed isti tacebãt illud ex quo persuasio talis erat iniqua. s. q̄ propter idolatriam Regũ Israel & Iuda & subditorum suorum: dicta regna fuerant destructa: & Reges Israel & Iuda cũ suis populis captiuati. Et bonus usus est sermo ĩ oculis eorũ. quia respiciebant q̄tũ ad id q̄ proponebat̃. & non q̄tũ ad id q̄ tacebat̃. Et destinauerũt. i. firmiter ordinauerũt Aliqui de populo. i. pauci respectu aliorum. Et abierunt ad Regẽ. s. Anthiochum idolatram. Et dedit illis potestatem ut facerent iusticiam gentium. i. ut secundũ ritum incircuncisorum uiuerunt. & ad hoc alios libere possent inducere. Et edificauerunt gymnasiũ in Ierosolimis. i. scholã in qua docerentur & addiscerẽtur leges & statuta gentilium. & dicitur gymnasiũ nã in schola unus disputat contra aliũ sicut in gymnasio excercent̃ homines ad luctam corporalẽ. Et iũcti sunt nationibus. conformãdo se eis in uita & moribus. Et fecerunt sibi preputia. dimittendo filios suos incircũcisos. Et uenundati sunt. i. totaliter diditi ut facerent malũ sicut de Achab dicit̃. iii. Regũ. xxi. eo q̄ uenundatus sis ut faceres malum in conspectu domini. Et paratum est hic consequẽter ponitur afflictionis tempus & ordo. Nam eã fecit Anthiochus in egressu de Egypto. Ad cuius intellectum sciendum q̄ sicut dixi super Danielẽ. x. ca. Anthiochus Magnus ad confederationem ipsius cum Rege Egypti & econuerso dedit filiã suã Cleopatrã Ptholomeo Ephiphani. ex q̄bus natus fuit Ptholomeus Philometor.

igīt mortuo Ptolomeo Ephiphano Anthiochus Illustris Rex Syrie accepit aliq̄s
ciuitates regni Egypti regno suo propíquas. quasi tutor nepotis sui: qui puer adhuc
erat. quas cum duces Egypti repeterēt pro puerò & ille nollet reddere: motum fuit
bellum inter ipsos & Anthiochum in quo deuicti fuerunt duces Egypti & p cōsequēs
Ptholomeus philometor. cū eis q adhuc erat multū iuuenis & Egypto spoliata Anthi/
ochus uenit in Hierusalem ubi fecit multa mala: ut habet in parte sequenti. In hac
autem parte describitur bellum predictū cum dicit. Et paratú est regnú í conspectu
Anthiochi. s. regnú Egypti modo iam dicto & patet littera paucis exceptis. In multi/
tudine graui. s. ad sustinendum. In curribus. in quibus pugnabāt reges antiquitus. &
Elephantis. portantibus castra lignea in quibus erāt homines armati desuper ꝓiciētes
iacula. Et equitibus. circa elephātos ordinatis. ne occiderēt ab aduersariis. Et copio/
sa nauium multitudine. inuadens Egyptum per terram & per mare. Et conuertit. hic
consequēter ponit Iudeorú multiplex oppressio cum dicit. Et conuertit Anthiochus
iter suum. postquam percussit Egyptum modo dicto. In. c. & .xl. & .iii. anno scilicet
regni Grecorum & per consequens anno. vi. regis Anthiochi. ut patet ex predictis.
Et ascendit Hierosolimam in multitudine graui. quia parata erat ad fatiēdú malum.
Et intrauit in sanctificationem. i. in templum ꝙ iam diu erat per Zorobabel & sotios
eius reedificatum. Cum superbia. tractans cōtemptibiliter uasa sacra. ideo subditur Et
accepit altare aureú. in quo cremabat thymeama ad honorem diuinum. Et cādelabrú
luminis. nam super illud erant. vii. lucerne auree. Et uniuersa uasa eius. s. forcipes &
emunctoria que omnia erant aurea. Exo. xxv. Mensam propositionis. super quam
ponebant. xii. panes calidi in die sabbati: pro. xii. tribubus Israel. & in hoc significa/
batur ꝙ sacerdotibus debebat a populo uictus. Et libatoria. i. uasa in quibus ꝓbabāt
liquida. de quibus fiebant libamina que sunt oblationes de liquidis. Et phyalas. i. uasa
in quibus reponebant ungenta & thimiamatha. Et mortariola aurea. in ꝙbus terebāt
illa ex quibus componebantur. Et uelum diuidens. inter sanctum & sanctú sanctorú
Et coronas. existentes ibi ad ornatum templi. Et ornamentum aureum. i. cortina
auri frigrata. Et comminuit omnia. i. in puluerem redegit ut dicunt expositores aliq
sed non est uerisimile ꝙ tam pretiosa uellet sic conterere. ideo ꝙ dicitur hic. Cōminuit
id est a propria forma transmutauit materiam retinēs ad alios usus ad suā utilitatem.
Et ígemuerunt principes & seniores. tantis malis occurrere non ualentes. Et cōmota
est terra super habitantes in ea. i. a suo decore transmutata propter miseriā habitātiú
in ea. Et post duos annos. hic consequenter ponitur persecutio: quā fecit Anthiochus
per suum ducem fallacem. ideo subditur. Et locutus est ad eos uerba pacifica in dolo
significans ꝙ uenisset pro bono statu ciuitatis reformando. Et crediderunt ei. eū ítra
recipiendo. Et irruit super ciuitatem repente. ciuibus non cogitantibus defentionem.
Et destruxit domos eius. notabiles & fortes ne post eius recessum Iudei possent ibi tu/
eri. Et muros eius in circuitu. faciendo ibi multas aperturas per q̄s equites & pedites
multi possent ingredi libere si Iudei uellēt í aliquo rebellare. Et edificauerūt ciuitatē
Dauid. i. arcem Syon. Et facta est illis in arcē. i. í fortalitiú contra ciuitatis populú.
ideo subditur postea. Et facti sunt in laquiú magnú. ad capiendum ciues & spoliādú.
Et factum est hoc ad insidias sanctificationum. i. loco templi ne cultus diuinus posset
ibi exerceri. nam de arte poterāt super colētes iacula proicere. eo ꝙ erat ꝓpe tēplú.
Et in dyabolú malú. homines enī pessimi dicuntur dyaboli. per quandā similitudinē.
& accipitur hic singulare pro plurali dyabolum. i. dyabolos. Et facta est habitatio
exterorum. i. extraneorum. Sanctificatio eius desolata est: sicut solitudo. in loco enim

templi creuerũt arbusta ut dicit̃ infra. iiii. ca. secundum gloriam eius. tpe Salomonis multiplicata est ignominia eius tẽpore Anthiochi illustris. Et scripsit. hic cõsequẽter describit̃ persecutio regis Anthiochi per nuntios & scripturam: in qua primo precepit legem Mosaycam aboleri. ideo dicitur. Et scripsit rex per decretum firmum ut esset omnis populus regni sui unus. i. unius legis & ritus. Et relinquerũt unusquisq; gentiliũ alium ritum benefitium quam Anthiochus. Et multi ex Israel consenserunt ei. aliqui timore aliqui fauore. Et misit rex Anthiochus libros. i. epistolas decretum suum continentes. Vt sequerẽtur leges gentium. idolatrarum. Et prohiberẽt holocausta. que totaliter intẽdebant ad honorẽ diuinum. Et sacrifitia. pro peccatis oblata. Et placationes. i. sacrifitia pacifica de quibus habetur in Leuit. Et ꝓhiberẽt celebrari sabbatũ pro benefitio creationis omnium. Et dies solemnes. ut Pasce Penthe. & huiusmodi. Et coinquinari sancta. i. templi loca. Et sanctum populum Israel. hui dicit̃ sanctus quia pre ceteris populis erat ad diuinum cultũ deputatus. & res inanimate que diuino cultui deputantur: dicuntur sancte ut uestes: & uasa: & consimilia. Et pecora communia. i. immunda secũdum legem Moysi. Et coinquinari animas eorũ in omnibus immũditiis id est cibis lege prohibitis. & abhominationibus. i. idolatris que abhominationes dicũt̃ in ueteri testamento. Ita ut obliuiscerentur legem. per consuetudinem legi contrariã Et mutarent omnes iustificationes dei. i. oblationes. Et sacrifitia. que offerebant deo celi. cetera patẽt usq; ibi. Et effugauerũt populũ Israel ĩ abditis. qa uolẽtes idolatrare fugiebant occulte ad speluncas montium: ut habetur infra. ii. ca. Secundo precepit idolatriam profiteri. ideo dicitur. Die. xv. mensis Casleu. i. Decembris. ut dicũt aliq. Sed melius dicitur ꝙ correspondet Nouembri. Nam apud Hebreos est tertius a. vii. mense computato utroq; : qui septimus correspondet Septembri nostro . aliquando tamen pro parte concurrit cum Octobri nostro. Et per consequens Casleu similiter cum decemb. & ratio huius est quia Iudei faciunt menses per lunationes: sicut plenius declarau Gen. vii. & Exo. xii. Quinto & undecimo & centesimo anno. scilicet regni Grecorum. Edificauit. i. statui fecit. Abhominandum idolum. scilicet Iouis Olympi. Desolationis. quia erat signum desolationis templi. Tertio precepit legem Mosaycam destrui. ideo dicitur. Et libros legis dei combusserũt. etc. Quarto precepit omnes legi obseruatores trucidari. ideo dicit̃. Et quicumq; obseruabat legẽ domini. etc. & patet littera usq; ibi. &. v. xx. mẽsis. s. Casleu sacrificabãt super aram que erat cõtra altare scilicet dei super ꝙ erat idolum positum. & sic ara in qua sacrificabãt idolo erat posita contra altare dei. Et suspendebant pueros a ceruicibus. i. per colla funibus iuxta ceruices transiuntibus. cetera patent. .II.

IN diebus illis. Posita deiectione populi per Anthiochũ Eph ipbanen. hic cõsequenter ponit̃ aliquas eius releuationes per Mathathiã. ubi p̃mo ponit̃ audacia celantis. Secundo constantia releuãtis ibi. Et exclamauit. Tertio ꝓuidentia moriẽtis ibi. Et appropinquauerũt. Circa primũ primo ponit̃ planctus humiliationis. secũdo ausus confessiõis ibi. Et uenerũt illuc. tertio zelus emulationis ibi. Et ut cessauit. Circa primum premittitur per Mathathiam genus cum dicitur. In diebus illis surrexit Mathathias filius Iohannis. & eius offitium. cum dicit̃. Sacerdos ex filius Ioarĩ. Iste fuit unus de. xxiiii. sacerdotibus quos instituit Dauid ad augmentationem diuini cultus: primo Paralipp. xxiiii. & dicunt aliqui ꝙ iste uocatur ibi Iachim. qui habuit sortem uicesimam primam ut detur mihi ꝙ melius dicitur ibi Ioarib qui habuit sortem p̃mam. nomina enim Hebrea frequenter mutant̃ in ultima littera sicut & latina. & hoc patet ex hoc ꝙ infra. xiii. ca dicitur. ꝙ Mathathias fuerit ex filius Ioarib. ab Hierusalem

Iſtud refertur ad id ꝙ ſupra ponitur. Surrexit. nam inde receſſit propter templi contaminationem. Sedit in mõteModiu unde erat oriundus Conſequẽtur deſcribitur proles eius cum dicitur Et habebat filios quinq; etc. Interpretationes cognominum hic obmitto qa Hieronimus in libro ſuo de interpretacionibus nominũ hebreorũ nullas ponit de libris Machabeorum et ille que ſunt remigii et in fine biblie communiter ponuntur ſunt in pluribus improprie et frequenter a Hieronimo reprobate hi uiderũt mala oculo cõpaſſionis et doloris. Et dixit Mathathias ue mihi. q. d. minus malũ eſſet mihi ſimpliciter nõ eſſe quã tãta mala populi et cõtẽptũ cultus diuini uidere . Sãcta autẽ loca et uaſa in manu extraneorũ .i. gentiliũ idolatrarũ. Tẽplũ eius ſicut homo ignobilis . Ignobiles enim utilibus operibus deputantur. et ſic templũ idolatria et luxuria erat plenum ut habetur infra. ii. libro. vi. ca. Vaſa glorie eius captiua adducta ſunt. Nam anthiochus ea aſportauerat ut dictum eſt. ca. precedenti Q ue genſ non hereditauit regnũ eius etc. hoc dicit eo qđ i exercitu Anthiochi erãt multi de diuerſis nationibus collecti. Omnis compoſitio eius tã ſpiritualis quã corporalis . Que erat libera tempore Dauid et Salomonis et plurium regum aliorum. et facta eſt ancilla ſub Anthiocho peruerſo . Et ecce ſancta noſtra quantum ad dei cultũ. Et pulchritudo noſtra quantum ad templi ornatum . Et claritas noſtra quantũ ad legem que illuminat intellectũ deſolata eſt hec enim tria diſſipauerat anthiochus per ſuũ decretũ ut patet ca. precedẽti. Quid ergo adhuc nobis uiuere . q. d. melius eſt nobis mori quã talia uidere. Et ſcidit mathathias etc. In ſignũ doloris. Et operuerunt ſilicio in ſignũ humiliationis . Et planxerunt ualde pro malis predictis. Et uenerunt illuc. Hic conſequenter ponitur auſus confeſſionis dei cultus et diuine legis et hoc preſentibus aduerſariis ideo dicitur. Et uenerũt illuc etc. et patet Et multi de populo iſrabel conſentientes timore mortis. Sed mathatias et filii eius conſtanter ſteterunt in cõfeſſione dei et legis . Dixerunt mathathie uolentes eum primo uerbis adulatoriis ſubuertere principis dignitate. Et clariſſimus fame celebritate . Et magnus es poteſtate Et ornatus filius quinq; Et fratribus .i. magna cognatione. Ergo accede prior quaſi dicat decet te .ii. uerbis promiſſoriis cum dicitur Et eris tu et filii tui etc. quantum ad bonũ honorabile. Et amplificatus argento etc. quantum ad bonum utile. Et reſpondit mathatias et dixit uoce magna ut magis appareret eius conſtantia Et ſi omnes gentes etc. ſequitur ego et filii mei et fratres mei .i. cognati obediemus legi patrum noſtroũ colentes unum deum uerum cetera patent . Et ut ceſſauit hic conſequenter ponitur zelus emulationis que interfecit iudeũ idolis ſacrificantẽ et patet littera uſq; ibi . Et cõtremuerunt renes eius quia fortis motis cordis redundat ad corpus . Et accẽſus eſt furor eius. i. ira per celum quia tantum excitabatur ſecundum rationis iudicium ideo ſubditur Secũdum iudicium legis ſicut fortis ire paſſione utitur laudabiliter ad próptius exequendum actum uirtutis . iii. ethi. Et zelatus eſt legem ſicut phynees qui ex zelo legis iterfecit Zambri cũ ſcorto. Madianiti de Numeri .xxv. Et exclamauit poſt quã deſcripta eſt zelantis audacia hic conſequenter deſcribitur ipſius tollerãtis conſtantia que primo declaratur in hoc ꝙ Mathatias cum filius ſuis non fuit tractus rigore aſperitatis magis eligens herbis uiuere in deſerto quam legem tranſgredi ideo ſubditur . Et fugit ipſe et filii eius in montes: bona ſua temporalia propter zelum dei condemnentes. Tunc deſcenderunt multi qui tãante fugerant ad loca magis mõtuoſa Q ui diſſipauerunt mandatum regis ipſum implere denegando et uirum inducentem ad regis obedientiã occidendo cetera patent uſque ibi Et non reſponderunt eis ſcilicet ad uotum eorum . Sed ad contrarium Ideo premittitur . Et dixerunt non exibimus

etc. Nec lapidē miſerunt eiſ ad ſui defenſionem . Neq; opilauerunt loca. ne quietem ſabbati uiolarent dicenteſ moriamur omneſ in ſimplicitate noſtra et ſine dubio iſtud proceſſit ex quadam ſimplici deuotione quia licitum erat eiſ in die ſabati ſe defēdere unde et ioſue . vi. dicitur. ꝙ cuncti bellatoreſ de uoluntate domini circuierunt urbem Ierico ſemel in die. et hoc ſeptem diebuſ in quibuſ dieſ ſabbati erat incluſuſ. propter quod. Mathathiaſ qui erat in lege peritus declarauit ꝙ licitum erat iudeis in ſabbato pugnare in neceſſitatiſ caſibuſ. Et cognouit. Hic oſtenditur ſecundo conſtantia Mat/ bathie. et eorū qui cum eo erant :in hoc ꝙ non fuerunt fracti terrore aduerſitatiſ ex audita morte mille hominū. dico dicē . Et cognouit. Mathathiaſ et amici eius mor tem predictorū. Et luctū habuerunt ſuper eoſ ualde. quia mortui erant ex īdiſcreta deuotione. Ideo ſubditur. Et dixit uir proximo ſuo etc. pro animabuſ noſtriſ. i . p/ uiriſ noſtriſ ut ita liceat loqui . Et iuſtificationibuſ. i. legiſ obſeruationibuſ. Ciciuſ diſ pdant noſ. et ſic ſequent maiora mala. Et cogitauerūt in die illa dicenteſ. Oīſ homo. Iſtud ordinauerūt de cōſilio. Mathathie: ut dictū eſt. Tūc cōgregata eſt. hic tertio declarat eoꝝ cōſtātia. qa nō fuer ūt fracti labore anxietatiſ. Quo uiriliter hoſtibuſ reſtiterunt . Ideo ſubditur. Tunc congregata eſt ad eoſ. ſcilicet. Mathathiam et eiuſ amicoſ . Synagoga iudeorum fortiſ uiribuſ. quantum ad robur corporiſ et ſpiritus. Ideo ſubditur. Omniſ uolunt ariuſ in lege . i. habenſ uoluntatem ſeruandi legem. Et facti ſunt illiſ ad firmamentum. eligenteſ. Mathathiam in principem ſuum. Et per cuſſerunt peccatoreſ in ira ſua. per zelum legiſ excitata. Et ceteri fugerūt ad nationeſ gentilium extra iudeam exiſtenteſ . Et circuiuit . Mathathiaſ et amici eiuſ per loca iudee idolatria polluta. Et circūciderunt pueroſ incircumciſoſ. quoſ parenteſ eorum non fuerunt auſi circumcidere mortiſ timore. Et perſecuti ſunt filioſ ſuperbie. i. homi/ neſ ualde ſuperboſ: ſicut hominеſ digni morte dicunt filii mor tiſ . i. Re. xxvi. Et p/ ſperatum eſt opuſ in manibuſ eorum. i. Mathathie et filiorū ſuorum. Et obtinuerūt legem. i. legiſ obſeruantiā . De manibuſ gentium. i. repreſſa potentia eorum. Et non dederunt cornu peccatorū. ſed magiſ repreſſerunt: et ſic minuſ dicendo pluſ ſignificat Et appropinquauerunt. de ſcripta Mathathie conſtantia. Hic conſequenter deſcri/ bitur eiuſ prouidentia . Nam uidenſ appropinquare tempuſ ſue mortiſ ordinauit in poſterū de defenſione legiſ. et primo ad eam filioſ ſuoſ animat dicenſ . Nunc cōfortata eſt ſuperbia. ſcilicet. Anthiochi regiſ ut patet ex predictiſ. Et caſtigatio noſtra ꝑ pec catiſ noſtriſ . et tempuſ euerſionis diuini cultuſ et legiſ . Et ira. i. pena indignationiſ ſcilicet diuine ſuo iuſto iudicio: licet nobiſ occulto. Nunc ergo o filii emulatoreſ eſtote legiſ. i. zelatoreſ. et defenſoriſ ipſius : quia nunc eſt neceſſitatiſ tēpuſ Et date animaſ ueſtraſ periculo mortiſ uoſ exponēdo. pro teſtamento patrum . i. patribuſ dato. Exo. xx. Secundo exempla patrū allegat. et primo in generali dicēſ. Et memētote operum patrum etc. Et accipietiſ gloriam magnam . i. uirtutiſ famam in preſenti. Et nomen eternum in futuro . Conſequenter ponit exempla in particulari dicenſ . Abraham nonne in temptatione īmolationiſ Iſaac. Gen. xxii. Inuentuſ eſt fideliſ . q. d . ſic quia paratuſ fuit ipſum īmolare propter bonum obedientie. Et reputatum eſt ei ad iuſti ciam . propter bonam uoluntatem . Ioſeph in tempore anguſtie ſue . quia tunc erat uenditus in ſeruum. Cuſtodiuit mandatum. rennuenſ adulterium? Gen . xxxix. Et. factuſ eſt dominuſ egypto. Gen. xli. Phyneeſ pater noſter zelādo etc. Sicut dictū eſt ſupra. Ieſuſ. i. ioſue. dum impleuit uerbū domini. per Moyſen ſibi dictū. Factuſ eſt dux in Iſrael ioſue primo. Caleb dum teſtatur in eccleſia uirtutem dei contra alioſ exploratoreſ numeri. xiiii accepit hereditatem . Ioſue. xiiii . Dauid in ſua mia

qua pepercit Saulí q bis cecidit in manu sua p̄mo. Re. xxiiii. &. xxvii. Cósecutus est sedē regni in secula .ii. Re. vii. Helias dum z elat zelum legis. occidendo Prophetas Baal. iii. Re. xviii. Receptus est in zelú. iiii. Re. ii. Annanias. azarias. Misael. credē/tes corde unum uerum deum. et confitentes ore liberati sunt de flamma. Daniel. iii. Daniel in sua simplicitate. i. orans deum simplici corde. Liberatus est de ore leonum. Daniel. vi. cetera patēt usq; ibi. Et a uerbis. s. cóminatoris. uiri peccatoris scilicet. An/thiochi Regis. Ne timueritis timore uestras animas deuciēte. Quia gloria eius stercus & uermis est. i. in stercus et uermē conuertē. et uidetur hic. Mathathias. Prophetice loqui. Nam in languore postea posito. Anthiocho uermes uiuentes de carne eius scatu riebant: et ex fetore eius exercitus grauabatur: ut habetur ifra libro ii. ca. ix. hodie ex tollitur potentia regni. Et cras non inueniretur. i. cito morietur. quia conuersus est in terram suam. i. reuersus ut dictú est supra ca. i. Et cogitatio eius perit quia nó potuit perficere q̄ cogitabat. de iudeorum destructione. Vos ergo Hic tertio filios suos ad defensionē legis ordinauit dicens. Vos ergo filii confortamini in domino. et in potentia uirtutis eius. Et uiriliter agite in lege. pugnando pro eius defensione. quia in ipsa seruanda et implenda. glorios eritis. Primo in spe post ea in re q̄d autē aliqbus interponitur libris. Cum feceritis. etc. nó est de textu. nec habetur in libris correctis Et ecce Symeon frater uester scio q̄ uir consilii est. i. prudens in dandis consiis. Ipsum audite. semper eius sequentes consilium. Et ipse uobis erit pater. quia prudentia in bellis magis est necessaria quam fortitudo. Et Iudas. Machabeus fortis uiribus. ideo ad principatum milicie. Apostolus. Et ipse aget populi bellum de consilio tamē. Sy/monis. Et adducetis ad uos omnes factores legis. quia uirtus unita fortior est seipsa dispersa. Retribuite retributiōem gentibus. ipsas puniendo pro malis illatis fidelibus cetera patent.

.III.

ET surrexit. Iudas. post liberationem populi sub Mathathia describitur eiusdē liberatio sub. Iuda. Circa quam primo describitur uirtus ducis. secúdo cóflictus eius cum aduersarius. ibi. Et persecutus est. Circa primum dicitur. Et surrexit. Iudas ad populi defensionem post suum patrem. Et adiuuabant eum etc. obedientes et tāquā exercitus duci. Et preliabantur prelium Israel. cū letitia. Signum enim habitus gene/rati est delectatio in opere. ii. etbi. et per hoc patet q̄ habebant habitum fortitudinis. Et dilatauit gloriam populo suo. ad facta patris sui notabiliter addendo. Et induit se lorica sicut. Gigas. i. fortiter et audacter. Et succinxit se arma bellica. Nam agilis erat. et expeditus ad belladú sicut hō succitus ad ābuladú. Et protegabat castra. s. Israel. Similis factus est leoni. de quo scribit Prouerbiorú. xxx. et eo fortissimus be/stiarú ad nullius pauebit occursú. Et sicut catulus leonis rugiēs i uenenatione. cuius rugitu terrēt bestie: et fiút stupide sic gētiles. idolatre audito noie Iude. Et p̄secutus ē. Hic cósequēter describit cóflictus Iude cū aduersarius. et primo ingenerali. Scdo in speciali ibi. Et congregauit. Apolliniis. Circa primum dicitur. Et persecutus est iniquos perscrutans eos in locis abditis. ubi se abscondunt fugiendo. Et directa est salus scilicet Israel. in manu eius. i. in potētia ipsius. Et exacerbabat. Reges multos eorum gētes debellando. Et letificabat. Iacob. i. populum. Israel ipsum liberādo. Et in seculum memoria eius in benedictione q̄ patet adimpletum. Nam ad eius conmen/dationem narrantur eius facta per orbem uniuersum. Et congregauit pereuntes. i. factores legis quos iterficiebat gētiles. Et cógregauit. hic cósequēter describitur eius conflictus: cū aduersarius magis in speciali. et p̄mo tēpore. Anthiochi. Ephipharis Scdo tempore filii sui. Anthiochi eupatoris. ca. vi. Tertio tempore Demetrii filii

alterius fratris. s. Seleuci p̄mogeniti Anthiochi magni. vii. ca. p̄ma ī tres scd̄m triplex bellum quod habuit Iudas tempore Anthiochi. Primū fuit cum regni ducibus. Scd̄m cum regis principibus ibi. Vt audiuit autem Rex. Tertium cum finitimis gētibus. ca. vi. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur bellum Iude cum Apolonio duce Samarie. Secundo cm Seron duce Syrie ibi. Et audiuit Seron. Circa primū dicit Et congregauit Apollonius gentes. ut faceret sibi nomē debellando Iudam. Et cognouit Iudas. per exploratores suos. Et exiit illi obuiam. non permittens ei fines suos ingredi. Et gladium Apolloni abstulit. in signum victorie sicut Dauid gladium Golie .i. Re. xvi. Et erat pugnans in eo omnibus diebus. hoc dicitur ad denotandū gladii bonitatem. Et audiuit. hic consequenter describitur bellū Iude cū Seron duce Syrie Circa quod primo ponitur ipsius Seron apparatus. et patet littera. Secūdo Iudeorū metus ibi. Et exiuit Iudas obuiam illis cum paucis. Ideo timuerunt multitudinē fortē contra se uenientem. tercio ponitur per uerba Iude populi consolatio ibi. Et ait Iudas facile est concludi multos in manu paucarū. et hoc uirtute dei. cui non pōt resisti quam eis assistere affirmat dicens. Vnde ipsi uenūt ad nos in multitudine cuntumati ? .i. in malis obstinata. Et superba. quam deus a principio mundi deiecit in angelis superbientibus. ut disperdant nos etc. Iniuste nocumentum nobis inferrēdo in personis proprius: et nobis coniunctis et rebus possessis: propter quod habent iniustum bellum. nos autem iustum. ideo subditur. Nos uero pugnabimus pro animabus nostris. i. uitis defēdendis: et legibus nostris a deo datis. ideo concludit. Et ipse dominus. quarto ponit aduersariorum de bellatio cum dicitur. Vt cessauit autem loqui. et patet īrā usq; ibi. & peruenit ad regem .s. Anthiochum Ephiphanem. Vt audiuit autem rex. hic cōsequenter describitur bellum Iude cum regis principibus ad hoc specialiter destinatis precedentes uero non fuerunt ad bellū missi. Sed cum essent positi ad custodiā terraq; Iudee propinquaq; intulerunt iudeis bellum ut hic ostenderent se zelare pro rege. Et diuiditur in duas partes. quia primo ponitur belli apparatus. Secūdo conflictus. tertio ca. prima in duas. quia primo ponitur apparatus ex parte regalium. Secundo ex pte iudeorum. ibi. Et uidit iudas. Et notandum q̄ apparatus ex parte regalium sēper est cū ira: et cupiditate: cū multitudine superba et potestate. ex parte uero iudeorū cum oratione: et humilitate: cum dei fiducia et pietate. Circa primum. primo ponitur regis ordinatio. Secundo ordinationis executio ibi. Et rex assumpsit. Circa primum dicitur: Vt audiuit rex duces suos. a iudeis deuictos. cetera patent usq; ibi: Et uidit q̄ defecit pecunia de thesauris suis. quia non sufficiebat ad tantum exercitum diu sustinendum. Et tributa regionis modica. propter dissensionem etc. Non enim soli iudei rebellauerant eo. quod cogebat eos ad colendum Iouis idolum: ut dictum est supra. Sed etiā multi gentiles alium ritum habentes. quia aliqui colebant Herculem. aliqui Dianam. et sic de aliis quibus scripserat per decretum. ut dimitterent ritus suos. ꝓpter Anthiochi cultum. ut esset populus unus ut dictū est supra. ca. i. quod erat eis graue. ideo negauerāt Anthiocho tributa cōsueta. Et timuit ne nō haberēt semel & bis. i. ut non posset continuare sumptus militum sicut prius. Et cogitauit ire in Persidē. in qua erant diuicie multe. ut posset inde defectū suum supplere. dimisit tamē in Anthiochia que erat Metropolis regni sui Lysiā: ad custodiam regni: et filii sui. & ad destruēdū habitatores iudee & populandum eam alienis gentibus. hoc autem ordinauit sed non in omnibus sic euenit & his dictis patet īrā: paucis exceptis. que discurrent. Hominem nobilem de genere regali. in quo notatur eius aptitudo ad custodiā regni. Et tradidit ei medium exercitum. et elephantos. quia tradidit sibi medietatem exercitus tam

in hominibus: q̃ in animalibus. aliã uero medietatem secum duxit. Et rex assumpsit. hic consequenter ponitur ordinationis regis executio. et primo ex parte regis. cum dicitur. Et exiuit ab Anthiochia ciuitate regni sui. s. Metropoli. Anno. c. xlvii. s. regni Grecorum. regni uero sui anno. x. quia cepit regnare anno. c. xxxvii. regni grecorum ut dictum est supra. c. i. Secundo ponitur executio ex parte Lysie custo/dis regni. cum dicitur. Et elegit Lysiaſ etc. uiros potentes ex amicis regis. ut sic esset magis uoluntarii ordinationem regis exequi. Et misit cum eis. xl. milia uirorum. s. pe/ditum. cetera patent usq; ibi. Et audierunt mercatores regionum nomen eorum. in multitudine & fortitudine. & credẽtes q̃ statim deberent Iudeos capere. preparaue/rũt se ad emendum illos in seruos. & ancillas. propter quod uenerunt ad castra eoꝝ. Et uidit Iudas. Hic consequenter ponitur apparatus belli ex parte Iudeorum: & Primo per humilem. & deuotam orationem. Secundo per bellatorum dispositionem ibi. Et post hoc. Circa primum patet littera ex predictis. usq; ibi. Et Hierusalem non habitabatur. hoc interponit̃ ad reddendũ causam quare non uerunt Hierusalem. ad orandũ cũ ibi esset locus diuini cultus. Et sanctum id est templi locus. conculcabat̃. & subditur a quibus. & filii alienigenarum. erant in arce propinqua templo. Et congregati sunt Iudei. & uenerunt in Maspha. contra Hierusalem. & uenerunt ibi adorare uersa facie ad Hierusalem. Sicut dicitur de Daniele q̃ orabat uersus Hierusalem. Danielis sexto. Et subditur causa orandi in Maspha: cum dicitur. Quia locus orationis in Maspha erat ante id est pristinis temporibus Hieruſa/lem. In Israel. ibi enim congregabatur populus Israel. ad orandum dominũ. ut habet̃. primo Regum septimo. Et ieiunauerunt die illa. ad se coram domino affligendum: in uictu. & induerunt se Cilicio. s. ad se affligendum in uestitu. Et cinerem posuerunt in capite suo. in signum humiliationis. Et destituerunt uestimenta sua. i. scinderunt in signum afflictionis. & expanderũt. libros legis. ad ostendendũ q̃ pro lege parati erant exponere se periculis mortis. de quibus scrutabãtur gentiles similitudinem simu/lacrorum suorum. aliqui enim gentiles magis subtiles & frãti uolebant arguere cultũ idolorum ex libris Moysi. Nam Exo. xxv. precipit q̃ intra sanctum sanctorum. ponerentur imagines Cherubin. sed hoc non ualet quia non ponebãtur ibi ad hoc q̃ colerentur. Sed ut ostenderetur q̃ angeli per Cherubin representati: seruiunt deo cuius sedes figurabat̃ p̃ propitiatoriũ qđ remanebat uacuũ ad significãdum q̃ deitas nõ põt per imaginẽ representari: ut diffusius dictum fuit ibidem. Et attulerũt ornamẽta etc. Et subditur causa quare ista adduxerunt ad illum locũ cũ dicitur. Et clamauerũt ad impetrandum dei misericordiam. Quid faciemus istis? quia extra Hierusalem non erat locus sacrificii. Nazarei uero tenebãtur offerre sacrificia in expletione uoti sui. Numeri. vi. Similiter sacerdotes non poterant uti uestibus sacerdotalibus nisi in ministerio templi. ad quod non poterant accedere propter gentiles qui erant in arce ut predictũ est: ideo subditur. Et quo eos ducemus? quasi dicant non est alius locus Et sancta tua. i. templi loca. Conculcata sunt. a gentilibus. Et contaminata ex luxu/riis & idolatriis ibidem exercitis. Sacerdotes tui facti sunt in luctũ. non potentes tibi ministrare: sed solum miseriam suam lugere. Et in humilitatẽ. i. detectionem. Et ecce nationes conuenerunt etc. quasi dicant. non sufficiunt eis mala nobis illata nisi nos pe/nitus deleant de terra. Et tubis exclamauerunt. ut misericordiam implorarent nõ solũ uocibus humanis sed etiam musicis instrumentis. Sicut aliquando pulsantur ecclesie cã/pane contra periculum fulguris: & tempestatis. Et post hoc. hic consequenter ponitur apparatus iudeoꝝ per exercitus dispositionem. cũ dicitur. Et post hoc cõstituit Iudas

duceſ populi. Nam in periculiſ non eſt omittendum ſcienter ꝙ ſecundū humanā pro/
uidentiam pōt fieri aliter uideretē quedam temptatio dei. tribunoſ: qui p̄eſſent mille
bellatoribuſ. Et centurioneſ. qui centum. Pentha contarcoſ. qui quinquaginta. & di/
citur a penta ꝙ eſt quinq; & arcoſ princepſ. quia quinq; decēnariuſ preſidebant. Et
decurioneſ. qui decem. Et dixit iſ qui edificabant domoſ etc. ſequitur Scd̄m legē que
habetur deu. xx. & horum ratio fuit ibi dicta. Et collocarunt ad caſtrum Emaum
Ioſephuſ dixit Emax. que diſtat ab Hieruſalē in ſtadiſ. xv. ut habetur Luce ultiō
Meliuſ eſt nobiſ mori in bello iuſto Que morſ eſt uirtuoſa. Quam uidere mala gentiſ
noſtre et ſanctorum. que eſt uita proboſa cui bona morſ eſt p̄eligenda. etc.

ET aſſūpſit Gorgiaſ. poſt quā deſcriptuſ eſt pugne ·IIII.
apparatuſ. Hic cōſequēter deſcribitur conflictuſ. Circa quod p̄mo ponit Iude
decertatio. ſcd̄o deuictiſ aduerſariiſ tēpli purificatio ibi. Dixit autē Iudaſ. Prima
i duaſ. qa p̄mo ponit cōflictuſ Iude cū exercitu miſſo a Lyſia. Secūdo cū ipſo i p̄ſona
p̄pria ibi. Quicūq; autē alienigenarū. p̄ma ad huc i treſ. qa p̄mo ponit Gorgie iſidi
atio. Scd̄o inſidiātiſ deluſio ibi. Et audiuit Iudaſ: tertio deluſi fugiētiſ cōfuſio ibi. Et
adhuc loquente. Inſidiatio uero Gorgie fuit quia diſpoſuit de nocte uenire ad caſtra
iudeorū. et eoſ occidere ex improuiſo. et patet littera uſq; ibi. Et filii. ſcilicet alieni/
genarum. qui erant in arce. et de numero illorum qui erant in arce Syon ad nocēdū
Iudeiſ quomodocumq; poterant. Erāt illiſ duceſ. quia ſciebant loca circa Hieruſalem
per que frequenter diſcurrebant ad dep̄dandum Iudeoſ. Et audiuit. hic conſequēter
ponitur inſidiantiſ deluſio. quia frauſ Gorgie fuit reuelata Iude. et tunc cū omnibuſ
bellatoribuſ ſuiſ exiuit de tentoriiſ ad percuciendum partem exercituſ Regiſ. qui
remanſerant in caſtriſ antequam Gorgiaſ cum alia parte rediret. qui credens fugiſſe
Iudeoſ in mōtibuſ querebat eoſ. et interim Iudaſ aliam partem exercituſ debellauit
et ſic artē arte deluſit. Et hiſ dictiſ patet littera paucis exceptis. que diſcurrentur. Ad
huc enim diſperſuſ erat exercituſ a caſtriſ. qa illa parſ exercituſ quā exercituſ Gor/
giaſ ſecū duxerat ad huc non redierat ad caſtra Regiſ. Qui tegumēta. i. arma ad ſe
protegēdū. Et gladioſ ad inuadēdum non habebant p̄pter inopiā ut dicūt aliq ſed
hoc nō uidet uerū. qa deſpoliſ exercituſ Apollonii & exercituſ Seron acquiſierāt
arma i bona q̄titate ut patet ca. p̄cedēti & ideo libri correcti ſic habēt. qa tegumēta
& gladioſ non habebant. et in hoc redditur cauſa quare Iudaſ apparuit in cāpo cū
tribuſ milibuſ tantū. quia licet acquiſiuiſſent arma in precedentibuſ uictoriiſ nō ta/
men in tanta copia ꝙ poſſēt armare ultra tria milia bellatorum. et ſic eſt ſenſuſ. Quia
tegumenta & gladioſ non babebant. ſ. ad armandum plureſ quam tria milia. Memē/
tote qualiter ſalui facti ſūt patreſ noſtri i mari rubro. Exo. xiiii. Et tuba cecinerūt
hii qui erant cum Iuda. ad animandum bellatoreſ ſuoſ ad prelium cetera patent. Et
adhuc loquente. Hic cōſequenter ponitur Gorgie deluſi confuſio. quia fugit timenſ
confligere cum exercitu Iude. Ideo dicitur. Ecce apparuit parſ quedā. ſ. illa parſ
exercituſ regiſ quam ſecum duxerat Gorgiaſ: ut predictum eſt. proſpiciens de mōte
in quo Gorgiaſ queſierat Iudeoſ. Et uidit Gorgiaſ ꝙ in fugam conuerſi ſunt ſui. ſ.
illi quoſ reliquerat in caſtriſ. Et ſuccēſa ſunt caſtra eorum a Iudeiſ. Quibuſ illi cō/
ſpectiſ timuerunt ulade & fugerunt. non audētes cum Iudeiſ confligere. cetera paēt
Quicumq; autem. deſcripto conflictu Iude cum exercitu miſſo a Liſia. hic conſequēter
ponitur eiuſ cōflictuſ cū exercitu Liſie in propria perſona. Circa quod p̄mo ponit
motiuum Liſie. & patet ex eiuſ apparatu cum ſubdit. Congregauit Liſiaſ uirorum
electorum. lx. milia ſcilicet peditum. Secundo ponitur Iude occurſuſ ibi Et occurit

eis Iudas etc. et oratio eius cum subditur. Benedictus es saluator Israel qui contriuisti impetum potentis etc. i. Golie. hoc habetur primo. Re. xvii. Et tradidisti castra alienigenarum in manu Ionathe filii Saul. etc. Regū. xiiii. tertio ponitur utrorumq; conflictus cum dicitur. Et cōmiserunt prelium etc. et patet littera. Dixit autē Iudas postq̄ descripta est Iude decertatio. hic consequenter repressis hostibus describitur templi purificatio. & secundo purificati reuocatio. ibi. Et acceperunt lapides. tertio altaris dedicatio ibi. Et fecerunt dedicationem. Circa primum ponitur lamentum destructionis cum dicitur. Et uiderunt sanctificationē desertā. s. ipsū tēplū et altare. s. holocaustorum prophanatum. Nam ibi positum fuerat idolum ut dictum est supra primo ca. Et in atrius uirgulta nata. scilicet in atrio sacerdotum: et in atrio uirorum mundorum & in atrio immundorum. Et Pastoforia diruta id est domunculas. Circa atria sacerdotum edificatas. in quibus offerentes hostias pacificas comedebant coram domino partem sibi cōtingentē. Nam de hostiis pacificis una pars incēdebatur ad honorē diuinū: alia cedebat in usus sacerdotum. tertia in usus offerentium. Et sciderūt uestimenta sua etc. In signum doloris & humiliationis. Et exclamauerūt tubis signorum de quibus habetur Numeri. x. & dicuntur tube signorum quia per illas significabāt plura scilicet conuocatio ad consilium. & congregatio ad festum & excitatio ad bellū Tunc ordinauit. hic secundo tollitur impedimentum purgationis cum dicitur. Tunc ordinauit Iudas uiros. qui pugnarent aduersus eos qui erant in arce ut sic essēt occupati in sua defensione ut nō possent protcere sagittas: uel spicula ad eos qui emūdabāt loca sancta. Et consequenter ponitur ipsa purgatio cum dicitur. Et elegit sacerdotes. sine macula. i. sancte uite. & integre fame. Et tulerunt lapides contamiationis. i. lapides altaris quod fecerunt gentiles ad īmolandum idolo super altare holocaustorum posito ut dictum est supra. primo ca. In locum immundum. lapides autem altaris domini contaminatos posuerunt in loco mundo. sicut subditur. Et cogitauit de altari holocaustorū etc. Et reposuerunt lapides in monte domos. id est in monte Sion ubi erat domus domini. quousq; ueniret Propheta. docens quid esset agendum de illis. Et acceperunt. Hic consequenter describitur templi purificati renouatio. Et primo quantum ad altare holocaustorum cum dicitur. Et acceperunt lapides integros scdm legem. que habet Exodi. xx. & Deutro. xxvii. Et edificauerunt altare nouum secundum illud quod fuit prius id ē ad similitudinē illius quod fuerat dissipatum. Et edificauerunt sancta. reparando ruinas que erant in prima parte templi que uocat sancta. Et que intra domum erant intrinsecus. reparando defectus existentes in scda parte templi que dicebatur sancta sāctorum. Et edem. id est edifitia que erant extra pro habitaculis sacerdotum. Et atria sanctificauerunt. eradicando uirgulta & asperges tes lustrationis aqua. Et intulerunt candelabrum etc. hec enim tria erant in pma parte templi aquilonari candelabrū australi in medio incensi contra sanctū sāctorum Et incensum posuerunt id est cremauerunt super altare. Et appenderunt uelamina. unū in introitu templi: aliud ante sāctum sanctorum. Centesimi quadragesimi octaui regni Grecorum Secundū tempus: & secundum diem etc. Nam āno centesimo. xlv. xxv. die mensis. Casleu sacrificauerunt idolatre super aram ut habetur supra primo. ca & āno cētesimo. xlviii. xxv. die mensis Casleu: obtulerūt Iudei sacrificium i tēplo purificato & sic reuolutis tribus ānis eadē die reuocatū est templū qua fuerat ante contaminatū: sicut ante fuerat ꝓphetatum Dani. viii. Et fecerunt dedicationē hic consequēter describitur templi renouati dedicatio. et primo quantū ad altare cū dicitur. Et fecerunt dedicationem altaris diebus. viii. & inde tractum fuit ꝙ festa

ſollēnia octauā habent in nouo teſtamento. Et ornauerūt faciē tēpli coroniſ aureiſ & ſculpturiſ . p uictoriſ a deo ſibi datiſ. Et ſtatuit Iudaſ & fratreſ eiuſ & uniuerſa eccleſia ut agatur dieſ dedicationiſ. Iſta eſt dieſ de qua dicit. Iohanniſ. x. Encenia facta ſuntin Hieroſolimiſ. & hyemſ erat. incipiebat enim hec ſollemnitaſ .xxv. die menſiſ Caſſeu cui nouember reſpondet & aliquando december. in parte prima namq; dedicatio tempore Salomoniſ facta fuit in ſeptembri. iii. Re. viii. alia in reditu ba/ bylonice captiuitatiſ. fuit ī uere. cetera patēt uſq; ibi. Vt haberet populuſ munitionē contra faciē Idumee. Sicut enim Eſau perſequebatur Iacob. Gen xxvii. ſic Idumei ab Eſau deſcēdēteſ ſemp moleſti fuerūt Iudeiſ deſcēdētibuſ a Iacob . .V.

ET factū ē ut audierūt genteſ etc. Hic ponit tertiuſ cōflictuſ Iude Antbiochi tpe quē habuit Iudaſ cū finitimiſ gentibuſ inuidentibuſ proſperitati Iudeorum factā per Iudam & fratreſ eiuſ: propter quod Iudeoſ habitanteſ inter eoſ occidebāt & propinquoſ terminiſ ſuiſ inuadebant & obſidebant propter quod Iudaſ & fratreſ eiuſ contra genteſ iſtaſ pugnabant. Circa quod ſic proceditur. quia primo ponit afflictorum liberatio. ſecundo aliquorum Iſraelitarum preſumptio ibi. Et in diebuſ. prima in duaſ. quia primo ponitur conflictuſ Iude cōtra aliquoſ ſpecialeſ aduerſarioſ ſecundo contra alioſ ex diuerſis gentibuſ cōmixtoſ ibi. Et congregate ſunt genteſ. Circa primum premittitur cauſa conflictuſ Iude in generali cum dicitur . Et factum eſt ut audirent genteſ in circuitu. i. gentileſ in circuitu Iudee habitanteſ. Irate ſunt ualde proſperitati. Iudeorum inuidenteſ. Et ſimile habetur. primo . Eſdre . iiii. & Neemie. iiii. Et cogitabāt tollere genuſ Iacob. i. filioſ Iſrael. q erāt īter eoſ plureſ ent de filiiſ. Iſrael fugiētеſ p̄ſecutionē Antbiochi Ephiphaniſ: latēter iuerāt ad ba/ bitandū inter gētileſ prope Iudeā habitanteſ ſcd̄o ponit cōflictuſ Iude in ſpeciali. et p̄mo cōtra Idumeoſ & Arabitaneoſ: & filioſ Boā. Nā iſti p̄ut poterāt Iudeiſ nocebāt Et patet littera uſq; ibi. Anathematizauit: ſicut dicit de Ioſue q̄ anathematizauit urbē Iericho. Ioſue. vi. Cuiuſ habitatoreſ oīſ īterfecit & metalla que p̄ ignē purgari poterāt diuino cultui deputauit pro neceſſariiſ tabernaculi . unde anathematizatio eſt nomen grecum. & dicitur ab ana q̄ eſt ſurſum & thaeſis poſitio: quia talia ſeparāt ab uſibuſ humaniſ. & deputantur diuino cultui. Et tranſiuit ad filioſ Amon. iſti etiā fuerunt moleſti Iudeiſ quāuiſ debuiſſent eſſe beniuoli: eo quod deſcenderant de Loth nepote Abrahe. Et cepit Iaſer ciuitatem & filiaſ eiuſ. i . Villaſ ſub dominio Iaſer. Et congregate ſūt genteſ. Hic conſequenter ponitur conflictuſ Iude contra aduer/ ſarioſ ex diuerſis gentibuſ cōmixtoſ. circa quod primo ponitur cauſa conflictuſ ſcd̄o belli apparatuſ ibi. ut aūt audiuit. tertio bellantium uirtuſ ibi Et ſic abiit Sy cauſa uero confligendi fuit oppreſſio Iudeorum a cōmixtiſ gentibuſ in Galaath & in ga/ lilea propter quod Iudei in illiſ partibuſ poſiti petierunt a Iuda & eiuſ fratribuſ ad/ iuuari & patet littera paucis exceptiſ. Et fugerunt in munitionem Datheman. Sic nominabat illa munitio . Et Timotheuſ dux eſt exercituſ eorum. qui erat homo bellicoſuſ: & Iudeiſ moleſtuſ a ptholomeida ciuitate: que poſtea dicta eſt Achon ut autem audiuit . Hic conſequenter ponitur belli apparatuſ. huic enim cōſilio Iudaſ cum una parte exercituſ exiuit ad liberādū Iudeoſ qui erant in galaad. et Sy. cum alia parte ad debellādū Iudeoſ qui erant in galilea. diſpoſuit etiam Iudaſ de cuſtodia populi remanentiſ in ſua abſentia ibi. Et reliquit Ioſephum etc. Et dati ſunt uiri Symon tria milia. quia cū pauciorib uſ aduerſariiſ habebāt confligere quam Iudaſ Et abiit. Hic conſequenter ponitur bellantium uirtuſ. Et primo Symoniſ et ſui exercituſ. & patet littera uſq; ibi. Et aſſūpſit eoſ qui erāt ī galilea etc. ut eſſēt magiſ

exercitus. & patet littera usq; ibi. Et assúpsit eos qui erant in galilea etc. ut essent magis remoti ab aduersariis & per consequens magis tuti. Et Iudas. hic consequenter ponitur uirtus Iude & eorum qui cú ipo erant. & diuiditur in duas partes. quia p̃mo ponitur aduersariorum debellatio. secundo Iudeorum assecuratio ibi. Et cógregauit udas' prima duas secuudum duplicem Tymothei debellationem. secunda ibi. Post hec autem uerba. Circa primam partem patet littera usq; ibi. Constituerunt admonere exercitú. i. ipsú applicare ad iuadendum. Et surrexerũt inde nocte ut ex improuiso irruerunt super eos: qui obsederant Iudeos inclusos in munitione. Et uidit Iudas. quia cepit bellum ad capiendã dictã munitionẽ. Et uenit tribus ordinibus post eos. diuisit enim exercitum suum in tres partes irruens super aduersarios a tergo. Et diuertit Iudas in Maspha. aliqui libri habent Maspbat. & male quia Maspbat est locus in iudea in quo fuerunt congregati Iudas & populus ad dominum deprecandum supra iii. ca. Post hec autem uerba. Hic consequenter ponitur. ii. Timothei debellatio. & patet littera usq; ibi. Et ait Timotheus cú apropinquauit Iudas etc. Erat enĩ sortilegus & per hoc sortilegauerat de uictoria sui contra Iudam uel econuerso. Statuit scribas populi secus torrentem. Isti enim habebant in scriptis nomina bellatorum. Et per hoc poterant scire si omnes transirent. Et transfretauit ad illos prior. ut daret aliis audaciam transeundi. Et proiecerũt arma sua. ut fugerent magis expedite. Et cógregauit postq̃ descripta est aduersariorum debellatio. Hic consequenter describitur Iudeorũ assecuratio. Nam liberatos ab obsidione noluit inter aduersarios dimittere. sed adducere eos in Iudeam ut essent ibi tute: & patet littera usq; ibi. Et uenerũt usq; effron ubi ponitur impedimẽtũ superueniens in uia. Nam habitatores Effron negauerũt eis transitum per suam ciuitatem & non poterãt transire per aliam uiam. ideo subdit Sed per mediã. s. Ciuitatẽ Effron. Iter erat .s. Iude & populo eius. Et obstruxerunt portas lapidibus id est mutauerunt eas. Et precepit Iudas p̃dicare id est p predicationẽ dicere. Vt applicarẽt. id est ut in sultũ facerẽt cõtra ciuitatẽ. Et eradicauit eã id est subuertit et erat Iudas congregans extremos. faciebat enim ultimã custodiã ne aliquis ex debilitate seu alia occasione remaneret post armatos. & ab aduersariis insidiantibus caperetur. Et obtulerunt holocausta q̃ nemo etc. id est eo q̃ bellatores sani redierãt & integro numero. Et in diebus. Hic consequenter describitur quorũdam Iudeorum presumptio scilicet illorum qui in absentia Iude & fratrum suorũ remanserant ad populi custodiã. & presumentes de sua uirtute exierunt ad bellandum cũ gentibus contra Iude pro bibitionem. que habetur supra ut patet littera usq; ibi. Et Azarias princeps uirtutis id est partis exercitus que remãserat ad custodiã Iudee tãtũ & non ad bella contra extraneos concitandum. Faciamus & ipsi nobis nomen. exquo patet q̃ mouebantur ex presumptione & laudis cupiditate. Et abierunt Ianuã. ubi habitabat Gorgias cum exercitu suo. Ipsi autem non erãt de semine uirorum illorum a Mmatbathie. & filiorũ suorũ & consanguineorũ. Et uiri Iuda magnificati sũt ualde propter crebras & magnas uictorias. Et conuenerunt fausta acclamantes id est eufortunia siue laudes de euformis magnificantes. & dicuntur fausta a faueo fauel q̃si fortune fauores. plures enim de gentibus circa Iudeam habitantibus uidentes & audientes Iude fratrumq; suorum bonas fortunas uenerunt ad eos facere amicitias & perambulabat Samariam ubi habitabant gentiles illuc missi de Perside: qui sẽper fuerũt molesti Iudeis. ut patet primo Esdre. & Neemie & reuertitur scriptura ad illo/quendum de predictis qui processerant ad bellum ex presũptione cum dicitur. In illa die. i. illo tẽpore. ceciderunt sacerdotes in bello scilicet Iosephus & Azarias supradicti

qui licet essent de sacerdotali genere. non tamen erant de sorte Ioarim de qua fuit Mathathias. ut habetur supra in principio capituli .secundi. etc.

.VI.

ET Rex Anthiochus. descriptis uictoriis Iude tēpore Anthiochi ephiphanis. hic consequenter describitur conflictus Iude tempore filii sui. Anthiochi Eupatoris & quia corruptio unius est generatio alterius: Ideo primo ponitur mors Anthiochi illustris. secundo substitutio filii eius Anthiochi Eupatoris ibi. Et cognouit Lysias Circa primum primo ponitur sue mortis occasio: que fuit dupliciter. una quia fuit turpiter repulsus a quadam ciuitate Persidis ualde opulenta: quam querebat subito depredari. & hoc est quod dicitur. Et audiuit esse ciuitatem Elimaidre hoc audiuit ab exploratoribus quos miserat ad inquirendū de ciuitatibus in quibus posset accipere diuicias & pecunias multas. nam ad hoc uenerat in Persidem ut dictum est supra .iii. ca Et illic uelamina aurea .ad decorem templi diuicis pleni .Et lorice & scuta .que reliquit Alexander ad memoriam uictoriarum suarum Et querebat ciuitatem capere dolose & nō potuit. quia ciuibus reuelatus fuit eius dolus. Et abiit cū tristitia magna que fuit occasio sue mortis prima. Nam spiritus tristis exsiccat ossa. Prouerbiorum xv. secūda sue mortis occasio fuit tristicia super predictam ueniens de audita debel/ latione principum suorum i Iudea & prosperitate Iudeorum & hoc est quod dicitur Et uenit qui nunciaret ei. & patet littera usq; ibi. Et quia diruerunt abominacionē id est idolū Iouis quod edificauerat Anthiochus super altare domini. supra. ca. p̄mo Et sanctificationem id est templum. Et Bethsuram ciuitatem suam. ut esset eis infor/ talicium cōtra impulsū gentiū ut audiuit Rex sermones istos. expauit qa debellatus fuit in Elimaide: & principes sui in terra Iude. Et arbitratus est se mori. desperans de infirmitate sanari. cetera patent usq; ibi. Et dilectus in potestate mea. sed hoc erat a satellitibus suis. sed erat odiosus gentibus aliis propter superbiam & maliciam suam. Nunc reminiscor malorum que feci in Hierusalem. pena debita docente culpam. Et prepositit eum super uniuersum regnum suum. uidens iminere de propinquo suum. interitum. Et dedit ei Dyadema id est insignia regalia ad insigniendum filium suum. Et mortuus ē illic Anthiochus rex. āno. c. xlix. Cepit autē regnare āno. clxxxvii. supra primo ca. primus tamen annus & ultimus fuerunt imperfecti & anno vii. regni sui cepit filios Israel grauiter affligere. Et anno nono posuit idolum super altare ut patet ex dictis supra primo ca. Et cognouit. descripta morte Anthiochi. Hic con/ sequenter describitur substitutio filii sui. qui primo sublimatur in regnum .secundo prouocatur contra dei populum. ibi. Et hii qui erant. Circa primum dicitur. Et cog/ nouit Lysias. quem reliquerat Anthiochus ad custodiam regni & nutritionem filii sui supra .iii. ca. Quomodo mortuus est Rex. Hic cognouit per nuncium preuenīē/ tem Philippū quem Rex moriens instituerat tutorem filii sui. Et cōstituit regnare Anthiochum filium eius .ut sic priuaret philippum officio tutoris & regni negocii: in seipsum retorquendo. Et hi. Hic consequenter Rex nouus contra Iudeos p̄uocat & p̄mo ponit̄ huius p̄uocationis occasio. secūdo ipsa prouocacio ibi. Et iratus ē Rex occasio uero prouocationis fuit accusatio Iudeorum .erga ipsum de obsidione Ma/ cedonum .& quibusdā alius. & hoc est quod dicitur .Et hi qui erant in arce adnocēdū Iudeis ut habetur supra primo ca. Concluserant Israel in circuitu sanctorum id est sic eum artauerant q̄ non poterant libere exequi cultū diuinum .Et cogitauit Iudas dispersere eos. ut diuinus cultus posset libere exerceri. Et fecerūt balistas ad. iaciēdū spicula contra arcis propugnacula Et Machinas ad destruendum muros eius. Et ex terunt quidam ex eis qui obsidebantur occulte & impiorum ex Israel feruore. Ideo

ubdiē. Et adiunxerunt se illis etc. Nos decreuimus seruire patri tuo etc. Isti fuerunt de illis qui uerunt ad Anthiochum ephiphanem impetrantes ab eo ut faceret iustitiam gentium in Hierusalem supra primo ca. Et filii populi nostri etc. scilicet'. Mathathias & filii eius: & amici qui preuaricatores legis occidebant. Et non ad nos tantū ex tēde/runt manum .inferendo mala sed & in omnes fines nostros. persequendo amicos & sec/tatores nostros. Et ecce applicauerunt hodie id est isto tempore. ad arcē in Hierusalē impugnando gentem tuam .Et munitionem in Bethsuram munierunt .contra te & regnum tuum. Et nisi preueneris eos uelocius maiora quam hec facient. contra te. nec poteris obtinere eos. Nam erunt nimis fortificati. Et iratus est Rex Hic cōsequēter ponitur ipsius Regis prouocatio ex qua primo disponitur belli apparatus. secundo conflictus ibi. Et uenerunt. Circa primum dicitur. Et iratus est Rex ut hec audiuit. quia uidebatur esse cōtra honorem suum & bonum Reipublice. Et cōuocauit omnes amicos suos. ut ei assisterent. Et principes exercitus sui etc: ut se ad bellum disponerent Et elephanti. xxxii. docti ad prelīū. dicit enim philosophus li, de animalibus q̄ elephas est animal maxime disciplinabile. Et uenerūt . Hic consequenter ponit belli cōgressus & primo in munitione. secundo in campo ibi. Et surrexit Rex. Circa primum dicitur Et uenerunt per Idumeam. que terra erat Iudeis aduersaria: ut patet per p̄dicta .v. ca. Et applicuerūt ad Bethsurā .ubi erant Iudei pro defensione loci. Et pugnauerūt dies multos contra Bethsuram: & fecerunt Machinas ad destruendū eam. Et exierūt scilicet Iudei qui erant in munitione obsessi . Et succēderunt eas igni & pugnauerunt uiriliter. reuertentes ad munitionem. & defendentes eam. Et recessit Iudas ab arce ut succurreret Iudeis in Bethsura obsessis. Et surrexit Rex . Hic consequenter de/scribitur bellum in campo. Circa quod primo ponitur belli preparatio. secundo belli congressio ibi. Et apropinquauit . tertio populi liberatio ibi. Et audiuit Lysias. Circa primum dicitur . Et surrexit rex ante lucem. ut iret ad pugnandum contra Iudam. Et conparauerunt se exercitus in prelium id est disposuerunt se ad pugnandum. Et astiterūt singulis elephantis mille uiri .s. pedites in loricis. Cōcatbenatis . Nā macule loricarum se secomplectuntur ad modum catbenarum. bi ante tempus ubicumq; erat bestia ibi erant eam uelociter precedendo. Et quocunq; ibat ibant alii sequendo. Et. non discedebant ab ea ne ab aduersariis uulneraretur . Et super eos machine ad pro/uciendum iacula. Et intus magister bestie regens gressus eius. Et residuum equitatum hinc & inde .scilicet a dextris & a sinistris animalium . Statuit induas partes tubis exercitum commoueri. Nam sonus tubarum excitat ad audaciam. Et perurgere ad bellum constipatos in legionibus id est coniunctos ne acies & legiones rumpant ab aduersariis. Et distincta est pars exercitus Regis per montes excelsos. ut si Iudas qui paucos bellatores habebat: cōparatiue: fugerit ad mōtes nō euaderet. & cōmouebāt admiratione uel quodam tremore omnes habitantes terram .s. illā unde poterat talis sonitus & commotio percipi. Et appropinquauit. Hic consequenter ponit cōflictus. & primo in campo. secundo in fortalicio ibi. Castra autem Regis. Circa primū: p̄mo ponitur cōflictus in generali & patet. secundo in speciali cū dicit. Et uidit Eleazar. Dicit Iosephus q̄ iste fuit frater Iude. unde & supra. ii. ca. quartus filius Mathathie Eleazarus nominat. & est idē nomen q̄ Eleazar. nomina enim Hebrea ad Latinū tracta frequenter accipiunt hanc syllabam us in fine: ut Iacob Iacobus Saul Saulus. & sic de multis. Sed contra hoc uidetur q̄ iste dicitur filius Sarua sequendo dictum Iosephi potest dici q̄ hic ponitur nomen matris. supra scd̄o ca. nomen patris uel q̄ Mathathias fuit binomius & alio nomine Sarua dictus. unā de bestiis loricatā loricis

Regis. per signa regia ibidē posita. Et uisum est ei ꝙ in ea esset Rex id est in turre lignea. super eam existentem propter signa dicta. non tamen erat ita. Et dedit se. i. uitam suam corporalem. Vt liberaret populum suum. bonum enim propriū corpale ꝓpter salutē boni cōmunis est exponendū. Ideo subditur. ut acquireret sibi nomen eternum. uirtuose moriendo: credebat enim probabiliter. ꝙ si Rex esset mortuus statim fugeret eius exercitus. Et occidit eū. ꝓcutiēs in uentre ubi nō erat armatus Et uidētes. s. Iudas & eius exercitus uirtutē regis cui nō poterant diu resistere. diuertērūt se ab eis. caute recedētes ut possēt tēplū dñi qđ erat i Hierusalē seruare. Cas/tra aūt. Hic cōsequēter ponit bellū i fortalicio & ꝑmo ponit de fortalicio qđ erat i Hierusalem. & patet. & interponitur de fortalicio Bethsure quod primo cepit Rex antequā iret in Hierusalem. Ideo dicitur. Et fecit pacem cum his qui erant i Bethsura per talē modum ꝙ dimitterent fortalicium saluis suis personis. Et subditur ratio talis pacis ex parte Iudeorū cū dicitur. Quia non erant ibi eis alimenta conclusis id est ob/sessis in Bethsura. Et subditur causa cum dicitur. Quia sabbata erant terre id est ānus septimus in quo terra non colebatur: nec seminabatur. ut habetur Leuit. xxv. Sed contra hoc uidetur quod ibidem dicere. s. ꝙ anno vi. terra dabat fructus duplices. s. pro uictu āni vi. & vii. propter qđ nō uidet ꝙ ānus septimus faceret aliquē defectū cibi sed magis abundantiā. dicendum ꝙ istud dei beneficium fuit ante captiuitatem Babylonicā. in qua cessauerunt aliqua dei beneficia. non enim postea leguntur ha/buisse Iudei arcam testamenti: nec propiciatorium: nec responsa: in rationabili sūmi sacerdotis. nec etiam unctionem regum & pontificum. & hoc etiam confitentur Iudei moderni: ut habetur in libro hebraico nomine Senhedim: Hierosolimitano & ibidem uidet fuisse de duplicatione fructuū. āno vi. Et cōsequenter reuertit ad obsidionem fortalicii Ierosolimitani: cū dicit. Et cōuertit castra ad locū sāctificatiōis. i. tēpli diem multos quia locus erat fortis & munitus propter qđ non poterat cito expugnari. Et statuit illic balistas ad defēsores sagittādū. Et Machinas ad muros. concutiēdū. Et ignis iacula. i. instrumēta ad ignem grecū iaciendū. Et tormenta ad lapides iactādos i. petrarias & magnellos. & scorpios id est instrumēta ad mittendū sagittas uenenatas Ecce autem non erant in ciuitate. hoc subditur ad ostendendum ꝙ non poterant diu tenere fortaliciū. Et audiuit. Hic consequenter ponit liberatio populi ex beneficio dei quia facit cum temptatione prouentum. & ideo misit rumores Lysie per quos fuit compulsus solutionem obsidionis procurare: & hoc est ꝙ dicitur. Et audiuit Lysias ꝙ philippus etc. ad quod sequebatur elongacio Lysie a familiaritate Regis & regni negocii. quod formidabat. ideo dissoluere obsidionem procurabat dicens. Deficimus cottidie Nam aliqui interficiebantur sicut solet accidere in obsidione. Et esca nobis modica est. ita ꝙ non poterimus diu tenere obsidionem. Et locus quem obsidemus ē munitus. hominibus armis & cibis. hoc dicebat ad habendum intentum tamen erat falsū. sicut premittitur parte precedenti: & remanserunt in sanctis uiri pauci quoniā obtinuerat eos fames. Et incūbit nobis ordinare de regno. q. d. maiora negocia nos urgent ad dimittendū hanc obsidionem. Ideo concludit. Nunc itaq; demus dextras hominibus illis. modus enim hominū facientium pacem ad inuicem erant dare mutuo dextras manus. cetera patent usq; ibi. Et uidit munitionem loci id est fortitudinē. Et rupit citius iuramētū. destruēdo locū ne si Iudei rebellarēt haberent ibi recursū. etc

IN no centesimo. Postquam descriptus est conflictus. VII.
Iude tēpore Anthiochi eupatoris. Hic consequenter describitur eius conflictus tempore Demetrii filii alterius fratris scilicet Seleuci. & diuidit in duas partes. quia

primo describitur ipsius Iude pugna. secundo cum Romanis amicicia cõtracta. viii. capi. prima in tres. Nam primo circa Demetrium ostenditur adeptio regni. secundo occasio belli ibi. Et uenerunt ad eum. Tertio congressio prelii ibi. Et elegit Rex. Circa primũ dicitur Anno centesimo. ii. scilicet regni grecorum. Exiit Demetrius Seleuci filius ab urbe Romana. uidens enim se priuatum regno patris sui per auunculum suum Anthiochum: Ephiphanem abiit Romam ad conquerendum de eo sed ipso uiuente nihil profecit. propter quod ipso mortuo rediit ad obtinendum regnum contra cognatum suum maxime quia tunc regnum erat quodammõ diuisum per Lysiam & Philippum: eo ꝙ quilibet uolebat esse tutor Anthiochi Eupatoris: & agere negocia regni ut patet ex predictis. Et ascendit cum uiris paucis in ciuitatem Maritimam. scilicet Tyrũ ut dicit Iosephus. Et regnauit illic quia multi uenerunt ad eum recipientes eum tanquam Regẽ & dominum. tum quia regnum sibi debebatur ex successione paterna: tum propter diuisionẽ predictã. Et factum est ut ingressus est domum regni. s. palacium Anthiochie. que erat metropolis & comprehenditur exercitus Anthiochium & Lysiam in Demetrii fauorẽ. Et uenerũt. Hic cõsequẽter ponitur occasio belli que fuit accusatio Iude & amicoꝝ suorum per iniquos de Israel & patet littera. Et elegit Rex. Hic consequenter describitur cõgressio belli. & ꝓmo contra Alchimum sacerdotem. secundo cõtra in Cauorem ibi. uidit autem Alchimus. Prima in duas quia primo describitur Balchidis & Alchimi dolus. secundo Iude conflictus ibi. Et uidit Iudas. Prima ad huc in duas. quia primo describitur perceptio doli. secundo deceptio populi ibi. Et conuenerunt ad Alchimum. Circa primum dicit Et elegit Rex ex amicis suis Balchidem qui dominabatur Transflumine. erat enim a Rege constitutus ad illius terre custodiã. Et Alchimũ impiũ cõstituit in sacerdotiũ id est constituit eum summũ Sacerdotem: cum tamen non esset de genere sacerdotali ut dicunt aliqui. alii uero dicunt ꝙ erat sicut dicitur intra de ipso. homo de semine Aaron uenit. etc. tamen non erat de linea summorũ pontificũ ab Eleazar descẽdẽtiũ Et locuti sunt ad Iudam & fratres eius uerbis pacificis in dolo. dicentes ꝙ uenerant propter bonũ statum terre ut possent Iudam & fratres eius occidere dolose. sed eorũ dolus non habuit effectũ. Et conuenerunt. Hic consequenter subditur deceptio populi. Congregatio scribarum. quantum ad legis peritos. Et primi assidei id est quasi assidue assistentes diuino cultui. et hoc per deceptionem Alchimi cuius ratio subditur cum dicitur homo. Sacerdos de semine Aaron uenit etc. non tamen de familia sũmi sacerdotis. Secundum alios uero nec de semine Aaron erat. licet isti crederẽt in hoc decepti sed primũ uerius quia magis est cõsonũ textui in hoc loco & etiam secundo li. xiiii. ca: cetera patẽt usq; ibi. lx. uiros. notabiles in populo in fama & uirtute ideo subditur. Secundum ꝙ scriptũ est psal. lxxviii. Carnes sanctorum tuorum etc non est in eis ueritas in uerbo, & iudicium in facto: & subditur causa. Transgressi sunt enim etc. eos occidendo quibus iurauerant pacem. et misit homines armatos. Et comprehendit multos ex eis qui ad se cõfugerant propter infidelitatẽ. quã in eo uiderãt Et commisit regionem. Iude Alchimo regendam. Et reliquit cum eo auxilium id ẽ uiros bellatores. Et satis agebat Alchimus id est quantum poterat nitebatur. ꝓ principatu sacerdocii sui. scilicet firmando & ampliando. Et conuenerunt ad eum omnes qui perturbant' populum suũ. inducendo illos ad gentilem ritũ. Et fecerunt plagã magnam in Israel. id est in illis qui erant obseruatores legis. Et uidit Iudas. Hic cõsequẽter describitur Iude conflictus ad extirpandum Bachidis & Alchimi dolum cum dicit. Et uidit Iudas et. coculo compassionis & doloris, multos pluſq; genus. Nam

apostate legis sunt gentilibus nequiores. Et exiuit in omnes fines iudee in circuitu. ut omnes malos extirparet. Et fecit uidictā in uiros desertores id est apostatas legis. Et cessauerunt ultra exire in regionem. scilicet Iudee de fortalicio quod obtinebant in Hierusalem Vidit autem Alchimus. Hic consequenter describit bellū Iude cōtra Nycanorem. & primo ponitur Nycanoris & Alchimi dolus. secundo conflictus ibi. Et cognouit Nycanor. Circa primum premittitur dolus Alchimi accusando Iudam & fratres eius cū dicit. Et accusauit eos multis criminibus. falso tamen & iniuste'. scdo ponit dolus Nycanoris nitentis capere Iudā dolose. & patet littera usq; ibi. Et salutauerūt se inuicē pacifice. ueraciter ex parte Iude sed ex pte Nycanoris dolose. Ideo subditur. Et hostes parati erant capere Iudam. dū tamē haberent tēpus aptum & horā Et conterritus est ab eo. caute recedendo. Et cognouit. Hic consequenter ponitur conflictus Nycanoris contra Iudam & diuiditur in duas partes secundum duplicem conflictū. secunda ponitur ibi. Et exiit Nycanor. in primo uero cōflictu Nycanor debellatus fugit. & patet littera usq; ibi. Et fugerunt in ciuitatem Dauid. in qua erāt gentiles aduersarii Iudeorū. Et post hec uerba id est facta sicut. iii. Re. primo quid est uerbum quod factum est. ascendit Nycanor in montem Syon id est ad locum tēpli quod in altiori parte montis quam turris Dauid. Et exierunt de sacerdotibus populi salutare eum. quia representabat personā Regis. Et demonstrare ei holocaustomata etc. Orandum est enim pro Regibus non solum pro bonis sed etiam p malis ut dominus conuertat eos ad se Nā ex eis dependet commune bonū. Et uidēs spreuit eos eorum salutationem non recipiens. Et polluit id est eorum sacrificia polluta reputauit cetera patēt usq; ibi. Vt esset domus orationis que fit uerbis simplicibus. Et obsecrationis. que fit per inuocationem alicuius rei sacre ut cum dicitur per passionē tuam libera nos domine uel aliquid simile. Et exiit. Hic cōsequenter ponitur secūdus conflictus inquo Nycanor interfectus fuit. fuit sic ergo dicitur. Et exiit Nycanor a Hierusalem ad pugnandum contra Iudam. Et occurrit exercitus Syrie ad fortificandum Nycanoris exercitū. Qui missi erāt a Rege Sēnacherib. dñe etc. hoc habetur iiii. Re. xviii. ca. Exiit angelus & percussit ex eis c. lxxxv. milia. iiii. Re. xix. ca Et miserunt exercitus prelium xiii. die mēsis Adar id est martii ut dicunt aliqui & hoc quia aliquando cum una parte concurrit cum martio sed communius comcurrit cum februario. Nā est ultimus mēsis hebreorū. p̄mus autē mēsis magis correspondet martio sicut plenius declarauit. Gene. vii. & Exo. xii. Et tubis cecinerunt post eos cū significationibus. per sonum enim tubarum significabant exercitum Nycanoris deuictū ut Iudei in castellis existentes securi persequerētur fugientes. Et uentilabant eos cornibus. id est diuidebant eos in diuersas partes fugiendo. Et conuertebantur iterū ad eos quālibet partem fugientium inuadendo. Et dexteram eius quam extenderat superbe contra templum comminando q̄ in suo in gressu succēderent ipsum. Et siluit terra Iuda a prelus paucos dies. Nā audita morte Nycanoris Demetrius Rex misit Bachidē ad impugnandū Iudeā: ut habetur in principio. ca. ix. etc.

.VIII.

ET audiuit Iudas. descripta Iude multiplici uictoria: Hic consequenter describit ipsius cū Romanis amicicia contracta. & diuidit in tres partes. Nā p̄mo describit Romanorū fama laudabilis scdo. Iudeorūlegatio fidelis ibi. Et elegit Iudas tertio utrorumq; confederacio amicabilis ibi. Et placuit. prima adhuc in tres Nam primo describitur eorum fama ex crebris uictoriis. secundo ex fidelibus amicitus ibi. Cum amicis autem. tertio ex prudentibus eorum modestus. ibi. Et in omnibus istis. Circa primum primo ponitur Romanorum laus in generali cum dicitur. Et audiuit

Iudaſ nomen Romanorum. per publicam famam. Quia ſunt potenteſ uiribuſ. tã eni
ſibi ſubiugauerant multa regna. Et acquieſcunt ad omnia dum tamẽ ſint rationabilia
Et quicumq; acceſſerint ad eoſ etc. nullorum amicitiã reſpuenteſ. Et audierunt. Hic
conſequenter ponit̃ fama Romanorũ magiſ in ſpeciali. et primo in Grecia cũ dicit̃
Et uirtuteſ bonaſ q̃ſ fecerũt in Gallatia. que eſt quedã parſ Grecie. quã Senoneſ
galli acquiſierunt ſub Vmbreno duce. & eam Gallatiam nominauerunt quaſi gallo/
greciam. ſcd̃o in Hyſpania cum dicitur. Et quãta fecerunt in regionem Hyſpanie
ad ſubiectionem cuiuſ monteſ Pyrineeſ in meabileſ ante. fecerunt ferro peruioſ cum
maximiſ ſumptibuſ & labore. Et q̃ in poteſtatem. ſ. ſuam redigerunt metalla id eſt
munera auri & argenti. que ſunt in Hyſpania. Et poſſederunt omnem locũ conſilio
ſuo id eſt prudentia ſua bellica. unde dicit Vegetiuſ libro de remilitari q̃ in nullo le/
guntur Romani orbem terre ſubieciſſe ſibi niſi prudentia bellica & exercitio armoꝝ
Nam greci erant eiſ aſtutioreſ: Hyſpani ferotioreſ: teutonici corpore maioreſ: &
fortioreſ: gallici uero pluioreſ: ut ibidẽ deduct Vegetiuſ. Et patientia tollerãdo
patienter laborem qui eſt in exercitio armorum. cetera patent uſq; ibi Et Philippũ
& Perſen Cetheorum Regẽ. Ita q̃ uterq; erat Rex in diuerſis tamen partibuſ illiuſ
terre. Sicut aliquando in gallia fuerunt plureſ Regeſ. & ideo uidetur q̃ hic ponat̃
ſingulare pro plurali. ſ. Regem pro Regeſ. ſicut frequenter fit in ſcriptura. unde
Exo. viii. uenit muſca grauiſſima id eſt multitudo muſcarum. & Anthiochum magnũ
qui fuit pater Seleuci & Anthiochi Ephiphaniſ. ut dictũ eſt ſupra. Et daret obſideſ
quorum unuſ fuit Anthiochuſ illuſtriſ filiuſ eiuſ ſupra primo ca. Et conſtitutum id ẽ
illud quod ordinauerunt ultra anni tributũ. Et regionem Iudeorum. ſupple obtinu/
erunt. Et Liddoſ & Medoſ de optimiſ regionibuſ eorum. ſupple expulerunt. Et
acceptaſ eaſ ab illiſ ui armorum. dederunt Eumeni Regi confederato ſibi. Et quia q
erant apud Elladam uoluerunt ire & tollere eoſ. ſ. Eumenem Regem & populum ſuũ
de decimiſ regionibuſ quaſ dederant eiſ Romani. Et innocuit ſermo hiſ id eſt Ro/
maniſ. Et miſerunt. ad eoſ defendendoſ. ducem unum. cum exercitu Romanorũ. Et
pugnauerunt contra illoſ. qui erant apud Elladã. Et ceciderunt. etc. & patet littera
Cũ amiciſ. Hic conſequẽter ponit̃ fama Romanorũ ex fidelitate amicitiarũ cũ dicit̃
Cum amiciſ autem ſuiſ qui feduſ inierant cum ipſiſ & qui in ipſiſ: requiem habebant
feduſ initũ conſeruanteſ. cetera patent. Et in omnibuſ iſtiſ. Hic cõſequenter deſcribit̃
fama Romanorum ex modeſto uſu circa culmen bonorũ cũ dicitur. Nemo portabat
diadema etc. id eſt nulluſ utebatur in ſigniſ regalibuſ a principio enim urbiſ cõdite
fuerunt Regeſ Rome uſq; a Tarquinũ ſuperbum. quo detecto propter eiuſ ſuperbiã
& tyrãnidem populuſ conſuleſ prefecit regimini reipublice. deinde Tribunoſ plebiſ
& dictatoreſ. & rurſum Conſuleſ rempublicam gubernauerunt: uſq; ad Iuliũ Ceſarẽ
qui primuſ arripuit Imperium ſingulare. patet igit̃ q̃ tempore Machabeorũ Cõſuleſ
preerant reipublice. Et quia curiam fecerũt ſibi id eſt locũ ſollemnẽ. ibi cõueniebãt
Conſuleſ de bono regimine reipublice tractanteſ. Et committunt uni homini magiſ/
tratum ſuum. qui uocabat Conſuleſ ad conſilium. ſicut in multiſ ciuitatibuſ ſinguliſ
anniſ conſtituitur unuſ maior ſuper alioſ conſuleſ & ciueſ. Et non eſt inuidia. etc. ſic
fuit a principio in Romana republica. propter quod in tantum creuit augmentum.
ſed poſtea fuit oppoſitum propter quod ad tantum uenit detrimentũ. ſicut patet ad
ſenſum. Vnde dicit Iohanneſ oſ aureum. Sicut concordia reſ parue creſcunt: ita
diſcordia maxime collabuntur. Et elegit. Hic conſequenter deſcribitur Iudeorum
legatio fideliſ. & patet littera uſq; ibi. Et ut auferrent ab eiſ iugum Grecoꝝ. regnũ

enim Syrie deriuatum fuit a grecis ut dictū est in principio libri. propter quod in illo Regno & eius exercitu preerāt multi Greci: sicut patet ex supradictis cetera patent. Et placuit. Hic consequenter ponitur Romanorum & Iudeorum cōfederatio amicabilis ut patet usq; ibi. In tabulis ereis. ut scriptura posset diutius pmanere. Gladiusq; & hostis nocens eis auxilium ferret gens Iudeorum. pro ut tempus dictauerit id est pro ut tempus oportunum fuerit. Corde pleno. id est ueraciter absq; dolo. cetera patent usq; ibi. Quod si post hec uerba. hi autem illi. id est Romani uel Iudei: addere uel demere. ad hec que scripta sunt. Aliquid uoluerint facient ex proposito suo id est ex communi consensu utrorumq; cetera patent.

IX.

Interea descripto ducatu Iude Machabei: Hic cōsequenter describitur ducatus Ionathe fratris sui. Circa qđ primo ponit mors Iude. secūdo sustitutio Ionathe ibi. Et factū est post obitū Iude. Circa primū primo ponit belli apparatus. secundo conflictus ibi. Et mouit exercitus. prima in duas. quia primo ponitur apparatus ex parte gentilium. secundo ex parte Iudeorum ibi. Et Iudas. Circa primum dicitur. Interea id est dum legati Iudeorum cum Romanis tractarent de federe & amicitia. Et dextrum cornu cū illis id est aciem fortem que solebat astare Regi a dextris. Et abierunt uiam que ducit in Galgala. ubi Iosue filios Israel circumcidit. Iosue. v. cetera patent. Et Iudas. Hic consequenter ponitur apparatus belli ex parte Iudeoꝝ & patet usq; ibi. Et multi subtraxerunt se de castris. s. Iude recedentes multo timore mortis. Et bellum perurgebat. ita ꝙ non poterat conuenienter recedere absq; magno exterminio suorum per aduersarios insequentes eum. Et confractus est corde. uidens periculū utrobiq; quia nō habebat tempus congregandi eos. qui recesserant de castris suis propter dictam causam. moriamur in uirtute pro iustitia certando. Et non inferamus crimine glorie nostre. Si moriamur fugiendo. Et mouit exercitus. Hic consequenter ponitur conflictus cum dicitur. Et mouit exercitus. s. Iude. Et diuisi sunt equites exercitus Bachidis in duas partes. ut facerent duo cornua: siue duas alas egrū Et primi certaminis omnes potentes ad aduersarios deterendum: & penetrandum. Et proximauit legio. exercitus Bachidis. Et commota est terra a uoce exercituū. tantus enim erat strepidus clamoris & ictuū & collisionis armorū ꝙ terra uidebat cōmoueri Et ingrauatum est prelium. Nam Iudas & sui erant inter aduersarios inclusi: & sic pugnabant acriter sicut de uita desperati. Et Ionathas & Symon tulerunt Iudā. nō tunc sed post prelium corpus eius ab hostibus redimendo: ut dicit Iosephus antiqtatis Iudaice libro xii. Et factum est. descripta morte Iude. Hic consequenter describit substitutio Ionathe. Circa quam primo ponitur instituendi necessitas. secundo institutionis sollemnitas ibi. Et congregati sunt. tertio Iude consurgens aduersita sibi. Et cognouit Bachides. Circa primū dicit. Et factum est post obitū Iude emerserūt iniqui etc. Percusso enim pastore inuaserunt gregem lupi rapaces. Et extorti sunt. uiuente enim Iuda erant sopiti quasi mortui: sed ipso mortuo erexerunt sua cornua. In diebus illis facta est fames. tum ex sterilitate terre tum ex defectu culture ꝓpter guerram. Et tradidit se Bachidi ad seruiendū sub tributo Regi. Et elegit Bachides impios uiros de Israel. Et perscrutabant amicos Iude qa cognoscebant eos. & scieb̄ latibula eorum. & uindicabat in illos & illudebat. contemptibiliter eos uigilando. Et facta est tribulatio magna in Israel. Et hic fuit necessitas instituendi ducē loco Iude Et congregati sunt. Hic consequenter describitur institutionis solemnitas. Nā ad hoc fuit populus congregatus ut electio Ionathe fieret certus & solēnus. & patet litera. Et cognouit Bachides. Hic cōsequēter describit insurgens aduersitas: & diuidit

in tres partes quia primo persecutio Ionathe proponitur. secundo mors Iohan/nis fratris sui interponitur ibi. Et misit fratrem suum. tertio scripta ad primum reuertit ibi Et audiuit Bachides. Circa p̃m̃ dicit. Et cognouit Bachides instructionē Ionathe Et querebat eū occidere diuersis uiis & machinationibus quas cognoscēs Io/nathas declinauit caute. ideo subdit Et fugerūt in desertū Thecue. quousq; possent exercitū aggregare. Et cōsederūt ad aquā. i. iuxta aquā. lacus Asaphar. Iste lacus ē mare mortuū q̄ alibi dicit lacus alphabeti. Et cognouit Bachides p̄ suos explora/tores. Et die sabbatorū uenit ī cōtēptū. festiuitatis Iudaice & ut Iudei n defēderēt se si/cut de q̄busdā dictū est supra. ii. ca. uel saltē ut minus uolūtarie sumerēt arma illa die. Et misit. Hic cōsequenter mors Iohannis fratris Ionathe interponitur. et p̃mo ponitur eius occisio dolosa per, insidias sibi positas in uia. Ideo dicit. Et misit fratrē suum. ducem populi mittens aliquos de populo cum Iohanne ipsis presidente. Et rogauit Nabucheos amicos suos. ut habetur supra v. ca. ut commendaret illis appa/ratum suū. per modum custodie usq; ad diē belli cum Bachide. Aliqui libri sic habēt Et commēdarent illis etc. id est ut Nabuchei accōmodarent Ionathe & fratribus eius tentoria sua & arma. Et exierunt filii Iambri. insidiantes Iohanni. Et compreben/derūt Iohannē. et etiā occiderūt. ut habet parte sequenti. Post hec Hic cōsequēter ponitur uindicatio Iohannis & patet littera usq; ibi. Cum ambitione magna. id est cū apparatu magno & pompa. Et recordati sunt sanguis etc. Ex quo patet q̄ Iohannē occiderant ut dictum est. Et ecce tumultus ex multitudine uenientium. Et sponsus processit. etc. obuiam illis. qui adducebant sponsam etc. patet usq; ibi. Et reuersi sūt ad rippā Iordanis. s. ad mare mortuū in loco predicto. qui dicit hic rippa Iordanis nam Iordanis transit per ipsum mare mortuum: ut habetur Iosue. iii. Et audiuit Hic consequenter scriptura reuertitur ad id q̄ est supra propositum: scilicet persecu/tio Ionathe ab ipso Bachide. & primo ponitur eorum conflictus. secundo Alchimi de cessus ibi. Et anno. c. iii. Bachidis recessus ibi. Et uidit Bachides. Circa primū patet littera ex predictis usq; ibi. Non est enim hodie. Hoc dixit Ionathas ad animandū suos: ostendens q̄ nō patebat locus fuge. Et extendit Ionathas manū suam p̄cuttere Bachidē. tantū enim inualuit q̄ eum interfecisset: nisi retrocessisset. Et desiliit Iona/thas ad persequendum Bachidem: & eius gentem. Et reuersi sunt in Hierusalem. s. Bachides & sui. cetera patent usq; ibi. Et accepit filios principum regionis id est principalium Iudeorū Obsides: ne rebellarēt se Ionathe sociando. Et anno cēteſimo. Hic consequenter describitur Alchimi decessus. & primo ponitur causa: cum dicitur Precepit Alchimus destrui murossancte domus interioris id est sancti sanctorum q̄d erat interior pars templi. Et destrui opera prophetarum. Nam secundum templum de quo loquitur edificatum fuit per exhortationē & adiutorium Aggei & Zacharia prophetarū primo Esdre v. in templo illo percussus est Alchimus a deo. & impedita sunt opera illius maligna. Et obclusum est os eius. quia factus fuit mutus. Et mādare de domo sua id est non potuit ordinare de rebus suis: & familia. Et mortuus est in tormento magno. dei iudicio iusto. Et uidit Bachides. Hic consequenter describitur recessus Bachidis de terra Iuda cum dicitur. Vidit Bachides q̄ mortuus est Alchimus propter cuius institutionem in sacerdotem uenerat. ut habetur in principio huius ca. & sic habuit causā reuertendi. Et cogitauerunt. Hic consequēter ponit eius reditus ad Iudeā. & secundo totus exitus ab ea ibi. Et tratus. Circa primum dicitur. Et co/gitauerūt iniqui omnes. de populo Israel. Ecce Ionathas etc. habitant confidenter non precauentes sibi de bello propter quod de facili poterant capi. cetera patēt usq

ibi. Vt cõprehenderent Ionathan & omnes qui cum eo erant. latenter & dolose. Et apprehẽdit. scilicet Ionathas. de uiris regionis id est Iudeis. qui p̃cipes erant milicie id est doctores illorũ qui uolebant Ionathan & socios eius capere. Et secessit Iona/thas etc. In Bethbesen. que est in deserto: ut haberet fortalitiũ p̃fugio. Et reliquit Ionathas Simonem fratrem suum in ciuitate. scilicet Bethbese: ad eius custodiã. Et exiuit in regionem & uenit cum numero. scilicet sufficienti bellatorum. Et percussit Odarẽ etc. qui erant aduersarii Ionathe & populi sui. Simõ uero & etc. & succẽderũt Machinas. quas fecerat Bachides ad impugnacionem ciuitatis. & sic Simon preualuit in ciuitate: & Ionathas in regione. Et afflixerunt eum ualde. Nam homini superbo magna est afflictio superare nõ posse. Et iratus contra uiros iniquos etc. multos ex eis occidit. iusto dei iudicio: cum essent proditores patrie & desertores legis diuine. Ipse autem cogitauit cum reliquis abire. Nam probrosum erat sibi in Iudea manere. Et cognouit Ionachas eius recessum: & iram contra illos qui eum adduxerant in Iudeam! Misit ad eum legatos componere. id est ad componendum cum ipso pacem. sperans q̃ reciperet eam sicut & fecit cetera patẽt usq; ibi. Et habitauit Ionathas in Machinas. locus est Iudee ut patet p̃mo Re. xiii. Et cepit Ionathas ibi iudicare populũ bonos exaltãdo & impios puniendo. exquo patet q̃ habitabat satis pacifice etc. .X

ET anno centesimo. Hic consequenter describit̃ ducatus Ionathe tẽpore Alex/andri filii Anthiochi eupatoris. cum quo Ionathas habuit pacem. Et ideo p̃mo describitur confederatio Ionathe cum alexandro. secundo congressus Alexandri cũ Demetrio ibi. Congregauit. tertio congressus Ionathe contra Appollonĩ: q̃ Alex/andrio ibi. In anno centesimo. Circa primũ Demetrius preuenit Iudeos suis epistolis ficte: quibus tamẽ Ionathas bene utitur. secũdo Alexãder scribit̃ pacifice cui credet̃ ibi Et audiuit Alexander. tertio Demetrius scribit mendose & non auditur ibi. Et au/diuit Demetrius. Circa primũ dicitur. Et anno centesimo lx. scilicet regni Grecorum Qui cognominatus est nobilis. scilicet Alexander sicut auus suus Anthiochus Ephi/phanes. Epistolam uerbis pacificis ficte. & hoc Alexandri timore. ideo subditur. Re/cordabitur enim omnium malorum que fecimus ei. & sic iuuabit cõtra nos Alexãdrum Ionathas tamen illis epistolis usus est ad bonũ sue gentis. quia per eas incussit timorẽ alienigenis: & recuperauit obsides de Iudeis quos acceperat Bachides. ut dictum est ca. precedenti. & patet littera usq; ibi. Et habitauit Ionathas in Hierusalẽ. & subdit̃ causa cum dicitur. Et cepit edificare & innouare ciuitatem. ad dei cultum electum. Et fugerũt alienigene qui erant in municionibus. quas edificauerat Bachides extra Hierusalem. Tantum in Bethsura remanserunt aliqui ex his qui reliquerant legem id est de filiis Israel qui erant apostate a lege dei. Et audiuit Alexander. Hic conse/quenter Rex Alexander scribit Ionathe ueraciter: & patet littera usq; ibi. Alex/ander fratri Ionathe salutem. ex fraternitatis nomine apparet ueritas amicitie. Et misit ei purpuram id est uestem purpuream. & coronam auream. quibus licitum erat uti illis: & nõ aliis qui erant speciales Regis amici. & sic patet q̃ salutauit eum nõ solũ uerbis fictis: sicut Demetrius: sed etiã donis honorabilibus & preciosis. ut que nostra sunt sentias nobiscum. in prosperis & aduersis: quod proprium est ueratium amicorum Et induit se Ionathas stolam sanctam id est uestem pontificalem. In die sollemni ceno/pegie id est dedicationis templi primi quod fecit Salomon. nam illa dedicatio fuit. vii mense que correspondet septembri. dedicatio uero secundi templi fuit in mense Adar p̃mo. Esdre. vi. qui est. xii. apud hebreos: & correspondet Februario. licet aliquãdo concurrat saltem pro magna parte cum martio. Et fecit arma copiosa. tempore quo

erat in pace propter contentionē Demetrii & Alexādri ad inuicē. Et audiuit Deme/
triuſ. Hic cōſequēter ponit epiſtola ſcā a Demetrii ad Iudeoſ adultoria & ficta ꝓter
qđ ñ fuit ei adhibita fideſ: & patet uſq; ibi. Quomō ſeruaſti ad noſ pactū ficte. loqt
quia nō legit Ionathaſ cū eo feciſſe aliqđ pactū: ſed tamē epiſtola ſua uſuſ fuiſſe ad
bonum ut predictum eſt. Et remittemuſ uobiſ preſtatiōeſ multaſ. id eſt multa que
cōſueuiſtiſ nobiſ reddere. Et dabimuſ uobiſ donationeſ. ita qđ nō ſolum remittemuſ
uobiſ debita: ſed etiā dabimuſ uobiſ ampla dona. Et pretia ſaliſ indulgeo .i. pecuniam
quā dabitiſ regibuſ pro ſale faciēdo. Eſt enim terra Iudee ꝑ magna parte ſup mare
& in aliqbuſ locīſ faciebāt effluere aquaſ mariſ per alueoſ ſuper terram que cōuerta/
bāt in ſal ad calorē ſoliſ. & illa loca dicebātur ſaliue. de quibuſ fit mētio infra. xi. ca.
Et coronaſ remitto: quaſ nobiſ debeatiſ. Et tertiaſ ſeminiſ id ē frugū. Et dimidiam
partē fructuſ ligni id eſt arborum. Quod eſt portioniſ mee. de cōſuetudine mihi
debite. Et Hieruſalē ſit libera ab omni tributo & ex actione. Et decime & tributa
que ſolent nobiſ reddi ipſiuſ ſint ad bonū ciuitatiſ. Remitto etiā poteſtatē artiſ. etc.
& ſequit. Qui cuſtodiāt eam .ſ. pro Rege ut dicit Ioſephuſ unde & ca. ſequēti dicit
ꝙ Ionathaſ cōgregauit gentem ad expugnandū artē illam. Ex quo patet ꝙ nō erat
ſibi tradita. Et omnē animam id ē perſonā ut omneſ a tributiſ ſoluant ē etc. Porcorū
ſuorū. ita ꝙ non ſolū ſint liberi a tributo debito pro perſoniſ ſuiſ: ſed etiā ꝑ aliſ
brutiſ. Et omneſ dieſ ſolemneſ. qui celebrantur ſemel in anno. ut paſca penthecoſte.
& huiuſmodi. & ſabbata qualibet ebdomada. Et neomenie. in quolibet mēſe. Et dieſ
decreti. ad ſollēnizādū ſicut dieſ uictorie de interfectione Holoferniſ: & ſuie exercituſ
ut habetur Iudith ultimo: & de interfectione Aman. Heſter .ix. ca. Fuit omneſ
immunitatiſ ab omni exactione & uexatione. Iudeiſ ōnibuſ qui ſunt in regno meo.
quia multi ualde remanſerunt in ciuitatibuſ Babilonice Perſidiſ & Medie qui cum
Zorobabel & aliiſ noluerunt in Iudeā red re detēti amore uxorum quaſ ibi
& proliſ quā genuerāt: & bonorū temporaliū que ibi acquiſierant. Et nemo habebit
poteſtatem etc. ſ. in diebuſ predictiſ. Et ut ſcribant Iudei in exercitu Regiſ etc. que
erant ualde honorifica & ad tutellā aliorum Iudeorū per regnū Syrie diſperſoꝝ. Et
ambulent in legibuſ ſuiſ. etc. id eſt ita libere cuſtodiāt legittima ſua per totū regnum
meū: ſicut in Iudea. ptholoma Ida id ē. Achon. Et cōfineſ eiuſ id ē ille ſibi adiūcte
Quaſ dedi donū id ē gratiſ. Sācti ſi qui ſūt in Hieruſalem id ē ſacerdotibuſ & leuitiſ
diuino cult ui deputatiſ Et hec dabāt i opera domuſ. ſ. domini. ꝑ eiuſ reparatione.
& ſacrificiorū oblatione. Cōſequēter tangit de immunitate templi cū dicit. Et qcūq
fugerint etc: Obnoxii Regi id ē obligati pene ꝓpter aliquā noxā: & ad edificāda.
Sūptuſ dabūt de ratione Regiſ id ē de ſuiſ redditibuſ propriiſ. Vt audiuit aūt Iona/
thaſ & populuſ ſermoneſ iſtoſ. non crediderūt eiſ: reputāteſ eoſ falſoſ & merito ꝓpter
ſuā malitiā precedētē. Et cōplacuit eiſ in Alexandrū. ſeruare cū eoſ fedus amicitie.
Et cōgregauit. Hic cōſequēter deſcribit cōgreſſuſ Alexādri cū Demetrio. & patet
littera uſq; ibi. Et miſit Alexander. ubi ex Alexādri uictoria cōtrahitur amicitia. &
ſecūdo ſubdit Ionathe gloria ibi. Et ſcripſit Rex Alexander. ꝑma parſ patet paucis
exceptiſ: que diſcurrēt. & ſedi in ſede patrū meorū. in Anthiochia: que erat Metro/
poliſ illiuſ regni. Et dabo tibi dona. regie maieſtati cōdigna. Et illi dignitatē. quia
uocabit & erit Regina. Et ſcripſit. Hic cōſequenter deſcribit Ionathe gloria cum
dicit: Et ſcripſit Rex Alexander Ionathe. ſicut amicuſ amico. Et abiit cū gloria id
ē cū apparatu magno. Et occurrit ibi duobuſ Regibuſ. ſ. Alexandro & Ptholomeo
Et cōuenerūt aduerſuſ eū uiri peſtilenteſ ex Iſrael. Nā a lege apoſtauerāt. & aliof

ad apoſtaſiā quātū poterāt muitabāt. Et collocauit eū Rex ſedere ſecū. in iudicio & cōuiuio. Exire cū eo in medio ciuitatiſ. ad eiuſ honorē & aduerſariorū ſuorūum cō/fuſionem. Et predicate id eſt per preconem publicate · Vt nemo interpellat etcetera & patet littera. In anno cēteſimo. Hic conſequēter deſcribit cōflictuſ Ionathe pro Alexādro ubi p̄mo ponit Appollonii cōminacio. ſcd̄o Ionathe aīatio ibi. Vt audiuit aūt Ionathaſ. tertio Alexādri cōgratulatio ibi. Et factū eſt. Circa primū dicit. In anno cēteſimo. lxv. regni Grecorum uenit Demetriuſ filiuſ Demetrii Acretha. ubi occiſo patre ſuo ab Alexādro ad parēteſ matriſ ſue iuerat p̄ refugio: In terrā patrū ſuorū per Cretēſiū: inter quoſ creuerat auxiliū. Et reuerſuſ ē anthiochiā. Metropolī ciuitatē: ut ibi cōgregaret exercitum ad pugnādum cōtra Demetriū. Et conſtituit Demetriuſ Apolliniū ducē. in una parte regni: que uocabat Celeſidia Celeſtiſ. & erat regio Maritima. Et acceſſit ad Ianuam. que ſimpliciter eſt prope mare in Iudea. & ideo uidet illuc ueniſſe per nauigiū. Et miſit ad Ionathā. muitādo eū ad pugnā. Tu ſoluſ reſiſtiſ nobiſ. quaſi dicat tu crediſ diu reſiſtere. quaſi dicat non. Ego aūt factuſ ſū in deriſū. eo quod nō habeo te ſtatim ad nutū meū propterea quia tu poteſtatem etc. quaſi dicat hoc nō prouenit ex tua probitate ſed ex mōtiū aſperitate: ad quoſ tu refugiſ: quia ſūt in acceſſibileſ equitibuſ noſtriſ. ideo ſequit Deſcēde ad noſ incāpum. id ē ad terram planam. Interroga & diſce quiſ ſū etc. quaſi dicat ſi hec ſcireſ. te mihi ſubiceres. Quia nō poteſt ſtare peſ ueſter ante faciē noſtrā. in prelio. ſed cōuertitur ad fugā. Et nūcquid poteriſ ſuſtinere etc. ubi nō eſt lapiſ neq; ſaxū. impediens iter eqtū & peditū meorū. Neq; locuſ fugiēdi tibi & tuiſ quia ſtatim caperemini ab eqti/buſ meiſ. Vt aūt audiuit. Hic cōſequēter ponitur ipſiuſ Ionathe p̄uocatio & patet uſq; ibi. Et excluſit eum a ciuitate id eſt populuſ Iope. Ionathan excluſit ab ingreſſu ciuitatiſ Iopenſiſ. & ſubdit cauſa cū dicit. Quia cuſtodia Apollonii Iope erat id ē ho/mineſ armati ex parte ipſiuſ ibidē poſiti. Et oppugnauit eā. ſ. Ionathaſ Iopē cetera patēt uſq; ibi. Et abiit Azotū tāquā iter faciēſ id ē plane p̄cedēdo. Et ſtatim exiit de caſtriſ in cāpū quaſi paratuſ ad preliū. Et ſubdit cauſa. Eo q̄ haberet multitudi/nem etc. & preliū cōmiſerūt. nō tamē ſtatim ſed poſtea. Et ſubdit cauſa. Et reliquit Apolloniuſ in caſtriſ. mille equiteſ poſt eoſ id eſt poſt receſſū ſuū de caſtriſ Occulto ut Ionathaſ & eiuſ exercituſ ignorāter includerent. inter aduerſarioſ. Et circuierunt caſtra eiuſ ad euadēdū inſidiaſ. populuſ. aūt ſtabāt. ſicut p̄ceperat Ionathaſ. dicit enī Ioſephuſ q̄ erat ordinatuſ ī quadro facta teſtitudine deſcutiſ ad excipiendū ſagittaſ aduerſariorū: donec eorū pharetre eſſēt euacuate & ſagittarii equiteſ eſſēt fatigati. & eorū equi quo facto: fuit qd̄ ſequit. Et eiecit Simon exercitū ſuū. faciēſ contra aduerſarioſ fatigatoſ impetū. Et intrauerūt Bethagon id ē domū Dagō ſiue tēplū. Erat aūt Dagon idolū habēſ caput quaſi piſciſ ut dicūt hebrei. Ideo ſic nominabatur Adag q̄ in hebreo ſignificat piſcem in latino. Et exierūt de ciuitate. reſiſtere non audiēteſ Ionathe. Et factū eſt. Hic cōſequēter ponit Alexandri Regiſ cōgratulatio nā cōgreſſio Ionathe fuerat p̄ eo ut patet ex predictiſ. Et miſit ei fibulā aureā. Erāt enim quatuor inſignia regalia. ſ. purpura. corona. fibula aurea. & ſceptrum. Duo p̄ma miſerat ante ipſi Ionathe ut dictum eſt circa principiū huiuſ ca. & nunc miſit ſibi terciū quartū ſibi ſoli retinēſ qd̄ ē p̄priū regie maieſtatiſ etc. XI.

ET Rex egypti. Hic cōſequēter deſcribit ducatuſ Ionathe reg. Demetrii ſcd̄i tēpore. Circa quod p̄mo deſcribit Alexādri Regiſ obituſ. ſecūdo Demetrii ſuc/ceſſuſ ibi. Et regnauit, tertio Anthiochi adoleſcētiſ aduentuſ ibi. Triphon aūt. p̄ma in treſ, quia p̄mo ponit p̄dicio Ptholomei. ſecūdo cōfederatio Demetrii ibi. Et miſit

legatos. tertio pstratio Alexādri ibi. Et audiuit. Circa pmū dicit. Et Rex Egypti cōgregauit exercitū sicut arenā etc. hyperbole est ad designādā sui exercitus magnā multitudinē. Et naues multas. quia regnū Alexādri qđ querebat acquirere dolose partim erat super mare. Et exiit de Egypto in Syriā pergens. uerbis pacificis cum habitoribus Syrie utens: quasi querēs bonū regni p genere suo. Cum aūt introiret ciuitatē aliquā. ponebat custodias militū ad optinēdū terrā cōtra Alexādrū. cetera patēt usq; ibi. Et eorū qui cesi erāt. in bello tumulos in quibus erāt sepulti notabiles uiri. Et narrauerūt Regi. quia fecit Ionathas ut habet ca. predēti. ut inuidiā faceret ei puocādo eū cōtra Ionathan. Et tacuit Rex sub dissimulatione transeundo. cetera patēt usq; ibi. Rex aūt Ptholomeus obtinuit dominiū ciuitatū. regni Syrie per custodias militū ibi positas: ut dictū est. Cogitabat in Alexādrū generū suū cōsilia mala. querēs eū puare regno & uita. Et misit. Hic ponit cōfederatio Ptholomei eū Demetrio Alexandri inimico. & patet littera usq; ibi. Quesiuit enim me occidere. dicūt alique glose & aliqui historiographi p hoc uerū erat: quia eū intoxicare quesierat. sed hoc uidetur falsū per litterā precētē. in qua dicit p Alexāder mādauerat. Ptholomeū honorifice recipi similiter per litterā immediate sequētē cū dicitur. Et uituperauit eū ppterea p concupierat regnū eius. ex quo patet p crimen sibi falso imposuit cupiditate ductus Prouer. xviii. Occasiones querit qui uult recedere ab amico. Sciēdū etiā p Iosephus circa historiā huius libri multa dicit que sunt dissona textui: ppter qđ illa tāquam friuola dimitto. quia quāuis liber iste nō sit canonicus tamē maioris auctoritatis est quā sit Iosephus. Alexander autē Rex erat in Cilicia illius tēporibus quasi dicat ppter hoc tales pditiones facilius poterat facere Ptholomeus. Quia rebellabāt qui erant in locis illis. propter qđ iuerat ad reprimēdum illos uel sedādū. Et audiuit. Hic cōsequēter ponit pstratio Alexādri cū dicit. Et audiuit Alexāder pditiones soceri sui cetera parēt usq; ibi. et Rex Ptholomeus mortuus est in die tertio. postquā receperat caput Alexādri. & sic uidet mortuus subito iusto dei iudicio. Iosephus tamē dicit p equus Ptholomei i bello cōtra Alexādrū territus Elephātis uoce precit eum & tunc letaliter fuit uulneratus. sed uiso capite Alexādri fuit aliquātulū cōsolatus. sed postea cito mortuus. sed cōtra hoc uidet p de predicto bello premittit. Rex aūt Ptholomeus. exaltatus est. & qđ subdit. Et abstulit Gadies Acaba caput Alexādri. p nō fecisset i fauorē Ptholomei: si fuisset exuulneratiōe ita ppinquus morti. Et qui erāt in munitationibus Syrie. sub Ptholomeo positi ut predictū est. perierūt ab his qui erant intra castra. s. Alexādri ut dicūt aliqui sed hoc nō uidet uerū. quia debellatus erat a Ptholomeo. Et ideo qđ dicit hic Intra castra. intelligēdum est Demetrii: qui nolebat homines extraneos possidere fortalicia regni sui. Et regnauit. Hic cōsequēter ponit successio Demetrii. & pmo quātū ad obtētū dominiū cū dicit. Et regnauit Demetrius etc. secūdo quātū ad puocationem cōtra Ionathā. per accusationē iniquorū Iudeorū: eo qđ obsideret arcem. & patet littera. tertio quātū ad Demetrii placationē: cū dicit. ut audiuit aūt Ionathas. mandatum Regis. Iussit obsidere id ē obsidionē arcis. per alios cōtinuare aliqui libri tamē habēt Iussit nō obsidere id ē obsidionē dimittere. & hoc magis consonat littere precedenti & sequēti. Et elegit de senioribus Israel etc. Vt uenerabili societate & numerū multitudine & preciositate placaret Regē. qđ & fecit ibi. Et patet littera usq; ibi. Exēplū epistole quā scripsimus Lassenī parēti nostro etc. Iste Lassenes erat Cretēsis attinēs Demetrio ex parte matris: qui Demetrio puiderat de exercitu ad obtinēdū Syrie Regnū cōtra Alexādrū. ppter quod Demetrius reputabat eū sicut patrē & de factis

notabilibuſ ſibi ſcribebat: ideo de gratiſ Ionathe factiſ ſcripſit epiſtolaſ Ionathe & Laſſeni eādē formā cōtinēteſ. priuſ tamē ſcripſit Laſſeni & hoc ē ꝙ dicit. Exēplum epiſtole etc. Et ſeqt epiſtole cōtinētiā cū dicit. Saturnuſ ergo illiſ omneſ fineſ Iudee poſſidēdoſ pacifice. Et treſ ciuitateſ. tertia uero nominatur bic ex Samaria in qua habitabāt gētileſ ibi trāſlati de Perſide. iiii. Re. xvii. cetera patēt uſq; ibi. Et aureaſ ſaluarū id ē loca ī quibuſ fiebat ſal modo ſupra dicto x. ca. Et ponat in mōte ſācto ad memoriā. In futurū. Quarto deſcribit ſtatuſ Demetrii quātū ad exercituſ dimiſſionē: cū dicit. Et uidēſ Demetriuſ etc. & patet littera uſq; ibi. Et inimici erāt ei oīſ exercituſ patrū eiuſ. qui erāt de regno Syrie nā a Regibuſ precedētibuſ cōſueuerāt annonā accipere nō ſolū tēporē belli: ſed etiam pacis: ut ſic eſſēt parati pugnare pro Rege tēpore neceſſitatiſ. Triphon aūt. poſtquā deſcriptuſ eſt Demetrii ſtatuſ: hic cōſequēter deſcribit Anthiochi adoleſcētiſ aduētuſ. & diuidit in treſ parteſ. quia ꝑmo ponit aduētuſ Anthiochi ꝓcuratio. ſecūdo falſitatiſ Demetrii denudatio ibi. Et miſit Ionathaſ. iii. aduētuſ Anthiochi executio ibi. Poſt hoc aūt. Circa ꝑmū dicit Triphō aūt erat qdā ptiū Alexādri qa ꝑuſ fuerat cū Alexādro: poſtea uero ipſo decapitato fuit cū Demetrio. Et uidit quō oīſ exercituſ murmurauit contra Demetriū. dicēſ eum honore regio indignū: ꝓpter cauſam predictam. Et iuit Ademacuel qui nutriebat Anthiochū filiū Alexādri: poſt eiuſ mortē. Et aſſidebat ei id ē aſſidue ſtabat apud eū ut traderet eū ſibi tāquā tutori & ductori. Vt regnaret loco patriſ ſui. per hoc enim intēdebat Triphon habere adminiſtrationē regni ſicut poſtea fuit de facto. Et enū/ciauit ei. ut illū induceret ad tradēdū ſibi Anthiochū. Et māſit ibi diebuſ multiſ. non potēſ cito flectere Emacuelē ꝓpter Anthiochi pueritiā. Et miſit. Hic cōſequenter ponit falſitatiſ Demetrii denudatio. Circa quā ꝑmo ponit Ionathe petitio cū dicit. Et miſit Ionathaſ ad Demetriū Regē petēſ ut eiceret id ē eicere poſſet eoſ. qui in arce erant in Hieruſalē. quorū aliqui erant alienigene aliqui uero Iudei tamen apoſtate. Ex hoc uidet ꝙ illa littera que dicit ſupra Ionathan ad mādatū Demetrii remouiſſe obſidionem arciſ eſt uerior. Et qui in preſidiſ erant in diuerſis locīſ Iudee ad inpug/nationē gētiſ Iudaice. Et miſit. Hic cōſequēter ponit petitionis cōceſſio & patet & ſubditur conceſſionis ratio cū dicit. Nunc ergo recte feceris etc. ad hoc enim conceſſit petitionē ut ionathaſ ſibi mitteret bellatoreſ ad ſui defēſionē. timeſ ꝓbabiliter ſurge/re cōtra ſe rebellionē: ſicut & factū eſt. unde ſubdit. Et cōuenerūt etc. Et uolebant interficere Regē ꝓpter eiuſ inerciā & maliciā. Et fugit Rex in aulā. tāquā in locū tutiorē. Et occupauerūt qui erant de ciuitate. ne aliquiſ ab extra poſſet ingredi ciui/tatē in auxilium Regiſ. Et ceperunt pugnare. i. ad pugnā ſe diſponere. Et uocauit Rex Iudeoſ. antequā ciueſ eſſēt cōgregati ad ipſū inpugnādū. Ideo ſubditur. Et diſperſi ſūt omneſ per ciuitatē. interficiēdo eoſ qui uolebāt interficere Regem. Et ocdderūt in illa die cētū milia hominū. pre ueniēteſ eoſ antequā uniti eſſēt & diſpo/ſiti ad pugnādū. & ſic poterāt multoſ occidere. Et ſuccēderūt ciuitatē. nō totā ſed in una parte ponēteſ ignē ad ciuiū terrorē. Ideo ſubdit. Et in firmati ſūt mēte ſua & per cōſequēſ uirtute corporiſ nā a corde ꝓcedit ſēſuſ: & motuſ ad alia mēbra: ꝓpter qđ deficiēte corde deficiūt exteriora mēbra cetera patēt. Et ſedit Demetriuſ. Hic cō ſequēter deſcribitur falſitatiſ Demetrii denudatio. nā habita pace denegauit omnia ꝓmiſſa Ionathe: & hoc eſt ꝙ dicit. Et ſedit Demetriuſ Rex in ſede regni ſui id eſt in Anthiochia Metropoli reperſſa rebellione ciuiū per auxilium Iudeorū. Et ſiluit terra in conſpectu eiuſ. quia non erat qui auderet ſibi rebellare depreſſa Metropoli ciuitate. Et mētituſ eſt omnia quecūq; dixit. de gratiſ Ionathe gētiq; Iudeorū fiēdiſ

Et uexabat eum ualde. per principes suos inuadendo terminos iudee. Post hoc autē. Hic consequenter describitur aduentus Anthiochi adolescentis in regnū Alexandri sui patris. Circa quod primo ponitur regni obtentus. Secūdo cum Ionatha fedus ibi Et scripsit Anthiochus. Tertio huius federis effectus ibi. Et exiuit Ionathas. Circa p̄mū dicit̄. Post hoc aūt reuersus est. s. de Arabia in Syriam. cetera patent usq; ibi. Et accepit Triphon bestias. i. Elephātes exercitus demetrii. Et obtinuit Anthiochiā metropolim ciuitatem & per consequens alias multas. Et scripsit. Hic consequenter ponitur confederatio Anthiochi cum Ionatha. erat enim Rex nouus & adhuc unā magnā partē regni tenebat Demetrius: p̄pter qđ indigebat Ionathe confederatiōe. Et constituo te super quattuor ciuitates. extra Iudeam existentes. Et misit illi uasa aurea in ministeriū. s. mēse sue. Ideo subdit̄. Et dedit ei potestatem etc. Et Symonē fratrem eius constituit ducē a terminis Tyri usq; ad fines Egypti. inter quos includit̄ terra Phylistiim. Et exiuit Ionathas. Hic consequenter ponit̄ dicti federis effectus. & primo Anthiochi dominium dilatando cum dicitur. Et perambulabat transflumē. ciuitates eas inducendo ut obedirent Anthiocho. Et congregatus est ad eum omnis exercitus Syrie: qui odiebāt Demetrium: ut predictum est. Et cōcluserunt se q erāt Gaze. nolentes eum recipere nec a Demetrio recedere: Et predatus est eam. Nam animalia & plura gazentium bona erant extra ciuitatem in suburbiis: & uilluli. Et accepit filios eorum obsides. ne postea rebellarent. Et audiuit. Hic secundo ponit̄ effectus predicti federis Demetrio repugnante cum dicitur. Et audiuit Ionathas. qa preuaricati sunt principes Demetrii contra Anthiochū ab ipso recedēdo & adherēdo Demetrio. In Cades. que est in Galilea. hoc dicitur ad differentiā alterius que dicit̄ Cades Barne ubi sedērūt filii Israel multo tpe. Deut. 1. uolēs eū remouere a negocio regni. sicut ei constituerat Anthiochus. fratrem autē suum Symonem reliquit intra prouinciam. ad iudee custodiam & applicuit ad Bethsuram in qua erant aduersarii Iudeorum a Demetrio positi. Et conclusit eos. ita q̄ non poterant exire. nec aliquid ab extra habere. Et postulauerunt ab eo dextras accipere. ut saluis psonis recederent inde. Et posuit in ea presidium. i. armatos de gēte Iudeorum. Et Ionathas & castra eius applicuerunt ad aquam Genesar. i. ad mare Galylee: quod etiam dicitur mare Genesar: siue Genesareth. quasi generans auram. nam illud mare est uentosum. Et tēdebāt illi insidias in mōtibus. Ionathe ignorāte. Ipse aūt occurrit ex aduerso. illoz̄ qui erant in campo. Et fugerunt qui erant ex parte Ionathe. territi ex insidiarum repentina insurrectione. Et scidit Ionathas uestimenta sua. i. paramenta que ponūt ad decorem super arma: & hoc fecit in signum doloris. Et posuit terram in capite suo se humiliando. Et reuersus est ad eos. i. ad aduersarios suos. Et conuertit illos. iā enī recedebant tanq̄ uictores fugiētibus Iudeis. sed Ionathas inuitans eos ad preliū fecit eos conuertere se. Et uiderunt qui fugierunt partis illius. s. Ionathe. Et reuersi sunt ad eum. eius exemplo animati. Et insequebantur cum eo. aduersarios. Vsq; Cades. unde uenerant ad prelium etc.

.XII.

ET uidit Ionathas. Hic cōsequenter describit̄ ducatus Ionathe sub Anthiocho filio Alexandri iam regnante. sub quo uidens sibi prospere succedere & nolens omittere de his que scd̄m humanam prouidentiā facere poterat: ad firmādū populū suum in pace. primo cum extraneis se confederauit. secundo contradictores Alexādri Regis expugnauit ibi. Et audiuit Ionathas. Tertio Triphon eum defraudauit ibi. Et cum cogitasset Triphon. Prima in duas. quia primo ponitur circa cōfederationē epistolarum conscriptio. Secundo sententie recitatio ibi. Et hoc est exemplū. Circa

primum dicit̃. Et uidit Ionathas ꝙ tempus eum iuuat. dicitur tempus esse bonum & iuuare quando contingunt in eo prospera. malum autem & nocere quando aduersa. Et elegit uiros. ad talem legationem aptos. sequit̃. Misit epistolas scd̃m eandē formā id est eandem sententiam. de amicicia statuenda. & renouenda. cetera patēt. Et hoc est exemplū. hic consequenter ponitur recitatio sententie epistolaꝝ. & p̀mo epistole Ionathe misse Sparciatis. Secundo epistole responsiue ab eis ibi. Et hoc rescriptum. In epistola uero Ionathe fit mentio de quinq; primo de quadam epistola prius missa tempore Onie summi sacerdotis a rege Spartiatarum Iudeis: & hoc est quod dicit̃. Iam pridem etc. a Dario. Iosephus. xii. libro antiquitatis iudaice nominat Arium & est idē nomē sicut in latinoni Colaus & Colinus. uocat tñ Spartiatos Lacedemonios recitans epistolam in hac forma. Rex Lacedemoniorū Arius: Onie salutē. legētes scripturam aliquam inuenimus ex uno genere Iudeos & Lacedemones extitisse & familiaritatē cū Abraham socialiter habuisse. Iustum est ergo ut fratres existatis & transmittere ad nos & petere que uobis necessaria indicatis. Facimus uero & nos idē. & uestra propria simul & nostra cōmunia reputamus. portitor litterarum Demotius epistolas uobis defert: quadrangulo scriptas: signaculum habentes: aquilam draconem unguibus deportantem. Et suscepit Onias uirū. qui missus fuerat a rege Spartiataꝝ seu Lacedemoniorum cum honore acceptans eius legationem. Nos cum nullo horū. Hic secundo in epistola Ionathe ponitur scribendi causa cum dicit̃. Nos cum nullo horum indigeremus. i. cum non essemus in aduersitate sed prosperitate. quasi dicat. nō scribimus uobis ex aliqua necessitate a qua nunc uelimus per uos reuelari: sed ex sola amicicia & caritate inter nos & uos nutriēda: habēt̃es solatio sanctos libros legis & prophetaꝝ. qui sunt in manibus nostris. i. non sumus p̄nunc occupati in exercitio armorum: sicut tempore precedenti sed magis in lectione sanctorum librorum. cetera patēt ex dictis. scd̃m Iosephum hec littera. Nos cum nullo horꝝ indigeremus. referē ad scripturam quā Lacedemones dicebant se inuenisse continentē ꝙ erant de genere Abraham: de qua dicit Ionathas ꝙ non indigebant illa scriptura ad p̄positū p̄bandū quia per libros sanctos quos habebant Iudei apud se: hoc sciebant. Sed qui sint illi libri nō dicit Iosephus. in particulari tñ infra eodem capitulo dicā quid sup hoc mihi uidetur. Nos ergo. Hic tertio in epistola dicta fit mentio de fidelitate Iudeorū erga Spartiatas cum dicit̃. Nos ergo in omni tempore. ex quo misistis ad nos p amicicia & fraternitate memores sumus uestri. Vnde in sacrificiis. que fiebant de animalibus. Et obseruationibus. i. aliis oblationibus & uigiliis & orationibus. Nos aūt. Hic q̄rto ponitur ratio quare non scripserant Spartiatis tempore tribulationis & bellorum que acciderant Iudeis cum dicitur. Nos autem circundederunt multe tribulationes etc. & patet per predicta. Nolumus ergo uobis molesti esse petendo a uobis auxilium. nec ab aliis amicis nostris. & subditur causa cum dicit̃. Habuimus enim de celo auxilium q. d. non dimisimus a uobis petere auxilium ex diffidentia de uobis. sed quia non fuit nobis necesse deo nobis auxiliante. Elegimus itaq;. Hic quinto fit mentio de nūciis epistole. p eos dē. n. nuncios scripsit Ionathas Romanis & Spartiatis. sed qa Romani maiores erant ideo prius uerunt ad Romanos & postea ad Spartiatos. & hoc est qd̃ dicit̃. Elegimus itaq; Neumenū Anthiochi. s. filiū. cetera patent ex dictis. Ex hec cū dicit̃. Rex Spartiataꝝ Onias. sic enim uocabat̃ rex Spartiataꝝ tpe Ionathe. Ille uero q prius regnauerat Onie tpe Darius uocabat̃ ut dictū est supra. Inuētū est in scriptura. nō dicit̃ hic: nec etiam in Iosepho: que sit illa. sed potest dici p̄babiliter ꝙ

sit scriptura Gen̄. in q̄ fit mentio de Abrahā & eius genere. Et dicūt aliq q Spartiate descenderūt de Abrahā ꝑ unū de filiis eius ex Cethura natū: q ponunt Gen̄. xxv. sed huic dicto dissonare uidet qđ supra dicit eodē. c. scilicet Lacedemones cōtra Abrahā familiaritatē socialiter habuisse. ꝓpter qđ magis uidet ꝙ descēderūt a Nathor fratre Abrahe: q cū Abrahā socialiter uixit longo tpe. cuius etiā generatio scribitur Gen̄. xxii. cetera patēt ex dictis. Et audiuit. Postq̄ descripta ē cōfederatio Ionathe cū aliis gētibus: hic cōsequenter ponit eius cōflictus cū Demetrii principibus. & ꝑmo ponit eoꝝ debellatio. Secundo Iudee munitio ibi. Et reuersus est Ionathas. Prima in duas. qa ꝑmo ponit Iude conflictus. Secūdo Symonis fratris eius ibi Symon aūt Circa ꝑmū dicit. Et audiuit Ionathas qm̄ egressi sūt ꝑncipes Demetrii. ad uindicādū obprobriū eo ꝙ fuerant a Ionatha debellati: ut habet. c. ꝑcedenti. cetera patēt usq; ibi. Qui constituūt supuenire illuc nocte. i. ad castra Ionathe. ut ea ꝑcuterēt repēte. ꝓpter qđ Ionathas ꝑcepit suis uigilare & ad pugnā ꝑatos esse. Et accenderunt focos in castris suis. simulantes ꝙ ibi manerēt tota nocte: sed eis accēsis fugierūt. Ionathas aūt & q cū eo erant non cognouerūt usq; mane. s. fugā eoꝝ. Et subdit causa. uidebāt enī lumīaria ardentia. ac si essent ibi hoīes. Et diuertit Ionathas ad Arabas q uocāt Zabudei. scđm Iosephū isti sunt q supra. ix. c. dicunt filii Iambri & occiderūt Iohannē Ionathe fratrē. Et uinxit exercitum suum ueniendo. Et uenit Damascum ad confirmandū populū cū Anthiocho. Symon aūt. Hic cōsequēter describit cōflictus Symonis cū aduersariis: cū dicit. Symon aūt exiit de Hierusalē. ubi remanserat ad terre custodiā. Et uenit usq; Ascalonē. & ad ꝓxīa ꝑsidia: ī qbus erāt hoīes Demetrii tenētes ea. Et declinauit Iopen. & subdit causa. Audiuit. n. ꝙ uellēt ꝑsidiū. i. ciuitatis fortaliciū. Tradere ꝑtibus Demetrii. ꝓpter qđ festinauit ipsū rapere ꝓ ꝑte Anthiochi Et reuersus est. Hic consequenter ponit Iudee munitio cū dicit. Et reuersus est Ionathas aduersariis partim fugatis: & ꝑtim occisis. Et conuocauit seniores populi. pro cōsilio habēdo. Et cogitauit cū eis edificare ꝑsidia in Iudea. ad terre fortificationē. Et edificare muros in Hierusalē etc. Disposuit enī facere murū magnū & altū inter arcē: & reliquā ciuitatis ꝑtē. ut illi qui erant in arce nō possent habere uictualia de ciuitate: ideo subdit. Et neq; emant etc. Et ceciderūt muri. i. murus. ita ꝙ ponit ibi plurale ꝓ singulari. sicut frequenter clausura ciuitatis dicit murus & muri in plurali. Sup torrentē Cedron. q currit ex latere orientali Hierusalē. Et repauit eū. s. murū q ceciderat. Et Symon edificauit Addiala & Sephala. etc. noīa sunt fortaliciorꝝ: uel potius duaꝝ ꝑtiū unius fortalicii. Ideo subdit. Et muniuit eā. Et cum cogitasset. hic ultimo describit Ionathe deceptio. circa qđ sciendū ꝙ Triphon audiēs Demetriū esse captū: & incarceratū: ab Arsace rege Persidis & Medie & etiā mortuū ut dicit Iosephus antiqtatis iudaice libro. xiii. c. ix. & . x. cogitauit interficere Anthiochū regē & assūmere sibi regnū. sed qa timuit ne Ionathas q zelabat ꝓ Anthiocho impediret eū: ideo ꝑmo disposuit īterficere Ionathā. & scđm hoc illa que dicūt hic: & . c. sequēti ponūt hic ꝑ āticipationē. qa cōtigerūt post īcarcerationē Demetrii que scribit īfra in ꝑncipio. xiiii. c. Sed hoc stare nō pōt cū textu huius libri. qa ibi dicit ꝙ hec captio fuit anno cētesimo. lxxii. & . c. xiii. dicit ꝙ āno cētesimo. lxx. ablatū est iugū gētiū ab Israel & cepit populus scribere in tabulis & gestis publicis: anno primo sub Symōe sūmo sacerdote: magno duce & ꝑncipe Iudeoꝝ. Symō aūt ī ducatu Ionathe successit. Et ideo cū liber iste sit maioris autoritatis q̄ dictū Iosephi dicendū ꝙ illa que dicūt hic: & capitulo sequēti nō ponūt ꝑ āticipationē: sed scđm tpis ordinē. Sic ergo ꝓcedit qa ꝑmo ponit Triphonis fraudulenta malignitas. Secūdo Ionathe nimia credulitas

ibi. Et credidit ei. Circa ꝑmū patet ex dictis littera usq; ibi. Et exurgēs abiit ī Bethsā
ut caperet & interficeret Ionathā. sed uidēs ꝙ hoc nō poterat facere ꝑ bellū· cōuertit
se ad fraudē & dolū. ideo subdit. Et excepit eū cū honore. ut melius posset eū decipe
& patet littera usq; ibi. Et ueni mecū Ptolomaydā. i. Accon que erat ciuitas magna
de regno. Et tradā illā tibi & reliq̄ ꝑsidia etc. ut custodias noīe regis. Et conuersus
abibo. Et credidit ei. Hic cōsequēter describit ipsius Ionathe nimia crudelitas cum
dicit. Et credidit ei. qa ꝓncipalior erat in domo regis Anthiochi cui Ionathas erat
confederatus & amicus. ut patet ex supradictis. & ignorabat machinatiōes Triphōis
in mortē Anthiochi. Ex qbus remisit ī Galyleā duo milia. eo ꝙ ꝑ ꝓncipes Demetrii
aliqñ faciebant insultū in ꝑte illa ut dictū est supra. xi. c. uersus finem. Clauserunt
portas ptholomēses. sicut mandauerat eis Triphon. Et cōꝑhenderūt eū uiuū. cetera
patēt usq; ibi. Et uidētes hii insecuti fuerant socios Ionathe. Quia ꝑ aīa. i. uita. Res
est illis. s. Ionathe socius. Reuersi sunt. nō audētes cū eis confligere. ꝓpter hoc dixit
Abner ipsi Ioab. ii. Re. c. ii. an ignoras qa piculosa sit desꝑatio? etc.

.XIII.

ET audiuit Symon. Hic incipit q̄rta ꝑs ꝓncipalis huius libri ꝑmi. in q̄ agit de
ducatu Symōis. Et diuidit in duas ꝑtes: qa ꝓmo describit eius ducatus sub An/
thiocho adolescente: & Demetrio q simul regnauerunt certando de regno. Secūdo
sub Anthiocho Demetrii filio. c. xv. Prima in duas. qa ꝓmo describit Iudee pacifi/
catio sub regimīe Symōis. Secūdo federis renouatio cū extraneis. c. xiiii. Prima in
tres. Nā ꝓmo Symō in ducē eligit. Secūdo Triphon repellit ibi. Et mouit Triphō.
Tertio Iudeis libertas reddit ibi. Et elegit Symon. Circa Symōis electionē. Primo
ponit eligendi causa. Secūdo electiōis forma ibi. Acceſsus est. Tertio electi industria
ibi. Et congregatus etc. causa uero eligēdi ducē fuit qa capto Ionatha Triphon cō/
gregauit exercitū magnū ad delēdū popolū iudee: q carēs duce dissolutus erat timore
ꝙ audiens Symon uoluit tanto malo obuiare. Ideo subdit. Et cōgregauit populū.
ad ipsū confortandū. Vos scitis etc. ꝑ legibus seruandis: Et ꝑ sancto. i. tēplo & cultu
diuino uenerādis. ꝑlia. i. labores ꝑliorꝫ. Et āgustias. cordis & corpis. Quales uidimus. i.
expti sumus: & sustinuimus. Horꝫ gratia pierūt fratres mei oīes. ut patet ꝑ ꝓdicta.
Et nūc nō mihi cōtingat parcere aīe mee. i. uite mee corpali. In oīi tpe tribulatiōis.
populi mei. uindicabo itaq; gētē meā. occisā & captiuatā. Et sancta a gentilibus cō/
taminata. Quia cōgregate sūt uniuerse gētes. & est hypbole ad designandū ꝙ Tri/
phonis exercitus erat cōgregatus ex multis gētibus. Cōterere nos inimicicie gratia. i.
odio solo sine culpa nostra. Et accensus. Hic consequēter ponit electiōis forma: cum
dicit. Et accensus est ſpūs populi simul etc. Nā pari cōsensu & uolūtate elegerūt eū
producere: ideo subdit. Et ola quecūq; dixeris nobis faciemus. obediendo tibi usq; ad
mortē. Et cōgregans. Hic cōsequēter ponit electi industria: cū dicit. Et cōgregās
oīes uiros bellatores. ut eēnt pati cōtra Triphonē. Accelerauit cōsūmare oīes muros
Hierusalē. quos īcepat Ionathas: ut habet. c. ꝑcedēti. Et misit Ionathan filiū Assa/
lonii q erat fidelis amicus sibi. Et cū eo exercitū nouū in Ioppen. Et dicit nouū. Nā
añ posuerat ibi Symon custodes ut habet. c. precedēti. sed timebāt ne traderēt Iopen
Triphoni ꝓpter qđ misit alios de qbus magis confidebat. Et monuit Triphon. Hic
cōsequēter ponit repulsio conatus Triphōis. & hec fuit duplex secunda ibi. Et post
hec uenit. Circa ꝓmū patet littera usq; ibi. Symon aūt applicuit cum exercitu suo in
Adduſ cōtra factē cāpi. Erat. n. locus altus unde poterat planities terre a lōge uideri.
Et ut cognouit Triphō qa surrexit Symō. institutus dux populi. Et qa cōmissurus
eēt aduersus eū ꝑliū: ipsū reformidās cōuertit se ad dolū dicēs. Pro argēto qđ debebat

frater tuus Ionathas in ratione regis. i. in cõputo de uectigalibus ab eo receptis: qđ debebat reddere regi. Et cognouit Symon qa cũ dolo loqueret. Nã erat homo prudens ꝓpter qđ supra. ii. c. dicit uir cõsilii. Misit tñ dari argẽtũ & pueros. ad eurãdũ maius malũ. s. discessũ populi ab eo ꝓ odiũ. & sic populus defacili periisset existẽs sine duce & dispsus: & ꝓ consequens ꝓisset cultus diuinus. Ideo subdit. Ne inimicicia. & sic patet ꝙ bene fecit sicut bene ꝓciunt merces in mari ꝓpter salutẽ corpoꝝ qđ ẽ maius bonũ. & patet littera. Et post hec. Hic cõsequenter ponit secũda Triphõis repulsio. Secũdo innocẽtũ ab eo occisio ibi. Et cũ appropiasset. Circa ꝑmũ dicit. Et post hec uenit Triphon intra regionẽ. s. Iudee. Et Symon & castra eius ambulabant in omnẽ locũ quocũq; ibãt. s. Triphon & castra eius. Vt obuiaret eis in plũ. anteq̃ uastarẽt terrã Iudee. Qui aũt in arce erant. s. in munitiõe Hierosolimitana contra populum Israel. Miserũt ad Triphonẽ legatos occulte. ut festinaret uenire. ꝓ desertũ ubi non obseruabat Symon. Erat. n. nix ualde multa. hoc ponit ad ostẽdendum aduentus sui impedimentũ. Nã sicut dicit Iosephus tãta nix cecidit in deserto ꝙ nõ potuit uenire sicut dispposuerat. Et cũ appropiasset. Hic cõsequenter ostẽdit malignitas Triphõis in occisiõe innocẽtũ: & ꝑmo Ionathe ducis. Secũdo Antbiochi regis ibi. Triphõ aũt Circa ꝑmũ dicit. Occidit Ionathan & filios eius in odiũ Iudeoꝝ. & ut postea libertus occideret dñm suũ ut dictũ est. c. ꝓcedẽti. cetera patẽt usq; ibi. Et statuit. Vii. Pyramidas. Est aũt Pyramis edificiũ latius inferiori ꝑte: tendẽs supius in acutũ. & dicit a pyr qđ ẽ ignis q ẽ talis figure. Fecit aũt duas pyramidas. ꝓ patre suo & matre: & .iiii. ꝓ fratribus. septimam aũt ꝓ se. & sic adhuc uiuẽs fuit sollicitus de sua sepultura. Et bus circũposuit colũnas magnas. ad sustẽtamẽtũ edificii. Et sup colũnas arma sculpta. ut dicũt aliq. aliq uero arma uera. sicut supra sepulchra militũ ponũt scuta & uexilla. Et memoriã eternã. ꝙ mortui erant in defensiõe gẽtis sue. Triphon aũt. Hic cõsequẽter ponit malignitas Triphonis in occisiõe dñi sui regis. & patet littera usq; ibi. Et fecit plagã magnã in terra. sicut dicit Prouer. xxi. Cũ impii sũpserint ꝑncipatũ gemet populus. Et edificauit Symon ꝑsidia Iudee. ad resistendũ Triphonis malicie. Et elegit Symon. Hic cõsequẽter circa Iudeos describit libertatis restitutio. & ꝑmo ponitur eius adeptio. Secundo executio ibi. In diebus illis. Circa ꝑmũ sciendum: ꝙ licet Rex Demetrius fugisset de plio: sicut uictus supra. xi. c. tñ postea recollegit se in una parte regni: & aliq ꝑncipes & milites recedẽtes ab Antbiocbo adbeserũt sibi pugnãtes ꝓ eo cõtra Ionathan: ut dictũ ẽ supra. xi. c. & .xii. Sed postea Antbiocbo occiso & Triphõe regnãte: ꝓ eo Iudei magis elegerũt adherere Demetrio: a quo ꝑus recesserãt. eo ꝙ mẽtitus fuerat Iónathe ꝓmissa: ut habet supra. xi. c. quã Triphonis q Ionatham dolose cepat: & ipm cũ filius suis nequiter occiderat. & Demetrius libẽter eoꝝ recõciliationẽ recepit ut cõtra Triphonẽ iuuarẽt eũ q dolose occupauerat regnũ & sic cũ Iudeis descendit ad eoꝝ uolũtatẽ. Et hoc est qđ dicit. Et elegit Symõ uiros ad negociũ aptos. Et misit ad Demetriũ regẽ. rogãdo. Vt faceret remissionẽ regni. s. Iudee de tributis & exactiõibus impositis a Syrie regibus. Quia oñes actus Triphonis. ꝓ direptionẽ. alia littera. Per deceptionem erant gesti. hec clausula ponit ad ostẽdendũ q̃liter Symon misit legatos ad Demetriũ qa oñes actus Triphonis erant ꝓ deceptionẽ & dolũ. ut patet ex predictis. uel ꝓ direptionẽ. i. dissipationẽ iusticie & ueritatis. & in idẽ redit. ꝓpter qđ Symõ cũ eo fedus uoluit cõtrahere. sed magis cõtra ipm Demetriũ adiuuare. cetera patẽt usq; ibi. Coronã aureã & baben. i. ornamẽtum colli ex annulis aureis cõtextũ. Hec misit Symon Demetrio & ipse suscepit in signũ sancte recõciliatiõis. Et scribere ꝓpositis regis. i. ꝓpositis nostris remittere uobis. Que

indulsimus a tpe Ionathe. quecúq; .n. constituimus uobis túc. cóstant. i. firmiter stãt
núc: & in futuꝝ. Remittimus quoq; ignorantias & peccata. i. si p ignorantiã fecistis
aliqd cótra nos p Anthiocho. Et si q ex uobis apti sút cóscribi inter nostros. s. amicos.
Cóscribant & fiat inter nos pax. s. firma & libera. Ideo subdit. Ablatũ ẽ iugũ gẽtiũ
ab Israel. s. plenarie. añ uero fuerat ablatũ ptialiter & ípfecte. & qa istud fuit factũ
notabile ideo subdit. Et cepit populus Israel scribere in tabulis & gestis publicis anno
p̀mo sub Symóe etc. tales. n. annotationes tpoꝝ incipiút ab aliquo euentu notabili.
Sicut Iudei p̀mo scripserút ab exitu de Egypto postea de reditu a Babylóe. & con/
similiter. hic a pótificatu Symóis & eius ducatu sub quo libertas fuit eis restituta. In
diebus illis. Hic cósequẽter ponit executio dicte libertatis. & p̀mo impugnãdo Gazã
Secúdo arcẽ ibi. Qui aút erãt í arce. Circa p̀mũ dicit. In diebus illis Symó applicuit
ad Gazã. que multũ erat nociua Iudeis. Et circúdedit eã castris. i. bellatoꝝ cuneis.
Et q erupant. i. effugerant de turre capta erant Machinã in ciuitatẽ. i. refugerãt ad
quandã munitionem ciuitatis sic noiatã. Et factus est motus magnus. s. timoris. ideo
seqtur. Et ascẽderút etc. & patet littera usq; ibi. Et nó debellauit eos. s. occidẽdo. Et
emũdauit edes in qbus fuerãt simulacra. Nã habitatores erãt idolatre. Et tũc ítrauit
eã cũ hymnis bñdicens dñm. attribuendo illã uictoriam deo. Et abiecta ab ea omni
inmũdicia. idolatrie. Collocauit in ea uiros q legẽ facerent. i. Iudeos. Et muniuit eã.
cótra aduersarios. Qui aút. Hic cósequenter ponit arcis impugnatio cũ dicit. Qui
aút erant in arce Hierusalẽ pbibebant etc. s. p murũ inter arcẽ & ciuitatẽ edificatũ
ut dicit supra. xi. c. Et p custodias armatoꝝ. supadditas a Symóe. cetera patẽt usq;
ibi. Et Cynaris. Cynara cynare musicũ est ístrumẽtũ: dictũ a cyo cyes qđ idẽ est q̃
moueo moues: qa suo sono mouet aerẽ. Et nablis. i. cytharis. Quia cótritus ẽ inimi/
cus magnus. i. populus existẽs in arce q multũ grauabat populũ & impediebat cultũ
diuinũ. cetera patẽt usq; ibi. Et uidit Symó Iohannẽ filiũ suũ q̃ uir eẽt p̃lii. i. fortis
industris. s. ad bellandũ. Et posuit eũ ducẽ uirtutũ. i. bellatoꝝ. Et habitauit in Ga/
zaris. i. í Gaza & eius suburbus. s. Iohãnes. ut resisteret aduersariis etc. .XIIII.

ANno centesimo. lxxii. Post adeptionẽ libertatis. Hic cósequenter agit de re/
uocatióe amicicie & familiaritatis. & diuidit in tres ptes. qa p̀mo ponũtur duo
p̃ambula. Secũdo reuocatio ipsa ibi. Et auditũ ẽ. Tertio dignitas pótificalis Symóis
cóstituta ibi. Et hoc exẽplũ. Primũ p̃ambulũ est captio Demetrii regis cuius notat
tpus cũ dicit. Anno cẽtesio. lxxii. regni Grecoꝝ. & sic est intelligẽdũ, cetera patẽt.
Et siluit. Hic ponit secundũ p̃ambulũ qđ est pacificatio iudee sub Symóis regimíe
cũ dicit. Et siluit etc. s. a p̃lis nociuis. Et quesiuit bona genti sue. p̀ncipalius q̃ sibi.
qa bonũ q̃nto cómunius tãta diuinius. Et placuit illis. s. Iudeis. Potest Symonis. q̃tũ
ad ducatũ. Et gloria. q̃tũ ad pontificatũ. Et cũ oĩ gloria sua. i. cũ oíbus aliis que
fecerat glorióse. Accepit Ioppẽ in portũ. s. maris. Ideo subdit. Et fecit introitum in
insulis maris. ad q̃s Iudei habebãt liberũ accessũ p illũ portũ. Et cógregauit captiui/
tatẽ multã. Hoc intelligit dupliciter. Vno mó de gẽtilibus quoꝝ multos captiuauit
alio mó de iudeis quoꝝ multos de captiuitate redemit. & ad Iudeã reduxit. Et dñatus
est Gazare etc. sicut patet. ca. p̃cedẽti. Et unusq;q; colebat terrã suã. í quo notat
pacis securitas. Et terra iuda dabat fructus suos etc. ecce terre fertilitas. Seniores in
plateis sedebant omnes. in quo apparet bonm lógeuitas. Et de bonis terre tractabãt.
ecce iusticie ueritas. Et iuuenes induebãt se gloria. ecce populi iocúditas. Et stollas
belli. i. arma bellica. ecce strennuitas. Ideo tpe pacis utebãt talibus ut si bellũ insur/
gerẽt scirẽt se armare & possẽt facilius arma portare. Ciuitatibus. i. ciuitatũ paupibus

Tribuebat Symon alimonias: & cõstituebat eas ut essent uasa munitiõis. i. apte ad fui defẽsionẽ si eẽt necesse. & qa tot bona puenerũt sub Symonis regimíe. Ideo subdit de ipso. Quo adusq; denotatũ ẽ nomẽ glorie eius usq; ad extremũ terre. i. ualde lóge: & est hypbole. cetera patẽt usq; ibi. Sancta glorificauit. i. tẽplũ & atria. Et multiplicauit uasa sanctoꝝ. a qbus utebãt sacerdotes ad diuinũ cultũ. Et auditũ est Rome. Hic cõsequenter describit renouatio amicicie. & ꝑmo scribẽtibus extraneis. Secũdo scribẽtibus Iudeis ibi. Post hoc aũt. Circa ꝑmũ dicit. Et auditum est Rome. & patet usq; ibi. Scripserũt. ubi ponit scriptura Romanoꝝ de renouatiõe amicicie cũ iudeis: quã fecerũt cũ Iuda: ut habet supra. viii. c. & cũ Ionatha. xii. Secũdo ponit scriptura Spartiataꝝ de renouatiõe amicicie cũ Iudeis cũ dicit. Spartianorum ꝑncipes & ciuitates. i. ciuitatũ rectores. Núcciauerũt nobis de uestra gratia gloria & honore. ex aduersariorũ uestrorũ debellatiõe & restitutiõe libertatis & pacis consecutione. Et scripsimus que ab eis erant dicta in cõciliis populi de terra. i. in libris autenticis í qbus erant scripta populi decreta. Et seqt forma scribendi cũ dicit. Muniemus Antbiochi s. filius etc. Et ponere exẽplũ sermonũ eorũ í segregatis populi libris. i. in libris ad ptẽ diligẽtissie reseruatis. Post bec aũt. Hic cõsequẽter ponit renouatio amicicie ꝑ núcios iudeorũ. & patet littera usq; ibi. Quoniã gratiarũ actionẽ reddemus Symõi & filiis eius. restitit. n. etc. q. dicãt nõ solũ reddẽde sũt sibi gratie & honores ꝑ amicicia quã a nobis requisiuit: & ꝑpter exenniũ nobile qd̃ misit. Sed etiã ꝑpter eius ꝑbitates qbus aduersarios populi sui uiriliter expugnauit. Et statuerũt ei libertatẽ ab oĩi tributo & scripserũt in tabulis ereis. ad memoriã in futuro. Et posuerũt. s. Iudei tabulas illas. In titulis. i. in aliis scriptis ad memoriã reseruatis. Et boc est exẽplũ. Hic cõsequẽter describit põtificalis dignitas Symoni & eius heredibus constituta ab oĩi populo Iudeorũ ꝑ scripturã autenticã uel decretũ de quo dicit hic. Exẽplũ etc. Circa quã constitutionẽ ꝑmo ꝑ modũ cuiusdam plogi ponitur tpus cũ dicitur. Octauo die mensis Elub. i. augusti. Anno cẽtesimo. lxxii. regni Grecoꝝ. Et ãno. ii. sub Symõe etc. & sic patet ꝙ descriptio huius institutiõis uel decreti facta ẽ ualde solleniter. s. ꝑ tpa regũ & põtificũ. Sicut ꝑdicatio beati Iohãnis baptiste Luce. iii. In cõuentu magno sacerdotũ etc. In quo describitur notabilis populi cetus. Symon autem. Hic cõsequenter subditur multiplex ratio ꝑpter quã põtificalis dignitas cõcessa ẽ. Symõi & eius filiis cũ dicit. Symõ aũt Mathathie filius. ex filius Idaib. Fuit enĩ iste Mathathias sacerdos de sorte uel uice Iarib. sicut dictũ ẽ supra. ii. c. sicut Zacharias pater Iohãnis dicit de uice alia. Luce. i. Dederũt se piculo. ut patet ex supradictis. Vt starẽt sancta eorũ. i. tẽplũ. Et lex quã uolebat Antbiochus abolere. Et gloria magna. i. diuinus cultus quem uoluit destruere. cetera patẽt ex dictis usq; ibi. Tũc restitit Symõ. ut patet ex ꝑdictis. c. iiii. Et erogauit multas peccunias de substãtia sua ꝑ sua gẽte defẽdẽda. Et quecũq; apta erãt ad correctionẽ eorũ. i. ad repssionẽ aduersariorũ ut balistas arcus & cõsimilia. Et uidit populus. Hic cõsequẽter tertio ponitur dicte cõstitutiõis siue institutiõis actus. cũ dicitur. Et uidit populus actum Symõis. i. eius facta ualde notabilia. Et posuerũt eũ ducẽ suũ. supra. xiii. c. Posuerant eũ ducẽ suũ. ꝑ ꝑsona sua & simplici uerbo. hic aũt posuerũt ducẽ & põtificẽ nõ solũ ꝑ se sed ꝑ posteritate sua. & boc firmauerũt immutabili decreto. cetera patẽt usq; ibi. Et inferebãt plagã magnã castitatis. i. mũdicie tẽpli & cultus diuini. & ꝙ mulieres hebreas rapiebãt aliqñ illis abutẽtes. Et rex Demetrius statuit illi sũmũ sacerdotiũ. c. põcedẽti. Audiuit. n. etc. i. nõ solũ honorificauit eũ ex amore uel ut ab eo iuuaret ut dictũ ẽ. ca. põcedẽti. sed ne a Romanis punirẽt si ostẽderet se aduersariũ Symõi & Iudeorũ genti. Et qa Iudei & sacerdotes

eoꝝ. repetitio ē eiuſ qđ p̄miſſū eſt ad maiorē affirmationē. In eternū. i. p ſe & ſua poſteritate. Donec ſurgat ꝓpheta fideliſ. i. Meſſias a Iudeis expectatus & ꝓpheta eis p̄miſſus. Deut. xviii. ꝓphetā ſuſcitabo eis etc. & ſic eſt adimpletū qa filii Symonis tenuerūt p̄ncipatū & ſacerdotiū uſq; ad Herodē Aſcalonitā. cuiuſ tpe natuſ ē xp̄uſ. Math. ii. q ē rex & ſacerdoſ ineternū. Et ut ſit ſup eoſ dux in regimine tpaliū. Et ut cura eēt illiſ p ſāctis ī regimīe ſpūaliū. Et ut cōſtitueret prepoſitoſ ſub ſe ī utroq; regimīe. Et ſup arma. ut nulluſ moueat bellū ſine eiuſ licētia. Et ut audiat̄ ab hoī/ buſ. i, obediat̄ ī oībuſ. Et ſcribāt̄ ī noīe eiuſ oīmeſ cōſcriptiōeſ. i. acta publica. dicēdo actum anno tali Symōis. Et ut opiat̄ a purpura & auro. i. ueſtibuſ auro textis uel aurea corona. Et ne liceat. Hic q̄rto ponit̄ dicte cōfirmatio cum dicit̄. Et ne liceat ulli de populo. cuiuſcūq; cōditiōis aut ſtatuſ. Irritū facere aliqd hoꝝ. & ſubdit̄. pena tranſgreſſoꝝ cū dicit̄. Qui aūt fecerit extra hoc etc. Reuſ erit. ſ. mortis uel alteriuſ pene ſcđm modū & q̄titatē culpe. Et cōplacuit omni populo dicta ordinatio. & qa ad hoc reqrebatur cōſenſuſ Symōis ſubditur. Et ſuſcepit Symon etc. Et ſcripturam iſtā dixerūt ponere in tabuliſ ereis. ad ꝑpetuā memoriam. Et ponere eaſ in ꝓybolo ſāctoꝝ. i. in muro cingēte tēplū. a peri qđ ē circū. Exēplū aūt eoꝝ pecunie ī erario .i. in loco magiſ publico. Vt habeat Symon & filii eiuſ. i. uideant cū uoluerint. etc.

ET miſit rex. Hic cōſequēter deſcribit̄ ducatuſ Symōis ſub .XV. anthiocho ultio Demetrii filio. & diuidit̄ ī duaſ pteſ. qa p̀mo deſcribit̄ huiuſmōi ducatuſ. Secūdo ipſiuſ Symōis obituſ. circa mediū. xvi. c. Et Ptolemeuſ etc. Prima in teſ. qa p̀mo ponit̄ Anthiochi cū Symone federatio. Secundo federiſ ruptio ibi An/ thiochuſ aūt. Tertio ruptionis punitio in p̀ncipio. xvii. c. Prima adhuc in teſ. Nā p̀mo ponit̄ dicta cōfederatio. Secūdo Triphōis ſecutio ibi. Anno cēteſio etc. Tertio cuiuſdā ſupiuſ dicti declaratio ibi. Venit aūt. Prima adhuc in duaſ. qa primo ponit ſcriptura federatiōis motiuum. Secūdo federiſ modū ibi. Núc ergo. Ibi uenit autem Numeniuſ. Circa p̀mū dicit̄. Et miſit rex Anthiochuſ filiuſ Demetrii. Ioſephuſ dicit ip̄m fuiſſe fratrē. ſed autoritati Ioſephi nō ē credēdū. cōtra autoritatē huiuſ libri ut ſupra dictum ē. Epiſtolaſ ab inſuliſ mariſ. adhuc. n. nō obtinebat regnū Syrie. Ideo querebat federari cū Symōe. Quoniāqdē peſtilenteſ etc. ſ. Triphon & ei adherenteſ. cetera patēt. Núc ergo. Hic cōſequēter ponit̄ cōfederationiſ moduſ: cū dicit̄. Núc ergo ſtatuo tibi omneſ oblatiōeſ. i. gratiaſ: & cōceſſiōeſ regū p̄cedentiū. Et p̄mitto tibi facere p̄cuſſurā ꝓpriū nūmiſmatiſ. Hoc addidit ad cōceſſiōeſ regū p̄cedēciū. ce/ tera patent uſq; ibi. Cū aūt obtinuerimuſ. ubi fit promiſſio de futuro. que tñ nō fuit impleta ut habet̄ infra. nā obtēto regno alienauit ſe a Symōe. Et ideo taleſ p̄miſſi/ oneſ uidebant̄ ſimiliatorie quouſq; eēt in regni poſſeſſiōe. Anno cēteſimo etc. Poſita federatiōe cū Symōe: hic cōſequenter ponit̄ inſecutio Triphōis a rege. & patet littera uſq; ibi. Cū cētū. xx. milibuſ utroꝝ belligeratoꝝ. ſ. p̄dictū. Et circuiuit ciuitatem. ponenſ in circuitu eiuſ obſidionem apte terre. Et naueſ a mari acceſſerūt. & ſic fuit obſeſſa ciuitaſ p̄ terrā & p̄ mare. Et uexabant ciuitatē teliſ & machiniſ. Venit autē. Hic ponit̄ cuiuſdā ſupradicti declaratio. dictū. n. fuit. ca. p̄cedenti q̄ Romani ſta/ tuerūt Symōi libertatē & deſcribſerūt ī tabuliſ ereis: & nō fuit ibi dictū q̄ eēt tenor illiuſ ſcp̄ture. & q̄ fuit núciuſ. Ideo hic declarant̄ iſta. & p̀mo q̄tū ad núciū cū dicit̄. Venit aūt Numeniuſ. Secūdo q̄tū ad ſcripture tenorē. cū dicit̄. Tutiuſ cōſul Ro/ manoꝝ. Tunc enī Romana ciuitaſ p̄ cōſuleſ regebatur. Ptolomeo regi. ſ. Egypti. cetera patēt uſq; ibi. Viſū ē aūt nobiſ accipe ab eiſ clipeū. in federiſ & amicicie ſignū. Si q ergo peſtilētes Iudei ut uindicet in eo ſcđm legē ſuā. inferendo debitā penam.

hec eadem ſcripta ſũt Demetrio Regi. ſ. Syrie. ex quo patet q̄ iſtud ponit̄ hic per recapitulationē. Nam hoc cõtigit Demetrio patre Anthiochi adhuc regnante. hoc etiã patet p̄ illud qđ habet̄. ca. p̄cedenti. ſ. q̄ rex Demetrius fecit Symonē amicum ſuũ: & glorificauit eũ: & ſubdit̄ ad hoc una ratio cũ dicit̄. Audiuit. n. qa appellati ſũt Iudei a Romanis amici. Ex quo patet q̄ iã recepat litteras iſtas de renouatiõe amicicie inter Romanos & Iudeos & Attalo & Arabe etc. ubi ponũt̄ plures reges & terre qbus Romani ſcripſerũt p̄ iudeis in forma p̄miſſa. Exēplũ aũt eorũ ſcripſerũt Symõi. ut ſciret qd regibus eẽt ſcriptũ p̄ populo Iudeorũ. Anthiochus aũt. Hic ponit̄ federis Anthiochi cũ Symõe ruptio. & hoc tripliciter. Primo p̄ ſignũ qa refutauit Symonis donũ: & auxiliũ. & hoc eſt qđ dicit̄. Anthiochus aũt rex applicuit caſtra Iudeorum Secũdo obſidionē. n. ſoluerat p̄pter byemẽ uel aliã cauſã amouens eis ſemp manus. i. faciẽs eis inſultus. Et miſit ei Symõ etc. Et uoluit ea accipe. ut oſtẽderet diſſolutionē federis & amicicie. Et miſit ad eũ. Hic ponit̄ ruptio federis uerbo. qa miſit ſollemnem nũciũ ad repetendũ ciuitates plures & tributa. Et patet littera uſq; ibi. fines eaꝝ deſolaſtis. incẽdẽdo. Et feciſtis plagã magnã in terra. boies interficiẽdo. & exterminiũ. i. p̄ exterminio locorũ & hoim. cetera patẽt uſq; ibi. Et obſtupuit. i. miratus fuit. de tanto ſtatu Symonis. cetera patẽt uſq; ibi. Reuerſus eſt aũt cũ ira ad Regẽ. eo q̄ Symõ nõ rñderat ſcđm ſuã uolũtatẽ. Et iratus ẽ rex. Hic cõſequenter ponit̄ ruptio federis facto qa rex p̄cepit inuadere Iudeos. Ideo ſubdit̄. Et cõſtituit rex Cendebeũ ducẽ maritimũ. i. in terra ſupra mare mediterraneũ ſita: & Iudee p̄pinq̃. Et mãdauit illi caſtra mouere. i. acies armatorũ ducere. Et mandauit ei edificare Cedronẽ. i. foralicium ſic noiatũ. eo q̄ erat ſup torrentẽ Cedron ſitũ. ut p̄ hoc poſſet melius impugnare Iudeã. Et obſtruere portas ciuitatis. ſ. Hieruſalẽ hoibus armatis. Rex autem p̄ſequebat̄ Triphonẽ. q de Doran latenter fugerat p̄ nauem. Et p̄uenit Cendebeus ianuã: ad inuadendũ Iudeã. Ideo ſubditur. Et cepit irritare plebẽ etc. ut egreſſi de Cedrone ex improuiſo ad dep̄candũ populũ & occidendũ. etc.

.XVI.

ET aſcendit. Hic cõſequẽter deſcribit̄ p̄dicte ruptiõis federis punitio. Circa quã p̄mo ponitur diſpoſitio exercitus. Secundo cõflictus ibi. Et ſurrexerunt. Circa p̄mũ dicit̄. Et aſcẽdit Iohannes de Gazaris. in Hieruſalem: que eſt in altiori ſitu q̄ Gaza. Et nũciauit Symoni patri ſuo. qa ſine eius licentia nolebat pugnare cũ Cendebeo. ſicut fuerat ordinatũ ſupra. xiii. c. p̄ ſacerdotes & populũ. Et uocauit Symõ duos filios ſuos ſeniores. q poterãt uſq; ad bellũ p̄cedere. cetera patẽt uſq; ibi. Et elegit de regiõe. xx. milia uiroꝝ peditũ. Et dormierũt in Modin. accipiẽtes reqem ut eẽnt magis expediti ad belli laborẽ. Et ſurrexerũt. Hic cõſequenter ponit̄ belli cõflictus cũ dicit̄. Et abierũt in cãpũ. pati ad p̄liũ. Et fluuius torrens erat inter mediũ ipſoꝝ. ſ. duoꝝ exercituũ. Et admouit caſtra. ſ. ipſe Iohannes. Et tranſfretauit primus. ut daret aliis audaciã tranſfretãdi. Et diuiſit populũ p̄ acies & eqtes. in medio peditũ. ſ. poſuit ne eq ab aduerſariis uulnerarent̄. Et exclamauerũt ſacris tubis. ſcđm p̄ceptũ legis. iiii. Re. x. Reſidui aũt in munitionẽ fugerũt. ſ. in Cedronẽ. Et uulneratus eſt Iudas. Hoc exp̄mit̄ ad denotandũ aſoſitatẽ Iohãnis q nõ dimiſit aduerſarios p̄ſequi p̄pter uulnerationẽ ſui fratris. Donec uenit Cedronẽ. ſ. Cendebeus qđ patet ex hoc qđ ſeqt̄. Quã edificauit. & fugerũt uſq; ad turres: ſ. alii. qa fugientes de bello uadũt p̄ uias plures diſpſi. Et ſuccendit eas igni. ſ. Iohãnes & eius exercitus. Et Ptholemeus. Deſcripta ſupius uita Symonis uirtuoſa: hic cõſequẽter deſcribit̄ morſ eius p̄ditoſa. cuius motiuũ fuit ambitio que ponit̄ cũ dicit̄. Et Ptholemeus filius Abobi cõſtitutus erat dux. a ſocero ſuo Symõe. In cãpo Iericho. i. in una p̄te iudee. Et exaltatũ ẽ cor

eiuſ ꝑ ſupbiã. Et uolebat obtinere regionẽ. i. totã iudeã ꝑ ãbitionẽ ſuã. Et cogitabat. Hic ſecũdo ponit obtinẽdi mediũ. qđ fuit negſſia ꝓditio. Ideo dicit. Et cogitabat dolũ etc. Symõ aũt ꝓambulãſ ciuitateſ. ut uideret ꝙliter eẽnt gubernate: & cõtra aduerſarioſ munite. Deſcẽdit e Iericho. ubi gener ſuuſ erat dux ab eo conſtitutuſ. Hic ẽ Suſis Sebath. debet ſcribi Sebeth. & corrñdet ianuario. Et ſuſcepit eoſ filiuſ Abobi ſimulãſ amicitiã cũ ſocero ſuo: & filiuſ eiuſ ut magiſ eoſ decipet. Et fecit eiſ cõuiuium magnũ. ut faciliuſ eoſ occideret. Ideo ſubdit. Et cũ iebriatuſ eẽt Symõ. i. cõuenienter ſaciatuſ cibo & potu: eodẽ mõ loquẽdi quo dicit. Cãti. v. Comedite & bibite & iebriamini cariſſimi etc. Et miſit rex. Hic tertio ponit intẽtiõiſ Ptholemei fruſtratio per Iohãnẽ q euadẽſ eiuſ dolũ pugnauit fortiter poſtea cõtra eũ. & defẽdit & tenuit Iudeã ualde magnifice poſt patrẽ ſuũ. Ideo dicit. Et miſit aliоſ. ſatellitеſ ſuoſ. In Gazã tollere Iohãnẽ. i. eũ cape & occidere. & tribuniſ exercituſ Iohãniſ. Miſit epiſtolaſ etc. Et ꝓcurrẽſ ſatellitеſ Ptholemei miſſoſ ad ꝓdicta loca. Quidã de pueriſ Symõiſ. qa Ptholemeuſ nõ oñeſ occiderat ſed aliquoſ ex eiſ: ut dictũ eſt ſupra. Nũciauit Iohãni. ut euaderet dicta picula. Vt audiuit aũt uehemẽter expauit. i. admiratuſ fuit de doloſitate tãta. Et cõꝑhẽdit uiroſ q uenerãt ꝓdere eũ. & eodẽ mõ ꝓcauit aliſ piniſ. qbuſ docuit populũ. & belloꝝ eiuſ. qbuſ defẽdit eũ. & bonaꝝ uirtutũ qbuſ fortiter geſſit. inter ꝙſ fuit uictoria notabiliſ. Quã habuit de Hyrcaniſ. Ex ꝙ cognominatuſ ẽ Hyrcanuſ & edificii muroꝝ quoſ cõſtruxit ĩ Hieruſalẽ & ĩ iudea ad terre fortificationẽ. Et reꝝ geſtaꝝ eiuſ. que fuerũt mirabiliſ & multe. Vnde dicit Ioſephuſ libro iiii. ꝙ ipſe habuit ſpũm ꝓphetie. Ecce hec ſcꝑta ſũt ĩ libro dieꝝ ſacerdotii eiuſ. Hunc aũt librũ nõ habemuſ ſicut nec plureſ aliоſ de qbuſ fit mẽtio ĩ libriſ Regũ & Paral.

¶ Incipit poſtilla ſup ſecũdo libro Machabeoꝝ

Capit. primum.

Fratribuſ q ſũt ꝑ egyptũ Iudeiſ. Liber iſte ſecũduſ Machabeoꝝ quedã ẽ abreuiatio cuiuſdã magni uoluminiſ a Iaſõe Cyreneo cõſcꝑti: habẽteſ. v. libroſ ꝓtialeſ: ĩ qbuſ facta Iude Machabei: & ſocioꝝ eiuſ diffuſe tractãt. ſed ĩ hoc libro ponit breuiter & ſuccinte: ut patet ex fine ca. ii. ut q ꝓpter pauptatẽ ꝓdictũ uolumẽ magnũ nõ poſſẽt habere: uel ꝓpter eiuſ ꝓlixitatẽ ateditati eẽnt legere: iſtud cõpẽdiũ poſſẽt habere defacili & ſine tedio ꝓcurrere legẽdo. fuit aũt hec cõpilatio facta tpe Demetrii ſecũdi. ut magiſ uidebit ĩfra. & miſſa iudeiſ habitãtibuſ ĩ egypto ab illiſ q erant in Iudea: q cũ hoc ĩ huiuſmõi libri ꝓfatiõe rogauerũt eoſ aliq̃ſ ſollẽnitateſ ſuſcipe: que ab eiſ fuerãt rõnabiliter inſtitute. Igit liber iſte ĩ duaſ ꝓteſ diuidit. ſ. ĩ ꝓlogũ: & tractatũ. q ſcipit. iii. c. In ꝑma uero parte ꝑmo ponit ſuaſoria ad obſeruãtiã duplicis feſti. Secũdo breuiter tãgit materia huiuſ libri. ii. c. ibi. De Iuda uero Machabeo. Circa ꝑmũ. ꝑmo ſcribẽteſ captãt illoꝝ qbuſ ſcribũt benuolẽtiã. Secũdo ſuaſãt eoſ ad feſti duplicis obſeruãtiã ibi. Regnãte Demetrio. Tertio ſuã iferũt ĩtẽtionẽ ibi. Acturi igit. Circa ꝑmũ captãt dupliciter eoꝝ benuolẽtiã. ſ. eoſ amicabiliter ſalutãdo: & ꝑ eiſ ſipliciter exorãdo ibi. Bñfaciat uobiſ. Circa ꝑmũ dicit. Eratribuſ. qđ ẽ nomẽ amicabile. Nã frater dicit ꝙſi fere aliter ipe. & uocãt eoſ fratreſ eo q erãt de eadẽ gẽte: & ſub eadẽ lege. Qui ſũt ꝑ egyptũ iudeiſ. ſ. diſpſi. Ptholemeuſ. n. Lagi filiuſ q poſt Alexãdrũ magnum ꝑuſ regnauit ĩ egypto ſicut ſupra dictũ ẽ ĩ ꝑmi libri ỏncipio: multoſ iudeoſ captiuauit. quoꝝ aliquoſ Ptholemeoſ Philadelphuſ ei ſuccedẽſ relaxauit ĩ fauorẽ. lxx. interꝑtũ: q ſibi libroſ moyſi

& scd̄m aliquos uetus testamētū trāstulerūt de hebreo ī grecū. multi tñ remāserūt in Egypto. & pcedēte tpe acqsiuerūt bona tpalia & p plūs pcreationē multiplicati sūt. qbus iudei manētes ī iudea scp̄serūt. ideo subdit. Salutē dicūt fratres etc. & pacē bonā. Nā bona guerra eligibilior ē pace mala. Bñfaciat. Hic cōsequēter captāt eor̄ beni/ uolētiā p eis exorādo dicētes. Bñfaciat uobis deus. ī spūalibus & tpalibus. Et memineric testamēti sui. i. firme p̄missioīs qd̄ habuit ad Abrahā Geñ. xii. & Isaac. xxvi. & Iacob xxviii. & supplēdū ē. q sūt de numero seruor̄ suor̄ fideliū. i. p suis seruis fidelibus. Quod ad Abrahā Isaac & Iacob locutus ē. Primo tāq̄ ad patres illius testamenti. Et det uobis cor oībus ut colatis eum. fide spe & caritate qbus colit deus cultu interiori: ut dicit August. ī Encheridion. Et faciatis eius uolūtatē. p effectū ī cultu exteriori. Corde magno & alo uolēti. qa deo nō placēt sacrificia coacta: sed uolūtaria. Adaperi/ at cor uestrū ī lege sua. studēda & ītelligēda. Et ī p̄ceptis suis. ope adiplēdis. Et faciat pacē. ut uacare talibus ualeatis. Exaudiat orōnes uestras. uobiscū descēdēdo. Et re/ cōciliet uobis. peccata p̄terita remittēdo. Nec uos deserat ī tpe malo. uos ī tribula/ tiōibus cōsolādo. Et nūc hic. i. ī Hierusalē & Iudea sumus orātes p uobis: q̄si dicant. ita debetis orare p nobis & acqescere petitiōibus nostris maxie de sollēnitatibus deuotis. Regnāte Demetrio. Hic cōsequēter inuitāt eos ad obseruantiā duplicis festi. Secū/ dū ponit ibi. Et diē ignis. Prima ī tres. qa p̄mo ponitur eor̄ ītitatio. Secūdo dicti cōfirmatio ibi. Anno cēteſio. Tertio ītēta cōclusio ibi. Facturi igit. Circa p̄mū po/ nit tpus cū dicit. Regnāte Demetrio etc. Dicit hic glosa Rabani q̄ iste fuit Deme/ trius filius Seleuci: q regnauit tpe iude Machabei: ut patet. vii. c. p̄mi libri. sed huic dicto manifeste cōtradicit qd̄ seqt. Anno cēteſio. lxix. Hic aūt Demetrius añ tpus hoc fuit mortuus. Nā filius eius ītrauit regnū patrū suor̄ āno. c. lxv. ut habet supra p̄mo libro. x. c. & añ ip̄m regnauerat Allexāder duobus ānis q interfecerat patrē suū ut patet ī p̄ncipio eius dē. c. x. Iste uero Demetrius filius p̄mi Demetrii regnauit usq ad ānū cēteſimū. lxxii. ī quo fuit captus & incarceratus: ut habet p̄mo libro. xiii. c. Ex quo patet q̄ iste Demetrius filius p̄mi Demetrii adhuc regnabat āno. c. lxix. & ideo qd̄ dicit hic. Regnāte Demetrio āno. c. lxix. intelligit de ipso. Iste uero ante captionē suā cū Symōe sūmo sacerdote & gēte Iudeor̄ renouauit amiciciā. & cōcessit ei plures libertates & p̄uilegia. q̄ añ cōcesserat tpe Ionathe. nec alii reges p̄decessores sui. ut habet. xiii. c. p̄mi libri. ppter hoc subdit ibi. Ablatū ē iugū gētiū ab Israel. & fuit populus ī magna letitia: & ī pace bona toto tpe Symonis. & sic ē uerisimile ut dicit sup̄ locū istū dñs Hugo Cardialis. q̄ illo tpe scp̄serūt iudeis habitātibus ī egyp/ to de sollēnitatibus illis recipiēdis. licet. n. tpe Iude p̄mū festū fuerit institutū nō tñ a iudeis ī egypto manētibus receptū. ut patet ex eius epistola sequēte: ī q̄ nulla fit mētio de hoc festo. licet scribat iudeis manētibus ī Egypto. Nos iudei. manētes ī Hierusalē & iudea. Scp̄simus uobis. de sollēnitatibus hic cōtētis: & de aliis ī hoc libro scp̄tis. Sed cōtra hoc obicit. qa sicut dictū ē: hoc scp̄serūt adepta libertate tpe Symōis & Deme/ trio regnāte. hoc aūt fuit āno. c. lxx. ut habet. xiii. c. p̄mi libri. Ad hoc pōt dici q̄ hoc negociū fuit īchoatū āno. c. lxix. & cōsūmatū āno sequēti. hic aūt ponit data p tpe inchoatiōis. ibi uero p tpe cōsūmatiōis dicit. Aut nos Iudei etc. qa idem populus fuit tpe Iude & Symōis. & cū hoc etiā eedē psone numero ī multis: ut patet de iuda & symōe: q fuerūt fratres & cōtēpanei: ut patet. ii. c. p̄mi libri. & idē erat de multis aliis. In tribulatiōe. i. de tribulatiōe. Et īpetu etc. Scribēdo. n. de sue libertatis adeptiōe: & festor̄ receptiōe habuerūt tāgere de p̄cedēti tribulatiōe. Exquo recessit inde Ia/ son etc. Hic. n. ābiēs sacerdotiū iuit ad regē Anthiochum incitās eum de trāslatione

Iudeoꝝ ad gētilē ritū: ut habet ifra. iiii. c. & istud fuit ꝑncipiū maloꝝ que fecit Anthiochus Epiphanes i Hierusalē ut habet supra ꝑmo libro & etiā infra i hoc secūdo ideo subdit. Portā succēderūt. i. portas ciuitatis & tēpli. ut habet ꝑmo libro. iiii. c. Et effuderūt sāguinē innocētē. ut habet ꝑmo libro & i hoc secūdo. Et orauimus ad dñm. magis pugnātes orōibus q̄ armis. Et exaudiri sumus. Antiochi ducibus debellatis. Et obtulimus sacrificiū & similaginē. in tēplo recupato & purificato ut habetur ꝑmo libro. iiii. c. Et dicit hic sacrificiū oblatio de aialibus. Similago farīa ē frumēti delicatissia: de q̄ fiebāt panes ꝓpositiōis. Et nūc frequētare. i. singulis ānis celebrare Dies Scenophegie. i. purificatiōis tēpli: quā constit uit Iudas. viii. diebus celebrari a xv. die mēsis Cas leu. Anno cētesīo. Hic cōsequēter ponit declaratio seu cōfirmatio dicti. s. de tribulatiōe que supuenerat eis tpe Antiochi & hoc fit ꝑ quādā epistolā in egyptū tpe Iude missā. cuius tenor hic recolit cū dicit. Anno cētesimo. lxxxviii. populus q ē Hierosolomis etc. Sed hoc uidet falsū. qa data epistole ꝑcedētis que fuit scꝑta post mortē iude q̄si. xx. ānis talis ē: āno. c. lxix. ut dictū ē. & sic iudas lōgo tpe sepꝑsisset post mortē suā. Dicēdū q ꝙ i epistola Iude numeratio ānoꝝ nō incipit a ꝑncipio regni grecoꝝ sicut alia. sed añ. ut hic innuit glosa. Sed ubi incipit nō dicit. pōt aūt dici rōnabiliter ꝙ incipit. xii. āno regni Asueri in quo mirabili mō liberatus fuit populus Israel a ꝑsecutione Aman. ut habet Hester ꝑmo. ca. & hoc ꝑpter duo. ꝑmo qa liberatio illa fuit ualde mirabilis & notabilis. Iudei uero incipiebāt numerationes ānorum a factis notabilibus ut dictū ē supra. Secūdo qa liberatio illa fuit similis istis tpibus Anthiochi: ꝑpter que epistola Iude loquēs de hac liberatiōe incipit ab illa numerare. Assuerus uero scd̄m cōputationē quā posuit Dañ. ix regnauit ānis. xxx. uel circiter. & sic a. xii. āno regni eius ꝛclusiue ꝛ quo fuit facta liberatio populi ab Aman ꝑsecutiōe remanēt de regno eius. xix. āni. Cui scd̄m Hebreos ꝛ hoc secutus sū ꝛ ꝓcedentibus successit Darius ipsius & Hester regine filius. q regnauit. vii. annis usq; ad cōsūmationē tēpli secūdi ut patet ꝑmo esdre. vi. & iude. xv. usq; ad debellationē eius ꝑ Alexādrū magnū scd̄m hebreos. sicut dixi plenius sup librū Esdre & Dañ. a quo incipit regnū grecoꝝ: ut dictū ē ꝛ ꝑncipio ꝑmi libri: cuius regni fluxerūt. c. xlviii. ānis qñ purificatū fuit tēplū ꝑ Iudā Machabeū. ut habet supra ꝑmo libro. iiii. c. ducibus Anthiochi debellatis. Isti uero ānis simul iūcti faciūt ānos. c. lxxxviii. ꝛ epistola Iude numeratos. Aristobolo magistro Ptholemei. s. Philemetoris. q fuit nepos Anthiochi Ephiphanis. ut ostēsū fuit Dañ. xi. & adhuc oñdet ifra q̄rto & ꝑ cōsequēs fuit tpe Iude Machabei. ut patet ex supradictis. ꝑmo libro huius autē Ptholemei dicit. Aristobolus magister. qa fecit sibi cōmētarios sup libros Moysi & erat natiōe iudeus. ideo subdit. Qui ē de genere xp̄ianoꝝ sacerdotū. i. unctoꝝ: xp̄us. n. a crismate dicit. descēdit. n. ab Aaron de linea recta sacerdotalis nō puenit usq; ad eū. Salutē. s. aīe. Et sanitatē corpis. Et subdit epistole narratio ꝛ q̄ ꝑmo tāgit euasio fuit piculi. secūdo ꝑstratio Anthiochi ibi. Nā cū ꝛ Persīde. Circa primum dicit. De magnis piculis. tpe Anthiochi Ephipanis a deo liberati sua gratia nō uirtute nostra uel meritis. Magnifice grās agimus ipsi. tāq̄ de bñficiis eius grati. Utpote q aduersus talē regē. s. Syrie & Persidis cuius regnū erat magne ualde potētie & uirtutis. Dimicauimus. debellatis eius ducibus. Ipse. n. ebullire. i. ꝛ magna multitudine uenire. Fecit de Persīde. cetera patēt ex ꝓdictis libro ꝑmo. Nā cū ꝛ Persīde. Hic cōsequēter fit narratio de āthiochi ꝑstratiōe cū subdit. Cecidit ꝛ tēplo Nauee. Et dicūt aliq ꝙ hoc dicit de Anthiocho Ephiphane q fuit cōtēpaneus iude machabeo. & sic uidet hec expositio ꝓcedētibus cōcordare. sed huic obuiat qd̄ dictū ē supra ꝑmo lib. vi. c. ꝙ anthiochus Ephiphanes

mortuus fuit laguore i lecto suo nō in tēplo nec gladio: sicut dicit hic. similiter infra ix.c. dicit q mortuus fuit i mōtibus miserie reuertēdo de Persida. Ad hoc aūt rndēt expositores dicti q p tāto dicit hic i tēplo Nanee cecidisse: eo q ibi mortui fuerunt eius amici. ut hic dicit. Qui erat robur sui exercitus. sicut de hoie cui cōtigit magnū infortuniū. cōuniter dicit: q ē mortuus licet i psona sua sit uiuus. & sic dicūt q de illo tēplo euasit Anthiochus. sed huic rnsiōi uidet obuiare q subdit. Clauserūt tēplū cū itrasset Anthiochus. & sic nō euaserit qa sacerdotes mortē eius magis querebāt q̄ alioq. ideo subdit. Percusserūt ducē. p̄mo & p̄ncipaliter. Et eos q cū eo erāt. conse/ quēter. Et diuiserūt mēbratim. q aūt p ducē intelligat rex Anthiochus & patet ex p̄ncipio ptis huius ubi dicit. Nā cū i Persida eēt dux ipse. i. anthiochus Ephiphanes ut dicūt isti. Igit ppter ista dicūt alii q scp̄tura loqt hic de morte Anthiochi magni. q fuit pater Anthiochi Ephiphanis. & qa pater & filius sūt q̄si una psona. Nā pater qd̄ammō manet i filio scd̄m illud Ecc.xxx. mortuus ē pater eius. & q̄si nō ē mortuus. reliqt. n. filiū simile sibi. ideo nō ē mirādū si scp̄tura añ loquēs imediate de filio trāsit ad patrē. frequēter. n. i sacra scp̄tura fit trānsitus talis de una psona ad aliā ppter affinitatē. Sicut ostēdi i p̄ncipio Gen̄. loquēdo de modis exponēdi sacrā scp̄turam. sic igit intelligēdo dicit. Nā cū i Persida eēt dux. i. Anthiochus magnus. Cecidit i tēplo Nanee. Nā fugatus de bello a Scipiōe Africano rediēs ad terrā suā mortuus fuit i hoc tēplo. ut dixi plenius Dan̄. xi. Cōsilio deceptus sacerdotū Nanee. Nā ut iterfi/ cerēt eū: eo q eēt p̄dator tēploq; induxerūt eū ad id qd̄ scribit. Et. n. cū ea. i. nanea. Habitaturus uenit etc. i. facturus ei reuerētiā. Et ut acciper pecunias multas. hoc. n. sibi p̄miserāt sacerdotes q facta diane debita reuerētia traderēt sibi pecunias que erāt in tēplo. Dotis noie. i qbus dotatū erat tēplū. nec erāt necessarie ad sūptus tēpli: uel sacrificioq. Cūq; p̄posuissēt eas. ut magis allicerēt eū. Clauserūt tēplū. q̄si habētes ad eū negociū secretū. Aptoq; occulto aditu tēpli. p quē introierūt hoies ad eius mortē pati. Et diuiserūt mēbratim etc. ppter qd̄ corpus eius nō fuit cognitum nec honore regio sepultū. Sicut dixi Dan̄. xi. Per oia bn̄dictus deus. hoc dixerūt nō zelo uidicte sed iusticie diuie. & i hoc termiat epistola Iude. Facturi. Hic ponit cōclusio iudeoq; q scp̄serūt Iudeis habitantibus i Egypto tpe Demetrii intēdētes eos inducere ad ce/ lebrationē purificatiōis tēpli: ut dictū ē supra. ppter qd̄ sic cōcludūt. Facturi igit. .i. nos celebraturi. xxv. die. Mensis Casleu. i. Nouēbris. Purificationē tēpli. Sicut statuit Iudas & fratres eius. iiii. c. p̄mi libri. Necessariū. i. utile duximus. Significare uobis. amicis & fratribus nostris. Et ut uos quoq; agatis. sicut & nos. Diē Scenophegie .i. purificatiōis seu dedicatiōis dicte. Et diē ignis. Hic cōsequēter ponit inuitatio ad festū secūdū. Circa qd̄ p̄mo ponit festi ratio. Secūdo eius celebratio ibi. Orōnē aūt. Tertio eius dē approbatio ibi. Vt uero manifestata. Circa p̄mū dicit. Et diē ignis q datus ē a deo de celo. similiter celebretis. & subdit datiōis tpus. Quādo Neemias etc. de hoc tñ nulla fit mētio i Esdra & Neemia. & subdit datiōis modus cū dicit. Nā cū in Persidē ducerēt patres uestri. Iudei uero de regno. x. tribuū fuerūt ducti i regnū Assyrioq; captiui & Persidis ut habet. iii. Re. xviii. c. sed de illis nō uidet hic scp̄tura loq. sed de illis de regno iuda: i quo erat tēplū & isti trāslati fuerūt i Babylonē. ppter qd̄ dicūt aliq q noie Persidis hic itelligit totū regnū Nabuch. regis. Sicut totū itel/ ligit aliqñ p ptē. pōt etiā aliter dici q cū Nabucho. cōtra Hierusalē uenerūt multi de regno Persidis q habuerūt ptē suā de captiuis: & sic duxerūt illos i Persidē. Accep/ tum ignem de altari holocaustorum. Absconderunt in ualle. s. Iosaphat: ut dicunt aliqui: eo q est propinqua loco templi. Vbi erat puteus altus id est profundus.

Et ſiccuſ. id eſt aqua carenſ cetera patēt in littera uſq; ibi. Accenſuſ eſt igniſ magnuſ non humanituſ ſed diuinituſ. ideo ut ſubditur ita ut omneſ mirarentur nō enim eſſet mirabile ſi accenſuſ fuiſſet ab homine. Orationē autē. Hic conſequenter ponit̄ feſti celebratio quantum ad eiuſ initium: cum dicitur. Orationem autem faciebant omneſ ſacerdoteſ. propter ſacrificium & dationem igniſ ad eiuſ conſumptionem: ſicut datuſ fuerat tempore Helie poſt aſperſionem aque. iii. Regum. xviii. Ionatha incohāte quia erat principaliſ inter cantoreſ. Et terribiliſ. peccatoribuſ & iniuſtiſ. iuſtuſ & miſericorſ. nam iuſticia & miſericordia relucent in omnibuſ dei operibuſ. Qui ſoluſ eſ rex bonuſ. per eſſentiam alia uero per partipationem tantum. Soluſ preſtanſ. ſ. benefitia. nam alii non preſtant niſi uirtute diuina. Qui feciſti patreſ electoſ. ſcilicet Abraham Iſaa c & Iacob quoſ elegiſti per tuā miſericordiam. Et ſanctificaſti eoſ. p tuam gratiam. Et cuſtodiſ partē tuam. id eſt populū Iſrael: qui ī pluribuſ locīſ ueteriſ teſtamenti dei parſ & hereditaſ dicitur. Congrega diſperſionem noſtram. non enim omneſ redierant de Babylone: & in aliiſ regniſ multi erāt diſperſi. afflige opprimēteſ noſ. hoc dixit Neemiaſ non zelo uindicte ſed iuſtitie conſtitue populum tuū in loco ſancto tuo. id eſt in Hieruſalem & Iudeā. ſicut dixit Moyſeſ. Deut. xxx. ſi ad car/dineſ celi fueriſ diſſipatuſ inde retrahet te dominuſ deuſ tuuſ etc. Cum aūt cōſumptū eſſet ſacrificium per ignem. celituſ datum erat enim oblatum in holocauſtum. quod incendebatur totaliter ad honorem diuinum. Ex reſidua aqua. que non fuerat aſpſa ſuper ſacrifica & ligna. Iuſſit matoreſ lapideſ perfundi. ſcilicet lapideſ lateraleſ alta/riſ flamma ex eiſ accenſa eſt: ſimiliter diuinituſ ſed ex lumine quod refulſit ab altari conſumpta eſt. quia maior flamma conſumit minorem. Vt uero. Hic conſequēter ponitur dicte celebratiōiſ approbatio: cum dicitur. ut uero manifeſtata eſt reſ. id eſt dicta conſumptio ſacrificiorum per ignē celituſ datum. Conſideranſ autem Rex. ꝙ hoc nō erat factū humanū: ſed diuinum: Et diligenter exanimanſ. ne forte fuiſſet ibi aliquid ficticiū. fecit ei templū. ſi accipiatur hic factio: proprie: iſte rex fuit Dariuſ cuiuſ anno. vi. conſumatum eſt templum ſecundum. i. Eſdre. vi. ca. & hoc conſonat dictiſ Hebreorum. qui inter Cyrum & hunc Darium ponūt tantum duoſ Regeſ. ſ. Cambiſen & Aſuerum. ut dictum fuit p̄mo Eſdre &. ix ca. Dañ. nec obuiat ꝙ alibi dicitur Rex iſte Artaxerſeſ quia ſecundū Hebreoſ illo tempore omneſ Regeſ Per/ſarum nomine regni uocabantur Artaxerſeſ. & cum hoc habebant nomen ꝑprium perſone Cyruſ: Campiſeſ & huiuſmodi ſicut Regeſ Romanorum dicuntur ceſareſ nomine communi. & cum hoc habent nomen perſonale ut Iuliuſ. Auguſtuſ. Tiberiuſ etc. ſecundum alioſ hyſtoriographoſ Neemiaſ fuit miſſuſ poſt templi conſumationem & ſecundum hoc factio accipitur hic large cum dicitur. fecit ei templum. id eſt factū decorauit & honorauit. non enī poteſt dici ꝙ Rex in Perſide fecerit templū Neemie ſacerdoti. unde extra Hieruſalem non erat licitum Iudeiſ templum erigere ſeu ſacri/ficare propter quod Neemiaſ qui ſanctuſ erat: hoc non ſuſtinuiſſet. ut probaret ꝙ factum fuerat. id eſt ut facto approbaret tanq̄ uerum dictum miraculū ī Hieruſalē factum. & cum probaſſet. id eſt approbaſſet. Sacerdotibuſ donauit multa bona per ducem nomine ipſiuſ Iudeam regentem. et accipienſ manu ſua tribuebat eiſ. id eſt nō ſolum per predictum ducem dedit eiſ munera: ſed etiam in perſona propria ꝙ tripli/citer poteſt intelligi. uno modo ueniendo in Hieruſalem ex deuotione. alio modo ꝑ ſeipſum diſponenda in Perſyde. dona Sacerdotibuſ in Hieruſalem tranſmittenda. tertio modo quia ciuitate reedificata Neemiaſ Sacerdoſ rediit ad Regem & cum eō aliqui alii ſacerdoteſ: quibuſ manu propria dona dedit. appellauit aūt Neemiaſ hūc

locum. id est fedum in hoc loco uocatum nephar quod interpretatur purificatio: & idem significat. Nephi. idem enim idioma uariatur secundum diuersas partes terre. Sicut idioma gallicum Perisius. & in Picardia aliter ꝓnuntiat etc .II.

INuenitur. Posita inuitatione ad obseruantiam duplicis festi & hoc per uerba Hic consequenter ponitur inuitatio ad idem per prophetarum dicta. & diuidit in duas .s. in partē principalem & incidentalem. que incipit ibi. & ut cōstruens. ꝑma in duas. quia inducit ꝑmo ad secūdum festū: & continentur dicta dicendis. secundo ad premium ibi. similiter & Salomon. Circa primū primo ponuntur Iere. dicta cū dicitur. Inuenitur autem in descriptionibus Ieremie Prophete ꝙ iussit etc. Istas descriptiones non habemus: nec etiam Hebrei. Et ut mandauit transmigratis etc. hoc bene habetur in epistola que denominat Abaruth. eo ꝙ fuit eius scriptor & portitor tamen tenetur communiter ꝙ Ieremias fuit eius actor. Erat autem in ipsa scriptura scilicet descriptionum predictarum: quas non habemus. Quomodo tabernaculum & arcam que fecit Bezeleel in deserto. Exo. xxxvi. Iussit propheta. scilicet Ieremias diuino respōso ad se fecit. id est ex diuino mandato. Commutari secum. per aliquos qui portabant ista. Vsq; quo exiit in montē. scilicet uelo in uerticem Phasga ut habetur Deut. ultimo. Inuenit locū spelūce. nō a casu sed ex diuina ostētiōe secūdū scripturā istā. Et hostiū obstruxit. i. introitū illius spelūce incognositibilē sua oratione reddidit. ideo subdit. Et accesserūt qdā etc. ignotus locus erit donec cōgreget deus cōgregationem populi sui & propitius fiat. hanc aūt cōgregationē & ꝓpitiationē exspectant iudei futurā in aduentu Messie: & nos intelligimus esse factam: in aduentu xp̄i scd̄m ꝙ dicit Io. xi. c. ꝙ Caiphas cū esset Pōtifex anni illius ꝓphetauit. qa Iesus erat moriturus ꝓ gēte & nō tm̄ ꝓ gēte: sed & ut filios dei qui erant dispersi cōgregaret in unū. Et tunc dominus ostendet hec. cum igitur ista non sint ostensa in aduentu Christi. qa secundum Hebreos a tempore captiuitatis Babylonice usq; nunc habita: non fuit arca domini: propter quod locus iste uidetur aliquibus falsus: uel saltem dubius. posset tamen ad hoc dici quod predicta apparebunt in finem mundi in conuersionem Iudeorum ad fidem Christi. sed hoc uidetur esse contra dictum Ieremie. iii. capitulo. Et non diceret ultra arca domini. neq; ascendet super cor neq; fiet ultra. item quod dicitur hic de absconsione arce & altaris incensi: per Ieremiam. non habet magnā apparentiam. quia Ieremias fuit in carcere clausus usq; ad diem captionis Hierusalē ꝑ Chaldeos: ut patet Iere. xxxvii. & . xxxviii. & sicut āte captionē ciuitatis ista nō fecit: nec post captionem. ut uidetur ꝙ capta ciuitate statim Chaldei omnia p̄ciosa non solum aurea & argentea: sed etiam erea confregerunt. & totum rapuerunt & bas portauerunt. iiii. Regum. xxv. & Ieremie ultimo. propter quod non uidetur uerisimile. ꝙ Ieremie dimiserint arcam domini. & altare incensi. que erant de auro purissimo: ut habetur in Exodo. igitur propter ista & alia supra dicta de morte Anthiochi: & tempore de metrit que cum difficultate magna possunt cum aliis scripture locis concordari: ut patet ex supra dictis: liber iste secundus & maxime quantū ad prefationem reputatur a multis multum Apocrifus. istud tamē maiorum iudicio derelinquo. Et sicut. Hic cōsequenter inducitur ad propositum dicta Salomonis & Moysi: cum dicitur. & cum Salomō petiit. ut locus sāctificaretur magno deo. scd̄o Paralypō. vi. & . iii. Regum. viii. manifestabatur. hec scilicet nubes implens domū domini. iii. Regum. viii. & . ii. Parapō. v. & ut sapientiā habens obtulit sacrificium dedicationis. iii. Regum. viii. sicut & Moyses orauit ad dominum & descēdit Leuit. ix. sicut & Salomō orauit & descendit ignis de celo. ii. Paralypō. vii. dixitq; Moyses

eo ꝙ non ſic manducatū ꝙ erat ꝑ peccato. hoc habeť Leuit. x. ubi dicit ꝙ Moyſeſ increpauit Eleazar & Thamar eo quod hoſtiam pro peccato non cōmederant: ſed inuenit eam exuſtam & ideo cum dicitur hic. dixitq; Moyſeſ ſubintelligendum eſt increpationeſ contra Aaron & filioſ eiuſ. Similiter. hic inducit ad primum feſtum. ſ. dedicationiſ per Iudam & fratreſ eiuſ inſtitutum per factum Salomōiſ & dicta Neemie cum dicitur. ſimiliter & Salomon etc. Inferebatur autem in deſcriptionibuſ & cōmentariiſ Neemie. quoſ non habemuſ nec etiā Hebrei. & ut conſtruenſ. hic addit incidenſ de libriſ ſcriptiſ & congregatiſ tempore Neemie. nam illo tempore Eſdraſ ſacerdoſ reparauit libroſ ueteriſ teſtamenti. qui fuerant cōbuſti per Chaldeoſ. Similiter autem Iudaſ etc. exquo uidetur ꝙ omni tempore & etiam auctoritate fuerunt eiuſ facta & fratrum ſuorum deſcripta. Acturi itaq;. Hic ultimo ponitur intenta cōcluſio & inductio Iudeorum habitantium in Egypto ad celebratiōem duorum feſtoꝝ predictorum: de quibuſ dicitur. bene igitur facietiſ ſi egeritiſ hoſ dieſ. eoſ ſollemnizateſ & ut hoc libētiuſ faciant dant eiſ ſpem de dictiſ bñficiuſ āpl̄toribuſ obtinendiſ cū dicit Deuſ autem qui liberauit populum ſuum dant ei plenam libertatē tempore Symōiſ filii Mathathie ut dictum eſt ſupra p̄mo libro. xiii. ca. quo tempore iſti uidentur preſcripſiſſe Iudeiſ commorantibuſ in Egypto ut dictū eſt ca. precedenti. & reddidit hereditatem omnibuſ. ſcilicet habitantibuſ in Iudea. nam habita pace quilibet habitare poterat in hereditate ſua. & regnū & ſacerdotiū id eſt locū regni q ē Hieruſalē uel per regnum intelligitur regnum populi quod habuerūt ſucceſſiue fratreſ Machabei. ſimul cum ſacerdotio: non enim poteſt dici ꝙ tunc habuerint regnum ꝓprie. nam a captiōe Regiſ Sedechie nulluſ fuit Rex de Iudeiſ uſq; ad Ariſtobolū nepotē Symoniſ predicti qui poſt captiuitatem Babylonicam primuſ impoſuit ſibi Dyadema regni ut dicit Ioſephuſ lib. xiii. & ſanctificationem. id eſt templum & dei cultū. Sicut promiſit in lege Deut. xxx. Si ad cardineſ celi fueriſ diſſipatuſ inde retrahet te dñs deuſ tuuſ etc. Speramuſ. ex hac promiſſione. cito noſtri miſerebitur. maiora bona tribuendo. Et congregabit ſub celo in locum ſanctum. & alioſ Iudeoſ qui eſtiſ diſpſi per mundum & hoc impletum eſt per Chriſtum ſecundum quod dicitur. Io. xi. xp̄ſ paſſuſ eſt ut filioſ dei qui diſperſi erant congregaret in unum. id eſt in unam Eccleſiā caritatem unitam. Iſti uero intelligebant de congregatione tempali Iudeoꝝ in Hieruſalē & Iudea ſicut & Iudei moderni expectant hec fieri in aduentu Meſſie. intētio tamen legiſ & prophetarum de congregatione fidelium fienda per Chriſtum eſt de ſpirituali cōgregatione que iā partim impleta eſt modo dicto & perfecto implebit circa finem mundi. quando omneſ genteſ conuertentur ad fidem Chriſti. eripuit. n. uoſ de magniſ periculiſ. ut patet ex proceſſu primi libri. Et locum purgauit. ut habeť ſupra primo libro ca. iiii. de Iuda uero premiſſa inuitatione ad obſeruantiam duplicis feſti: hic compendioſe ponitur proceſſuſ huiuſ libri ſecundi. & diuidit in treſ parteſ. quia primo tangitur breuiter eiuſ materia. Secundo ſcribentiū ratio motiua ibi. Cōſideranteſ. Tertio ſcribendi moduſ & forma ibi. ueritatem quidem. prima parſ patet ex dictiſ primi libri uſq; ibi. & de illuminationibuſ. i. diuiniſ reuelationibuſ: & angelicis apparitionibuſ que in hoc ſecundo libro magiſ explicantur. ut patebit locis ſuiſ proſequendo. cum pauci eſſent. uindicarent maloſ puniendo. Et Barbarā multitudinem fugarent. nam enim Barbaroſ reputabant hominеſ qui non erant de lege ſua. ut & legeſ que abolite erant. ꝑ edictū Regiſ Anthiochi. ut patet. ca primo p̄mi lib. reſtituerētur per Iudeam Machabeum & ſocioſ eiuſ. Dño cum omni tranqlitate ꝓpicio facto illiſ. id eſt hec non fuerunt facta uirtute humana: ſed diuina. Itemq; a Iaſone

Cyreneo quinq; libris comprehensa. qui scripsit diffuse Iude & sotiorum eius facta. Temptauimus uos. exquo uidetur ꝙ fuerunt plures in hac compilatione. uno uolui breuiare. scilicet in hoc secundo libro. qui est satis breuis. Considerantes enim. Hic consequenter describitur scribentium motiua ratio: que est utilitas legentium qui gaudent breuitate. & ideo descripta breuiter legunt libentius & memorie commẽdant melius. propter quod isti si plures fuerunt laborem abbreuiandi sumpserunt: & idem fuit motiuum. si unus tantum abbreuiauit etiam his dictis patet littera. Veritatem quidem. Hic consequenter ponitur scribendi modus & forma cum dicitur. ueritatẽ quidem de singulis actoribus concedentes. id est concedimus uera esse que scripserũt alii diffuse. Ipsi autem. id est nos secundum datam formam breuitati studentes. quam breuitatis formam explicat per exemplum dicẽs. Sicut enim Noe domus architecto id est principali artifici. de uniuersa structura curandum est. scilicet de dispositione fundamenti pietum & tecti. Et uero qui pingere curat: que autem sunt ad ornatum exquiranda sunt. nam ad eum non pertinet factio domus: sed eius ornatus. Ita estimandum est & in nobis. qui nõ habemus hystoriam scribere: sed iam scriptam ab aliis abbreuiare. & ideo subdit opus hystoriographi cum dicitur. Et enim intellectum colligere etc. & similiter offitium abbreuiantis hystoriographi dicta: cũ dicit̃. Breuitatẽ uero dictionis sectari. id est sententiam longam in breuibus uerbis colligere. Et executiones rerum. scilicet gestaꝝ uitarum. dictare. quando faciunt magnã disgressionẽ a principali intentione. Breuianti concedendũ est. huic igitur narrationi incipiemus inprincipio sequentis capituli. de prefatione dixisse tm̃ sufficiat. stultum etenim est. etc. uidetur aũt ꝙ iste uel isti si plures fuerunt confiteantur suam stulticiã: qa multa posita sunt. huic autem narrationi respectu sequentium: dicendum ꝙ prefatio ꝓpe dicitur illud ꝙ narrationi uel executiõi premittitur per modum prologi: in quo breuiter continetur materia libri. & hoc incipit ab illo loco. de Iuda uero Machabeo. ubi satis tangitur breuiter materia libri breuiandi causa: & scribendi forma ut dictũ est. quod aũt ante ponitur de inuitatione ad duoꝝ festorũ obseruantiam: nõ ꝓprie pertinet ad huius secundi lib. prefationem. sed magis est aliquid adiunctum ut preambulum sicut dictum est supra etc.

.III.

IGitur cum sancta ciuitas. sicut patet ex predictis in hoc libro secundo tangitur breuiter liberatio Iudeorum ab afflictionibus per Iudam Machabeũ: & socios eius in quo etiam aliqua ponuntur que superius primo libro sunt omissa. Sciendum etiam ꝙ historiographi communiter incipiunt ab aliquo precedenti historiam quam intendunt principaliter describere. ut sic conuenientius descendant ad suum ꝓpositũ & ideo uerisimile est ꝙ Iasõ Cyreneus q historiam Iude & sotioꝝ eius scripsit diffuse incipit a tempore pontificis Onie & eodem modo liber iste qui est abbreuiatio istius historie ut dictum est: incipit simili modo. propter quod l duas partes diuiditur. quia ꝑmo ponitur quedam liberatio tẽpli tempore Onie: secundo subditur liberatio tẽpli. & populi facta tempore Iude. iiii. ca. ibi. Sed post Seleuci. Circa primum sciendũ ꝙ opposita iuxta se posita magis elucescunt. & ideo primo ponitur templi ueneratio precedens. secundo eius conculcatio sequẽs ibi. Symon autem. Circa primum dicitur. Igitur cum sancta ciuitas. s. Hierusalẽ que sãcta dicit̃ eo ꝙ ibi uigebat cultus diuinus habitaret̃ in pace. sub tributo tñ Regum Syrie. leges etiam. scilicet date Moysi. adhuc optime custodirentur. Nam a reditu captiuitatis Babylonice usq; ad tẽpus Anthiochi Epiphanis non leguntur Iudei ad idolatriam seu ad ritũ gẽtilium declinasse propter Onie pontificis pietatem. id est diligentiam in diuino cultu. Nã secundum

Tullió pietaſ eſt cultuſ ſoli deo debituſ. ꝙ autē in aliqbuſ libriſ ꝑmittit̄. diſpoſitionē. non eſt de textu nec in libriſ correctiſ. Et animoſ. ſcilicet aliorum Onie adherentiū Fiebant ut ipſi regeſ & principeſ locum. id eſt Hieruſalem ad diuinum cultū electā Summo honore dignum ducerent. & templum in ea edificatum maximiſ muneribuſ illuſtrarent. ita ꝙ non ſolum honorabant uerbo ſed etiam facto. & ponitur exēplū cum dicitur. Ita ut Seleuciuſ. iſte fuit filiuſ Anthiochi magni & ei ſucceſſit in regē: ſicut oſtenſum eſt inprincipio primi libri. Symon autem. Hic conſequenter deſcribit ipſius templi conculcatio. cuiuſ primo ponitur occaſio. & ſecundo ſubditur excuſatio ibi. cunq; retuliſſet. Circa primum dicitur. Symon aūt de Tribu Beniamin ꝓpoſituſ templi conſtituiuſ. quantū ad reſ exterioreſ. qa non fuit ſacerdoſ cum eſſet de Tribu Beniamin. Contendebat obſiſtenti ſibi principem ſacerdotum. ſcilicet Oniam iniquū aliquem in ciuitate moliri. id eſt cum difficultate aliquid acceptare. & dicitur a moleſ moliſ unde etiam infra. iiii. ca. dicitur ꝙ amici huiuſ Symoniſ ſub aliſ ipſiuſ homicidia perpetrarunt. Sed cum uincere omnia non poſſet. per ſe & ſuoſ: cogitauit hoc facere ꝑ regiā poteſtatem. ideo ſubditur. uenit ad Apolloniū. qui gentiliſ erat. & ſic ꝑ Ducē regem induceret ad templi ſpoliationē. Et nuntiauit ei pecuniſ immirabilibuſ plenū eſſe erarium. locuſ erat prope templum in quo cuſtodiebantur depoſita ualentium perſonarum & etiam bona pro ſuſtentatione pauperum collecta. Et cōmuneſ copiaſ immenſaſ eſſe. ſcilicet in illo erario. & dicuntur hic communeſ copie bona ſeruata pro communitate. Que non ꝓtinent ad rationem ſacrificiorum. hoc addidit iſte ꝓditor quia ſciebat ꝙ Rex qui pro ſacrificiiſ ſumptuſ dabat ut promiſſum eſt non libenter acciperet bona pro ſacrificiiſ cuſtodita. ideo ſubditur. eſſe autem poſſibile. ſine offenſa dei. ſub poteſtate regiſ cadere uniuerſa. id eſt fiſco regio applicari pro bono regni. Cunq;. Hic conſequenter ponitur dicti cōtemptuſ executio. circa quam ꝑmo ponit̄ mandatum regiſ cum dicitur. Cunq; retuliſſet. & patet ſecundo obedientia ducis cum dicitur ſtatimq; Eliodoruſ. ubi primo eiuſ attentatio. ſecundo populi trepidatio ibi. non modica uero. tertio attentantiſ percuſſio ibi. Eliodoruſ autem. quarto percuſſi ſanatio ibi. Tunc quidam. Circa primum dicitur. Statimq; Eliodoruſ iter aggreſſuſ eſt. ad exequendum Regiſ mandatum. ſpetie quidem. id eſt ſimulatorie. quaſi per Celeſiriam: & Phenicem ciuitateſ eſſet peraggraturuſ. ad ſciendum earum diſpoſiti/ onem. tantum ne Iudei ſe munirent ad defendendum erarium contra ipſum. cetera patent uſq; ibi. oſtendit depoſita eſſe hec & uictualia. In tribuſ enim anniſ fiebat quedam decima pauperibuſ diſtribuenda: que aliquādo uendebatur. & in templum ad cuſtodiam mittebatur. fiebant etiam cum hoc alique collectioneſ a diuitibuſ que ſimiliter ibi. ſeruabantur. Quedam uero eſſe Hircam Tobie. id eſt depoſita ab eo. uiri ualde eminentiſ in uirtute & fama. hoc dicitur ad oſtendendum ꝙ ibi non ſerua/ bātur depoſita malorum hominum uel infidelium. unde & Neemiaſ fecit proici uaſa Tobie gentiliſ de Gazophilatio domuſ domini. Neemie. xiii. decipi uero eoſ qui cre/ diciſſēt loco & templo. id eſt cōmendaſſent depoſita ſua ibi cuſtodienda. & ſupplēdū eſt ſi portarentur regi impoſſibile eſſe ideo. hec eſt conſtructio ſuſpenſiua. propter quod refertur ad interrogationem Elyodori. quo premittitur. Si uero hec ita eſſent ſcilicet que dixerat Symō. ſcilicet ꝙ ſine offenſa dei poſſent ad regē dicta deportari & propter hoc Oniaſ in ſua reſponſione dicit hic impoſſibile eſſe. quia nō ſolum erat aliena rapere: ſed etiam dei templo contumeliam inferre: ac ille. ſcilicet Eliodoruſ. ꝑ hiſ que habebat in mandatiſ a Rege. cui uolebat ſimpliciter obedire. dicebat omni genere. id eſt omnibuſ modiſ. Regi ea eſſe deferenda. ideo ſubditur. Conſtituta autem

die intrabat. ad exequendum regis mandatum. Non modica uero. Hic consequẽter ponitur populi trepidatio nec cõtemptus inferretur dei templo ad euitandum subdit communis oratio.& primo sacerdotum: cum dicitur. Sacerdotes autem ante altare.s. holocaustorum. Cum stolis sacerdotalibus iactauerunt se in signum humiliationis. ut preces eorum essent magis exaudibiles secundum illud.Ecclesiastici.xxxv. oratio humiliantis se nubes penetrabit. Et inuocabant de celo.id est ut exaudirentur de celo.eũ qui de depositis legem posuit. Exo.xxii. ut bis qui deposuerant ea salua custodiret. ab inuasione Eliodori. iam uero qui uideret summi sacerdotis uultum. supple sibi compateret. & subditur ratio.cum dicitur.Mente uulnerabatur. ꝙ consequenter declaratur per immutationem faciei in qua magis quam i aliis partibus corporis relucet dispositio animi. proeo ꝙ in contemptum locus esset uenturus: nisi deus adiuuaret. propter quod eius auxilium super hoc implorabant. accinteq; mulieres cilicius pectus. se macerando pro subsidio dei impetrando. Sed & uirgines que conclse erant. id ẽ de domibus pntum non exibant ratione uerecundie & pudicicie uirginalis.tamen in illa turbatione exibant. preter morem solitum: currentes ad Oniam. aliqui tñ exponũt hoc.hoc dicentes ꝙ alique uirgines nobiles prope templum custodiebãtur incluse usq; quo nuptui traderentur. Erat enim misera commixte multitudinis. Iudeorum cuiusq; cunq; status & sexus. & magni sacerdotis in Agone constituti.i. in anxietate mentis Expectatio. p contẽptu tẽpli futuro. cetera patent. Eliodorus. Hic cõsequenter describitur exequentis percussio cum dicitur. Eliodorus autem ꝙ decreuerat perficiebat. id est perficere intendebat. sed spiritus omnipotentis dei. id est eius uirtus. magnam fecit sue ostensionis euidentiam. conuertendo Eliodorum & suos satellites in tantam mentis formidinem & roboris dissolutionem ꝙ non potuerunt perficere illã executionem.& subditur causa cum dicitur. Apparuit enim illis quidam equus terribilẽ habens sessorem. id est angelum loci defensorem in specie hominis equitis. apparentẽ Eliodoro priores calces elisit.id est priores partes pedum & inde dicitur calcitrare: alii autem apparuerunt duo iuuenes. id est angeli in spetie iuuenum apparentes. uirtute decori etc. . apparebant enim fortes & pulchri bene ornati ad designandum angelos fortitudinẽ pulchritudinẽq; nature & ornatũ glorie. Subito aũt Eliodorus cõcidit in terrã ex eos percussione. Eũq; multa caligine circũfusum. ad designãdũ tenebrositatem mentis sue. Rapuerunt.scilicet sacerdotes de loco sacro eum amouentes.eo ꝙ uidebatur mortuus: uel morti propinquus. ne ex cadauere mortui contaminaretur locus .cetera patent. Tunc uero. Hic consequenter describitur ipsius percussi sanatio & secundo subditur sanatiõis infamatio in principio.iiii.ca. Circa primum. p̃mo ponitur percussi sanatio cum dicitur. Tũc uero ex amicis Heliodori etc.& patet littera.sc̃o ponitur sanati gratiarum actio cum dicitur. Testabatur autem.& primo generaliter cum subditur. Omnibus ea que sub oculis suis uiderat. in sua flagellatione & mirabili sanatione.secundo coram rege specialiter dicens. Si quem habes hostem aut regni tui insidiatorem de quo caute uelis te expedire. mitte illuc & flagellatum eum recipies hoc enim erat expertus in seipso. Si tamen euaserit.scilicet mortẽ hoc aũt addidit ꝙa firmiter tenebat se mortem non euasisse: nisi per preces Onie. cetera patent etc.

.IIII.

Symon autem. Post̃q̃ descripta est Eliodori sanatio. Hic consequenter ostenditur sanantis infamatio cum dicitur. Symon autem predictus de Tribu Beniamin. de quo fit mentio prope principium capi. precedentis pecunie & patrie delator. id est accusator ut habetur ibidem. male loquebat̃ de Onia nitens eum infamare & per hoc odiosum populo reddere. Tanq̃ ipse. scilicet Onias

Eliodorum instigasset ad hoc. scilicet ad spoliandum erarium: licet exterius figeret contrarium. prouisoremq; ciuitatis Hierusalē. ac defensorē gētis sue. scilicet Iudaice. Et emulatorem legis dei id est eius amatorem. Emulor inflatur: emulor inuidet: ac imitatur. audebat insidiatorem regni. scilicet iudee que licet tunc nō haberet regem: tamen erat unum regnum. dicere mendaciter. proprium crimen retorquens in Oniā. Sed cum inimicicie in tantum procederent. non solum uerbis sed etiam factis. ut etiā per quosdā Symonis necessarios. id est familiares amicos. & dicuntur a necto nectis quia tales adinuicē connectuntur. homicidia fierent. occidebant. n. aliquos de amicis Onie. Considerans Onias periculum contentionis intrinsece. que periculosior est illa que est contra extraneos. & Apollonium insanire. id est ardenter & male conari. ad regem se contulit: scilicet Seleucum qui adhuc uiuebat. apud quem sperabat gratiam & remedium inuenire per Eliodorum: quē suis precibus sanauerat. Sed post Seleuci. descripta liberatione templi per Oniam. Hic consequenter describitur liberatio tēpli & populi per Iudam. & primo tempore Anthiochi Eupatoris. x. ca. ibi nunc autem de Eupatore. iii. Demetrii tempore filii Seleuci. xiiii. ca. prima in duas. quia primo describitur populi tribulatio. secūdo tribulati liberatio. viii. ca. Prima adhuc in duas qa p̄mo ponit inchoatio tribulatiōis p ambitionē sacerdotii. secūdo tribulationis cō-sumatio per inuasionem Regis Anthiochi. v. ca ibi. His itaq; gestis. prima diuiditur in duas. quia primo ponitur trium ambitio. secundo unius scilicet Iasonis miserabilis terminatio in principio. v. ca. Prima diuiditur adhuc in tres: secundum ambitionem trium in principatu sacerdotii sibi succedentium. secunda ibi. Et post trienii tempus. tertia ibi. quam obcausam. prima adhuc in duas. in partem principalem & incidēt alē que incipit ibi. Misso autem. Prima adhuc in duas. quia primo per ambitionē Iasō is ponitur gentilitatis introductio. secundo eiusdem consumatio ibi. Cum aūt quinquē/nalis. Circa primum dicitur. Sed post Seleuci uite excessum. id est ipso mortuo. Cū suscepisset regnum Anthiochus frater eius. priuans regno nepotem suum ut declaratū fuit in principio primi libri. ambiebat Iason frater Onie. ipse adhuc uiuente. Summū sacerdotium. & quia non poterat hoc licite ideo quesiuit per uias illicitas obtinere. s. per pecuniā. ideo subditur. adito rege promittens ei etc. & per translationem populi ad ritum gentilium. ideo sequitur. Si potestati eius cōcederetur gymnasium. i. scolā gentilitatis sicut dictum fuit primo libro ca. primo. & ephebiam. id est prostibulum pulcherrimorum iuuenum. Et eos qui erant Ierosolomis Anthiochenos scribere. id ē q̄ profiterentur se gentiliter uiuere. Quod cum Rex annuisset tum propter p̄missa tum p̄pter dilationem gētilis ritus: qui sibi placebat: eo q̄ gentilis erat. & obtinuissēt principatum. scilicet sacerdotii. Statim ad gentilem ritum contribulos suos transferre cepit. isti enim ei libentius obediebant: eo q̄ de sua Tribu erant. & per istos intēdebat trahere alios. ideo subditur. & amotis his que humanitatis causa iudeis a regibus Syrie fuerant constituta per Iohannem ista impetrantem. patrem eupollemi. qui scilicet eupollēmius. apud Romanos etc. ut habetur supra primo libro. viii. ca. predicta. n. iudeis fauorabilia auferebat ab illis q nolebāt recipere uitā gētilitatis. ut sic cogeret eos ad recipiendum. & enim ausus est. sub ipsa arce prope templū domini. gymnasiū constituere. id est sibolam gētilitatis. & optimos quosq; ephebos. id est pulcherrimos iuuenes in lupanaribus ponere: ut exerceretur in eis uicium contra naturam. dicitur enim ephebus quasi ualde luxuriosus. Erant autem hoc non initium. scilicet tantum. Sed cū hoc incrementū quoddam gentilitatis apud iudeos. cetera patent usq; ibi. festinarēt participes fieri palestre. est aūt palestra locus ubi exercent luctā: sicut & gymnasiū.

& utrūq; trahitur ad significandum stholam. eo quod ibi disputāt studentes adinuicē & idem significatur hic nomine palestre: quod supra nomine gymnasii. & prebitionis eius iniuste. i. traditionis sue pessime doctrine. & dicitē prebitio a prebeo prebes. Et in exercitiis disci. id est in formari in exercitio talis doctrine. Et patrios quidē honores. id est diuinum cultum: in quo gloriabantur patres eorum. Grecas glorias. id est ritus & modos uiuendi in quibus gloriabantur greci. Quarum gratia periculosa eos contentio habebat. aliquibus Iasoni assentientibus: aliis disentiētibus. & sic scisma erat in populo: quod est ualde periculosum. In leges enim diuinas impie agere. Sicut. n. pietas est cultus diuinus ita impietas est contraria diuino cultui. impune non cedit. qa non dimittitur dedecus culpe sine decore iusticie. Sed hoc sequens tempus declarabit. in sequentibus enim exprimuntur multa grauia que uenerunt super populum ꝓpter istas transgressiones. Cum autem. Postq; posita est gentilitatis introductio: Hic cō/ sequenter ponitur eius consumatio saltem quantum ad Iasonem sacerdotem qui misit magnam pecuniam in sacrificiis Herculis expendendam. tale uero sacrificiū est gen/ tilitatis summum malū: ideo dicitē. Cum autem quinquennalis Agon. id est lucta uel hastiludium: seu aliquid huiusmodi quod semel fiebat in quīque annis. Et istud de quo hic agitur fiebat muneration em Herculis. Et Rex presens esset. scilicet Anthiochus nobilis. Misit Iason facinorosus. id est facinoribus plenus. Vnde uersus.

Osus plena notat: bunduſ simulat. bilis aptat.

Viros peccatores de sua secta. propter quod de illis confidebat. tamen erant minus mali quam ipse. qa pecuniam quam portabant pro sacrificiis Herculis rogauerunt expendi in usibus alis. ideo sequitur postea. propter presentes autem. id est propter presentātes dictā pecuniam. date sunt in fabricam nauiū triremium. a tris ꝙ est tres: & remus remi habebant enim ille naues tres ordines remorum. Misso autem. Hec est pars incidentalis: in qua ponitur quoddam incidens illius temporis. Ptholomeus enim Philometor cum adhuc esset puer successit patri in regno Egypti. & quia nepos erat Anthiochi Ephiphanis: utpote filius sue sororis: sicut ostendi plenius Danielis. x. ideo accepit aliquas ciuitates de regno Egypti quasi curam gerens de regno nepotis sui sed cum postea nollet eas reddere: principes Egypti mouerunt contra eum bellum zelantes ꝓ suo rege. & sic fuit alienatus a negotiis nepotis sui. & hoc est quod dicitur Misso autem in Egyptum Apollonio. iste fuit missus a Rege Anthiocho. propter primates Ptholomei. nollentes ꝙ Athiochus se intromitteret de negotiis Egypti. de hoc enim. audierat Anthiochus rumores & uoluit scire ueritatem per istum Apollonium quod & fuit. ideo subditur. Cum cognouisset etc. propriis utilitatibus consulens. ui/ delicet ut ciuitates quas prius acceperat tenere posset in augmentum sui regni. cetera patent. Et post triennii tempus. post ambitionem Iasonis. Hic consequenter ponitur ambitio Menelai. cum dicitur. Misit Iason Menelaum: qui de sua mala secta erat & sic in eo confidebat. Supradicti Symonis. de Tribu Beniamin. ut habetur capitulo precedenti. fratrem. id est malicia sibi parem ut exponunt aliqui sequentes dictum Iosephi dicentis: ꝙ iste Menelaus & Iason fuerunt fratres Onie pontificis. Sed quia propter dictum Iosephi de quo certum est ꝙ dicit multa falsa: non uidetur autoritas huius libri dimittenda. nec eius littera extorte exponenda: maxime cum ad legendū sit receptus ab Ecclesia. propter quod saluo meliori iudicio uidetur mihi ꝙ iste Mene/ laus proprie dicatur frater Symonis de Tribu Beniamin. Si uero contra hoc obiciatē ꝙ iste Menelaus factus fuit summus sacerdos ut habetur in littera: quod recorsit in semetipsum summum sacerdotium quod debebatur filius Aaron tantum. Dicendum ꝙ

hoc non ualet. nam hoc sacerdotum obtinuit per Antbiochum Regem idolatram & gentilem. propter quod non curabat ꝙ contra Tribum Iudeorum pontifex esset: sed solū de utilitate temporali quā iude haberet. ideo subdit̄. at ille cōmendatus regi per ministros assist̄es sibi: quibus munera dederat Menelaus. Cū magnificasset faciē potestatis eius. per munera que apportauerat & nomine suo magis quam Iasonis ob/tulerat: & alia mittere de futuro ꝓmiserat: ut habetur infra. in semetipsum retrorsit summum sacerdotium a rege sibi concessum. cetera patent usq; ibi. & Iason quidam q proprium fratrem. scilicet Oniam. captiuauerat. ipso enim existente in Antbiochia offitium eius male impetrauerat. Ipse deceptus. per Menelaum. profugus tum quia priuatus erat sacerdotio: tum quia soluere non poterat impositam sibi summā. Mene/laus aūt p̄ncipatū qdem obtinuit. s. sacerdotii. de pecuniis uero regi ꝓmissis ut dictū est: nibil agebat. & subditur causa: cum dicitur. Cum exactione faceret Sostratus. ideo nō permittebat ꝙ de leuatiōe pecunie se intromitteret Menelaus. Quā obcausā Hic consequenter agitur de ambitione Lisimachi: cuius primo ponitur institutio. secundo eius destitutio ibi. Multis de sacrilegiis. prima in duas. quia primo ponitur institutio Lisimachi. secundo mors Onie iusti. ibi. Et cum hoc agerēt̄ur. Circa p̄mū dicitur. Quā obcausam utriq; scilicet Menelaus & Sostratus. Ad regem sunt euocati Menelaus eo ꝙ pecuniam promissam non mittebat. Sostratus uero. qa Menelaum exactionem facere non sinebat. propter quod Menelaus ipsum accusabat. Et Me/nelaus amotus est a sacerdotio succedente sibi Lisimacbo fratre suo. hoc procurante ꝙ Sostratum & alius modis quibus poterat per ambitionē suam: sicut dictū est supra de Iasone. ꝙ offitium sui fratris Onie male procurauerat. Dicunt tamen bic expositores aliq sequēt̄es dicta Iosephi: ꝙ iste Lisimachus nō fuit frater Menelai sed dicit̄ bic eius frater eo ꝙ fuit sibi similis in malicia. Sicut dicitur ꝙ nichil & chimera sunt fratres. sed bec expositio uidetur extorta maxime quando scribit̄ hystoria: sicut est in proposito. propter quod melius uidetur dici sequendo textum libri: ꝙ isti tres. s. Lysimachus. Menelaus. & Symon templi prepositus: fratres fuerunt. Sostratus aūt prelatus est Cypri. sicut frequēter mutant̄ Valli regis. insula uero Cypri subiecta tunc erat Antbiocbo Regi. Et cum hoc. Hic interponitur mors Onie cuius primo describitur occisio. secundo uindicatio ibi. Ob quam causam. Circa primum p̄mittit̄ temporis oportunitas cum dicitur. Cōtigit Tharsenses & Mallocas. id est ciues duaꝝ ciuitatum. Sedictionum mouere. contra Regē Antbiochum: eo ꝙ Anthiochi Regis concubine in datiuo casu. Dono essent dati. Dolebant enī ꝙ sub dominio talis multis essent positi. festinanter itaq; Rex. uenit sedare illos ne maius malum oriretur cōtra ipsum. sed per quem modum non dicitur bic. Sed uerisimile est ꝙ donum illud retrac/tauit: & concubine sue aliter preuidit. Relicto suffecto. id est sub se facto locū eius tenente. uno ex cōmitibus suis Andronico in anthiocena ciuitate. Ratus. i. opinatus. & dicitur a reor reris. Menelaus accepisse se tempus opportunium. ad mortem Onie procurandum in regis absentia per Andronicum cupidum. cetera patent usq; ibi. Ar/guebat eum. de furto notabiliter sacro. In loco tuto se continens. in quo nullus sub pena mortis audebat aliquid ledere. prorpter quod dicetur Asylum ab a ꝙ est sine: & syla ꝙ est tactus. cetera patent. Ob quam causam. Hic consequenter ponit̄ dicte uindicatio. & patet littera usq; ibi. Defuncti sobrietatē. in potibus & cibis. & modestiā in uerbis & factis. Andronicum purpura exutum. tanq̄ de statu dignitatis depositū: & degradatum. Circunduci per totam ciuitatem iubet. ut uindicta sceleris omnibus appareret. & in eodem loco etc. ut sic culpe responderet pena. Multis autem. Postq̄

ſupra poſita eſt Liſimachi inſtitutio: hic ponitur eiſ deſtitutio. & ſecundo Menelai reſtitutio: ibi. De biſ ergo. Circa primum dicitur. Multiſ autem ſacrilegiſ. in tẽplo Aliſimacho commiſſiſ: ſcilicet in diuini cultuſ diſſipatione & uaſorum aureoꝝ furtiua ſubtractione. Menelai conſilio. ut de auro partem haberent. & ut populo contra Liſimachum concitato ipſe ſacerdotium recuperaret: ſicut & factum fuit. ut ex ſequentibuſ patebit. Et diuulgata fama. de dictiſ ſacrilegiſ Aliſimacho commiſſiſ. Congregata eſt multitudo etc. iniquiſ manibuſ. uti ceperat. multitudinẽ contra ſe cõmotã interficiendo per iniquoſ: quoſ armauerat. cetera patent uſq; ibi. Omneſ uero in fugã conuerſi ſunt. ſcilicet qui erant cum Liſimacho. ipſum etiam ſacrilegum. ſ. Liſimachũ ſecuſ erarium interfecerunt. De biſ ergo. Hic conſequenter deſcribitur Menelai reſtitutio qui cum predictiſ debuiſſet ad mortem cõdemnari: per pecuniaſ fuit reſtitutuſ ad principatum ſacerdotii. dicit igitẽ. de biſ ergo. ſcilicet de auro furtiue ſublato de templo. Cepit iudicium aduerſuſ Menelaum agitari. quia factũ fuerat eiuſ cõſilio & quia ad hoc ſecuta fuerat plurium occiſio. Et cum ſuperaret̃ Menelauſ. id eſt cũ uinceretur de dictiſ criminibuſ. promiſit Ptholomeo. regi familiari. ad ſuadendũ regi pro Menelao. & contra aduerſarioſ ſuoſ. Et deduxit a ſententia. quam cogitauerat dare contra Menelaum danſ ſentẽtiam per contrarium. miſeroſ autem. ſ. accuſabant Menelaum. Qui etiã ſi apud ſchitaſ. qui ſunt Barbari irrationabileſ & crudeleſ populi Cito ergo. id eſt precipitanter & male. iniuſtam penam dederunt qui ꝓ ciuitate etc. ſub iſto qui intelligitur eiſ. Qui pro ciuitate Hieruſalem: & populo fideli. Et ſacriſ uaſiſ furtum ſublatiſ. Cauſam proſecuti ſunt. contra Menelaum. Menelauſ aũt ꝓpter eorum qui impotentia erant auaritiam: quia propter dona eiuſ commendabant eum apud regem: permanebit in poteſtate ſummi ſacerdotii etc.

.V.

EOdem tempore. Poſtq̃ ſuperiuſ deſcripta eſt Iaſoniſ ambitio: Hic deſcribitur miſerabiliſ eiuſ terminatio. cuiuſ primo ſignum premittitur. ſecundo ſignatum ſubditur ibi. Sed cum falſuſ rumor. Circa primum dicitur. Eodẽ tẽpore Anthiochuſ. ſcilicet Ephiphaneſ. ſecundam perfectionem parauit in Egyptum. priuſ enim intrauerat Egyptum quaſi curam gerenſ nepotiſ ſui: ſed alienatuſ a negotiis eiuſ ꝓ ꝑmateſ Egipti ut dictum eſt capitulo precedenti. ſecundo preparauit exercitum ad intrandũ ibi. xl. etc. Contigit autem illo tempore per uniuerſam Hieruſolimorum ciuitatem uideri diebuſ. xl. non eſt per hoc intelligendũ ꝙ ſingulis diebuſ fieret apparitio iſta. Sed ꝙ infra ſpacium. xl. dierum plurieſ fuit uiſa. Sicut Actuum primo dicit̃ ꝙ Xp̃ſ poſt reſurrectionem ſuam per quadraginta dieſ apparuit diſcipuliſ ſuiſ: & tamẽ nõ apparuit eiſ ſingulis diebuſ. Auratаſ ſtolaſ. id eſt tunicaſ que induuntur ſuper arma ad decorem. Et curſuſ equorum per ordineſ digeſtoſ. id eſt diſpoſitoſ ſecundum artẽ militarem. Et congreſſioneſ fieri cominuſ. id eſt de ꝑpe. Et ſcutorum motuſ. que in pugna aliquando leuantur ſurſum: aliquando ad dexteram: aliquando ad ſiniſtram mouentur. & galeatorum. id eſt hominum galeaſ habentium. Multitudinem gladiiſ deſtrictiſ. id eſt diuerſimode motiſ nunc feriendo punctum: nunc ceſim. Quapropter omneſ rogabant in bonum mõſtra conuerti. id eſt ꝙ talia eſſent ſigna futuri boni. Fuerunt tamen ſigna mali. ſcilicet depopulationiſ ciuitatiſ. primo per Iaſonẽ. poſtea per Anthiochum ephiphanem. Sicut ante tranſlationem Hieruſalem per Romanoſ apparuerunt ſigna multa: ſicut narrat Ioſephuſ libro de iudaico bello: que tamẽ hic propter prolixitatem ommitto. & quia eorum aliqua ponuntur hic in gloſa. Sed cũ falſuſ rumor. Hic conſequenter ponitur ſignatum quantum ad Iaſoniſ impetum: cũ dicitur. Sed cum falſuſ rumor exiſſet. ſcilicet de morte Anthiochi. Aſſumtiſ Iaſon nõ

minuſ mille uiriſ.immo magiſ pluribuſ. agreſſuſ eſt repẽte ciuitatem Hieruſalẽ. unde fuerat profuguſ perfectum Menelai:ut dictum eſt capi. precedenti. credebat enim Iaſon regem mortuum: & ſciebat eiuſ filium adhuc eſſe puerũ:& ſic credebat habere tempuſ aptum ad recuperandum ſacerdotium quo priuatuſ fuerat per Anthiochum. cetera patent uſq; ibi.Abiit in Amaniten.unde uenerat Hieruſalem.ad ultimũ exitiũ ſui. id eſt ad ſuum exterminium. Concluſuſ Abaretha Arabum tyranno.qui ꝑſequebatur eum & ſic patet ꝙ non ſolum erat odioſuſ iudeiſ:ſed etiam gentibuſ extraneiſ. ut refuga legum. id eſt apoſtata a lege diuina. ꝑegre periit. id eſt in aliena terra. lacedemonaſ profectuſ.iſti erant ſpartiathe.qui erant iudeiſ confederati ut dictum ẽ ſupra primo libro ca.xii.propter quod credidit ibidem habere refugium. Sed ſuenit contrarium.quia ſpartiate cognouerunt mala que fecerat genti iudeorum.ideo ſubditur.Ipſe illamentatuſ & inſepultuſ abiicitur.& ſic uidet̃ ꝙ ibi occiſuſ fuit:& corpuſ eiuſ proiectum beſtiiſ & auibuſ deuorandũ.hiſ itaq; geſtiſ.poſtq̃ deſcripta ẽ ichoatio tribulationiſ iudeorum propter ambitionem ſacerdotii: hic conſequenter ponit̃ eiuſ conſumatio per oppreſſionem regiſ Anthiochi. Circa quod primo ponitur uaſtatio plebiſ. ſecundo ſubuerſio legiſ capi.vi.prima in duaſ. quia primo ponitur uaſtatio plebiſ in regiſ preſentia.ſecundo in eiuſ abſentia ibi.igitur Anthiochuſ. Circa p̃mum primo ponitur uaſtatio populi.ſecundo uiolatio templi ibi. Sed nec iſta. Circa p̃mũ dicitur. Hiſ itaq; geſtiſ. ſcilicet ꝙ ciuitaſ Hieruſalem a Iaſone capta fuiſſet: & ꝙ Menelauſ ab eo pontifex deſtituiuſ in arcem confugiſſet:ut predictũ eſt. Suſpicatuſ eſt Rex Anthiochuſ ſocietate deſerturoſ iudeoſ. id eſt tributum ſibi negaturoſ. & ob hoc perfectuſ ex Egypto:unde reuertebatur de mandato Romanoꝝ. Efferatiſ animiſ.tum propter repulſionem ſui de Egypto.tum quia credebat iudeoſ receſſiſſe a ſuo dominio.Ciuitatem quidem Hieruſalem armiſ cepit.eo ꝙ erat intra ſe diuiſa: ut patet per predicta. Iuſſit autem militibuſ interficere. generaliter abſq; ſexuſ uel etatiſ diſtinctiõe. Erãt autem toto triduo.quo durauit illa occiſio.lxxx.milia interfecti.quia querebant̃ in locis occultiſ ubi ſe abſconderant. Quadraginta milia uicti ut ducerentur in captiuitatem. Non minuſ autem uenundati.in ſeruoſ & ancillaſ mercatoribuſ qui ad hoc uenerant. Sed nec iſta.Hic conſequenter ponitur templi uiolatio cum dicitur. Auſuſ eſt intrare templũ uniuerſa terra ſanctiuſ.quia dedicatũ erat cultui diuino. cetera uero cultibuſ idolorum. Menelao ductore qui econtrario debuiſſet pro emunitate templi zelare.ideo ſequitur. Qui legum diuinarum.& patrie ſcilicet Iudee.fuit proditor ſumenſ ſancta uaſa que ab aliiſ Regibuſ etc.ſcilicet Cyro & Dario. ut patet p̃mo Eſdre & Seleuco ſupra.iii.ca.Contrectabat indigne. ꝑpriiſ manibuſ.& contaminabat.applicando aliiſ uſibuſ.ita alienatuſ mente Anthiochuſ. non quia perdidiſſet uſum rationiſ:ſed quia non conſiderabat potentiam dei:q Heliodorum flagellauerat propter inuaſionem templi. ſupra.iii.ca. ꝙ factum erat per regnum Aſſyrie notorium. propter quod non eſt ueriſimile quin ad noticiam Anthiochi deueniſſet: ſed dominuſ propter peccata populi permittebat locum contẽni ſicut dixerat dominuſ Salomoni.iii.Regum.ix.ca.cetera patent. Igit̃ Anthiochuſ Hic conſequenter deſcribitur uaſtatio populi in regiſ abſentia. & diuiditur in duaſ parteſ.ſcilicet in principalem & incidentalem.que incipit ibi. Iudaſ autem. Circa p̃mũ primo ponitur receſſuſ Anthiochi de Iudea ſpoliato templo. & patet littera uſq; ibi. Exiſtimanſ ſe pre ſuperbia terram ad nauigandum.hyperbolica locutio eſt: ad exprimendum ſuperbie ſue magnitudinem. Reliquit autem prepoſitoſ ad affligendam gentem Iudeorum.poſt ſuum receſſum. Ieroſolomiſ quidem Philipum genere frigẽ.

id est oriundum de Firgia. in qua regione est Troia. Moribus crudeliorē eo. scilicet Antiocho. In Gazarim autem. qui est mons in regione Samarie. Qui grauius quā ceteri. etc. quia Samaritani semper fuerunt molesti Iudeis: ut patet in Esdra: & Nee/mia. Cumq; appositus esset contra Iudeos. id est firmatus in proposito nocendi eis. Misit odiosum principem Apollonium. de cuius nequitia & morte habetur p̄mo libro iii. ca. Pacē simulans ut haberet ingressum in ciuitatem. Omnesq; qui ad pectaculū processerant trucidauit. ex hoc uidetur q̄ armationem illam simularet fieri ad aliquē ludum exercendum: ut hastiludiū: & huiusmodi. ad quod uidendum conuenerunt plurimi. & illos primo iussit interfici. quantum ad uiros etatis perfecte secūdū iussum regis. Iudas autem. Hic est pars incidentalis in qua ponitur fuga Iude cum pluribus aliis ad loca deserta eo q̄ non poterant mala que fiebant in Hierusalem impedire sic ergo dicitur. Iudas autem Machabeus: qui decimus fuerat. non in numero fratrū suorum: sed magis quintus ut habetur supra primo libro ca. ii. sed in numero sūmoꝝ sacerdotiū. Vt dicit glosa: non tamen sciendo ab Aaron. quia multo plures fuerūt Sed a principio regni Grecorum: quod ut dicunt glosatores aliqui incipit a Se/leuco: qui in Syria successit Alexandro magno & tunc summus sacerdos fuit Onias Iaddi filius. qui secundum hoc dictum fuit primus. Symon iustus secundus Eleazarus filius Onie tertius. Quartus Manasses Eleazari auunculus. Quintus Onias Symonis iusti filius. Sextus Symon Onie filius. Septimus Onias huius Symonis filius: quem interfecit Andronicus ut dictū est ca. precedenti. Octauus Iason. Nonus Menelaus Decimus Iudas Machabeus. hoc accipitur de glosa Rabani super locum istum: que accipitur de dictis Iosephi. Sed uidetur in duobus deficere. primo quia Lisimachus successit Menelao secundum textum huius libri supra. iii. capitulo. qui maioris est auctoritatis: quam dictum Rabani uel Iosephi. Et sic eadem ratione qua numerantē hic Iason & Menelaus numerari debet Lisimachus in decimo loco: & non Iudas. sed o defecit: quia ponit regnum Grecorum incipere a Seleuco: q̄ tamen incepit ab Alex/andro magno. ut dictū fuit supra primo ca. primi libri. propter qd̄ uidetur mihi q̄ hec enumeratio incipere debeat a tempore Alexandri magni. Et tunc secundum oīs hystoriographus Iaddus erat summus pontifex iudeorum: cui si connumerenē Onias filius eius & alii consequenter nominati usq; ad Oniam quem interfecit Andronicus inuenientur q̄ iste ultimus Onias fuit nonus & per consequens Iudas decimus. q̄tum ad intrantes legitime. Iasō aut Menelaus & Lisimachus sunt ab hoc numero excludi tum quia male intrauerunt: tum quia cultum diuinū dissipauerūt: ut patet ex supra/dictis. & sic non fuerunt summi sacerdotes secundum rem sed tantum secundum nomē & usurpationē. Et fenicibo uescentes. id est terrenascentibus. que poterant in deserto reperiri. quia solo feno non poterant sustentari etc.

.VI.

SEd non post multū temporis. Postq̄ descripta est plebis uastatio. hic cōsequēter describitur legis abolitio. & primo in regis absentia. secundo in eius presentia ca. vii. Prima in duas. quia primo introducitur gentilitatis forma. secundo rebellibus imponitur pena ibi. Erat autem. Circa primum introducitur forma gentilitatis. & primo quantum ad modum uiuendi: cum dicitur. Misit Rex senem quendā Anthio/chenū. id est unum sacerdotem gentilem. idē enim significat senex in greco: & p̄sbiter in latino. Vnde primo de anima. ubi translatio noua habet. Si senex haberet occulū iuuenis. uideret utiq; ut iuuenis. in antiqua translatione habetur. Si presbyter ha/beret occulū iuuenis etc. Qui cōpleret Iudeos p̄mo uerbis psuasiuis: postea tormētis. Vt se transferrent a patrius & dei legibus. i. a legibus datis in monte Synai patribus.

ſecundo quantum ad contaminationē templi cum dicitur. Contaminare etiam ꝙ in Hieroſolomiſ erat templum. dedicando ipſum cultui Iouiſ Olympii. quod priuſ erat dedicatū ad cultū ueri dei. Et in Garizim etc. ad intellectum huiuſ ſciēdum ꝙ ſicut dicit Ioſephuſ antiquitatiſ iudaice libro. xii. Sanaballach Samaritanuſ dedit filiam ſuam uxorem Manaſſe fratri ſummi ſacerdotiſ Iudeorum. qui uolens habere honorē ſacerdotalem rogauit ſocerum ut edificaret ſibi in monte Garizim templum quod nominauit templum ſummi dei. & hoc fuit tempore Alexandri magni. Sed poſtea uidenteſ Samaritani ꝙ Antiochuſ Rex haberet iudeoſ exoſoſ ſcripſerūt Antiocho ſe nihil habere cōmune cum Iudeis petētes ꝙ templum apud eoſ edificatum in mōte Garizim Iouī dedicaretur: & hoc eſt quod dicitur. Et ī Garizim. ꝑut erant ſupplē poſtulanteſ. hi qui locum inhabitant ſcilicet Samaritani Iouiſ hoſpitaliſ: idem erat cum Ioue. Olympio Sed dupliciter nominabatur pro duobuſ locis ī quibuſ ſolēniter celebratur: ſicut apud noſ dicitur ſanctuſ Michael de monte Gargano & de monte Tumba. licet ſint alia multa loca in quibuſ ſanctuſ Michael ueneratur. peſſima autē & uniuerſis uere Iudeis grauiſ erat malorum incurſio. nam eis multa ſimul occurrebant mala. Nam templum. deo dedicatum. luxuria & commeſſationibuſ erat plenum etc. Intro ferenteſ ea que nō licebat. ſcilicet oblationeſ idolaticaſ. Altare etiam holocauſtorum plenum erat illicitiſ. id eſt hoſtiiſ gentilium immundiſ. Neq; autem. Hic tertio ponitur gentilitatiſ introductio in uiolatione templi ſacri: cum dicitur. Neq; autem ſabbata cuſtodiebantur. quod tamē erat preceptū. Exo. xx. in memoriam beneficii creationiſ. Neq; dieſ ſollemneſ. patrii. id eſt a patribuſ obſeruati. Sicut dieſ paſce in memoriam liberationiſ populi de Egypto: & Penthecoſteſ in memoriā datioīſ legiſ in monte Sinai. & ſic de aliiſ ut plenius dictū fuit in Exodo. & Leuit. Nec ſimpliciter. id eſt manifeſte ſe iudeum quiſq; confitebantur mortiſ timore. Erāt tamen aliqui qui hoc conſtanter & manifeſte confitebantur: ut ex ſequentibuſ apparebit. quia tamen erant pauci comparatiue. ideo pro nulliſ computātur. ſicut dicit communiter ꝙ nulluſ eſt in Eccleſia: quando ſunt ibi pauci reſpectu multitudiniſ: que deberet ibi eſſe & ſecundo Phyſicorum dicitur ꝙ illud quod modicum eſt quaſi nihil computatur. Ducebantur autē. hic quarto ponitur gentilitatiſ introductio in ueneratione idoli cum dicitur. ducebātur autem. ſcilicet iudei. cum amara neceſſitate: nam hoc faciebant mortiſ timore. In die natalis. regiſ Antiochi. ad ſacrificia. que tunc fiebāt ſollemniter ad honorem Bacchi. nam Rex credebat eum fauiſſe ſue natiuitati. Et cum liberi. id eſt Bacchi. Vnde uerſuſ.

Liber id eſt Bacchuſ uel uir ſine compede natuſ.

Cogebantur iudei edera coronari. id eſt habenteſ ſerta in capitibuſ de edera. eo ꝙ habet ſimilitudinem cum uite. & inuenitur uiridiſ omni tempore: non ſic autem uitiſ & maxime tpe natalis dicti regiſ. Libero circuire. id eſt ad honorem eiuſ chorizare Decretū. hic quinto ponitur introductio gentilitatiſ in oblatione ſacrificii. Nam multi iudei non ſolum in Hieruſalem & iudea ſed etiam in ciuitatibuſ gentilium habitabant diſperſi & illiſ ciuitatibuſ mandatum fuit per regiſ decretum ut iudeoſ habitanteſ ibi compellerent ad dimiſſionem ſue legiſ: & ſuſceptionem ritiſ gentiliū. & hoc eſt quod dicitur. Decretum autem exiit etc. & patet ex dictiſ littera. hoc excepto ſuggerentibuſ Ptholomeiſ. id eſt ſequatibuſ Ptholomei qui per falſam ſugeſtionem deduxit Regem a ſententia contra Menelaum ferenda ſupra. iii. ca. Erat autem. introducta gētilitatiſ forma: Hic conſequenter renuentibuſ infligit pena. & ꝑmo pro circumciſioniſ tenore: ſecundo pro ſabbati honore ibi. Alii uero. tertio ꝑ illicitī

cibi horrore ibi. Igitur Eleazarus. Circa primum dicitur. Erat aũt uidere miseriam. sic habent libri correcti. & est sensus. Erat autem. id est contigebat tunc omnibus assistentibus. uidere miseriam. que subditur cum dicitur. Due enim mulieres delate sũt id est accusate. Natos suos circuncidisse. quod apparebat ex prepucii precisione. Quas sic habent libri correcti. Ad ubera infantibus suspensi. quod erat ualde miserabile. scilicet ꝙ pueri suspendio necarentẽ ad ubera. quibus deberẽt nutriri. ꝓpter quod fuit preceptum. Exo. xxiii. Non coques hedum in lacte matris sue. uidebatur enim nimis durum & crudele. ꝙ hedus coqueretur in lacte unde solebat uiuere. sicut ibidem plenius fuit dictum. Alii uero. Hic consequenter ponitur pena obseruãtium sabbatum: & primo ponitur hic pena. secundo remouetur opinio falsa ibi. obsecro autem. Circa primum dicitur. Alii uero ad proximas coeuntes. id est conuenientes. scilicet spelucas. & latenter sabbati diem celebrantes. ibidem meditationibus diuinis & orationibus uacando. Cum indicati essent Philippo. qui positus erat in Hierusalem ad affligendum iudeorum gentem: ut habetur ca. precedenti. Flammis succensi sũt. scilicet fumiferias ut dicit Iosephus quibus necati sunt in speluncis. eo ꝙ uerebantur propter religionem etc. propter quod per Mathathiã & alios sapientes fuit declaratũ supra primo libro. ii. ca. ꝙ licitum erat eis se defendere in diebus sabbatoꝝ. Obsecro. Hic consequenter remouet opinio falsa qua posset aliquis credere ꝙ deus ꝓmitteret iudeis talia contigisse ex eius odio cõtra eos. ad quod remouendum dicitur hic: ꝙ talia non sunt signa odii dei sed dilectionis. Sicut pius pater proprium filium quem diligit pro defectibus suis per flagella corripit non autem alienum quem negligit. ex his patet littera paucis exceptis que discurrentur. Ne abhorrescant genus nostrũ. scilicet iudaicum. Et enim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere. id est prout sentiunt secundum partem irrationalem peccata continuare. Sed stare ultrões adhibere per flagella cohibentia. magni beneficii est indicũ. scilicet ꝙ non seruãtur ad penam futuram: sed purgantur ad uitam ueram. nõ autem sicut in alios nationibus. idola colentibus. Dominus patienter expectat. earum punitionem differendo ut sic appareat diuina misericordia maior expectando eorum penitentiam. Et per consequens eius punitio iustior post talem expectationem. ideo concludit propter quod nunquam quidem a nobis amouet suam misericordiam. nam amore corripit ut dictũ est in aduersis populum suũ non dereliquit. et patientiam tribuendo. Sed hec nobis id est a nobis. ad commonitionem legentium. ne credant penas nobis inflictas ex odio dei processisse. dicta sunt paucis scilicet uerbis. quia multo plura possent induci ad propositum ostendendum. Iam autem ueniendum est ad narrationem. s. penarum quas electi pro legis obseruantia pertulerunt. Igitur. Hic consequenter describitur pena pro horrore illiciti cibi inflicta. Nam Eleazarus magis elegit mori quam cibo lege prohibito inquinari non solum ex eius commestione sed etiam ex commestionis fictione. nam ex hoc probabiliter uidebat sequi transgressionem multorum. & hoc ẽ quod dicitur. Eleazarus unus de primoribus scribarum. id est de excellentioribus in scientia uirtute. & fama. aperto ore hians. per uiolentiam carnificum. Cõpellebatur carnem porcinam manducare. ꝙ est prohibitum lege. Leuit. xi. Ac ille gloriosam iam mortem. id est glorie meritoriam Christi tamen tempore cõsequende. magis quã odibilem uitam. id est uitiosam. uoluntarie peribat ad supplicium. propter sequens premium. Intuens autem oculis. cordis. Quemadmodum oportet accedere. ad beatitudinem. destinauit non admittere. id est perpetrare. Illicita propter uite. scilicet presentis amorem. nam bonum uirtutis maius est quam bonum uite corporalis. maius

autem bonum non est exponendum pro saluatiõe minoris boni: sed magis ecõuerso. bi autem qui astabant. ad exequendũ regis mandata. iniqua miseratione cõmoti etc. dicitur autem iniqua miseratio eo ꝙ inducebat ad iniquitatem. licet enim comedere carnes illas de quibus suadebant comedere Eleazaro esset ei licitum: absolute tamen in illo casu erat illicitum. nam in tali fictione erat falsitas & mendatium facto & aliorum seductio exẽplo. qa doctor legis erat & ideo per illud factum alii tracti fuissẽt ad legem transgrediendum. ideo sequitur. At ille cogitare cepit etatis ac senectutis sue eminentiam dignam. propter uirtutis & scientie cõcomitantiam. Et ingenite nobilitatis canicie. nobilitas. n. generis prouenit ex generatione. nobilitas uero uirtutis ex operatione. quãtum ad uirtutes acquisitas. & ex datione diuina: quantũ ad ifusas. Et iste uirtutes reddunt caniciem nobilem. Respondit cito. nam in habẽtibus habitũ non requiritur longa deliberatio. dicens premitti se uelle in infernum. id est potius sustinere penam omnem quam facere talem fictionem. & subdit ad hoc rationẽ dicẽs Non enim etatis nostre etc. Et per hoc maculam infamie quantum ad homines atq; execrationem apud deum & ãgelos sanctos. mee senecturi acquiram. & diuinũ iudiciũ incurram: ideo subditur. Nam & si in presenti tempore supplicius hominum eripiar. per talem fictionem. Sed manum omnipotentis etc. ideo concludit. Quãobrẽ fortiter uitam excedendo. id est eam pro lege dei exponendo. Senectute quidem dignus apparebo ad gloriam dei: & edificationem proximi. pro grauissimis. id est honestissimis sicut homo honestus dicitur grauis moribus. cetera patent usq; ibi. ꝑ arrogantiã prolatos arbitrabantur. ꝙ non erat dicendum sed hoc dixerat per constantiã mentis ad dei gloriam: & proximorum edificationẽ. Cum a morte possem liberari. per dictã fictionem. duros corporis sustineo labores. secundum partem sensitiuam. Secundum animam uero intellectiuam libenter hoc patior. Sicut sapiẽs pro sanitate cõsequẽda libenter accipit potionem sensui gustus amaram etc.

.VII.

Contigit autem septem fratres. Postq̃ descripta compulsio ad gentilitatẽ in regis absentia ut patet ex predictis. Hic consequenter fit idem in eius presentia ut ex sequentibus apparebit. & primo fit hoc in generali. secundo in spetiali ibi. unus autem. Circa primum dicitur. Contigit autem etc. hoc nõ uidetur contigisse in Hierusalem uel Iudea: quia Rex Anthiochus non legitur ibi rediisse postq̃ ide recesserat facta strage populi & spoliatione templi: ut habetur supra ca. quinto propter quod uidetur hoc contigisse in Anthiochia seu aliqua alia ciuitate notabili. ad quã uenerat edictum regis de compulsione Iudeorum ibidem habitantium ad ritum gentilium ut habetur ca. precedenti. Flagris & taureis crutiatos. flagrũ flagri est summitas uirgularum adinuicem ligatarum: que facit crepidinem percutiendo: & pruritum per calefactionis modum. Taurea tauree. est de corio tauri factum. Vnus autem. Hic consequenter ponitur compulsio in spetiali. & primo fratris primogeniti: quam ꝑ se & alios dixit. parati sumus mori magis q̃ patris & dei leges preuaricari. id ẽ leges a deo datus patribus nostris in mõte Sinai Iussit ei qui prior fuerat locutus amputari liguã liguã propter ueritatis confessiõem. Iussit ignẽ admoueri. id est adhiberi: seu apponi. Quemadmodum per potestatem cantici declarauit Moyses Deut. xxxii. Et in seruis etc. Mortuo itaq;. Hic consequenter ponitur afflictio secundi & patet littera usq; ibi. Et patria uoce dixit. id est secundum doctrinam sanctorum patrum. Tu quidem scelestissime. id est in supremo gradu sceleris existens. Post hunc. hic ponitur tormẽtatio tertii. & linguam postulatus cito protulit. non abhorrens eius prescisionẽ ꝑpter diuine legis obseruantiã: cetera patent. Et hoc ita defuncto. Hic ponitur uexatio

quarti: & patet usq; ibi. Tibi enim resurrectio ad uitam non erit. licet enim omnes in fine mundi resurgant immortales. quia tunc cessabit generatio & corruptio: tamen soli boni resurgent ad uitam immortalem que erit per gloriam anime redundantē ad corpus in dote inpassibilitatis. corpora uero malorum erunt immortalia: ut semp crucientur igne Iebenne. ut habetur Mat. xxv. que est mors. secunda Apoc. ix. Et ut admouissent. hic ponitur tormentatio quinti cum dicitur. Et ut admouissent. id est applicassent. Quintum uexabant eum. simili modo sicut precedentes. facit quod uis. uoluntate nequissima. Noli autem putare genus nostrum adeo esse derelictum. eo quod permittit nos a te cruciari: & hoc facit ad augmentum meriti nostri. patienter sustine. id est modicum expecta: ita ꝙ li patienter non est hic nota uirtutis: sed brevitatis uite temporalis. ideo subditur. Et uidebis cito magnam potestatem ipsius. cui non potest resisti. Qualiter te & semen tuum. id est imitatores tuos torquebit eternaliter in Iebennam. Post hunc. Hic consequenter ponitur uexatio sexti. & patet usq; ibi. Nos enim propter nosmetipsos etc. licet enim sancti essent & innocentes: tñ confitentur se pati propter peccata imputantes sibi aliorum delicta: eo ꝙ essent de eodem populo. & similiter facit Dañ. ix. ca. Tu autem etc. Quod contra deū pugnare temptauerit. eius cultum auferendo & eius populum crudeliter occidendo. supra modum. hec est pars septima in qua interponitur matris constantia cum dicitur. supra modum autem mater mirabilis. nam antea non legitur fuisse aliqua tante constantie. Que pereuntes septem filios quantam ad uitam presentem: sed saluatos quantum ad futuram. ideo subditur. Bono animo ferebat propter spem. scilicet alterius uite. Singulos illorum hortabatur uoce patria. id est sanctorum patrum doctrine consona. ideo subditur. Repleta sapientia. scilicet sanctorum patrum. Et feminia cogitatione que est de mollitie & remissione. Masculinū animum inferens. qui tendit ad ardua & difficilia. Dixit ad eos. ex magno feruore. Nescio q̄liter in utero meo apparuistis: tunc enim apparebat puer esse in uero matris quando incipit se mouere. motus autē & sensus sunt ab anima: que est in puero per infusionem: modus autem infusionis est soli deo cognitus. ideo subditur. Neq; ego enim spiritum. id est animā intellectuam que est spiritualis nature. nec & animam. id est potentiam sensitiuam que est ipsius coniuncti. Et uitam. id est operationes uite & singulorum membra. non ego ipsa cōpegi. quia uirtus formatiua non est a matre sed a patre: & illa etiam ubi agit? nisi in uirtute prime cause. ideo subditur. Sed mundi creator etc. & patet ex dictis usq; ibi. Sicut nunc uosmetipsos despicitis: quantum ad uitam corporalem. Anthiochus aūt. hec est octaua pars in qua ponitur Martyriū. vii. premittitur. tamen eius p̄suasio secundo ponitur eius uexatio ibi. Cum hec illa. Circa primum. primo premittitur p̄suasio a Rege cum dicitur. Anthiochus autem contemni se arbitratus per dictos filios qui dicebant eum scelestum & incendio Iebenne reseruatum. Simul & exprobrantis uoce despecta. quia uocem dictoꝝ fratrum reputabat despectam sicut & p̄sonas eoꝝ despicabiles reputabat: & sic duplici ratione reputabat se contemptum. scilicet ratione uerborum & personarum: & despicabilium. Cum adhuc adolescentior super esset: ut saltem illum superaret. non solum uerbis hortabatur etc. & patet littera usq; ibi. Cum autem multis. ubi ponitur persuasio iuuenis a matre que promisit suasuram se filio suo & uerum dixit: quia promissio absoluta sicut est ista ītelligenda est de bono. ideo subditur. Irridens crudelem tyrannum. quia persuasio sua erat ad uirtutis bonum. & patet littera usq; ibi. Sed dignus fratribus suis effectus. id est eorū consortio p̄ palmā martyrii. ut in illa miseratione que fiet sanctis resurrectione. Cum fratribus tuis te

recipiã ad augmentũ glorie ueſtre & mee. Cũ hec illa adhuc diceret. Hic cõſequẽter ponitur eiuſ uexatio. cum dicitur hec cum illa diceret: ex magno feruore non expectauit finem uerborũ matriſ complete. Quem ſuſtinetiſ. id eſt differtiſ uexare ſub ſpe uana q̃ debeam regi obedire. Noſ enim pro peccatiſ noſtriſ etc. ſicut exponatur ſupra de ſexto fratre. Dominuſ noſter modicum iratuſ eſt. nam omniſ pena in preſenti modica eſt reſpectu future. Noli fruſtra extolli uaniſ ſpebuſ. ſic habent libri correcti. q. dicat non pertingenſ ad id quod ſperaſ dei iudicio impedituſ. nã fratreſ mei modico nunc dolore ſuſtentato. reſpectu doloriſ futuri. Sub teſtamento. id eſt promiſſione firma uite eterne effecti ſunt: quam ſine dubio conſequenẽ. Inuocanſ deũ maturiuſ. id eſt cum pondere affectuſ. Teq̃ cum tormentiſ & uerberibuſ confiteri. mihi uidetur propbetice loqui: quia ſic fuit impletum de futuro: ut patet infra. ix. capitulo cetera patent etc.

.VIII.

IVdaſ uero. deſcripta tribulatione Iudeorum per Regem Anthiochum: Hic conſequenter deſcribitur eorum liberatio per Iudam Machabeum. Circa quam primo ponitur liberatio populi. ſecundo purgatio templi. x. ca. Prima in duaſ. quia primo ponitur liberatio populi a Regiſ ducibuſ. ſecundo a perſona eiuſ. ix. capitu. Prima adhuc in duaſ. quia primo ponitur Iude proſperatio. ſecundo principũ Anthiochi debellatio ibi. Videnſ autem Philippuſ. Circa primum dicitur. Iudaſ uero, Machabeuſ. & qui cũ eo erant introibant latenter in caſtella. ab aduerſariiſ occupata non. n. habebant adhuc tantum populũ q̃ poſſent patenter committere bellum. Et conuocanteſ cognatoſ. de quibuſ magiſ confidebant: & qui ad hoc erant magiſ parati. Et eoſ qui manſerant in Iudaiſmo aſſummenteſ. Nam pro lege ad pugnandum erãt uoluntarii. Et inuocabant dominum etc. ſine cuiuſ auxilio non poterant reſiſtere tanto aduerſariorum numero: allegenteſ ad hoc rationeſ ex parte populi conculcati & templi contaminati & ciuitatiſ electe ad cultum dei & ſanguiniſ innocentiſ effuſi & nominiſ ſui blaſphemati. & patet littera uſq; ibi. Intollerabiliſ gentibuſ efficiebat. quia non poterant ipſius impetuſ ſuſtinere: & ſubditur cauſa cum dicitur. Ira enĩ dñi in miſericordiam conuerſa eſt. & ſic habebat auxilium dei. Et ſuperueniens caſtelliſ & in ciuitatibuſ improuiſiſ. ſcilicet ab aduerſariiſ qui non prouiderant ſibi contra aduentum ipſius maxime. autem noctibuſ. quia tunc boſteſ minuſ ſibi poterant ꝓuidere. Videnſ autem. Hic conſequenter deſcribitur principum Regiſ debellatio. & primo ponitur belli apparatuſ. ſecundo conflictuſ ibi. Ad hoc etc. Prima in duaſ. qa primo deſcribitur apparatuſ ex parte gentilium. ſecũdo ex parte Iudeorum ibi. Iudaſ aũt. Circa primum dicitur. Videnſ autem Philippuſ quem Rex Anthiochuſ reliquerat Hieruſolomiſ ad affligendum populum Iudeorum: ut habetur ſupra. v. ca. & dicũt aliqui q̃ iſte eſt ille Philippuſ de quo dicit̃ in fine ca. ſequẽtiſ. q̃ tranſferebat corpuſ Anthiochi defuncti. ſed hoc non uidetur uerum. Primo quia iſte erat in Hieruſalẽ aliuſ autem in Perſide cum Anthiocho Rege quando fuit illud bellum. ſecundo qa iſte fuit phrigeſ genere: ut habetur ſupra. v. ca. aliuſ uero Regiſ collactaneuſ: ut habetur in fine capituli ſe. cetera patent uſq; ibi. Miſit in Canorem Patrocli. ſ. filium de primoribuſ amicum. ſic habent liberi correcti. Erant enim de principalibuſ amiciſ ſuiſ Datiſ et de permixtiſ gentibuſ etc. Erant enim collecti de diuerſiſ locis & ciuitatibuſ. Conſtituit autem. id eſt firmiter promiſit. Nicbanor Regi. id eſt locũ Regiſ in hoc tenẽti: nam Rex erat in Perſide ut dictum eſt. Vt tributum q̃ Romaniſ erat dãdum. Erat enim Rex Anthiochuſ tunc tributariuſ Romanorum. De captiuitate Iudeorum ſuppleret. id eſt de precio Iudeorum quoſ in ſeruoſ & ancillaſ uenderet:

ideo ſubditur. Statimq; ad maritimaſ etc. Supra primo libro .iii.ca. non dicitur ꝙ miſerit. tamen datꝫ intelligi per hoc ꝙ ibi dicit.& audierũt mercatoreſ etc. Nonagita mancipia talento. ſcilicet uno diſtracturum. dicit autem mancipiũ quaſi manu captũ. quia qui per bellum capiebantur in ſeruoſ uendebantur ſeu in propriam ſeruitutem redigebantur. Iudaſ autem. Hic conſequenter deſcribitur apparatuſ belli ex parte Iudeorum primo. & primo ponitur aliquorum puſillanimitaſ: cum dicitur. Ex qbuſ quidem formidanteſ. magnitudinem & fortitudinem exercituſ uenientiſ cum Nichanore. Et credẽteſ & nõ credenteſ dei iuſtitiã id eſt minuſ debito confidẽteſ de auxilio diuino: & ſic non credebant diuine iuſticie. qa non credebant ꝙ deuſ faceret iuſtitiã id eſt uindictam de aduerſariuſ eorum. In fugam uertebantur ſubtrahenteſ ſe occulte de ſocietate Iude. Alii uero. Hic conſequenter ponitur aliorum animoſitaſ. & ꝑmo in generali. ſecundo ipſiuſ Iude in ſpeciali ibi. Conuocatiſ autem. Circa ꝑmum dicit. Alii uero ſi qui de eiſ ſupererant. accipitur hic ſi pro quia. quia cum Iuda remaſerũt .vii. milia: ut habetur infra. ueniebant cum Iuda ad pugnam: Simulq; dominum deprecabantur. magiſ innitenteſ diuine protectioni quã ſue uirtuti. Quia eoſ priuſq̃ cominuſ ueniret. id eſt priuſq̃ ad bellandum appropinquaret. Vendiderat. ut predictum eſt. Et ſi nõ ꝓpter eoſ. id eſt propter eorum merita eriperet eoſ Anichanore ſaltem hoc faceret propter teſtamentum quod erat ad patreſ eorum. id eſt propter promiſſionem a deo factã patribuſ ſanctiſ de conſeruatione ſeminiſ eorum in eternũ uel aliter. propter teſtamentum. id eſt propter legem datam patribuſ quã uolebat deſtruere totaliter Anthiochuſ: ut patet ex ſupradictiſ. & ſimiliter uolebant hoc facere duceſ eiuſ. Et propter inuocationem ſancti & magnifici nomini eiuſ. quia dicebantur pre gentibuſ ceteriſ dei populuſ. Conuocatiſ autem. Hic conſequenter ponit animoſitaſ Iude in ſpeciali: & primo ſuoſ animando. ſecũdo exercitũ ordinãdo ibi. Conſtituit itaq;. Prima in duaſ. quia primo Iudaſ ſuoſ animat rationibuſ. ſecũdo exempliſ ibi. Amonuit autem. Circa primum dicitur. Conuocatuſ autem Machabeuſ. ut exiſtenteſ prope eum magiſ intelligerent eiuſ uerba: .vii. milibuſ primo Machabeorum .iii. dicitur ꝙ fuerunt tantum tria milia. Dicendum ꝙ ibi loquitur de ſufficienter armatiſ. Vnde ibidem ſubditur quia tegumenta & gladioſ non habebant .ſ. ad armandum plureſ ſufficienter: Sed multi ex magno deſiderio mori ad pugnãdum propria & lege dei: fuerũt ibi quaſi inermeſ: & maxime quia dixerat Iudaſ meliuſ eſſẽ mori q̃ uidere mala gentiſ & ſanctorum. & ſic in uniuerſo fuerunt .vii. milia. & ſic dicitur. Et primo allegat rationem ſumptam ex parte aduerſariorum: cum dicitur. Rogabat ne boſtibuſ reconciliarentur. reddendo ſe eiſ ſub aliquibuſ conditionibuſ. Neq; metuerent inique uenientium etc. quaſi diceret in ſuiſ iniquitatibuſ capientur. ſecundo adducitur ratio ex parte dei: cum dicitur. Sed fortiter contenderent diuicando ante oculoſ mentiſ. habenteſ contumeliam in locum ſanctum etc. unde ſupra primo libro .iii. ca. ubi tangitur iſta materia dixit Iudaſ meliuſ eſt nobiſ mori ĩ bello q̃ uidere mala gentiſ noſtre & ſanctorũ. Itemq; ludibrio habite ciuitatiſ. ſ. Hieruſalẽ ad dei cultum electe. Adhuc etiam ueterum inſtituta conuulſa. habebant. n. Iudei aliquaſ ordinationeſ extra legem Moyſi factaſ a ſermonibuſ. propter regimẽ bonũ populi. tertio ponitur ratio exparte auxilii cum dicitur. Nam illi quidem armiſ cõfidunt etc. id eſt tantum in uirtute humana que eſt defectiua. Noſ autem in omnipotente dominio. cuiuſ uirtuſ eſt infinita. Ammonuit aũt. Hic cõſequenter Iudaſ ſuoſ animat exẽpliſ cum dicitur. Ammonuit aũt eoſ & de auxiliiſ dei que facta ſunt erga pnteſ ĩ exitu de Egypto. Exo.xiiii. Et ꝙ ſub Sennacherib. c.lxxxv. milia

perierũt. ab angelo domini percussa. ut habetur. iiii. Regum. xix. Et de preda ꝙ eis accidit aduersus Galathias etc. Istud bellum non habetur in sacrta scriptura: nec alibi potui reperire. propter quod non possum dicere nisi illud ꝙ hic est in textu. ubi ad rem uentum est. id est ad pugnãdum actu. macedonibus socius. id est in eodem exercitu existentibus cum Iudeis. hesitantibus. id est formidantibus pugnare. ipsi sex milia. soli scilicet Iudei peremerunt ex milia. non propria uirtute sed diuina. & bñfitia pro his plurima cõsecuti sunt a Rege. Consequenter ponit ammonitionis effectus cũ dicitur. his uerbis constantes effecti etc. Constituit itaq;. Hic consequenter ponitur exercitus ordinatio cum dicitur. Constituit itaq; fratres suos duces. quia de eoz̃ fortitudine & fidelitate magis confidebat. utriq; ordini. scilicet equitum & peditum. tñ in qualibet acie erãt aliqui equites & aliqui pedites. & hoc secũdum doctrinã Vegetu libro de re Militari. potissime quando bellum committitur in loco aspero ubi equites non possunt bene coniungi. Symonem & Ioseph̃ & Ionatham. supra primo libro ii. ca. ubi ponuntur fratres Iude: non nominatur ibi aliquis Ioseph̃us: propter qđ dicunt aliqui ꝙ iste non fuit frater carnalis Iude sed tãtum legalis ut de eadem lege uel de eadem cognatione libro primo de eadem cognitione confusum est. Sed nõ est uerisimile. ꝙ iter duos fratres Iude carnales scilicet Symonem & Iudam ponat tãq̃ frater eius alius qui tamen sit extraneus propter quod uidetur melius. Dicendum ꝙ iste fuit frater carnalis Iude qui primo libro nominatur Eleazarus. Vnde. xii. libro antiquitatis Iudaice dicitur ꝙ iste Eleazarus cognominatus est Saphus. & uidetur idem nomen ꝙ Ioseus abbreuiatum sicut Nicolaus per abbreuiationem aliquando dicit̃ colaus. Subiectis unicuiq; millenis & quingentenis. retinẽs in acie sua duo milia quingentos. Ad hoc etiam. Post q̃ descriptus est belli apparatus: Hic consequenter describitur conflictus. Et primo ponitur conflictus cum Nicanore. Secundo interponitur conflictus cum Tymotheo & bachide ibi. Et ex his. tertio reuertitur actor ad loquendum de Nicanoris cum fusione ibi. facinorissimus autem. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur Nicanoris debellatio. secundo gratiarum actio ibi. Arma autem. Circa primum dicitur. ad hoc etiam scilicet ad bellandum uiriliter ab Esdra lecto sancto libro ut precipitur Deut. xx. Iste Esdras non fuit ille qui legẽ repauit nam iste mortuus fuerat diu ãte. sed fuit unus de sacerdotibus eiusdẽ tamen nominis tempore Iude. Et dato signo adiutorii dei. non dicit̃ hic quale fuit. Sed ꝓbabiliter potest dici ꝙ fuit clãgor sacrarum tubarum in aggessu belli. In prima acie ipse dux. scilicet Iudas Machabeus interfecerunt super. ix. milia. supra primo libro. iii. capi. dicitur ꝙ ceciderunt usq; ad tria milia. dicendum ꝙ illa tria milia ceciderunt in primo congressu cum Nycanore. sed in processu belli & persecutionem fugientium tot alii ceciderunt ꝙ in uniuerso fuerunt nouẽ milia: & ampliꝰ. ut habetur hic. cetera patẽt usq; ibi. & reuersi sunt hora conclusi. id est repressi nã imminebat hora decima a qua incipiebat obseruatio sabbati: sed hoc non uidebatur impedire. quia supra primo lib. ii. ca iam erat declaratum ꝙ licitũ erat eis in sabbato bellare. Dicendum ꝙ uerum est se defendendo. nam hoc est necessitatis. non autẽ inuadẽdo: seu persequendo. Arma autem. Hic ob uictoriam subditur gratiarum actio cum dicitur. sabbatum agebant ab operibus & seruilibus: quiescendo & diuinis laudibus uacando. ideo subditur. Bñdicentes dominum etc. Post sabbatum uero etc. quia partem prede debilibus & pauperibus dederunt. cetera patent. Et ex his. Hic consequenter interponitur de cõflictu cum Tymotheo. & Bachide qui pleniꝰ habet̃. primo libro. v. ca. uidetur tñ ꝙ iste Bachides fit alius ab illo quẽ misit Demetrius cum Alchimo contra Iudeos ut

habetur ſupra primo libro. vii. ca. nam pluresᵉ erant principesᵉ & militesᵉ eiuſdē nominiſ ſicut & modo. cetera patent uſq; ibi. Et cum pyphenia agerentur in Hieroſolomiſ. id eſt ſollemnitatesᵉ de victoriſ contra Tymotheum & Bachidem obtenti: ab epy ꝙ eſt ſupra: & nihiloſ ꝙ eſt victoria unde alia tranſlatio habet. Dieſ victorie. ut dicitur in gloſa. Eoſ qui ſacraſ ianuaſ. ſcilicet templi. incenderant. id eſt caliſtenam inter iſtoſ principalem. Cum in quoddam domicilium forte refugiſſēt. pro ſui intentiōe. Incēderunt. & ſic pena correſpondit culpe. Facinoroſiſſimuſ autem. Hic reuertitur actor ad loquendum de ſupradicti Nicanoriſ confuſione cum dicit̄. Quod mille negotiātesᵉ etc. id eſt multoſ. ita ꝙ ponitur hic numeruſ determinatuſ p̄ uumero indeterminato ſicut aliquando fit in ſcriptura. prout fuit oſtenſum in Apoca. humiliatuſ auxilio domini ab hiſ. ſcilicet Iudeiſ. quoſ nulloſ exiſtimauerat. id eſt nulliuſ eſſe uirtutiſ. Depoſita ueſte glorie. ne cognoſceretur. per mediterranea fugiens. id eſt per loca occulta. Soluſ uenit Anthiochiam. id eſt cum ualde paucis. hoc enim modo dicit̄ p̄n/cepſ ſoluſ quando habet paucoſ ſecum. predicabat nunc protectorem deum habere Iudeoſ. hoc dicebat magiſ ad excuſationem ſui de ſua detectione & exercituſ debella/tione: quam ad exaltationem ſui nominiſ & commendationem diuine legiſ: & obſer/uatorum ipſiuſ etc.

.IX.

Eodem tēpore. deſcripta liberatiōe populi ab Anthiochi ducibuſ. Hic cōſequēter deſcribitur liberatio populi a perſona ipſiuſ: & hoc per diuinā percuſſionē. Circa ua m primo ponitur huiuſ percuſſioniſ ratio. ſecundo ipſa percuſſio ibi. Sed qui uniuerſa. tertio percuſſi humiliatio ibi. hinc igitur. quarto humiliati terminatio ibi. Igitur homicida. ratio uero percuſſioniſ Anthiochi fuit quia non ſufficiebant ſibi mala que Iudeiſ fecerat: ut patet ex ſupra dictiſ. Sed cum hoc anhelabat ad gentem totaliter Iudeorum deſtruendā: & ciuitatem dei Hieruſalem funditus ſubuertendam ut ſic repulſionem ſui de Perſide & bellationem ducum ſuorum in Iudeoſ uindicaret. ex hiſ dictiſ patet littera paucis exceptis. qui diſcurrentur que dicitur. Perſepol. hec eſt illa ciuitaſ que illo libro. vi. ca. dicitur. Elymaida. & hoc proprio nomine. & hic Perſepol. Eo ꝙ erat Metropoliſ Perſidiſ. Circa Echbathanan. hec eſt ciuitaſ que uocatur Echbathaniſ. primo Eſdre. vi. Et iuſſit celeſti eum iudicio perurgente. id eſt impellente. Ad cuiuſ intelligentiam ſciendum ꝙ in hac feſtinatione duo erant. ſ. intentio Anthiochi peruerſa ad populi deletionem: & ciuitatiſ ſubuerſionem. & hoc non erat a deo impellente qui non eſt actor mali culpe. ſed erat ab Anthiochi malicia Aliud erat uelocitaſ motioniſ ad quam ſecutuſ fuit caſuſ Anthiochi. & eiuſ quaſſatio grauiſ: & hoc fuit a deo impellente: qui eſt actor mali pene. de quo dicitur Amoſ. iii. non eſt malum in ciuitate quod non fecerit dominuſ. Sed qui. Hic conſequenter ponitur Anthiochi percuſſio: cum dicitur. Percuſſit eum inſanabili & inuiſibili plaga. nam erat intra uiſcera & mortuuſ fuit ex ea qui multiſ & nouiſ cruciatibuſ ut ſupra patuit in ſeptem fratribuſ. licet ille nullo modo a ſua malicia ceſſaret propter dictam plagam. Ideo dominuſ addidit ſecundam: cum ſubditur. Contigit eum impetu euntem de curru cadere. per uerſationem curruſ ex tali feſtinatione. Iſ qui ſibi uidebatur fluctibuſ mariſ imperare. hyperbole eſt ad deſignandum ſuperbie ſue magnitudinem. Manifeſtam dei uirtutem in ſemetipſo conteſtans. ſcilicet facto ex duplici p̄cuſſione. Ita ut de corpore impii uermeſ ſcaturirent. ex putrefactione in teſtimoniorum. ac uiuētesᵉ in doloribuſ carneſ eiuſ effluerent. p̄ ſaniem appoſthematū. Et q̄ paulo ante ſydera celi contingere etc. hyperbole eſt: ad exprimendam eiuſ ſuperbiam. Hic igit̄ Hic conſequenter deſcribitur percuſſi humiliatio. & primo coram deo. ſecundo coram

hominibuſ ibi. Sed non ceſſantibuſ. Circa primum dicitur. Hic igitur cepit ex graui ſuperbia deductuſ. ab alto ad infimum. Ad agnitionem ſui uenire. quia uexatio dat intellectum. Eſaie. xxviii. cetera patent uſq; ibi. Adorabat autem ſceleſtuſ dominũ a quo non eſſet miſericordiam conſecuturuſ. quod dupliciter poteſt intelligi. uno mõ quantum ad relaxationem pene corporaliſ: que non ſemper remittitur orantibuſ & uere penitentibuſ. nam aliquando nõ expedit eiſ. & ſic licet forſitan uere penituerit tamen quantum ad euaſionem mortiſ miſericordiam non fuit conſecutuſ. ſed tantum quantum ad ueniam peccatorum. alio modo etiam quantum ad remiſſionẽ peccatoꝝ quod tenetur communiter dicendo ꝙ eiuſ penitentia non fuit uera. quia non fuit propter offenſam dei: ſed tantum propter euaſionem corporaliſ flagelli. & ſic nõ fuit miſericordiam conſecutuſ quantum ad remiſſionem culpe nec pene. cetera patẽt uſq; ibi. Equaleſ nunc athemenſibuſ. qui multaſ libertateſ habebant propter ſapientie ſtudium: quod uigebat ibidem. Et predicatuꝝ dei poteſtatẽ. Omnia hec ad euaſionẽ pene promittebat ſecundum cõmunem oppinionem. Sed uero ceſſantibuſ. Hic cõ/ ſequenter deſcribitur eiuſ humiliatio coram hominibuſ: ſcilicet Iudeiſ. quoſ ante ſupra modũ contẽpſerat ſcribens eiſ epiſtolã deprecatoriã. & patet uſq; ibi. Et ex ſententia uobiſ cuncta ſunt. id eſt ad uoluntatem ueſtram uobiſ ueniunt. Non deſperanſ me/ metipſum. de infirmitate curari. in hoc uidetur manifeſte mentiri. quia ſupra dixit ꝙ non ceſſantibuſ doloribuſ deſperanſ ſcripſit ad Iudeoſ etc. Ex hoc enim uidetur uerũ ꝙ ſupra dictum eſt: ſ. ꝙ eiuſ penitentia non fuit uera. Reſpicienſ aũt quod & pater meuſ. adhuc uiuenſ ordinauit de illo ſucceſſore: ut in caſibuſ magniſ & dubiiſ ſcirent homineſ regni ad quem deberent de ciuitate recurrere. Ad hoc conſideranſ. id ẽ iuxta hoc cogitanſ. de proximo potẽteſ quoſq; etc. id eſt ꝙ principeſ potenteſ iuxta regnũ noſtꝝ exiſtenteſ diligenter attendunt oportunitatẽ temporiſ: in quo poſſint nocere regno noſtro. quod potiſſime contigit quando homineſ regni ſunt in dubio ad quem debeant recurrere pro regni defenſione. Deſignaui filiũ meum Antiochum regem. qui adhuc iuueniſ erat. Quem ſepe recurrẽſ in ſuperiora regna. ſ. Medie & Perſidiſ Multiſ ueſtrum commendabam. tali modo loquitur ne mendacium eiuſ percipiatur quia ſi diceret ſe ſcripſiſſe communitati uel aliquibuſ perſoniſ eaſ nominando ſtatim poſſet percipi falſitaſ dicti ſui. Sed quia dicit multiſ nullum nominando non poterat ſic percipi quia poterat quilibet opinari talem commendationem feciſſe aliquibuſ in ſecreto & hoc uerbo uel ſcripto. Et ſcripſi ad eũ que ſubiecta ſũt. ſcilicet ſubſtitutiõe ipſiuſ in regnum: & de eiuſ cõmendatione. Memoreſ beneficiorũ. tamen ex ſuperio/ ribuſ non apparet aliquod benificium ab eo Iudeiſ preſtitum: niſi unum. ſ. de uindicta mortiſ Onie ſupra poſita ca. iiii. & quantum ad hoc ſubdit publice hoc enim fuit pu/ blicum. & priuatim. licet hoc uideatur falſum propter magna mala que fecit Iudeiſ: ut patet ex ſupra dictiſ. tamen non poterat percipi in hoc ſuum mendatium nam benefitia facta priuatim non ſic ueniunt ad noticiam aliorũ. Et ſequentem propo/ ſitum meum. id eſt uoluntatem meam erga uoſ bonam. Communem. id eſt condeſcẽ/ dentem uobiſ fore. Igitur. Hic ultimo ponitur eiuſ exterminatio cũ dicitur. Igitur homicida & blaſphemuſ. ut patet ex ſupra dictiſ in multiſ caſibuſ. Peſſime percuſſuſ. nam ex hoc nõ fuit per ueram penitentiam emendatuſ ideo ſubditur Miſerabili obitu uita functuſ eſt. Si enim emendatuſ fuiſſet eiuſ obituſ: miſerabiliſ non diceretur. Tranſferebat autem corpuſ eiuſ ad locum ſepulture patrum ſuorum Philippuſ col/ lactaneuſ eiuſ. id ẽ de eodẽ lacte nutrituſ. hic eſt Philippuſ cui dedit dyadema ſtolã ſuam: & anulum ut inſtrueret regem filium ſuum. ut habetur p̃mo libro. vi. ca. Qui

metuens filium Anthiochi. tum quia Lisias qui filium Anthiochi nutrierat excitauit eum contra Philippū: ne propter eum a negotiis regni elongaretur. & quia Philippus ciuitatem regiam occupauerat. hoc habetur ibidem: & infra. xiii. ca. quam non potēs defēdere contra Regē fugit ad Ptholemeum Egypti Regē etc. .X.

Machabeus autem. Descripta liberatione populi: hic consequenter describitur purgatio templi. que diffusius describitur supra p̄mo libro ca. iiii. & ibidem exposita est. propter quod nihil aliud restat nisi breuiter aliqua uocabula discurrere. Et de ignitis lapidibus. id est aptis ad hoc q̄ inde excutiatur ignis. Post biennium. s. in tertio anno a pollutione eius eadem die qua fuerat ante pollutum. ut habetur p̄mo libro. iiii. ca. & infra parte ista. & sic hoc fuit in completione triennii. sed non post biennium. potest etiam aliter dici. Post biennium. non incipiendo a pollutione templi sed a principio bellorum Iude Machabei. quibus post regis recessum debellauit aduersarios Iudeorum. propter quod tirsos. est autem tirsus frutex medius quarūcumq; berbarum. unde procedunt rami hinc & inde. & est nomen compositū a terra & sursū eo q̄ a terra sursum conscendit. Nunc autem. Descripta liberatione populi per Iudā tempore Anthiochi nobilis: Hic consequenter ponitur eiusdē liberatio tempore Anthiochi Eupatoris. & diuiditur in duas partes. quia primo premittit duplex p̄ambulū secundo accedit ad propositum ibi. Gorgias autem primum preambulum est de mō scribendi ea que sequuntur. cū dicit. Narrabimus breuiantes mala que in bellis gestis sunt. per hoc ut dicit glosa Rabani innuitur q̄ bellū huius Anthiochi contra Iudeos quod primo libro. vi. ca. diffuse subditur. hic ab ordine historie pretermittitur. Sed si Rabanus intelligat q̄ in hoc secundo libro pretermittatur. Simpliciter non uideō uerū. nam infra. xiii. ca. ponitur ut ibidem plenius uidebitur: dño concedente. Si autē intelligat q̄ pretermittatur scd̄m ordinem historie tantum: sic habet apparentiam dictum suum. nam hoc bellum uidetur fuisse in principio regni sui quod tñ ponitur hic in fine. Hic enim. hic ponitur secundum preambulū quod est de regni ordinatione nam principes a rege ordinati uiderunt bella contra Iudeos ut ex sequentibus apparebit. sic ergo dicit. Hic enim. scilicet Anthiochus Eupator. Constituit super negotia regni Lysiam. prius enim a patre eius fuerat constitutus sup negotia regni in parte scilicet a flumine Eufrate usq; ad flumen Egypti: ut habetur. iii. ca. primi libri. Sed iste constituit eum procurationem suum super negotia regni generaliter: & subditur causa huius institutionis cum dicitur. Nam Ptholemeus etc. Iste enim uidetur fuisse in eodem officio: sed fuit depositus duplici ratione. Prima est quia erga Iudeos se habebat modeste contra intentionem Anthiochi Ephiphanis. secunda est q̄ notabatur apud Regem de proditione cum esset primo cum Rege Egypti relinquendo Cyprū sibi traditā ad custodiam & postea transiens ad Anthiochum Regem non se fideliter habuisset. & sic dato sibi ueneno periit. & loco eius Lysias institutus fuit. & hoc est quod dicitur hic. nam Ptholemeus etc. quasi diceret ideo Lysias fuit institutus quia Ptholemeus fuit destitutus: & ueneno interfectus. & quia hic littera intricata est: & in aliquo detruncata: ideo iungatur sic. Nam Ptholemeus qui dicebatur Macer. id est sic cognominatus ad differrētiā illius Ptholemei qui supra. iiii. ca. induxit Anthiochū Ephiphanem ad dandum sententiam iniquam. Iusti tenax erga Iudeos. id est firmus seruator iusticie ad eos & subditur causa: cum dicitur. Et precipue. propter iniquitatē que facta erat in eos per Anthiochum Ephiphanem. ut patet per supradicta. Esse instituit. scilicet cum Iudeis iuste & modeste. & pacifice agere cum eis. & aliquam recō/pensationem dicte malicie contra eos facte. Sed ob hoc accusatus ab amicis apud

Eupatorem. ſcilicet ab amicis Eupatoris. Cum frequenter proditor audiret. id eſt cū frequenter dicitur Eupatori. hic Ptholemeus eſt, unus proditor. Eo ꝙ Cyprum creditam ſibi. id eſt traditam ſue cuſtodie. a Philometore. Egypti Rege. Deſeruiſſet. infideliter eam cuſtodiendo. Et ad Antiochum nobilem tranſlatus. id eſt de familia ſua factus. Etiā ab eo receſſiſſet. nó exequēdo circa Iudeos eius intentionē ueneno periit. ſcilicet iniuſte quantum ad cauſam de Iudeis quicquid ſit de alia. Gorgias aūt. Hic conſequenter acceditur ad propoſitum. ſcilicet ad deſcribendum conflictus Iude pro liberatione populi Eupatoris tempore. Et diuiditur in duas partes. quia primo deſcribitur hic conflictus cum Regis ducibus. ſecundo cum perſona ipſius. xiii. capi. Prima diuiditur in quinq; partes: ſecundum numerum ducum. & gentium cum qbus Iudas & eius ſocii pugnauerunt. igitur primo ponitur eius conflictus cum Gorgia & adherentibus ſibi: cum dicitur. Gorgias autem. cum eſſet dux locorum propinquoꝝ Iudee ſcilicet Idumee ut uidetur per ſequentia & habetur expreſſe. xii. ca. Iudei uero qui tenebant opportunas munitiones inter Iudeam & Idumeam. fugatos. gentiles. ab Hieroſolima. per Iudeos ibidem exiſtentes. Suſcipiebant. eis uiriliter repugnan/ do Impetum fecerunt immunitionem Iudeorum. moti propter iniurias eorum. cetera patent uſq; ibi. Accuſauit ꝙ pecunia fratres uendidiſſet. dimittendo effugere aduerſa/ rios Iudeorum qui poſtea de Iudeis plures interfecerunt. & plures captiuauerunt. Hos igitur proditores fact os. ſcilicet Iudeos de dicta proditione conuictos. Interfecit ſicut meruerant. & Tymotheus. Hec eſt ſecunda pars in qua agit̄ de conflictu Iude cum Tymotheo cum dicitur. Et Tymotheus qui prius fuerat a Iudeis ſuperatus. ut dictum eſt ſupra. viii. ca. Conuocato exercitu peregrine multitudinis. id eſt gentiliū extraneorū. Et cōgregato Aſiano equitatu. id ē equitibus de Aſia. Machabeus uero & qui cū ipſo erant. uidētes ꝙ uirtute propria reſiſtere non poterant. Appropinq̄nte illo: deprecabanť dominum ut ferret eis auxilium capud terra aſpergentes etc. In/ ſignum humiliationis & afflictionis. quia ſicut dicitur Eccleſiaſtici. xxii. Oratio hu/ miliantis ſe nubes penetrabit. Ad altaris. ſcilicet holocauſti crepidinem prouoluti. ut eoꝝ oratio eſſet magis exaudibilis: ſicut dicit lex Deut. vii. ubi dicit̄. tradetq; Reges eorum in manus tuas: nullus poterit reſiſtere tibi etc. Et longius de ciuitate. ſcilicet Hieruſalem. procedentes. non permittentes aduerſarios terram intrare. Reſederunt ad aliquantulum. quieſcendum. & ad bellatores ordinandum. iſti quidem uictorie. etc. id eſt Iudei confidebant de uirtute diuina. gentiles uero de ſui ducis animoſitate. & ſic de poteſtate humana. Apparuerunt aduerſarius de celo uiri quinq;. id eſt angeli in ſpecie uirorū. cetera patēt uſq; ibi. cui p̄erat Cereas frater Tymothei ut patet ex littera ſequenti. Supra modū maledicebant. Iude & ſocius eius. Et ſermōes nephādos id eſt blaſphemias contra deū. Iactabant. id eſt ſuperbe p̄nuntiabant. accenſi animis propter blaſphemias contra deum quas magis horrebant quā propriā mortē. Quibus geſtis. fortiter in hympnis & confeſſionibus benedicebant dominum attribuendo ſibi totaliter uictoriam etc.

.XI.

Sed paruo poſt tempore. Hec eſt tertia pars in qua ponit̄ Iude cōflictus cōtra Lyſiam. & diuidit̄ in duas partes. quia primo deſcribitur Lyſie debellatio. ſcdo ipſius cum Iudeis federatio ibi. Et quia non inſenſatus. Circa primum dicitur. Lyſias procurator Regis. generaliter in regni negotiis ut habetur ca. precedenti. Et propi/ quus. nam erat de genere regali: ut habetur primo libro. iii. ca. Grauiter ferens de his que acciderant ſcilicet de debellatione ducum Regis. Exiſtimans ſe ciuitatem qdē captam. ſcilicet Hieruſalem. Gentibus habitaculum facturum. Iudeis interfectis: uel

inde erectus. Templum uero in pecunie questum. nam oblationes & omnes puentus intendebat conuertere in Regis lucrum. Nusq̃ cogitans dei potestatem. sed solum humanam. Sed mente effrenatus. id est sine freno rationis in superbiam eleuatus. Interuallo quinq; stadiorum. que faciunt dimidium miliare. & quartam partem ultra nam. viii. stadia faciunt miliare. cetera patent usq; ibi. Apparuit precedens eos eques. id est angelus in specie hominis equitis per haste uibrationem designãs eis uictoriam affuturam. Sed & muros ferreos parati penetrare. hyperbole est ad exprimendum magnitudinem constantie quam conceperunt ex dicta apparitione. plures uero ex eis uulnerati nudi euaserunt. proicientes arma sua & sic uelocius cucurrerunt. Et qa Hic consequenter describitur ipsius Lysie recuperatio cum Iudeis. & diuidit in duas partes. quia primo ponitur hic reconciliatio. secundo eiusdẽconfirmatio ibi. Lysias. Circa primũ dicitur. Et quia non insensatus erat. minus dicendo plus significat. s. q̃ iste Lysias erat ualde sensatus. Secũ in se reputans. id est in animo suo consyderans factam erga. se diminutionẽ. sui exercitus: in bellatoribus armis: tentoriis: & similibus que fugientes solent perdere. Et intelligens inuictos esse Hebreos. nõ uirtute ꝓpria sed diuina. Misit ad eos. pro pace reformanda nolens pugnare contra deũ. Et Regẽ conpulsurum. non ut sed precibus & consilio. nam erat eius nutricius. ut patet primo libro. iii. ca. & eius procurator generalis ut dictum est ca. precedenti: & ita factum fuit ideo sequitur. Ea Rex concessit. que tamen decens erat concedi pro tempore: ut patet ex littera sequenti. Lysias. Hic consequenter ponitur reconciliationis confirmatio. & hoc per litteras. & diuiditur in quattuor partes. secundum litteras q̃ duplices que patebunt prosequendo. primo igitur ponitur tenor litterarum Lysie ad Iudeos & patet usq; ibi. Quicunq; igitur Regi poterunt perferri bono modo. Exposuit per litteras uel nuntium quod patet ex rescripto Regis ad Lysiam quod habetur in parte sequenti. & sic respondit sibi sicut absenti. Et que res pmittebat. id est q̃ decẽs & iustum erat. Concessit. scilicet Rex. sicut enim habetur in libris correctis. Si igitur in negotiis regni. fidem conseruauerit. id est fidelitatem. bonorum nobis causa esse temptabo apud Regem. pro nobis interpellando. de ceteris uero que Rex non concessit. Mãdauit & istis. quos ad me misistis. Et his qui ad me missi sunt. ad uos. Colloq uobiscum. propter commune bonum: & subditur data epistole cum dicitur. Anno cẽtesimo. xlviii. regni Grecorum. Dyostoro. id est in Iunio qui sic nominatur. eo q̃ sol in illo mense intrat signum geminorum qui Grece dyostori uocantur. & ab eis mẽsis iunii dyostorus appellatur. Sed contra dicta uidetur esse quod dicitur primo libro ca. vi. q̃ Anthiochus Ephiphanes mortuus fuit anno centesimo. xlix. hec aũt littera data fuit post eius mortẽ. unde i respõsióe sui filii subdit̃ patre nostro iter deostrãs/ lato. Similiter littera eius ad Iudeos data fuit ano. c. xlviii. ut habeẽ supra. viii. ca. Dicẽdũ q̃ idẽ annus fuit q ꝑmo libro dicit̃ centesimus. ix. & hic cẽtesimus. xlviii. nã annus aliter incipit apud diuersos. Sicut patet q̃ renouatio date anni incipit in Italia a natiuitate domini in Francia uero ab eius resurrectione. ꝓpter quod illud q̃ fit tempore intermedio anno domini millesimo. ccc. xxix. secundũ numerationẽ Frãcie diceretur esse factum anno domini millesimo. ccc. xxx. secundũ numerationẽ Italie & si renouatio date retardaretur usq; ad festum omnium sanctorum totum tempus intermedium esset huius conditionis. Sic autem fuit in proposito. nam mortuo Anthiocho Ephiphane filius eius Anthiochus Eupator statim regnare cepit. & secundũ diuersas inceptiones anni: ille annus centesimus. xlix. & centesimus. xlviii. dicitur. & eodem modo in sequentibus soluatur. Regis autem epistola. Hec est secunda pars in

qua ponitur responsio Regis Lysie de negotio predicto: cum dicitur Lysie fratri salutem. Erat enim de cognatióe eius. ut predictum est propter quod uocat eú fratrem. Patre nostro inter deos translato. Erat enim opinio gentilium ꝙ patres eorú in morte transferebantur ad consortium deorum. sicut de bonis christianis dicimus ꝙ transferuntur ad consortium angelorum. Sine tumultu agere. id est in pace uiuere. & rebus suis adhibere diligentiã. ꝙ non possunt nisi habeant pacem. audiuimus Iudeos non consensisse patri nostro ut transferrentur ad ritum Grecoꝝ. Sed magis uolebãt sustinere martirium. ut patet per predicta ca. VI. & . VII. Iudicauimus templú restitui illis id est cultum templi liberum. nam iam templum habebant. cetera patent. Ad Iudeos uero. Hec est tertia pars in qua ponitur tenor littere Regis ad Iudeos cú dicit. Rex Antiochus senatui Iudeorum. id est collegio seniorum populum regentium. & dicitur senatus a sene & natus quia senes etate & moribus ad hoc eligebantur. Si ualetis . sic est is ut uolumus. id est uoluntas nostra est ut bene sit uobis. Aduc nos Menelaus. a uobis missus: & est hic alius a Menelao qui usurpauit sibi sacerdotiú. ut dictú est supra ca. iiii. dicens uelle uos descendere ad uestros qui sunt apud nos. Sicut enim dictum est supra. iiii. ca. dicens uelle nos descendere ad nostros qui sunt apud uos. sicut enim dictum est supra primo. c. per Reges Egypti & Syrie multi Iudei erant dispersi extra Iudeã inter idolatras habitantes: ꝓpter quod aliqui periti in lege habitantes in Iudea uolebant eos uisitare ad confirmandú eos in legis obseruantia. petentes ad hoc securitatem a Rege quam ipse concessit usq; ad tempus. de his que per ignorantiam gesta sunt. hoc dicitur propter bella contra duces suos gesta: & subditur huius littere data cum dicitur. Anno centesimo. xlviii. Xaudici mensis. qui correspondet Aprili. xv. scilicet die. Miserunt etc. Hic consequenter ponitur tenor littere Romanorum ad Iudeo. & patet littera: & est eiusdem date cum littera Regis precedente. Ex istis patet. ꝙ Lysias istas litteras Regis. & Romanorum ad Iudeos. procurauit: & postea scripsit Iudeis litteram suam supra positam. que data fuit eodem anno. xxiiii. die mẽsis Iunii: & sic post illas etc.

.XII.

His factis pactionibus. Hec est quarta pars in qua describitur cõflictus Iude cú Tymotheo. & socius eius. & diuidit in tres partes. quia Primo huius conflictus causa ponitur. Secundo dilatio interponitur. ibi: Iopite uero. Tertio propositú resumit ibi. inde discesserunt. Circa primũ p̃mo ponit continuatio ad capitulú p̃cedẽs: cum dicitur. his factis pactionibus scriptis ca. precedenti. Iudei aũt agriculture opam dabant. datis treugis & pactionibus predictis. quasi dicat ante non poterant uacare propter urgentia bella. Consequenter subdit occasio conflictus Iude cú Tymotheo cum dicitur. Sed hi qui resederant. id est remanserant in locis circa Iudeam post recessum Lysie. Tymotheus. iste est alius ab illo qui supra. x. ca. legitur occisus. multi enim duces & milites erant eiusdem nominis sicut & modo. demophon superbus. cognoie eius est. Et Nycanor Cypriarches. id est principes Cypri non sinebant eos in silẽtio agere. nã insultus faciebãt populo in extremitatibus Iudee in absentia Lysie ꝓpter quod Iudas decreuit debellare ipsum. Iopite uero. Hic cõsequenter ponitur dilatio conflictus Iude cum Tymotheo: propter quedam insurgentia in quibus Iudas fuit occupatus. & primum fuit flagitium gentilium in Iope habitantium cum quibus habitant multi Iudei: quoꝝ Iopite plures submerserunt ꝓditiose facientes eos ascẽdere nauiculas sub specie pacis & amicitie ad uidendú ludum quem debebant in mare exercere. quod flagitiú uoluit Iudas ante omnia uindicare: & patet littera paucis exceptis ascendere scaphas. id est paruas nauiculas: quas parauerant Iopite. Cum uxoribus &

filuſ Iudeorum. ſecundum commune. Itaq; decretum. decreuerant enim Iopite latẽti dolo Iudeoſ ſic ſubmergere. Sed cum cognouiſſet. Hic conſequenter ponit uidicta de Iamnituſ qui ſimilem dolum uolebant facere. & patet littera uſq; ibi. Ab ſtaduſ. cc. xl. faciunt autem. viii. ſtadia unum miliare. & ſedecim leucam unam. Inde cũ abiiſſẽt Hic cõſequenter ponitur aliud impedimentum ſeu dillatio cõflictuſ Iude cũ Tymotheo per Arabeſ mouenteſ in uia bellum contra Iudam & ſocioſ eiuſ. & patet uſq; ibi. promittẽteſ paſcua daturoſ. terra enim illorum erat multum paſcualiſ. & Iudei prope illam terram habitanteſ habebant animalia plura: & ſic pax cum illiſ utiliſ erat Iudeiſ diſceſſere ad tabernacula ſua. ſcilicet Arabeſ. qui nõ habitãt in ciuitatibuſ: ſed i tentoriſ Aggreſſuſ eſt. Hic ponitur alia dillationiſ cauſa ex obſidione cuiuſdã ciuitatiſ nocue Iudeiſ. cuiuſ nomen erat Chaſin. & patet uſq; ibi. Remiſſuſ agebat. quaſi paꝛ curãteſ de obſidione reputanteſ inexpugnabilem ciuitatem. Et loquenteſ que faſ non eſt. ſ. blaſphemiaſ contra deum Iudeorum: temporibuſ Ieſu. id eſt Ioſue. quia alio nomine dictuſ eſt Ieſuſ naue precipitauit Iericho. ut habetur Ioſue. vi. cetera patent. Inde diceſſerunt. Hic reſumitur ꝙ ſupra poſitum fuit de conflictu Iude cum Tymotheo. & primo conflictuſ contra Tymotheum. ſecundo debellatio cuiuſdam ciuitatiſ adꝛuerſarie Iudeorum ibi. poſt horum fugam. Circa primum ponit Tymothei inſecutio cum dicitur. Inde diſceſſerunt. ſcilicet Iudaſ & exercituſ eiuſ. Venerunt in Tharata credenteſ inuenire Tymotheum in locis illiſ. ad eoſ qui dicunt tibianei Iudeoſ. ſcdm gloſam erant quidam populi cum Iudeiſ federati. & inde dicebantur Iudei tibianei: ꝙſi aliena tuba uocati ſeu cõducti. Regreſſuſ eſt. ſcilicet Tymotheuſ. Relicto i quodã loco firmiſſimo preſidio. id eſt multitudine armatorum ad reſiſtendum Iudeiſ. cetera patent uſq; ibi. Tymotheuſ premiſit mulieres & filioſ. quia de facili ab aduerſariuſ capiuntur. Timor hoſtibuſ incuſſuſ eſt ex preſentia dei ſed non ex magnitudine uel, fortitudine exercituſ Iude Machabei. Ita ut magiſ a ſuiſ dicerentur etc. ſicut cõtigit in exercitu Zebee & Salmana Iudicum ſeptimo & in ſtatione Phyliſtinorum ꝑmo Regum. xiiii. Iudaſ autem uehementer inſtabat. fugienteſ perſequendo. Ipſe uero Tymotheuſ incidit in parteſ Doſichei & Soſipatriſ. id eſt in illam partem exercituſ quam regebant. & ceperunt eum uiuum. Et multis precibuſ poſtulabat etc. allegans quod ſubditur. eo ꝙ multorum ex Iudeiſ ꝓnteſ haberet: ac fratreſ: in uinculiſ ſuiſ detentoſ. Quoſ morte eiuſ decipi eueniret. id ẽ occidi in uindictam mortiſ eiuſ cetera patent. Poſt horum fugam. Hic conſequenter deſcribitur captio cuiuſdam ciuitatiſ que multa mala fecerat Iudeiſ. Et robuſti Iuueneſ de ciuitate. pro muriſ. defẽdendiſ Conſiſteteſ fortiter. repugnabant exercitui Iude. Et ſubditur repugnandi facultaſ cum dicitur. In hac autem machine multe etc. quibuſ poterant inuadenteſ repellere. Sed cum omnipotentem inuocaſſent etc. Exquo patet ꝙ ciuitaſ illa capta non fuit humana uirtute: ſed diuina. Inde ad ciuitatem Scitarum. cuiuſ habitatoreſ erãt benuoli Iudeiſ. licet eſſent gentileſ: propter qđ Iudaſ eiſ regratiando pertranſiit rogãdo ut eſſent benuoli de futuro: ſicut fuerant de preterito. ſic patet littera uſq; ibi. Die ſollemni ſeptimanaꝛ inſtante. id eſt dieſ Penthecoſteſ: que enumeratiſ. vii. ebdomadibuſ pleniſ precipitur celebrari. Leuit. xxiii. Et poſt Penthecoſten. hec eſt parſ qnta in qua deſcribitur bellum contra Gorgiam. & primo ponitur hic pugna. ſecundo de Iudeiſ mortuiſ cura ibi. Et ſequenti die. Circa primum patet littera uſq; ibi. contigit paucoſ ruere Iudeorum cuiuſ cauſa ponitur infra eodem ca. Doſicheuſ uero quidam Bizacenorum. dicunt aliqui ꝙ Bizaceni erant gentileſ confederati Iude uel ab eo cõducti. Sed meliuſ uidetur ꝙ fuerint Iudei a ciuitate unde erãt ſic nominati. Atq; ita

Gorgias fuit in Maresam. nomen est fortalicii. Aut illis qui cum Esdrin erant. Iste Esdrin fuit de sociis Gorgie & remansit in bello ipso fugiente. Et fatigatis. s. sociis Esdrin ut dicunt aliqui. Sed melius uidetur dies de sociis Iude ꝓpter quod inuocauit auxilium diuine potentie. Incipiēs uoce patria. s. secundū doctrinam patꝝ sanctoꝝ & sic illa uictoria fuit magis oratiōe quā gladio. Sicut Exo. xvii. oratiōibus Moysi uictus fuit Amalech. Et cū septima dies supueniret. id est sabbatū scd̄m cōsuetudinē purificati aqua lustrationis propter contactum in prelio mortuorum: ut precipitur Numeri. xix. In eodē loco sabbatum egerunt. diuinis laudibus uacando. Et sequēti die. Hic consequenter ponit̄ cura de Iudeis in bello mortuis: & primo ratione corpū. secundo ratione animarum ibi. Atq; ita. prima uero cura fuit de sepeliendis corpibus in paternis sepulchris: secundum morē Iudeorum. Innuenerunt autem sub tunicis īter/fectorum de donariis idoloꝝ. id est de rebus preciosis cultui eoꝝ dedicatis: a qbus lex ꝓhibet Deut. vii. cetera patent. Atq; ita. Hic consequenter ponit̄ cura de aīabus. & hoc dupliciter. s. orando ut his ꝙ factum fuerat delicta obliuioni traderet̄. i. ut ad punitionē non reseruaret̄ ultra coram deo. in quo tñ nulla cadit obliuio & mittendo pecuniam in Hierusalē ut ibi offerretur sacrificiū ꝑ remissione peccati mortuoꝝ: & patetet littera. Sed forte uideretur alicui ꝙ illud factū fuit frustra eo ꝙ uid entur mortui fuisse in peccato mortali: habentes se cū donaria idolorum. Dicendū ꝙ Iudas & socii eius debebant ꝓbabiliter iudicare: ꝙ illi penituissent in morte. & sic orationes & sacrificia ualebant eis eo ꝙ mortui erant in statu salutis etc.

.XIII.

ANno centesimo. xlix. Descripto conflictu Iude cū Regis ducibus: Hic conse/quenter ponit̄ conflictus eiusdē cū persona ipsius. & diuiditur in tres ꝑtes quia primo ponit̄ belli apparatus. secundo cōflictus ibi. Et dato signo. tertio Regis egres/sus ibi. Vt autem cognouit. prima in duas. quia primo cognouit apparatus belli ex parte Regis Anthiochi. secūdo ex parte Iude Machabei ibi. Quibus Iudas cognitis. Prima in duas. qa p̄mo ponit̄ regis apparatus. secundo Menelai interitus ibi. Cōmi/scuit autem. Circa primum sciendū ꝙ iste belli apparatus: & etiam conflictus magis diffuse ponit̄ p̄mo libro. vi. ca. tamē hic aliqua ponuntur que uident̄ dictis ibidem dissonare. p̄mo qd̄ dicit̄. peditū. c. x. milia: & equitū. v. milia: & elephantes. xxii. nā ibi hab et̄. Centū milia peditū: & . xx. milia eqtum: Et elephanti. xxxii. potest dici ꝙ p̄mo fuerunt. c. milia peditū tm̄: ut dicit̄ p̄mo libro & postea fuerunt additi decē milia que cū primis hic numerantur. de eqtibus uero dicendū ꝙ in uniuerso fuerint xx. milia. tñ erant quinq; milia electi preceteris existentes in acie Regis: & illi soli hic numerant̄ & alii tacent̄. Et de elephātis potest dici eodem mō: ꝙ. xxii. erant p̄ ceteris fortiores qui numerant̄ hic: & residui. x. tacentur. in talibus. n. frequēter numeratio diuersimode accipitur. Currus cum falcibus trecentos. talibus. n. antiquitus in preliis utebantur ut habetur in libris Iosue. & Iudicū ī pluribus locis. tñ de istis curribus nō fit mentio in p̄mo libro: sicut etiam in Euangeliis: unde unus Euangelista tacet alius exprimit. Comiscuit autem. Hic consenter describitur Menelai interitus. q retorsit in se summū sacerdotium supra. iiii. ca. de quo dicitur hic. Commisuit autem se illis. id ē Iudeoū aduersariis. deprecabat̄ Anthiochum. pugnare fortiter cōtra Iudā Macha/beum. ideo subditur. Non ꝑ patrie salute. sed pro contrario. ideo subditur. Sperās se constitui in principatum. s. summi sacerdotii per uictoriam Anthiochi. a quo fuerat amotus per patrem eius supra ca. iiii. Sed Rex regū qui est iudex cordiū suscitauit animos Anthiochi in peccatorē. Menelaū. Et suggerente Lysia. hunc esse causam omnium malorum. nam propter eius ambitionem & sacrilegia in templo cōmissa per

eius consilium. ut habetur supra. iiii. ca. secuta est rebellio Iudeorum contra Regem. cetera patent usq; ibi. Sed Rex. nam ex morte Menelai posset aliquis credere Regē Iudeis pacatum esse. ideo remouetur hoc cum dicitur. sed Rex mente effrenatus. id ē sine freno rationis in superbiam elatus. Veniebat cōtra Iudam nequiorem patre suo se Iudeis ostensurus. sed per rumores contrarios ad hoc fuit impeditus: ut habeē infra eodem ca. Quibus Iudas cognitis. Hic consequenter describitē apparatus Iude Machabei. & primo per orationes deuotas de quibus magis quam de armis confidebant: & patet usq; ibi. Ac populum qui nuper paululum respirasset. id est consolatus fuisset per ciuitatis & templi recuperationem. & aduersariorum multiplicē repressionē: ut patet ex supradictis. Per triduū cōtinuum prostratis horis. s. ad hoc aptis. quia in illo triduo oportuit eos refectionem accipere: & somnū tempore competenti. scdo ponitē apparatus per arma. & consimilia. cum dicitur. hortatus est eos Iudas ut se preparent per arma & uictualia. Ipse uero cum senioribus cogitauit occurrere Regi. antequā uastasset terram. tertio ponitur apparatus per exhortationes optimas ad confortandū animos bellatorum ad fortiter dimicandum. & patet littera. Et dato signo. Hic consequenter ponitur conflictus Ad cuius intellectum sciendum ꝙ Iudas cū Rege habuit i campo duplicem conflictum: unum circa finem noctis de quo tacetur in p̄mo libro. alium de clara die & sole refulgente in clypeos aureos: & ereos: qui diffuse scribitur primo libro. vi. ca. hic autem de utroq; conflictu breuiter & commixtim fit mentio. nam hic liber secundus est quedam abbreuiatio ut dictum est supra. ii. capi. Igitur de primo conflictu dicitur. & dato signo suis dei uictorie. id est uictorie a deo concedēte. ꝙ aūt fuit hoc signū nō dicit hic. sed uidet fuisse quedam reuelatio facta Iude. que non explicatur propter breuitatem sectādam. Iuuenibus fortissimis electis Ex hoc uidetur ꝙ in isto primo conflictu non fuerunt omnes Iude socii. sed aliqui ad hoc specialiter electi: in secundo uero cōflictu fuerunt omnes bellatores. ut habet primo libro. vi. ca. Nocte egressus est aulam regiam. id est partem exercitus in qua erant Regis tentoria. Et maxime Elephātorum. Istud fuit factum in secundo cōflictu. ꝙ fuit clara die ut scribitur primo libro. vi. ca. satis diffuse. Hoc aūt factum est die illucescente. quia hoc fuit completum in fine noctis: s. quantū ad interfectionē duorum milium de hostibus. aliqui tñ libri habent. xii. milia. & quantū ad p̄turbationē castrorum: non autem quantū ad Elephantis interfectione: ut dictum est. Sed Rex accepto gustu audacie Iudeorum. nam per dictam inuasionem habuit experientiam aliquam de audacia eorum. Arte. id est prudenter: & caute. difficultatem locorum. id est fortalicia. temptabat. supple capere. Ideo subditur. Bethsure. que erat Iudeorum presidiū munitum Iudeis armatis. Castra amouebat. id est applicabat ad ip̄m capiēdū Sed fugabat etc. nam intus existētes aliquando existentes. subito repellebant prope existentes: & aliquos occidebāt: & redibant ad fortalicium: antequā totus exercitus posset armari. Enuntiauit aūt mysteria. i. secreta Iude: & eorū qui erant Bethsure. Ioduebus quidam de Iudaico exercitu. qui captus ab aduersariis per tormēta ad hoc fuit compulsus. Iterum Rex sermonem habuit ad eos qui erant in Bethsuris de fortalitio reddendo saluis suis corporibus qui consenserunt: eo qđ uictualia eis deficiebāt ut. habetur primo libro. vi. ca. abiit. s. Rex de Bethsura relicta ibi suorum custodia ut habet primo lib. vi. ca. Commisit cum Iuda. In hoc tangitur secundus conflictus qui fuit de die clara: & alia die ut uidet quā primus. Suparatus est. s. Iudas & eius exercitus. Nam uidentes uirtutem Regis & impetū exercitus eius. diuerterunt se ab eis. ut habetur p̄mo lib. vi. ca. Vt aūt cognouit: Hic consequenter describitur Regis

receſſuſ de Iuda: ut iret contra Philippū: q occupauerat Anthiochiam. Ex quo patet q̄ iſtud bellum Anthiochi contra Iudeā eſt idē cum illo qđ ſcribit̄ p̄mo libro. VI. ca. Nam ibidē ponit̄ receſſuſ Regiſ propter eandem cauſam. aliq̄ tñ hic ponunt̄ que ibi tacentur. & econuerſo. Nā hic tacet̄ fractio iuramenti Regiſ. qđ ibidē exprimit̄ in deſtructione munitioniſ. & reconſiliatuſ obtulit ſacrificiū. per ſacerdoteſ tñ: cetera uero uſq; prope finē huiuſ ca. tacentur p̄mo lib. Machabeū amplexatuſ eſt. i ſignū reconciliationiſ. cetera patent uſq; ibi. Ne forte feduſ rumpet. ſ. Iudaſ & eoſ grauaret qđ tñ nō fecit. Sed Rex magiſ feduſ rupit. ut dictū ē. Tūc aſcēdit Lyſiaſ tribunal. id eſt locum eminentem ad perſuadendū gentem. Et expoſuit rationem. dicendo q̄ propter bonū cōmune facta eſt cōuentio Regiſ Iude. Regreſſuſq; eſt Anthiochiā. hic aūt omittit̄ q̄liter inde fugauit Philippum. quia ſupra IX. ca. per ānticipationem poſitum fuit etc.

.XIIII.

SEd poſt trienii tempuſ. Deſcripto Iude conflictu tempore Anthiochi nobiliſ: & Eupatoriſ eiuſ filii. hic tertio ponitur eiuſ conflictuſ tp̄e Demetrii & diuidit̄ in treſ p̄teſ. quia primo ponit̄ Demetrii ſublimatio. ſecundo Iude & ſocioꝝ eiuſ accuſatio ibi. Alchimuſ aūt. tertio eoꝝ extreminii iuſſio ibi. Qui ſtatim. Circa primū dicit̄ Sed poſt triēnii tempuſ etc. Iſtud triennium accipitur a morte Anthiochi ephiphaniſ: & introniſatione filii ſui Eupatoriſ: q̄ ſecundum numerationem in hoc libro poſitā contigit anno. c. xlviii. ut dictū eſt ſupra. xi. ca. Demetriuſ aūt regnū obtinuit āno c. l. qui eſt idē annuſ cū. c. li. quo dicit̄ Demetriuſ intraſſe regnū ſcđm computationē poſitam. i. libro. VII. ca. & ſic triennīū non fuit cōpletū: ſed intelligitur per Synodochē: ſicut corpuſ Chriſti dicitur fuiſſe per triduum in ſepulchro. Aſcendiſſe ad loca opportuna. id eſt fortia & munita. Et tenuiſſe regioneſ aduerſuſ Anthiochū & eiuſ ducē Lyſiā: quoſ ad mandatū Demetrii exercituſ interfecit ut habetur. i. libro. VII. Alchimuſ aūt. hic cōſequēter deſcribit̄ Iude ſocioꝝq; eiuſ accuſatio cū dicit̄. Alchimuſ aūt. qdā q̄ ſummuſ ſacerdoſ fuerat. nō de iure: ſed de facto ītruſuſ p̄mo p̄ Anthiochū Ephiphanē. qa licet eſſet de genere Aaron tñ nō deſcēderat ab eo p̄ lineā ſacerdotalē ut dictū fuit p̄mo lib. VII. ca. Sed uoluntarie coinquinatuſ ē. cibiſ & ſacrificiiſ gentiliū Tēporibuſ cōmixtioniſ. id eſt q̄n Anthiochuſ illuſtriſ cogebat Iudeoſ ad ſuſcipiendū ritū gentilē: ita q̄ inter Iudeoſ & gentileſ nulla eſſet diſtinctio cōſyderanſ nullo mō ſibi eſſe ſalutē corpiſ nec acceſſū ad altare: quā diu Iudaſ ſtaret in poteſtate. Venit ad Regē Demetriū. c. l. anno. & ſic in regni ſui p̄ncipio. Offerenſ ei coronā aureā & palmā in ſignū uictorie: & dignitatiſ regie. Super hec & talloſ. i. uaſa offertoria in modū turriū facta: q̄buſ utebant̄ ſacerdoteſ in ſollēnitatibuſ magniſ. Et ipſa qdā die ſiluit. ut donū ſuū Regi magiſ eſſet gratioſum. cetera patent uſq; ibi. ipſi q̄ dicunt̄ aſſidet. id ē aſſidue uacanteſ diuino cultui: temporibuſ tñ ad hoc aptiſ. primo quidem utilitatibuſ Regiſ etc. mentit̄ ſicut homo fallax: qa uenerat ad obtinendū ſummum ſacerdotiū. Scđm prouulgatā humilitatē. i. ſecundū benignitatē tuā ubiq; famoſam Et amici eiuſ. id eſt Alchimi. Qui ſtatim. Hic conſequenter ponitur miſſio Regiſ de exterminio Iudaice gētiſ. & diuidit̄ in treſ p̄teſ. nā ad hoc agendū p̄mo Nicanor mittit̄. ſcđo cū Iuda federe iniungit̄ ibi. Nicanor tñ. tertio feduſ huiuſmodi rumpit̄ ibi. Alchimuſ aūt. Primū patet uſq; ibi. Tunc genteſ que de Iudea fugerant Iudā. eo q̄ erant p̄uaricatoreſ legiſ. cetera patent uſq; ibi. Conſperſi terra rogabāt. nā in p̄cibuſ deuotiſ magiſ quā in armiſ confidebant. Qui populū ſuū conſtituit in eternū. ſcilicet duraturꝝ. nā lex uetuſ non eſt amota p̄ Xp̄m: ſed magiſ p̄fecta. Mat. V. non ueni ſoluere legē: ſed adimplere. nec p̄ conſequenſ populuſ ē amotuſ: ſed p̄fectior factuſ.

ſicut frequenter oſtendi in libriſ noui ac ueteriſ teſtamenti. Quicunq; portionē ſuam
ſigniſ euidētibuſ ꝓtegit ſicut dictū eſt pluriēſ in hoc libro. cetera patēt. Nicanor tñ.
Hic cōſequēter ponit cōfederatio Nicanoriſ & Iude & patet littera paucis exceptis
Sanguinem iudicium facere metuebat. id eſt per effuſionē ſāguiniſ Iudeoꝝ. propter
qđ elegit pacē facere cū eiſ. & patet uſq; ibi. Gregeſq; tubaꝝ. i. bellatoꝝ. q cōgre/
gati fuerant. ad bellandū contra Iudā & ſocioſ eiuſ. Dimiſit ire. ad loca ſua eo ꝙ pax
eſſet facta. Alchimuſ aūt. Hic cōſequenter ponit ruptio dicti federiſ. & ꝑmo ponit
huiuſ ruptionis ꝓcuratio. ſecundo eiuſ manifeſtatio ibi. At Machabeuſ. Circa ꝑmum
dicit. Alchimuſ aūt uidens caritatē illoꝝ. queſiuit eā rumpere: eo ꝙ habebat Iudam
odioſū. Et dicebat Nicanorē rebuſ alieniſ. ſ. ab utilitate regni aſſētire. Iudāq; regni
inſidiatorē. falſo uocāſ eū determinio. aſſerebat ſucceſſorē. ſibi deſtinaſſe: qđ ſimiliter
erat falſum. cetera patēt. Ac Machabeuſ. Hic conſequenter deſcribit federiſ uiolati
manifeſtatio. & primo ſigniſ cū dicit. uidens auſteriuſ ſecum agere Nicanorē etc. qa
diſpoſitio cordiſ uix pōt celari quin appareat in exterioribuſ ſigniſiut in geſtu uultu
& aſpectu paucis ſuoꝝ aggregatiſ qbuſ dixit cōceptū ſui animi. Occultauit ſe a Ni/
canore. ne ſubito caperet ab ipſo. ſecundo manifeſtatur uerbiſ cum dicit. Quod cū
ille cognouit etc. Sequit. Iuſſit ſibi tradi uiꝝ. ſ. Iudam. Et templum hoc libro patri
conſecrationem. id eſt Bacho. ſicut dictum eſt ſupra ca. vi. Et hiſ dictiſ abiit. cum
indignatione de templo. Conſerua ī eternum impolluta domū iſtam. cōtra Nicano/
riſ commination̄. Que nuper mundata eſt. a ſordibuſ luxurie & idolatrie. ut habet
ſupra. x. capitulo. Raſiaſ aūt. Hic conſequenter ponit federiſ uiolati manifeſtatio
factiſ. & ꝑmo in inuaſione raſie. ſcđo in pugnatione Iude. ca. xv. Circa primū dicit
Raſiaſ autem quidam de ſenioribuſ. etate ſcientia & moribuſ. Delatuſ eſt Nicanore
id eſt accuſatuſ ꝙ eſſet amicuſ & fautor Iude. uir amator ciuitatiſ. & boni communiſ
Et bene audienſ. pauperēſ & diuiteſ ad eoſ inſtituendum & dirigendum. Hic multiſ
temporibuſ continentie propoſitum tenuit. ex quo patet ꝙ continentia carniſ tempe
ueteriſ teſtamenti fuit laudabiliſ. putabant eum ſi illum decepiſſet. per trahēdo ad gē/
tilem ritum. Seſe cladem maximam Iudeiſ illatuꝝ. nam eiuſ exemplo multi fuiſſent
ad hoc pertracti. Cum iam comprehenderetur. id eſt eſſet prope comprehenſionem.
Gladio ſe petiit ꝓcutiendo. eligenſ potiuſ nobiliter mori etc. Cuiuſ duplex erat cauſa.
una ne forte ut tormentorum inclinaretur ad gentilem ritum. qꝑ erat maximū malū.
ideo ſubditur. quam ſubdituſ fieri peccatoribuſ. ipſum ad idolatriam trahere queré/
tibuſ. alia ne ī cōtemptu dei celi eiuſ uita in ludibrio haberet ſicut Sampſon ſe inter/
fecit. Iudicum. xvi. & Saul primo Regum ultimo. ut dictum fuit ibidem. Et in hiſ
duobuſ caſibuſ dicunt Hebret ꝙ nō ſolum licitū eſt: ſed etiam meritoriū interficere
ſemetipſum. quia taliſ interfectio ordinatur in deum. ſi autē aliquiſ hoc faciat ꝓpter
ſemetipſum: utpote ad euadendum lōgum uel grauem cruciatum: uel infamiam ſui &
ſuorum. Si moriatur uili morte hoc ſemper eſt illicitum. & ut dicunt aliqui hoc modo
intelligendum eſt dictum Auguſtini ꝙ habetur hic in gloſa: que taliſ eſt. hiſ exceptiſ
quoſ lex iuſta generaliter uel ipſe fons iuſticie deuſ ſpecialiter occidi iubet. quiſquis
hominum uel ſeipſum uel quemlibet alium occiderit homicidii crimine innectetur.
unde & ſcriptura libri huiuſ: que recepta eſt ab Eccleſia ad legendum pro informatiōe
moꝝ nō uidet hic Raſiā arguere: ſed magiſ cōmendare de ſui ipſius ītерfectione. Si
aūt p̄dicta nō ſufficiūt ad eiuſ excuſationē pōt dici ꝙ fecit hoc ꝓ ſpecialē inſtinctū
ſpiritūſ ſācti. Om̄ſ. n. boieſ ſunt deo. mortiſ debitoreſ. ꝙ debitum deuſ pōt repetere
qñcūq; uult. & quōcūq; utpote ꝑ manū ꝓpriā ſicut ꝑ alienā. cetera patēt ī littera etc.

Nicanor autem. Hic consequenter ponitur manifestatio violati federis in impugnatione Iude. Circa quod ṗmo ponitur belli apparatus. Secundo conflictus ibi. Nicanor aũt. Tertio laudabilis terminus ibi. Cũq; cessassent. Prima in duas. quia primo ponit̃ apparatus ex parte Nicanoris. Secundo ex parte Iude Machabei ibi. Machabeus autem. Circa primum dicitur. Cogitauit die sabbati cum omni impetu. i. potestate sua. Committere bellum: credens q̃ Iudas & socii eius minus se defenderent propter quietem dei Sabbati. Iudeis uero qui illum per necessitatem sequebantur. nam ad hoc sub pena mortis cogebantur dicentibus etc. Sequit̃. Est dominus uiuus ipse in celo qui iussit agi septimam diem. s. celebrem & quietem: ut habetur Exo. xx. Tamen non obtinuit ut consilium perficeret. s. de captione Iude & sociorum suorum dispersione: secundum Regis mandatũ ca. precedenti. Machabeus autem. Hic consequenter ponitur apparatus ex parte Iude. & primo p̃ bonam exhortationem. Secundo per deuotam orationem ibi. Et cum iam omnes. quia primo ponitur exhortationis actus. Secundo effectus ibi. Exhortati itaq;. Prima in duas. quia ṗmo ponit̃ exhortatio generalis: cum dicit̃. Confidebat semper cum oĩ spe. s. uictorie affuture nó uirtute humana sed diuina. Ideo subditur. Et hortabat̃ suos ne formidarent. allegans q̃ maius auxilium haberent. s. diuinum. Sed in mente haberẽt adiutoria sibi facta de celo. & sic ex beneficus prestitis sperarẽt de prestandis. Et allocutus eos de lege. & Propbetis ammonentibus pugnare pro patria & legibus diuinis. Ammonens etiam certamina que fecerant prius. quorum perderent laudem & meritũ si fugerent ut effeminati. Simul ostendens gẽtium fallatiam. s. Nicanoris & suorum qui fedus fregerant iuramento firmatum. Singulos autem. Hic consequenter ponit̃ exhortatio specialis per expositionem cuiusdam uisionis facte Iude cuius series ponit̃ cum dicitur. erat autem huiusmodi uisus. i. uisio in somnis Iude ostensa. Oniam qui fuerat summus sacerdos ut habetur supra. iiii. capi. uirum bonum quantum ad mentis uirtutem. & benignum erga pauperes. uerecundum uisu. i. borrentem omnem turpitudinem. modestum moribus. i. in oĩ actu & gestu. manus protẽdentem orare. supplendum est hoc uidebat Iudas in uisione. Post hoc apparuisse ipsi Iude. Et alium uirum etate & gloria mirabilem. ipsi Iude propter banc admirationem. Respondentẽ uero Onyam dixisse ipsi Iude. bic est fratrum amator. i. Iudeorum. & subdit̃ nomẽ suum cum dicitur. Ieremias Propbeta. fuit enim unus de magnis Propbetis. Extendens q̃ aduersarios deuinceret per ipsum. Et per istam uisionem intellexit Iudas affuturam sibi uictoriã: & sic exposuit bellatoribus suis ut premittit̃. Exposito digno fide somnio. i. reuelatione diuina in somnis facta. istud tacetur primo libro. vii. ca. ubi describitur istud bellum. Exhortati itaq;. Hic consequenter ponit̃ exhortatiõis effectus cum dicitur. Exhortati itaq; Iude sermonibus bonis ualde. Sequit̃. Statuerunt dimicare constanter & strennue. ut uirtus de negocus iudicaret. i. ut fortitudo debellantium litem inter eos & aduersarios dirimeret. Erat enĩ pro uxoribus & filiis etc. minus enim timebant de morte propria & suorum q̃q̃ de uiolatione templi in contemptum dei. Et cum iam. Hic consequenter ponitur apparatus per orationem deuotam. & primo ponitur oratio necessitas cum dicitur. Et cum iam omnes sperarent iudicium futurum. i. prelium contentionẽ determinans Iude & aduersariorũ. hostesq; adesse de ꝓpinquo atq; exercitus Nicanoris erat ordinatus secundum militarẽ disciplinam. Considerans Machabeus aduentum multitudinis etc. uidens se non posse resistere uirtute hnmana. Extendens manus in celum: id est uocans diuinum auxilium.

.XVI.

Tu domine qui misisti angelum tuum sub Ezechia Rege Iuda. hec hystoria habetꝫ quarto Reg. xix. Nicanor autem. Premisso apparatu: hic consequenter ponitur ex parte Nicanoris proteruus & pomposus. Ideo subditur. Cum tubis & canticis ad/ mouebant id est applicabant ad congressum ita letanter: ac si Iudam & eius socios iam tenerent comprehensos. ex parte uero Iude humilis & deuotus. Ideo subditur. Manu quidam pugnantes. Sed & cordibus dominū orantes prostrauerunt: pugnando in eis dei dextera. Ideo subdit. Presentia dei etc. Cūq; cessassent. Hic consequenter ponit laudabilis terminus. Primo in gratiarum actione. Secundo in celebritatis institutióe: ibi. Itaq; omnes. Circa primum primo ponitur laus diuina uerbo. & patet sc̄do facto cum dicitur. Precepit autem Iudas. qui per omnia corpore & animo mori p ciuibus paratus erat. motus enim animi fortis redundat ad membra corporis. Caput Nicanoris & manum cum humero abscisam Iherosolimam proferri. Sicut Dauid ad dei laudem ibi portauit caput Goliath Philistei: ut habet. 1. Reg. xviii. Ad altare: ad offerendum deo sacrificium. Accersiuit & eos qui erant in arce etc. ad eos deterrendum. linguam etiam Nicanoris impii prescisam iussit etc. propter blasphemiam ab ea prolatā. cetera patent. Itaq;. Hic consequenter ponitur celebritatis institutio pro dicta uictoria. & patet littera. Notandum tamen q̄ hic nō fit aliqua mentio de inuitatione Iudeoꝝ in Egypto habitantium ad huius sollemnitatis obseruātiam. similiter nec primo libro ca. vii. ubi de hac sollemnitate fit mentio propter quod nō uidentur benedicere illi qui dicunt totum q̄ positum est a p̄ncipio tertii ca. huius secundi libri usq; huc positū est principaliter ad incitandum Iudeos in Egypto habitantes ad obseruantiam huius sollemnitatis propter quod processus quem tenui uidetur magis consonus littere huius libri. Igitur hic in fine ponitur breuis epilogatio circa predicta. & patet littera usq; ibi. Ita legentibus si semp exactus sit sermo. i. disquisitus usq; ad partes singulas q̄liter est sermo historicus cui cō petit partes singulas diligenter inquirere: ut dictum ē supra ca. ii. Non erit gratus. propter prolixitatē scripture & unitatem materie: que solent fastidium generare. Sed sermo abbreuiatus q̄lis est in hoc sc̄do libro: que est quedam hystoriarum abbreuiatio: ut ibidem dictum fuit: est magis delectabilis propter quod ibidem dicitur ut legentibus sit animi oblectatio etc. hic ergo erit consumatus: sc̄m illud Esa. x. Consumationem & abbreuiationem dominus deus exercituum faciet in medio omnis terre: quod fecit p impletionem mysterii uerbi incarnati. Cui cū patre & spiritu sancto sit honor & gloria in secula seculorum Amen etc.

Aspicis illustris lector quicunq; libellos
Si cupis artificum nomina nosce: lege.
Aspera ridebis cognomina teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia uerba uirum.
Conradus sweynheym: Arnoldus pannartzq; magistri
Rome impresserunt talia multa simul.

In domo Petri de Maximis Anno salutis
M.CCCC.LXXII. Die. XIIII. Ianuarii.